N. Inv. 1210.

AAO
8.

626

I

D. Augustinus de Civitate Dei



Ex libris Collegii artistarum [illegible]

Augustini

Aurelii yponen̄ Epi doctoris eximy contra paganos libri viginti
1 de civitate dei duo; Epistole Leonis pape urbis Rome in diversas mundi par-
tes pro deffenssione fidei orthodoxe directe; Ep̄le Cipriani epi
ad varias personas de diversis materys scripte; Iohannis Cri-
sostomi summi atque sacratissimi viri adversus vituperatores
vite monastice

Liber mgri Thome de Strzampino sacre theologie et iuris pon-
tificalis doctoris eximy viri Nobilis de domo prussy Epi Cra-
covien̄ legatus testamentaliter universitati Cracovien̄ pro
Collegio artistarum. Anno domini millesimo quadringente-
simo sexagesimo qui eodem anno in castro Episcopali Ilza
anno vite sue sexagesimo secundo ~~xx~~ sexta Septembris religio-
se et sancte diem obyt. Cuius nidanus homo in Ecclia Cracovien̄
maiori prope Sacristiam sepulture mandatus est Spiritualis
sedet ante deum meritis ornatus laborum

1398. Augti. 10. 1883 Januarii ult. 1831 Junii 6 1.

Iste liber est Thome de Strzampino professoris sacre theologie decretorum doctoris canonici Gneznensis comparatus in Basilea in Concilio per eum 1436.

Incipiunt capitula librorum Augustini de Ciuitate dei quorum sunt xxij capitula primi libri cetera

De aduersarys nominis xpi quibus in uastacione urbis propter xpm barbari pepercerunt. Quod nunquam unquam bella ita gesta sint ut uictores propter deos eorum quos uincerent parcerent uictis. ij Quam prudenter Romani deos penates troyanorum quibus custodire non poterant sibi crediderunt profuturos iij De asylo Junonis in troya quod neminem liberauit et de basilicis apostolorum que omnes ad se confugientes a barbaris defenderunt iiij De generali consuetudine hostium uictas ciuitates euertencium quid cato senserit v Quod nec romani quidem ita urbes ceperint ciuitates ut in templis earum parcerent uictis vj Quod in euersione urbis que aspera gesta sunt de consuetis acciderint belli que uero clementer de potentia uenit nominis xpi vij De comodis atque incomodis que bonis ac malis communia sunt plerumque viij De causis correctionum propter quas et boni et mali pariter flagellantur ix Quod sanctis in amissione rerum temporalium nichil pereat x De fine temporalis uite siue longioris siue breuioris xj De sepultura humanorum corporum que xpianis eciam si fuit negata nichil adimit xij Que sit racio sanctorum corpora sepeliendi xiij De captiuitate sanctorum quibus nunquam diuina solacia defuerunt xiiij De regulo in quo captiuitatis ob religionem eciam sponte tollerandum extat exemplum quod tamen illi deos colenti prodesse non potuit xv An stupris que eciam sanctarum forte uirginum est passa captiuitas contaminari potuit virtus animi sine uoluntatis assensu xvj De morte uoluntaria ob metum pene siue dedecoris xvij De aliena uiolencia et libidine quam in oppresso corpore mens et uita perpetitur xviij De lucrecia que se ob illatum sibi stuprum peremit xix Nullam esse auctoritatem que xpianis in qualibet causa ius mortis uoluntarium attribuat xx De infectoribus hominum qui ab homicidiis crimine excipiuntur xxj Quod nunquam possit mors uoluntaria ad magnitudinem animi pertinere xxij Quale exemplum sit cathonis qui se uictoriam cesaris non ferens interemit xxiij Quod tamen ea uirtute qua regulus cathone prestancior fuit multo magis emineat xpiani xxiiij Quod peccatum non per peccatum debeat declinari xxv De hiis que fieri non debent licet a sanctis facta noscuntur qua racione facta credenda sint xxvj Quando propter declinacionem peccati mors spontanea appetenda sit xxvij Quo iudicio dei in corpora continencium libido hostilis permissa peccare sit xxviij Quid familia xpi respondere debeat infidelibus cum exprobrant quod eam a furore hostium non liberauit xpus xxix Quam impudendis prosperitatibus affluere uelint qui de xpianis temporibus conqueruntur xxx Quibus uiciorum gradibus aucta sit in romanis cupido regnandi xxxj De scenicorum institucione ludorum xxxij De uiciis romanorum quos patria non correxit euersio xxxiij De clemencia dei que urbis excidium temperauit xxxiiij De latentibus inter impios ecclesie filiis et de falsis inter ecclesiam xpianis xxxv De quibus causis sequenti disputacione sit disserendum xxxvj capitulum.

Expliciunt capitula primi libri Augustini de Ciuitate dei Incipit prologus sancti Augustini Episcopi in librum de Ciuitate dei Summa uel retractationes sancti augustini super librum de Ciuitate dei

Interea cum roma Gothorum irrupcione agencium sub rege alarico atque impetu magne cladis euersa est cuius euersionem deorum falsorum multorum que cultores quos usitato nomine paganos uocamus in xpianam religionem referre conantes solito acerbius et amarius deum uerum blasphemare ceperunt Unde ego exardescens zelo domus dei aduersus eorum blasphemias uel errores libros de ciuitate dei scribere institui. Quod opus per aliquot annos me tenuit eo quod alia multa incurrebant que differri non oporteret et me prius ad soluendum occupabant Hoc autem de ciuitate grande opus tandem xxij libris terminatum quorum quinque primi eos refellunt qui res humanas ita prosperari uolunt ut ad hoc multorum deorum quos pagani colere consueuerunt cultum necessarium esse arbitrentur Et quia prohibentur mala ista exoriri atque habundare contendunt Sequentes autem quinque aduersus eos loquuntur qui fatentur hec mala nec defuisse unquam nec defutura mortalibus et ea nunc magna nunc parua locis temporibus personisque uariari sed deorum multorum cultum quo eis sacrificatur propter uitam post mortem futuram esse utilem deputant Hiis ergo decem libris due iste uane opiniones xpiane religioni aduersarie refelluntur Sed ne quisquam nos aliena tantum redarguisse non autem nostra asseruisse reprehendat id agit pars altera operis huius que xij libris continetur quamquam ubi opus est et in prioribus x que nostra sunt asseramus et in xij posterioribus redarguamus aduersa xij ergo librorum sequencium primi quatuor continent exortum duarum ciuitatum quarum est una dei altera huius mundi Secundi quatuor excursum earum seu procursum Tercii uero qui et postremi debitos fines Ita omnes xxij libri cum sint de utraque Ciuitate conscripti titulum tamen a meliore acceperunt ut de Ciuitate dei potius uocarentur in quorum xij libro non debuit pro miraculo poni in abrahe sacrificio flammam celitus factam inter diuisas uictimas cucurrisse quoniam hec illi in uisione monstrata sunt In xvij libro quod dictum est de samuele non erat de filiis aaron dicendum potius fuit non erat filius sacerdotis filios quippe sacerdotum defunctis sacerdotibus succedere magis legittimi moris fuit Nam in filiis aaron reperitur pater samuel sed sacerdos non fuit nec ita in filiis ut eum ipse genuerit aaron sed sicut omnes illius populi dicuntur filii israel Explicit prologus sancti Augustini Episcopi de Ciuitate dei Incipiunt Aurelii Augustini doctoris ypponensis Episcopi de Ciuitate dei de marcellis contra paganos.

[left margin:] Quod addere non deorum templa confugisse ... parcerent

[right margin:] non et cultum

[right margin:] ac refelluntur

In nomine sancte et individue trinitatis Incipit liber
primus Aurelij Augustini ypponensis Episcopi de ci-
vitate dei de adversarijs nominis xpi quibus in
vastatione urbis propter xpm barbari pepercerunt
Capitulum primum

Gloriosissimam civi-
tatem dei sive in hoc temporum cursu cum
inter impios peregrinatur ex fide vivens/
sive in illa stabilitate sedis eterne/
quam nunc expectat per paciam/ quo-
adusque iusticia convertatur in iudicium
deinceps adeptura per excellentiam victoriam
ultimam et pacem perfectam/ hoc opere ad te instituto
et mea promissione debito defendere adversus eos
qui conditori eius deos suos preferunt fili carissime
Marcelline/ suscepi magnum opus et arduum/ sed
deus adiutor noster est Nam scio quibus viribus
opus sit ut persuadeatur superbis/ quanta sit virtus
humilitatis. qua fit ut omnia terrena cacumina
temporali mobilitate nutancia/ non humano usurpata
fastu sed divina gratia donata celsitudo cladem
transcendat. Rex deus enim et conditor Civitatis
huius de qua loqui instituimus in scriptura populi sui
sententiam divine legis aperuit qua dictum est. deus
superbis resistit humilibus autem dat gratiam/ hoc
vero quod dei est/ superbe quoque anime spiritus inflatus af-
fectat/ amatque sibi in laudibus dici/ xx. parcere
subiectis et debellare superbos/ Unde etiam terrena
civitate que dominari appetit et si populi serviat
ipsa ei dominandi libido dominatur/ Non est preter-
eundum silencio quidquid dicere habemus suscepti
huius operis racio postulat et facultas datur/
Ex hac namque existunt inimici adversus quos defen-
denda dei Civitas est/ Quorum tamen multi correcto
impietatis errore Cives in ea fiunt satis ydonei
Multi vero in eam tantis exardescunt ignibus o-
diorum/ tamque manifestis beneficijs redemptoris
eius ingrati sunt/ ut hodie contra eam linguas
non moverent nisi ferrum hostile fugientes in sa-
cratis eius locis vitam de qua superbiunt invoni-
rent/ An non et illi Romani xpi nomini infesti
sunt quibus propter xpm barbari pepercerunt/ Testa-
tur hoc martirum loca/ et basilice apostolorum/ que in illa
vastatione urbis ad se confugientes suos alie-
nosque receperunt/ Huc usque cruentus seviebat
inimicus ibi accipiebat limitem trucidatoris
furor Illo ducebantur a miserantibus hostibus
quibus eciam extra loca ipsa pepercerant/ ne incur-
rerent qui similem misericordiam non habebant Qui
tamen eciam ipsi alibi truces atque hostili more sevien-
tes. postea quam ad loca illa veniebant ubi
fuerat interdictum/ et alibi belli iure licuisset to-
to feriendi refrenabatur impietas et captiva-
di cupiditas frangebatur/ Sic evaserunt multi
qui xpianis temporibus detrahunt/ et mala que
illa Civitas pertulit xpo imputant/ Bona vero
que in eos ut viverent propter xpi honorem/ facta sunt
non imputant xpo nostro sed facto suo/ cum pocius
deberent si quid recte saperent illa que ab hostibus
aspera et dura perpessi sunt/ illi divine providentie

tribuere que solet corruptos hominum mores bellis
emendare atque conterere Itemque vitam morta-
lium iustam atque laudabilem talibus afflictioni-
bus exercere probatamque vel in meliorem transferre
/ vel in hijs adhuc terris propter usus alios detinere/
Illud vero quod eis vel ubicumque propter xpi nomen/ vel in
locis xpi nomini dicatissimis et amplissimis/ ac
pro largiore misericordia ad capacitatem multitudinis
~~et amplissimis/ ac pro largiore misericordia ad capaci~~
tatem multitudinis electis preter bellorum more
truculenti barbari pepercerunt hoc tribuere temporibus
xpianis hinc deo agere gratias/ hinc ad eius nomen
recurrere ut effugiant penas ignis eterni.
nota quod multi eorum mendaciter usurparunt ut effugerent
penas presentis exitij Nam quos fides petulanter
insultare servis xpi in eis sunt plurimi qui illum in-
teritum cladem que non evasissent/ nisi huos xpi se
esse finxissent/ et nunc ingrata superbia atque im-
pissima insania eius nomini resistunt corde perverso
ut sempiternis tenebris puniantur/ ad quod nomen
ore vel subdolo confugerunt/ ut temporali luce fruantur

Quod numquam ulla bella ita gesta sint ut vic-
tores populi ita propter deos eorum/ quos vincerent
parcerent victis/ Capitulum Secundum

Tot bella gesta conscripta sunt/ vel ante
condita roma vel ab eius exortu et im-
perio/ legant et proferant sic ab alienige-
nis aliqua captam esse civitatem/ ut hostes qui
ceperant parcerent eis quos ad deorum suorum templa
confugisse comperirant/ aut aliquem ducem
barbarum precepisset irrupto oppido nullus feri-
retur qui in illo templo fuisset inventus Nonne
vidit eneas priamum per aras fedantem
sanguine/ quos ipse sacraverat ignes
Nonne dyomedes et ulixes/ cesis
summe custodibus arcis corripuere
sacram effigiem manibus que cruen-
tis/ virgineas ausi divine contingere
vittas/ Nec tamen quod sequitur verum est ex
illo fluere/ ac retro sublapsa refer-
ri spes danaum/ postea quippe vi-
cerunt/ postea troyam ferro ignibusque
deleverunt. Postea confugientem ad aram
priamum obtruncaverunt Nec ideo troya periit
quia minervam perdidit Quid enim prius ipsa
minerva perdiderat/ ut periret. An forte
custodes suos Hoc sane verum est Illis quippe
perenmptis potuit auferri Neque enim
homines a simulacro/ sed simulacrum a custodibus servabatur
Quomodo ergo colebatur ut patriam custodiret/ et ci-
ves/ que suos non valuit custodire custodes

Quam imprudenter Romani deos penates troyanos
qui custodire non poterant sibi crediderunt pro-
futuros capitulo tercio

Ecce quibus dijs urbem romanam
servandam se commendasse gaudebant
o nimis miserabilem errorem/ et nobis succen-
sent/ cum de dijs eorum talia dicimus/ tamen nec succen-
sent auctoribus suis/ quos ut edissecerent mercede
dederunt/ doctoresque ipsos insuper et salario publico

Confutacio fauminime de troyanorum qua ulixes dyomedes senex et alij grecj priamum regem et alios infinitos occiderunt quod vidit eneas.

et honoris dignissimis habuerunt i / Nempe
apud virgilium quem propterea paruuli legunt ut vi
delicet poeta magnus omniumque preclarissimus
atque optimus teneris ebibitus annis non facile (ebibitus)
obliuione possit aboleri secundum illud oracii / Quo
semel est imbuta recens seruabit odorem testa
diu / Apud ergo virgilium nempe juno inducitur
infesta troyanis Eolo ventorum regi
aduersus eos irritando dicere / Gens i
inimica michi tyrenum nauigat equor
Illum portans victosque penates / Ita
ne istis penatibus victis roma ne vi
ceretur prudentes commendare debuerunt /
Sed hoc juno dicebat velut irata mu
lier quid loqueretur ignorans / Quid ene
as ipse pius totiens appellatus / Nonne
ita narrat pantheus otriades arcis
plebisque sacerdos / Sacra manu victosque deos paruum
que nepotem ipse trahit cursuque amens / ad limi
na tendit / Nonne deos victos quos ipsos non
dubitat dicere sibi pocius / quam se illis perhibet
commendatos Cum ei dicitur Sacra suosque tibi
commendat troya penates / Si igitur virgilius tales
deos et victos dicit / et ut vel victi quoquomodo e
uaderent homini commendatos / que dementia
est existimare hiis tutoribus romam sapienter fu
isse commissam / et nisi eos amisisset / non potuisse
vastari / Immo victos deos / tanquam presides ac
defensores colere / quid est aliud quam tenere non nu
mina bona sed omina mala / Quanto enim sapiencius
creditur romam ad istam cladem non fuisse ve
turam / nisi prius illi periissent / sed illos potius oli
fuisse perituros / nisi eos quantum potuisset roma
seruasset / Nam quis non aduertit / videat / quanta
sit vanitate presumptum / non posse vinci sub defen
soribus victis / et ideo periisse quia custodes per
didit deos / cum vel sola esse potuerit causa pereundi cus
todes habere voluisse perituros / Non itaque cum de diis
victis illa conscriberentur / atque canerentur / poetas li
bebat mentiri / sed cordatos homines cogebat
veritas confiteri / Verum ista oportunius alio loco
diligenter copioseque tractanda sunt / Nunc quod
institueram de ingratis hominibus dicere / pro parte
ut possum / quia ea mala que pro suorum morum (explere)
peruersitate merito paciuntur blasphemantes
christo imputant / Et autem illis in talibus propter
christum parcitur sed dignantur attendere / et eas (neque)
linguas aduersus eius nomen dementia
sacrilege proteruitatis exercent / quibus linguis usur
pauerunt mendaciter ipsum nomen ut viuerent

De asylo junonis in troya quod neminem libe
rauit a grecis et basilicis apostolorum que omnes ad se
confugientes a barbaris defenderunt c. iiij

Vel quas linguas in locis ei sacratis
metuendo presserunt / ut illic tuti
atque muniti / vbi propter eum lesi illesi ab hos
tibus fuerunt / inde in eum maledictis hostibus
prosilierunt / Ipsa ut dixi troya mater populi romani
sacratis locis deorum suorum munire non potuit ci
ues suos ab ignibus ferroque grecorum / eosdem
ipsos deos colencium / Quin etiam junonis asylo
custodes lecti phenix et dirus Vlixes predam
asseruabant / Huc vndique troya gaza incensis
erepta adiutis / mense que deorum crateres que ex (Crateres)
auro solidi / captiuaque vestis congeritur
pueri et pauide longo ordine matres
stant circum / Electus est videlicet locus ta
dem dee sacratus / non unde captiuos
non liceret educere / sed vbi captiuos liberet in
cludere / compara nunc asylum illud non cuiuslibet
dei gregalis / vel de turba plebis / sed iouis ipsius
sororis et coniugis / et regine omnium deorum / cum memori
is nostrorum apostolorum / Illuc incensis templis et diis
erepta spolia portabantur / non donanda victis
sed diuidenda victoribus / Huc autem et quod alibi
ad ea loca pertinere compertum est cum honore et ob
sequio religiosissimo reportatum est / Ibi amissa
hinc seruata libertas / Ibi clausa / hic interdicta
captiuitas / ibi possidendi dominantibus hostibus
premebantur / huc liberandi miserantibus hostibus
ducebantur / Postremo illud junonis templum
sibi elegerat auaricia et superbia leuium grecorum
istas christi basilicas misericordia et humilitas etiam imma
nium barbarorum

De generali consuetudine hostium victas ciuitates euertencium quod catho sen(tit?)

Nisi forte greci quidem ... serit Capitulum V.
in illa sua victoria templis deorum
communium pepercerunt atque illo confugientes
miseros victosque troyanos ferire vel captiuare
non ausi sunt / Sed virgilius poetarum more illa
mentitus est / Immo vero more hostium ciuita
tes euertencium ille quidem scripsit quem
morem et catho / sicut scribit Salustius nobilitate
veritatisque hystoricus sentencia sua / qua de coniuratis
in senatu habuit commemorare non pretermittit
rapi virgines pueros diuelli liberos
a parentum complexu / matres familiarum pati que
victoribus collibuisset / fana atque do
mos spoliari / cedem incendia fieri / Pos
tremo armis cadaueribus cruore atque luctu
omnia repleri / Hic si fana tacuisset / deorum sedi
bus solere hostes parcere putaremus / Et non hec
ab alienigenis hostibus sed catilina et sociis eius
nobilissimis senatoribus et romanis
ciuibus / romana templa metuebant
sed hii videlicet perditi et patrie parricide

Quod ne romani quidem ita ullas ceperint
ciuitates ut in templis earum parceret victis vi(cti)

Quid ergo per multas gentes que inter
se bella gesserunt et nusquam
victis in deorum suorum sedibus pepercerunt
noster sermo discurrat / Romanos ipsos videamus
ipsos inquam recolamus respiciamus que roma
nos de quorum precipua laude dictum est parcere
subiectis et debellare superbos / Et quod acceptam i
niuriam ignoscere quam persequi malebant / quando
tot tantasque vrbes ut late dominarentur expugna
tas captasque euerterunt / legatur nobis que tem
pla excipere solebant ut ad ea quisquis confu
gisset liberaretur / An illi faciebant et scriptores
earundem rerum gestarum ista reticebant / Ita ne
qui ea que laudarent maxime inquirebant
ista preclarissima secundum ipsos pietatis indicia

(Marginal rubricated notes, left column: Virgilius de junone dea et eolo regi fictis troyanis ... de falsis diis fictis quibus fan(ta)tici honores se committerant; de hominibus ingratis. Right column: de troya iunone et de falsis diis eius et de asylo junonis et iouis; Virgilius catho Salustius; Cathilina et romani senatores.)

perierunt. Egregius romani nominis Marcus Marcellus qui et Syracusas urbem ornatissimam cepit refertur eam prius flevisse ruituram et ante eius sanguinem suas illi lacrimas effudisse, gessit et curam pudicicie etiam in hoste servande. Nam prius quam victor oppidum iussisset invadi constituit edicto, ne quis corpus liberum violaret. Eversa est tamen civitas more bellorum, nec usquam legitur ab imperatore tam casto atque clementi fuisse preceptum, ut quisquis ad illud vel illud templum fugisset abiret illesus. Quod utique nullo modo preteriretur, quando nec eius fletus nec quod edixerat pro pudicicia minime violanda potuit taceri. Fabius Tarentine urbis eversor a simulacrorum depredatione abstinuisse laudatur. Nam cum ei scriba suggessisset quid de signis deorum, que multa capta fuerant, fieri iuberet, continenciam suam etiam iocando condivit. Quesivit enim cuiusmodi essent, et cum ei non solum multa grandia, verum etiam armata renunciarentur: Relinquamus, inquit, Tarentinis deos iratos.

Marcus Marcellus Romanus Syracusam urbem capiens

Fabius Romanus eversor Tarenti de basilicas dei

Quod in eversione urbis que aspere gesta sunt de consuetis acciderint belli, que vero clementer de potencia venerint nominis Christi. Capitulum septimum.

Quicquid igitur nec illius fletum nec huius risum, nec illius castam misericordiam nec huius continenciam romanarum rerum gestarum scriptores tacere potuerunt, qui it… deorum suorum sic pepercissent, ut in quoquam templo cedem vel captivitatem fieri prohiberent. Quod quicquid ergo vastacionis, trucidacionis, depredacionis, concremacionis, affliccionis in ista recentissima romana clade commissum est, fecit hoc consuetudo bellorum. Quod autem novo more factum est, quod inusitata rerum facie immanitas barbara tam mitis apparuit, ut amplissime basilice implende populo cui parceretur eligerentur et decernerentur, ubi nemo feriretur, unde nemo raperetur, quo liberandi multi a miserantibus hostibus ducerentur, unde captivandi ulli nec a crudelibus hostibus adducerentur: hoc Christi nomini, hoc christiano tempori tribuendum. Quisquis non videt cecus, quisquis videt nec laudat ingratus, quisquis laudanti reluctatur insanus est. Absit ut prudens quisquam hoc feritati imputet barbarorum. Truculentissimas et sevissimas mentes ille terruit, ille frenavit, ille mirabiliter temperavit, qui per prophetam tanto ante dixit: Visitabo in virga iniquitates eorum et in flagellis peccata eorum; misericordiam autem meam non dispergam ab eis.

De comodis atque incomodis que bonis ac malis communia sunt plerumque. Capitulum octavum et sequitur.

Dicet aliquis: Cur ergo ista divina misericordia etiam ad impios ingratosque pervenit? Cur putamus, nisi quia eam ille prebuit qui cottidie facit oriri solem suum super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos? Quamvis enim quidam eorum cogitantes ista penitendo ab impietate se corrigant, quidam vero, sicut apostolus dicit, diviciias bonitatis et longanimitatis dei contempnentes, secundum duriciam cordis sui et cor inpenitens thezaurizant sibi iram in die ire et revelacionis iusti iudicii dei, qui reddit unicuique secundum opera sua, tamen paciencia dei ad penitenciam invitat malos, sicut flagellum dei ad pacienciam erudit bonos. Itemque misericordia dei fovendo amplectitur bonos, sicut severitas dei puniendo corripit malos. Placuit quippe divine providencie preparare in posterum bona iustis quibus non fruentur iniusti, et mala impiis quibus non excruciabuntur boni; ista vero temporalia bona et mala utrisque voluit esse communia, ut nec bona cupidius appetantur que mali quoque habere cernuntur, nec mala turpiter evitentur quibus et boni plerumque afficiuntur. Interest autem plurimum qualis sit usus earum rerum que prospere vel earum que dicuntur adverse. Nam bonus temporalibus nec bonis extollitur nec malis frangitur; malus autem huiusmodi ideo infelicitate punitur, quia felicitate corrumpitur. Ostendit tamen deus sepe etiam in his distribuendis evidencius operacionem suam. Nam si nunc omne peccatum manifesta plecteret pena, nil ultimo iudicio servari putaretur. Rursus si nullum peccatum nunc puniret aperte divinitas, nulla esse divina providencia crederetur. Similiter in rebus secundis, si non eas deus quibusdam petentibus evidentissima largitate concederet, non ad eum ista pertinere diceremus. Itemque si omnibus eas petentibus daret, non nisi propter talia premia serviendum illi esse arbitraremur, nec pios nos faceret talis servitus, sed pocius cupidos et avaros. Hec cum ita sint, quicumque boni et mali pariter afflicti sunt, non ideo ipsi distincti non sunt, quia distinctum non est quod utrique perpessi sunt. Non ideo ipsi distincti non sunt. Manet enim dissimilitudo passorum etiam in similitudine passionum, et licet sub eodem tormento non est idem virtus et vicium. Nam sicut sub uno igne aurum rutilat, palea fumat, et sub eadem tribula stipule comminuuntur, frumenta purgantur, nec ideo cum oleo amurca confunditur quia eodem prelii pondere exprimitur, ita una eademque vis irruens bonos purgat, eliquat, purificat, malos dampnat, vastat, exterminat. Unde in eadem afflictione mali deum detestantur atque blasphemant, boni autem precantur et laudant. Tantum interest non qualia, sed qualis quisque paciatur. Nam pari motu exagitatum et exalat horribiliter cenum et suaviter fragrat unguentum.

Fabius Romanus eversor Tarenti de basilicas dei

Cur nonnumquam deus impios defendit bonos

Bona bonis mala malis bona temporalia utrisque

De causis correctionum populi propter quas et boni et mali pariter flagellantur. Capitulum nonum.

Quid igitur in illa rerum vastitate christiani passi sunt, quod non eis magis fideliter ista considerantibus ad profectum valeret? Primo quod ipsa peccata quibus deus indignatus implevit tantis calamitatibus mundum humiliter cogitantes, quamvis longe absint a facinorosis, flagiciosis atque impiis, tamen non usque adeo se a delictis reputant alienos, ut nec temporalia pro eis mala perpeti se iudicent dignos. Excepto enim quod unusquisque quamlibet laudabiliter vivens cedit in quibusdam carnali concupiscencie

et si non ad facinora inmanitatum et gurgitem flagiciorum atque impietatis abhominacionem / ad aliqua tamen peccata / vel rara / vel tanto crebriora / quanto minora. Hoc ergo excepto quis tandem facile reperitur qui eosdem ipsos propter quorum horrendam superbiam luxuriamque et avariciam atque exsecrabiles iniquitates et impietates / deus sicut minando predixit conterit terras / sic habeat ut habendi sunt / sic cum eis vivat ut cum talibus est vivendum // Plerumque enim ab eis docendis amonendis / aliquando et obiurgandis et corripiendis male dissimulatur / vel laboris piget vel cum os eorum verecundamur offendere / vel cum inimicicias devitamus ne impediant et noceant / in istis temporalibus rebus sive quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas / sive quas amittere formidat infirmitas / ita ut quamvis bonis malorum vita displiceat / et ideo cum eis non incidant in illam dampnacionem que post hanc vitam talibus preparatur / tamen quia propterea peccatis eorum dampnabilibus parcunt dum eos in suis licet levibus et venialibus metuunt / iure cum eis temporaliter flagellantur / quamvis in eternum minime puniantur / iure istam vitam quando divinitus affliguntur cum eis amaram senciunt / cuius amando dulcedinem peccantibus eis amari esse noluerunt / Nam si propterea quisque obiurgandis et corripiendis male agentibus parcit / quia oportunum tempus inquirit / vel eisdem ipsis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur / vel ad bonam vitam et piam erudiendos impediant alios infirmos et premant atque avertant / a fide / non videtur esse cupiditatis occasio / sed consilium caritatis / Illud est culpabile quod qui dissimiliter vivunt et a malorum factis abhorrent parcunt tamen peccatis alienis que dedocere aut obiurgare deberent / dum eorum offensiones cavent / ne sibi noceant in hiis rebus quibus licite boni atque innocenter utuntur / sed cupidius quam oportebat qui in hoc mundo peregrinantur et spem superne patrie pre se gerunt / Non solum quippe infirmiores vitam ducentes coniugalem / filios habentes vel habere querentes / domos ac familias possidentes / quos apostolus in ecclesiis alloquitur docens et monens quemadmodum vivere debeant et uxores cum maritis et mariti cum uxoribus / et filii cum parentibus et parentes cum filiis / et servi cum dominis et domini cum servis / multa terrena libenter adipiscuntur et moleste amittunt propter que non audent offendere homines / quorum sibi vita contaminatissima et sceleratissima displicet / Verum etiam qui superiorem vite gradum tenent nec coniugalibus vinculis irretiti sunt / et victu parvo ac tegumento utuntur / plerumque sue fame ac saluti dum insidias atque impetus malorum timent / ab eorum reprehensione sese abstinent / Et quamvis non in tantum eos metuant ut ad similia perpetranda / quibuslibet eorum terroribus atque improbitatibus cedant / ea ipsa tamen que cum eis non perpetrant / nolunt plerumque corripere / cum fortasse possint aliquos corripiendo corrigere / ne si non potuerint sua salus et fama in periculum exitiumque perveniat / nec ea consideracione qua suam famam ac salutem videntes necessariam utilitati erudiendorum hominum / sed ea potius infirmitate qua delectat lingwa blandiens / et humanus dies et reformidatur vulgi iudicium / et carnis excruciacio / vel perempcio / hoc est propter quedam cupiditatis vincula non propter officia caritatis / Non michi itaque videtur hec parva esse causa / quare cum malis flagellantur et boni / quando deo placet perditos mores eciam temporalium penarum afflictione punire / flagellantur enim simul / non quia simul agunt malam vitam / sed quia simul amant temporalem vitam / non quidem equaliter sed tamen simul quam boni contempnere deberent / ut illi correpti atque correcti consequerentur eternam / Ad quam consequendam si nollent esse socii / ferrentur et diligerentur inimici / quia donec vivunt semper incertum est utrum voluntatem sint in melius mutaturi / Qua in re non utique parem sed longe graviorem habent causam / Quibus per prophetam dicitur / Ille quidem in suo peccato morietur / sanguinem autem eius de manu speculatoris requiram / Ad hoc enim speculatores / hoc est populorum prepositi / constituti sunt in ecclesiis / ut non parcant obiurgando peccata / Nec ideo tamen ab huiuscemodi culpa penitus alienus est / qui licet prepositus non sit in eis tamen quibus vite huius necessitate coniungitur / multa monenda vel arguenda novit et negligit / devitans eorum offensiones propter illa quibus in hac vita non indebitis utitur / sed plusquam debuit delectatur / Deinde habent aliam causam boni quare temporalibus affligantur malis / qualem habuit Iob ut sibi ipse humanus animus sit probatus et cognitus / quanta virtute pietatis deum diligat /

[margin, red: Questio quare boni affliguntur cum malis]

[margin, red: Racio quare boni temporalibus malis affliguntur ut Iob]

[margin, left: multa temporalia]

Quod sancti in amissione rerum temporalium nichil perdant c. x.

Quibus recte consideratis atque perspectis attende utrum aliquid mali acciderit fidelibus et piis quod eis non in bonum verteretur / nisi forte putandum est apostolicam illam vacare sententiam ubi ait / Scimus quia [diligentibus] deum omnia cooperantur in bonum / Amiserunt omnia que habebant / Numquid fidem / Numquid caritatem / al' pietatem / Numquid interioris hominis bona / qui est ante deum dives / Hee sunt opes christianorum de quibus opulentus dicebat apostolus / Est autem questus magnus pietas cum sufficiencia / Nichil enim intulimus in hunc mundum / sed nec auferre quid possumus / habentes autem victum et tegumentum hiis contenti sumus / Nam qui volunt divites fieri incidunt in temptacionem et laqueum et desideria multa et noxia / que mergunt homines in interitum et perditionem / Radix enim omnium est malorum avaricia // Quam quidam appetentes a fide pererraverunt et inseruerunt se doloribus multis / Quibus ergo terrene divicie in illa vastacione perierunt / si eas sic habebant / quemadmodum ab isto foris paupere / intus divite audierant / id est si mundo utebantur tamquam non utentes / potuerunt dicere quod ille graviter temptatus et minime superatus / Nudus egressus de utero matris mee nudus revertar in terram / Dominus dedit dominus abstulit / sicut domino placuit ita factum est / sit nomen domini benedictum

[margin, red: De contemptu diviciarum temporalium et appetitu spiritualium]

Vt bonus servus magnas facultates haberet / ipsamque
sui domini voluntatem tamquam pedissequus mente dites-
ceret nec contristaretur eis rebus vivens relictis
quas cito fuerat moriens relicturus. Illi autem infir-
miores qui terrenis hiis bonis quamvis ea non pre-
ponerent Christo / aliquantula tamen cupiditate cohe-
bant . quantum hec amando peccaverunt perdendo
senserunt. Tantum quippe doluerunt quantum se dolo-
ribus inseruerant sicut apostolum supra dixisse com-
memoravi. Oportebat enim ut eis adderetur etiam
experimentorum disciplina a quibus tam diu fuerat
neglecta verborum. Nam cum dicit apostolus Qui volunt
divites fieri incidunt in temptationem / et cetera profecto
in divitiis cupiditatem reprehendit non facultatem
quam precepit alibi dicens Precipe divitibus huius
mundi non superbe sapere / neque sperare in incerto divitiarum
sed in deo vivo qui prestat nobis omnia habundanter
ad fruendum / benefaciant divites sint in operibus bonis
facile tribuant / communicent / thezaurizent sibi bo-
num fundamentum in futurum ut apprehendant veram
vitam. Hec qui de suis in divitiis faciebant mag-
nis sunt lucris levia dampna solati / plusque letati
ex hiis que [// facile tribuendo tutius servaverunt quam contristati ex hiis que] timide retinendo facilius amiserunt /
Hoc enim potuit in terra perire quod piguit inde trans-
ferre. Nam qui receperunt consilium domini sui dicentis
Nolite abscondere vobis thezauros in terra ubi
tynea et rubigo exterminat / et ubi fures effodiunt
et furantur / Sed thezaurizate vobis thezauros in ce-
lo quo fur non accedit / neque tinea corrumpit / Ubi
enim thezaurus tuus illic erit et cor tuum / tribulacio-
nis tempore probaverunt / quam recte sapuerint non con-
temnendo veracissimum preceptorem / et thezauri
sui fidelissimum invictissimumque custodem. Nam
si multi gavisi sunt ibi se habuisse divitias suas /
quo contigit ut hostis non accederet / quanto certius
et securius gaudere potuerunt qui monitu dei sui
illuc migraverant / quo accedere omnino non posset /
Unde paulinus noster nolensis episcopus ex opulentissimo
divite voluntate pauperrimus et copiosissime sanctus
quando et ipsam nolam barbari vastaverunt / cum ab
eis teneretur / sic in corde suo ut ab eo
postea cognovimus / precabatur Domine non ex-
crucier propter aurum et argentum. Ubi enim
sint omnia mea tu scis. Ibi enim habebat
omnia sua ubi eum condere et thezaurizare ille mo-
nuerat qui hec mala mundo ventura predixerat /
Ac per hoc qui domino suo monenti obedierant / ubi
et quo thezaurizare deberent nec ipsas terrenas
divitias barbaris incursantibus amiserunt
/ Quos autem non obedisse penituit quid de talibus
rebus faciendum / etiam si non precedente sapientia certe
consequente experientia didicerunt. Ac quidam
boni etiam christiani tormentis excruciati sunt ut bona
sua hostibus proderent. Illi vero nec prodere nec
perdere potuerunt bonum quo ipsi boni erant. Si autem
torqueri quam mamona iniquitatis prodere ma-
luerunt boni non erant / Admonendi autem fuerant
qui tanta patiebantur pro auro quanta essent sus-
tinenda pro christo / ut eum potius diligere discerent /
qui pro se passos eterna felicitate ditaret non
auro et argento / pro quo pati miserrimum fuit /

De sancto paulino nolensi episcopo

seu mentiendo occultaretur seu verum dicendo proderetur
Namque inter tormenta nemo christum confitendo ami-
sit / nemo aurum nisi negando servavit / quo circa uti-
liora erant fortasse tormenta que bonum incorrupti-
bile amandum docebant / quam illa bona que sine
ullo utili fructu dominos sui amore torquebant //
Sed quidam etiam non habentes quod proderent dum non cre-
duntur torti sunt / Et hii forte habere cupiebant / nec
sancta voluntate pauperes erant / quibus demonstrandum
fuit / non facultates sed ipsas cupiditates talibus dig-
nas esse cruciatibus. Si vero vite melioris proposito
reconditum aurum argentumque non habebant / nes-
cio quidem utrum cuiquam talium acciderit ut dum habere
creditur torqueretur. Verumtamen et si accidit / profecto
qui inter illa tormenta paupertatem sanctam confite-
batur christum confitebatur. Quapropter et si non [meruit] ab hos-
tibus credi / non potuit tamen sancte paupertatis confessor
sine celesti mercede torqueri.

De fine temporalis vite sive longioris sive brevioris Capitulum undecimum

Multos inquiunt etiam christianos fames
diuturna vastavit hoc quoque
in usus suos boni fideles pie tollerando
verterunt / Quos enim fames necavit malis vite huius
sicut corporis morbus eripuit. Quos autem non ne-
cavit docuit parcius vivere docuit productius ieiu-
nare. Sed enim multi etiam christiani interfecti sunt multi
multarum mortium feda varietate consumpti. Hoc si egre
ferendum est omnibus qui in hanc vitam procreati sunt
utique commune est / Hoc scio neminem fuisse mortuum
qui non fuerat aliquando moriturus. Finis
autem vite tam longam quam brevem
vitam hoc idem facit. Neque enim aliud melius et aliud
deterius et aliud maius et aliud brevius est quod iam
pariter non est. Quid autem interest quo mortis genere
vita ista finiatur quando ille cui finitur iterum mori
non cogitur. Cum autem unicuique mortalium sub cotti-
dianis vite huius casibus innumerabiles mortes
quodammodo comminentur / quamdiu incertum est / que-
nam earum ventura sit / quero utrum satius sit unam
perpeti moriendo an omnes timere vivendo. Nec
ignoro quam citius eligatur diu vivere sub timore
tot mortium / quam semel moriendo nullam deinceps
formidare. Sed aliud est quod carnis sensus infir-
miter pavidus refugit / aliud quod mentis racio
diligenter enucleata convincit / Mors mala pu-
tanda non est quam bona vita precesserit / neque
enim facit malam mortem nisi quod sequitur mortem
Non itaque multum curandum est eis qui necessario morituri
sunt quid accidat ut moriantur / sed moriendo quo
ire cogantur. Cum igitur christiani noverint longe
meliorem fuisse religiosi pauperis mortem
inter lingentium canum linguas quam impii divitis
in purpura et bysso / horrenda illa genera mortium
quid mortuis obfuerunt qui bene vixerunt

De morte

De sepultura humanorum corporum que christianis etiam si fuit negata nichil adimit xii.

At enim in tanta strage cada-
verum nec sepeliri potu-
erunt. Neque istud pia fides nimium refor-
midat tenens predictum nec absumentes
bestias resurrecturis corporibus obfuturas
quorum capillus capitis non peribit nullo enim modo

dicit ueritas Nolite timere eos qui corpus occidunt animam autem non possunt occidere. Nisi quidquam obesset future uite quidquid inimici de corporibus occisorum facere uoluissent. Nisi forte quispiam sic absurdus est ut contendat eos qui corpus occidunt non debere timeri ante mortem ne corpus occidant et timeri post mortem ne corpus occisum sepeliri non sinant. Falsum est ergo quod ait christus qui corpus occidunt et postea non habent quid faciant si habent tanta que de cadaueribus faciant. Absit ut falsum sit quod ueritas dixit. Dictum est enim aliquid eos facere cum occidunt quia in corpore sensus est occidendo postea uero nihil habere quod faciant quia nullus sensus est in corpore occisi. Multa itaque corpora christianorum terra non texit sed nullum eorum quisquam a celo et terra separauit quam totam implet presentia sui qui nouit unde resuscitet quod creauit. Dicitur quidem in psalmo Posuerunt mortalia seruorum tuorum escam uolatilibus celi carnes sanctorum tuorum bestiis terre effuderunt sanguinem eorum sicut aquam in circuitu ierusalem et non erat qui sepeliret. Sed magis ad exaggerandam crudelitatem eorum qui ista fecerunt non ad eorum infelicitatem qui ista perpessi sunt. Quamuis enim hec in conspectu hominum dura et dira uideantur sed preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Proinde omnia ista id est curatio funeris condicio sepulture pompa exequiarum magis sunt uiuorum solacia quam subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura preciosa oberit pio uilis aut nulla. Preclaras exequias in conspectu hominum purpurato illi diuiti turba famulorum sed multo clariores in conspectu domini ulceroso illi pauperi ministerium prebuit angelorum qui eum non extulerunt in marmoreum tumulum sed in abrahe gremium sustulerunt. Rident hec illi contra quos defendendam suscepimus ciuitatem dei. Verumptamen sepulture curam etiam eorum philosophi contempserunt et sepe uniuersi exercitus dum pro terrena patria morerentur ubi postea iacerent uel quibus bestiis esca fierent non curarunt licuitque de hac re poetis plausibiliter dicere celo tegitur qui non habet urnam. Quanto minus debent de corporibus insepultis insultare christianis quibus et ipsius carnis et membrorum omnium reformatio non solum ex terra uerum etiam ex aliorum elementorum secretissimo sinu quo dilapsa cadauera recesserunt in temporis puncto reddenda et redintegranda promittitur.

De exemplo philosophorum sepulture curam [illegible]

Que sit racio sanctorum corpora sepeliendi xiij

Nec ideo tamen contempnenda et abicienda sunt corpora defunctorum maximeque iustorum atque fidelium quibus tamquam organis et uasis ad omnia bona opera sanctus usus est spiritus. Si enim paterna uestis et anulus ac si quid huiusmodi tanto carius posteris quanto erga parentes maior affectus nullo modo ipsa spernenda sunt corpora que utique multo familiarius atque coniunctius quam quelibet indumenta gestamus. Hec enim non ad ornamentum uel adiutorium quod adhibetur extrinsecus sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Unde et antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt et exequie celebrate et sepultura prouisa ipsique cum uiuerent de sepeliendis uel etiam transferendis suis corporibus filiis mandauerunt. Et thobias sepeliendo mortuos deum promeruisse testimonio angelorum commendatur. Ipse quoque dominus die tercio resurrecturus religiose mulieris bonum opus predicat predicandumque commendat quod unguentum preciosum super membra eius effuderit atque hoc ad sepeliendum eum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in euangelio qui corpus eius de cruce acceptum diligenter atque honorifice tegendum sepeliendumque curarunt. Verum iste auctoritates non hoc admonent quod insit ullus cadaueribus sensus sed ad dei prouidenciam cui placent etiam talia pietatis officia corpora quoque mortuorum pertinere significant propter fidem resurrectionis astruendam. Ubi et illud salubriter discitur quanta possit esse remuneracio pro elemosinis quas uiuentibus et sencientibus exhibemus si neque hoc apud deum perit quod exanimis hominum membris officii diligencie persoluitur. Sunt quidem et alia que sancti patriarche de corporibus suis uel condendis uel transferendis prophetico spiritu dicta intelligi uoluerunt. Non autem hic locus est ut ea pertractemus cum sufficiant ista que diximus. Sed si ea que sustentandis uiuentibus sunt necessaria sicut uictus et amictus quamuis cum graui afflictione desint non frangunt in bonis perferendi tolerandique uirtutem nec eradicant ex animo pietatem sed exercitatam faciunt fecundiorem quanto magis cum desunt ea que curandis funeribus condendisque corporibus defunctorum adhiberi solent non efficiunt miseros in occultis piorum sedibus iam quietos. Ac per hoc quando ista cadaueribus christianorum in illa magne urbis uel etiam aliorum oppidorum uastatione defuerunt nec uiuorum culpa est qui non potuerunt ista prebere nec pena mortuorum qui non possunt ista sentire.

De exequiis defunctorum corporum et de thobia

De sepultura patriarcharum

De captiuitate sanctorum quibus numquam diuina solacia defuerunt xiiij

Sed multi inquiunt christiani etiam captiui ducti sunt. Hoc sane miserrimum est si aliquo duci potuerunt ubi deum suum non inuenerunt. Sunt autem in scripturis sanctis huius etiam cladis magna solacia. Fuerunt in captiuitate tres pueri fuit daniel fuerunt alii prophete nec defuit consolator deus. Sic ergo non deseruit fideles suos sub dominacione gentis licet barbare tamen humane qui prophetam non deseruit nec in uisceribus belue. Nec quoque illi cum quibus agimus malunt irridere quam credere qui tamen in suis litteris credidit arionem methymneum nobilissimum citharistam cum deiectus esset de naui exceptum delphini dorso et ad terras esse perlatum. Verum illud nostrum de iona propheta incredibilius est. Plane incredibilius quia

De daniele et de tribus pueris sidrach misach et abdenago

De arione methymneo

mirabilius et mirabilius quam potentius, habent tamen isti de captivitate religionis causa etiam sponte toleranda et in suis praeclaris viris nobilissimum exemplum.

De regulo in quo captivitatis ob religionem etiam sponte tolerandae exstat exemplum, quod tamen illi deos colenti prodesse non potuit. xv.

Marcus regulus imperator populi romani captivus apud Carthaginienses fuit, qui cum sibi mallent a romanis suos reddi quam eorum tenere captivos, ad hoc impetrandum etiam istum praecipue regulum cum legatis suis romam miserunt, prius iuratione constrictum, si quod volebant minime peregisset, rediturum esse carthaginem. Perrexit ille atque in senatu contraria persuasit, quoniam non arbitrabatur utile esse romanae rei publicae mutare captivos. Nec post hanc persuasionem a suis ad hostes redire compulsus est, sed quia iuraverat id sponte complevit. At illi eum excogitatis atque horrendis cruciatibus necaverunt. Inclusum quippe angusto ligno, ubi stare cogeretur, clavisque acutissimis undique confixo, ut se in nullam eius partem sine poenis atrocissimis inclinaret, etiam vigilando peremerunt. Merito certe laudant virtutem tam magna infelicitate maiorem. Et per deos ille iuraverat, quorum prohibito cultu has generi humano clades isti opinantur infligi. Qui ergo propterea colebantur, ut istam vitam prosperam redderent, si verum iuranti has irrogari poenas seu voluerunt seu permiserunt, quid periuro gravius irati facere potuerunt? Sed cur non ratiocinationem meam potius ad utrumque concludam? Deos certe ille sic coluit, ut propter iurisiurandi fidem nec maneret in patria nec inde quolibet iret, sed ad suos acerrimos inimicos redire minime dubitaret. Hoc si huic vitae utile existimabat, cuius tam horrendum exitum meruit, procul dubio fallebatur. Suo quippe docuit exemplo nihil deos ad istam temporalem felicitatem suis prodesse cultoribus, quandoquidem ille eorum deditus cultui et victus et captivus abductus et quia noluit aliter quam per eos iuraverat facere, novo ac prius inaudito nimiumque horribili supplicii genere cruciatus exstinctus est. Si autem deorum cultus post hanc vitam velut mercedem reddit felicitatem, cur calumniantur temporibus christianis id dicentes, ideo urbi accidisse illam calamitatem quia deos suos colere destitit, cum potuerit et illos diligentissime colens tam infelix fieri quam ille regulus fuit? Nisi forte contra clarissimam veritatem tanta quisquam dementia mirae caecitatis obnititur, ut contendere audeat, universam civitatem deos colentem infelicem esse non posse, unum vero hominem posse, quod videlicet potentia deorum suorum multos potius sit idonea conservare quam singulos, cum multitudo constet ex singulis.

Si autem dicatur marcum regulum etiam in illa captivitate illisque cruciatibus corporis animi virtute beatum esse potuisse, virtus potius vera quaeratur qua beata possit esse et civitas. Neque enim aliunde beata civitas, aliunde homo, cum aliud civitas non sit quam concors hominum multitudo. Quam ob rem nondum interim disputo qualis in regulo virtus fuerit. Sufficit nunc quod isto nobilissimo exemplo coguntur fateri non propter corporis bona vel earum rerum quae extrinsecus homini accidunt colendos deos. Quandoquidem ille carere his omnibus maluit quam deos per quos iuraverat offendere. Sed quid faciamus hominibus qui gloriantur se talem habuisse civem qualem timent habere civitatem? Quod si non timent, tale ergo aliquid quale accidit regulo etiam civitati tam diligenter quam ille deos colenti accidere potuisse fateantur et christianis temporibus non calumnientur. Verum quia de illis christianis orta quaestio est qui etiam captivati sunt, hoc intueantur et taceant qui saluberrimae religioni ex hinc imprudenter atque impudenter illudunt, quia si diis eorum probrum non fuit quod attentissimus cultor illorum, dum eis iurisiurandi fidem servaret, patria caruit cum aliam non haberet captivusque apud hostes longa morte supplicio novae crudelitatis occisus est, multo minus nomen criminandum est christianum in captivitate sacratorum suorum, qui supernam patriam veraci fide exspectantes etiam in suis sedibus peregrinos se esse noverunt.

An stupris quae etiam sacratarum forte virginum est passa captivitas contaminari potuerit virtus animi sine voluntatis assensu. xvi c.

Magnum sane crimen se putant obicere christianis cum eorum exaggerantes captivitatem addunt etiam stupra commissa non solum in alienas matrimonia virginesque nupturas sed etiam in quasdam sanctimoniales. Hic vero non fides, non pietas, non ipsa virtus quae castitas dicitur, sed nostra potius disputatio inter pudorem atque rationem quibusdam coartatur angustiis. Nec tantum hic curamus alienis responsionem reddere quantum ipsis nostris consolationem. Sit igitur in primis positum atque firmatum virtutem qua recte vivitur ab animi sede membris corporis imperare sanctumque corpus usu fieri sanctae voluntatis, qua inconcussa ac stabili permanente quidquid alius de corpore vel in corpore fecerit quod sine peccato proprio non valeat evitari praeter culpam esse patientis. Sed quia non solum quod ad dolorem verum etiam quod ad libidinem pertinet in corpore alieno perpetrari potest, quidquid tale factum fuerit, etsi retentam constantissimo animo pudicitiam non excutit, pudorem tamen incutit, ne credatur factum cum mentis etiam voluntate quod fieri fortasse sine carnis aliqua voluptate non potuit.

De morte voluntaria ob metum poenae sive dedecoris. xvii c.

Ac per hoc et quae se occiderunt ne quicquam huiusmodi paterentur, quis humanus affectus

De lona prophetia

De marco regulo

De falsis diis

Contra calumniatores calamitatem quae urbi accidit temporibus christianis

Civitas est concors hominum multitudo

De sanctimonialibus quae urbis excidio sunt ab hoste compressae

eis noluit ignosci / et qui se occiderunt noluerunt ne suo facinore alienum flagitium devitarent / quisquis eis hoc animi dederit / ipse crimine insipiencie non carebit. Nam utique si non licet privata potestate hominem occidere / vel nocentem / cuius occidendi licenciam lex nulla concedit / profecto et qui se ipsum occidit homicida est / et tanto fit nocencior cum se occiderit / quanto innocencior in ea causa fuit / qua se occidendum putavit. Nam si Jude factum merito detestamur / eumque veritas iudicat cum se laqueo suspendit scelerate illius tradicionis auxisse pocius quam expiasse commissum / quoniam dei misericordiam desperando exiciabiliter penitens nullum sibi salubris penitencie locum reliquit / quanto magis a sua nece se abstinere debet / qui tali supplicio quod in se puniat non habet. Judas enim cum se occidit sceleratum hominem occidit / et tamen non solum Christi verum eciam sue mortis reus finivit hanc vitam / quia licet propter suum scelus alio suo scelere occisus est.

Contra occisiores sui ipsius ut Judas fecit.

De aliena violencia et libidine / quam in oppresso corpore mens et vita perpeti. xviii.

Cur autem homo / qui mali nil fecit / sibi male faciat / et se ipsum interficiendo hominem interficiat innocentem / ne alium patiatur nocentem / atque in se perpetret peccatum proprium / ne in eo perpetretur alienum. At enim ne vel aliena polluat libido metuitur / Non polluet si aliena erit. Si autem polluet / aliena non erit / Sed cum pudicicia virtus sit animi / comitemque habeat fortitudinem / qua potius quelibet mala tolerare quam malo consentire decernit / nullus autem magnanimus et pudicus in potestate habeat / quid de sua carne fiat / sed tantum quid annuat mente vel renuat / quis eadem sana mente putaverit se perdere pudiciciam / si forte in apprehensa vel oppressa carne sua exerceatur et expleatur libido non sua. Si enim hoc modo pudicicia perit / virtus animi non erit / nec pertinebit ad ea bona quibus bene vivitur / sed in bonis corporeis numerabitur / qualia sunt vires / pulchritudo / sana valitudo / ac si quid huiusmodi est / que bona eciam si minuantur / bonam iustamque vitam omnino non minuunt. Quod si tale aliquid est pudicicia / ut quid pro illa ne amittatur eciam cum periculo corporis laboratur. Si autem animi bonum est / eciam oppresso corpore non amittitur. Quin eciam sancte continencie bonum cum immundicie carnalium concupiscenciarum non cedit / et ipsum corpus sanctificat / et ideo cum eis non cedere inconcussa intencione persistit / nec de ipso corpore perit sanctitas / quia eo sancte utendi perseverat voluntas / et quantum in ipso est / eciam facultas. Neque enim eo corpus sanctum est quod eius membra sunt integra / aut eo quod nulla contrectantur attactu / cum possint diversis casibus eciam vulnerata vim perpeti / et medici aliquando saluti opitulantes hec ibi faciant que horret aspectus. Obstetrix virginis cuiusdam integritatem manu velut explorans / sive malivolencia / sive inscicia / sive casu / dum inspicit perdidit. Non opinor quemquam tam stulte sapere / ut huic perisse existimet eciam de ipsius corporis sanctitate / quamvis membri illius integritate iam perdita. Quocirca proposito animi permanente / per quod iam corpus sanctificari meruit / nec ipsi corpori aufert sanctitatem violencia libidinis aliene / quam servat perseverancia continencie sue. An vero si aliqua femina mente corrupta / violatoque proposito / quod deo voverat / pergat vicianda ad deceptorem suum / adhuc eam pergentem sanctam vel corpore dicimus / ea sanctitate animi per quam corpus sanctificabatur amissa atque destructa. Absit hic error / et hinc pocius admoneamur / ita ut non amitti corporis sanctitatem / manente animi sanctitate et corpore oppresso / sicut amittitur et corporis sanctitas violata animi sanctitate et corpore intacto. Quam ob rem non habet quod in se morte spontanea puniat femina / sine ulla sua consensione violenter oppressa / et alieno compressa peccato / quanto minus antequam hoc fiat / ne admittatur homicidium certum / cum ipsum flagicium quamvis alienum adhuc pendet incertum.

Qui non consentit non polluitur etc.

perit proprie pudicicia

si eciam oppresso corpore non amittitur et sancte continencie bonum

De obstetrice cuiusdam virginis.

De lucrecia que se ob illatum sibi stuprum peremit. xix.

An forte huic perspicue racioni qua dicimus corpore oppresso nequaquam proposito castitatis ulla in malum consensione mutato illius tantum esse flagicium / qui opprimens concubuerit / non illius que oppressa concumbenti nulla voluntate consenserit / contradicere audebunt hii / contra quos feminarum christianarum in captivitate oppressarum non tantum mentes verum eciam corpora sancta defendimus. Lucreciam certe matronam nobilem veteremque romanam / pudicicie magnis efferunt laudibus / huius corpore cum violenter oppresso Tarquinii regis filius libidinose potitus esset / illa scelus improbissimi iuvenis marito Collatino et propinquo Bruto / viris clarissimis et fortissimis indicavit / eosque ad vindictam constrinxit. Deinde fedi in se commissi egra atque impaciens se peremit. Quid dicemus / adultera hec an casta iudicanda est. Quis in hac controversia laborandum putaverit. Egregie quidam ex hoc veraciter declamans ait / mirabile dictu / duo fuerunt et adulterium unus admisit. Splendide ac verissime. Intuens enim in duorum corporum commixtione unius inquinatissimam cupiditatem / alterius castissimam voluntatem / et non quid coniunctione membrorum / sed quid animorum diversitate ageretur attendens / duo inquit fuerunt / adulterium unus admisit. Sed quid est hoc quod in eam gravius vindicatur que adulterium non admisit. Ille patria cum patre pulsus est / hec summo est mactata supplicio. Si non est illa inpudicicia qua invita opprimitur / non est hec iusticia qua casta punitur. Vos appello leges iudicesque romani. Nempe post patrata facinora nec quemquam scelestum indempnatum inpune voluistis

De lucrecia coniuge Collatini violata in carne non in spiritu.

nobilem

occidi. Ergo ad vestrum iudicium quisquam deferret
hoc crimen vobisque probaretur non solum indempnatam
verum etiam castam et innocentem interfectam esse mu
lierem, nonne eum qui id fecisset severitate congrua
plecteretis? Hoc fecit illa Lucrecia, illa sic predicata Lu
crecia innocentem castam vim perpessam Lucreciam nulla
insuper interemit. Proferte sententiam. Quod si propterea non
potestis, quia non astat quam punire possitis, cur
interfectricem innocentis et caste tanta predicacione
laudatis? Quam certe apud inferos iudices etiam ta
les quales poetarum vestrorum carminibus cantitantur
nulla ratione defenditis, constitutam scilicet inter illos
qui sibi letum insontes peperere manu lucemque
perosi proiecere animas. Cui et ad superna
redire cupienti fas obstat tristisque palus
innamabilis unda alligat. An forte
ideo ibi non est, quia non insontem sed male
sibi consciam se peremit? Quid si enim, quod ipsa tantummodo
nosse poterat, quamvis iuveni violenter irruenti, etiam
sua libidine illecta consensit, idque in se puni
ens ita doluit, ut morte putaret expiandum?
Quamquam ne sic quidem se occidere debuit, si fruc
tuosam posset apud deos falsos agere penitenciam.
Verumptamen si forte ita est falsumque est illud quod duo
fuerunt et adulterium unus admisit, sed potius am
bo adulterium commiserunt, unus manifesta in
vasione, alter latente consensione, non se occi
dit insontem, et ideo potest a litteratis eius defensoribus
dici non esse apud inferos inter illos qui sibi letum
insontes peperere manu. Sed ita hec causa ex utroque
latere coartatur, ut si extenuatur homicidium,
adulterium confirmetur, si purgatur
adulterium cumuletur. Nec omnino invenitur exitus, ubi
dicitur: Si adulterata, cur laudata; si pudica, cur occi
sa? Nobis tamen in hoc tam nobili femine huius exem
plo ad istos refutandos, qui christianis feminis in cap
tivitate compressis alieni ab omni cogitatione (contagione) san
ctitatis insultant, sufficit quod in preclaris eius lau
dibus dictum est: Duo fuerunt et adulterium unus
admisit. Talis enim ab eis Lucrecia magis cre
dita est, que se nullo adulterino potuerit macu
lare consensu. Quod ergo se ipsam, quoniam adulterium
pertulit, etiam non adultera occidit, non est pudi
cicie caritas, sed pudoris infirmitas. Puduit enim
eam turpitudinis aliene in se commisse, etiam
si non secum, et romana mulier laudis avida ve
rita nimium est, ne putaretur, quod violenter est
passa cum viveret, libenter passa si viveret. Unde ad
oculos hominum testem mentis sue illam penam ad
hibendam putavit, quibus conscientiam demonstrare
non potuit. Sociam quippe facti se credi erubuit
si, quod alius in ea fecerat turpiter, ferret ipsa patienter.
Non hoc fecerunt femine christiane, que passe similia
vivunt tamen, nec in se ulte sunt crimen alienum,
ne aliorum sceleribus adderent sua, si quo hostes
in eis concupiscendo stupra commiserant, ille

Contra Flaz smam poetarum de Lucrecia

homicidium

in se ipsis homicidia erubescendo committerent. Ha
bent quippe intus gloriam castitatis, testimonium
conscientie; habent autem coram oculis dei
sui, nec requirunt amplius, ubi quid recte
faciant, non habent amplius, ne devient
ab auctoritate legis divine, cum male devitant offen
sionem suspicionis humane. Nullam esse auc
toritatem que christianis in qualibet causa ius vo
luntarium mortis attribuat. xx capitulum.

Ne christiani morti se aliquis occidat

Neque enim frustra in sanctis canonicis
libris nusquam nobis divinitus preceptum
permissumve reperiri potest, ut vel ipsius adipiscende
immortalitatis vel ullius cavendi carendive
mali causa nobismetipsis necem inferamus. Nam
et prohibitos nos esse intelligendum est, ubi ait
lex: Non occides, presertim quia non addidit proximum
tuum, sicut falsum testimonium cum vetaret: Falsum inquit
testimonium non dices adversus proximum tuum. Nec
ideo tamen si adversus se ipsum quisque falsum testimonium
dixerit, ab hoc crimine se putaverit alienum, quoniam regu
lam diligendi proximum a se metipso dilector acce
pit, quandoquidem scriptum est: Diliges proximum tuum
tamquam te ipsum. Porro si falsi testimonii non mi
nus reus est qui de se ipso falsum fatetur, quam si adversus
proximum hoc faceret, cum in eo precepto quo falsum
testimonium prohibetur adversus proximum prohibeatur,
possitque non recte intelligentibus videri non esse
prohibitum, ut adversus se ipsum quisque falsus testis
assistat, quanto magis intelligendum est non licere
hominem se ipsum occidere, cum in eo quod scriptum est nichilo — Non occides
deinde addito nullus, nec ipse utique cui precipitur,
intelligatur exceptus. Unde quidam hoc precep
tum etiam in bestias ac pecora conantur extendere,
ut ex hoc nullum etiam illorum liceat occidere.
Cur non ergo et herbas et quicquid humo radicatur
alitur ac figitur? Nam et hoc genus rerum quod fi — quamvis non sentiat dicitur vivere ac per hoc
~~gitur sed~~ potest et mori, proinde etiam cum vis ad
hibetur occidi. Unde et apostolus cum de huiusmodi semini
bus loqueretur: Tu inquit quod seminas non vivificatur
nisi prius moriatur. Et in psalmo scriptum est: Occi
dit vites eorum in grandine. Numquid igitur ob
hoc cum audimus Non occides, virgultum vellere
nephas dicimus et manicheorum errori insa
nissime acquiescimus? His igitur deliramentis re
motis, cum legimus Non occides, si propterea non accipimus
hoc dictum esse de fruticetis, quia nullus eis sensus
est, nec de irrationabilibus animantibus volatilibus na
tatilibus ambulantibus reptilibus, quia
nulla nobis ratione sociantur, quam non eis datum
est nobiscum habere communem, unde iustissima
ordinatione creatoris et vita et mors eorum nostris
usibus subditur, restat ut de homine intelligamus
quod dictum est: Non occides, nec alterum ergo nec te; neque
enim qui se occidit aliud quam hominem occidit. Re(capitulum)
De interfectoribus hominum qui ab homicidii

De mendosa florum expositione vel opinione huius verbi Non occides

[...] explicit xxi capitulum

Quasdam vero exceptiones, quas eadem ipsa divina fecit auctoritas, ut non liceat hominem occidi. Sed his exceptis quos deus occidi iubet sive lege data sive ad personam pro tempore expressa iussione. Non autem ipse occidit qui ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladius utenti. Et ideo nequaquam contra hoc preceptum fecerunt quo dictum est non occides, qui deo auctore bella gesserunt aut personam gerentes publice potestatis secundum eius leges, hoc est iustissime rationis imperium, sceleratos morte punierunt. Et Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus est nomine pietatis, quod voluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Et merito queritur utrum pro iussu dei sit habendum quod Iepte filiam que patri occurrit occidit, cum id se vovisset immolaturum deo quod ei redeunti de prelio victori primitus occurrisset. Nec Sampson aliter excusatur quod seipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quod spiritus latenter hoc iusserat qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis, quos vel lex iusta generaliter vel ipse fons iusticie deus specialiter occidi iubet, quisquis hominem vel seipsum vel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur.

[margin:] de exceptione huius [?] non occides

[margin:] de Sampsone

Quod nunquam possit mors voluntaria ad magnitudinem animi pertinere xxii c.

Et quicumque hoc in seipsis perpetraverunt, animi magnitudine fortasse mirandi, non sapientie sanitate laudandi sunt. Quamquam si rationem diligentius consulas, ne ipsa quidem animi magnitudo recte nominatur, ubi quisque non valendo tollerare vel quecumque aspera vel aliena peccata se ipse interemerit. Magis enim mens infirma deprehenditur que ferre non potest vel duram sui corporis servitutem vel stultam vulgi opinionem, maiorque animus merito dicendus est qui vitam erumpnosam magis potest ferre quam fugere, et humanum iudicium maximeque vulgare, quod plerumque caligine erroris involvitur, pre conscientie luce ac puritate contempnere. Quamobrem si magno animo fieri putandum est cum sibi homo ingerit mortem, ille potius Theobrotus in hac animi magnitudine reperitur, quem ferunt lecto Platonis libro ubi de immortalitate anime disputavit, se precipitem de muro dedisse, atque ita ex hac vita emigrasse ad eam quam credidit esse meliorem. Nihil enim urgebat aut calamitatis aut criminis seu veri seu falsi quod non valendo ferre se auferret, sed ad capessendam mortem atque huius vite suavia vincula rumpenda sola affuit animi magnitudo. Quod tamen magne potius fuisse quam bene, testis ei esse potuit Plato ipse, quem legerat, qui profecto id precipue potissimum

[margin:] pulcherrime

[margin:] de Theobroto phylozopho lecto Platonis libro de immortalitate anime se precipitavit e muris

fecisset vel etiam precepisset, nisi ea mente qua immortalitatem anime vidit, nequaquam faciendum, quin etiam prohibendum esse iudicasset. At enim multi se interemerunt ne in manus hostium pervenirent. Non modo querimus utrum sit factum, sed utrum fuerit faciendum. Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda est, cui quidem exempla concordant, sed illa que tanto digniora imitatione sunt, quanto excellentiora pietate. Non fecerunt patriarche, non prophete, non apostoli, quia et ipse dominus Christus, quando eos si persecutionem paterentur fugere admonuit de civitate in civitatem, potuit admonere ut sibi manus inferrent ne in manus persequentium pervenirent. Porro si hoc ille non iussit aut monuit ut eo modo sui ex hac vita emigrarent, quibus migrantibus se mansiones eternas preparaturum esse promisit, quelibet exempla opponant gentes que ignorant deum, manifestum est hoc non licere colentibus unum verum deum.

[margin:] Questio utrum aliquis debeat se occidere et illius solucio

Quale exemplum sit Cathonis qui se victoria Cesaris non ferens interemit xxiii

Sed tamen etiam illi preter Lucretiam, de qua supra satis quod videbatur diximus, non facile reperiunt de cuius auctoritate prescribant, nisi illum Cathonem qui se Utice occidit, non quia solus id fecit, sed quia vir doctus et probus habebatur, ut merito putetur etiam recte fieri potuisse vel posse quod fecit. De cuius facto quid potissimum dicam, nisi quod amici eius, docti quidam viri, qui hoc fieri prudentius dissuadebant, imbecillioris quam fortioris animi facinus esse censuerunt, quo demonstraretur non honestas turpia precavens, sed infirmitas adversa non sustinens. Hoc et ipse Catho in suo carissimo filio iudicavit. Nam si turpe erat sub victoria Cesaris vivere, cur auctor huius turpitudinis filio fuit, quem de Cesaris benignitate omnia sperare precepit? Cur non et illum secum coegit ad mortem? Nam si eum filium qui contra imperium in hostem pugnaverat, etiam victorem laudabiliter Torquatus occidit, cur victus victo filio pepercit Catho, qui non pepercit sibi? An turpius erat contra imperium esse victorem quam contra decus ferre victorem? Nullo modo igitur Catho turpe esse iudicavit sub victore Cesare vivere; alioquin ab hac turpitudine paterno ferro filium liberaret. Quid ergo, nisi quod filium quantum amavit, cui parci a Cesare et speravit et voluit, tantum glorie ipsius Cesaris, ne ab illo etiam sibi parceretur, ut ipse Cesar dixisse fertur, invidit, et ut aliquid nos mitius dicamus, erubuit.

Quod in ea virtute qua Regulus Cathone prestantior fuit multo magis emineant christiani xxiiii

Nolunt autem isti contra quos agimus, ut sanctum virum Iob, qui tam

qui tam horrenda mala in sua carne perpeti maluit, quam illata sibi morte omnibus carere cruciatibus, vel alios sanctos ex litteris nostris summa auctoritate celsissimis fideque dignissimis, qui captivitatem dominacionemque hostium ferre quam sibi necem inferre maluerunt, Cathoni preferam? Sed ex litteris eorum eundem illum Marco Cathoni Marcum Regulum preferam. Catho enim numquam Cesarem vicerat; cui victus dedignatus est subici, et ne subiceretur, a se ipso elegit occidi. Regulus autem penos iam vicerat imperioque romano romanus imperator non ex civibus dolendam, sed ex hostibus laudandam victoriam reportaverat; ab eis tamen postea victus maluit eos ferre serviendo, quam eis se auferre moriendo. Proinde servavit et sub carthaginensium dominacione paciencionem, et in romanorum dilectione constanciam, nec victum auferens corpus ab hostibus, nec invictum animum a civibus. Nec quod se occidere noluit vite huius amore fecit. Hoc probavit, cum causa promissi iurisque iurandi ad eosdem hostes, quos gravius in senatu verbis quam bello armis offenderat, sine ulla dubitacione remeavit. Tantus itaque vite huius contemptor, cum sevientibus hostibus per quaslibet penas eam finire quam se ipse perimere maluit, magnum scelus esse, si se homo interimat, procul dubio iudicavit. Inter omnes suos laudabiles et virtutis insignibus illustres viros non proferunt romani meliorem, quem neque felicitas corrupit, nam in tanta victoria mansit pauperrimus, nec infelicitas fregit, nam ad tanta exitia revertitur intrepidus. Porro si fortissimi et clarissimi viri terrene patrie defensores, deorum quamvis falsorum non tamen fallaces cultores, sed veracissimi etiam iuratores, qui hostes victos more ac iure belli ferire potuerunt, hii ab hostibus victi se ipsos ferire noluerunt, et cum mortem minime formidarent, victores tamen dominos ferre quam eam sibi inferre maluerunt; quanto magis christiani, verum deum colentes et superne patrie suspirantes, ab hoc facinore temperabunt, si eos divina disposicio vel probandos vel emendandos ad tempus hostibus subiugavit, quos in illa humilitate non deserit, qui propter eos tam humiliter venit altissimus, presertim quos nullius militaris potestatis vel talis milicie iura constringunt ipsum hostem ferire superatum?

[margin: De Job]

[margin: De regulo vincente penos et carthaginem et postea victo ab eisdem]

[margin: Si pagani propter falsos deos suos decepti se occidere noluerunt pro quibus mori propter hostes suos non timuerunt, quanto magis christiani verum deum colentes non se occidere iubentur]

Quod peccatum non peccato debeat declinari xxv capitulum

Quis ergo tam malus error obrepit, ut homo se occidat, vel quia in eum peccavit, vel ne in eum peccet inimicus, cum vel peccatorem vel peccaturum ipsum occidere non audeat inimicum? Ceterum timendum est et cavendum, ne libidini hostili subditum corpus illecebrosissima voluptate animam alliciat consentire peccato; proinde inquiunt non iam propter alienum, sed propter suum peccatum, antequam hoc quisque committat, se debet occidere. Nullo modo quidem hoc faciet animus, ut consenciat libidini carnis sue aliena libidine concitate, qui deo potius eiusque sapiencie quam corpori concupiscencieque subiectus est. Verumptamen si detestabile facinus et dampnabile scelus est et se ipsum hominem occidere, sicut veritas manifeste proclamat, quis ita desipiat ut dicat: iam nunc peccemus, ne postea forte peccemus; iam nunc perpetremus homicidium, ne postea forte incidamus in adulterium? Nonne si tantum dominatur iniquitas ut non innocencia, sed peccatum potius eligatur, satius est incertum de futuro adulterium quam certum de presenti homicidium? Nonne satius est flagicium committere, quod penitendo sanetur, quam tale facinus, ubi locus salubris penitencie non relinquitur? Hec dixi propter eos vel eas qui non alieni sed proprii peccati devitandi causa, ne sub alterius libidine etiam excitate sue forte consenciant, vim sibi qua moriantur inferendam putant. Ceterum absit a mente christiana, que deo suo fidit in eoque spe posita eius adiutorio nititur; absit inquam ut mens talis cuiuslibet carnis voluptatibus ad consensum turpitudinis cedat. Quod si illa concupiscencialis inobediencia, que adhuc in membris moribundis habitat, preter nostre voluntatis legem quasi lege sua movetur, quanto magis absque culpa est in corpore non consencientis, si absque culpa est in corpore dormientis.

[margin: Satius est flagicium committere quod penitendo sanetur quam tale facinus ubi locus penitencie non relinquitur]

De hiis que fieri non debent licet a sanctis facta noscuntur qua racione facta credenda sint xxvi capitulum

Sed inquiunt quedam sancte femine tempore persecucionis, ut insectatores sue pudicicie devitarent, in rapturum atque necaturum se fluvium proiecerunt eoque modo defuncte sunt, earumque martiria in catholica ecclesia veneracione celeberrima frequentantur. De hiis nichil temere audeo iudicare. Utrum enim ecclesie aliquibus fide dignis testificacionibus ut earum memoriam sic honoret divina persuaserit auctoritas, nescio; et fieri potest ut ita sit. Quid si enim hoc fecerunt non humanitus decepte, sed divinitus iusse, nec errantes sed obedientes, sicut de Sampsone aliud fas est nobis non credere? Cum autem deus iubet seque iubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedienciam in crimen vocet, quis obsequium pietatis accuset? Sed non ideo sine scelere facit quisquis filium deo ymolare decreverit, quia hoc Abraham laudabiliter etiam fecit. Nam et miles cum obediens potestati sub qua legitime constitutus est hominem occidit, nulla civitatis sue lege reus est homicidii, ymmo nisi fecerit reus est imperii deserti atque contempti; quod si sua sponte

[margin: De quibusdam qui se tempore persecucionis demiserunt et de Sampsone]

[margin: De abraham et aliis obedientibus]

atque auctoritate fuisset, civem effusi humani sanguinis reum fecisset. Itaque unde punitur si fecerit iniussus, inde punietur nisi fecerit iussus. Quod si ita est iubente imperatore, quanto magis iubente creatore! Qui ergo audit se non licere occidere, faciat si iusserit cuius non licet iussa contempnere; tantummodo videat utrum divina iussio nullo nutet incerto. Nos per aurem conscientias convenimus, occultorum nobis iudicium non usurpamus. Nemo scit quid agatur in homine nisi spiritus hominis qui in ipso est. Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus: neminem spontaneam mortem sibi inferre debere velut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas; neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium, quem non polluebat alienum; neminem propter sua peccata preterita, propter que magis hac vita opus est, ut possint penitendo sanari; neminem velut desiderio vite melioris que post mortem vitam non suscipit.

[left margin: speratur quia reus sue mortis melior post mortem]

[right margin, red: Nemo sanus se occidat quia tunc quilibet pro hoc penitere [illegible] cupiat et auctore]

An propter declinationem peccati mors spontanea appetenda sit. xxvii c.

Restat una causa de qua dicere ceperam, qua utile putatur ut se quisque interficiat, scilicet ne in peccatum irruat vel blandiente voluptate vel dolore seviente. Quam causam si voluerimus admittere, eo usque progressa perveniet ut hortandi sint homines tunc se potius interimere, cum lavacro sancte regenerationis abluti universorum remissionem acceperint peccatorum. Tunc enim tempus est cavendi omnia futura peccata, cum sunt omnia deleta preterita. Quod si morte spontanea recte fit, cur non tunc potissimum fit? Cur baptizatus sibi quisque parcit? Cur liberatum caput tot rursus vite huius periculis inserit, cum sit facillime potestatis illata sibi nece omnia devitare, scriptumque sit: Qui amat periculum incidit in illud? Cur ergo amantur tot et tanta pericula, vel certe etiam si non amantur, suscipiuntur, cum manet in hac vita cui abscedere licitum est? An tam insulsa perversitas cor evertit et a consideratione veritatis avertit, ut si unusquisque interimere se debeat, ne unius captivantis dominatu corruat, vivendum sibi existimet, ut ipsum perferat mundum per omnes horas temptationibus plenum, et talibus qualis sub uno domino formidatur, et innumerabilibus ceteris, sine quibus hec vita non ducitur? Quid ergo cause est cur in eis hortationibus tempora consumamus, quibus baptizatos alloquendo studemus accendere, sive ad virginalem integritatem, sive ad continentiam vidualem, sive ad ipsam thori coniugalis fidem, cum habeamus meliora et ab omnibus peccandi periculis remota compendia, ut quibuscumque post remissionem recentissimam peccatorum arripiendam mortem sibique ingerendam persuadere potuerimus, eos ad dominum saniores puprioresque mittamus? Porro si quis hoc aggrediendum et suadendum putat, non dico desipit, sed insanit. Qua tandem fronte homini dicit: Interfice te, ne parvis tuis peccatis addicias gravius, dum vivis sub domino barbaris moribus impudico; qui non potest nisi sceleratissime dicere: Interfice te, peccatis tuis omnibus absolutis, ne rursus talia vel etiam peiora committas, dum vivis in mundo tot impuris voluptatibus illecebroso, tot nephandis crudelitatibus furioso, tot erroribus et terroribus inimico? Hoc quia nephas est dicere, nephas est profecto occidere. Nam si hoc sponte faciendi ulla causa iusta esse posset, procul dubio iustior quam ista non esset. Quia vero nec ista est, ergo nulla est. Non itaque nobis, o fideles Christi, sit tedio vita vestra, si ludibrio fuit hostibus castitas vestra. Habetis magnam veramque consolationem, si fidam conscientiam retinetis non vos consensisse peccatis eorum, qui in vos peccare permissi sunt.

[right margin: alii inimico]

[right margin, red: Fidelibus Christi non sit vita sua tediosa]

Quo iudicio dei in corpora continentium libido hostilis peccare permissa sit. xxviii c.

Quod si forte cur permissi sint queritis, alta quidem est providencia creatoris mundi atque rectoris, et inscrutabilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Verumptamen interrogate fideliter animas vestras, ne forte de isto integritatis et continentie vel pudicitie bono vos inflatius extulistis, et humanis laudibus delectate in hoc etiam aliquibus invidistis. Non accuso quod nescio, nec audio quid vobis interrogata corda respondent. Tamen si ita esse responderint, nolite mirari hoc vos amisisse unde hominibus placere gestistis, illud vobis remansisse quod ostendi hominibus non potest. Si peccantibus non consensistis, divine gratie, ne amitteretur, divinum accessit auxilium; humane glorie, ne amaretur, humanum successit obprobrium. In utroque consolamini pusillanimes, illinc probate, hinc castigate; illinc iustificate, hinc emendate. Quarum vero corda interrogata responderint numquam se de bono virginitatis vel coniugalis pudicitie superbisse, sed humilibus consentiendo de dono dei cum tremore exultasse, nec invidisse cuiquam paris excellenciam sanctitatis et castitatis, sed humana laude postposita, que tanto maior deferri solet quanto est bonum rarius quod exigit laudem, optasse potius ut amplior earum numerus esset, quam ut ipse in paucitate amplius eminerent, nec iste que tales sunt, si earum quoque aliquas barbarica libido compressit, permissum hoc esse causentur, nec ideo credant deum ista negligere, quia permittit quod nemo impune committit. Quedam enim veluti pondera malorum cupiditatum et per occultum presens divinum iudicium relaxantur, et manifesto ultimo reservantur. Fortassis autem iste, que bene sibi sunt conscie non se ex isto castitatis bono cor inflatum extulisse, et tamen vim hostilem in carne perpesse sunt, habebant aliquid latentis infirmitatis

que posset supbie fastum si hanc humilitatem in uastacione illa euasissent extolli. Sicut ergo quidam morte rapti sunt ne malicia mutaret intellectum eorum ita quedam ab istis vi rapta est ne prosperitas mutaret modestiam earum. Vtrisque igitur que de carne sua quia turpem nullius essent perpesse contactum vel iam superbiebant vel superbire si nec hostium violencia contrectate essent forsan poterant non ablata est castitas sed humilitas persuasa. Illarum tumori occursum est iam manenti, istarum occursum est imminenti. Quamquam et illud non sit tacendum quibusdam que ista perpesse sunt potuisse uidere continencie bonum in bonis corporalibus deputandum et tunc manere si nullius libidine corpus attractaretur, non autem esse positum in solo adiutorio diuinitus robore voluntatis ut sit sanctum et corpus et spiritus, nec tale bonum esse quod inuito animo non possit auferri, qui error eis fortasse sublatus est. Cum enim cogitant qua consciencia deo seruierint et fide inconcussa non de illo senciunt quia ita sibi seruientes eumque ita inuocantes deserere nullo modo potuit quantumque illi castitas placeat dubitare non possunt videntes esse consequens nequaquam illum fuisse permissurum ut hec accident sanctis suis si eo modo perire posset sanctitas quam contulit eis et diligit in eis.

De occultacione dei per missione in …

Quod familia Christi ridere debeat cum exprobrant quod eam a furore hostium non liberauit Christus xxix capitulum

Habet itaque omnis familia summi et veri dei consolacionem suam non fallacem nec in spe rerum nutancium uel labencium constitutam, vitamque et ipsam temporalem minime penitendam in qua eruditur ad eternam bonisque terrenis tamquam peregrina utitur nec capitur, malis autem probatur aut emendatur. Illi uero qui probitati eius insultant eique dicunt cum forte in aliqua temporalia mala deuenerit ubi est deus tuus, ipsi dicant ubi sunt dii eorum cum talia paciuntur pro quibus euitandis eos uel colunt aut colendos eos esse contendunt. Nam ista respondet deus meus presens ubique, ubique totus nusquam inclusus qui possit adesse secretus, abesse non motus. Ille cum me aduersis rebus exagitat aut merita examinat aut peccata castigat mercedemque mihi eternam pro toleratis pie malis temporalibus seruat. Vos autem qui estis cum quibus loqui dignum sit saltem de diis vestris, quanto minus de deo meo qui terribilis est super omnes deos quoniam omnes dii gencium demonia, dominus autem celos fecit.

De deo patrie et confutacione floridorum

Quibus pudendis prosperitatibus affluere velint qui de christianis temporibus conqueruntur xxx c

Si nasica ille scipio vester quondam pontifex uiueret quem sub terrore belli punici in suscipiendis frigys sacris cum vir optimus quereretur vniuersis senatus elegit, cuius os fortasse non auderetis aspicere, ipse vos ab hac impudiccia cohiberet. Cur enim afflicti rebus aduersis de temporibus conqueremini christianis nisi quia vestram luxuriam cupitis habere securam et perditissimis moribus remota omni molestiarum asperitate diffluere. Neque enim propterea cupitis habere pacem et omni genere copiarum habundare ut hiis bonis honeste utamini hoc est modeste sobrie temperanter pie sed ut infinita varietas vanitas aut feritas voluptatum insanis effusionibus exquiratur secundis quia rebus ea mala oriantur in moribus que sevientibus peyora sunt hostibus. At ille scipio pontifex maximus vester ille iudicio tocius senatus vir optimus istam vobis metuens calamitatem nolebat emulam tunc imperii romani carthaginem dirui et decerneti ut dirueretur contradicebat cathoni timens infirmis animis hostem securitatem et tamquam pupillis ciuibus ydoneum tutorem necessarium videns esse terrorem.

De scipione vasica de cathone et de carthagine destructa vnde occasionem sumpsit originem quod plus noceant quam hostes

Quibus viciorum gradibus aucta sit in romanis cupido regnandi xxxi c

Nec eum sentencia fefellit re ipsa probatum est quam verum diceret. Deleta quippe carthagine magno scilicet terrore romane rei publice depulso et extincto tanta de rebus prosperis orta mala continuo secuta sunt ut corrupta disruptaque concordia prius seuis cruentisque sedicionibus deinde mox malorum conexione causarum bellis etiam ciuilibus tante strages ederentur tantus sanguis effunderetur tanta cupiditate proscripcionum ac rapinarum ferueret immanitas ut romani illi qui vita integriore mala metuebant ab hostibus perdita integritate vite crudeliora paterentur a ciuibus, eaque ipsa libido dominandi que inter alia vicia generis humani meraciora inerat vniuerso populo romano postea quam in paucis potencioribus vicit, obtritos fatigatosque ceteros etiam iugo seruitutis oppressit. Nam quando illa quiesceret in superbissimis mentibus donec continuatis honoribus ad potestatem regiam perueniret. Honorum porro continuandorum facultas non esset nisi ambicio preualeret, minime autem preualeret ambicio nisi in populo auaricia luxuriaque corrupto. Auarus uero luxuriosusque populus secundis rebus effectus est, quas nasica ille prudentissime cauendas esse censebat quando ciuitatem hostium maximam fortissimam opulentissimam nolebat auferri, ut timore libido premeretur, libido pressa non laxaretur, luxuria que cohibita nec auaricia grassaretur. Quibus viciis obseratis ciuitati utilis virtus floreret et cresceret eique virtuti libertas congrua permaneret.

De scenicorum institucione ludorum xxxii c

Hinc etiam erat et ex hac prudentissima patrie caritate veniebat quod idem

ipse vir pontifex maximus a senatu illius temporis quod sepe dicendum est electus, sine ulla sententiarum discrepancia vir optimus, caveam theatri senatum construere molientem ab hac dispositione et cupiditate compescuit persuasitque oratione gravissima ne grecam luxuriam virilibus patrie moribus paterentur obrepere et ad virtutem labefactandam enervandamque romanam peregrine consentire nequitie. Tantumque auctoritate valuit ut eius verbis commota senatoria providencia et subsellia quibus ad horam congestis in ludorum spectaculo iam uti civitas ceperat, deinceps prohiberet apponi. Quanto studio iste ab urbe Roma ludos ipsos scenicos abstulisset, si auctoritati eorum quos deos putabat resistere auderet, quos esse noxios demones non intelligebat, aut si intelligebat placandos etiam ipse potius quam contempnendos existimabat. Nondum enim fuerat declarata gentibus superna doctrina, que fide cor mundans ad celestia vel supercelestia capessenda humili pietate humanum mutaret affectum et a dominatu superborum demonum liberaret.

Verumtamen scitote, qui ista nescitis, et qui vos nescire simulatis advertite, qui adversus liberatorem a talibus dominis murmuratis: ludi scenici, spectacula turpitudinum et licencia vanitatum, non hominum vitiis sed deorum vestrorum iussis Rome instituti sunt. Tolerabilius divinos honores deferretis illi Scipioni quam deos eiusmodi coleretis. Neque enim erant illi dii suo pontifice meliores. Ecce attendite, si mens tam diu potatis erroribus ebria vos aliquid sanum considerare permittit. Dii propter sedandam corporum pestilenciam ludos sibi scenicos exhiberi iubebant; pontifex autem propter animorum cavendam pestilenciam ipsam scenam construi prohibebat. Si aliqua luce mentis animum corpori preponitis, eligite quem colatis.

De viciis romanorum quos patrie non correxit eversio xxxiii.

Neque enim et illa corporum pestilencia ideo conquievit, quia populo bellicoso et solis antea ludis circensibus assueto ludorum scenicorum delicata subintravit insania; sed astucia spirituum nephandorum previdens illam pestilenciam fine debito iam cessaturam, aliam longe graviorem qua plurimum gaudet ex hac occasione non corporibus sed moribus curavit immittere, que animos miserorum tantis obcecavit tenebris, tanta deformitate fedavit, ut etiam modo quod incredibile forsitan erit, si a nostris posteris audietur, romana urbe vastata, quos pestilencia ista possedit atque inde fugientes Carthaginem pervenire potuerunt, in theatris cotidie certatim pro histrionibus insanirent. O mentes amentes! Quis est hic tantus non error, sed furor, ut exitium vestrum sicut audivimus plangentibus orientalibus populis et maximis civitatibus in remotissimis terris publicum luctum merorem que ducentibus, vos theatra quereretis, intraretis, impleretis et multa insaniora quam fuerant antea faceretis? Hanc animorum labem ac pestem, hanc probitatis et honestatis eversionem vobis Scipio ille metuebat, quando construi theatra prohibebat, quando rebus prosperis facile vos corrumpi atque everti posse cernebat, quando vos ab hostili terrore securos esse nolebat. Neque enim censebat ille felicem esse rem publicam stantibus menibus, ruentibus moribus. Sed in vobis plus valuit quod demones impii seduxerunt, quam quod homines providi precaverunt. Hinc est quod mala que facitis vobis imputari non vultis, mala vero que patimini christianis temporibus imputatis. Neque enim in vestra securitate pacatam rem publicam, sed luxuriam [impunitam, qui depravati rebus prosperis nec corrigi potuistis adversis. Volebat ille Scipio vos terreri ab hoste ne in luxuriam flueretis; sed vos nec contriti] nec contriti ab hoste luxuriam repressistis; perdidistis utilitatem calamitatis, et miserrimi facti estis et pessimi permansistis.

De clemencia dei que urbis excidium temperavit xxxiiii.

Et tamen quod vivitis dei est, qui vobis parcendo admonet ut corrigamini penitendo, qui vobis etiam ingratis prestitit ut vel sub nomine servorum eius vel in locis martyrum eius hostiles manus evaderetis. Romulus et Remus asylum constituisse perhibentur, quo quisquis confugeret ab omni noxa liber esset, augere querentes creande multitudinem civitatis. Mirandum in honorem Christi precessit exemplum. Hoc constituerunt eversores urbis quod constituerant antea conditores. Quid autem [magnum] si hoc fecerunt illi ut civium suorum numerus suppleretur, quod fecerunt isti ut suorum hostium numerositas servaretur? Hec et alia siqua uberius et commodius potuerit, respondeat inimicis suis redempta familia domini Christi et peregrina civitas regis Christi.

De Romulo et Remo

De latentibus inter impios ecclesie filiis et de falsis intra ecclesiam christianis xxxv.

Meminerit sane in ipsis inimicis latere cives futuros, ne infructuosum vel apud ipsos putet quod donec perveniat ad confessos portat infensos; sicut ex illorum numero etiam dei civitas habet secum quamdiu peregrinatur in mundo connexos communione sacramentorum, [non secum futuros etiam in eterna sorte sanctorum,] qui partim in occulto, partim in aperto sunt, qui etiam cum ipsis adversus deum, cuius sacramentum gerunt, murmurare non dubitant, modo cum illis theatra, modo ecclesias nobiscum replentes. De correctione autem quorundam et talium multo minus est desperandum, si apud apertissimos adversarios predestinati amici latitant adhuc ignorati etiam sibi. Perplexe quippe sunt iste due civitates in hoc seculo invicemque permixte donec ultimo iudicio dirimantur. De quarum exortu et procursu et debitis finibus quod dicendum arbitror, quantum divinitus adiuvabor, expediam propter gloriam civitatis dei, que alienis comparatis

De perplexione duarum civitatum

[Marginal notes: "Aut si intelligebat" (beside "placandos etiam"); "sed furor ut" (beside "tantus non error")]

clarius eminebit. De quibus causis sequenti disputatione sit differendum.

Sed adhuc quedam mihi dicenda sunt adversus eos qui romane rei publice clades in religionem nostram referunt, qua diis suis sacrificare prohibentur. Commemoranda sunt enim que et quanta occurrere potuerint vel satis esse visa debuerint mala que illa civitas pertulit vel ad eius imperium provincie pertinentes, antequam eorum sacrificia prohibita fuissent; que omnia procul dubio nobis tribuerent, si iam vel illis clareret nostra religio vel ita eos a sacris sacrilegiis prohiberet. Deinde monstrandum est quos eorum mores et quam ob causam deus verus ad augendum imperium adiuvare dignatus est, in cuius potestate sunt regna omnia, quamque nichil eos adiuverint hi quos deos putant, sed potius quantum decipiendo et fallendo nocuerint. Postremo adversus eos dicetur qui manifestissimis documentis confutati atque convicti conantur asserere non propter vite presentis utilitatem, sed propter eam que post mortem futura est colendos deos. Que nisi fallor questio multo erit operosior et subtiliori disputatione dignior, ut et contra philosophos in ea disseratur, non quoslibet, sed qui apud illos excellentissima gloria clari sunt et nobiscum multa sentiunt et de anime immortalitate et quod deus verus mundum condiderit et de providencia, qua universum quod condidit regit. Sed quia et ipsi in illis que contra nos sentiunt refellendi sunt, deesse huic officio non debemus, ut refutatis impiis contradictionibus pro viribus quas deus impartiet, asseramus civitatem dei veramque pietatem et dei cultum, in quo uno veraciter sempiterna beatitudo promittitur. Hic itaque modus sit huius voluminis, ut deinceps disposita ab illo sumamus exordio.

(In margin: Que vel quanta ... libri dicantur)

Tituli secundi libri incipiunt

De modo qui necessitati disputationis adhibendus est. I. De his que primo volumine expedita sunt. II. De assumenda historia que ostendat que mala acciderint romanis cum deos colerent, antequam religio christiana increbresceret. III. Quod cultores deorum nulla umquam a diis suis precepta probitatis acceperint et in sacris eorum turpia queque celebraverunt. IIII. De obscenitatibus quibus mater deorum a cultoribus suis honorabatur. V. Quod dii paganorum numquam bene vivendi sanxerint doctrinam. VI. Inutilia esse inventa philosophica sine auctoritate divina, ubi quemque ad vicia pronum magis movet quod dii fecerunt quam quod homines disputaverunt. VII. De ludis scenicis in quibus dii non offenduntur editione suarum turpitudinum, sed placantur. VIII. Quid romani veteres de cohibenda poetica licencia senserint, quam greci deorum secuti iudicium liberam esse voluerunt. IX. Qua nocendi arte demones velint vel falsa de se crimina vel vera narrari. X. De scenicis apud grecos in rei publice administratione receptis, eo quod placatores deorum iniuste ab hominibus spernerentur. XI. Quod romani auferendo libertatem poetis in homines, quam dederunt in deos, melius de se quam de diis suis senserint. XII. Debuisse intelligere romanos quod dii eorum, qui se turpibus laudibus coli expetebant, indigni essent honore divino. XIII. Meliorem fuisse Platonem, qui poetis locum in bene morata civitate non dedit, quam hos deos qui se ludis scenicis voluerunt honorari. XIIII. Quod romani quosdam sibi deos non ratione, sed adulatione instituerunt. XV. Quod si diis ulla cura esset iusticie, ab eis romani accipere debuerunt precepta vivendi, potius quam leges ab aliis hominibus mutuari. XVI. De raptu sabinarum aliisque iniquitatibus que in civitate romana etiam laudatis viguere temporibus. XVII. Que de moribus romanorum aut metu compressis aut securitate resolutis Salustii prodat historia. XVIII. De corruptione romane rei publice priusquam cultum deorum Christus auferret. XIX. Quali velint felicitate gaudere et quibus moribus vivere, qui tempora christiane religionis incusant. XX. Que sententia fuerit Ciceronis de romana re publica. XXI. Quod diis romanorum nulla umquam cura fuit ne malis moribus res publica deperiret. XXII. Varietates rerum temporalium non ex favore aut impugnatione demonum, sed ex veri dei pendere iudicio. XXIII. De Syllanis actibus, quorum se demones ostentaverunt adiutores. XXIIII. Quantum maligni spiritus ad flagicia incitent homines, cum committendis sceleribus quasi divinam auctoritatem exempli sui interponunt. XXV. De secretis demonum monitis pertinentibus ad bonos mores, cum palam in sacris eorum omnis nequicia disceretur. XXVI. Quanta eversione publice discipline romani diis suis placandis sacraverint obscena ludorum. XXVII. De salubritate christiane religionis. XXVIII. De abiciendo cultu deorum cohortatio ad romanos. XXIX.

Explicit liber primus Aurelii Augustini de civitate dei. Incipit liber secundus.

Si rationi perspicue veritatis infirmus humane consuetudinis sensus non auderet obsistere, sed doctrine salubri languorem suum tamquam medicine subderet, donec divino adiutorio fide pietatis impetrante sanaretur, non multo sermone opus esset ad convincendum quemlibet vane opinionis errorem his qui recte sentiunt et sensa verbis sufficientibus explicant. Nunc vero quoniam ille est maior et tetrior insipientium morbus animorum, quo irrationabiles motus suos etiam post rationem plene redditam, quanta homini ab homine debetur, sive nimia cecitate, qua nec aperta cernuntur, sive obstinatissima pervicacia, qua et ea que cernuntur non feruntur, tamquam ipsam rationem veritatemque defendunt, fit necessitas copiosius dicendi plerumque res claras, velut eas non spectantibus intuendas, sed quodammodo tangendas palpantibus et cohibentibus offeramus. Et tamen

quis disceptandi finis erit et loquendi modus si respondendum esse respondentibus semper existimemus. Nam qui vel non possunt intelligere quod dicitur vel tam duri sunt adversitate mentis ut etiam si intellexerint non obediant respondent ut scriptum est et loquuntur iniquitatem atque infatigabiliter vani sunt. Quorum dicta contraria si totiens velimus refellere quotiens obnixa fronte statuerint non cogitare quid dicant dum quocumque modo nostris disputationibus contradicant quam sit infinitum et erumpnosum et infructuosum videtis. Quam ob rem nec te ipsum mi fili Marcelline nec alios quibus hic labor noster in Christi caritate utiliter ac liberaliter servit tales meorum scriptorum velim iudices qui responsionem semper desiderent cum hiis que leguntur audierint aliquid contradici ne fiant similes earum mulierum quas commemorat apostolus semper discentes et ad veritatis scientiam numquam pervenientes.

[margin: De hiis que primo volumine ad Marcellinum filium spiritualem scribit ut in primo primi libri]

De hiis que primo volumine expedita sunt. ii.

Superiori itaque libro cum de civitate dei dicere instituissem unde hoc universum opus illo adiuvante in manibus sumptum est occurrit mihi resistendum esse primitus eis qui hec bella quibus mundus iste conteritur maximeque Romane urbis recentem a barbaris vastationem christiane religioni tribuunt qua prohibentur nephandis sacrificiis servire demonibus cum potius hoc deberent tribuere Christo quod propter eius nomen contra institutum moremque bellorum eis quo confugerent religiosa et amplissima loca barbari libera prebuerunt atque in multis famulatum deditum Christo non solum verum sed etiam timore confictum sic honoraverunt ut quod in eos belli iure fieri licuisset illicitum sibi esse iudicarent. Inde incidit questio cur hec divina beneficia et ad impios ingratosque pervenerint. Et cur illa itidem dura que hostiliter facta sunt pios cum impiis pariter afflixerint. Quam questionem per multa diffusam in omnibus cottidianis vel dei muneribus vel hominum cladibus quorum utraque bene et male viventibus permixte atque indiscrete sepe accidunt solent multos movere ut suscepti operis necessitate dissolverem aliquantum immoratus sum maxime ad consolandas sanctas feminas et pie castas in quibus ab hoste aliquid perpetratum est quod intulit verecundie dolorem et si non abstulit pudicicie firmitatem ne peniteat vite eas quas non est unde possit penitere nequicie. Deinde pauca dixi in eos qui christianos adversis illis rebus affectos et precipue pudorem humiliatarum feminarum quamvis castarum atque sanctarum protervitate impudentissima exagitant cum sint nequissimi et inverecundissimi et longe ab eis ipsis Romanis degeneres quorum preclara multa laudantur et litterarum memoria celebrantur immo illorum glorie vehementer adversi. Romam quippe partam veterum auctamque laboribus fediorem stantem fecerant quam ruentem quandoquidem in ruina eius lapides et ligna in istorum autem vita omnia non murorum sed morum munimenta atque ornamenta ceciderunt cum funestioribus eorum corda cupiditatibus quam flammis illius urbis tecta arderent. Quibus dictis primum terminavi librum. Deinceps itaque dicere institui que mala civitas illa perpessa sit ab origine sua sive apud se ipsam sive in provinciis iam sibi subditis que omnia christiane religioni tribuerent si iam tunc evangelica doctrina adversus falsos et fallaces eorum deos testificatione liberrima personaret.

[margin: Falsis diis attribuerunt que Christo debebant attribui. Disputatio primi libri]

[margin: Disputatio libri secundi. Quanta mala Roma perpessa sit ab origine sive in provinciis iam sibi subditis]

De assumenda historia qua ostenditur que mala acciderint Romanis cum deos colerent antequam religio christiana succresceret. iii.

Memento autem cum ista commemoro adhuc me contra imperitos agere ex quorum imperitia illud quoque ortum est vulgare proverbium pluvia defit causa christiani sunt. *[margin: defecit]* Sed nunc qui eorum studiis liberalibus instituti sunt amantque historiam facillime ista noverunt sed ut nobis ineruditorum turbas infestissimas reddant se nosse dissimulant atque hoc apud vulgus confirmare nituntur clades quibus per certa intervalla locorum et temporum genus humanum oportet affligi causa accidere nominis christiani quod contra deos suos ingenti fama et preclarissima celebritate per cuncta diffunditur. Recolant ergo nobiscum antequam Christus venisset antequam eius nomen ea cui frustra invident gloria populis innotesceret quibus calamitatibus res Romana multipliciter varieque contrita sit et in hiis defendant si possunt deos suos si propterea coluntur ne ista mala paciantur cultores eorum quorum si quid nunc passi fuerint nobis imputanda esse contendunt. Cur enim que dicturus sum permiserunt accidere cultoribus suis antequam eos declaratum Christi nomen offenderet eorumque sacrificia prohiberet. Primo ipsos mores ne pessimos haberent quare dii eorum curare noluerunt. Deus enim verus eos a quibus non colebatur merito neglexit.

[margin: Cur falsi dii suos cultores affligi permiserunt]

Quod cultores deorum nulla umquam a diis suis precepta probitatis acceperint et in sacris eorum turpia queque celebraverint. iiii.

Hii autem illi a quorum cultu sese prohiberi homines ingratissimi conqueruntur cultores suos ad bene vivendum quare nullis legibus adiuverunt. Utique dignum erat ut quo isti illorum sacra ita illi istorum facta curarent. Sed respondetur quod voluntate propria quisque malus est. Quis hoc negaverit. Verumtamen pertinebat

II

ad consultores deos vite bone precepta non occultare populis cultoribus suis sed clara predicatione prebere, per vates etiam convenire atque arguere peccantes palam, minari penas male agentibus, premia recte viventibus polliceri. Quid umquam tale deorum illorum templis prompta et eminenti voce concrepuit? Veniebamus nos etiam aliquando adolescentes ad spectacula ludibriaque sacrilegorum, spectabamus arreptitios, audiebamus symphoniacos, ludis turpissimis qui diis deabusque exhibebantur oblectabamur, celesti virgini et berecintie matri omnium, ante cuius lecticam die solempni lavationis eius talia per publicum cantitabantur a nequissimis scenicis, qualia non dico matrem deorum sed matrem qualiumcumque senatorum vel quorumlibet honestorum virorum, ymo non qualia nec matrem ipsorum scenicorum deceret audire. Habet enim quiddam erga parentes humana verecundia, quod nec ipsa nequitia possit auferre. Illam proinde turpitudinem obscenorum dictorum atque factorum scenicos ipsos domi sue proludendi causa coram matribus suis agere puderet, quam per publicum agebant coram deorum matre spectante et audiente utriusque sexus frequentissima multitudine; que si illecta curiositate adesse potuit circumfusa, saltem offensa castitate debuit abire confusa. Que sunt sacrilegia, si illa erant sacra? aut que inquinatio, si illa lavatio? Et hec fercula appellabantur, quasi celebraretur convivium, quo velut suis epulis immunda demonia pascerentur. Quis enim non sentiat, cuiusmodi spiritus talibus obscenitatibus delectentur, nisi vel nesciat utrum sint omnino ulli immundi spiritus deorum nomine decipientes, vel talem agens vitam, in qua istos potius quam deum verum et optet propicios et formidet iratos?

De fedis laudibus scenicorum que exhibeantur berecintie matri flor. deorum

Berecinthia mater omnium deorum

De obscenitatibus quibus matrem deorum cultores sui honorabant. v.

Nequaquam istos qui flagiciosissime consuetudinis viciis oblectari magis quam obluctari student, sed illum ipsum nasicam scipionem, qui vir optimus a senatu electus est, cuius manibus eiusdem demonis simulacrum susceptum est in urbemque pervectum, habere iudicem vellem. Diceret nobis utrum matrem suam tam optime de re publica vellet mereri, ut ei divini honores decernerentur; sicut et grecos et romanos aliasque gentes constat quibusdam decrevisse mortalibus, quorum erga se beneficia magni penderant, eosque immortales factos atque in deorum numerum receptos esse crediderant. Profecto ille tantam felicitatem ille tantam felicitatem sue matris si fieri posset optaret. Porro si ab illo deinde quereremus utrum inter eius divinos honores vellet illa turpia celebrari, nonne se malle clamaret ut sua mater sine ullo sensu mortua iaceret, quam ad hoc dea viveret ut illa libenter audiret? Absit ut senator populi romani eo animo preditus quo theatrum edificari in urbe fortium virorum prohibuit, sic vellet coli matrem suam, ut talibus dea sacris propiciaretur qualibus matrona verbis offenderetur. Nec ullo modo crederet verecundiam laudabilis femine ita in contrarium divinitate mutari, ut honoribus eam talibus advocarent cultores sui, qualibus conviciis in quempiam iactatis, cum inter homines viveret, nisi aures clauderet seseque subtraheret, erubescerent pro illa et propinqui et maritus et liberi. Proinde talis mater deum, qualem habere matrem puderet quemlibet etiam pessimum virum, romanas occupatura mentes quesivit optimum virum, non quem monendo et adiuvando faceret, sed quem fallendo deciperet, ei similis de qua scriptum est: Mulier autem virorum preciosas animas captat, ut ille magne indolis animus hoc velut divino testimonio sublimatus et vere se optimum existimans veram pietatem religionemque non quereret, sine qua omne quamvis laudabile ingenium superbia vanescit et decidit. Quo igitur nisi insidiose quereret dea illa optimum virum, cum talia querat in suis sacris, qualia viri optimi abhorrent suis adhibere conviviis?

Nasica scipionis nollet exhiberi matri sue tam fedas laudes ut diis suis pagani faciebant

Deos paganorum numquam bene vivendi sanxisse doctrinam. vi.

Hinc est quod de vita et moribus civitatum atque populorum a quibus colebantur illa numina non curarunt, ut tam horrendis et detestabilibus malis non in agro et vitibus, non in domo atque pecunia, non denique in ipso corpore quod menti subditur, sed in ipsa mente, in ipso rectore carnis animo eos impleri ac pessimos fieri sine ulla sua terribili prohibitione permitterent; aut si prohibebant, hoc ostendatur potius, hoc probetur. Nec nobis nescio quos susurros paucissimorum auribus anhelatos et archana velut religione traditos iactent, quibus vite probitas castitasque discatur; sed demonstrentur vel commemorentur loca talibus aliquando conventiculis consecrata, non ubi ludi agerentur obscenis vocibus et motibus histrionum, nec ubi fugalia celebrarentur effusa omni licencia turpitudinum, et vere fugalia sed pudoris et honestatis, sed ubi populi audirent quid dii preciperent de cohibenda avaricia, ambitione frangenda, luxuria refrenanda, ubi discerent miseri quod discendum persius increpat dicens: Discite o miseri et causas cognoscite rerum. Quid sumus et quidnam victuri gignimur, ordo quis datus aut mete quam mollis flexus et unde, quis modus argenti, quid fas

optare / quid a sperni / utile minus habet /
paterna recordantes propinquis / quantum largiri deceat / quid
et deus esse iussit et humana in re qua parte lo
catus es / dicunt in quibus locis hec docentur deorum
solebat precepta recitari et a cultoribus eorum populis
frequentius audiri / sicut nos ecclesias ad hoc erectas
institutas / quaqua versum regio christiana diffunditur.

Inutilia esse inventa philosophica absque divina auctoritate / quia
demonia nisi quodque ad vicia promi magis
movet quod dii fecerint quam quod homines dispu
taverint. VI c.

An forte nobis philosophorum
scolas / disputationes que memorabunt.
Primo hec non romana / sed greca sunt / aut si propterea iam
romana quia grecia facta est romana provincia / non de
orum precepta sunt / sed hominum inventa / qui utcumque conati
sunt ingeniis acutissimis preditis ratiocinando
investigare / quid in rerum natura lateret / | phisica et
quid in moribus appetendum esse aut | ethica et ologica
fugiendum / quid in ipsis ratiocinandi
regulis certa connexione traheretur / aut quid non
esset consequens vel etiam repugnaret / et quidam eorum
quedam magna / quantum divinitus adiuti sunt invene
runt / quantum autem humanitus impediti | dialetica
sunt / erraverunt / maxime cum eorum superbie iuste pro
videntia divina resisteret / ut viam pietatis ab humi
litate in superna surgentem / et istorum comparatione
monstraret / Unde nobis postea erit inquirendi veri
et dei voluntate disquirendi ac disserendi lo
cus. Verumtamen si philosophi aliquid invenerunt / quod
agende bone vite beateque adipiscende satis
esse possit / quanto iustius talibus divini hono
res decernerentur / quanto melius et honestius in
platonis templo / libri eius legerentur
quam in templis demonum galli absciderentur
molles consecrarentur / quicquid aliud
vel crudele vel turpe vel turpiter crudele
vel crudeliter turpe in sacris talium deorum
celebrari solet / quanto satius erat / ad
erudiendam iustitiam iuventutem publice
recitari leges deorum / quam laudari inaniter
leges atque instituta maiorum / Omnes
enim cultores talium deorum / mox ut libido
perpulerit / ferventi ut ait persius / tincta
veneno / magis intuentur quid iupiter
fecerit / quam quid docuerit plato / vel cen
suerit catho / Hinc apud terentium fla
gitiosus adolescens spectat tabulam
quandam pictam in pariete / ubi inerat
pictura hec / iovem quo pacto danaen misisse
aiunt in gremium / quondam aureum im
brem / atque ab hac tanta auctoritate
adhibet patrocinium turpitudini sue / cum
in ea se iactat imitari deum / quem deum
inquid / qui templa celi summo sonitu
concutit / ego homuncio id non facerem / Ego vero illud feci ac libens

De ludis scenicis in quibus dii non offendunt
in editione suarum turpitudinum sed placantur. viii c.

At romani non tradunt ista / sacris deorum
sed fabulis poetarum / Nolo dicere
illa mistica / quam ista theatrica esse tur
piora / hoc dico / quod negantes convincit historia / eos
dem illos ludos / in quibus regnant figmenta po
etarum / non per imperitum obsequium sacris deorum
suorum intulisse romanos / sed ipsos deos ut sibi so
lempniter ederentur / et honori suo consecrarentur
acerbe imperando et quodammodo extorquen
do fecisse / quod in primo libro brevi commemoratione
perstrinxi / Nam gravescente pestilentia / ludi sce
nici / auctoritate pontificum rome primitus instituti sunt.
Quis igitur in agenda vita / non ea sibi potius
sectanda arbitretur / que actitantur ludis auctoritate
divina institutis / quam ea que scripta sunt legibus
humano consilio promulgatis / adulterum iovem
si poete fallaciter prodiderunt / dii utique casti / quia
tantum nephas per humanos ludos confictum est / non
quia neglectum / irati ac vindicare debuerunt /
Et hec sunt scenicorum tolerabiliora ludorum comedie
scilicet et tragedie / hoc est fabule poetarum agende in
spectaculis multa rerum turpitudine / sed nulla
saltem alia multa verborum obscenitate composite
quas etiam inter studia que honesta ac libe
ralia vocantur pueri legere et discere coguntur a se
nibus. Quid romani veteres de cohibenda
poetica licentia senserint. IX c.

Quid autem
hinc senserint romani veteres / cicero testatur
in libris / quos de re publica scripsit / ubi scypio
disputans ait / nunquam comedie nisi consuetu
do vite pateretur / probare sua theatris flagi
cia potuissent / et greci quidem antiquiores
viciose sue opinionis / quandam | Cicero de
convenientiam servaverunt / apud | re publi
quos fuit etiam lege concessum | ca
ut quod vellet comedia / nominatim de quo vellet
diceret / Itaque sicut in eisdem libris loquitur affri
canus / quem illa non attigit / vel potius quem non
vexavit / cui pepercit / esto populares homines improbos
in re publica sediciosos cleonem cleophantem
hyperbolum lesit / Patiamur inquit / Etsi huiusmodi ci
ves a censore / melius est quam a poeta notari / sed
periclem cum iam sue civitati maxima auctoritate pluri
mos annos / domi et bellis prefuisset / violari versi
bus et eos agi in scena non plus decuit / quam si plautus
noster inquit voluisset / aut nevius publio et gneo
scypioni / aut cecilius / marco cathoni / male
dicere / deinde paulo post / nostre inquit contra duodecim
tabule / cum perpaucas res capite sanxissent in
his / hanc quoque sanciendam putaverunt / si
quis occentavisset / sive carmen condidisset / quod
infamiam faceret flagitium ve alteri / preclare
iudiciis enim ac magistratuum disceptationibus legitimis
propositam vitam / non poetarum ingeniis

Melius esset libros platonis et aliorum philosophorum in plateis recitari quam demonum legi quia illa corpora purificabant.

De fabla iovis et ymbre aureo quod misit in gremium danae ut dicit terentius quod flagitium de ipso deum iupiter potius vindicare debuit quam laudare

Affricanus	hyperbolus	publius	habere
Cleus	Scipio	Gneus	debemus
Cleophantes	cecilius	marcus cato	nec pro-
			brum

Periclen / plautus / nevius

audire nisi ea lege ut respondere liceat / et iudicio defendere. Hec ex Cicero/nis quarto de re publica libro ad verbum / excerpenda arbitratus sum, nonnullis propter faci/liorem intellectum vel pretermissis vel paululum commu/tatis. Multum enim ad rem pertinet quam molior / explicare si potero. Dicit deinde alia et sic conclu/sit hunc locum, ut ostendat veteribus displicuisse Romanis / vel laudari quemquam in scena vivum hominem vel vi/tuperari. Sed ut dixi, hoc greci quamquam inverecundius, tamen / convenientius licere voluerunt, cum viderent diis suis / accepta et grata esse obprobria non tantum hominum verum et / ipsorum deorum in scenicis fabulis, sive a poetis essent / illa conficta, sive flagitia eorum vera commemorarentur / et agerentur in theatris, atque ab eorum cultoribus / utinam solo risu ac non etiam imitacione digna vide/rentur. Nimis enim superbum fuit fame pepercisse prin/cipum civitatis et civium, ubi sue et fame parci [et liberi-bus] / numina noluerunt. Nam quod affertur pro defen/sione, non illa vera in deos dici, sed falsa atque conficta, / id ipsum est scelestius, si pietatem consulas religi/onis; si autem maliciam demonum cogites, quid / astucius ad decipiendum atque callidius? Cum enim / probrum iacitur in principem patrie bonum atque utilem, / nonne tanto est indignius, quanto a veritate re/mocius et a vita illius alienius? Que igitur sup/plicia sufficiunt, cum deo fit ista tam nephanda, / tam ~~insig~~ insignis iniuria.

Qua nocendi arte demones velint vel falsa de se crimina vel vera narrari. x c

Sed maligni spiritus, quos / isti deos putant, etiam flagitia que / non admiserunt de se dici volunt, dum tamen / humanas mentes his opinionibus velut retibus induant / et ad predestinatum supplicium secum trahant; sive / homines ista commiserint, quos deos haberi ~~gaudent~~ volunt, / qui humanis erroribus gaudent, pro quibus et / se colendos mille nocendi fallendique artibus / interponunt; sive etiam nullorum hominum illa crimina vera / sint, que tamen de numinibus fingi libenter accipiunt / fallacissimi spiritus, ut ad scelesta ac turpia per/petranda velut ab ipso celo traduci in terras satis / ydonea videatur auctoritas. Cum igitur greci talium / numinum servos se esse sentirent, inter tot et / tanta eorum theatrica obprobria parcendum sibi a / poetis nullo modo putaverunt, vel diis suis etiam / sic assimilari appetentes, vel metuentes ne hones/tiorem famam ipsi requirendo et eis se hoc modo pre/ferendo illos ad iracundiam provocarent.

De scenicis apud grecos in rei publice amministratione receptis eo quod placatores deorum iniuste ab hominibus spernerentur. xi c

Ad hanc convenienciam pertinet / quod etiam scenicos auc/tores earundem fabularum non parvo ci/vitatis honore dignos existimaverunt. Siquidem / quod in eo quoque de re publica libro commemoratur, / ut Eschines atheniensis vir eloquentissimus, cum / adolescens tragedias actitavisset, / rem publicam capessivit, et Aristo/demum tragicum item actorem max/imis de rebus pacis ac belli lega/tum ad philippum athenienses se/pe miserunt. Non enim consentaneum / putabant, cum easdem artes eosdemque / scenicos ludos etiam diis suis / acceptos viderent, illos per quos a/gerentur, infamium loco ac numero deputare. Hec / greci turpiter quidem, sed sane diis suis omnino con/gruenter, qui nec vitam civium lacerandam linguis / poetarum et histrionum subtrahere ausi sunt, a qui/bus cernebant deorum vitam ~~turpiter quidem sed / sane diis suis omnino congruenter qui nec vitam~~ / eisdem diis ipsis volentibus carpi, et ipsos ho/mines per quos ista in theatris agebantur, que numi/nibus quibus subditi erant grata esse cogno/verant, non solum minime spernendos in civitate, / verum etiam maxime honorandos putarunt. Quid / enim cause reperire possent, cur sacerdotes honorarent, / quia per eos victimas diis acceptabiles offerebant, / et scenicos probrosos haberent, per quos illam volupta/tem sive honorem diis exhiberi petentibus et ni/si fieret irascentibus eorum admonicione didicerant, / cum presertim Labeo, quem huiuscemodi rerum / peritissimum predicant, numina bona a / numinibus malis ista etiam cultus diver/sitate distinguat, ut malos deos pro/piciari cedibus et tristibus supplica/cionibus asserat, bonos autem obse/quiis letis atque iocundis, qualia sunt, ut ipse ait, / ludi, convivia, lectisternia. Quod totum quale sit post/ea, si deus voluerit, diligencius disseremus. / Nunc ad rem presentem quod attinet, sive diis omnibus omnia / tamquam bonis permixte tribuantur (neque enim esse / decet deos malos, cum pocius isti, qui / immundi sunt spiritus, omnes sint mali), sive certa distinctione, / sicut Labeoni visum est, illis illa, istis ista distribu/antur obsequia, competentissime greci utrosque / honorandos ducunt, et sacerdotes per quos victime / ministrantur, et scenicos per quos ludi exhibentur, / ne vel omnibus diis suis ~~si et ludi om~~ ~~suis~~ si et ludi omnibus grati sunt, vel quod est indig/nius his quos bonos putant, si ludi ab eis so/lis amantur, facere convincantur iniuriam.

Eschines atheniensis vir eloquentissimus. Aristodemum tragicum ad philippum miserunt athenienses sic legatum

Labeonis distinctio de diis malis et bonis

De labeone

Quod romani auferendo libertatem poetis in homines quam dederunt in deos melius de se quam de diis suis senserint xii c

At Romani, sicut in illa publica dis/putacione Scypio gloriatur

probris et iniuriis poetarum subiectam vitam famam
que habere noluerunt, capite etiam sancientes tale car-
men condere si quis auderet, quod erga se quidem sa-
tis honeste constituerunt, sed erga deos suos super-
be et inreligiose; quos cum scirent non solum pacien-
ter sed etiam libenter poetarum probris maledictis
que lacerari, se potius quam illos huiusmodi indignos
iniuriis esse duxerunt, seque ab eis etiam lege muni-
erunt, illorum autem ista etiam sacris sollempni-
tatibus miscuerunt. Itane tandem Scipio laudas
hanc poetis Romanis licenciam negatam esse, ut
cuiquam opprobrium infligerent Romanorum, cum vide-
as eos nulli deorum pepercisse vestrorum? Itane pluris
tibi habenda visa est existimacio curie vestre quam
Capitolii, immo Rome unius quam celi tocius,
ut linguam maledicam in cives tuos
exercere poete etiam lege prohiberentur, et
in deos tuos securi tanta convicia
nullo senatore, nullo censore, nullo
principe, nullo pontifice prohibente
iacularentur? Indignum videlicet fuit
ut Plautus aut Nevius Publio et Gneyo Scy-
pioni aut Cecilius Marco Cathoni malediceret, et
dignum fuit ut Terencius vester flagicio Iovis opti-
mi maximi adolescencium nequiciam concitaret? res

Plautus aut Nevius Gneyo Scipioni aut Cecilius Marco Cathoni et Terencius Iovi

Debuisse intelligere Romanos quod dii eorum qui se turpibus laudibus coli expetebant indigni erant honore divino. xiii°

SED responderet mihi
fortasse si viveret: quomodo nos ista inpunita esse
vellemus, que ipsi dii sacra esse voluerunt,
cum ludos scenicos, ubi talia celebrantur, dictantur,
actitantur, et Romanis moribus invexerunt et su-
is honoribus dicari exhiberique iusserunt? Cur ergo
non hinc ipso magis intellecti sunt non esse dii veri, nec omnino
digni quibus divinos honores deferret illa res
publica? Quos enim coli minime deceret, minime
oporteret, si ludos expeterent agendos convi-
cia Romanorum, quomodo queso dii colendi putati,
quomodo non detestandi spiritus intellecti, qui cupidita-
te fallendi inter suos honores sua celebrari crimi-
na poposcerunt? Itemque Romani quamvis iam supersti-
cione noxia premerentur, ut illos deos co-
lerent, quos videbant sibi voluisse
scenicas turpitudines consecrari, sue
tamen dignitatis memores ac pudoris
auctores talium fabularum nequaquam ho-
noraverunt more Grecorum, sed sicut a-
pud Ciceronem idem Scipio loquitur,
cum artem ludicram scenamque totam
in probris ducerent, genus id hominum non modo
honore civium reliquorum carere, sed etiam
tribu moveri notacione censoria voluerunt. Preclara sane
(at admiranda) et Romanis laudibus admiranda prudencia, sed
vellem se ipsam sequeretur, se imitaretur. Ecce enim
recte quisquis civium Romanorum esse scenicus

Romani non laudabant turpitudines scenicas quamvis essent viciosi ut Scipio loquitur apud Ciceronem

elegisset, non solum ei nullus ad honorem dabatur
locus, verum etiam censoris nota tribum tenere propriam
minime sinebatur. O animum civitatis laudis avidum
germaneque Romanum! Sed respondeatur mihi, qua consenta-
nea racione homines scenici ab omni honore pelluntur,
et ludi scenici deorum honoribus admiscentur? Illas
theatricas artes diu virtus Romana non noverat,
que si ob lectamentum voluptatis humane quererentur,
vicio morum irreperent humanorum. Dii eas sibi exhi-
beri petiverunt. Quomodo ergo abicitur scenicus, per quem
colitur deus, et theatrice illius turpitudinis qua
fronte notatur actor, si adoratur exactor? In hac
controversia Greci Romanique concertant. Greci pu-
tant recte se honorare homines scenicos, cum colant
ludorum scenicorum flagitatores deos; Romani vero
hominibus scenicis nec plebeiam
tribum quanto minus senatoriam cu-
riam dehonestari sinunt. In hac
disceptacione huiusmodi raciocinacio
summam questionis absolvit. Proponunt
Greci: si dii tales colendi sunt, profecto etiam ta-
les homines honorandi sunt. Assumunt Romani:
sed nullo modo tales homines honorandi sunt. Con-
cludunt Christiani: nullo modo ergo dii tales colendi sunt.

Disceptacio seu controversia inter Grecos et Romanos de ludis scenicis et theatris

Meliorem fuisse Platonem qui poetis locum in bene morata civitate non dedit quam hos deos qui se ludis scenicis voluerunt honorari. xiiii

DEINDE querimus ipsi poete talium fa-
bularum compositores, qui xii tabularum
lege prohibentur famam ledere civium, tam pro-
brosa in deos convicia iaculantes, cur non ut sce-
nici habeantur inhonesti? Qua racione rectum
est ut poeticorum figmentorum et ignominiosorum
deorum infamentur actores, honorentur auctores?
An forte Greco Platoni potius palma danda
est, qui cum racione formaret qualis esse civitas de-
beat, tamquam adversarios civitatis
poetas censuit urbe pellendos? Iste
vero et deorum iniurias indigne tulit
et fucari corrumpique figmentis animos civi-
um noluit. Confer nunc Platonis humanitatem
a civibus decipiendis poetas urbe pellentem
cum deorum divinitate honori suo ludos scenicos
expetente. Ille talia ne scriberentur, etsi non per-
suasit disputando, tamen suasit levitati lasciviaeque
Grecorum; isti (s. dii) ut talia etiam agerentur iubendo
extorserunt gravitati et modestie Romanorum. Nec
tantum hec agi voluerunt, sed sibi dedicari, sibi sacrari,
sibi sollempniter exhiberi. Cui tandem honestius
divinos honores decerneret civitas? Utrum Platoni
hec turpia et nephanda prohibenti, an de-
monibus hac hominum decepcione gaudentibus,
quibus ille veritatem persuadere non potuit? Hunc Platonem
Labeo inter semideos commemorandum putavit
sicut Herculem, sicut Romulum. Semideos autem

De Platone philosopho greco

heroibus antepomt/ sed utrosque nichilominus collo
cat/ Verumtamen istum/ quem appellat semideum
non heroibus tantum sed eciam dijs ipsis preferendum esse non
dubito/ Propinquant autem romanorum leges dispu
tacionibus platonis/ quando ille cuncta poetica fig
menta condempnat/ isti autem poetis adimunt/ saltem
in homines maledicendi licenciam/ Ille poetas ab ur
bis ipsius habitacione/ isti saltem auctores poeti
carum fabularum removent a societate ciuitatis/ Et
si contra deos ludorum scenicorum expetitores/ aliquid au
derent/ forte undique removerent Nequaquam igitur
leges ad instituendos bonos/ aut corrigendos ma
los mores/ a dijs suis possent accipere/ seu sperare
romani/ quos legibus suis vincunt atque conuin
cunt/ Illi enim honori suo deposcunt ludos scenicos/
isti ab honoribus omnibus repellunt homines scenicos
illi celebrari sibi iubent/ figmentis poeticis oppro
bria deorum/ isti ab obprobrijs hominum deterrent impu
denciam poetarum/ semideus autem ille plato et
talium deorum libidini restitit/ et ab indole romanorum
quid perficiendum esset/ ostendit/ Qui poetas esse ipsos
uel pro arbitrio mencientes/ uel hominibus miseris/
quasi deorum facta pessima imitanda proponentes/
omnino in ciuitate bene instituta viuere noluit/ Nos
quidem platonem nec deum nec semideum perhibe
mus nec ulli sancto angelo/ summi dei nec veridico
prophete/ nec apostolo alicui/ nec cuilibet christi martiri
nec cuiquam christiano homini comparamus/ cuius racionem
sine deo prosperante/ suo loco explica
bimus/ Sed eum tamen quem quidem ipsi
uolunt fuisse semideum/ preferendum esse
censemus/ si non romulo et herculi/
quamuis istum nec fratrem occidisse nec a
liquod perpetrasse flagicium/ quisquam
historicorum uel poetarum dixit aut finxit
certe uel priapo/ uel alicui cynocefa
lo postremo uel febri/ quos romani nu
mina partim peregrina receperunt partim
sua propria sacrauerunt/ Quo igitur
tanta animi et morum mala bonis
preceptis et legibus uel imminencia
a... prohibent/ uel insita extirpan
da curarent/ dij tales/ qui eciam se
minanda et augenda flagicia cu
rauerunt talia uel sua/ uel quasi sua
facta per theatricas celebritates populis innotescere
cupientes/ ut tamquam auctoritate diuina sua sponte ne
quissima libido accenderetur/ humana/ frustra hoc
exclamante cicerone/ qui cum de poetis ageret/ ad
quos cum accessit inquid/ clamor et approbacio populi
quasi magni cuiusdam et sapientis magistri/ quas illi
obducunt tenebras/ quos inuehunt metus/ quas
inflammant cupiditates Quod romani quosdam
sibi deos non racione sed adulacione instituerunt xv c

Quem autem illic eligendorum deorum eciam
ipsorum florum racio at non potius adulacio est/ quando
istum platonem/ quem semideum uolunt
tantis disputacionibus laborantem/ ne
animi malis/ que precipue cauenda sunt mo
res corrumperentur humani/ nulla sacricedi
cula dignum putauerunt/ et romulum suum
dijs multis pretulerunt/ quamuis et ipsum se
mideum potius quam deum/ uelut secrecior
eorum doctrina commendet/ Nam eciam
flaminem illi instituerunt/ quod sacerdo
cii genus/ adeo in romanis sacris testan
te apice excellunt/ ut tres solos flamines
haberent tribus numinibus institutos
dyalem ioui/ martialem marti/ quiri
nalem romulo/ Nam beniuolencia ciuium
uelut receptus in celum/ quirinus est postea
nominatus/ ac per hoc fratribus iouis et
neptuno et plutoni ipsi saturno patri
eorum/ iste romulus honore prelatus est/
ut pro magno sacerdocio quod ioui tribue
rant/ hoc eciam huic tribuerent/ Et marti
tamquam patri eius forsitan propter ipsum
¶ De ioue/ neptuno/ plutone/ fratribus filijs
saturni/ et de flaminibus iouis qui dyalis
et martis/ qui marcialis et romuli
qui rinuli dicti sunt/ romulus ut nicauit est
diuinificatus et appellatus quirinus Quod dijs
si ulla tamen esset iusticie a ceteris romani accipere debu
erunt precepta uiuendi pocius quam leges ab alijs

Si autem a hominibus mutuarent xvi c
dijs suis romani viuendi leges accipere
potuissent/ non aliquot annos post romam con
ditam ab athenensibus/ mutuarentur leges
solonis/ quas tamen non ut acceperunt sed meliores
et emendaciores facere conati sunt/ quamuis eciam
ligurgus lacedemonijs leges/ ex apollinis
auctoritate/ se instituisse confinxit
quod prudenter romani credere noluerunt
propterea non inde illas acceperunt Numa pompe
us/ qui romulo successit in regnum quasdam
leges/ que quidem regende ciuitati ne
quaquam sufficerent/ condidisse
fertur/ qui eis multa eciam sacra
constituit non tamen perhibetur
easdem leges a numinibus
accepisse/ mala igitur animi/ mala vite/ mala
morum/ que ita magna sunt/ ut doctissimi viri
eorum eciam stantibus urbibus/ res publicas
perire confirmarent/ dij eorum ne suis cultoribus
acciderent/ minime curauerunt/ immo uero ut augerentur
sicut supra disputatum est/ omni modo curauerunt
De raptu sabinarum alijsque iniquitatibus que
in ciuitate romana eciam laudatis temporibus viguere

An forte populo ro temporibus xvij c
mano propterea leges non sunt a numinibus/

Platonem quem appellat semideum non deum uel semideum dicimus nec angelo nec prophete nec aplo nec martiri comparamus sed tamen melio re romulo et hercule uel alicui cynocephalo uel priapo uel febro flagiciosis asse rent

Sentencia cyceronis philozophi de falsis dijs et poetis

Romulum semideum

Flamines appellati quod filio lan eo ex one ioui ymolata apice caput adornaret primo flamines qui filamines dicti initi id filum apicem vocant

De ligurgio qui ex auctoritate appollinis lacedemonijs leges confinxit

De Numa pompeyo de solone philozopho

constitute/ quia sicut Salustius ait/ Ius bonumque
apud eos non legibus magis quam natura va-
lebat. Ex hoc iure ac bono credo rap-
tas Sabinas/ Quid enim iustius et
melius quam filias alienas fraude
spectaculi inductas non a parentibus
accipi sed vi ut quisque poterat auferri/ Nam si
inique facerent Sabini negare postulatas quan-
to fuit iniquius rapere non datas/ Iustius autem
bellum cum ea gente geri potuit/ que filias suas
ad matrimonium conregionalibus et confinalibus
suis negassent petitas/ quam cum ea que repetebat
ablatas/ Illud ergo potius fieret ibi mars filium suum
pugnantem iuvaret/ ut coniugiorum negatorum
armis ulcisceretur iniuriam/ et quoquo ad feminas
quas voluerat perveniret/ Aliquo enim fortasse iure
belli iniuste negatas iuste victor aufferret.
Nullo autem iure pacis non datas rapuit/
et iniustum bellum cum earum parentibus iuste suc-
censentibus gessit/ Hoc sane utilius feliciusque
successit/ quod et si ad memoriam fraudis illius
circensium spectaculum mansit/ facinoris tamen in illa
civitate et imperio non placuit exemplum/ faci-
liusque Romani in hoc erraverunt/ ut post illam
iniquitatem deum sibi Romulum consecrarent/ quam
ut in feminis rapiendis factum eius imitandum le-
ge ulla/ vel more permitterent/ Ex hoc iure ac bono
post expulsum cum liberis suis regem tarquinium
cuius filius lucretiam stupro violenter oppresserat/
Iunius brutus consul lucium tarquinium collatinum
maritum eiusdem lucretie collegam suum bonum
atque innocentem virum propter nomen et pro-
pinquitatem tarquiniorum/ coegit magistratu
se abdicare/ nec vivere in civitate permi-
sit/ Quod scelus favente vel patiente
populo fecit/ a quo populo consulatum
idem collatinus sicut etiam ipse
brutus acceperat/ Ex hoc iure ac bono
marcus camillus/ illius temporis vir egregius
qui veientes gravissimos hostes populi
romani post decennale bellum/ quo romanus
exercitus/ totiens male pugnando
graviter afflictus est/ iam ipsa roma
de salute dubitante/ atque trepida-
te facillime superavit/ eorumque urbem opulentissi-
mam cepit/ invidia obtrectatorum virtutis sue/ et
insolencia tribunorum plebis/ reus factus est tamque
ingratam sensit quam liberaverat civitatem/ ut
de sua dampnatione certissimus in exilium sponte
discederet/ et decem milibus eris absens etiam
dampnaretur/ mox iterum a gallis vindex patrie
ingrate futurus/ Multa commemorare iam piget fe-
da et iniusta/ quibus agitabatur illa civitas/ cum
potentes/ plebem sibi subdere conarentur/ plebs
que illis subdi recusaret/ et utriusque partis
defensores magis studiis agerent/ amore vincen-
di quam equum et bonum quicquam cogitarent. Que
de moribus romanorum aut metu compressis aut
securitate resolutus salustij prodat historia. xviij c.

Itaque habebo modum/ et ipsum Sa-
lustium testem potius ad-
hibebo/ qui cum in laude romanorum dix-
isset/ unde nobis iste sermo ortus est/ Ius
bonumque apud eos non legibus magis quam
natura valebat/ predicans illud tempus/ quo ex-
pulsis regibus/ incredibiliter civitas brevi etatis
spacio plurimum crevit/ Idem tamen in primo historie
sue libro/ atque ipso eius exordio fatetur etiam
tunc cum ad consules a regibus esset translata res pu-
blica/ post parvum intervallum iniurias emersisse
validiorum/ et ob eas discessionem plebis a patribus
aliasque in urbe dissensiones fuisse. Nam cum op-
timis moribus et maxima concordia populum ro-
manum/ inter secundum et postremum bellum cartha-
ginense commemorasset egisse/ causamque huius boni
non amorem iusticie/ sed stante carthagine me-
tum pacis infide/ fuisse dixisset/ unde et Nasyca
ille ad reprimendam nequiciam servandosque is-
tos mores optimos/ ut metu vicia
cohiberentur carthaginem nolebat
everti/ continuo subiecit idem sa-
lustius et ait/ At discordia et a-
varicia atque ambitio et cetera secundis re-
bus oriri sueta mala/ post carthaginis exci-
dium maxime aucta sunt/ ut intelligeremus etiam
antea et oriri solere et augeri/ Unde subnec-
tens cur hoc dixit/ Nam iniurie inquit vali-
diorum/ et ob eas discessio plebis a patribus ali-
eque dissensiones domi fuere iam inde a principio
neque amplius quam regibus exactis dum metus
a tarquinio et bellum grave cum etruria positum
est/ equo et modesto iure agitatum. Vides quem-
admodum etiam illo brevi tempore/ ut regibus ex-
actis id est eiectis/ aliquantum equo et modesto iure
ageretur/ metum dixit fuisse causam/ quoniam metuebatur
bellum quod rex tarquinius regno et urbe pul-
sus/ et tuscis sociatus contra romanos gerebat/
Attende itaque quid deinde contexat/
Deinde inquit servili imperio patres
plebem exercere/ de vita atque tergo
regio more consulere/ agro pellere
et ceteris expertibus soli in imperio agere
quibus sevicijs et maxime fenore
oppressa plebs cum assiduis bellis tributum
et miliciam simul tolleraret/ armata montem sacrum
atque aventinum insedit/ tumque tribunos plebis et
alia sibi iura paravit/ discordiarum et certaminis utri-
usque finis fuit secundum bellum punicum/ Ex quo
tempore ... post reges exactos
quales romani fuerint/ de quibus ait/ Ius bonum

Marginal rubrics:

Summa sa(lustij) iusticie de legibus et de veriois et de sabinis

Summa salustij de legibus de brutis et de sabinis

de primo bruto et lucio tarquinio collatino romano consule

de marco camillo et ve(ientibus) populis

absens

Salustius de romanis

de nasica et bello carthaginensi

Rex tarquinius ab urbe expulsus tuscis sociatis contra romanos bellum gerebat

dubito

quod apud eos non legibus magis quam natura valebat. Porro si illa tempora tacuerit, quibus pulcherrima atque optima fuisse praedicatur romana res publica, quid nam de consequenti etate dicendum aut cogitandum arbitramur, cum paulatim mutata, ut eiusdem historici verbis utar, ex pulcherrima atque optima, pessima ac flagitiosissima facta est, post Carthaginis videlicet, ut commemoravit, excidium; que tempora ipse Salustius quemadmodum breviter recolat et describat, in eius historia legi potest, quantis malis morum que secundis rebus exorta sunt usque ad bella civilia demonstret esse provectum. Ex quo tempore, ut ait, maiorum mores non paulatim ut antea, sed torrentis modo precipitati, adeo iuventus luxu atque avaricia corrupta, ut merito dicatur genitos esse qui neque ipsi habere possent res familiares neque alios pati possidere. Dicit deinde plura Salustius de Sille vitiis ceteraque feditate rei publice, et alii scriptores in hoc consentiunt, quamvis eloquio multum impari. Cernis, ut opinor, et quisquis advertit facillime prospicit, colluvie morum pessimorum quo illa civitas prolapsa fuerit ante nostri superni regis adventum. Hec enim gesta sunt non solum antequam Christus in carne presens docere cepisset, verum etiam antequam de virgine natus est. Cum igitur tot et tanta mala temporum illorum vel tollerabiliora superiorum vel post eversam Carthaginem intollerabilia et horrenda diis suis imputare non audeant, opiniones humanis mentibus, unde talia vicia silvescerent, astucia maligna inserentibus, cur mala presencia Christo imputant, qui doctrina saluberrima et falsos ac fallaces deos coli vetat et istas hominum noxias flagitiosasque cupiditates divina auctoritate detestans atque condempnans his malis tabescenti ac labenti mundo ubique familiam suam sensim subtrahit, qua condat eternam et non plausu vanitatis sed iudicio veritatis gloriosissimam civitatem.

> Debello punico secundo apud Salustium

> Salustius de viciis Sille

> Cur mala presencia Christo imputant qui falsos deos coli vetat cum ante eius adventum Carthagine devicta et aliis hostibus cupiditate flagiciorum et moribus precipitati sunt

De corrupcione ~~racione~~ romane rei publice priusquam cultum deorum Christus auferret. Capitulum xix.

Ecce romana res publica, quod non ego primus dico, sed auctores eorum, unde hoc mercede didicimus, tanto ante dixerunt, ante Christi adventum paulatim mutata ex pulcherrima atque optima pessima ac flagitiosissima facta est. Ecce ante Christi adventum, post deletam Carthaginem, maiorum mores non paulatim ut antea, sed torrentis modo precipitati; adeo iuventus luxu atque avaricia corrupta est. Legant nobis contra luxum et avariciam precepta deorum suorum populo romano data; cui utinam tantum casta et modesta reticerent, ac non ab illo eciam probrosa et ignominiosa deposcerent, quibus per falsam divinitatem perniciosam conciliarent auctoritatem. Legant nostra et per prophetas et per sanctum ewangelium et apostolicos actus et epistolas tam multa contra avariciam atque luxuriam ubique populis ad hoc congregatis tam excellenter, quam divine, non tamquam ex philosophorum concertacionibus strepere, sed tamquam ex oraculis et dei nubibus intonare. Et tamen luxu atque avaricia sevisque ac turpibus moribus ante adventum Christi rem publicam pessimam ac flagitiosissimam factam non imputant diis suis; afflictionem vero eius, quamcumque isto tempore superbie deliciequae eorum perpesse fuerint, religioni increpitant Christiane. Cuius precepta de iustis probisque moribus si simul audirent atque curarent reges terre et omnes populi, principes et omnes iudices terre, iuvenes et virgines, seniores cum iunioribus, etas omnis capax et utriusque sexus, et quos baptista Johannes alloquitur, exactores ipsi atque milites, et terras vite presentis ornaret sua felicitate res publica et vite eterne culmen beatissime regnatura conscenderet. Sed quia iste audit, ille contempnit, pluresque vitiis male blandientibus quam utili virtutum asperitati amiciores sunt, tollerare Christi famuli iubentur, sive sint reges sive principes, sive iudices sive milites sive provinciales, sive divites sive pauperes, sive liberi sive servi, utriuslibet sexus, etiam pessimam, si ita necesse est, flagitiosissimamque tollerare rem publicam, et in illa angelorum quadam sanctissima atque augustissima curia celestique re publica, ubi dei voluntas lex est, clarissimum sibi locum etiam ista tollerancia comparare.

> De sacra theologia contra vicia et de doctrina Johannis baptiste ad milites et ad alios

Quali velint felicitate gaudere et quibus moribus vivere qui tempora christiane religionis incusant. Capitulum xx.

Verum tales cultores et dilectores deorum istorum, quorum etiam esse imitatores in sceleribus et flagitiis se esse letantur, nullo modo curant pessimam ac flagitiosissimam non esse rem publicam. Tantum stet, inquiunt, tantum floreat copiis referta, victoriis gloriosa, vel quod est felicius pace secura sit. Et quid ad nos? Immo id ad nos magis pertinet, si divicias augeat quisque, que cottidianis effusionibus suppetant, per quas sibi etiam infirmiores subdat; quisque potentioribus obsequantur divitibus pauperes causa saturitatis atque ut eorum patrociniis quieta inercia perfruantur; divites pauperibus ad clientelas ad ministerium sui fastus abutantur; populi plaudant non consultoribus utilitatum suarum sed largitoribus voluptatum; non dura iubeantur, non prohibeantur impura; reges

> De regimine regum et servitute principum et vita plebis secundum statum mundi presentis detestabile et de rege Sardanaballo

non curant quam bonis

non curat quam bonis sed quam subditis regnet. Prouincie regibus non tamquam rectoribus morum sed tamquam rerum dominatoribus et deliciarum suarum prouisoribus seruiant, eosque non sinceriter honorent sed nequiter ac seruiliter timeant. Quid aliene uite potius quam quid sue uite quisque legibus notetur adtendatur. Nullus ducatur ad iudices nisi qui aliene rei domui saluti uel cuiquam inuito fuerit importunus aut noxius. Ceterum de suis uel cum suis uel cum quibuscumque uolentibus faciat quisque quod libet. Abundent publica scorta uel propter omnes quibus frui placuerit uel propter eos maxime qui habere priuata non possunt. Extruantur amplissime atque ornatissime domus, opipara conuiuia frequententur, ubi cuique libuerit et potuerit die noctuque ludatur bibatur uomatur diffluatur. Saltationes undique concrepent, theatra inhoneste leticie uocibus atque omni genere siue crudelissime siue turpissime uoluptatis exestuent. Ille sit publicus inimicus cui hec felicitas displicet. Quisquis eam mutare uel auferre temptauerit, eum libera multitudo auertat ab auribus, auertat a sedibus, auferat a uiuentibus. Illi habeantur dii ueri qui hanc adipiscendam populis procurauerint adeptamque seruauerint. Colantur ut uoluerint, ludos exposcant quales uoluerint, quos cum suis uel de suis possint habere cultoribus. Tantum efficiant ut tali felicitati nichil ab hoste, nichil a peste, nichil ab ulla clade timeatur. Quis hanc rem publicam sanus, non dicam romano imperio, sed domui Sardanapalli comparauit, qui quondam rex ita fuit uoluptatibus deditus ut in sepulcro suo sibi fecerit scribi ea sola se habere mortuum que libido eius etiam cum uiueret hauriendo consumpserat. Quem regem isti si haberent sibi in talibus indulgentem nec in eis cuiquam ulla seueritate aduersantem, huic libentius quam Romulo romani ueteres templum et flamines consecrarent.

Que sententia fuit ciceronis de re publica. xxi

Sed si contempnitur qui romanam rem publicam pessimam ac flagitiosissimam dixit, nec curant isti quanta morum pessimorum flagitiorumque dedecore [labe] impleatur sed tantum ut consistat et maneat, audiant eam non ut Salustius narrat pessimam ac flagitiosissimam factam, sed sicut Cicero disputat iam tunc prorsus periisse et nullam omnino remansisse rem publicam. [Inducit enim Scipionem eum qui Carthaginem extinxerat] de re publica disputantem, quando presentiebatur ea corruptione quam describit Salustius iam iamque peritura. Eo quippe tempore disputatur quo iam unus Gracchorum occisus fuit, a quo scribit sediciones graues cepisse Salustius. Nam mortis eius fit in eisdem libris commemoratio. Cum autem Scipio in secundi libri fine dixisset, ut in fidibus ac tibiis atque cantu ipso ac uocibus concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem inmutatum aut discrepantem aures erudite ferre non possunt, isque concentus ex dissimillimarum uocum moderatione concors tamen efficitur et congruens, sic ex summis et infimis et mediis interiectis ordinibus ut sonis moderata ratione ciuitatem consensu dissimillimorum concinere; et que armonia a musicis dicitur in cantu eam esse in ciuitate concordiam, artissimum atque optimum omni in re publica uinculum incolumitatis, eamque sine iustitia nullo pacto esse posse. Ac inde cum aliquanto latius et uberius disseruisset quantum prodesset iusticia ciuitati quantumque obesset si abfuisset, suscepit inde Philus unus eorum qui disputationi aderant et poposcit ut hec ipsa questio diligentius tractaretur ac de iusticia plura dicerentur propter illud quod iam uulgo ferebatur, rem publicam regi sine iniuria non posse. Hanc proinde questionem discutiendam et enodandam esse assensus est Scipio, respondit quoque nichil esse quod adhuc de re publica dictum putaret et quo possent longius progredi nisi esset firmatum non modo falsum esse illud, sine iniuria non posse, sed hoc uerissimum esse, sine summa iusticia rem publicam geri non posse. Cuius questionis explicatio cum in diem sequentem dilata esset, in tercio libro magna conflictatione res acta est. Suscepit enim Philus ipse disputationem eorum qui sentirent sine iniusticia regi non posse rem publicam, purgans precipue ne hoc ipse sentire crederet; egitque sedulo pro iniusticia contra iusticiam, ut hanc esse utilem rei publice, illam uero inutilem, uerisimilibus rationibus et exemplis uelut conaretur ostendere. Tum Lelius rogantibus omnibus iusticiam defendere est aggressus, asseruitque quantum potuit nichil tam inimicum ciuitati quam iniusticiam, nec omnino nisi magna iusticia geri aut stare posse rem publicam. Qua questione quantum satis uisum est pertractata, Scipio ad intermissa reuertitur recolitque suam atque commendat breuem rei publice diffinitionem, qua dixerat eam esse rem populi. Populum autem non omnem cetum multitudinis sed cetum iuris consensu et utilitatis communione sociatum esse determinat. Docet deinde quanta sit in disputando utilitas [atque ex illis suis diffinitionibus] diffinitionis, colligit tunc esse rem publicam, id est rem populi, cum bene ac iuste geritur, siue ab uno rege siue a paucis optimatibus siue ab uniuerso populo. Cum uero iniustus est rex, quem

Cicero Salustius Scipio expugnatore de re publica Carthaginis et de uno Gracchorum occiso

Que armonia a musicis dicitur in cantu eam esse in ciuitate concordiam

Quod a Philo

De questione Phili philosophi rem publicam stare non posse nisi magna iusticia et de eius probatione

tyrannum more grecorum appellavit / aut iniusti optimates / quorum consensum dixit esse factionem / aut iniustus ipse populus / cui nomen usitatum non reperit nisi ut etiam ipsum tyrannum vocaret / Non iam viciosam sicut pridie fuerat disputatum sed sicut racio ex illis diffinicionibus conexa docuisset omnino nullam esse rem publicam quoniam non esset res populi cum tyrannus eam factionem capesseret / Nec ipse populus iam populus esset / si esset iniustus / Quoniam non esset multitudo iuris consensu et utilitatis communione sociata / sicut populus fuerat diffinitus / Quando ergo res publica romana talis erat / qualem illam describit salustius non iam pessima ac flagiciosissima / sicut ipse ait sed omnino nulla erat secundum istam racionem quam disputacio de re publica inter magnos eius tunc principes habita patefecit / Sicut etiam ipse tulius / non scipionis nec cuiusquam alterius sed suo sermone loquens / in principio quinti libri commemorato prius Ennii poete versu quo dixerat / Moribus antiquis res stat romana virisque / Quem quidem ille versum inquit / vel brevitate vel veritate / tamquam ex oraculo michi quodam esse affatus videtur / Nam neque viri nisi ita morata civitas fuisset / neque mores / nisi hii viri prefuissent / aut fundare / aut tam diu tenere potuissent tantam / et tam iuste lateque imperantem rem publicam / Itaque ante nostram memoriam / et mos ipse patrius / prestantes viros adhibebat / et veterem morem ac maiorum instituta / retinebant excellentes viri / Nostra vero etas / cum rem publicam sicut picturam accepisset egregiam sed evanescentem vetustate / non modo eam coloribus hiisdem / quibus fuerat renovare neglexit / sed ne id quidem curavit / ut formam saltem eius / et extrema tamquam liniamenta servaret / quid enim manet ex antiquis moribus / quibus ille ille dixit / rem stare romanam / quos ita oblivione obsoletos videmus / ut non modo non colantur sed iam ignorentur / Nam de viris quid dicam / mores enim ipsi interierunt virorum penuria / cuius tanti mali non modo reddenda racio nobis sed etiam tamquam reis capitis / quodammodo dicenda causa est / Nostris enim vicüs non casu aliquo rem publicam verbo retinemus / re ipsa vero iam pridem amisimus / Hoc cycero fatetur / longe quidem post mortem affricani / quem in suis libris fecit de re publica disputare / Adhuc tamen ante adventum christi / que si diffamata et prevalescente religione christiana / sentiretur atque dicerentur / Quis non istorum ea christianis imputanda esse censeret // Quam ob rem cur non curarunt dii eorum ne tunc periret atque amitteretur illa res publica / quam cycero longe antequam christus in carne venisset / tam lugubriter deplorat / amissam / Viderint laudatores eius etiam illis antiquis viris et moribus / qualis fuit / utrum in ea viguit vera iusticia / an forte nec tunc fuit viva moribus / sed picta coloribus / Quod et ipse cycero nesciens / cum eam preferret / expressit / sed alias si deus voluerit hoc videbimus / Enitar enim suo loco ut ostendam secundum diffiniciones ipsius cyceronis / quibus quid sit res publica / et quid populus loquente scypione breviter posuit / attestantibus etiam multis / sive ipsius sive eorum quos fecit loqui in eadem disputacione sententiis / numquam illam fuisse rem publicam / quia numquam in ea fuit vera iusticia / Secundum probabiliores autem diffiniciones / pro suo modo quodam res publica fuit / et melius ab antiquioribus romanis quam a posterioribus administrata est / Vera autem iusticia non est nisi in ea re publica / cuius conditor rectorque christus est / si et ipsam rem publicam placet dicere / quoniam eam rem populi esse negare non possumus / Si autem hoc nomen quod alibi aliterque vulgatum est / ab usu nostre locucionis est forte remocius / in ea certe civitate est vera iusticia / de qua scriptura sancta dicit / Gloriosissima dicta sunt de te civitas dei

Quod diis romanorum nulla umquam cura fuerit ne malis moribus res publica deperiret XXII

SEd quod pertinet ad presentem questionem / quamlibet laudabilem / dicant fuisse istam vel esse rem publicam secundum eorum auctores doctissimos / iam longe ante adventum christi / pessima ac flagiciosissima facta erat / ymo vero nulla erat / atque omnino perierat / perditissimis moribus / ut ergo non periret / dii custodes eius populo cultori suo dare precipue vite ac morum precepta debuerunt / A quo tot templis tot sacerdotibus ac sacrificiorum generibus / tam multiplicibus variisque sacris tot festis solempnitatibus / tot tantorumque ludorum celebritatibus colebantur / ubi nichil demones nisi negocium suum egerunt / non curantes quemadmodum illi viverent / ymo etiam curantes ut etiam perdite viverent / dum tamen honori suo illa omnia metu subditi ministrarent / Aut si dederunt / proferatur ostendatur legatur / quas deorum leges illi civitati datas / contempserunt gracchi / ut sedicionibus cuncta turbarent / quas marius et cynna et carbo / ut in bella etiam progrederentur civilia causis iniquissimis suscepta / finita / quas denique silla ipse cuius vitam mores facta describente salustio / aliisque scriptoribus historie /

Marginal notes:

Ennii

Quid tullius senserit per se et de ennio non ut salustius vel scipio senserit de re publica

longe quidem

Quid cycero post mortem affricani et ante adventum christi senserit de re publica

Augustinus de re publica et pcca

De gloriosa civitate dei de demonibus et de eius templis

Quid gracchi quid marius cynna et carbo silla virgilius salustius et alii de bello civili dixerunt

et sed alii gesta con…

quis non exhorreat / quis illam rem publicam non tunc perisse fateatur / An forte propter huiusmodi civium mores Virgiliana illa sententia / sicut solent pro defensione deorum suorum opponere / audebunt / discessisse omnes adytis arisque relictis dii quibus imperium hoc steterat. Primum si ita est non habent cur querantur de religione christiana quod hac offensi dii sui deseruerint / quoniam quidem maiores eorum iam pridem moribus quidem ab urbis altaribus tam multos ac minutos deos tamquam muscas abegerunt / Sed tamen haec numinum turba ubi erat, cum longe antequam mores corrumperentur antiqui, a Gallis Roma capta et incensa est / An praesentes forte dormiebant / Tunc enim tota urbe in hostium potestatem redacta solus collis Capitolinus remanserat / Qui etiam ipse caperetur si saltem anseres diis dormientibus vigilarent / Unde paene in superstitionem Aegyptiorum bestias avesque colentium Roma deciderat cum anseri sollemnia celebrabat / Verum de his adventiciis et corporis potius quam animi malis, quae vel ab hostibus vel alia clade accidunt, nondum interim disputo. Nunc ago de labe morum, quibus primum paulatim decoloratis / deinde torrentis modo praecipitatis / tanta, quamvis integris tectis moenibusque, facta est ruina rei publicae ut magni auctores eorum eam tunc amissam non dubitent dicere. Recte autem abscesserant ut amitteretur omnes adytis arisque relictis dii, si eorum de bona vita atque iustitia civitas praecepta contempserat / Nunc vero quales, quaeso, dii fuerunt, si noluerunt cum populo cultore suo vivere, quem male viventem non docuerant bene vivere.

Quod galli romam dormientem ceperant preter capitolium quod anseres diis dormientibus hominibus excitatis observaverunt et de supersticione egyptiorum

i. quamvis

Varietates rerum temporalium non ex favore aut impugnatione demonum sed ex iudicio dei pendere. xxiij

Quid quod etiam videntur eorum affuisse cupiditatibus implendis, et ostenduntur non praefuisse refrenandis / Qui enim Marium novum hominem et ignobilem / cruentissimum auctorem bellorum civilium atque gestorum / ut septies consul fieret / adiuverunt atque ut in septimo suo consulatu moreretur senex / ne in manus Syllae futuri mox victoris irrueret. Si enim ad haec dii eorum eum non iuverunt / non parum est quod fatentur etiam non propitiis diis suis posse accidere homini istam temporalem quam nimium diligunt / tantam felicitatem, et posse etiam homines sicut fuit Marius salute viribus opibus honoribus dignitate longevitate cumulari et perfrui dyis iratis; posse etiam homines sicut fuit Regulus / captivitate servitute inopia vigiliis doloribus excruciari et emori diis amicis / Quod si ita esse concedunt / compendio nihil eos prodesse / et coli superfluo confitentur / Nam si virtutibus animi et probitati vitae / cuius praemia post mortem speranda sunt / magis contraria ut populus disceret / instituerunt / Si nihil etiam in his transeuntibus et temporalibus bonis / vel eis quos oderunt nocent / vel eis quos diligunt prosunt / ut quid tanto studio colendi requiruntur / Cur laboriosis tristibusque temporibus tamquam offensi abscesserint / murmuratur / et propterea christiana religio iniuriis indignissimis laeditur / Si autem habent in his rebus vel beneficii vel maleficii potestatem / cur in eis affuerunt pessimo viro Mario et optimo Regulo defuerunt / An ex hoc ipsi intelleguntur iniustissimi et pessimi / Quod si propterea magis timendi et colendi putantur / neque hoc putentur / Neque enim minus eos invenimus Regulum coluisse quam Marium / Nec ideo vita pessima eligenda videatur quia magis Mario quam Regulo dii favisse existimantur / Metellus enim Romanorum laudatissimus / qui habuit quinque filios consulares / etiam rerum temporalium felix fuit / et Catilina pessimus / oppressus inopia et in bello sui sceleris / prostratus infelix / et verissima atque certissima felicitate praepollent boni deum colentes a quo solo conferri potest. Illa igitur res publica malis moribus cum periret / nihil dii eorum pro dirigendis vel corrigendis egerunt moribus / ne periret / immo depravandis et corrigendis addiderunt moribus / ut periret / Nec se bonos fingant quod velut offensi civium iniquitate discesserint / Prorsus ibi erant / produntur convincuntur / nec subvenire praecipiendo nec latere tacendo potuerunt. Omitto quod Marius a miserantibus Minturnensibus Maricae deae in luco eius commendatus ut ei omnia prosperaret / et ex summa desperatione reversus incolumis in urbem duxit crudelem crudelis exercitum / Ubi quam cruenta quam incivilis hostilique immanior eius victoria fuit / eos qui scripserunt legant qui volunt. Sed hoc ut dixi omitto nec Maricae nescio cui tribuo Marii sanguineam felicitatem / sed occultae potius providentiae dei ad ora istorum claudenda / eosque ab errore liberandos / qui non studiis agunt / sed haec prudenter advertunt / Quia etsi aliquid in his rebus daemones possunt / tantum possunt quantum secreto omnipotentis arbitrio permittuntur / Ne magni pendamus terrenam felicitatem / quae sicut Mario malis etiam plerumque conceditur / Nec eam rursus quasi malam arbitremur / cum eam multos ea pios ac bonos unius veri dei cultores invitis daemonibus praepolluisse videamus / Nec eosdem immundissimos spiritus vel propter

Marius pessimus et ignobilis septies consul fuit bonis dyis iratis Regulus inops dyis propiciis

Sylla

[illegible] fuit

erant

de metello laudatissimo

de cathalina pessimo

Maricam deam dyanam dicunt Minturnenses cui Marius sub recepta sigillum dyane sibique datum et quam e Mari veneratur multa vota vovit dyane et ea devota vastissima eo quod magni fasces sit occulta

et [illegible] gesta [illegible]

hec ipsa bona mala non frena / propiciandos aut
timendos existimemus quia sicut ipsi mali homines
ita sunt et illi non omnia que voluit facere permissi
nisi quantum illius ordinacione sinuntur / cuius plene
iudicium nemo comprehendit / iuste nemo reprehendit

De syllanis actibus quorum se demones ostentaue-
runt adiutores XXIIII c

Silla certe ipse cuius tempora talia fuerunt
ut superiora / quorum vindex esse videbatur
illius comparacione quererentur / cum
primum ad urbem contra marium castra movisset / adeo
leta exta immolanti fuisse scribit livius ut custodiri
se postumius aruspex voluit / capitis supplicium
subiturus / nisi ea que in animo silla haberet dijs iuvan-
tibus implevisset / Ecce non discesserant adi-
tis aris atque templis dij quando futurum predicebant eventum
Nichilque de ipsius sylle correccione
curabant / promittebant presagando
felicitatem magnam / nec ma-
lam cupiditatem minando fran-
gebant / deinde cum esset in asya
bellum mitridaticum gerens / per luci-
um tycium ei mandatum est a Iove
quod esset mitridatem superaturus
Et factum est / at postea molienti re-
dire in urbem / et suas amicorumque iniurias
civili sanguine ulcisci / iterum mandatum est ab eo-
dem Iove per militem quendam legionis sexte prius
se de mitridate prenunciasse victoriam / et tunc
promittere daturum se potestatem / qua recuperaret
ab inimicis rem publicam / non sine multo sangui-
ne / Tunc percontatus sylla / que forma
militi visa fuisset / cum ille indicasset
eam recordatus est quam prius ab
illo audierat qui de mitridate
victoria ab eodem mandata pertule-
rat / Quid hic respondeti potest / quare
dij curaverunt felicia ista velut
ista nunciare / et nullus eorum cu-
raverat sillam monendo corrigere
mala tanta facturum scelestis armis
civilibus / qualia non federent sed aufferret
omnino rem publicam / nempe intelliguntur
demones sicut sepe dixi notumque nobis est in
litteris sacris resque ipsa satis indicat negocium
suum agere / ut pro dijs habeantur ut colantur ut
ea illis exhibeantur quibus hij qui exhibent
sociati unam pessimam causam cum eis habeant
in iudicio dei / deinde cum venisset Tarentum
sylla / atque ibi sacrificasset / vidit in capite vitu-
lini iecoris / similitudinem auree corone Tunc
postumius aruspex ille respondit / preclaram ei
significari victoriam iussitque ut extis illis so-
lus vesceretur / postea parvo intervallo servus cuius-
dam lucij [Λ poncij] vaticinando clamavit A bellona
nuncius venio victoria tua est sylla / deinde

De sylla et bello eius acto in asia contra mitridatem de mandato Iovis plucium tycium et de postumio aurispice et scribit livius
De visione quam vidit silla in forma militis et visu in capite vitulini iecoris apud Terenam demonibus procurantibus

adiecit / arsurum esse Capitolium
hoc cum dixisset continuo egressus
e castris postero die concitacior
reversus est et capitolium arsisse
clamavit / Arserat autem revera
capitolium / quod quidem demoni et
previdere facile fuit et celerrime
nunciare / Illud sane intende / quod ad causam maxime
pertinet / sub qualibus dijs esse cupiant / qui blas-
phemant salvatorem voluntates fidelium a do-
minatu demonum liberantem / clamavit homo
vaticinando / victoria tua est sylla / atque ut id divino
spiritu clamasse crederetur / Nunciavit etiam ali-
quid et prope futurum et mox factum / Unde longe aberat
per quem ille spiritus loquebatur / Non tamen clamavit ab
sceleribus parce sylla / que illic victor tam hor-
renda commisit / cui corona aurea ipsius victo-
rie illustrissimum signum in vitulino iecore apparuit
Qualia signa / si dij iusti dare solerent [Λ ac non demones impij] pro-
fecto illis extis [illegible] nepharia potius atque
ipsi sylle graviter noxia mala futura monstrarent /
Neque enim eius dignitati tantum profuit illa victoria
quantum nocuit cupiditati / qua factum est ut im-
moderatis inhians et secundis rebus elatus ac pre-
cipitatus magis ipse periret moribus quam inimicos
in corporibus perderet / Hec illi dij vere tristia vereque lugen-
da non extis / non augurijs / non cuiusquam sompnio vel va-
ticinio prenunciabant / Magis enim timebant ne cor-
rigeretur quam ne vinceretur / ymmo satis agebant ut
victor civium gloriosus / victus atque captivus ne-
phandis vicijs et per hec ipsis etiam demonibus multo
obstrictius subderetur

Sermo lucij de bellona et capitolio arsuro vaticinatus per demones

Quantum maligni spiritus ad flagicia incitent homines cum committendis sceleribus quasi divinam exempli sui interponunt [auctoritatem]

Hinc vero quis non in- | XXV c
telligat quis non videat nisi
qui tales deos imitari magis eligit quam
divina gratia ab eorum societate separari / Quantum mo-
liantur maligni isti spiritus exemplo
suo velut divinam auctoritatem prebere
sceleribus / quod etiam in quadam ca-
panie latitudine / ubi non multo post ci-
viles acies nephario prelio conflixe-
runt / Ipsi inter se prius pugnare visi
sunt / Namque ibi auditi sunt primum
ingentes fragores / moxque multi se vidisse nunciaverunt
per aliquot dies duas acies preliari / que pugna
ubi destitit vestigia quoque velut hominum et
equorum quanta de illa conflictione exprimi poterant
invenerunt / Si ergo veraciter inter se numina pug-
naverunt / iam bella civilia excusantur humana [Λ considerentur] tamen qualis
sit talium deorum vel malicia vel miseria / Si autem
se pugnasse finxerunt / quid aliud egerunt nisi ut
sibi romani bella civilia tamquam deorum exemplo
nullum nephas admittere viderentur / Iam enim cepe-
rant bella civilia et aliquot nephandorum

De malignitate spirituum malignorum et in campania et alibi eorum astucijs

plurium strages exercitande permiserant. Iam multos moveat, quod miles quidam dum occiso spolia detraheret, fratrem nudato cadavere agnovit, ac detestatus bella civilia se ipsum ibi perimens, fraterno corpori adiunxit. Ut ergo huius tanti mali minime tederet, sed armorum scelestorum magis magisque ardor incresceret, noxii demones, quos illi deos putant et colendos et venerandos arbitrabantur, inter se pugnantes hominibus apparere voluerunt, ne imitari tales pugnas civitatis trepidaret affectio, sed potius humanum scelus divino excusaretur exemplo. Hac astucia maligni spiritus et ludos, unde multa iam dixi, scenicos sibi dicari sacrarique iusserunt. Ubi tanta deorum flagicia theatricis canticis atque fabularum actionibus celebrata, quisquis eos talia fecisse crederet, et quisquis non crederet, sed tamen illos libentissime sibi talia exhiberi cerneret, securus imitaretur. Ne quis itaque existimaret in deos conviciandi potius quam eis dignum aliquid scriptitasse, ubicumque illos inter se pugnasse poete commemoraverunt,

De duobus militibus et fratribus occisis in instigatione demonum

Assint ut

Quod demones firmaverunt carmina poetarum et mendacia de diis falsis anguria(?) et vaticinia

ipsi ad decipiendos homines poetarum carmina firmaverunt, pugnas videlicet suas non solum per scenicos in theatro, verum etiam per se ipsos in campo humanis oculis exhibentes. Hec dicere compulsi sumus, quoniam pessimis moribus civium Romanam rem publicam iam antea perditam fuisse nullamque remansisse ante adventum domini nostri Ihesu Christi auctores eorum dicere et scribere minime dubitarunt. Quam perditionem diis suis non imputant, qui mala transitoria, quibus boni seu vivant seu moriantur perire non possunt, Christo nostro imputant, cum Christus noster tanta frequentet pro moribus optimis precepta contra perditos mores; dii vero ipsorum nullis talibus preceptis egerint aliquid cum suo cultore populo pro illa re publica ne periret; immo eosdem mores velut suis exemplis auctoritate noxia corrumpendo egerint potius ut periret. Quam non ideo tunc perisse quisquam, ut arbitror, iam dicere audebit, quia discessere omnes adytis arisque relictis dii, velut amici virtutibus, cum viciis hominum offenderentur, quia tot signis extorum, auguriorum, vaticiniorum, quibus se tamquam prescios futurorum adiutoresque preliorum iactare et commendare gestiebant, convincuntur fuisse presentes; qui si vere abscessissent, mitius Romani in bella civilia suis cupiditatibus quam illorum instigationibus exarsissent.

mali sive involvantur sive evadant pereunt et in quibus

De secretis demonum monitis que pertinebant ad bonos mores cum palam in sacris scelerum omnis nequicia disceretur. xxvi c.

Quecum ita sint, cum palam aperteque turpitudines crudelitatibus mixte, numinum obprobria et crimina, sive prodita sive conficta, ipsis exposcentibus et nisi fierent irascentibus consecrata illis et dicata claruerunt atque ad omnium oculos ut imitanda proponerentur spectanda processerunt, quid est quod idem ipsi demones, qui se huiusmodi voluptatibus inmundos esse spiritus confitentur, qui suis flagiciis et facinoribus, sive indicatis sive simulatis, eorumque sibi celebratione petita ab inpudentibus, extorta a pudentibus, auctores se vite scelerate inmundeque testantur, perhibentur tamen in aditis suis secretisque penetralibus dare quedam bona precepta de moribus quibusdam velut electis sacratis suis? Quod si ita est, hoc ipso callidior advertenda est et convincenda malicia spirituum noxiorum. Tanta enim vis est probitatis et castitatis, ut omnis vel pene omnis eius laude moveatur humana natura, nec usque adeo sit turpitudine viciosa ut totum amittat sensum honestatis. Proinde malignitas demonum nisi alicubi se quemadmodum scriptum in nostris novimus transfiguret in angelos lucis, non implet negotium deceptionis. Foris itaque populis celeberrimo strepitu impietas impura circumsonat, et intus paucis castitas vix sonat; prebentur propatula pudendis et secreta laudandis; decus latet et dedecus patet. Quod malum agit, omnes convocat spectatores; quod bonum dicit, vix aliquos invenit auditores, tamquam honesta erubescenda sint et inhonesta glorianda. Sed ubi hoc nisi in demonum templis? ubi nisi in fallacie diversoriis? Illud enim fit ut honestiores, qui pauci sunt, capiantur; hoc autem, ne plures, qui sunt turpissimi, corrigantur. Ubi et quando secreti celestis audiebant castitatis precepta nescimus. Ante ipsum tamen delubrum, ubi simulacrum illud locatum conspiciebamus, universi undique confluentes et ubi quisque poterat stantes ludos qui agebantur intentissimi spectabamus, intuentes alternante conspectu hinc meretricium pompam, illinc virginem deam; illam suppliciter adorari, ante illam turpia celebrari. Non ibi pudibundos mimos, nullam verecundiorem ob scenitatem vidimus; cuncta obscenitatis implebant officia. Sciebatur virginali numini quid placeret, et exhibebatur quod de templo domum matrona doctior reportaret. Nonnulli pudentiores avertebant faciem ab inpuris motibus scenicorum, et artem flagicii furtiva intentione discebant. Hominibus namque verecundabantur, ne auderent impudicos gestus ore libero cernere; sed multo minus audebant sacra eius

De transfiguratione demonum in angelos lucis ad decipiendum

simulata

que venerabantur casto corde dampnarent
iam palam discendum prebebatur in templo, ad
quod perpetrandum saltem secretum querebatur
in domo. Mirum nimium si ullus ibi erat pudor
mortalium, quam humana flagicia non libere homines
committerent, que apud eos etiam religiose disce-
rent iratos habituri nisi etiam exhibere curarent.
Quis enim alius spiritus occulto instinctu nequissi-
mas agitans mentes, et instat faciendis
adulteriis, et pascitur factis, nisi qui etiam sa-
cris talibus oblectatur, constitutis in templis simulachris
demonum, amans in ludis simulachra vici-
orum, susurrans in occulto verba iusticie ad de-
cipiendos etiam paucos bonos, frequentans in [som per spualite]
aperto invitamenta nequicie ad possidendos
innumerabiles malos. Quod in eversione publice
discipline romani diis suis placandis sacra
fuerunt obscena ludorum xxvij c

Vir gravis et philosophus Tullius edilis futurus clama-
bat in auribus civitatis, inter cetera sui
magistratus officia, sibi Floram matrem ludorum
celebritate placandam; qui ludi tanto devo-
cius quanto turpius celebrari solent. [De Tullio philosopho et Flore dea matre ludorum scenicorum]
Dicit in alio loco iam consul in ex-
tremis periculis civitatis, et ludos
per decem dies factos, neque rem
ullam que ad placandos deos per-
tineret pretermissam; quasi non satius
erat tales deos irritare temperancia quam placare
luxuria, et eos honestate etiam ad inimicicias
provocare quam tanta deformitate lenire.
Neque enim gravius fuerant, qualibet crudelissi-
ma inmanitate nocituri, homines, propter quos
placabantur, quam nocebant ipsi, cum viciositate
fedissima placarentur. Quandoquidem ut auferretur
quod metuebatur ab hoste in corporibus, eo modo
dii conciliabantur quo virtus debellaretur
in mentibus. Qui non opponerentur defenso-
ribus oppugnatoribus menium, nisi prius fierent
expugnatores bonorum morum. Hanc talium [i. deorum] nu-
minum placacionem petulantissimam, inpuris-
simam, inpudentissimam, nequissimam et
inmundissimam, cuius actores laudanda ro-
mane virtutis indoles honore privavit, tribu
amovit, agnovit turpes, fecit infames. Hanc
inquam pudendam vereque religioni aversandam
et detestandam talium numinum placacionem,
fabulas in deos illecebrosas atque criminosas,
hec ignominiosa deorum facta scelerate turpiterque com-
missa vel sceleratius turpiusque conficta, oculis
et auribus publicis civitas tota discebat, hec
commissa numinibus placere cernebat, et ideo non
solum illis exhibenda sed sibi quoque imitanda
credebat, non illud nescio quid velut bonum
[si tamen dicebatur] et honestum quod tam paucis et tam occulte
dicebatur, ut magis ne innotesceret quam ne fie-
ret timeretur.

De christiane religionis salubritate xxviij c

Abstractam in mundissimarum potestatum
tartareo iugo et societate penali eruere
per Christi nomen omnes, et in lucem saluberrime
pietatis ab illa perniciosissime impietatis nocte
transferri querunt et murmurant iniqui et ingra-
ti, et illo nephario spiritu alcius obstrictiusque op-
pressi, quia populi confluunt ad ecclesias casta celebri-
tate, honesta utriusque sexus discretione, ubi au-
diant quam bene hic ad tempus vivere [Querelatio]
debeant, ut post hanc vitam beate [restitio sorum]
semperque vivere mereantur; ubi sancta [de invocacione]
scriptura iusticieque doctrina de superiore [nominis Ihesu]
loco in conspectu omnium personante et qui faciunt audiant [Christi pro quo]
ad premium, et qui non faciunt audiant [casti reddebant]
ad iudicium. Quo etsi veniunt qui [et de predicacione]
talium preceptorum irrisores sunt, omnis [verbi dei]
eorum petulancia aut repentina immu- [in ecclesiis]
tacione deponitur, aut timore vel pudore com-
primitur. Nichil enim eis turpe ac flagiciosum spec-
tandum imitandumque proponitur, ubi veri dei aut
precepta insinuantur, aut miracula narrantur,
aut dona laudantur, aut beneficia postulantur.
Hec potius concupisce, o indoles romana lauda-
bilis, o progenies Regulorum, Scevolarum, Scipionum,
Fabriciorum; hec potius concupisce. De abiciendo
cultu deorum exhortacio ad romanos xxix c

Hec ab illa turpissima vanitate et fal-
lacissima demonum malignitate discer-
ne. Si quid in te laudabile naturaliter eminet,
non nisi vera pietate purgatur atque [Exhortacio beati]
perficitur, impietate autem disper- [Aug. ad roma-]
ditur et punitur. Nunc iam elige [nos nobiles]
quid sequaris, ut non in te sed in [Regulorum Scipionum]
deo vero sine ullo errore lauderis. [Fabriciorum]
Tunc enim tibi gloria popularis af- [et ad alios ut]
fuit, sed occulto iudicio divine [deo adhere-]
providencie vera religio quam e- [ant]
ligeres defuit. Expergiscere, sicut experrecta es in [dies est]
quibusdam, de quorum virtute perfecta et fide vera
etiam passionibus gloriamur, qui usquequaque ad-
versus potestates inimicissimas confligentes,
eas fortiter moriendo vincentes, sanguine nobis
hanc patriam peperere suo. Ad quam patriam te
invitamus et exhortamur, ut eius adiecaris numero
civium, cuius quodammodo asylum est vera remissio pec-
catorum. Non audias degeneres tuos Christo christianisque
detrahentes et accusantes velut tempora mala,
cum querant tempora quibus non sit quieta vita, sed potius
secura nequicia. Hec tibi numquam nec pro terrena
patria placuerunt. Nunc iam celestem arripe,
pro qua minimum laborabis, et in ea veraciter sem-
perque regnabis. Illic enim tibi non vestalis focus,
non lapis capitolinus, sed deus unus et verus
nec metas rerum nec tempora ponit, imperium sine fine

dabit/ Noli deos falsos fallaces q3 reqrere/ abice
potius atq3 contempne/ in veram emicans Aug.
libertatem/ Non sunt dii/ maligni sunt spus/ docet
quibus eterna tua felicitas/ pena est/ Non romanos
tam Juno troianis a quibus carnalem vitare
originem ducis/ arces videris inuidisse foci nes
romanas/ q̄ isti demones quos adhuc talem
deos putas omni generi hominum sedes inuidet lapide
sempiternas/ Et tu ipa/ non plena expte de capito
talibus spiritibus iudicasti/ qui ludis eos linum et
placasti et p quos homines eosdem ludos alios flos
fecisti/ infames esse voluisti/ Patere asse deos sed
libertatem tuam/ aduersus inmundos spus/ q vnū vm
tuis ceruicibus imposuerant/ sacitanda deū ado
sibi et celebrandam ignominiam suam/ rare
/ auctores criminum diuinorum remouisti ab honoribus
tuis/ supplica deo vero/ ut a te remoueat illos deos/ q
vt delectantur criminibus suis/ seu veris qd ignominiosis
simum est/ seu falsis qd maliciosissimum est/ Bene
q tua sponte histrionibus et scenicis societatem
ciuitatis patere noluisti/ Euigila plenius/ nullo
his artibus placatur diuina maiestas/ Aug. con
quibus humana dignitas inquinatur/ Quo mendat ro
igitur pacto/ deos qui delectantur criminibus ma de ab
suis/ talibus obsequiis haberi putas/ icatione
in numero sanctorum celestium potestatum/ cum homi ludorum sce
nes p quos eadem aguntur obsequia nicorum his
/ non putasti habendos in numero qualiumcumq3 tonum et deorum
ciuium romanorum/ Incomparabiliter superna malorum
est ciuitas clarior/ ubi victoria veritas/ ubi digni
tas sanctitas/ ubi pax felicitas/ ubi vita eternitas/
Multo minus habet in sua societate/ indigne ab ho
nestis coluntur/ qui p turpes placantur/ Hi isti a
tua societate remouearis/ pug actoe xpiana/
quo illi a tua dignitate remoti sunt de laude
notacione censoria/ de bonis aut carn superne
alibus/ quibus solis mali p̄frui vo ciui
lunt/ et de malis carnalibus que sola tatis
perpeti nolunt/ q neq3 in his habeant quam putant
hi isti demones potestatem/ quam si haberent debemus
potius et ista contempnere/ q p ista illos colere/ et
eos colendo ad illa/ que nobis inuident puenire
non posse/ Tamen nec in istis eos hoc valere/ qd
hii putant/ qui p hoc eos coli oportere contendunt/
deinceps videbimus/ ut hic sit huius voluminis modus/

Tres deos si tu in tua tres homines habere rubuisti pro inde si ad beata puenire desideras ciuitate de vita demonum societatem

Explicit liber secundus Incipiunt tytuli tercii libri

De aduersitatibus.

quas soli mali metuunt et quas semp passus est mundus/ cum deos colerent/

I Andii qui et a romanis et a grecis sibi cole
bantur causas habuerint quibus ilium paterentur
excindi/ II Non potuisse offendi deos paridis
adulterio/ quod inter ipsos traditur frequentatum III De
sententia varronis/ qua vtile esse dixit/ ut se homi
nes diis genitos esse mentiantur/ IIII Non probari

q dii adulterium paridis punierint/ quod in matre
romuli non ulti sunt/ V De patricidio romuli quod
dii non vindicarunt VI De euersione ilii quam dux
mari fimbria excidit VII An debuit diis iliacis
roma committi/ VIII A nillam pacem que sub numa
regno fuit/ deos prestitisse credendum sit IX An opta
dum fuit/ nisi tanta bellorum rabie romanum augeri
imperium/ cum eo studio quo sub numa actum est et
quietum esse potuisset X De simulachro cumani
appollinis cuius fletus creditus est cladem grecorum
quibus opitulari non poterat indicare XI Quos
sibi deos romani preter constitucionem nume addiderunt/
quorum eos multitudo nichil iuuit/ XII Quo iure
quo federe romani optinuerunt prima coniugia XIII
De impietate belli quod albanis romani intulerunt
et de victoria dominandi libidine XIIII Qualis ro
manorum regum vita/ atq3 exitus fuit XV De
primis apud romanos consulibus/ quorum alter
alterum patria pepulit/ moxq3 ipse post atrocissima
parricidia a vulnerato hoste vulneratus in
terfecit XVI Post inicia consularis imperi
um/ quibus malis vexata fuit romana res
publica/ diis non opitulantibus quos colebat
XVII Quante clades romanos sub bellis puni
cis fuerint/ frustra deorum presidiis expetitis
XVIII De afflictione belli punici secundi/ qua vi
res partis vtriusq3 consumpte sunt XIX De exitu
saguntinorum quibus propter romanorum amicitiam
pereuntibus/ dii romani auxilium non tulerunt XX
Quam ingrata fuit romana ciuitas Scipioni
liberatori suo/ et in quibus moribus egerit quam ca
lustius optimam describit/ XXI De mitridatis e
dicto/ quo omnes ciues romanos/ qui intra asyam
inuenirentur iussit occidi/ XXII De interioribus
malis/ quibus romana res publica exagitata
est/ precedente prodigio in rabie omnium animalium q
hominibus seruiunt XXIII De discordia ciuili quam
gracchice sediciones excitauerunt XXIIII De ede concor
die ex senatus consulto in loco sedicionum et
cedium condita XXV De diuersis generibus belli
que post conditam edem concordie sunt secu
ta XXVI De bello ciuili mariano atq3 sylla
no XXVII Qualis fuit syllana victoria vin
dex mariane crudelitatis XXVIII De comparacione
gothice irrupcionis cum eis cladibus quas ro
mani vel a gallis vel a bellorum ciuilium auctori
bus excepuerunt XXIX De conexione bellorum que
aduentum xpi plurima et grauissima pcesserunt
XXX Quam impudenter presencia incomoda xpo
imputet qui deos colere non sinuntur cum tante cla
des eo tempore quo celebrantur extiterint XXXI

De aduersitatibus quas soli mali metuunt et
quas semp passus est mundus cum deos colerent
Cap. primi libri. Incipit liber tercius aug. Epi iii

Iam satis dictum
arbitror/ de morum malis/ et animorum

que precipue cavenda sunt, ut deos falsos populo cul-
tori suo, quo minus eorum malorum aggere premeretur,
subvenire curasse, sed potius ut maxime premeretur
egisse. Nunc de illis malis video dicendum, que
sola isti perpeti nolunt, qualia sunt fames morbus
bellum expoliatio captivatio trucidatio tribulatio
et si qua similia iam in primo libro commemoravimus.
Hec sola mala deputant mali, que non faciunt ma-
los, nec erubescunt inter bona, que laudant, ipsi ma-
li esse qui laudant, magisque stomachantur si villam malam habeant quam si
vitam, quasi hoc sit hominis maximum bonum
habere bona omnia preter se ipsum. Sed neque talia
mala que isti sola formidant, dii eorum
quando ab eis liberius colebantur, ne illis obsiste-
rent acciderent. Cum enim variis per diver-
sa tempora ante adventum redemptoris nostri
innumerabilibus, nonnullis quoque etiam incredibilibus
cladibus genus contereretur humanum, quos alios
quam istos deos mundus colebat, excepto uno
populo hebreo, et quibusdam extra ipsum populum
ubicumque gratia divina, digni occultissimo atque
iustissimo dei iudicio fuerunt. Verum ne lon-
gum faciam, tacebo aliarum usquequaque gentium
mala gravissima, quod ad romanum pertinet romanumque
imperium, tantum loquar, id est ad ipsam proprie
civitatem, et quecumque illi terrarum vel socie-
tate vel conditione subiecte sunt, que perpesse sint
ante adventum Christi, cum iam ad eius quasi corpus
rei publice pertinerent. An dii qui a romanis
et a grecis sibi colebantur causas habent quibus
sinerent Ilium perire; et de ipsa Troia (rubr.: filium patent exscindi ii)

Primum ipsa Troia vel Ilium, unde
origo est populi Romani, neque enim pretereundum aut dissimulandum est, quod et in primo libro
attigi, eosdem habens deos et colens, cur a grecis
victum captum atque deletum est? Priamo, inquiunt,
sunt reddita Laumedontea paterna periuria. Ergo
verum est ut Apollo atque Neptunus eidem Lau-
medonti mercennariis operibus servierunt? Illis
quippe promisisse mercedem falsumque iurasse
perhibetur. Miror Apollinem
nominatum divinatorem in tanto
opificio laborasse, nescientem
quod Laumedon fuerat promissa ne-
gaturus. Quamquam nec ipsum Nep-
tunum patruum eius, fratrem Iovis,
regem maris decuit ignarum
esse futurorum. Nam hunc Omerus
de stirpe Enee, a cuius posteris Roma est, cum ante
illam urbem conditam idem poeta fuisse di-
catur, inducit magnum aliquid divinantem,
quem etiam nube rapuit, ut dicit, ne ab Achille
occideretur, cuperet convertere ab imo, quod apud
Virgilium confitetur, structa suis manibus periure menia Troie. Nescientes igitur tanti dii

neptunus et Apollo Laomedontem
sibi negaturum esse mercedem, structo-
res menium troianorum gratis et in-
gratis fuerunt. Videant ne gravius
sit tales deos credere quam diis talibus
peierare. Hoc enim nec ipse Homerus
facile credidit, qui Neptunum quidem
contra troianos, Apollinem autem pro troianis pug-
nantem facit, cum illo periurio ambos fabula
narret offensos. Si igitur fabulis credunt, erubes-
cant talia colere numina; si fabulis non credunt,
non obtendant troiana periuria, aut mirentur deos
periuria punisse troiana, amasse romana. Unde
enim coniuratio Catiline in tam magna tamque corrup-
ta civitate habuit etiam eorum grandem copiam,
quos manus atque lingua periurio atque sanguine
civili alebat? Quid enim aliud totiens sena-
tores corrupti in iudiciis, totiens populus in suf-
fragiis vel in quibusque causis que apud eum
contionibus agebantur, nisi etiam peierando
peccabat? Nam corruptissimis moribus ad hoc
mos iurandi servabatur antiquus, non ut a sce-
leribus metu religionis prohiberentur, sed ut periuria
quoque sceleribus ceteris adderent. Nulla itaque
causa est, quare dii, quibus ut dicunt steterat illud
imperium, cum a grecis prevalentibus probentur
victi, troianis peierantibus fingantur irati. Non
potuisse offendi deos Paridis adulterio, quod inter
ipsos tradatur frequentatum. III Capitulum

Nec adulterio Paridis, ut rursus a qui-
busdam defenditur, ut
Troiam desererent, succen-
suerunt. Auctores enim doctoresque
peccatorum esse adsolent, non ultores.
Urbem Romam, inquit Sallustius, sicuti ego accepi,
condidere atque habuere initio Troiani, qui Enea
duce profugi sedibus incertis vagabantur. Si
igitur adulterium Paridis vindicandum numina
censuerunt, aut magis in Romanis aut certe in
Troianis etiam puniendum fuit, quia Enee
mater hoc fecit. Sed quomodo in illo illud flagitium
odiant, qui in sua socia Venere non oderant? Ut alia
omittam, quod cum Anchise commiserat, ex quo
Eneam pepererat. An quia illud factum est indignante
Menelao, illud autem concedente
Vulcano? Dii enim, credo, non zelant
coniuges suas usque adeo, ut eas
etiam cum hominibus dignentur
habere communes. Irridere fabulas for-
tasse existimor nec graviter agere
tanti ponderis causam. Non ergo credamus, si placet, Eneam esse Vene-
ris filium. Ecce concedo, si nec Romulus
Martis. Si autem illud, cur non et illud?
An deos hominibus feminis, mares autem homines

deabus inserti nephas, quam vel poenis non credendi odio, quod ex ira Veneris in concubitu Martis luit hoc successio, ipsi Veneri non liceat? Utrumque firmatum est auctore romana, neque enim minus credidit recentior Cesar aviam Venerem.

[Margin: qui prius antiquior romulus ...]

De sententia Varronis qua utile esse dixit ut se homines diis genitos esse mentiantur. iiij. c.

Dixerit aliquis: Nec tu ista credis? Ego vero ista non credo. Nam et vir doctissimus eorum Varro falsa haec esse, quamvis non audacter neque fidenter, pene tamen fatetur. Sed utile esse civitatibus dicit, ut se viri fortes, etiam si falsum sit, diis genitos esse credant, ut eo modo animus humanus velut divine stirpis fiduciam gerens res magnas aggrediendas presumat audacius, agat vehementius, et ob hoc impleat ipsa securitate felicius. Que Varronis sententia expressa, ut potui, meis verbis cernis quam latum locum aperiat falsitati, ubi intelligamus plura iam sacra et quasi religiosa potuisse confingi, ubi putata sunt civibus etiam de ipsis diis prodesse mendacia.

[Margin: Contra Varronem de falsitate deorum]

Non probari quod adulterium Paridis puniverint quod in matre Romuli non ulti sunt. V. c.

Sed utrum potuerit Venus ex concubitu Anchise Eneam parere, vel Mars ex concubitu filie Numitoris Romulum gignere, in medio relinquamus. Nam pene talis questio etiam de scripturis nostris oboritur, qua queritur utrum prevaricatores angeli cum filiabus hominum concubuerint, unde nati gigantes, id est nimium grandes ac fortes viri, tunc terra completa est. Proinde ad utrumque interim nostra disputatio referatur. Si enim vera sunt que apud illos de matre Enee et de patre Romuli lectitantur, quomodo possunt diis adulteria displicere hominum, que in seipsis concorditer ferunt? Si autem falsa sunt, ne sic quidem possunt irasci veris adulteriis humanis, qui etiam falsis delectantur suis. Huc accedit quia, si illud de Marte non creditur, ut hoc quoque de Venere non credatur, nullo igitur divini concubitus obtentu matris Romuli causa defenditur. Fuit autem sacerdos illa vestalis, et ideo dii magis in Romanos sacrilegium illud flagitium quam in Troianos Paridis adulterium vindicare debuerunt. Nam et ipsi Romani antiqui in stupro detectas veste sacerdotes vivas etiam defodiebant, adulteras autem feminas, quamvis aliqua dampnatione, nulla tamen morte plectebant; usque adeo gravius que putabant adyta divina quam humana cubilia vindicabant.

[Margin: Questio de angelis prevaricatoribus cum filiabus hominum unde orti sunt gigantes]

[Margin: De pena sacerdotum adulterantium apud Romanos]

De parricidio Romuli quod dii non vindicaverunt. vj. c.

Aliud adicio: quia si peccata hominum illis numinibus displicerent, ut offensi Paridis facto desertam Troiam ferro ignibusque donarent, magis eos contra Romanos moveret Romuli frater occisus, quam contra Troianos Grecus maritus illusus; magis irritaret parricidium nascentis quam regnantis adulterium civitatis. Nec ad causam quam nunc agimus interest, utrum hoc fieri Romulus iusserit, aut Romulus fecerit; quod multi impudentia negant, multi pudore dubitant, multi dolore dissimulant. Nec nos itaque in ea re diligentius requirenda per multorum scriptorum perpensa testimonia [Margin: de Remo] Romuli fratrem palam constat occisum, non ab hostibus, non ab alienis. Si aut perpetravit aut imperavit Romulus, magis ipse fuit Romanorum quam Paris Troianorum caput; cur igitur Troianis iram deorum provocavit ille aliene coniugis raptor, et eorundem deorum tutelam Romanis invitavit iste sui fratris extinctor? Si autem illud scelus a facto imperioque Romuli alienum est, quoniam debuit utique vindicari, tota hoc illa civitas fecit, quod tota contempsit, et non iam fratrem sed patrem, quod est peius, occidit. Uterque enim fuit conditor, ubi alter scelere ablatus non permissus est esse regnator. Non est, ut arbitror, quod dici possit quid mali Troia meruerit, ut eam dii desererent, quo posset extingui, et quid boni Roma, ut eam dii inhabitarent, quo posset augeri; nisi quia victi inde fugerunt, et se ad istos, quos pariter deciperent, contulerunt; immo et illic manserunt ad eos more suo decipiendos, qui rursus easdem terras habitarent, et hic easdem artes fallacie sue magis exercendo maioribus honoribus gloriati sunt.

[Margin: De Remo fratre Romuli palam occiso et dei vindicta ... contra hoc scelus]

De excisione Ilii quam dux Marii Fimbria excidit. vij. c.

Certe enim civilibus iam bellis fervescentibus quid miserum commiserat Ilium, ut a Fimbria, Marianarum partium pessimo, everteretur multo ferocius atque crudelius quam olim a Grecis? Nam tunc et multi inde fugerunt, et multi captivati saltem in servitute vixerunt; porro autem Fimbria prius edictum proposuit, ne cui parceretur, atque urbem totam totosque in ea homines incendio concremavit. Hoc meruit Ilium non a Grecis, quos sua irritaverat iniquitate, sed a Romanis, quos sua calamitate propagaverat, diis illis communibus ad hec repellenda nihil iuvantibus, seu, quod verum est, nihil valentibus. Numquid et tunc abscesserunt omnes adytis arisque relictis dii, quibus illud oppidum steterat post antiquos Grecorum ignes ruinasque reparatum? Si autem abscesserant, causam requiro, et oppidanorum quidem quanto invenio meliorem, tanto deteriorem deorum. Illi enim contra

[Margin: De Fimbria pessimo eversore Troye]

Fimbriam portas clauserat, ut sylle servaret integram civitatem, hinc eos iratus incendit vel potius extinxit. Adhuc autem meliorum partium civilium sylla dux fuit, adhuc armis rem publicam recuperare moliebatur, horum bonorum initiorum nondum malos eventus habuit. Quid ergo melius cives illius urbis facere potuerunt, quid honestius, quid fidelius, quid romana parentela dignius, quam meliori cause romanorum civitatem servare, et contra parricidam romane rei publice portas claudere? At hoc eis in quantum exitium verterit, attendant defensores deorum. Deseruerint dii adulteros, quibus ylium flammis grecorum reliquerunt, ut ex eius cineribus roma castior nasceretur. Cur et postea deseruerunt eandem civitatem romanis cognatam, non rebellantem adversus romam nobilem filiam, sed iustioribus eius partibus fidem constantissimam piissimamque servantem, eamque delendam reliquerunt non grecorum viris fortibus, sed viro spurcissimo romanorum? Aut si displicebat diis causa partium syllanarum, cui servantes urbem miseri portas clauserunt, cur eidem sylle tanta bona promittebant et prenunciabant? An et hic agnoscuntur adulatores felicium potius quam infelicium defensores? Non ergo ylium etiam tunc ab eis desertum eversum est. Nam demones ad decipiendum semper vigilantissimi, quod potuerunt fecerunt. Eversis quippe et incensis omnibus cum oppido simulacris, solum minerve sub tanta ruina templi illius, ut scribit livius, integrum stetisse perhibetur, non ut diceretur: Dii patrii, quorum semper sub numine troia est, ad eorum laudem, sed ne diceretur: Excessere omnes adytis arisque relictis dii, ab eorum defensione. Illud enim posse permissi sunt, non unde probarentur potentes, sed unde presentes convincerentur.

De sylla duce rei publice — *De decepcione demonum et simulachro minerve ut scribit livius*

An debuerit dijs iliacis roma committi. viij capitulum.

His itaque iliacis post troye ipsius documentum, qua tandem prudentia roma custodienda commissa est? Dixerit quispiam iam eos rome habitare solitos, quando expugnante fimbria cecidit ylium. Unde ergo stetit minerve simulacrum? Deinde si apud romam erant, quando fimbria delevit ylium, fortasse apud ylium erant, quando a gallis ipsa roma capta et incensa est, sed ut sunt auditu acutissimi motuque celerrimi, ad vocem anseris cito redierunt, ut saltem capitolinum collem, qui remanserat, tuerentur. Ceterum ad alia defendenda serius sunt redire commoniti.

An illam pacem que sub numa regno fuit deos prestitisse credendum sit. ix capitulum.

Hi etiam numam pompilium successorem romuli adiuvisse creduntur, ut toto regni sui tempore pacem haberet, et iani portas, que bellis patere assolent, clauderet, eo merito scilicet quia romanis multa sacra constituit. Illi vero homini pro tanto ocio gratulandum fuit, si modo id rebus salubribus scisset impendere, et perniciosissima curiositate neglecta, verum deum vera pietate perquireret. Nunc autem non ei dii contulerunt illud ocium, sed eum minus fortasse decepissent, si ociosum minime repperissent. Quanto enim minus eum occupatum invenerunt, tanto magis ipsi occupaverunt. Nam quid ille molitus sit, et quibus artibus deos tales sibi vel illi civitati consociare potuerit, varro prodit, quod si domino placuerit, suo diligentius disseretur loco. Modo autem quia de beneficiis eorum questio est, magnum beneficium est pax, sed dei veri beneficium est, plerumque et sicut sol, sicut pluvia, viteque alia subsidia, super ingratos et nequam. Sed si hoc tam magnum bonum dii illi rome vel pompilio contulerunt, cur imperio romano per tempora laudabiliora id numquam postea prestiterunt? An utiliora erant sacra cum instituerentur, quam cum instituta celebrarentur? Atqui tunc nondum erant, sed ut essent addebantur, postea vero iam erant, que ut prodessent custodiebantur. Quid ergo est quod illi quadraginta tres vel ut alii volunt triginta et novem anni in tam longa pace transacti sunt regnante numa, et postea sacris institutis, diisque ipsis qui eisdem sacris fuerant invitati, iam presidibus atque tutoribus, vix post tam multos annos ab urbe condita usque ad augustum pro magno miraculo unus commemoratur annus post primum bellum punicum, quo belli portas romani claudere potuerunt?

De voce anseris et de numa pompilio etiam malo ocio — *De beneficio pacis veri dei*

An optandum fuit ut et tanta bellorum rabie romanum augeretur imperium cum eo studio quo sub numa auctum est et quietum esse potuisset.

An respondent quod nisi assiduis sibique continuo succedentibus bellis romanum imperium tam longe lateque non posset augeri, et tam grandi gloria diffamari? Ydonea vero causa! Ut magnum esset imperium, cur esse deberet inquietum? Nonne in corporibus hominum satius est modicam staturam cum sanitate habere, quam ad molem aliquam giganteam perpetuis afflictionibus pervenire, nec cum perveneris requiescere, sed quanto grandioribus membris, tanto maioribus agitari malis? Quid autem mali esset, ac non potius plurimum boni, si ea tempora perdurarent, que perstrinxit salustius, ubi ait: Igitur initio reges, nam in terris nomen imperii id primum fuit, diversi pars ingenium, alii corpus exercebant. Etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur, sua cuique satis placebant. An ut tam multum augeretur imperium, debuit fieri quod virgilius detestatur dicens:

decor donec paulatim ac decolor etas / et belli rabies et amor successit habendi / sed plane pro tantis bellis susceptis et gestis iusta defensio romanorum est quod irruentibus sibi importune inimicis resistere cogebat non auiditas adipiscende laudis humane sed necessitas tuende salutis et libertatis ita sit plane / Nam postquam res eorum sicut scribit ipse salustius legibus moribus agris aucta satis prospera satisque pollens videbatur sicuti pleraque mortalium habentur inuidia ex opulencia orta est / Igitur reges populique finitimi bello temptare pauci ex amicis auxilio esse / Nam ceteri metu perculsi a periculis aberant. At romani domi militieque intenti festinare parare alius alium hortari hostibus obuiam ire libertatem patriam parentesque armis tegere / Post ubi pericula uirtute propulerant sociis atque amicis auxilia portabant / Magisque dandis quam accipiendis beneficiis amicitias parabant / decenter hiis artibus roma creuit. Sed regnante numa ut tam longa pax esset utrum irruebant improbi belloque temptabant / An nichil eorum fiebat ut posset pax illa persistere / Si enim bellis etiam tunc roma lacessebatur nec armis arma obuia ferebantur quibus modis agebatur ut nulla pugna superati nullo marcio impetu territi sedarentur inimici hiis modis semper ageretur et semper roma clausis portis iam pacata regnaret / Quod si in potestate non fuit non ergo roma pacem habuit quam diu dii voluerunt sed quam diu homines finitimi circumquaque voluerunt qui eam nullo bello prouocauerunt nisi forte dii tales etiam id homini vendere audebunt quod alius homo voluit siue noluit / Interest quidem iam vicio proprio malas mentes quatenus sinantur isti demones vel terrere vel excitare / Sed si semper hoc possent nec aliud secrecior ac superior potestas contra eorum conatum sepe aliter ageret semper in potestate haberent pacem bellaque victorias que semper fere per humanorum animorum motus accidunt quas tamen plerumque contra eorum fieri voluntatem non sole fabule multa mencientes et vix veri aliquid vel indicantes vel significantes sed et ipsa romana confitetur historia.

Salustius et virgilius

De impio romano et de pace et bello sine diis

De simulachro cumani appollinis cuius fletus creditus est cladem grecorum quibus opitulari non poterat indicare xj capitulum

Nec aliunde appollo ille cumanus cum aduersus achaeos regemque aristonicum bellaretur quatriduo fleuisse nunciatus est quo prodigio aruspices territi cum id simulachrum in mare putauissent esse proiciendum cumani senes intercesserunt atque retulerunt tale prodigium et antiochi et persis bello in eodem apparuisse figmento / Et quia romanis feliciter prouenisset ex senatus consulto eidem appollini suo dona esse missa testati sunt / Tunc velut peritiores accersiti aruspices respondent simulachri appollinis fletum id prosperum esse romanis quoniam cumana colonia greca esset suisque terris vnde aduectus esset idest ipsi grecie luctum et cladem appollinem significasse plorantem / Deinde mox regem aristonicum victum et captum esse nunciatum est quem vinci utique appollo nolebat et dolebat / et hoc sui lapidis etiam lacrimis indicabat / Vnde non usquequaque incongrue a poetis fabulosis tamen veritati similibus mores demonum describuntur carminibus poetarum / Nam camillam dyana doluit aput virgilium / et pallantem moriturum hercules fleuit /

ab romanis

Cur appollo cumanus fleuerit cum aduersus achaeos et regem aristonicum bellaretur propter coloniam grecam quod fletus aruspices exposuere et sic quidam de antiocho et persis

Hinc fortassis et numa pompilius pace habundans / sed quo donante nesciens nec requirens / cum cogitaret ociosus quibusnam diis tuendam romanam salutem regnumque committeret nec verum illum atque omnipotentem summum deum curare opinaretur ista terrena atque recoleret troianos deos quos eneas aduexerat neque troianum neque lauinense ab ipso enea conditum regnum diu conseruare potuisse / alios prouidendos existimauit / quos illis prioribus sive cum romulo iam roma transierant sive quandoque alba versa fuerat transituri vel tanquam fugitiuis custodes adhiberet vel tanquam inualidis adiutores.

Dyanam camilla doluit et hercules pallantem mortuum ut scribit virgilius

De numa pompilio de eo nea noua non de rege latio d alba dsa

Quantos sibi deos romani preter constitutionem nume adiecerint quorum eos numerositas nichil iuuerit xij c

Nec hiis sacris tamen roma dignata est esse contenta que tam multa illic pompilius constituerat / Nam ipsius summum templum non dum habebat iouis / Rex quippe tarquinius ibi capitolium fabricauit / esculapius autem ab epidauro ambiuit ad romam ut peritissimus medicus in vrbe nobilissima artem gloriosius exerceret / Mater etiam deorum nescio vnde a pessinunte / Indignum enim erat ut cum eius filius iam colli capitolino presideret adhuc ipsa in loco ignobili lateret / Que tamen si omnium deorum mater est non solum secuta est romam quosdam filios suos verum et alios precessit etiam secuturos. Miror sane si ipsa peperit cynocephalum qui longe postea venit ex egipto / Vtrum etiam dea febris ex illa nata sit viderit esculapius pronepos eius / Sed vndecumque nata sit non opinor audebunt eam dicere ignobilem dii peregrini deam ciuem romanam / Sub hoc tot deorum presidio quos numerare quis potest indigenas et alienigenas celestes terrestres infernos marinos fontanos fluuiales et ut varro dicit certos atque incertos omnibusque generibus deorum sicut in animalibus mares et feminas / Sub hoc ergo tot deorum presidio

Rex tarquinius capitolium fabricauit preter tarquinius illis qui supplicauit sinecia et esculapius medicus ab epidauro romam ambiuit

penestrinum insedit

De innumera pompilio et romulo de matre omnium florum deorum de cynocephalo de febre dar de variis diis ut varro scribit

constituta Roma non tam magnis et horrendis
cladibus quales exemplis paucis commemorabo
agitari affligique debuit. Nimis enim multos
deos grandi fumo suo tamquam signo dato ad
tuitionem congregaverat, quibus templa altaria
sacrificia sacerdotes instituendo atque prebendo
summum verum deum, cui uni hec rite gesta debentur,
offenderet. Et felicior quidem cum paucioribus
vixit; sed quanto maior facta est, sicut navis nautas,
tanto plures adhibendos putavit, credo des-
perans pauciores illos sub quibus in comparatione
peioris vite melius vixerat non sufficere ad
opitulandum granditati sue. Primo enim sub ipsis
regibus excepto Numa Pompilio, de quo iam supra locutus sum, quantum
malum discordiosi certaminis fuit,
ut fratrem Romuli coegit occidi.

De Numa Pompilio et Romulo fratricida, de coniunctione sororum, de Venere

Quo iure, quo federe Romani obtinuerunt prima coniugia. xiii capitulum.

Quomodo nec Iuno, que cum Iove suo iam fovebat
Romanos rerum dominos gentemque toga-
tam, nec Venus ipsa Eneadas suos potuit ad-
iuvare, ut bono et equo more coniugia mererentur,
cladesque tanta irruit huius inopie, ut ea dolo
raperent moxque compellerentur pugnare cum soceris,
et femine nondum ex iniuria maritis conciliate (*marg.:* misere)
iam parentum sanguine dotarentur. At enim vicerunt
in hac conflictione Romani vicinos suos. Quantis
et quam multis utrimque vulneribus et funeribus tam
propinquorum et confinium iste victorie constiterunt!
Propter unum Cesarem socerum et unum generum eius Pom-
peium, iam mortua Cesaris filia uxore Pom-
pei, quanto et quam iusto doloris instinctu (*marg.:* De Cesare, Pompeio, Lucano) (*marg.:* vita)
Lucanus exclamat: Bella per Emathios
plus quam civilia campos Iusque datum
sceleri canimus. Vicerunt ergo Romani (*marg.:* Bellona)
ut strage socerorum manibus cruentis (*marg.:* Allectone)
ab eorum filiabus Romani ut strage socerorum (*marg.:* furia infer-)
manibus cruentis ab eorum filiabus (*marg.:* nali, eneca)
amplexus miserabiles extorquerent, (*marg.:* Andromache)
nec ille auderent flere patres occisos, (*marg.:* et de pirro de)
ne offenderent victores maritos, (*marg.:* aliis et de variis)
que adhuc illis pugnantibus pro quibus facerent (*marg.:* bellis)
vota nesciebant. Talibus nuptiis populum Roma-
num non Venus, sed Bellona donavit; aut fortas-
sis Allecto illa inferna furia iam eis favente
Iunone plus in illos habuit licentie, quam cum eius
precibus contra Eneam fuerat excitata. Andromache
felicius captivata est quam illa coniugia Romana
nupserunt. Licet serviles, tamen post eius amplexus
nullum Troianorum Pirrus occidit; Romani autem
soceros interficiebant in proeliis, quorum iam filias
amplexabantur in thalamis. Illa victori subdita
dolere tantum suorum mortem potuit, non timere; ille

societate bellantibus parentum suorum mortem pre-
dentibus viris timebant, redeuntibus dolebant, nec
timorem habentes liberum nec dolorem. Nam pro
interitu civium propinquorum parentum aut pie cru-
ciabantur aut crudeliter letabantur victoriis mari-
torum. Huc accedebat quod, ut sunt alterna bellorum,
alique parentum ferro amiserunt viros, alique utrorum-
que ferro et parentes et viros. Neque enim et apud Ro-
manos parva fuerunt illa discrimina; siquidem
ad obsidionem quoque perventum est civitatis, clau-
sisque portis se tuebantur; quibus dolo apertis ad-
missisque hostibus intra menia in ipso foro scelera-
ta et nimis atrox inter generos socerosque pugna
commissa est, et raptores illi etiam superabantur et cre-
bro fugientes intra domos suas gravius feda-
bant pristinas, quamvis ipsas pudendas lugendasque
victorias. Hic tamen Romulus de suorum iam virtute
desperans Iovem rogavit ut starent; atque ille
hac occasione nomen Statoris invenit. Nec
finis esset tanti mali, nisi rapte ille laceratis
crinibus emicarent et provolute
parentibus iram eorum iustissimam
non armis victricibus, sed supplici
pietate sedarent. Deinde Titum Tatium
regem Sabinorum socium
regni Romulus ferre compulsus est,
germani consortis impatiens; sed quando et istum diu
toleraret, qui fratrem geminumque non pertulit? Unde
et ipso interfecto, ut maior deus esset, regnum solus
obtinuit. Que sunt ista iura nuptiarum, que irritamenta
bellorum, que federa germanitatis, affinitatis, so-
cietatis, divinitatis? Que postremo sub tot diis
tutoribus vita civitatis? Vides quanta hinc dici et
quam multa possent, nisi quod supersunt nostra curaret
intentio et sermo in alia festinaret.

(*marg.:* De Romulo qui Titum Tatium regem Sabinorum interfecit sicut fratrem suum ut solus solius regnum obtineret)

De impietate belli quod Albanis Romani intulerunt et de victoria dominandi libidine. xiiii capitulum.

Quid deinde post Numam sub aliis
regibus? quanto malo non solum suo,
sed etiam Romanorum in bel- (*marg.:* De Alba quam)
lum Albani provocati sunt, quia vide- (*marg.:* Ascanius fi-)
licet pax Nume tam longa viluerat! (*marg.:* lius Enee)
Quam crebre strages Romani Al- (*marg.:* condidit)
banique exercitus fuerunt et utriusque (*marg.:* De pace Nume)
comminutio civitatis! Alba namque illa, (*marg.:* et Albanorum)
quam filius Enee creavit Ascanius, Rome (*marg.:* et de Tullo)
mater propior ipsa quam Troia, a Tullo Hostilio (*marg.:* Hostilio)
rege provocata conflixit, confligens autem et af-
flicta est et afflixit, donec multorum tederet pari
defectione certaminum. Tunc eventum belli de tergeminis ge-
minis hinc atque inde fratribus placuit experiri.
A Romanis tres Oratii, duo ab uno autem Oratio (*marg.:* ab Albanis autem tres Curiati processerunt; a Curiatiis tribus Oratii)
tres Curiatii superati et extincti sunt. Ita Roma
extitit victrix ea clade etiam in certamine
extremo, ut de sex unus rediret domum. Cui dampnum

an ut esset cui luctus non esset stirpi non ascanii posteris non proli veneris non nepotibus iouis. Nam et hoc plus quam ciuile bellum fuit quod filia ciuitas cum ciuitate matre pugnauit. Accessit aliud oraciorum tergeminorum pugne ultime atrox atque abhorrendum malum. Nam ut erant ambo populi prius amici vicini quippe atque cognati vni curiaciorum desponsata fuerat oraciorum soror. Hec postea quam sponsi spo[lia] in victore fratre conspexit ab eodem fratre quoniam fleuit occisa est. Humanior huius vnius femine quam vniuersi populi romani michi fuisse videtur affectus. Illa quod maritum iam fide media retinebat aut forte etiam ipsum fratrem dolens qui eum occiderat cui sororem promiserat puto quod non culpabiliter fleuit. Unde apud virgilium pius eneas laudabiliter dolet hostem etiam sua peremptum manu. Unde marcellus syracusanam ciuitatem recolens eius paulo ante culmen et gloriam sub manus suas subito concidisse communem cogitans condicionem flendo miseratus est. Queso ab humano impetremus affectu ut femina sponsum suum a fratre suo peremptum sine crimine fleuit si viri hostes a se victos etiam cum laude fleuerunt. Ergo sponso a fratre illatam mortem quando femina illa flebat tunc se contra matrem ciuitatem tanta strage bellasse et tanta hinc atque inde cognati cruoris effusione vicisse roma gaudebat. Quid michi obtenditur nomen laudis nomenque victorie. Remotis obstaculis insane opinionis facinora nuda cernantur nuda pensentur nuda iudicentur. Causa dicatur albe sicut troie adulterium dicebatur. Nulla talis nulla similis inuenitur. Tantum ut desides moueret tullus in arma viros et iam desueta triumphis agmina. Illo itaque vicio tantum scelus perpetratum est socialis belli atque cognati. Quod vicium salustius magnum transeunter attingit. Cum enim laudans breuiter antiquiora commemorasset tempora quando vita hominum sine cupiditate agitabatur et sua cuique satis placebant. Postea vero inquit quam cyrus in asia in grecia lacedemonii et athenienses cepere urbes atque naciones subigere libidinem dominandi causam belli habuere maximam gloriam in maximo imperio putare et cetera que ipse instituerat dicere. Michi huc usque satis sit eius verba posuisse. Libido ista dominandi magnis malis agitat et conterit humanum genus. Hac libidine roma tunc victa albam se vicisse triumphabat et sui sceleris laudem gloriam nominabat. Quoniam laudatur inquit scriptura nostra peccator in desideriis anime sue et qui iniqua gerit benedicitur. Fallacia igitur tegmina et deceptorie dealbaciones auferantur a rebus ut sincero inspiciantur examine. Nemo michi dicat magnus ille atque ille quia cum illo et illo pugnauit et vicit. Pugnant etiam gladiatores vincunt et ipsi habet premia laudis et illa crudelitas. Sed puto esse satius cuiuslibet inercie penas luere quam illorum armorum querere gloriam. Et tamen si in arenam procederent pugnaturi inter se gladiatores quorum alter filius alter esset pater tale spectaculum quis ferret quis non auferret. Quomodo ergo gloriosum alterius matris alteriusque filie ciuitatis inter se armorum potuit esse certamen. An ideo diuersum fuit quia arena non fuit et laciores campi non duorum gladiatorum sed in duobus populis multorum funeribus implebantur. Non amphitheatro cingebantur illa certamina sed uniuerso orbi tunc viuis et posteris quousque ista fama porrigitur impium spectaculum prebebatur. Vim tamen paciebantur studii sui dii presides imperii romani et talium certaminum tamquam theatrici spectatores donec oraciorum soror propter curiatios tres peremptos etiam ipsa tercia ex altera parte fraterno ferro duobus fratribus adderetur ne minus haberet mortium etiam roma que vicerat. Deinde ad fructum victorie alba subuersa est ubi post ylium quod greci euerterunt et post lauinium ubi eneas regnum peregrinum atque fugitiuum constituerat tercio loco habitauerant numina illa troyana. Sed more suo etiam inde iam fortasse migrauerant. Ideo deleta est. Discesserant videlicet omnes aditis arisque relictis dii quibus imperium illud steterant. Discesserant sane ecce iam tercio ut eis quarta roma prouidentissime crederetur. Displicuerat enim et alba ubi amulius expulso fratre et roma placuerat ubi romulus occiso fratre regnauerat. Sed antequam alba dirueretur transfusus est inquiunt populus eius in romam ut ex utraque una ciuitas fieret. Esto ita factum sit. Urbs tamen illa ascanii regnum et tercium domicilium troianorum deorum ab urbe filia mater euersa est. Ut autem belli reliquie ex duobus populis unum facerent miserabile coagulum multus ante fusus utriusque sanguis fuit. Quid iam sigillatim dicam sub eisdem regibus totiens eadem bella renouata que victoriis finita videbantur et tantis stragibus iterum iterumque confecta iterum iterumque post fedus et pacem inter generos et soceros et eorum stirpem posterosque repetita. Non paruum indicium calamitatis huius fuit quia portas belli nullus clausit eorum.

Qualis romanorum regum vita atque exitus fuerit. XV. c.

Nullus ergo illorum sub

[Marginal rubrics:] De tribus oraciis romanorum et tribus curiaciis albanorum et de fen sore oraciorum et eius fletu. — De dolore vel fletu enee pro hostem occisum ut dicit virgilius et — De dolore marcelli quod siracusam deleuit. — De tullo salustio tyro asiano lacedemoniis et athemensibus. — De Albanis et de malis peccatorum. — De malis spectaculis certaminis diuersorum populorum de albo et de amulio fratris expulsore. — De paruo bello inter socios et generos et de adulacionibus fabularum et de romulo filio dei ficto et de solis eclipsi.

[Marginal insertion:] atque

[illegible]

tot diis praesidibusque in pace regnavit? Porro autem Romuli qui exitus fuit? De Romulo videtur adulatio fabulosa, qua perhibetur receptus in caelum. Nonnulli scriptores eorum quod eum propter ferocitatem a senatu discerptum esse dixerunt, subornatumque nescio quem Iulium Proculum, qui eum sibi apparuisse diceret, eumque per se populo mandasse Romano ut inter numina coleretur, eoque modo populum, qui contra senatum intumescere coeperat, repressum atque sedatum. Acciderat enim et solis defectio, quam certa ratione sui cursus effectam imperita nesciens multitudo meritis Romuli tribuebant. Quasi vero si luctus ille solis fuisset, non magis ideo credi deberet occisus ipsumque scelus aversione etiam diurni luminis indicatum, sicut revera factum est cum Dominus crucifixus est crudelitate atque impietate Iudaeorum. Quam solis obscurationem non ex canonico siderum cursu accidisse satis ostendit quod tunc erat pascha Iudaeorum. Nam plena luna sollempniter agitur; regularis autem solis defectio non nisi lunae fine contingit. Satis et Cicero illam inter deos Romuli receptionem putatam magis significat quam factam, quando et laudans eum in libris de re publica Scipionisque sermone: Tantum est, inquit, consecutus, ut cum subito sole obscurato non comparuisset, deorum in numero collocatus putaretur; quam opinionem nemo umquam mortalis assequi potuit sine eximia virtutis gloria. Quod autem dicit eum subito non comparuisse, profecto ibi intelligitur aut violentia tempestatis aut caedis facinorisque secretum. Nam et alii scriptores eorum defectioni solis addunt etiam subitam tempestatem, quae profecto aut occasionem sceleri praebuit aut Romulum ipsa consumpsit. De Tullo quippe Hostilio, qui tertius a Romulo rex fuit, qui et ipse fulmine consumptus est, dicit in eisdem libris idem Cicero propterea et istum non creditum in deos receptum tali morte, quia fortasse quod erat in Romulo probatum, id est persuasum, Romani vulgare noluerunt, id est vile facere, si hoc et alteri facile tribueretur. Dicit etiam aperte in invectivis: Illum qui hanc urbem condidit, Romulum, ad deos immortales benivolentia famaque sustulimus, ut non vere factum, sed propter merita virtutis eius benivolentia iactatum diffamatumque monstraret. In Hortensio vero dyalogo, cum de solis canonicis defectionibus loqueretur: Ut easdem, inquit, tenebras efficiat, quas effecit in interitu Romuli, qui obscuratione solis est factus. Certe hic minime timuit hominis interitum dicere, quia disputator magis

quam laudator fuit. Ceteri autem reges populi Romani, excepto Numa Pompilio et Anco Marcio, qui morbo interierunt, quam horrendos exitus habuerunt! Tullus, ut dixi, Hostilius, victor et eversor Albae, cum tota domo sua fulmine concrematus est. Priscus Tarquinius per sui decessoris filios interemptus est. Servius Tullius generi sui Tarquinii Superbi, qui ei successit in regnum, nefario scelere occisus est. Nec discesserunt adytis arisque relictis dii tanto in optimum illius populi regem parricidio perpetrato, quos dicunt ut hoc miserae Troiae facerent eamque Graecis diruendam urendamque relinquerent adulterio Paridis fuisse commotos; sed insuper interfecto a se socero Tarquinius ipse successit. Hunc illi dii nefarium parricidam soceri interfectione regnantem, insuper multis bellis victoriisque gloriantem et de manubiis Capitolium fabricantem, non abscedentes sed praesentes manentesque viderunt, et regem suum Iovem in illo altissimo templo, hoc est in opere parricidae, sibi praesidere atque regnare perpessi sunt. Neque enim adhuc innocens Capitolium instruxit et postea malis meritis urbe expulsus est, sed ad ipsum regnum, in quo Capitolium fabricaret, immanissimi sceleris perpetratione pervenit. Nam quod eum Romani regno postea depulerunt ac secluserunt moenibus civitatis, Lucretiae stupro non eius, sed filii peccatum fuit, illo non solum nesciente sed etiam absente commissum. Ardeam civitatem tunc oppugnabat, pro populo Romano bellum gerebat; nescimus quid faceret, si ad eius notitiam flagitium deferretur. Et tamen inexplorato iudicio eius et inexperto ei populus ademit imperium, et recepto exercitu, a quo deserere iussus est, clausis deinde portis non sivit intrare redeuntem. At ille post bella gravissima, quibus eosdem Romanos concitatis finitimis attrivit, postea quam desertus ab eis quorum fidebat auxilio regnum recipere non valuit, in oppido Tusculo Romae vicino quattuordecim, ut fertur, annos privatam vitam quietam habuit et cum uxore consenuit, optabiliore fortassis exitu quam socer eius generi sui facinore nec ignorante filia, sicut perhibetur, extinctus. Nec tamen istum Tarquinium Romani crudelem aut sceleratum, sed superbum appellaverunt, fortasse regios eius fastus alia superbia non ferentes. Nam scelus occisi ab eo soceri optimi regis sui usque adeo contempserunt, ut eum regem suum facerent. Ubi miror si non scelere graviore mercedem tantam tanto sceleri reddiderunt.

[Rubrics:] Quod tercio de re publica et de Scipione loquitur, sentit in solis defectione pro Romulo quod non periit, et de Tullo Hostilio rege tercio a Romulo fulmine percusso. — De invectivis tercio, et disputatoris de Hortensio dyalogo de solis defectionibus. — Tullus Hostilius fulmine concrematus. Priscus Tarquinius interemptus. Servius Tullius occisus per flagicia. — Propter peccatum filii Tarquinii in Lucrecia toti ... nisi et si ... Ardea civitate obpugnabat. Tarquinius a Roma expulsus in oppido Tusculo privatam vitam duxit et mortuus, finitimis opitulantibus Roma concussa est.

[Marginal notes:] Famaque sustulimus ut non vere factum sed propter merita virtutis eius benivolentia. — filii — i. spoliis — absente

Nec discessere adytis arisque relictis dii, nisi forte quispiam sic defendat istos deos, ut dicat eos iam mansisse Rome, quo possent romanos punire magis suppliciis quam beneficiis adiuvare, seducentes eos vanis victoriis et bellis gravissimis conterentes. Nec fuit romanorum vita sub regibus laudabili tempore illius rei publice, usque ad expulsionem Tarquinii superbi per ducentos fere et quadraginta et tres annos, cum ille omnes victorie tam multo sanguine et tantis empte calamitatibus vix illud imperium intra viginti ab urbe milia dilataverunt, quanti spacium absit ut saltem alicuius getulice civitatis nunc territorio comparetur.

Roma sub regibus per ducentos fere annos et quadraginta tres multo sanguine vix dilatavit imperium xx ti miliaribus

De primis autem romanis consulibus quorum alter alterum patria pepulit moxque ipse post atrocissima parricidia a vulnerato hoste vulneratus interiit. xvi c

Huic tempori addiciamus etiam tempus illud quo usque dicit Salustius, equo et modesto iure agitatum, dum metu Tarquinii et bellum grave cum Etruria positum est. Quamdiu enim Etrusci Tarquinio redire in regnum conanti opitulati sunt, gravi bello Roma concussa est. Ideo dicit equo et modesto iure gestam rem publicam, metu premente, non persuadente iusticia. In quo brevissimo tempore quam funestus ille annus fuit, quo primi consules creati sunt expulsa regia potestate. Annum quippe suum non compleverunt. Nam Iunius Brutus exhonoratum eiecit urbe collegam Lucium Tarquinium Collatinum, deinde mox ipse in bello cecidit mutuis cum hoste vulneribus, occisis a se ipso primitus filiis suis et uxoris sue fratribus, quod eos pro restituendo Tarquinio coniurasse cognoverat. Quod factum Virgilius postea quam laudabiliter commemoravit, continuo clementer exhorruit. Cum enim dixisset: natosque pater nova bella moventes ad penam pulchra pro libertate vocabit, mox deinde exclamavit et ait: Infelix, utcumque ferent ea facta minores. Quomodolibet, inquid, ea facta posteri ferant, id est preferant et extollant, qui filios occidit infelix est. Et tamquam ad consolandum infelicem subiunxit: Vincit amor patrie laudumque immensa cupido. Nonne in hoc Bruto, qui et filios occidit et a se percusso hoste filio Tarquinii mutuo percussus supervivere non potuit, eique potius ipse Tarquinius supervixit, Collatini collegae videtur innocentia vindicata, qui civibus ob hoc Tarquinio pulso pulsus est, quod tyrannus ipse Tarquinius? Nam et idem Brutus consanguineus Tarquinii fuisse perhibetur. Sed Collatinum videlicet similitudo nominis pressit, quia etiam Tarquinius vocabatur. Mutare ergo nomen, non patriam cogeretur; postremo in eius nomine hoc vocabulum minus esset, si Lucius Collatinus tantum vocaretur. Sed ideo non amisit quod sine ullo detrimento posset amittere, ut et honore primus consul et civitate bonus civis carere iuberetur. Etiamne ista est gloria Bruti, detestanda iniquitas et nihilo utilis rei publice? Etiamne ad hanc perpetrandam vicit amor patrie laudumque immensa cupido? Iam expulso utique Tarquinio tyranno consul cum Bruto creatus est maritus Lucretie Lucius Tarquinius Collatinus. Quam iuste populus mores in cive, non nomen attendit. Quam impie Brutus collegam prime ac nove illius potestatis, quem posset, si hoc offendebatur, nomine tantum privare, et patria privavit et honore. Hec mala facta sunt, hec adversa acciderunt, quando in illa re publica equo et modesto iure agitatum est. Lucretius quoque, qui in locum Bruti fuerat surrogatus, morbo antequam idem annus terminaretur absumptus est. Ita Publius Valerius, qui successerat Collatino, et Marcus Oracius, qui pro defuncto Lucretio suffectus fuerat, annum illum funereum atque tartareum, qui consules quinque habuit, compleverunt, quo anno consulatus ipsius novi honorem ac potestatem auspicata est romana res publica.

De lucio Collatino, lucretio, publio valerio et de aliis que salustius explicat

Tunc iam diminuto paululum metu, non quia bella conquieverant, sed quia non tam gravi pondere urgebant,

Post initia consularis imperii quibus malis vexata fuit romana res publica diis non opitulantibus quos colebant. xvii capitulum

Finito scilicet tempore, quo equo et modesto iure agitatum est, secuta sunt que idem Salustius breviter explicat: Deinde servili imperio patres plebem exercere, de vita atque tergo regio more consulere, agro pellere et ceteris expertibus soli in imperio agere. Quibus sevitiis et maxime fenore oppressa plebs, cum assiduis bellis tributum et miliciam simul tolleraret, armata montem Sacrum atque Aventinum insedit, tumque tribunos plebis et alia iura sibi paravit. Discordiarum et certaminis utrimque finis fuit secundum bellum punicum. Quid itaque ego tantas moras vel scribens patiar vel lecturis afferam? Quam misera fuerit illa res publica tam longa etate per tot annos usque ad secundum bellum punicum, bellis forinsecus inquietare non desistentibus et intus discordiis seditionibusque civilibus, a Salustio breviter intimatum est. Proinde victorie ille non solida beatorum gaudia fuerunt, sed inania solacia miserorum, et ad alia atque alia terribilia mala subeunda illecebrosa incitamenta minime quietorum. Nec nobis, quia hoc dicimus, boni Romani prudentesque succenseant (i. irascantur), quamquam de hac re nec petendi sit nec monendi, quando eos minime succensuros esse certissimum est. Neque enim gravius vel graviora dicimus auctoribus

De monte aventino et secundo bello punico

corum et stilo/ocio multum impares/quibus tam otiosis
tendis et ipsi elaborauerunt/et filios suos elabo
rare compellunt/ Qui autem succensent/quando me
ferrent si ego dicerem quod salustius ait plurime
turbe sediciones/ et ad postremum bella ciuilia
orta sunt/dum pauci potentes quorum in graciam
plerique concesserant/sub honesto patrum aut
plebis nomine dominaciones affectabant/boni que
et mali ciues appellati/non ob merita in rem pu
blicam omnibus pariter corruptis/sed uti quisque
locupletissimus et iniuria validior quia presencia de
fendebat pro bonis ducebantur/ Porro si illi scripto
res historie/ad honestam libertatem pertinere
arbitrati sunt/mala ciuitatis proprie non tacere
/quam multis locis magno preconio laudare con
pulsi sunt/cum aliam veriorem quo ciues eterni
legendi sunt/non haberent/quid nos facere
conuenit/quorum spes quanto in deo melior et certior
tanto maior debet esse libertas/cum
mala presencia christo nostro imputant
ut infirmiores imperitioresque men
tes alienentur/ab ea ciuitate
/in qua sola iugiter feliciterque viuen
dum est. Nec in deos eorum horribili
ora nos dicimus/quam eorum identidem
auctores/quos legunt et predicant
quando quidem et ex ipsis que dicimus accepimus/et mul
lo modo dicere/uel cuncta sufficimus. Ubi erant
ergo illi dii/qui propter exiguam fallacemque mun
di huius felicitatem colendi existimantur/cum
romani quibus se colendos mendacissima astu
cia venditabant/tantis calamitatibus vexarentur
ubi erant quando valerius consul ab exulibus incen
sum capitolium cum defensaret occi
sus est faciliusque ipse prodesse po
tuit edi iouis/quam illi turba tot nu
minum cum suo maximo atque op
timo rege/cuius templum liberauerat
subuenire/ubi erant quando densissi
mis fatigata ciuitas sedicionum
malis/cum legatos athenas mis
sos ad leges mutuandas/paulu
lum quieta operiretur graui fame pestilenciaque
vastata est/ ubi erant quando rursus populus cum fa
me laboraret/prefectum annone primum creauit
atque illa fame inualescente/ Spurius melius
qui esurienti multitudini fru
menta largitus est/regni affec
tati crimen incurrit et eiusdem
prefecti instancia per dictatorem lucium
quintium etate decrepitum/a quinto
seruilio magistro equitum cum
maximo et periculosissimo tumultu
ciuitatis occisus est. Ubi erant
quando pestilencia maxima exorta
diis inutilibus sine remedio populus diu multum

de ciuibus
christi et de
spe eterna
et de fal
sorum de
orum
consu
tatione

de valerio co
sule occiso quando
defensabat
capitolium et
de ede iouis
et de confusi
one deorum plo
rum passim

prefectus annone
primum creauit

Spurius me
lius frumenta
elargitus esurientibus

Qualia sunt
lectisternia
inticipata

que fatigatus noua lectisternia/quod numquam antea
fecerat exhibenda arbitratus est/lecti autem
sternebantur in honorem deorum/unde hoc sacrum
uel pocius sacrilegium nomen accepit/ Per decem an
ubi erant quando per x annos continuos
male pugnando crebras et mag
nas clades aput veios exercitus ro
manus acceperunt/nisi per furium camil
lum tandem subueniretur/quem postea ciuitas ingra
ta dampnauit/ Ubi erant quando galli romam ceperunt spo
liauerunt incenderunt cedibus impleuerunt/ ubi
erant cum illa insignis pestilencia tam ingentem
stragem dedit/qua et ille furius camillus ex
tinctus est/qui rem publicam ingratam et a
ueientibus ante defendit et de gallis postea vin
dicauit. Inde inhac pestilencia scenicos ludos
nouam pestem non corporibus romanorum sed quod est
multo perniciosius/ moribus intulerunt/ Ubi erant
quando alia pestilencia grauis/de venenis matharum
exorta credita est/ Quarum supra fidem multarum
atque nobilium/mores deprehensi sunt/omni pestilen
cia grauiores/uel quando in caudinas furculas a
samnitibus obsessi/ambo cum exercitu consules
fedus cum eis fedum facere coacti sunt ita ut equi
tibus romanis sexcentis obsidibus datis ceteri
amissis armis/aliisque spoliati priuatique tegmi
nibus/sub iugum hostium cum uestimentis
singulis mitterent/uel quando grauis pes
tilencia ceteris laborantibus/multi eciam
in exercitu icti fulmine perierunt/uel quando
item alia intollerabili pestilencia/esculapium
ab epidauro quasi medicum deum
roma aduocare/atque adhibere coacta
pulsa est. Quando regem omnium iouem qui iam
diu in capitolio sedebat multa
stupra quibus adolescens uaca
uerat non permiserant fortasse
discere medicinam/uel cum con
spirantibus vno tempore hosti
bus/lucanis brucis samnitibus
et tuscis et senonibus gallis
primo ab eis legati perempti sunt
/deinde cum pretore oppressus
exercitus/septem tribunis cum
illo pereuntibus/et militum tredecim
milibus/uel quando post longas et
graues rome sediciones/quibus
ad ultimum plebs in ianiculum hostili direptione
secesserant/huius mali tam dira calamitas
erat ut eius rei causa quod in extremis periculis fieri
solebat dictator crearetur/ortensius/qui plebe
reuocata in eodem magistratu expirauit/ Quod nul
li dictatori ante contigerat/et quod illis diis iam pre
sente esculapio crimen maius fuit/ Cum uero tam multa
bella ubique crebruerunt ut inopia militum prole
tarii illi/qui eo quod proli gignende vacabant

Per decem an
nos pugna
tum aput vei
os clades exerci
tus romani accepit

ad caudinas
furculas
a samnitibus
duo con
sules cum exer
citu obsessi

De esculapio
medico abe
pidauro ioue de
magno de capi
tolio lucanis
brucis samni
tibus tusciis se
nonibus gallis
et de capitulo et
de septem tribunis
et tredecim mi
libus militum
peremptis

vel talia
compertissimi
et ser

ob egestatem militare non valentes hoc nomen acceperant milicie conscriberentur. Accitus etiam a Tarentinis Pirrus rex Grecie cum ingenti gloria celebratus, Romanorum hostis effectus est. Cui sane de rerum futuro adventu consulenti satis urbane Appollo sic ambiguum oraculum edidit, ut e duobus quodcumque accidisset ipse divinus haberetur. Ait enim: Dico te Pirre vincere posse Romanos. Atque ita sive Pirrus a Romanis sive Romani a Pirro vincerentur, securus fatidicus utrumlibet expectabat eventum. Que tunc et quam horrenda utriusque exercitus clades, in qua tamen superior Pirrus extitit, ut iam posset Appollinem pro suo intellectu predicare divinum, nisi proxime alio prelio Romani abscederent superiores, atque in tanta strage bellorum etiam pestilencia gravis exorta est mulierum. Nam prius quam maturos partus ederent, gravide moriebantur. Ubi se credo Esculapius excusabat, quod archiatrum se non obstetricem profitebatur. Pecudes quoque similiter interibant, ita ut iam defecturum genus animalium crederetur. Quid hiems illa memorabilis tam incredibili immanitate seviens, ut nivibus horrenda altitudine etiam in foro per dies quadraginta manentibus Tyberis quoque glacie duraretur, si nostris temporibus accidisset, que isti et quanta dixissent? Quid illa itidem ingens pestilencia, quam diu seviit, quam multos peremit? Que cum in annum alium multo gravius tenderetur frustra presente Esculapio, aditum est ad libros Sibillinos, in quo genere oraculorum, sicut Tullius in libris de divinacione commemorat, interpretibus, ut possunt seu volunt dubia coniectantibus, credi solet. Tunc ergo dictum est eam esse causam pestilencie, quod plurimas edes sacras multi occupatas privati tenerent. Sic interim a magno imperitie vel desidie crimine Esculapius liberatus est. Unde autem a multis edes ille fuerant occupate nemine prohibente, nisi quia tante numinum turbe diu frustra fuerat supplicatum, atque ita paulatim loca deserebantur a cultoribus, ut tamquam vacua sine ullius offensione possent humanis saltem usibus vindicari? Namque tunc velut ad sedandam pestilenciam diligenter repetita atque reparata, nisi postea eodem modo neglecta atque usurpata latitarent, non utique magne peritie Varronis tribueretur, quod scribens de edibus sacris tam multa ignorata commemorat. Sed tunc interim elegans non pestilencie depulsio, sed deorum excusacio procurata est.

proletarij milites a prole gignenda et pirro rege grecie a tarentis vocato

problema appollinis de romanis et pirro

de escolapio et nive et glacie tybris xlᵃ diebus duratibus de libris sibillinis et libris tyceronis et de divinacionibus et bellis punicis

Quante clades Romanos sub bellis punicis triverint frustra deorum presidiis expetitis. xviij c.

Iam vero punicis bellis, cum inter utrumque imperium victoria diu anceps atque incerta penderet, populique duo prevalidi impetus in alterutrum fortissimos et opulentissimos agerent, quot minutiora regna contrita sunt, que urbes ample nobilesque delete et afflicte, quot perdite civitates, quam late longeque tot regiones terreque vastate sunt! Quociens victi hinc atque inde victores! Quid hominum consumptum est vel pugnantium militum vel ab armis vacantium populorum! Quanta vis navium marinis etiam preliis oppressa et diversarum varietate tempestatum submersa! Si enarrare vel commemorare conemur, nichil aliud quam scriptores etiam nos erimus historie. Tunc magno metu perturbata romana civitas ad remedia vana et ridenda currebat. Instaurati sunt ex auctoritate librorum sibillinorum ludi seculares, quorum celebritas inter centum annos fuerat instituta felicioribusque temporibus memoria negligente perierat. Renovarunt etiam pontifices ludos sacros inferis et ipsos abolitos annis retrorsum melioribus. Nimirum enim quando renovati sunt tanta copia morientium ditatos inferos etiam ludere delectabat, cum profecto miseri homines ipsa bella rabida et cruentas animositates funereasque hinc atque inde victorias magnos agerent ludos demonum et opimas epulas inferorum. Nichil sane miserabilius primo punico bello accidit, quam quod ita Romani victi sunt, ut etiam Regulus ille caperetur, cuius in primo et in altero libro mencionem fecimus, vir plane magnus et victor antea domitorque Penorum, qui etiam ipsum primum punicum bellum confecisset, nisi aviditate nimia laudis et glorie duriores condiciones quam ferre possent fessis Carthaginensibus imperasset. Illius viri et captivitas inopinatissima et mors crudelissima, si deos illos non cogit erubescere, verum est quod erei sunt et non habent sanguinem. Nec mala illo tempore gravissima intra menia defuerunt. Nam exundante nimis ultra morem fluvio Tyberino pene omnia urbis plana subversa sunt, aliis impetu quasi torrentis impulsis, aliis velut stagno diutino madefactis atque sublapsis. Istam deinde pestem ignis perniciosior subsecutus est, qui correptis etiam circa forum quibusque celsioribus etiam templo Veste suo familiarissimo non pepercit, ubi ei velut vitam perpetuam diligentissima substitutione lignorum non tam honorate quam damnate virgines donare consueverant. Tunc vero illic ignis non tantum vivebat, sed etiam seviebat. Cuius impetu

et servitus indignissima et iuratio fidelissima

Ex auctoritate sibillinorum librorum instaurati sunt ludi seculares in centum annos

de epulis inferorum de ludificatione demonum de bello punico de regulo victore carthaginensium sepe dicto

de templo veste exusto de virginibus et metallo pontifice quibus ignis non pepercit quod profuerit romanis

semi ustulatus

et virgines, sacra illa fatalia, que iam tres in quibus fuerant presserat civitates, cum ab illo incendio liberare non possent, Metellus pontifex sue quodammodo salutis oblitus irruens ea semiustulatus abripuit. Neque enim vel ipsum ignis agnovit, aut vero erat ibi numen, quod etiam si fuisset fugisset. Homo igitur potius sacris veste quam illa homini prodesse potuerunt. Si autem a semetipsis ignem non repellebant, civitatem cuius salutem tueri putabantur, quid contra illas aquas flammasque poterant adiuvare? sicut etiam res nichil ea prorsus potuisse patefecit. Hec istis nequaquam obicerentur a nobis, si illa sacra dicerent non tuendis hiis bonis temporalibus instituta, sed significandis eternis, et ideo cum ea quod corporalia visibiliaque essent perire contingeret, nichil hiis rebus minui propter quas fuerant instituta, et posse ad eosdem usus denuo reparari. Nunc vero cecitate mirabili eis sacris que perire possent, fieri potuisse existimant ut salus terrena et temporalis felicitas civitatis perire non posset. Proinde cum illis etiam manentibus sacris vel salutis contritio vel infelicitas irruisse monstratur, mutare sententiam quam defendere nequeunt erubescant. De afflictione belli punici secundi quo vires partis utriusque consumpte sunt. xix. ca.

Secundo autem punico bello nimis longum est commemorare clades duorum populorum tam longe secum lateque pugnantium, ita ut hiis quoque fatentibus qui non tam narrare bella romana quam romanum imperium laudare instituerunt, similior victo fuerit ille qui vicit. Hambale quippe ab hispania surgente, et pyreneis montibus superatis, gallia transcursa, alpibusque disruptis, tam longo circuitu auctis viribus cuncta vastando aut subigendo torrentis modo ytalie faucibus irruente, quam cruenta prelia gesta sunt, quotiens romani superati! Quam multa ad hostem oppida defecerunt, capta et oppressa! quam dire pugne, et totiens hambali romana clade gloriose! De cannensi autem mirabiliter horrendo malo quid dicam, ubi hambal cum esset crudelissimus, tamen tanta inimicorum atrocissima cede saciatus parci iussisse perhibetur? Unde tres modios anulorum aureorum cartaginem misit, quo intelligerent tantam dignitatem in illo prelio cecidisse romanam, ut facilius eam caperet mensura quam numerus, atque hinc strages turbe cetere tanto utique numerosiores quanto infirmiores, que sine anulis iacebat, conicienda potius quam nunciada putaretur.

De secundo bello punico hispania hambale pyreneos montes gallia alpes transcurrens quot ytalicos rom. occidit. tres modios anulorum aureorum cartaginem misit, unde romam dentalitate reos facinorum libertati donabant.

Denique tanta militum inopia secuta est, ut romani reos facinorum proposita impunitate colligerent, servicia libertate donarent, atque illis pudendus non tam suppleretur quam institueretur exercitus. Servis itaque, immo ne faciamus iniuriam, iam libertatis pro romana re publica pugnaturis arma defuerunt. Detracta sunt templis, tamquam romani diis suis dicerent: Ponite que tam diu inaniter habuistis, ne forte aliquid utile facere possint arma nostra, unde vestra numina nichil facere potuistis. Tunc etiam stipendiis sufficiendis cum defecisset erarium, in usus publicos opes venere private, adeo unoquoque id quod habuit conferente, ut preter singulos anulos aureos singulasque bullas, miserabilia dignitatis insignia, nichil sibi auri senatus ipse, quanto magis ceteri ordines tribusque, relinquerent. Quis ferret istos, si nostris temporibus ad hanc inopiam cogerentur, cum eos modo vix feramus, quando pro superflua voluptate plura donantur histrionibus, quam tunc legionibus pro extrema salute collata sunt?

Nunc histrionibus plus datur quam in bello punico pro extrema salute hominibus dari posset.

De excidio saguntinorum quibus pro romanorum amicitiam pereuntibus dii romanorum auxilium non tulerunt. xx. c.

Sed in hiis omnibus belli punici secundi malis nichil miserabilius ac miserabili querela dignius quam exitium saguntinorum fuit. Hec quippe hispanie civitas amicissima populo romano, dum eidem populo fidem servat, eversa est. Hinc enim hambal fracto federe romanorum causas quesivit quibus eos irritaret ad bellum. Saguntum ergo ferociter obsidebat; quod ubi rome auditum est, missi legati ad hambalem ut ab eius obsidione discederet. Contempti cartaginem pergunt, querimoniamque deponunt federis rupti, infectoque negocio romam redeunt. Dum hee more aguntur, misera illa civitas opulentissima, sue rei publice romaneque carissima, octavo vel nono a penis mense deleta est. Cuius interitum legere, quanto magis scribere, horroris est. Breviter tamen eum commemorabo; ad rem quippe que agitur multum pertinet. Primo fame contabuit; nam etiam suorum cadaveribus a nonnullis pasta perhibetur. Deinde omnium fessa rerum, ne saltem captiva in manus hambalis perveniret, ingentem rogum publice struxit, in quem ardentem ferro etiam trucidatos omnes se suosque miserunt. Hic aliquid agerent dii belluones atque nebulones, sacrificiorum adipibus inhiantes et fallacium divinationum caligine decipientes; hic aliquid agerent, ut civitati populi romani amicissime subvenirent et fidei conservatione pereuntem perire non

Hambal rex hispanus saguntum obsedit rupto fede, que in fine audita est, nec dii sui rom. aliquid prodesse fuerunt qui non valuerunt.

belluones i. voratores

et vol[illegible]

fierent ipsi utique medii perfuerunt, atque romanae
rei publicae inlicito foedere copulata est. Custodi-
ens itaque fideliter quod pepigerat praesidibus placato invexerat
fide inveterat iuratione constrinxerat a perfido obses-
sa oppressa consumpta est. Si ipsi dii tempestate atque
fulminibus Hannibalem postea Romanis proximum
moenibus terruerunt longeque miserunt, tunc primum tale
aliquid facerent. Audeo quippe dicere honestius illos
pro amicis Romanorum ideo periclitantibus, ne Roma-
nis frangerent fidem, et nullam opem tunc habentibus
potuisse, quam pro ipsis Romanis qui pro se pugnabant
atque adversus Hannibalem opulenti erant potuisse
tempestate servire. Si ergo tutores essent Romanae
felicitatis et gloriae, tam grave ab ea crimen Sagun-
tinae calamitatis averterent. Nunc vero quam stulte
creditur diis illis defensoribus Romanam victore
Hannibale non perisse, qui Saguntinae urbi non
potuerunt ne pro eius periret amicitia subvenire.
Si Saguntinorum christianus populus esset, et huiusmodi ali-
quid pro fide evangelica pateretur, quamquam se ipse
nec ferro nec ignibus corripuisset, sed tamen si pro fide
evangelica excidium pateretur, ea spe pateretur
qua in Christum crediderat, non mercede brevissima
temporis, sed aeternitatis interminae. Pro istis autem diis qui
propterea coli perhibentur, propterea colendi requiruntur
ut harum labentium atque transeuntium rerum feli- Saguntini
tas tuta sit, quid nobis defensores si pro Christo
et excusatores eorum de Saguntinis talia passi
pereuntibus respondebunt, nisi quod de illo fuissent mer-
Regulo extincto? Hoc quippe interest cedem et-
quod ille unus homo, haec tota civitas; ernam habu-
utriusque tamen interitus causa conser- issent no-
vatio fidei fuit. Propter hanc enim ad ta de Re-
hostes et redire ille voluit, et noluit ista tran- gulo
sire. Conservata ergo provocat deorum
iram fides? An possunt et diis propitiis pe-
rire, non solum quippe homines verum etiam integrae
civitates? Utrum volunt eligant. Si enim fidei servatae
irascuntur illi dii, quaerant perfidos a quibus colantur.
Si autem illis propitiis multis gravibusque cruciati-
bus adflicti interire homines civitatesque possunt, nul-
lo fructu felicitatis huius coluntur. Desinant igitur
suscensere qui sacris deorum suorum perditis se infelices
esse factos putant. Possent enim illis non solum
manentibus verum etiam faventibus non sicut
modo de miseria murmurare, sed sicut tunc Regulus et
Saguntini excruciati horribiliter et penitus interire.

Quam ingrata fuit Romana civitas Scipioni
liberatori suo, et in quibus moribus egerit quando eam
Salustius optimam fuisse describit. XXI c.

Porro inter secundum et postremum bellum
Carthaginense, quando Salustius optimis
moribus et maxima concordia dixit
egisse Romanos, multa enim praetereo suscepti operis
modum cogitans, eodem ipso ergo tempore morum
optimorum maximaeque concordiae Scipio ille Romae
Italiaeque liberator, eiusdemque belli Punici De bello
secundi tam horrendi tam exitiosi tam pe- Carthagi-
riculosi praeclarus mirabilisque confector, nensi Sa-
victor Hannibalis domitorque Carthaginis, lustio Sci-
cuius ab adulescentia vita describitur diis de- pione opi-
dita templisque nutrita, inimicorum accu- do liberato si-
sationibus cessit, carensque patria quam Hambale
sua virtute salvam et liberam reddidit, et Gneo
in oppido Linternensi egit consenuitque Mallio
vitam, post insignem suum triumphum proconsule
nullo illius urbis captus desiderio, ita triumphante
ut iussisse perhibeatur ne saltem mortuo de Gallo Graecia
in ingrata patria funus fieret. Deinde tunc et asiatica
primum per Gnaeum Manlium proconsulem de Gallo Grae- luxuria
cis triumphantem asiatica luxuria Romam omni
hoste peior inrepsit. Tunc enim primum lecti aerati et pretiosa
stragula visa perhibentur; tunc inductae in convivia
psaltriae et alia licentiosa nequitia. De invectione
Sed nunc de his malis quae intolerabi- lectorum
biliter homines patiuntur, non de his quae aeratorum stra-
libenter faciunt, dicere institui. Unde gularum co-
illud magis quod de Scipione commemoravi, minorum psal-
quod cedens inimicis extra patriam quam triarum et a
liberavit mortuus est, ad praesentem pertinet licentia neque
disputationem, quod ei Romana numina a quorum aerarum de Sci-
templis avertit Hannibalem non reddiderunt pione Hanni-
vicem, quae propter istam tantummodo coluntur bale Salustio
felicitatem. Sed quia Salustius eo tempore et bello
ibi dixit mores optimos fuisse, propterea Carthaginensi
hoc de asiatica luxuria commemorandum putavi,
ut intellegatur etiam illud a Salustio in comparatione
aliorum temporum dictum, quibus temporibus peiores utique
gravissimis discordiis mores fuerunt. Nam
tunc, id est inter secundum et postremum bellum Carthagini-
ensem, lata est etiam illa lex Voconia, ne quis heredem
feminam faceret, nec unicam filiam. Qua lege quid
iniquius dici aut cogitari possit De lege Vo-
ignoro. Verumtamen toto illo inter- conia ne
vallo duorum bellorum Punicorum tolerabilior quis here-
infelicitas fuit. Bellis tantummodo dem femi-
foris conterebatur exercitus, sed victoriis nam fa-
consolabatur; domi autem nullae sicut ceret
alias discordiae saeviebant. Sed ultimo
bello Punico uno impetu alterius Scipionis, qui ob
hoc etiam ipse Africani cognomen invenit, aemu-
la imperii Romani ab stirpe deleta est. Atque inde
tantis malorum aggeribus oppressa Romana res
publica, ut prosperitate ac securitate De bello Punico
rerum unde nimium corruptis mori- et alto Scipione
bus mala illa congesta sunt, plus Carthagine eius
nocuisse monstretur tam cito ev- justi de fide nu-
ersa quam prius nocuerat tamdiu mantino de Man-
adversa Carthago. Hoc toto tem- cino consule et
pore usque ad Caesarem Augustum, pullariis volatibus
qui videtur non adhuc vel ipsorum de caveа et au-
opinione gloriosam sed contentiosam gurio

et volunt

et pretiosa

et exitiosam et plane iam enervem atque languidam libertatem dicitur de eo extorsisse romanis et ad regale arbitrium cuncta revocasse, et quasi morbida vetustate collapsam veluti instaurasse ac renovasse rem publicam. Toto ergo isto tempore omitto ex aliis atque aliis causis atque etiam bellicas clades et numantinum fedus horrenda ignominia maculosum. Volaverant enim pulli de cavea et mancino consuli ut aiunt augurium malum fecerant, qui per tot annos quibus illa exigua civitas romanorum circumsessa exercitum afflixerat ipsique romane rei publice terrori esse iam ceperat. Alii contra eam malo augurio processerunt. Hec, inquam, omitto.

De mitridatis edicto quo omnes cives romanos qui intra asyam invenirentur iussit occidi. xxii capitulum

Quamvis illud nequaquam tacuerim, quod mitridates rex asye ubique in asya peregrinantes cives romanos atque innumerabili copia suis negociis intentos uno die occidi iussit et factum est. Quam illa miserabilis rerum facies erat subito quemque ubicumque fuisset inventus in agro in via in oppido in domo in vico in foro in templo in lecto inter convivium inopinate atque impie fuisse trucidatum. Quis gemitus morientium, que lacrime forsan spectantium et ferientium fuerunt. Quam dura necessitas hospitum non solum videndi nephandas illas cedes domi sue verum etiam perpetrandi ab illa blanda comoditate humanitatis repente mutatis vultibus ad hostile negocium in pace peragendum mutuis repente ut ita dicam omnino vulneribus cum percussus in corpore et percussor in animo ferietur. Num et isti omnes auguria contempserant? Num deos et domesticos et publicos cum de sedibus suis ad illam irremeabilem peregrinationem profecti sunt quos consulerent non habebant? Hoc si ita est non habent cur isti in hac causa de nostris temporibus conquerantur. Olim romani hec vana contempnunt. Si autem consuluerunt respondeant quid ista profuerunt quando per humanas dumtaxat leges nemine prohibente licuerunt.

Mitridates rex asye uno die diversis locis omnes cives romanos iussit occidi et quid profuerat romanis anguria et falsi dii.

De interioribus malis quibus romana res publica exagitata est precedente prodigio quod in rabie omnium animalium que hominibus serviunt. xxiii capitulum

Sed iam illa mala breviter quantum possumus commemoremus, que quanto interiora tanto miseriora extiterunt: discordie civiles vel potius inciviles. Nec iam seditiones sed etiam ipsa bella urbana ubi tantus sanguis effusus est, ubi partium studia non contentionum dissensionibus variisque vocibus in alterum sed plane iam ferro armisque seviebant; bella servilia bella civilia quantum romanum cruorem fuderunt, quantam ytalie vastacionem desertionemque fecerunt. Nam antequam se adversum romam sociale latium commoveret, cuncta animalia humanis usibus subdita, canes equi asini boves et queque alia pecora sub hominum dominio fuerunt subito efferata et domestice lenitatis oblita relictis tectis libera vagabantur et omnem non solum aliorum verum etiam dominorum adversabantur accessum non sine exitio vel periculo audentis si quis de proximo urgeret. Quanti mali fuit si signum fuit, quod tantum malum fuit si hoc etiam signum non fuit. Hoc si nostris temporibus accidisset rabidiores istos quam illi sua illa animalia pateremur.

Tempore christianitatis tot bella socialia bella servilia bella civilia et ytalia romana et intestina non sunt

Diversa genera animalium domestica efferata fuerunt quod tempore christianitatis factum non est

De discordia civili quam gracchane seditiones excitaverunt. xxiiii capitulum

Initium autem civilium malorum fuit seditio gracchorum agrariis legibus excitata. Volebant enim agros populo dividere quos nobilitas perperam possidebat. Sed iam vetustam iniquitatem audere convellere periculosissimum, immo vero ut res ipsa docuit perniciosissimum fuit. Que funera facta sunt cum prior gracchus occisus est, que etiam cum alius frater eius non longe interposito tempore. Neque enim legibus et ordine potestatum sed turbis armorumque conflictibus nobiles ignobilesque necabantur. Post gracchi alterius interfectionem lucius opimius consul qui adversus eum intra urbem arma commoverat eoque cum sociis oppresso et extincto ingentem civium stragem fecerat, cum questionem haberet iam iudiciaria inquisitione ceteros persequens tria milia hominum occidisse perhibetur. Ex quo intelligi potest quantam multitudinem mortium habere potuit turbidus conflictus armorum, quando tantam habuit iudiciorum velut examinata cognitio. Percussor gracchi ipsius caput quantum grave erat tanto auri pondere consuli vendidit. Hec enim pactio cedem precesserat, in qua etiam occisus est cum liberis marcus fulvius consularis.

Inicium civilium fuit bellorum a gracchis

De occisione nobilium gracchorum et multorum milium hominum per lucium opimium consulem, ubi etiam marcus fulvius consularis occisus est

De ede concordie ex senatus consulto in loco seditionum et cedium condita. xxv capitulum

Eleganti sane senatus consulto eo ipso loco ubi funereus tumultus ille commissus est, ubi tot cives ordinis cuiusque ceciderunt, edes concordie facta est, ut gracchorum pene testis concionantium oculos feriret memoriamque compungeret. Sed hoc quid aliud fuit quam irrisio deorum illi dee templum construere que si esset in civitate

Irrisio flor. deor. quod templum dee concordie factum est ubi tot milia perempta sunt quod potius discordie fieri debuit

non tantis dissensionibus dilacerata corrueret. Nisi forte sceleris huius rea concordia quia deseruerat animos ciuium meruit in illa ede tamquam in carcere includi. Cur enim si rebus gestis congruere voluerunt non ibi potius edem discordie fabricarunt? An ulla ratio redditur cur concordia dea et discordia dea non sit, ut secundum labeonis distinctionem bona sit ista, illa vero mala? Nec ipse aliud secutus videtur quam quod aduertit rome etiam febri sicut saluti templum constitutum. Eo modo igitur non tantum concordie verum et discordie constitui debuit. Periculose itaque romani tanta mala dea irata viuere voluerunt, nec troianum excidium recoluerunt originem ab eius offensione sumpsisse. Ipsa quippe quia inter deos non fuit inuitata, trium dearum litem aurei mali suppositione commenta est; unde rixa numinum et venus victrix et rapta helena et troya deleta. Quapropter si forte indignata quod inter deos in urbe nullum templum habere meruit, ideo iam turbabat tantis tumultibus ciuitatem, quanto atrocius potuit irritari, cum in loco illius cedis, hoc est in loco sui operis, aduersarie sue constitutam edem videret. Hec vana ridentibus nobis illi docti sapientesque stomachantur, et tamen numinum bonorum malorumque cultores de hac questione concordie discordieque non exeunt, siue pretermiserunt harum dearum cultum, eisque febrem bellonamque pretulerunt, quibus antiqua fana fecerunt, siue et istas coluerunt cum sic eos discedente concordia discordia seuiens usque ad ciuilia bella perduxit.

Irrisio florum quod templum dee concordie factum est cum tot mala repta sint quod potius discordie fieri debuit.

De labeone qui dicit templa febri et discordie deabus facta uel facta sit saluti et concordie deabus. Item de rapta helene et aureo malo inter tres deas iunone pallade et venere proiecto et excidio troiano.

De diuersis generibus belli que post conditam edem sunt secuta xxvi c.

Preclarum vero seditionibus obstaculum, edem concordie, testem cedis suppliciique gracchorum, concionantibus opponendam putarunt. Quantum ex hoc profecerint, indicant secuta peiora. Laborarunt enim deinceps concionatores non exemplum deuitare gracchorum, sed superare propositum: lucius saturninus tribunus plebis et gayus seruilius pretor et multo post marchus drusus, quorum omnium seditionibus cedes primo iam tunc grauissime, deinde socialia bella exarserunt, quibus ytalia vehementer afflicta et ad uastitatem mirabilem desertionemque perducta est. Bellum deinde seruile successit et bella ciuilia. Que prelia commissa sunt, quid sanguinis fusum est, ut omnes fere ytalie gentes quibus romanum maxime prepollebat imperium tamquam seua barbaries domarentur.

De lucio saturnino tribuno plebis, gayo seruilio pretore, marco druso, de bello seruili et ciuili et lxx gladiatoribus.

Iam ex paucissimis, hoc est minus quam lxx gladiatoribus, quemadmodum bellum seruile contractum sit, ad quantum numerum et quam acrem ferocemque peruenerit, quos ille numerus imperatores populi romani superauerit, quas et quomodo ciuitates regionesque uastauerit, vix qui historiam conscripserunt satis explicare potuerunt. Neque hoc solum fuit seruile bellum, sed et macedoniam prouinciam prius seruitia depredata sunt et deinde syciliam oramque maritimam. Quanta etiam et quam horrenda commiserint primo latrocinia, deinde ualida bella piratica, quis pro magnitudine rerum valeat eloqui?

De depredatione macedonie, sycilie, aliis locis maritimis, piratis, latrocinijs, bellis.

De bello ciuili mariano atque syllano capitulum xxvij

Cum vero marius ciuili sanguine iam cruentus, multis aduersarium sibi partium peremptis, victus urbe profugisset, vix paululum respirante ciuitate, ut verbis tullianis utar, superauit postea cynna cum mario. Tum vero clarissimis viris interfectis lumina ciuitatis extincta sunt. Ultus est huius victorie crudelitatem postea sylla, ne dici quidem opus est quanta diminutione ciuium et quanta calamitate rei publice. De hac enim vindicta, que perniciosior fuit quam si scelera que puniebantur impunita relinquerentur, ut ait lucanus: Excessit medicina modum, nimiumque secuta est Qua morbi duxere manus. Periere nocentes, Sed cum iam soli possent superesse nocentes. Illo bello mariano atque syllano, exceptis his qui foris in acie ceciderunt, in ipsa quoque urbe cadaueribus vici platee fora theatra templa completa sunt, ut difficile iudicaretur quando victores plus funerum ediderunt, utrum prius ut vincerent an postea quia vicissent. Cum primum victoria mariana, quando de exilio se ipse restituit, exceptis passim quaquauersum cedibus factis, caput octauij consulis ponebatur in rostris, cesar et fimbria domibus suis trucidarentur, bebius et numitorius unco tracti sparsis visceribus interirent, catulus hausto veneno se manibus inimicorum subtraheret, merula flamen dyalis precisis venis iouem etiam suo sanguine litaret. In ipsius autem marij oculis continuo feriebantur quibus salutantibus dexteram porrigere noluisset.

De cymna et mario viris clarissimis interfectis.

De bello syllano mariano et cedibus, octauio consule, cesare, fymbria, cruciatis bebyo numitorio cum stratis et catulo veneno(?) et merula flamine dyali tyrato(?)

crassi mactat

duo crassi pater et filius in conspectu mutuo mactarentur

Qualis fuit syllana victoria vindex mariane crudelitatis xxviij

Syllana vero secuta victoria, huius videlicet vindex crudelitatis, post tantum sanguinem ciuium

i empta

quo fuso fuerat comparata, finito iam bello inimicitiis viventibus crudelius in pace grassata est. Iam etiam post Marii maioris pristinas ac recentissimas cedes, addite fuerant alie graviores a Mario iuniore atque Carbone earundem partium Marianarum, qui Sylla imminente non solum victoriam verum etiam ipsorum desperantes salutem, cuncta suis aliis cedibus impleverant. Nam preter stragem late per diversa diffusam, obsesso etiam senatu, de ipsa curia tamquam de carcere producebantur ad gladium. Mucius Scevola pontifex quoniam nichil apud Romanos templo Veste sanctius habebatur, aram ipsam amplexus, occisus est. Ignemque illum qui perpetua cura virginum semper ardebat, suo pene sanguine extinxit. Urbem deinde Sylla victor intravit, qui in villa publica non iam bello sed et pace seviente septem milia peditorum unde utique inermia non pugnando sed iubendo prostravit. In urbe autem tota quem vellet Sylle unusquisque feriebat, unde tot funera numerari omnino non poterant, donec Sylle suggereretur sinendos esse aliquos vivere, ut essent quibus possent imperare qui vicerant. Tunc iam cohibita que hac atque hac passim furibunda ferebatur licentia iugulandi, tabula illa cum magna gratulatione proposita est, que hominum ex utroque ordine splendido equestri scilicet atque senatorio occidendorum ac proscribendorum duo milia continebat. Contristabat numerus sed consolabatur modus. Nec quantum tot cadebant tantum erat meroris, quantum leticie quod ceteri non timebant. Sed in quibusdam eorum qui mori iussi erant etiam ipsa licet crudelis ceterorum securitas genera mortium exquisita congemuit. Quendam enim sine ferro laniantium manus diripuerunt, immanius homines hominem vivum quam bestie solent discerpere cadaver abiectum. Alius oculis effossis et particulatim membris amputatis in tantis cruciatibus diu vivere vel potius diu mori coactus est. Subhastate sunt etiam tamquam ville quedam nobiles civitates. Una vero velut unus reus duci iuberetur sic tota iussa est trucidari. Hec facta sunt in pace post bellum non ut acceleraretur obtinenda victoria sed ne contempneretur obtenta. Pax cum bello de crudelitate certavit et vicit. Illud enim prostravit armatos, ista nudatos. Bellum erat ut qui feriebatur si posset feriret; pax autem non ut qui evaserat viveret sed ut moriens non repugnaret.

De mario iuniore carbone senatu obsesso et gladiis occiso per syllam et scevola pontifice in templo veste dee tempore pacis et multi romani passim interfecti et mutilati.

ciat precestinorum — *q una i preneste*

De comparatione gothice irruptionis cum eis cladibus quas romani vel a gallis vel a bellorum civilium auctoribus exceperunt. xxix.

Que rabies exterarum gentium que sevicia barbarorum huic de civibus victorie civium comparari potest? Quid Roma funestius tetrius amarius vidit? utrum olim et Gallorum et paulo ante Gothorum irruptionem, an Marii et Sylle aliorumque in eorum partibus virorum clarissimorum tamquam suorum luminum in sua membra feritatem? Galli quidem trucidaverunt senatum, quicquid eius in urbe tota preter arcem capitolinam que sola utcumque defensa est reperire potuerunt, sed in illo colle constitutis auro vitam saltem vendiderunt, quam etsi ferro rapere non possent, possent tamen obsidione consumere. Gothi vero tam multis senatoribus pepercerunt, ut magis mirum sit quod aliquos peremerunt. At vero Sylla vivo adhuc Mario ipsum capitolium quod a Gallis tutum fuit ad decernendas cedes victor insedit. Et cum fuga Marius lapsus esset ferocior cruentiorque rediturus, iste in capitolio per senatus etiam consultum tam multos vita rebusque privavit. Mariane autem partibus Sylla absente quid sanctum cui parcerent fuit, quando Mucio civi senatori pontifici aram ipsam ubi erant ut aiunt fata romana miseris amplexibus ambienti non pepercerunt? Syllana vero tabula illa postrema ut omittamus alias innumerabiles mortes plures iugulavit senatores quam Gothi expoliare potuerunt. Qua igitur fronte quo corde qua impudentia qua insipientia vel potius amentia illa diis suis non imputant et hec nostro imputant Christo?

Quod gothy et galli gentes extere pluribus romanis pepercerunt et capitolio quam sylla et marius qui post duo milia occidendorum in tabula contemptorum sunt infinitos occaverunt.

De connexione bellorum que adventum Christi plurima et gravissima precesserunt. xxx. c.

Crudelia bella civilia omnibus bellis hostibus auctoribus eciam eorum fatentibus amariora, quibus illa res publica non afflicta sed omnino perdita iudicata est, longe ante adventum Christi exorta sunt et scelerarum concatenatione causarum a bello Mariano atque Syllano ad bella Sertorii et Catiline, quorum a Sylla fuerat ille proscriptus, ille nutritus, inde ad Lepidi et Catuli bellum, quorum alter gesta Syllana rescindere, alter defendere cupiebat, inde ad Pompei et Cesaris, quorum Pompeius sectator Sylle fuerat, cuiusque potenciam vel equaverat vel iam etiam superaverat; Cesar autem Pompei potentiam non ferebat, sed quia non habebat, quam tamen illo victo interfectoque transcendit. Hinc ad alium Cesarem qui post Augustus appellatus est pervenerunt, quo imperante natus est Christus. Nam et ipse Augustus cum multis gessit bella civilia, et in eis etiam multi clarissimi

Quod romani imputant christo civilia bella et non falsis diis suis cum ante adventum christi bellum syllanum marianum sertorianum et catiline lepidi et catuli et alia grassarentur.

De pompeio cesare augusto cicerone desertissimo Gayo cesare.

viri perierunt, inter quos et Cicero disertus ille artifex regende rei publice. Pompeyum quippe victorem Gayum Cesarem, qui victoriam civilem clementer exercuit suisque adversariis vitam dignitatemque donavit, tamquam regni appetitorem quorundam nobilium coniuracio senatorum velut pro rei publice libertate in ipsa curia trucidavit. Huius deinde potenciam multum moribus dispar viciisque omnibus inquinatus atque corruptus affectare videbatur Antonius, [cui vehementer pro eadem illa velut patrie libertate Cicero resistebat.] Tunc emerserat mirabilis indolis adolescens ille alius Cesar, illius Gayi Cesaris filius adoptivus, qui ut dixi postea est appellatus Augustus. Huic adolescenti Cesari, ut eius potencia contra Antonium nutriretur, Cicero favebat, sperans eum depulsa et oppressa Anthonii dominacione instauraturum rei publice libertatem, usque adeo cecus atque improvidus futurorum, ut ille ipse iuvenis, cuius dignitatem ac potestatem fovebat, et eundem Ciceronem occidendum Anthonio quadam quasi concordie pactione permitteret et ipsam libertatem rei publice, pro qua multum ille clamaverat, dicioni proprie subiugaret.

Augustus Gayus filius adoptivus consilio Ciceronis pro re publica contra Anthonium processit et oppressit, quem ipse immemor beneficii sub pacto Anthonio permisit occidendum.

Quam impudenter presentia incommoda Christo imputent, qui deos colere non sinuntur, cum tante clades eo tempore quo colebantur extiterint. c. xxxi

Deos suos accusent de tantis malis, qui Christo nostro ingrati sunt de tantis bonis. Certe quando illa mala fiebant, calebant are numinum Sabeo thure sertisque recentibus halabant, clarebat sacerdocia, fana renitebant, sacrificabatur, ludebatur, furebatur in templis, quando passim tantus civium sanguis a civibus non modo in ceteris locis, verum etiam inter ipsa quoque deorum altaria fundebatur. Non elegit templum quo confugeret Tullius, quia frustra elegerat Mucius. Hii vero qui multo indignius insultant temporibus christianis, aut ad loca Christo dicatissima confugerunt aut illuc eos ut viverent eciam ipsi barbari deduxerunt. Illud scio et hoc mecum quisquis sine studio parcium iudicat facillime agnoscit, ut omittam cetera que multa commemoravi et alia multo plura que commemorare longum putavi: si humanum genus ante bella Punica christianam reciperet disciplinam et consequeretur rerum tanta vastacio, quanta illis bellis Europam Affricamque contrivit, nullus talium quales nunc patimur nisi christiane religioni mala illa tribuisset. Multo autem minus eorum voces tolerarentur, quantum attinet ad Romanos, si christiane religionis recepcionem et diffamacionem vel irrupcio illa Gallorum vel Tyberini fluminis igniumque illa depopulacio vel, quod cuncta mala precedit, bella illa civilia sequerentur. Mala etiam

Romani imputent diis suis tanta mala urbi irrogata seu Rome et Affrice et non Cristo.

Si tempore christianorum Gallorum, Tyberini fluminis, ignium, famis depopulacio Romanis et alia accidissent, ut quondam fidelibus christianis pro omnibus obicerentur.

alia que usque adeo incredibiliter acciderunt, ut inter prodigia numerarentur, si christianis temporibus accidissent, quibus ea nisi christianis hominibus tamquam crimina obicerentur? Omitto quippe illa que magis fuerunt mira quam noxia: boves locutos, infantes nondum natos de uteris matrum quedam verba clamasse, volasse serpentes, feminas et gallinas et homines in masculinum sexum fuisse conversas et cetera huiusmodi, que in eorum libris non fabulosis sed historicis, seu vera seu falsa sint, non inferunt hominibus perniciem sed stuporem. Sed cum pluit terra, cum pluit creta, cum pluit lapidibus (non ut grando appellari solet hoc nomine, sed omnino lapidibus), hec profecto etiam graviter ledere potuerunt. Legimus apud eos Ethneis ignibus ab ipso montis vertice usque ad litus proximum decurrentibus ita mare ferbuisse, ut rupes exurerentur et pices navium solverentur. Hoc utique non leviter noxium fuit, quamvis incredibiliter mirum. Eodem rursus estu ignium tanta vi favillae scripserunt oppletam esse Siciliam, ut Cathinensis urbis tecta obruta et oppressa diruerent. Qua calamitate permoti misericorditer eiusdem anni tributum ei relaxavere Romani. Locustarum etiam in Affrica multitudinem prodigii similem fuisse, cum iam esset populi Romani provincia, litteris mandaverunt. Consumptis enim fructibus foliisque lignorum ingenti atque inestimabili nube in mare dicunt esse deiectam, qua mortua redditaque litoribus atque hinc aere corrupto tantam ortam pestilenciam, ut in solo regno Masinisse octingenta milia hominum perisse referantur et multo amplius in terris litoribus proximis. Tunc Utice ex triginta milibus iuniorum que ibi erant decem remansisse confirmant. Talis itaque vanitas, qualem ferimus eique respondere compellimur, quid horum non christiane religioni tribueret, si christianis temporibus videret? Et tamen diis suis ista non tribuunt, quorum cultum ideo requirunt, ne ista vel minora paciantur, cum ea maiora pertulerint a quibus antea colebantur.

Boves locutos, infantes nondum natos de uteris matrum quedam verba clamasse, volasse serpentes, feminas et gallinas in masculinum sexum conversas historie tradunt.

De pluvia terre, creta, cum lapidibus et de igne Ethne fuisse mare ut rupes exurerentur, et faville totam Siciliam texerunt et Catinensis civitatis tecta irruerunt.

De multitudine locustarum in Affrica, que omnes fructus et folia consumpserunt, que proiectum in mare proiecta octingenta milium hominum dicuntur perisse in fetore.

Incipiunt tituli libri quarti Sancti Augustini

De hiis que primo volumine disputata sunt. i

De hiis que libro secundo et tercio continentur. ii

An altitudo imperii, que non nisi bellis acquiritur, in bonis sive sapiencium habenda sit sive felicium. iii

Quam similia sint latrociniis regna absque iusticia. iiii

De fugitivis gladiatoribus, quorum potencia similis fuit regie dignitati. v

De cupiditate Nini regis, qui ut lacius

diuaretur primus intulit bella finitimus vi An regna terrena inter profectus suos atque defectus deorum inueniuntur uel destituantur auxilio vii. Quorum deorum presidio putent romani imperium suum auctum atque seruatum cum singulis vix singularum rerum tuitionem committendam esse crediderint viii An imperii romani et diuturnitas ioui fuerat ascribenda quem summum deum cultores ipsius opinantur ix. Quas opiniones secuti sunt qui diuersos deos diuersis mundi partibus preficerunt x. de multis diis quos doctores paganorum unum eundemque iouem esse defendunt xi de opinione eorum qui deum animam mundi et mundum corpus dei esse putauerunt xii de hiis qui sola rationalia animancia partes esse unius dei asserunt xiii Augmenta regnorum ioui an congruenter ascribi cum si ut uolunt dea est victoria ipsa huic negocio sola sufficeret xiiii. An congruat bonis latius velle regnare xv. Quid sit quod romani omnibus rebus et omnibus motibus deos singulos deputantes edem quietis extra portas esse voluerunt xvi An si iouis summa potestas est etiam victoria dei debuerit estimari xvii felicitatem et fortunam qui deos putauit qua ratione secernant xviii. De fortuna muliebri xix de virtute et fide quas pagani templis et sacris honorauerunt pretermittentes alia bona que similiter colenda fuerunt si recte aliis diuinitas tribuebatur xx Quod unum non intelligentes deum saltem felicitate debuerint esse contenti xxi + de scientia colendorum deorum quam a se varro gloriatur collatam esse romanis xxii. de felicitate quam [romanum] multorum veneratione deorum diu non coluerunt honore diuino cum pro omnibus sola sufficeret xxiii Qua ratione defendant pagani quod inter deos colant ipsa dona diuina xxiiii de vno tamen colendo deo qui licet nomine ignoretur tamen felicitatis dator esse sentitur xxv. de ludis scenicis quos sibi dii celebrari a suis cultoribus exegerunt xxvi de tribus generibus deorum quos [et] de quibus scenola pontifex disputauit xxvii An ad optinendum dilatandumque regnum profuerint romanis cultus deorum xxviii de falsitate auspicii quo romani regni fortitudo stabilitas visa est indicari xxix Qualia de hiis generantur etiam cultores eorum se sentire fatearentur xxx. De opinionibus varronis qui reprobata persuasione popularis licet ad noticiam veri dei non peruenit unum tamen deum colendum esse censuit xxxi. Ob quam spem vtilitatis principes gentium apud subiectos sibi populos falsas religiones voluerunt permanere xxxii Quod iudicio et potestate dei veri omnium regum atque regnorum ordinata sunt tempora xxxiii de regno iudeorum quod ab vno et uero deo institutum atque seruatum est donec in vera religione manserunt xxxiiii Incipit liber iiii Aurelii Augustini de Ciuitate dei de hiis que primo volumine disputata sunt i.

De ciuitate

dei dicere exorsus prius respondendum putaui eius inimicis qui terrena gaudia consectantes rebusque fugacibus inhiantes quicquid triste in eis sentiunt misericordia potius admonentis dei quam punientis seueritate patiuntur religioni insultant christiane que una est salubris et vera religio. Et quoniam cum sit in eis etiam vulgus indoctum velut doctorum auctoritate in odium nostrum grauius irritantur existimantibus imperitis ea que suis temporibus insolite acciderint per alia retro tempora accidere non solere eorumque opinionem etiam hiis qui eam falsam esse nouerunt ut aduersus nos iusta murmura habere videantur sue scientie dissimulatione firmantibus de libris quos auctores eorum ad cognoscendam preteritorum temporum hystoriam memorie mandauerunt longe aliter esse quam putant demonstrandum fuit et simul docendum deos falsos quos uel palam colebant uel occulte adhuc colunt eos esse inmundissimos spiritus et malignissimos et fallacissimos demones usque adeo ut aut veris aut fictis criminibus suis tamen delectentur que sibi celebrari per sua festa voluerunt ut a perpetrandis dampnabilibus factis humana reuocari non possit infirmitas dum ad hec imitanda velut diuina probetur auctoritas. Hec non ex nostra coniectura probauimus sed partim ex recenti memoria

De hiis que libro secundo et tercio continentur. i.

Quia et ipsi vidimus talia et talibus numinibus exhiberi partim ex litteris eorum qui non tamquam in contumeliam sed tamquam in honorem deorum suorum ista conscripta posteris reliquerunt ita ut vir doctissimus aput eos varro et grauissime auctoritatis cum rerum humanarum atque diuinarum dispartitos faceret libros alios humanis alios diuinis pro sua cuiusque rei dignitate distribuens non saltem in rebus humanis sed in rebus diuinis ludos scenicos poneret. Cum utique si tantummodo boni et honesti homines in ciuitate essent nec in rebus humanis ludi scenici esse debuissent quod profecto non auctoritate sua fecit sed quoniam eos Rome natus et educatus in diuinis rebus inuenit. Et quoniam in fine primi libri que deinceps dicenda essent breuiter posuimus et ex hiis quedam in duobus consequentibus diximus expectationi legencium que restant reddenda cognoscimus. Promiseramus ergo quedam nos esse dicturos aduersus eos qui romane rei publice mala in religionem nostram referunt et commemoraturos quecumque et quantacumque occurrere potuissent uel satis esse viderentur mala que illa ciuitas pertulit uel ad eius imperium prouincie pertinentes antequam eorum sacrificia prohibita fuissent que omnia procul dubio nobis tribuerent si iam uel illis clareret nostra religio uel ita eos a sacris sacrilegus prohiberet. Hec in secundo et tercio libro satis quantum existimo absoluimus. In secundo agentes de malis

Quomodo uarro in libris suis magne auctoritatis ludos scenicos posuit

moriim

morum, que mala vel sola vel maxima deputanda sunt. Post hec autem de his malis, que stulti sola perpeti exhorrent, corporis videlicet et externarum rerum, que plerumque patiuntur et boni; illa vero mala non dico patienter, sed libenter habent, quibus ipsi fiunt mali. Et quam pauca dixi de ipsa sola civitate atque eius imperio; nec inde omnia usque ad Cesarem Augustum. Quid si commemorare voluissem et exaggerare illa mala, que non sibi invicem homines faciunt, sicut sunt vastationes eversionesque bellantium, sed ex ipsius mundi elementis terrenis accidunt rebus, que uno loco Apuleius breviter stringit in eo libello quem de mundo scripsit, terrena omnia dicens mutationes, conversiones et interitus habere. Nam inmodicis tremoribus terrarum, ut verbis eius utar, dissiluisse humum et interceptas urbes cum populis dicit; abruptis etiam imbribus prolutas totas esse regiones; illas etiam que prius fuerant continentes, hospitibus atque advenis fluctibus insulatas, aliasque desidia maris pede pervias factas; ventis et procellis eversas esse civitates; incendia de nubibus emicasse, quibus orientis regiones conflagrate perierunt; et in occidentis plagis scaturigines quasdam ac proluviones easdem strages dedisse. Sic ex Ethne verticibus quondam effusis crateribus divino incendio per declivia torrentis vice flammarum flumina cucurrisse. Si hec atque huiusmodi, que habet historia, unde possem colligere voluissem, quando finissem que illis temporibus evenerunt antequam Christi nomen ulla istorum vana et veraci saluti perniciosa compresserit? Promiseram etiam me demonstraturum quos eorum mores et quam ob causam deus verus ad augendum imperium adiuvare dignatus est, in cuius potestate sunt omnia regna; quamque nichil ad eos adiuverint hii quos deos putant, et potius quantum decipiendo et fallendo nocuerint. Unde nunc mihi video esse dicendum et magis de incrementis imperii Romani. Nam de noxia fallacia demonum, quos velut deos colebant, quantum malorum invexerit moribus eorum, in secundo maxime libro non pauca iam dicta sunt. Per omnes autem absolutos tres libros, ubi oportunum visum est, commendavimus etiam in ipsis bellicis malis quantum solaciorum deus per Christi nomen, cui tantum honorem barbari detulerunt preter bellorum morem, bonis malisque contulerit, quomodo qui facit solem suum oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Iam itaque videamus quale sit quod tantam latitudinem ac diuturnitatem imperii Romani illis diis audent

Quid secundus tercius que libri tenerant

intensiones remissiones

In libro de mundo Apuleii platonici demonstratur(?) terre urbes interceptas

Quod deus verus ihesus Christus auxit imperium et non augustus vel filii dei

tribuere, quos etiam per turpium ludorum obsequia et per turpium hominum ministeria se honeste coluisse contendunt.

An altitudo imperii que non nisi bellis acquiritur in bonis sive sapientibus habenda sit sine felicitate. iii c

Quamquam prius vellem paululum inquirere que sit ratio, que prudentia, cum hominum felicitatem non possis ostendere semper in bellicis cladibus et in sanguine civili vel hostili, tamen humano, cum tenebroso timore et cruenta cupiditate versantium, ut vitree leticie comparetur fragilis splendida, cui timetur horribilius ne repente frangatur, de imperii latitudine ac magnitudine velle gloriari. Hoc ut facilius diiudicetur, non vanescamus inani ventositate iactati atque obtundamus intencionis aciem altisonis vocabulis rerum, cum audimus populos, regna, provincias; sed duos constituamus homines (nam singulus quisque homo, ut in sermone una littera, ita quasi elementum est civitatis et regni, quantalibet terrarum occupacione latissimi), quorum duorum hominum unum pauperem vel potius mediocrem, alium predivitem cogitemus; sed divitem timoribus anxium, meroribus tabescentem, cupiditate flagrantem, numquam securum, semper inquietum, perpetuis inimiciarum contencionibus anhelantem, augentem sane his miseriis patrimonium suum in inmensum atque illis augmentis curas quoque amarissimas exaggerantem; mediocrem vero illum re familiari parva atque succincta sibi sufficientem, carissimum suis, cum cognatis, vicinis, amicis dulcissima pace gaudentem, pietate religiosum, benignum mente, sanum corpore, vita parcum, moribus castum, consciencia securum: nescio utrum quisquam ita desipiat ut audeat dubitare quem preferat. Ut ergo in his duobus hominibus, ita in duabus familiis, ita in duobus populis, ita in duobus regnis regula sequitur equitatis; qua vigilanter adhibita si nostra intencio corrigatur, facillime videbimus ubi habitat vanitas et ubi felicitas. Quapropter si deus verus colatur eique sacris veracibus et bonis moribus serviatur, utile est ut boni longe lateque diu regnent. Neque hoc tam ipsis quam illis utile est quibus regnant. Nam quantum ad ipsos pertinet, pietas et probitas eorum, que magna dona dei sunt, sufficit eis ad veram felicitatem, qua et ista vita bene agatur et postea percipiatur eterna. In hac ergo terra regnum bonorum non tam illis prestatur quam rebus humanis. Malorum vero regnum magis regnantibus nocet, qui suos animos vastant scelerum maiore licencia. His autem qui eis serviendo subduntur non nocet nisi propria iniquitas. Nam iustis quidquid malorum ab iniquis dominis irrogatur

De imperii latitudine et de duobus viris, uno divite anxio et alio paupere et benigno.

non est pena criminis sed virtutis examen. Proinde bonus eciam si serviat liber est. Malus autem si eciam regnet servus est, nec unius hominis sed quod est gravius tot dominorum quot viciorum, de quibus viciis cum ageret scriptura divina: A quo enim quis inquid victus est, huic et servus addictus est.

De regnis bonorum et malorum

Quam similia sint latrociniis regna absque iusticia capitulum .iiij.

Remota itaque iusticia, quid sunt regna nisi magna latrocinia? quia et ipsa latrocinia quid sunt nisi parva regna? Manus et ipsa hominum est, imperio principis regitur, pacto societatis astringitur, placiti lege preda dividitur. Hoc malum si in tantum perditorum hominum accessibus crescit ut et loca teneat, sedes constituat, civitates occupet, populos subiuget, evidencius regni nomen assumit, quod ei iam in manifesto confert non dempta cupiditas, sed addita impunitas. Eleganter enim et veraciter Allexandro illi magno quidam comprehensus pirata respondit. Nam idem rex cum hominem interrogasset quid ei videretur ut mare haberet infestum, ille libera contumacia: Quod tibi inquit ut orbem terrarum, sed quia id ego exiguo navigio facio latro vocor, quia tu magna classe imperator.

Responsio unius pirate ad allexandrum magnum macedonem et [illegible]

De fugitivis gladiatoribus quorum potencia fuit regie dignitati .v.

Proinde omitto querere quales Romulus congregaverit, quoniam multum eis consultum est, ut ex illa vita dato sibi consorcio civitatis penas debitas cogitare desisterent, quarum metus eos in maiora facinora propellebat, ut deinceps paciores essent rebus humanis. Hoc dico, quod ipsum romanum imperium iam magnum multis gentibus subiugatis ceterisque terribile, acerbe sensit graviter timuit non parvo negocio devitande ingentis cladis oppressum, quando paucissimi gladiatores in campania de ludo fugientes magnum exercitum compararunt, tres duces habuerunt, ytaliam latissime et crudelissime vastaverunt. Dicant quis istos deus adiuverit ut ex parvo et contemptibili latrocinio pervenirent ad regnum tantis iam romanis viribus arcibusque metuendum. An quia diu non fuerunt, ideo divinitus negabuntur adiuti? Quasi vero ipsa cuiuslibet hominis vita diuturna sit. Isto ergo pacto nec ullum dii adiuvant ad regnandum, quoniam singuli quique moriuntur cito. Nec beneficium deputandum est quod exiguo tempore in uno quoque homine ac per hoc singillatim utique in omnibus vice vaporis evanescit. Quid enim interest eorum qui sub romulo deos coluerunt

Bellum gladiatorum in ytalia fugiencium de campania

et olim sunt mortui, quod post eorum mortem romanum tantum crevit imperium, cum illi apud inferos causas suas agant, utrum bonas an malas, ad rem presentem non pertinet. Hoc autem intelligendum est de omnibus qui per ipsum imperium, quamvis decedentibus succedentibusque mortalibus in longa spacia protendatur, paucis diebus vite sue cursim raptimque transierunt actuum suorum sarcinas baiulantes. Si autem eciam ipsius brevissimi temporis beneficia deorum adiutorio tribuenda sunt, non parum adiuti sunt illi gladiatores qui servilis condicionis vincula ruperunt, fugerunt, evaserunt, exercitum magnum et fortissimum collegerunt, obedientes suorum regum consiliis et iussis multum romane celsitudini metuendi et aliquot romanis imperatoribus insuperabiles multa ceperunt, potiti sunt victoriis plurimis, usi voluptatibus quibus voluerunt, quod suggessit libido fecerunt, postremo donec vincerentur quod difficillime factum est, sublimes regnantesque vixerunt.

Quid valet hiis illis qui mortui sunt sub romulo et deos coluerunt quod nunc imperium est amplificatum

De cupiditate nini regis qui ut late dominaretur primus intulit bella finitimis .vi.

Sed ad maiora veniamus. Iustinus qui grecam vel potius peregrinam trogum pompeium secutus, non latine tantum sicut ille, verum eciam breviter scripsit hystoriam, opus librorum suorum sic incipit: Principio rerum gencium nacionumque imperium penes reges erat, quos ad fastigium huius maiestatis non ambicio popularis, sed spectata inter bonos moderacio provehebat. Populi nullis legibus tenebantur, fines imperii tueri magis quam proferre mos erat; intra suam cuique patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus rex assyriorum veterem et quasi avitum gentibus morem nova imperii cupiditate mutavit. Hic primus intulit bella finitimis et rudes adhuc ad resistendum populos ad terminos usque libie perdomuit. Et paulo post: Ninus inquid magnitudinem quesite dominacionis continua possessione firmavit. Domitis igitur proximis cum accessione virium forcior ad alios transiret, et proxima queque victoria instrumentum sequentis esset, tocius orientis populos subegit. Qualibet autem fide rerum vel iste vel trogus scripserit — nam quedam illos fuisse mentitos alie fideliores littere ostendunt — constat tamen et inter alios scriptores regnum assyriorum a nino rege fuisse longe lateque porrectum. Tam diu autem perseveravit ut romanum nondum sit eius etatis. Nam sicut scribunt qui cronicam hystoriam prosecuti sunt, mille ducentos et xl. annos ab anno primo quo ninus regnare cepit permansit hoc regnum, donec transferretur ad medos. Inferre autem bella

De iustino qui trogum pompeium secutus in historia et de nino rege assiriorum

Regnum assyriorum duravit M.cc. et xl. annos donec translatum fuit ad medos sine adiutorio deorum et quod romani dicunt de falsis diis

finitimos et in cetera inde procedere/ ac populos sibi non molestos sola regni cupiditate conterere/ et subdere quid aliud quam grande latrocinium nominandum est

An regna terrena inter profectus suos atque defectus deorum iuventur uel destituantur auxilio vij

Si nullo deorum adiutorio tam magnum hoc regnum et prolixum [Romanus] fuit quare diis tribuitur romanum regnum/ latis amplum/ temporibus diuturnum/ quecumque enim causa est illa/ eadem etiam ista est/ Si autem et illud deorum adiutorio tribuendum esse contendunt/ quero quorum/ non enim alie gentes quas Ninus domuit et subegit alios tunc colebant deos/ Aut si proprios habuerunt assirii quasi peritiores fabros/ imperii construendi atque servandi/ numquid iam mortui sunt quando et ipsi imperium perdiderunt/ aut mercede non sibi reddita vel alia maiora promissa/ ad medos transire maluerunt/ atque inde rursus ad persas tyro invitante et aliquid commodius pollicente/ que gens non angustis orientis finibus/ post alexandri macedonis regnum/ magnum locis sed brevissimum tempore in suo regno adhuc usque perdurat/ Hoc si ita est aut infideles dii sunt qui suos deserunt et ad hostes transeunt/ quod nec homo fecit camillus/ quando victor et expugnator adversissime civitatis/ romam cui vicerat sensit ingratam/ quam tamen postea oblitus iniurie memor patrie a gallis iterum liberavit/ Aut non ita fortes sunt ut deos esse fortes decet qui possunt humanis vel consiliis vel viribus vinci/ Aut si cum inter se belligerant non dii ab hominibus/ sed dii ab aliis diis forte vincuntur qui sunt quarumque propriarum civitatum/ habent ergo et ipsi inter se inimicitias quas pro sua quisque parte susceperunt/ Non itaque deos suos debuit colere civitas/ magis quam alios a quibus adiuvarentur sui/ postremo quomodo se habeat deorum iste vel transitus vel fuga vel migratio vel in pugna defectio/ nondum illis temporibus/ atque in illis terrarum partibus christi nomen fuerat predicatum/ quando illa regna per ingentes bellicas clades amissa atque translata sunt/ Nam si post mille ducentos et quod excurrit annos/ quando regnum assyriis ablatum est/ iam ibi christiana religio/ aliud regnum predicaret eternum/ et deorum falsorum cultus sacrilegos inhiberet/ Quid aliud illius gentis vani homines dicerent nisi regnum quod tam diu conservatum est nulla alia causa/ nisi suis religionibus desertis/ et illa recepta perire potuisse/ In qua voce vanitatis que poterat esse isti attendant/ speculum suum et similia conqueri/ si ullus in eis pudor est erubescant/ quamquam romanum imperium afflictum est potius quam mutatum/ quod et aliis ante

De tyro rege persarum et medorum et de alexandro macedone et camillo et de falsis diis

Nota quod nondum christus predicatum tempore ubi falsi dii inter se inimicitias habuerunt

christi nomen temporibus ei contigit/ et ab illa est afflictione recreatum/ quod nec istis temporibus desperandum est/ Quis enim de hac re novit voluntatem dei

Quorum deorum presidio putent romani imperium suum auctum atque servatum cum singulis vix singularum rerum tuitionem committendam esse crediderint/ viij.

Deinde queramus si placet/ ex tanta deorum turba quam romani colebant/ quem potissimum vel quos deos credant illud imperium dilatasse atque servasse/ Neque enim in hoc tam preclaro opere/ et tante plenissime dignitatis/ audent aliquas partes dee cluacine tribuere vel volupie/ que a voluptate appellata est/ aut lupentine cui nomen est a libidine/ aut vagitano qui infantium vagitibus presidet/ aut cumine cunis que eorum administrat/ quando autem possunt uno loco libri huius commemorari omnia nomina deorum et dearum que illi grandibus voluminibus vix comprehendere potuerunt/ singulis rebus propria dispartientes officia numinum/ nec agrorum munus uni alicui deo committendum arbitrati sunt/ sed rura dee rusine/ iuga montium deo iugatino/ collibus deam collinam/ vallibus vallonam prefecerunt/ Nec saltem potuerunt unam segeciam talem invenire/ cui semel segetes commendarent/ sed sata frumenta quamdiu sub terra essent/ prepositam voluerunt habere deam seiam/ cum vero iam essent super terram et segetem facerent deam segetiam/ frumentis vero collectis atque conditis ut tuto servarentur deam tutilinam preposuerunt/ cui non sufficere videretur illa segecia/ quamdiu seges ab initiis herbidis usque ad aristas aridas perveniret/ Non tamen satis fuit hominibus deorum multitudinem amantibus/ ut anima misera demoniorum turbe prostitueretur/ unius dei veri castum dedignata complexum/ Prefecerunt ergo proserpinam frumentis germinantibus/ geniculis nodisque culmorum deum nodutum/ involumentis folliculorum deam volutinam/ cum folliculi patescunt ut spica exeat deam patelenam/ cum segetes novis aristis equantur/ quia veteres equare hostire dixerunt/ deam hostilinam/ florentibus frumentis deam florem/ lactescentibus deum lacturnum/ maturescentibus deam matutam/ Cum runcantur id est a terra auferuntur/ deam runcinam/ Nec omnia commemoro/ quia me piget quod illos non pudet/ hec autem paucissima ideo dixi ut intelligeretur nullo modo eos dicere audere ista numina imperium auxisse conservasse constituisse romanum/ que sic suis quaeque adhibebantur officiis ut nihil universum uni alicui crederetur/ Quando ergo segecia curaret imperium/ cui curam gerere simul et segetibus et arboribus non licebat/ Quando de armis cunina cogitaret/ cuius prepositura parvulorum cunas non permittebatur excedere

De quibus deorum potissimum inter deos falsos habeatur dee cluacine voluptae lupentine aut cunine attribuatur vel vatigano nodato rusine iugatino collino vallonie segetie seie tutiline no

De proserpina volutina patelena hostilina flora lacturno matutina runcina quod hec numina imperium non auxerunt

Cur nodotus adiuuaret in bello / qui nec ad sollicitan-
spite / sed tamen admodum geniali pertinebat / unusquisque
domus sue ponit hostiarium / et quia homo est omnino
sufficit / tres deos isti posuerunt / Forculum foribus
/ Cardeam cardini / Limentinum limini / Ita non po-
terat Forculus simul fores et cardinem limenque seruare
Omissa igitur ista turba minutorum deorum / vel ali-
quantum intermissa officium maiorum deorum / debemus
inquirere quo Roma tam magna facta est ut
tam diu tot gentibus imperaret An imperii ro-
mani amplitudo et diuturnitas Ioui fuit ascriben-
da quem summum deum cultores ipsius opinantur. ix.

Nimirum ergo Iouis hoc opus
est ... Ipsum enim
deorum omnium dearumque regem esse volunt
hoc eius indicat sceptrum Hoc in alto colle capi-
tolium / de isto deo quidem poeta dicunt conuenientis-
sime predicant / Iouis omnia plena / hunc Varro
credit et ab hiis coli / qui unum deum solum sine
simulachro colunt / Sed alio nomine nuncupari / quod
si ita est / cur tam male tractatus
est Rome / sicut quidem et in ceteris
gentibus / ut ei fieret simulachrum / quod
ipsi etiam Varroni ita displicet / ut cum
tante ciuitatis peruersa consuetudine
premeretur / nequaquam tamen dicere et scribere
dubitaret / quod hii qui populis instituerunt
simulachra et metum dempserunt / et
errorem addiderunt Quas opiniones secuti sunt
qui diuersos deos diuisi mundi partibus prefecerunt. x. c.

de Forculo
Cardea
Limentino
Ioue in
Iunone
Varrone
et de allegoria
[illegible]

Cur illi etiam Iuno uxor adiungitur
que dicatur soror et coniux
quia Iouem inquiunt in ethere accipimus /
in aere Iunonem / et hec duo elementa coniuncta
sunt / alterum superius alterum inferius Non ergo de quo est ille
dictum est Iouis omnia plena / si aliquam partem
implet et Iuno / an uterque utrumque implet / et
ambo isti coniuges / et in duobus istis elementis
et in singulis simul sunt / Cur ergo ether datur
Ioui / aer Iunoni / postremo ipsi duo satis es-
sent / Quid est quod mare Neptuno tribuitur / terra
Plutoni / et ne ipsi quoque sine
coniugibus remanerent / addita
Neptuno Salacia / Plutoni Pro-
serpina Nam sicut inferiorem
celi partem id est aerem inquiunt
Iuno tenet / ita inferiorem ma-
ris Salacia / et terram inferiorem Pro-
serpina Quesierunt quemadmo-
dum sarciant fabulas / nec inue-
niunt / Si enim hec ita essent / ista
potius elementa mundi esse / non qua-
tuor eorum veteres proderent / Ut singula deorum
coniugia diuiderent singulis elementis / Nunc
uero omni modo affirmauerunt aliud esse etherem aliud

Ro. cur dant
gentes etherem
Ioui aerem Iunoni
in mare Nep-
tuno terram Plutoni
et Ioui Iunonem
pro coniuge
Neptuno Sala-
ciam Plutoni
Proserpinam
Quid est de
Minerua

aerem Aqua uero siue superior siue inferior uti-
que aqua est / puta quia dissimilis / numquid i-
deo ut aqua non sit / et inferior terra / quid
aliud potest esse / quamuis terra quamuis talibus diuersitate
distincta / Deinde ecce totus mundus hiis quatuor
vel tribus elementis corporeis / completus est mundus
Minerua ubi erit / quid tenebit
quid implebit / simul enim cum hiis
in capitolio constituta est / cum is-
ta filia non sit amborum / aut si e-
theris partem superiorem Minerua te-
nere dicunt / et hac occasione fin-
gere poetas / quod de Iouis capite
nata sit / Cur non ergo potius deorum
regina deputatur / quia sit Ioue superior / an quia
indignum erat preponere patri filiam / Cur non de Io-
ue ipso erga Saturnum iustitia ista seruata est /
an victus est / ergo pugnarunt Absit / inquiunt
fabularum est ista garrulitas / Ecce fabulis non
creditur / et de diis meliora senciantur / Cur
ergo non data est patri Iouis / et si non sublimior / e-
qualis certe sedes honoris / Quia Saturnus in-
quiunt temporis longitudo est / Tempus igitur colunt
qui Saturnum colunt / Et rex deorum Iupiter insinua-
tur natus ex tempore / Quid enim indignum dicitur / cum Iupiter
et Iuno nati dicuntur ex tempore / si celum est ille et
illa terra / Nam hoc quoque in libris suis habent
eorum docti atque sapientes / neque de figmentis
poeticis sed de philosophorum libris / a Virgilio dictum est
Tunc pater omnipotens fecundis ymbribus ether / coniugis
in gremium lete descendit id est in gremium telluris
ac terre Quia et hic aliquas differentias volunt esse /
atque in ipsa terra aliud terram aliud tellurem
aliud Tellumonem putant / Et hos omnes deos
habent / suis nominibus appellatos / suis officiis
distinctos / suis aris sacrisque veneratos / ean-
dem terram etiam matrem deum vocant / ut iam
poete tollerabiliora confingant / si secundum is-
torum non poeticos sed sacrorum libros / non solum
Iuno soror et coniux / sed etiam mater est
Iouis / eandem terram Cererem / ea-
dem etiam Vestam volunt / cum tamen
sepius Vestam non nisi ignem
esse perhibeant / pertinentem ad
focos sine quibus ciuitas esse non
potest / Et ideo illi virgines solent seruire
quod sicut ex virgine / ita nichil ex igne
nascitur / quam totam vanitatem
aboleri et extingui utique ab illo oportuit / qui est
natus ex virgine / Quis enim ferat quod cum tantum
honoris et quasi castitatis igni tribuerint / aliquan-
do Vestam non erubescunt et Venerem dicere ut vanes-
cat in ancillis eius honorata virginitas Si enim Venus
est quo ei rite virgines / a Veneris opibus abstinendo

Secundum gentes
credunt tria
elementa secundum
tres deos predictos
de ipse deorum et
secundum Virgilium
de Tellure et Tellu-
mone de terra

id est cum facta sunt
utique celum et
terra

De igne et Ves-
ta et quare
virgines
sibi seruiant
de Venere
et an duo
Veneres sint
quod tamen natus
de virgine
extinxit

fornicarentur. An Veneres duae sunt, una virgo, altera mulier?
An potius tres, una virginum, quae etiam Vesta est, alia
coniugatarum, alia meretricum? Cui etiam Phoenices donum
dabant de prostitutione filiarum, antequam eas iungerent
viris. Quae illarum est matrona Vulcani? Non
utique virgo, quoniam habet maritum. Absit
autem ut meretrix, ne filio Iunonis et co-
operatrici Minervae facere videamur in-
iuriam. Ergo haec ad coniugatas intel-
ligitur pertinere; sed eam volumus imitari
in eo quod fecit illa cum Marte. Rursus
inquiunt ad fabulas redis. Quae ista
iustitia est nobis succensere, quod talia dicimus de
diis eorum, et sibi non succensere, qui haec in theatris li-
bentissime expectant crimina deorum suorum, et quod esset
incredibile, nisi contestatissime probaretur, haec ipsa theatrica
crimina deorum in honorem instituta eorundem deorum.

De multis diis quos doctores paganorum unum eundemque Iovem esse defendunt. XI. capitulum.

Quodlibet igitur physicis rationibus et
disputationibus asserant: modo sit Iupiter
corporei huius mundi animus, qui universam
istam molem ex quattuor vel ex quot eis placet elemen-
tis constructam atque compactam implet et movet; modo
inde suas partes sorori et fratribus cedat; modo sit aether,
ut aerem Iunonem subter fusam de super amplec-
tatur; modo totum simul cum aere sit ipse caelum, terram vero
tamquam coniugem eandemque matrem, quia hoc in
divinis turpe non est, fecundis imbribus et seminibus
fetet; modo autem, ne sit necesse per cuncta discurrere, deus
unus, de quo multi a poeta nobilissimo dictum putant:
"Deum namque ire per omnes Terrasque tractusque maris caelum-
que profundum", ipse in aethere sit Iupiter, ipse in ae-
re Iuno, ipse in mari Neptunus, in in-
ferioribus etiam maris ipse Salacia, in
terra Pluto, in terra in-
feriore Proserpina, in focis domes-
ticis Vesta, in fabrorum fornace
Vulcanus, in sideribus Sol et Luna
et Stellae, in divinantibus Apollo,
in merce Mercurius, in Iano initi-
ator, in termino Terminus, Saturnus
in tempore, Mars et Bellona
in bellis, Liber in vineis, Ceres
in frumentis, Diana in silvis,
Minerva in ingeniis; ipse sit
postremo in illa turba quasi plebeiorum deorum; ipse
praesit nomine Liberi virorum seminibus, et nomine Liberae
feminarum; ipse sit Diespater, qui partum perducat ad
diem; ipse sit dea Mena, quam praefecerunt menstru-
is feminarum; ipse Lucina, quae a parturientibus invocatur;
ipse opem ferat nascentibus excipiendo eos sinu
terrae, et vocetur Opis; ipse in vagitu os aperiat
et vocetur deus Vaticanus; ipse levet de terra et vocetur
dea Levana; ipse cunas tueatur et vocetur Cunina;

non sit alius, sed ipse in illis deabus
quae fata nascentibus canunt
et vocantur Carmentes; praesit fortuitis
vocetur que Fortuna; in diva
Rumina mammam parvulis inmul-
geat, quia rumam dixerunt veteres mam-
mam; in diva Potina potionem
ministret; in diva Educa escam
praebeat; de pavore infantum Pavo-
nia nuncupetur; de spe quae venit Ve-
nilia; de voluptate Volupia; de
actu Agenoria; de stimulis quibus
ad nimium actum homo impellitur
dea Stimula nominetur; Strenia
dea sit strenuum faciendo; Nu-
meria, quae numerare doceat; Came-
na, quae canere; ipse sit et deus Consus praebendo consi-
lia, et dea Sentia sententias inspirando; ipse dea
Iuventas, quae post praetextam excipiat iuvenilis
aetatis exordia; ipse sit et Fortuna
Barbata, quae adultos barba in-
duat, quos honorare voluerunt;
ut hoc qualecumque numen saltem
masculum deum vel a barba Barba-
tum, sicut a nodis Nodotum, vel
certe non Fortunam, sed quia barbas
habet Fortunium nominarent; ipse
in Iugatino deo coniuges iun-
gat, et cum virgini uxori zona
solvitur, ipse invocetur et dea Vir-
ginensis vocetur; ipse Muti-
nus vel Tutinus, qui est apud
Graecos Priapus, si non pudet. Haec
omnia quae dixi, et quaecumque non dixi,
omnia dicenda arbitratus sum,
hi omnes dii deaeque sit unus
Iupiter, sive sint, ut quidam vo-
lunt, omnia ista partes, sive virtutes
eius, sicut eis videtur quibus
eum placet esse mundi animum, quae
sententia velut magnorum multorumque
doctorum est. Haec si ita sunt, quod quale sit nondum
interim quaero, quid perderent
si unum Deum colerent, prudentiore
compendio? Quid enim eius contem-
neretur, cum ipse coleretur? Si autem
metuendum fuit ne praetermissae sive
neglectae partes eius irascerentur,
non ergo, ut volunt, velut unius
animantis haec tota vita est quae
omnes simul continet deos, quasi suas virtutes
vel membra vel partes, sed suam quaeque pars habet
vitam a ceteris separatam, si praeter alteram irasci potest
altera, et alia placari, alia concitari. Si autem dicitur
omnes simul, id est totum ipsum Iovem, potuisse offendi

De feminis et maritis
Vulcani
Marte, matronis, theatris,
physicis rationibus
et elementis
et inperiis
ominibus
aeris

Quod idem Iupiter
sit in aethere, in
aere, Neptunus
in mari, in inferioribus
maris Salacia, in
terra Pluto, in inferiore terra
Proserpina, in focis domesticis
Vesta, in fabrorum fornace
Vulcanus
in sideribus
Sol, Luna et
Stelle

Quod idem Iupiter
sit in mercede, in
divinantibus Apollo, in
Iano initiator,
in termino Termi-
nus, Saturnus in tem-
pore, Mars et Bellona
in bellis, Liber in vi-
neis, Ceres in fru-
mentis, Dyana in
silvis, Minerva
in ingeniis, et quod
praesit nomine Liberi vi-
rorum seminibus, et
nomine Liberae
feminarum

Quod idem Iupiter sit
Dispater, dea Me-
na, Lucina, Opis,
Vaticanus, Levana,
Cunina, Car-
mentes, Fortuna,
Rumina, Mamma,
Potina, Educa,
Pavonia, Venilia,
Volupia, Agenoria,
Stimula, Strenia,
Numeria, Camena

Quod idem Iupiter sit
deus Consus, dea
Sentia, Iuventa,
Fortuna Barbata,
quasi cum barbatus
potius sit a nodis
Nodotus, de Fortuna
Fortunius dicatur

Quod idem Iupiter sit Iuga-
tinus, dea Virginensis,
Mutinus vel Tutinus,
qui est deus Priapus

Quid prodesset Ro-
manis si unum verum
Deum colerent prudentiore
compendio, quod nulla
pars eius contemnere-
tur si ipse solus
coleretur.

si partes eius etiam non singillatim minime tamen
que colerent, stulte diceretur. nulla quippe illarum pre
mitteretur, cum ipse unus qui habet omnia coleretur.
Nam ut alia omittam que sunt innumerabilia, cum
dicunt omnia sidera partes Iovis esse, et omnia vivere
atque rationales animas habere et ideo sine controversia
deos esse non vident, quam multos non colant, quam
multis edes non construant, aras non statuant, quas
tamen paucissimis syderum statuendas esse putaverunt
et singillatim sacrificandum. Si igitur irascuntur
qui non singillatim coluntur, non metuunt paucis
placatis toto celo irato vivere? Si autem stellas
omnes ideo colunt, quia in Iove sunt quem colunt, isto com
pendio possent in illo uno omnibus supplicare.
Sic enim nemo irasceretur, cum in illo uno nemo
contempneretur, potius quam cultis quibusdam
iusta irascendi causa illis qui pretermissi essent multo
numerosioribus preberetur, presertim cum eis de superna
sede fulgentibus turpi nuditate distentus pre
poneretur et priapus.

De opinione eorum qui deum animam mundi et mundum corpus dei esse putaverunt xii capitulum

multi filii quod non colunt minus ab hominibus posset potius irasci quam ipsis papu deum tempore posuerunt

Quid illud nonne debet
movere acutos homi
nes, vel qualescumque homi
nes? Non enim ad hoc ingenii opus
est excellentia, ut deposito studio contencionis
attendant, si mundi anima deus est, eique anime mundus
et corpus est, ut sit unum animal constans ex anima et
(corpore) atque iste deus eius est sinu quodam na
ture in seipso continens omnia, ut ex ipsius anima
qua vivificatur tota ista moles vite atque anime cunc
torum viventium pro cuiusque nascendi sorte sumantur,
nichil omnino remanere quod non sit pars dei; quod si
ita est, quis non videat quanta impietas et irreli
giositas consequatur, ut quod calcaverit quisque partem
dei calcet et in omni animante occidendo pars dei
trucidetur? Nolo omnia dicere que possunt occurrere
cogitantibus, dici autem sine verecundia non possunt.

De hiis qui sola rationalia animancia partes esse dei asserunt xiii capitulum

Si autem sola animalia rationalia, sicut sunt ho
mines, partes dei esse contendunt, non vi
deo quidem si totus mundus est deus quomodo besti
as ab eius partibus separent.

Si totus mundus deus est ut dicunt me dacces quo bestias ab eius partibus separant si belua percutitur ipse deus vapulat et quod irascitur deus eis a quibus non colitur cum alius partibus non colatur

Sed obluctari quid opus est? de
ipso rationali animante id est homine quid
infelicius credi potest, quam dei partem
vapulare cum puer vapulat? Iam
vero partes dei fieri lascivas, ini
quas, impias atque omnino damp
nabiles quis ferre possit nisi qui
prorsus insanit? Postremo quid irasc
itur eis a quibus non colitur, cum a
suis partibus non colatur? Restat ergo
ut dicant omnes deos suas habere
vitas, sibi quemque vivere, nullum eorum esse partem cuius
quam, sed omnes colendos qui cognosci et coli possunt, quia
tam multi sunt ut omnes non possit. quorum Iupiter quia
rex presidet, ipsum credo ab eis putari regnum consti
tuisse vel auxisse romanum. nam si hoc ipse non fecit
quem alium deum opus tam magnum potuisse aggre
di credunt? Cum omnes occupati sint officiis et operibus
propriis, nec alter irruat in alterius. A rege igitur deorum
regnum hominum potuit propagari et augeri.

Augmenta regnorum Iovi incongruenter ascribi, cum si ut volunt dea est victoria ipsa huic negotio sola sufficeret xiiii capitulum

Hinc primum quero cur non etiam ipsum
regnum aliquis deus est. Cur enim non
ita sit, si victoria dea est? aut quid ipso Iove in hac
causa opus est, si victoria faveat sitque
propitia et semper eat ad illos quos
vult esse victores? Hac dea favente
et propitia etiam Iove vacante vel
aliud agente, et que gentes non sub
dite remanerent? que regna non cederent?
An forte displicet bonis iniquissima
iniuria facientes ad dilatandum regnum
bello spontaneo provocare? plane si
ita senciunt, approbo et laudo etc.

Cur non ipsum regnum aliquis deus est et si victoria dea est ad quid erat Iupiter vel alius deus nam cum illis deorum irruat in officium alterius

(improbitate impugnare et finitimos ... illarum)

An congruat bonis latius velle regnare xv capitulum

Videant igitur ne (forte non) pertineat ad viros
bonos gaudere de regni latitudine. In
iquitas enim eorum cum quibus iusta bella gesta sunt regnum
adiuvit ut cresceret, quod utique parvum esset, si quies
et iusticia finitimorum contra se bellum geri nulla
provocaret iniuria. ac sic felicioribus rebus huma
nis omnia regna parva essent concordi vicinitate letancia
et ita essent in mundo regna plurima gencium ut sunt
in urbe domus plurime civium. proinde belligerare
et perdomitis gentibus dilatare regnum malis vi
detur felicitas, bonis necessitas. Sed quia peius
esset ut iniuriosi iustioribus dominarentur, ideo non incon
grue dicitur etiam ista felicitas, sed procul dubio
felicitas maior est vicinum bonum habere concordem
quam vicinum malum subiugare bellantem. Mala vo
ta sunt optare habere quem oderis vel quem timeas
ut possit esse quem vincas. Si
ergo iusta gerendo bella, non impia, non in
iqua Romani imperium
tam magnum acquirere potuerunt,
Numquid tamquam aliqua dea
colenda est eis etiam iniquitas
aliena? Multum enim ad istam la
titudinem imperii eam cooperatam videmus, que faciebat in
iuriosos ut essent cum quibus iusta
bella gererentur et augeretur imperium. Cur autem
et iniquitas dea non sit vel exterarum gencium,
si pavor et pallor et febris dii romani.

Melius est et felicius vicinum habere concordem quam vicinum malum subiugare bellantem et regna esse parva concordi civitate letancia quam per multa mala ampliare

esse meruerunt. Dii igitur duabus istis aliena iniqui
tate et dea victoria dominum bellorum. Questio quare
causas iniquitas excitaret victo iniquitas aliena
ria eadem bella feliciter terminat. quod amplianit ro
etiam ferato Ioue crevit imperium manum imperium sit
quas enim partes hic inpietas haberet. dea si pavor pallor
cum ea que possent beneficia eius et febris dii ro
putarisdii vocantur. dii coluntur ipsi mali eo meruc
proprius pernibus invocantur. haberet aut quod tu non fiet
habet aut et ille aliquam partem. si veros deos colerent
si regnum etiam ipse appellaretur sicut appellatur
illa victoria. Aut si regnum munus est Iovis cur
non et victoria munus eius habeatur. Quod pro
fecto haberetur si non lapis in capitolio sed verus rex
regum et dominus dominantium cognosceretur atque coleretur.
Quid fuit quod romani omnibus rebus et omni
bus motibus deos singulos deputantes eorum qui
etis extra portas esse voluerunt xvi capitulum

MIror autem plurimum, quod cum deos sin
gulos singulis rebus et pene
singulis motibus attribuerent, vocaverunt
deam agenoriam que ad agendum excitaret,
deam stimulam que ad agendum ultra modum sti
mularet, deam murceam que preter modum non
moveret ac faceret hominem ut ait pomponius
murcidum id est nimis desidiosum et in de dea victo
actuosum, deam strenuam que fa ria agenoria
ceret strenuum. his diis omnibus et de stimula dea
abus publica sacra facere susceperunt murcea strenua
runt quietem non appellantes que pomponium
faceret quietum, cum eidem haberent extra strenua dea
portam collinam publice illam suscipere quibus extra porta
cipe voluerunt. Utrum indicium fuit capitoli
animi inquieti an potius ita signi nam
ficatum est qui illam turbam colere perseveraret non
plane deorum sed demoniorum cum quietem habere non
posse, ad quam vocat verus medicus dicens, Dis
cite a me quia mitis sum et humilis corde et in
venietis requiem animabus vestris. An si Iovis
summa potestas est etiam victoria dea debuerit

An forte dicunt Estimari xvii c.
quod deam victoriam Iupiter
mittat, atque illa tamquam regi deorum ob
temperans ad quos iusserit veniat, et in eorum parte
considat. Hoc vero dicitur non de illo Ioue quem deorum
Regem pro sua opinione confingunt, sed de illo vero
rege seculorum, quod mittat non victoriam que nulla substantia
est, sed angelum suum et faciat Cur non Iupiter mittat
vincere quem voluerit, cuius consilium victoriam dea ut
occultum esse potest, iniquum non potest. dicunt sed verus deus
Nam si victoria dea est, cur non rex seculorum mittat
deus est et triumphus et victorie angelum suum et fa
iungitur vel maritus vel frater vel ciat vincere quem
filius. talia quippe isti de diis voluit Et si victo
opinati sunt, qualia si poete ria dea est cur non
deus est et triumphus

fingerent, atque a nobis exagitarentur, ridet
isti ridenda esse figmenta poetarum, non veris attri
buenda numinibus, et tamen se ipsi non ridebant
cum talia deliramenta non apud poetas lege
bant, sed in templis colebant. Iovem igitur de omnibus
rogarent, ei uni tantummodo supplicarent. Non enim
quo misisset victoriam si dea est et sub illo rege
est posset ei audere resistere, et suam potius facere
voluntatem. Felicitatem et fortuna qui deas
putant qua ratione secreverunt xviii capitulum

QUID quod et felicitas dea est, edem ac
cepit aram meruit, sacra ei con
grua persoluta sunt. Ipsa vero sola coleretur. Ubi enim
ipsa esset, quid boni non esset. Sed quid sibi vult
quod et fortuna dea putatur et colitur. An aliud
est felicitas, aliud fortuna, quia fortuna potest esse et
mala, felicitas autem si mala fuerit felicitas non erit.
Certe omnes deos utriusque sexus De dea fortuna
si et sexum habent, non nisi bonos utrum una sit an
nos existimare debemus et hoc plures et si est ma
plato dicit. hoc alii philosophi, hoc ex la dea non est sed si
cellentes rei publice populorum quod dii sunt boni
rectores. quid ergo dea fortuna credent secundum philosophos
aliquando bona est aliquando mala, an forte et alios philosophos
quando mala est, dea non est, sed in malignum demonem
convertitur repente convertitur. Quot sunt ergo dee iste profecto
quot quidem homines fortunati, hoc est bone fortune.
Numquid si ipsa esset, et mala his aliud illis a
liud, an illa que dea est semper bona est Ipsa est ergo sint et bona est et
felicitas. Cur adhibentur diversa nomina
sed et hoc ferendum est. solet enim et una res duobus
nominibus appellari. quid diverse edes diverse are
diversa sacra Est causa inquiunt, quia felicitas illa
est, quam boni habent precedentibus meritis. fortuna
vero que dicitur bona est, sine ullo examine meritorum
fortuitu accidit hominibus, et bonis et malis. Unde
etiam fortuna nominatur. Quo ergo bona est que sine
ullo iudicio venit et ad bonos et ad malos ut
quid autem colitur que ita ceca est passim in quoslibet
incurrens, ut suos cultores plerumque preterea, et
suis contemptoribus hereat, et si aliquid proficiunt
cultores eius et ab illa videantur Quare dea for
et amentur iam merita sequitur non tuna ceca dicitur
fortuitu venit Ubi est illa diffi et quare non femine
nitio fortune. Ubi est quod a fortui o et non
tis etiam nomen accepit. Nihil enim masculo
prodest eam colere si fortuna est. Si descri
aut suos cultores discernit et pro bea
sit, fortuna non est. An et ipsam quo tur
voluerit Iupiter mittit. Colatur ergo ipse solus, non
enim potest ei iubenti et eam quo voluerit mittenti
fortuna resistere, aut certe istam mali colant
qui nolunt habere merita, quibus dea possit
felicitas invitari. De fortuna muliebri xix c.

TAntum sane huic velut numini

prebuit quam fortunam vocant, ut simulachrum eius
quod a matronis dedicatum est, et appellata est
fortuna muliebris, etiam locutum esse memorie
commendaverint, atque dixisse non semel sed iterum quod
eam rite matrone dedicaverint. Quod quidem si verum
sit mirari nos non oportet. Non enim malignis demonibus
etiam sic difficile est fallere. Quorum artes atque versu-
tias hinc potius isti advertere debuerunt, quod illa dea
locuta est, que fortuitu accidit, non que meritis venit.
Fuit enim fortuna loquax, et muta felicitas; ut
quid aliud, nisi ut homines recte vivere non curarent,
conciliata sibi fortuna, que illos sine ullis bonis
meritis faceret fortunatos? Et certe si fortuna loquitur,
non saltem muliebris, sed virilis potius loqueretur,
ut non ipse que simulachrum dedicaverunt puta-
rentur tantum miraculum muliebri loquacitate finxisse.

De virtute et fide quas pagani templis et sacris honoraverunt, pretermittentes alia bona que similiter colenda fuerint, si recte aliis divinitas tribuebatur. XX c.

Virtutem quoque deam fecerunt, que
quidem si dea esset multis
fuerat preferenda. Et nunc quia dea non est, sed domi-
dei est, ipsa ab illo impetretur, a quo solo dari
potest, et omnis falsorum deorum turba vanescat. Sed cur
et fides dea credita est, et accepit
etiam ipsa templum et altare? Quam
quisquis prudenter agnoscit habi-
taculum illi se ipsum facit. Unde autem
sciunt illi quid sit fides, cuius primum et
maximum officium est ut in verum credatur
deum? Sed cur non sufficiebat virtus? Nonne
ibi est et fides? Quandoquidem virtutem in
quatuor species distribuendam esse vi-
derunt, prudentiam, iusticiam, fortitudi-
nem, temperanciam; et quoniam iste singule species suas
habent, in partibus iusticie fides est, maximumque lo-
cum habet apud nos, quicumque scimus quid sit quod
iustus ex fide vivit. Sed illos miror appetitores
multitudinis deorum, si fides dea est, quare aliis tam
multis deabus iniuriam fecerint, pretermittendo
eas, quibus similiter edes et aras dedicare potuerunt.
Cur temperancia dea esse non meruit, cum eius nomine
nonnulli Romani principes non parvam gloriam
comparaverint? Cur denique fortitudo dea non est, que affu-
it Mucio cum dexteram porrexit in flammas, que affu-
it Curcio cum se propter patriam in abruptam terram
precipitem dedit, que affuit Decio patri et Decio
filio cum pro exercitu se voverunt? Si tamen his omni-
bus vera inerat fortitudo, unde modo non agitur.
Quare prudentia, quare sapientia nulla numinum
loca meruerunt? An quia in nomine generali ipsius
virtutis omnes coluntur? Sic ergo posset
et unus deus coli, cuius partes ceteri
dii putantur. Sed in illa una virtute
et fides est et pudicicia, que tamen extra

De dea fide et de dea virtute. Et quare fortitudo temperancia iusticia prudencia virtutes dee non sunt. Et de mucio et curcio et de decio patre et filio

Quare sapientia prudencia felicitas dee non sunt et de diffinicione virtutis quam greco nomine dicunt arethe et quod prefuit maius minerva

in edibus propriis altaria meruerunt. Has deas non
veritas sed vanitas fecit. Hec enim veri dei munera
sunt, non ipse sunt dee.

Quod unum non intelligentes deum virtutem saltem felicitate debuerint esse contenti. XXI c.

Verumtamen ubi
est virtus et felicitas, quid aliud queritur?
Quid ei sufficiat cui virtus felicitasque non sufficit? Omnia
quippe agenda complectitur virtus, omnia optan-
da felicitas. Si Iupiter ut hec daret ideo celebratur,
quia si bonum aliquid est latitudo regni atque diu-
turnitas, ad eandem pertinet felicitatem, cur non
intellectum est dei dona esse non deas? Si autem
putate sunt dee, saltem alia tanta deorum turba
non quereretur. Consideratis enim officiis deorum dearumque
omnium que sicut voluerunt pro sua opinatione finx-
erunt, inveniant si possunt aliquid quod prestari
ab aliquo deo possit homini habenti virtutem, habenti
felicitatem. Quid doctrine vel a merand vel a mynua
petendum esset, cum virtus omnia secum haberet?
Ars quippe ipsa bene recteque vivendi virtus a vete-
ribus diffinita est. Unde ab eo quod greci arethe
dicitur, virtutis nomen artis latinos tradidisse pu-
taverunt. Sed si virtus non nisi ad ingeniosum
posset venire, quid opus erat deo Catio patre,
qui catos id est acutos faceret, cum hoc posset confer-
re felicitas? Ingeniosum quippe nasci felicitas
est. Unde etiam si non potuit a nondum nato coli
dea felicitas, ut hoc ei conciliata donaret, con-
ferret hoc parentibus eius cultoribus suis ut eis
ingeniosi filii nascerentur. Quid opus erat par-
turientibus invocare Lucinam, cum si adesset
felicitas non solum bene parerent, sed etiam bo-
nos? Quid necesse erat Opi dee
commendare nascentes, deo Va-
gitano vagientes, dee Cunine
iacentes, dee Rumine sugentes,
dee Statiline stantes, dee Adeone
adeuntes, Abeone abeuntes, dee
Menti ut bonam haberent mentem,
deo Volumno et dee Volumne ut bona
vellent, diis nuptialibus ut bene
coniugerentur, diis agrestibus
ut fructus uberrimos caperent, et
maxime ipsi dive Fruges, Marti et Bellone ut
bene belligerarent, dee Victorie ut vincerent, deo
Honorino ut honorarentur, dee Pecunie ut pecu-
niosi essent, deo Esculano et filio eius Argentino
ut haberent eream argenteamque pecuniam.
Nam ideo patrem Argentini Esculanum posuerunt,
quia prius erea pecunia in usu cepit esse, post ar-
gentea. Miror autem quod Argentinus non genuit
Aurinum, quia et aurea subsecuta est. Quem deum isti
si haberent, sicut Saturno Iovem, ita et patri Argen-
tino et avo Esculano Aurinum preponerent. Quid
ergo erat necesse propter hec bona vel animi vel corporis

Quid opus erat Lucina, Ope, Vaticano, Cunino, Rumina, Statilino, Adeone, Abeone, dea Mente, deo Volunno, dea Volumna, Victoria, Honorino, Pecunia, Esculano, Argentino

vel externa tantam deorum turbam colere et invocare, quos neque omnes commemoravi, nec ipsi potuerunt omnibus bonis humanis minutatim singillatimque digestis deos sin-gulos et singulos providere, cum posset magno facilique compendio una dea Felicitas cuncta conferre, nec sola ad bona capienda quisquam alius, sed neque ad depellenda mala quaereretur. Cur enim esset invocanda propter fessos diva Fessonia, propter hostes depellendos diva Pellonia, propter aegros medicus vel Apollo vel Esculapius vel ambo simul quando esset grande periculum, nec deus Spiniensis ut spinas ex agris eradicaret, nec dea Rubigo ut non accederet rogaretur? Una Felicitate praesente et tuente vel nulla mala orirentur vel facillime pellerentur. Postremo quoniam de duabus istis deabus Virtute et Felicitate tractamus, si felicitas virtutis est praemium, non dea sed dei donum est. Si autem dea est, cur non dicatur et virtutem ipsa conferre, quandoquidem et virtutem consequi felicitas magna est?

Quid opus est multos deos colere et invocare cum una felicitas omnia possit conferre. Diva Fessonia, diva Pellonia, Apollo, Escolapius, deus Spiniensis, dea Rubigo.

Cloacinam

De deabus virtute et felicitate et quod dicat Varro de medico, Escolapio et aliis diis.

De scientia colendorum deorum quam a se Varro gloriatur collatam esse Romanis. XXII c.

Quid est ergo quod pro ingenti beneficio Varro iactat praestare se civibus suis, quia non solum commemorat deos quos coli oporteat a Romanis, verum etiam dicit quid ad quemque pertineat? Quoniam nihil prodest, inquit Varro, hominis alicuius medici nomen formamque nosse, et quod sit medicus ignorare, ita dicit nihil prodesse scire deum esse Escolapium, si nescias eum valitudini opitulari atque ita ignores cur ei debeas supplicare. Hoc etiam alia similitudine affirmat dicens non modo bene vivere, sed vivere omnino neminem posse, si ignorat quisnam sit faber, quis pistor, quis tector, a quo quid utensile possit petere, quem adiutorem assumere, quem ducem, quem doctorem, eo modo nulli dubium esse asserens ita esse utilem cognitionem deorum, si sciatur quam quisque deus vim et facultatem ac potestatem cuiusque rei habeat. Ex eo enim poterimus, inquit, scire quem cuiusque causa deum advocare atque invocare debeamus, ne faciamus ut mimi solent, et optemus a Libero aquam, a Lymphis vinum. Magna sane utilitas! Quis non huic gratias ageret, si vera monstraret et si unum verum deum, a quo essent omnia bona, hominibus colendum doceret?

De felicitate quam Romani multorum veneratione deorum diu non coluerunt honore divino, cum pro omnibus sola sufficeret. XXIII c.

Sed unde nunc agitur, si libri et sacra eorum vera sunt et Felicitas dea est, cur non ipsa una quae coleretur constituta est, quae posset universa conferre et compendio facere felicem? Quis enim optat aliquid propter aliquid aliud nisi ut felix fiat? Cur denique tam sero huic tantae deae post tot Romanos principes Lucullus aedem constituit? Cur ipse Romulus felicem cupiens condere civitatem non huic templum potissimum struxit, nec propter aliquid diis ceteris supplicavit, quando nihil deesset si haec adesset? Nam et ipse nec prius rex nec, ut putant, postea deus fieret, si hanc deam propitiam non haberet. Ut quid ergo constituit Romanis deos, Ianum, Iovem, Martem, Pycum, Faunum, Tyberinum, Herculem et si quos alios? Ut quid Titus Tatius addidit Saturnum, Opem, Solem, Lunam, Vulcanum, Lucem et quoscumque alios addidit, inter quos etiam deam Cloacinam, Felicitate neglecta? Ut quid Numa tot deos et tot deas sine ista? An eam forte in tanta turba videre non potuit? Hostilius certe rex deos et ipse novos Pavorem atque Pallorem propitiandos non introduceret, si deam istam nosset aut coleret. Praesente quippe Felicitate omnis pavor et pallor non propitiatus abscederet, sed pulsus aufugeret. Deinde quid est hoc, quod iam Romanum imperium longe lateque crescebat, et adhuc nemo Felicitatem colebat? An ideo grandius imperium quam felicius fuit? Nam quomodo ibi esset vera felicitas, ubi non erat vera pietas? Pietas est enim vera, verax dei cultus, non cultus falsorum tot deorum quot daemoniorum. Sed et postea iam in deorum numerum Felicitate suscepta magna bellorum civilium infelicitas subsecuta est. An forte iuste est indignata Felicitas, quod et tam sero et non ad honorem, sed ad contumeliam potius invitata est, ut cum ea coleretur Priapus et Cloacina et Pavor et Pallor et Febris et cetera non numina colendorum, sed crimina colentium? Ad extremum, si cum turba indignissima tanta dea colenda visa est, cur non vel illustrius ceteris colebatur? Quis enim ferat quod neque inter deos consentientes, quos dicunt in consilium Iovis adhiberi, nec inter deos quos selectos vocant, Felicitas constituta est, ut templum aliquod ei fieret, quod et loci sublimitate et operis dignitate praemineret? Cur enim non aliquid melius quam ipsi Iovi? Nam quis etiam Iovi regnum nisi Felicitas dedit, si tamen cum regnaret felix fuit? Et potior est felicitas regno. Nemo enim dubitat facile inveniri hominem qui se timeat

Cur Lucullus deae felicitati eedem constituit; Romulus non huic eedem construxit, sed Iano, Iovi, Marti, Pyco, Fauno, Tyberino, Herculi.

Quod Tytus Tacius addidit diis Saturnum, Ope, Sole, Luna, Vulcanum, Luce, deam Cloacinam, felicitate neglecta, et quomodo dicat etiam Hostilius de diis Pallore et Pavore.

De vera pietate. Pietas est vera, verax dei cultus.

Quod felicitas contempta fuit et non habita, quoniam Priapus, Cloacina, Pavor, Pallor, Febris et talia crimina prodigiis colebantur; tamen felicitas potioribus diis habenda est, quia nemo vult esse infelix.

fecit regem. Nullus autem invenitur qui se nolit esse felicem. Ipsi ergo dii si per anguria vel quolibet modo eos posse consuli putant, de hac re consulerentur utrum vellent felicitati loco cedere, si forte aliorum edibus vel altaribus iam fuisset locus occupatus, ubi edes maior atque sublimior felicitati construeretur. Etiam ipse Iupiter cederet, ut ipsum verticem collis capitolini felicitas potius obtineret. Non enim quispiam resisteret felicitati, nisi, fieri quod non potest, qui esse vellet infelix. Nullo modo omnino si consuleretur, faceret Iupiter quod ei fecerunt tres dii, mars terminus et iuventus, qui maiori et regi suo nullo modo cedere loco voluerunt. Nam sicut habent eorum littere, cum rex Tarquinius capitolium fabricari vellet, eumque locum, qui ei dignior aptiorque videbatur, ab diis alienis cerneret preoccupatum, non audens aliquid contra eorum facere arbitrium et credens eos tanto numini suoque principi voluntate cessuros, quia multi erant illic, ubi capitolium constitutum est, per augurium quesivit utrum concedere vellent locum Iovi; atque ipsi inde cedere omnes voluerunt preter illos quos commemoravi, martem terminum iuventutem, atque ideo capitolium ita constructum est, ut etiam isti tres intus essent, tam obscuris signis ut hoc vix homines doctissimi scirent. Nullo modo igitur felicitatem Iupiter ipse contemneret, sicut a termino marte iuventute contemptus est. Sed et ipsi qui non cesserunt Iovi, profecto cederent felicitati, que illis regem fecerat Iovem. Aut si non cederent, non id contemptu eius facerent, sed quia in domo felicitatis vel obscuri esse mallent, quam sine illa in locis propriis eminere. Ita dea felicitate in loco amplissimo et celsissimo constituta, discerent cives omnes, unde boni voti petendum esset auxilium. At sic ipsa suadente natura aliorum deorum superflua multitudine derelicta, coleretur una felicitas, uni supplicaretur, unius templum frequentaretur a civibus, qui felices esse vellent, quorum esset nemo qui nollet, atque ita ipsa a se ipsa peteretur, que ab omnibus petebatur. Quis enim aliquid ab aliquo deo nisi felicitatem vel quod ad felicitatem existimat pertinere. Proinde si felicitas habet in potestate, cum quo homine sit (habet autem si dea est), que tandem stultitia est ab aliquo eam deo petere, quam possis a se ipsa impetrare? Hanc ergo deam super deos ceteros honorare etiam loci dignitate debuerunt. Sicut enim apud ipsos legitur, Romani veteres nescio quem summanum, cui nocturna fulmina tribuebant, coluerunt magis quam Iovem, ad quem diurna fulmina pertinerent. Sed postquam Iovi tem-

Tempore tarquinii qui capitolium construxit in honorem iovis tres dii mars terminus et iuventus regi suo quod ipsi non colebant cedere noluerunt cum per augurium super hoc consulerentur sed ut felicitati cederent ad et obscurii laterarunt

Si felicitas dea esset relictis omnibus deis sola coli debebat

Quod romani deum summanum prius coluerunt quam iovem

felicitatem velut aut ipse vel quid

plum insigne ac sublime constructum est propter edis dignitatem sic ad eum multitudo confluxit ut vix inveniatur qui summani nomen, quod audire iam non potest, se saltem legisse meminerit. Si autem felicitas dea non est, quoniam, quod verum est, munus est dei, ille deus queratur qui eam dare possit, et falsorum deorum noxia multitudo relinquatur, quam stultorum hominum multitudo vana sectatur, dei dona deos sibi faciens et ipsum cuius ea dona sunt obstinatione superbe voluntatis offendens. Sic enim carere non potest infelicitate qui tamquam deam felicitatem colit et deum datorem felicitatis relinquit, sicut carere non potest fame qui panem pictum lingit et ab homine qui verum habet non petit.

Qua ratione defendant pagani quod inter deos colant ipsa dona divina. xxiiii.

Querendum de felicitatis et de datore felicitatis. Quod solus verus deus et non sicut pagani quod bellorum non bellum cunina non cuna segetia non segetem pomona non pomum et bubona non boveam deos appellavit

Libet autem eorum considerare rationem. Usque adeone inquiunt maiores nostros insipientes fuisse credendum est, ut hec nescirent munera divina esse, non deos? Sed quoniam sciebant nemini talia nisi aliquo deo largiente concedi, quorum deorum nomina non inveniebant, earum rerum nominibus appellabant deos, quas ab eis sentiebant dari, aliqua vocabula inde flectentes, sicut a bello bellonam nuncupaverunt, non bellum; sicut a cunis cuninam, non cunam; sicut a segetibus segetiam, non segetem; et pomis pomonam, non pomum; sicut a bubus bubonam, non bovem; aut certe nulla vocabuli declinatione, sicut res ipse nominantur, ut pecunia dicta est dea que dat pecuniam, non omnino pecunia dea ipsa putata est; ita virtus que dat virtutem, honor qui honorem, concordia que concordiam, victoria que dat victoriam. Ita inquiunt et felicitas dea dicitur, non ipsa que datur, sed numen illud a quo felicitas datur. Ista nobis reddita ratione multo facilius eis quorum cor non nimis obduruit persuadebimus fortasse quod volumus.

De omnibus pecunia virtute concordia victoria honore et quod imperit felicitate dare non potest

Querendum ergo deum qui prefecta dare quam romani non noverunt

De uno tantum colendo deo qui licet nomine ignoretur tamen felicitatis dator esse sentitur. xxv.

Si enim iam humana infirmitas sensit non nisi ab aliquo deo dari posse felicitatem, et hoc senserunt homines qui tam multos colebant deos in quibus et ipsum eorum regem Iovem, qui nomen eius a quo daretur felicitas ignorabant, ideo ipsius rei nomine quam credebant ab illo dari eum appellare voluerunt, satis ergo iudicarunt nec ab ipso dari felicitatem posse quem iam colebant, sed utique ab illo quem nomine ipsius felicitatis colendum esse censebant. Confirmo prorsus a quodam deo quem nesciebant eos credidisse dari felicitatem. Ipse ergo queratur,

nomine ipsius felicitatis

ipse ... tolat et sufficiat. Repudietur strepitus innumerabilium demoniorum. Illi non sufficiat hic deus cui non sufficit munus eius. Illi inquam non sufficiat ad colendum deus dator felicitatis cui non sufficit ad accipiendum ipsa felicitas. Cui autem sufficit, non enim habet homo quid amplius optare debeat, serviat uni deo datori felicitatis. Non est ipse quem nominant Iovem. Nam si eum datorem felicitatis agnoscerent, non utique alium vel aliam a quo daretur felicitas inquirerent, neque ipsum Iovem cum tantis iniuriis colendum putarent. Iste alienarum dicitur adulter uxorum, iste pueri pulchri impudicus amator et raptor.

[margin: nomine ipsius felicitatis]

Iupiter adulter est uxorum alienarum et impudicus amator raptor ut ayt tullius et de ludis scenicis displicuerunt ... deorum et figmenta poetarum

De ludis scenicis quos sibi dii celebrari a suis cultoribus exigerunt. xxvi capitulum

Sed fingebat hec Homerus, ait Tullius, et humana ad deos transferebat; divina mallem ad nos. Merito displicuit viro gravi divinorum criminum poeta confictor. Cur ergo ludi scenici, ubi hec dictantur, cantitantur, actitantur, deorum honoribus exhibentur, inter res divinas a doctissimis conscribuntur? Hic exclamet Cicero non contra figmenta poetarum sed contra instituta maiorum. An exclamarent et illi: Quid nos fecimus? Ipsi dii ista suis honoribus exhibenda flagitaverunt, atrociter imperaverunt, cladem nisi fieret prenunciaverunt, quia neglectum est aliquid severissime vindicaverunt, quia id quod neglectum fuerat factum est placatos se esse monstraverunt. Inter eorum commemoratur virtutes et miranda facta quod dicam. Tyto latino rustico Romano patrifamilias dictum est in sompnis in senatum nunciare ut ludi Romani instaurarentur, quod primo eorum die in quodam scelerato qui populo spectante ad supplicium duci iussus est, numinibus videlicet ex ludis hylaritatem querentibus, triste displicuisset imperium. Cum ergo ille qui sompno commonitus erat postridie iussa facere non ausus esset, secunda nocte hoc idem rursus severius imperatum est. Amisit filium quia non fecit. Tercia nocte dictum est homini quod maior ei pena si non faceret immineret. Cum etiam sic non auderet, in morbum incidit acrem et horribilem. Tum vero ex amicorum sententia ad magistratus rem detulit atque in lectica allatus est in senatum, expositoque sompnio recepta continuo valitudine pedibus suis sanus abscessit. Tanto stupefactus miraculo senatus quadruplicata pecunia ludos censuit instaurari. Quis non videat qui sanum sapit subditos homines malignis demonibus, a quorum dominatione non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, vi compulsos ... exhibere talibus dijs que recto consilio poterant turpia iudicari. In illis certe ludis poetica numinum crimina frequentantur, qui ludi cogentibus numinibus iussu senatus instaurabantur. In illis ludis corruptorem pudicitie Iovem turpissimi hystriones cantabant, agebant, placabant. Si illud fingebatur, ille irasceretur; si autem suis criminibus etiam fictis delectabatur, quando coleretur nisi dyabolo serviretur? Ita ne iste Romanum conderet, dilataret, conservaret imperium, quovis Romano cui talia displicebant homine abiectior? Iste daret felicitatem qui tam infeliciter colebatur, et nisi ita coleretur infelicius irascebatur.

[margin: cantitantur] [margin: actitantur]

de tyto latino rustico patrefamilias quod ei accidit in sompnis et quis non videat hec fieri ... a demonibus et quod histriones turpissimi ... decantabant

De tribus generibus deorum de quibus scevola pontifex disputavit xxvij capitulum et sequitur

Relatum est in litteris doctissimum pontificem scevolam disputasse tria genera tradita deorum: unum a poetis, alterum a philosophis, tercium a principibus civitatis. Primum genus nugatorium dicit esse, quod multa de dijs fingantur indigna; secundum non congruere civitatibus, quod habeat aliqua supervacua, aliqua etiam que obsint populis nosse. De supervacuis non magna causa est; solet enim et a iuris peritis dici superflua non nocere. Que sunt autem illa que prolata in multitudinem nocent? Hec inquit: non esse deos herculem, esculapium, castorem, pollucem; proditur enim a doctis quod homines fuerint et humana condicione defecerint. Quid aliud? Quod eorum qui sunt dij non habeant civitates vera simulachra, quod verus deus nec sexum habeat nec etatem nec diffinita corporis membra. Hec pontifex nosse populos non vult, nam falsa esse non putat. Expedire igitur existimat falli in religione civitates, quod dicere etiam in libris rerum divinarum varro ipse non dubitat. Preclara religio quo fugiat liberandus infirmus, et cum veritatem qua liberetur inquirat, credatur ei expedire quod fallitur. Poeticum sane deorum genus cur scevola respuat eisdem litteris non tacetur: quia sic videlicet deos deformant ut nec bonis hominibus comparentur, cum alium faciunt furari, alium adulterare, sic item aliquid aliter turpiter atque inepte dicere ac facere; tres inter se deas certasse de premio pulchritudinis, victas duas a venere troyam evertisse; iovem ipsum converti in bovem aut cignum ut cum aliqua concumbat; deam homini nubere, saturnum liberos devorare; nichil denique posse confingi miraculorum atque viciorum quod non ibi reperiatur atque a deorum natura longe absit. O scevola pontifex maxime, ludos tolle si potes; precipe populis ne tales honores dijs inmortalibus

[margin: tres]

de scevola pontifice et de tribus generibus deorum de ... a poetis et de dijs hercule esculopio castore polluce et quod dicat varro de dijs

de fabula quod tres dee de premio pulchritudinis inter se certaverunt et duas victas a venere per quo troia fuit eversa ... muto in bove et cigni et quod saturnus devorauit liberos

detestantur, non crimina deorum libeat mirari, et que fieri putantur placeat imitari. Si autem tibi dixerit populus: Vos nobis importastis isti pontifices deos ipsos rogate, quibus instigantibus ista iussistis, ne talia sibi iubeant exhiberi. Que si mala sunt et propterea nullo modo de deorum maiestate credenda, maior est deorum iniuria de quibus impune finguntur. Sed non te audiunt, demones sunt, prava docent, turpibus gaudent; non solum non deputant iniuriam si de illis ista fingantur, sed eam potius iniuriam ferre non possunt si per eorum sollempnia non agantur. Iam vero si adversus eos Iovem interpelles, maxime ob eam causam quod eius plura crimina ludis scenicis actitantur, nonne etiam si eum Iovem nuncupatis a quo regitur totus atque administratur hic mundus, eo illi fit a vobis maxima iniuria quod eum cum istis colendum putatis eorumque regem esse perhibetis.

Ad optinendum dilatandumque regnum non profuit romanis cultus deorum

Nullo igitur modo dii tales ¶ xxviii c[apitulum] qui talibus placantur vel potius accusantur honoribus, ut maius sit crimen quod eis falsis oblectantur quam si de illis vera dicerentur, Romanum imperium augere et conservare potuissent. Hoc enim si possent, potius donum tam grande Grecis conferrent, qui eos in huiusmodi rebus divinis, hoc est ludis scenicis, honorabilius digniusque coluerunt, quando et a morsibus poetarum, quibus deos dilacerari videbant, se non subtraxerunt, data eis licentia male tractandi homines quos liberet, et ipsos scenicos non turpes iudicaverunt, sed dignos etiam precteris honoribus habuerunt. Sicut autem potuerunt auream pecuniam habere Romani quamvis deum Aurinum non colerent, sic et argenteam habere potuerunt et eream, si nec Argentinum nec eius patrem colerent Esculanum, et sic omnia que retexere piget. Sic ergo et regnum invito quidem deo vero nullo modo habere possent; diis vero istis falsis et multis ignoratis sive contemptis atque illo uno cognito et fide sincera ac moribus culto, et melius hic regnum haberent, quantumcumque haberent, et post hec acciperent sempiternum, sive hic haberent sive non haberent.

Quod illi dii imperii tempore decantati et alii imperium non auxerunt quod populos videntur in laudando quod laudant de diis animo ac gentilio greco et escolao

De falsitate auspicii quo romani regni fortitudo stabilitas visa est iudicari xxix capitulum

Nam illud quale est, quod pulcherrimum auspicium fuisse dixerunt, quod paulo ante commemoravi, Martem et Terminum et Iuventutem nec Iovi regi deorum loco cedere voluisse. Sic enim inquiunt significatum est Martiam gentem id est Romanam nemini locum quem teneret daturam; Romanos quoque terminos propter deum Terminum neminem commoturum; iuventutem et romanam propter deam Iuventutem nemini esse cessuram. Videant ergo quomodo habeant istum regem deorum suorum et datorem regni sui, ut ei auspicia ista pro adversario ponerent, cui non cedere pulchrum esset. Quamquam hec si vera sunt, non habent omnino quid timeant. Non enim confessuri sunt quod dii cesserint Christo, qui Iovi cedere noluerunt. Salvis quippe imperii finibus Christo cedere potuerunt et de sedibus locorum et maxime de corde credentium. Sed antequam Christus venisset in carne, antequam denique ista scriberentur que de libris eorum proferimus, sed tamen postea quam factum est sub rege Tarquinio illud auspicium, aliquotiens Romanus exercitus fusus est, hoc est versus in fugam, falsumque ostendit auspicium, quo Iuventus illa non cesserat Iovi, et gens Martia superantibus atque irrumpentibus Gallis in ipsa urbe contrita est, et termini imperii deficientibus multis ad Hannibalem civitatibus in angustum fuerant coartati. Sic evacuata est pulchritudo auspiciorum, remansit contra Iovem contumacia non deorum sed demoniorum. Aliud est enim non cessisse, aliud unde cesseras redisse. Quamquam et postea in orientalibus partibus Hadriani voluntate mutati sunt termini imperii Romani. Ille namque tres provincias nobiles, Armeniam, Mesopotamiam, Assyriam Persarum concessit imperio, ut deus ille Terminus, qui Romanos terminos secundum istos tuebatur et per illud pulcherrimum auspicium loco non cesserat Iovi, plus Hadrianum regem hominum quam regem deorum timuisse videatur. Receptis quoque alio tempore provinciis memoratis, non pene nostra memoria retrorsus Terminus cessit, quando Iulianus deorum illorum oraculis deditus immoderato ausu naves iussit incendi quibus alimonia portabatur; qua exercitus destitutus mox etiam ipso hostili vulnere extincto in tantam est redactus inopiam ut inde nullus evaderet, undique hostibus incursantibus, milites imperatoris morte turbatos, nisi placito pacis illic imperii fines constituerentur, ubi hodieque persistunt, non quidem tanto detrimento quantum concesserat Hadrianus, sed media tamen compositione defixi. Vano igitur augurio deus Terminus non cessit Iovi qui cessit Hadriani voluntati, cessit et Iuliani temeritati et Ioviani necessitati. Viderunt hec intelligentiores graviores[que] Romani, sed contra consuetudinem civitatis, que demoniorum ritibus fuerat obligata, parum valebant, quia et ipsi, etsi illa vana esse sentiebant, naturam tamen rerum sub unius veri dei regimine atque imperio constitutam religiosum cultum, qui deo debetur, exhibendum putabant, servientes, ut ait apostolus

De auspicio quod Martis filius et Iuventus ipse consiliorum quod tempore Tarquinii factum est de gente martia Romanorum et de mediatis istorum nominum quod tempore Hannibalis probatum fuit

Quod tempore Adriani termini romani imperii mutati sunt et nobiles provincie Armenia Mesopotamia Assyria persarum imperio addite sunt et quod plus hominem Adrianum timuerunt quam deos

De Iuliano apostata et eius morte et de diversis vanis auguriis et quod Romani serviebant creature non creatori

creationis potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Huius dei veri erat auxilium necessarium, a quo mitterentur sancti viri et vere pii, qui pro vera religione morerentur, ut falsa ea viventibus tollerentur.

Qualia de diis gentium et cultores eorum sentire fateantur. XXX

De Cicerone augure qui irridet auguria et reprehendit homines corvi et cornicis vocibus vite consilia moderantes, quia fuit achademicus; et de Quinto Lucilio Balbo, qui in suis physicis rationibus et falsis opinionibus et de hominibus diis titanis gygantibus superstitionibus ac religione.

Cicero augur irridet auguria et reprehendit homines corvi et cornicis vocibus vite consilia moderantes. Sed iste achademicus qui omnia esse contendit incerta, indignus est qui habeat ullam in his rebus auctoritatem. Disputat apud eum Quintus Lucilius Balbus in secundo de deorum natura libro, et cum ipse superstitiones ex natura rerum velut physicas et philosophicas inserat, indignatur tamen institutione simulachrorum opinionibusque fabulosis, ita loquens: Videtisne igitur ut a physicis rebus bene atque utiliter inventis tracta ratio sit ad commenticios et fictos deos? que res genuit falsas opiniones erroresque turbulentos et superstitiones pene aniles. Et forme enim nobis deorum et etates et vestitus ornatusque noti sunt, genera preterea, coniugia, cognationes, omniaque traducta ad similitudinem imbecillitatis humane. Nam et perturbatis animis inducuntur; accepimus enim deorum cupiditates, egritudines, iracundias. Nec vero, ut fabule ferunt, dii bellis preliisque caruerunt, nec solum ut apud Homerum cum duos exercitus contrarios alii dii ex alia parte defenderent, sed etiam ut cum titanis aut cum gygantibus sua propria bella gesserunt. Hec et dicuntur et creduntur stultissime et plena sunt vanitatis summeque levitatis. Ecce interim que confitentur qui defendunt deos gentium. Deinde cum hec ad superstitionem pertinere dicat, ad religionem vero que ipse secundum stoicos videtur docere: Non enim philosophi solum, inquit, verum etiam maiores nostri superstitionem a religione separaverunt. Nam qui totos dies precabantur, inquit, et ymolabant ut sibi sui liberi superstites essent, superstitiosi sunt appellati. Quis non intelligat eum conari, dum consuetudinem civitatis timet, religionem laudare maiorum, eamque a superstitione velle seiungere, sed quomodo id possit non invenire? Si enim a maioribus illi sunt appellati superstitiosi qui totos dies precabantur et ymolabant, numquid et illi qui instituerunt, quod iste reprehendit, deorum simulachra diversa etate et veste distincta, deorum genera, coniugia, cognationes? Hec utique cum tamquam superstitiosa culpantur, implicat ista culpa maiores talium simulachrorum institutores atque cultores; implicat et ipsum, qui quantolibet eloquio se in libertatem nitatur evolvere, necesse habebat ista venerari; nec quod in hac disputatione disertus insonat, mutire auderet in populi contione. Agamus itaque christiani domino deo nostro gratias, non celo et terre, sicut iste disputat, sed ei qui fecit celum et terram, qui has superstitiones, quas iste balbus velut balbutiens vix reprehendit, per altissimam Christi humilitatem, per apostolorum predicationem, per fidem martyrum pro veritate morientium et cum veritate viventium, non solum in cordibus religiosis, verum et in edibus superstitiosis libera suorum servitute subvertit.

Quod christiani debent gratias agere deo omnipotenti de omni bono, non celo neque terre, sicut Balbus balbutiens disputat.

[margin: noti]

[margin: Apertissime religionem quia dicat ad religionem]

De opinionibus Varronis, qui reprobata persuasione populari, licet ad notitiam veri dei non pervenerit, unum tamen deum colendum esse censuerit. XXXI

Quod Varro dicat de constitutione Romane civitatis et de secretis que vulgo scire non utile est, et de demonibus a quibus neo liberat homines nisi gratia domini nostri Iesu Christi.

Quid ipse Varro, quem dolemus in rebus divinis ludos scenicos, quamvis non iudicio proprio, posuisse, tamen ad deos colendos multis locis velut religiosus hortatur, nonne ita confitetur non se illa iudicio suo sequi, que civitatem romanam instituisse commemorat, ut si eam civitatem novam constitueret, ex nature potius formula deos nominaque eorum se fuisse dedicaturum non dubitet confiteri? Sed iam quoniam in vetere populo esset, acceptam ab antiquis nominum et cognominum historiam tenere ut tradita est debere se dicit, et ad eum finem illa scribere et perscrutari, ut potius eam magis colere quam despicere vulgus velit. Quibus verbis homo acutissimus satis indicat non se aperire omnia, que non sibi tantum contemptui essent, sed etiam ipsi vulgo despicienda viderentur, nisi tacerentur. Ego ista coniicere putari debui, nisi evidenter alio loco ipse diceret de religionibus loquens, multa esse vera que non modo vulgo scire non sit utile, sed etiam tamen, etsi falsa sunt, aliter existimare populum expediat, et ideo grecos teletas ac misteria taciturnitate parietibusque clausisse. Hic certe totum consilium prodidit velut sapientum, per quos civitates et populi regerentur. Hac tamen fallacia miris modis maligni demones delectantur, qui et deceptores et deceptos pariter possident, a quorum dominatione non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Dicit etiam idem auctor acutissimus atque doctissimus, quod hi soli ei videantur animadvertisse quid esset deus, qui crediderunt eum esse animam motu ac ratione mundum gubernantem. Ac per hoc etsi nondum tenebat quod veritas habet, deus enim verus non anima, sed anime quoque est effector et conditor, tamen si contra preiudicia consuetudinis liber esse posset, unum deum colendum fateretur atque suaderet, motu ac ratione mundum gubernantem.

[margin: Theletas i. purgationes quedam]

Ac per hoc et si nondum tenebat quod veritas habet
deus enim verus non anima sed anime quoque est af
fector et conditor tamen si contra consuetudinis
suetudinis liber esse posset
unum deum colendum fateretur
atque suaderet motu ac ratione
mundum gubernantem ut ea
cum illo de hac re quod romanorum
noveret quem cum diceret esse animam
potius et animam creatorem.

De sententia varronis deos de creatore motore et motu anime et credens antiquos plus quam c. et lxx deos sine symulacris coluisse referunt.

Dicit etiam antiquos roma
nos plus annos c. et lxx.
deos sine simulachro coluisse quod si adhuc
inquit mansisset castius dii observarentur.
Cuius sententie sue testem adhibet inter cetera et gentem
iudeam nec dubitat eum locum ita concludere
ut dicat qui primi simulacra deorum populis posu
erunt eos civitatibus suis et metum dempsisse
et errorem addidisse prudenter existimans deos
facile posse in symulacrorum stoliditate contempni
quod non non ait errorem tradiderunt

Quod illi dii in simulachris sunt lenit contempni per hunc secta iudeorum quoniam dicit unum deum coli debere et de inania contempni

sed addiderunt iam utique fuisse etiam
sine simulacris vult intelligi errorem
Quia proprie tamen solos dicat animadvertis
se quid esset deus qui eum crederent
animam mundum gubernantem castiusque
existimat sine simulacris observari
religionem quis non videat quantum
appropinquavit veritati. Si enim aliquid
contra vetustatem tanti posset erroris profecto
et unum deum a quo mundum crederet gubernari
et sine simulachro colendum esse censeret
atque in tam proximo inventus facile fortasse
de anime mutabilitate commoveretur ut naturam potius
incommutabilem que ipsam quoque animam con
didisset deum verum esse sentiret. Hec cum ita
sint quecumque tales viri in suis litteris multorum
deorum ludibria posuerunt confiteri ea potius oc
culta dei voluntate compulsi sunt quam persuade
re conati. Si qua igitur a nobis inde testimonia
proferuntur ad eos redarguendos qui nolunt advertere de quanta et quam ma
ligna demonum potestate nos liberet singulare sa
crificium tam sancti sanguinis fusi et doni spiritus impertiti.

Quam speciem utilitatis principes gentium apud subiectos sibi populos falsas religiones voluerunt permanere. xxxii. c.

Dicit etiam de generationibus deorum magis ad poetas quam ad phisicos fuisse populos inclinatos et ideo et sexum et generationes deorum maiores suos id est veteres credidisse romanos et eorum constitu isse coniugia. Quod utique non aliam ob causam factum videtur nisi quia hominum velut prudentum et sapientium negotium fuit populum in religionibus fallere et in eo

De generatione deorum quod hic magis ad poetas quam ad phisicos pertinet cognoscere per fallendi demonum cupiditate

ipso non solum colere sed imitari etiam demones quibus maxima est fallendi cupiditas
Pro eorum demones nisi
eos quos fallendo deceperint possidere non possunt. Sic
et homines principes non sane iusti sed demonum simi
les ea que vana esse noverant religionis nomine
populis tamquam vera suadebant hoc modo eos civili
societati velut arctius alligantes quo similiter sub
ditos possiderent. Quis autem infirmus et indoctus
evaderet simul fallaces et principes civitatis et demones.

Quod iudicio et potestate dei veri omnium regum atque reg
norum ordinata sunt tempora. c. xxxiii.

Deus igitur ille felicitatis auctor et da
tor quia solus est verus deus ipse dat
regna terrena bonis et malis. Neque hoc temere et quasi fortu
itu quia deus est non fortuna
sed pro rerum ordine ac temporum oc
culto nobis notissimo sibi cui
tamen ordini temporum non subditus
servit sed eum ipse tamquam
dominus regit moderatorque disponit felicitatem vero
non dat nisi bonis. Hanc enim possunt et non habere et habere
servientes possunt et non habere et habere regnantes. Que
tamen plena in ea vita erit ubi iam nemo serviet. Illic et
ideo regna terrena et bonis ab illo dantur et malis
ne eius cultores adhuc in profectu animi parvuli hec
ab eo munera quasi magnum aliquid concupiscant. Et
hoc est sacramentum veteris testamenti ubi occultum erat novum quod
illic promissa et dona terrena sunt intelligentibus
et tunc spiritualibus quamvis nondum in manifestatione
predicantibus et que illis temporalibus rebus significaretur
eternitas et in quibus dei donis esset vera felicitas.

Quod deus solus et verus auctor est felicitatis et dator et non fortuna et de fatto veteris et novi testamenti occulto quod in egipto de paucis suos multiplicavit et sic liberavit

De regno iudeorum quod ab uno et vero deo institutum atque conservatum est donec in vera religione manserunt. xxxiiii.

Itaque ut cognoscerentur etiam illa terre
na bona quibus solis inhiant qui meli
ora cogitare non possunt in ipsius unius dei
esse posita potestate non in multorum falsorum quos
colendos romani ante crediderunt populum suum in
egypto de paucissimis multiplicavit et inde signis
mirabilibus liberavit. Nec lucina mulieres ille invo
caverunt quando earum partus ut miris modis multipli
carentur et gens illa incredibiliter cresceret ab egipciis
persequentibus et infantes omnes necare volentibus ipse
servavit. Sine dea rumina suxerunt
sine cunina in cunis fuerunt. Sine
educa et potina escam potumque sus
ceperunt sine tot diis puerilibus educa
ti sunt sine diis coniugalibus coniugati
sine cultu priapi coniugibus mixti. Si
ne invocatione neptuni mare transeuntibus
divisum patuit et sequentes
eorum inimicos fluctibus in se redeuntibus obruit. Nec consecraverunt ali
quam deam manniam quando de celo manna
susceperunt. Nec quando sicientibus aquam

Quod in egipto mulieres lucinam non invocaverunt et partu que sine educa potina et priapo et neptuno mare divisum tamen videtur quod sine pervenerunt et manna sine deam manniam perceperunt

yaussa petra profudit / nympha lympha scilicet tolle
runt / sine insanis sacris martis et bellone bella
gesserunt / et sine victoria quidem non vicerunt Non
tamen ea earum sed dei sui munus habuerunt / sine
segetia segetes sine bobona boves mella sine mel
lona sine pomona poma et prorsus Or in deserto v
omnia pro quibus tante falsorum deorum qua percussa petra
turbe romani supplicandum pu fudit aqua sine
tarunt Ab uno vero deo multo felicius nympha sine
acceperunt et si non in eum peccassent lympha et quia sine
impia curiositate / tamquam magicis marte ac bellona
artibus seducti ad alienos deos et hebrei amaleth
ad ydola defluerent / et postremo xpm vicerunt et si
occidendo in eodem regno et si non ne segecia et bubona
speciosiore tamen feliciore mansissent et mellona pomona et
nunc quod per omnes fere terras gentes quas dabus aliis uite nostra
dispersi sunt / illius unius veri dei providencia est / ut quod habuere
deorum falsorum / usque quaque simulachra are luci templa
eruuntur / et sacrificia prohibentur / de eodicibus eorum
prohibetur / que admodum hoc fuit tanto ante prophetatum
Ne forte cum legeretur in nostris Or indi magicis ar
a nobis putaretur esse confictum tibus seducti sunt
Jam quod sequitur in volumine et ludibria demoniorum
sequenti videndum est / et hic ydola coluerunt et vim
tandus huius prolixitatis modus deum ihesum x. occiderunt
Explicit liber quartus Aurelii Au per qua dispersio pas
gustini de civitate dei Incipiunt / sicut ut in eorum libris
tituli libri quinti est talis / invenitur

Causa romani imperii omniumque reg
norum nec fortuitam esse / nec stellarum
imposicione consistere i de genere sili dissi
miliquoque valitudine ij de argumento quo exrota fi
guli nigidius mathematicus assumpserit in questione
generum / iij de esau et jacob geminis multum inter se
morum et actionum qualitate disparibus iiij Quibus
modis convincantur mathematici vanam scientiam
profiteri v de geminis disparis sexus vj de
electione diei quo uxor ducitur quo vel in agro
aliquid plantatur aut seritur vij de hiis qui non as
trorum positionem sed connexionem causarum / ex dei volun
tate pendentem fati nomine appellant viij de
prescientia dei et libera hominis voluntate / contra ciceronis diffi
nicionem ix An voluntatibus hominum aliqua dominetur neces
sitas x de universali providencia dei cuius legibus omnia
continentur xj Quibus moribus antiquorum romani
meruerunt ut deus verus quamvis non eum colerent
eorum augeret imperium xij de amore laudis qui cum
sit vicium ab hoc virtus putatur / quia per ipsum vicia ma
iora cohibentur xiij de resecando amore laudis hu
mane quoniam iustorum gloria omnis in deo sit xiiij de mercede
temporali quam deus reddidit bonis moribus romanorum xv de
mercede sanctorum civium / civitatis eterne quibus utilia sunt
romanorum exempla virtutum xvj Quo fructu romani
bella gesserunt et quantum hiis quos vicerunt contulerunt
xvij Quam alieni a iactancia esse debeant xpiani si aliquid
fecerint pro dilectione patrie eterne cum tanta romani
gesserint pro humana gloria et civitate terrena xviij
Quo inter se distant cupiditas glorie / et cupiditas dominandi et quia
tam turpis sit servire virtutes humane glorie quam corporis
voluptati xix Romanorum regnum a deo non est dis
positum a quo est omnis potestas et cuius providentia re
guntur universa xx Tempora exitusque bellorum ex
dei pendere iudicio xxj de bello in quo radagai
sus rex gothorum demonum cultor / uno die cum in
gentibus copiis suis victus est xxij Que sit xpiano
rum imperatorum et quam vera felicitas xxiij de pro
speritatibus quas constantino imperatori xpiano deus
contulit xxiiij de fide et pietate theodosii augusti xxv
Incipit liber quintus Aurelii Augustini de civi
tate dei / Causam romani imperii omniumque regnorum
nec fortuitam esse nec stellarum imposicione consistere i

Romam constat omnium rerum
optandarum plenitu
dinem esse felicitatem / que non est dea
sed donum dei / Et ideo nullum deum colendum
esse ab hominibus / nisi qui potest eos facere felices
Unde si illa dea esset / sola colenda merito diceretur
Jam consequenter videamus / qua causa deus qui potest et
illa bona dare / que habere possunt et non boni ac per hoc
et infelices / Romanum imperium Or verus deus unus
tam magnum tamque diuturnum solus et dominus ihesus
esse voluerit. Quia enim hoc deorum xpus auxit imperium
falsorum / illa quam colebant multitudo romanum non fortuna
titudo non fecit / et multa iam diximus fortuita ficta et
mus / et ubi visum fuit oportunum fatalia non sidera
esse / dicemus / Causa ergo magnitu ut opinantur illi dii
dinis imperii romani / nec fortuita est nec fatalis
secundum eorum sententiam sive opinionem / qui ea dicunt esse for
tuita / que vel nullas causas habent / vel non ex aliquo ro
nabili ordine venientes / et ea fatalia / que preter
dei et hominum voluntatem cuiusdam ordinis necessitate
contingunt / prorsus divina providencia / regna consti
tuuntur humana Or si propterea quisquam fato tribuit
quia ipsam dei voluntatem vel potestatem fati nomine
appellat / sententiam teneat linguam corrigat Cur enim
non hoc primum dicit quod postea dicturus est / cum ab illo
quisquam quesierit / quid dixerit fatum Nam id
homines quando audiunt usitata loquendi consuetudine
non intelligunt / nisi vim positionis syderum / qualis
est / quando quis nascitur sive concipitur / quam aliqui alienant
a dei voluntate / aliqui ex illa etiam hoc pendere confir
mant / Sed illi qui sine dei voluntate decernere / opi
nantur sydera / quid agamus vel quid bonorum habea
mus / malorum ve paciamur / ab auribus omnium repellen
di sunt / non solum eorum qui veram religionem tenent
sed qui deorum qualiumcumque licet falsorum volunt esse
cultores / Hec enim opinio quid agit aliud nisi ut nullus
omnino colatur aut rogetur deus / contra quos modo
nobis disputatio non est instituta / sed contra hos qui
pro defensione eorum / quos deos putant / xpiane reli
gioni adversantur. Illi vero qui positione stellarum

quodammodo decernenti, qualis quisque sit, quid ei proveniat boni, quid vel mali accidat, ex dei voluntate suspendunt. Qui easdem stellas putant habere hanc potestatem traditam sibi a summa illius potestate, ut volentes ista decernant, magnam celo faciunt iniuriam, in cuius velut clarissimo senatu ac splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni, qualia si aliqua terrena civitas decrevisset, genere humano decernente fuerat evertenda. Quale deinde iudicium de hominum factis deo relinquitur, quibus celestis necessitas adhibetur, cum dominus ille sit et siderum et hominum? Aut si non dicunt stellas accepta quidem potestate a summo deo arbitrio suo ista decernere, sed in talibus necessitatibus ingerendis illius omnino iussa complere, ita ne de ipso deo sentiendum est, quod indignissimum visum est de stellarum voluntate sentire? Quod si dicuntur stelle significare potius ista quam facere, ut quasi locutio quedam sit illa positio predicens futura, non agens (non enim mediocriter doctorum hominum fuit ista sententia), non quidem ita solent loqui mathematici, ut verbi gratia dicant: Mars ita positus homicidam significat, sed homicidam facit. Verumtamen ut concedamus non eos ut debent loqui et a philosophis accipere oportere sermonis regulam ad ea pronuntianda, que in siderum positione reperire se putant, quid fit quod nichil umquam dicere potuerunt, cur in vita geminorum, in actionibus, in eventis, in professionibus, artibus, honoribus ceterisque rebus ad humanam vitam pertinentibus atque in ipsa morte sit plerumque tanta diversitas, ut similiores eis sint, quantum ad hoc attinet, multi extranei quam ipsi inter se gemini perexiguo temporis intervallo in nascendo separati, in conceptu autem per unum concubitum uno etiam momento seminati?

De stellis et astris sideribus qui nichil faciunt ut nullam necessitatem imponant ut voluit mathematici si deus verus omnia operatur

cum dominus

Quod mars nichil operatur in geminis de Ypocratis sententia

De Ypocrate

De geminorum similium dissimilique valitudine capitulum ii

Cicero dicit Ypocratem, nobilissimum medicum, scriptum reliquisse quosdam fratres, cum simul egrotare cepissent et eorum morbus eodem tempore ingravesceret, eodem levaretur, geminos suspicatum; quos Possidonius Stoycus, multum astrologie deditus, eademque conceptos solebat asserere.

vel eadem constitutione astrorum natos

Ita quod medicus pertinere credebat ad simillimam temperiem valitudinis, hoc philosophus astrologus ad vim constitutionemque siderum, que fuerat quo tempore concepti natique sunt. In hac causa multo est acceptabilior et de proximo credibilior coniectura medicinalis, quoniam parentes ut erant corpore affecti, dum concumberent, ita primordia conceptorum affici potuerunt, ut consecutis ex materno corpore prioribus incrementis paris valitudinis nascerentur; deinde in una domo eisdem alimentis nutriti, ubi aerem et loci positionem et vim aquarum plurimum valere ad corpus vel bene vel male accipiendum medicina testatur, eisdem etiam exercitationibus assuefacti tam similia corpora gererent, ut etiam ad egrotandum uno tempore eisdem causis similiter moverentur. Constitutionem vero celi ac siderum, que fuit cum concepti sive nati sunt, velle trahere ad istam egrotandi parilitatem, cum tam multi diversissimi generis diversissimorum affectuum et eventuum eodem tempore in unius regionis terra eidem celo subdita potuerint concipi et nasci, nescio cuius sit insolencie. Nos autem novimus geminos non solum actus et peregrinationes habere diversas, verum etiam dispares egritudines perpeti. De qua re facillimam, quantum michi videtur, rationem redderet Ypocrates, diversis alimentis et exercitationibus, que non de corporis temperatione, sed de animi voluntate veniunt, dissimiles eis accidere potuisse valitudines. Porro autem Possidonius vel quilibet fatalium siderum assertor, mirum si potest hic invenire quod dicat, si nolit imperitorum mentibus in eis quas nesciunt rebus illudere. Quod enim conantur efficere de intervallo exiguo temporis, quod inter se gemini dum nascerentur habuerunt, propter celi particulam, ubi ponitur hore notatio, quem horoscopum vocant, aut non tantum valet, quanta invenitur in geminorum voluntatibus, actibus, moribus casibusque diversitas, aut plus etiam valet quam est geminorum vel humilitas generis eadem vel nobilitas, cuius maximam diversitatem non nisi in hora, qua quisque nascitur, ponunt. Ac per hoc si tam celeriter alter post alterum nascitur, ut eadem pars horoscopi maneat, paria quero in omnibus, que in nullis possunt geminis inveniri; si autem sequentis tarditas horoscopum mutat, parentes diversos quero, quos gemini habere non possunt.

De horoscopo geminis natione et cometa de rota figuli et falsitate philosophorum

De argumento quod ex rota figuli Nigidius mathematicus assumpsit in questione geminorum capitulum iii

Frustra igitur affertur nobile illud commentum de figuli rota, quod respondisse ferunt Nigidium hac questione turbatum, unde et Figulus appellatus est. Dum enim rotam figuli vi quanta potuit intorsisset, currente illa bis numero de atramento tamquam uno eius loco summa celeritate percussit; deinde inventa sunt signa, que fixerat, desistente motu, non parvo intervallo in rote illius extremitate distantia. Sic, inquit, in tanta rapacitate celi, etiam si alter post alterum tanta celeritate nascatur, quanta rotam bis ipse percussi, in celi spatio plurimum est. Hinc sunt, inquit, quecumque dissimilia perhibentur in moribus casibusque geminorum. Hoc figmentum fragilius est quam vasa que illa rotatione finguntur. Nam si tam multum in celo interest

De constellationibus geminorum et figulis est quod vasa in momentis signis et illa opinione mathematicorum

at ... rotatione

quod constellationibus comprehendi non potest, ut alteri geminorum hereditas obveniat, alteri non obveniat. Cur audent ceteris qui gemini non sunt, cum inspexerint eorum constellationes, talia pronuntiare, que ad illud secretum pertinent quod nemo potest comprehendere, et momentis annotare nascentium? Si autem propterea talia dicunt in aliorum genituris, quia hoc ad productiora spatia temporum pertinet, momenta vero illa parvula intervallorum que inter se gemini possunt habere nascentes rebus minimis tribuunt, de qualibus mathematici non solent consuli, quis enim consulat quando sedeat, quando deambulet, quando vel quid prandeat? Numquid ista dicimus, quando in moribus operibus casibusque geminorum plurima plurimumque diversa monstramus? De Esau et Iacob geminis multum inter se morum et actionum qualitate disparibus. iiii c.

Nati sunt duo gemini, antiqua patrum memoria, ut de insignibus loquar, sic alter post alterum, ut posterior plantam prioris teneret. Tanta in eorum vita fuerunt moribus diversa, tanta in actibus disparitas, tanta in parentum amore dissimilitudo, ut etiam inimicos eos inter se faceret ipsa distantia. Numquid hoc dicitur, quia uno ambulante alius sedebat, et alio dormiente alius vigilabat, alio loquente alius tacebat, que pertinent ad illas minutias, que non possunt comprehendi ab eis, qui constitutionem siderum qua quisque nascitur scribunt? Unde mathematici consulantur. Unus dixit mercenariam servitutem, alius non servivit; unus a matre diligebatur, unus non; honorem qui magnus apud eos habebatur amisit, alter adeptus est. Quid de uxoribus, quid de filiis, quid de rebus, quanta diversitas! Si ergo hec ad illas pertinent minutias temporum, que inter se habent gemini, et constellationibus non ascribuntur, quare aliorum constellationibus inspectis ista dicuntur? Si autem ideo dicuntur, quia non ad minutias incomprehensibiles, sed ad temporum spatia pertinent, que observari notarique possunt, quid hic agit rota illa figuli, nisi ut homines luteum cor habentes in gyrum mittantur, ne mathematicorum vaniloquia convincantur?

De minutiis temporum constellationum geminorum et de falsa opinione philosophorum de syderibus

Quibus modis convincuntur mathematici vanam scientiam profiteri. c. v.

Quid idem ipsi, quorum morbum quod eodem tempore gravior leviorque apparebat amborum, medicinaliter inspiciens Ypocrates geminos suspicatus est? Nonne satis istos redarguerunt, qui volunt sideribus dare quod de corporum similitudine (temperatione) veniebat? Cur enim similiter eodemque tempore, non alter prior, alter posterior egrotabant, sicut nati fuerunt? Quia utique simul nasci ambo non potuerunt.

Aut si nihil momenti attulit, ut diversis temporibus egrotarent, quod diversis temporibus nati sunt, quare tempus in nascendo diversum ad aliarum rerum diversitates valere contendunt? Cur potuerunt diversis temporibus peregrinari, diversis temporibus ducere uxores, diversis temporibus filios procreare, et multa alia propterea quod diversis temporibus nati sunt, et non potuerunt eadem causa diversis etiam temporibus egrotare? Si enim dispar nascendi mora mutavit horoscopum et disparilitatem intulit ceteris rebus, cur illud in egritudinibus mansit, quod habebat in temporis equalitate conceptus? Aut si fata valetudinis in conceptu sunt, aliarum vero rerum in ortu dicuntur, non deberent inspectis natalium constellationibus et de valitudine aliquid dicere, quando eis inspicienda conceptionalis hora non datur. Si autem ideo premuntiant egritudines non inspecto conceptionis horoscopo, quia indicant eas momenta nascentium, quo modo dicerent cuilibet eorum geminorum ex nativitatis hora quando egrotaturus esset, cum et alter qui non habebat eandem horam nativitatis necesse haberet pariter egrotare? Deinde quero, si tanta distancia est temporis in nativitate geminorum, ut per hanc oporteat eis constellationes fieri diversas propter diversum horoscopum, et ob hoc diversos omnes cardines, ubi tanta vis ponitur, ut hinc etiam diversa sint fata, unde hoc etiam accidere potuit, cum eorum conceptus diversum tempus habere non possit? Aut si duorum uno momento conceptorum potuerunt esse ad nascendum fata disparia, cur non et duorum uno momento temporis natorum possint esse ad vivendum atque moriendum fata disparia? Nam si unum momentum, quo ambo concepti sunt, non impedivit ut alter prior, alter posterior nasceretur, cur si duo uno momento nascantur, impedit aliquid quominus alter prior, alter posterior moriatur? Item si conceptio momenti unius diversos casus in utero geminis habere permittit, At sit omnis huius artis vel potius vanitatis commenta tollantur. Quid est hoc, cur uno tempore, momento uno, sub una eademque celi positione concepti diversa habent fata, que illos perducant ad diversarum horarum nativitatem, et uno momento temporis, sub una eademque celi positione, de duabus matribus duo pariter nati diversa fata habere non possint, que illos perducant ad diversam vivendi vel moriendi necessitatem? An concepti nondum habent fata, que nisi nascantur habere non poterant? Quid est ergo quod dicunt, si hora conceptionalis inveniatur, multa ab istis dici posse divinius? Unde et illud a nonnullis predicatur, quod quidam sapiens horam elegit qua cum uxore concumberet, unde filium mirabilem gigneret. Unde postremo

De horoscopo geminis cardinibus constellationibus temporis horis momentis celi positionibus athomis et fatis

cur nativitas momenti unius non et quoslibet duos etiam diversos casus habere permittat. At

et hinc est, quod de illis pariter egrotantibus geminis Posidonius magnus astrologus idemque philosophus videbat ideo fieri, quod eodem tempore fuissent nati eodemque concepti. Nam utique propter hoc addebat conceptum, ne diceretur ei non ad liquidum eodem tempore potuisse nasci, quos constabat omnino eodem tempore fuisse conceptos, ut hoc quod similiter pariterque egrotabant, non daret de proximo pari corporis temperamento, sed eandem quoque valitudinis parilitatem sydereis nexibus alligaret. Si igitur in conceptu tanta vis est ad equalitatem fatorum, non debuerunt nascendo eadem fata mutari. Aut si propterea mutantur fata geminorum, quod diversis temporibus nascuntur, cur non potius intelligamus iam fuisse mutata, ut diversis temporibus nascerentur? Itane non mutat fata nativitatis voluntas viventium, cum mutet fata conceptionis ordo nascentium?

De fatis astralibus ubi certe ambo eodem momento dicuntur et de varia in conceptualibus et dispari bus sub geminis dispari sexu viri et aliis sideribus conceptis fit

Quamquam et in ipsis geminorum conceptibus, ubi certe amborum eodem momento tempus est, unde fit ut sub eadem constellatione fatali alter concipiatur masculus, altera femina?

Novimus geminos diversi sexus, ambo adhuc vivunt, ambo etate adhuc vigent; quorum cum sint inter se similes corporum species, quantum in diverso sexu potest, instituto tamen et proposito vite ita sunt dispares, ut preter actus, quos necesse est a virilibus distare femineos, quod ille in officio comitis militat et a sua domo pene semper peregrinatur, illa de solo patrie et de rure proprio non recedit; insuper quod est incredibilius, si astralia fata credantur, non autem mirum, si voluntates hominum et dei munera cogitentur, ille coniugatus, illa virgo sacra est; ille numerosam prolem genuit, illa nec nupsit. At enim plurimum vis horoscopi valet. Hoc quam nihil sit, iam satis disserui. Sed qualecumque sit, in ortu valere dicunt; numquid et in conceptu? ubi et unum concubitum esse manifestum est, et tanta nature vis est, ut cum conceperit femina, deinde alterum concipere omnino non possit. Unde necesse est eadem esse in geminis momenta conceptus. An forte, quia diverso horoscopo nati sunt, aut ille in masculum, dum nascerentur, aut illa in feminam commutata est? Cum igitur non usquequaque absurde dici possit ad solas corporum differentias afflatus quosdam valere sydereos, sicut in solaribus accessibus et decessibus videmus etiam ipsius anni tempora variari, et lunaribus incrementis atque detrimentis augeri et minui quedam genera rerum, sicut echinos et conchas et mirabiles estus oceani, non autem et animi voluntates positionibus syderum subdi, nunc isti cum etiam nostros actus inde religare conantur, admonent ut queramus unde ne in ipsis quidem corporibus eis possit ratio ista constare. Quid enim tam ad corpus pertinens quam corporis sexus? Et tamen sub eadem positione syderum diversi sexus gemini concipi potuerunt. Unde quid insipientius dici aut credi potest, quam syderum positionem, que ad horam conceptionis eadem ambobus fuit, facere non potuisse, ut cum quo habebat eandem constellationem, sexum diversum a fratre non haberet, et positionem syderum, que fuit ad horam nascentium, facere potuisse, ut ab eo tam multum virginali sanctitate distaret?

De echinis et conchis et de positionibus siderum videlicet dicendis talibus faciendis quod superstitiosum est

De electione diei qua uxor ducitur quo vel magro aliquid plantatur

Iam illud quis ferat, quod sequitur vii: quod in eligendis diebus nova quedam suis actibus fata moliuntur? Non erat videlicet ille ita natus, ut haberet admirabilem filium, sed ita potius, ut contemptibilem gigneret, et ideo vir doctus eligit horam, qua misceatur uxori. Fecit ergo fatum quod non habebat, et ex ipsius facto cepit esse fatale, quod in eius nativitate non fuerat. O stultitiam singularem! Eligitur dies ut ducatur uxor; credo propterea, quod potest in diem non bonum, nisi eligatur, incurri et infeliciter duci. Ubi est ergo quod nascenti iam sydera decreverunt? An potest homo, quod ei iam constitutum est, diei electione mutare, et quod ipse in eligendo die constituerit, non poterit ab alia potestate mutari? Deinde si soli homines, non autem omnia, que sub celo sunt, constellationibus subiacent, cur aliquos eligunt dies accommodatos ponendis vitibus vel arboribus vel segetibus, alios dies pecoribus vel domandis vel admittendis maritis, quibus equarum vel boum fetentur armenta, et cetera huiusmodi? Si autem propterea valent ad has res dies electi, quia terrenis omnibus corporibus sive animantibus secundum diversitates temporalium momentorum syderum positio dominatur, considerent quam innumerabilia sub uno temporis puncto vel nascantur vel oriantur vel inchoentur, et tam diversos exitus habeant, ut istas observationes cuivis puero ridendas esse persuadeant. Quis enim est tam excors, ut audeat dicere omnes arbores, omnes herbas, omnes bestias, serpentes, aves, pisces, vermiculos momenta nascendi singillatim habere diversa? Solent tamen homines ad temptandam peritiam mathematicorum afferre ad eos constellationes mutorum animalium, quorum ortus propter hanc explorationem domi sue diligenter observant, eosque mathematicos preferunt ceteris, qui constellationibus inspectis dicunt non esse hominem natum sed pecus. Audent et dicere quale pecus, utrum aptum lanitio an vectationi an aratro an custodie domus. Nam et ad canina fata temptantur, et cum magnis admirantium clamoribus ista respondent. Sic desipiunt homines

Cur mathematici de solis hominibus constellationes puncta in creationes momenta syderum passos eligunt et observant dicunt

ut existiment / cum homo nascitur / eciam
aktos rerum ortus / ita in hiberi / ut cum
illo sub eadem celi plaga nec in us
ca nascatur / Nam si hanc amiserit / a
precedit raciocinacio / que gradatim
accessibus modicis / eos a mu sas
ad camelos / elephantos que perducat
Nec illud uoluit / aduertere / quod electo
ad seminandum agrum die / tam multa
grana in terram simul veniunt / simul
germinant / et exorta segetes simul herbescunt pubescunt flavescunt / et tamen inde
spicas ceteris coeuas / atque ut ita dixerim congermanas / alias rubigo interimit / alias aues depopulantur / alias homines euellunt / Quomodo istis alias constellationes fuisse dicturi sunt / quas tam diuersos exitus
habere conspiciunt / an eos penitebit hiis rebus dies
eligere / eas que ad celeste non pertinere decretum
negabunt / et solos sydeibus subdent homines / quibus solis
in terra deus dedit liberas voluntates / hiis omnibus
consyderatis / non inmerito creditur / cum astrologi mirabiliter multa vera rndent / occulto in
stinctu fieri spirituum non bonorum / quorum
cura est / has falsas et noxias
opiniones / de astralibus fatis
in corde humanis mentibus / atque
firmare non horoscopi notati
et inspecti aliqua arte / que
nulla est

Quid dicant mathematici de tempestibus a niiis pisci bus animalibus arboribus herbis pecoribus aptis famulis et huius sub qua plaga celi nascuntur

Quid dicat astrologi fle de opinionibus astralibus horoscopis astris de occulto instinctu spirituum qua a hora quis concipiatur uel nascatur

De hiis qui non astrorum positionem sed connexionem et dei voluntatem pendente fati nomine vero appellant vim

Qui uero
Qui non astrorum constitucionem sicuti est cum quisque
concipitur uel nascitur / uel inchoatur / sed omnem connexionem / seriem que causarum / qua fit omne / quod fit /
fati nomine appellant / Non multum cum eis de uerbi controuersia laborandum atque certandum est / Quippe
ipsum causarum ordinem et quandam connexionem
dei summi tribuunt voluntati et potestati / qui optime
et verissime creditur / et cuncta scire / antequam fiant
et nichil inordinatum relinquere / a quo sunt omnes
potestates / quamuis ab illo non sint omnium voluntates / Ipsam
itaque precipue dei summi voluntatem / cuius potestas
inseparabiliter per cuncta porrigitur
eos appellare fatum / sic probatur /
[nisi fallor] Annei senece sunt / ut opinor / hii uersus Duc
es summe pater altique poli dominator /
Quocumque placuit / nulla parendi mora est / Assum impiger fac
nolle / comitabor gemens / malusque patiar facere / quod licuit bono /
Ducunt volentem fata / nolentem
trahunt / Nempe euidentissime
in hoc ultimo uersu / ea fata appellauit
que supra dixerat summi patris voluntatem / cui paratum

Quid dicat anneus seneca de potestate voluntate et de ordinato ordine rerum vi dei quod et ipse fatum uocat et deum sibi homerum quos cycero uersum eius sustulit

se obedire dicit / ut volens ducatur / ne nolens trahatur / Quoniam scilicet ducunt volentem fata / nolentem
trahunt / Illi quoque uersus homerici huic sentencie suffragantur / quos cycero in latinum uertit / Tales sunt hominum
mentes / quali pater ipse Iupiter auctiferas lustrauit lumine
terras / Nec in hac questione auctoritatem habet poetica
sentencia / Sed quoniam stoycos dicit vim fati asserentes
istos ex homero uersus solere usurpare / non de illius
poete sed de istorum philosophorum opinione
tractatur / cum per istos uersus / quos disputacioni adhibent / quam de fato
habent / quid sentiat esse fatum apertissime declaratur / Quoniam Iouem appellant / quem summum deum putant
a quo connexionem dicunt pendere fatorum

Quid dicat cycero de philozophis stoycis de fato diuinacione et oraculis et de mathematicis

De prescientia dei et libera hominis voluntate contra cyceronis diffinitionem

Hos cycero ita redarguere conatur / ut non
existimet aliquid se aduersus eos ualere / nisi
auferat diuinacionem / quam sic conatur auferre / ut
neget esse scienciam futurorum / eamque omnibus viribus [Nullam esse omnino contendat vel in homine vel in deo]
nullam que rerum predictionem / Ita et dei prescienciam negat / et omnem prophetiam luce clariorem conatur
euertere / uanis argumentacionibus / et opponendo sibi quedam oracula / que facile possunt refelli / que tamen
nec ipse conuincit / In hiis autem mathematicorum
coniecturis refutandis / eius regnat oracio / quia uere tales
sunt / ut se ipse destruant et refellant / Multo sunt
autem tolerabiliores / qui uel syderea fata constituunt /
quam iste / qui tollit prescienciam futurorum / Nam et confiteri esse deum et negare prescium futurorum / apertissima
insania est / quod et ipse cum uideret / eciam illud temptauit quod scriptum est / dixit insipiens in corde suo / non est deus
sed non ex sua persona / Vidit enim
quam esset molestum et inuidiosum
ideoque cottam fecit disputantem
de hac re / aduersus stoycos in libris
de deorum natura / et pro lucilio balbo / cui stoycorum
partes defendendas dedit / maluit sentenciam ferre /
quam pro cotta / qui nullam diuinam naturam
esse contendit / In libris uero de diuinacione ex se
ipso apertissime oppugnat prescienciam futurorum / Hoc
autem totum facere uidetur / ne fatum esse consenciat / et perdat liberam uoluntatem / Putat enim
concessa sciencia futurorum / ita esse
consequens fatum / ut negari omnino
non possit / Sed quoquomodo se
habeant tortuosissime concertaciones et disputaciones philosophorum /
Nos et confitemur summum et verum
deum / ita voluntatem summamque potestatem ac prescienciam
eius confitemur / nec timemus ne ideo non voluntate faciamus quod voluntate facimus / quia id nos facturos
ille presciuit / cuius prescientia falli non potest / Quod cycero

De prescientia dei de cotta disputante que stoycos et lucilio balbo ferente sententiam ne fatum adsit

De summo vero deo voluntate potestate et prescientia eius

timuit, ut oppugnaret prescientiam, ut stoyci, ut non omnia necessitate fieri dicerent, quamuis omnia fato fieri contenderent. Quid est ergo quod tytero timuit in prescientia futurorum, ut eam labefactare disputatione detestabili niteretur? Videlicet quia si prescita sunt omnia futura, hoc ordine uenient quo uentura esse prescita sunt; omnia futura hoc ordine uenient quo uentura esse prescita sunt. Et si hoc ordine uenient, certus est ordo rerum prescienti deo; et si certus est ordo rerum, certus est ordo causarum. Non enim fieri aliquid potest quod non aliqua efficiens causa precesserit. Si autem certus est ordo causarum quo fit omne quod fit, fato, inquit, fiunt omnia que fiunt. Quod si ita est, nichil est in nostra potestate nullumque est arbitrium uoluntatis. Quod si concedimus, inquit, omnis humana uita subuertitur, frustra leges dantur, frustra obiurgationes laudes uituperationes exhortationes adhibentur. Neque ulla iusticia bonis premia et malis supplicia constituta sunt. Hec ergo ne consequantur indigna et absurda et perniciosa rebus humanis, non uult esse prescientiam futurorum, atque in has angustias coartat animum religiosum, ut unum eligat e duobus, aut esse aliquid in nostra uoluntate, aut esse prescientiam futurorum, quoniam utrumque arbitratur esse non posse, sed si alterum confirmabitur, alterum tolli. Si elegerimus prescientiam futurorum, tolli uoluntatis arbitrium; si elegerimus uoluntatis arbitrium, tolli prescientiam futurorum. Ipse itaque ut uir magnus et doctus et uite humane plurimum ac peritissime consulens ex his duobus elegit liberum uoluntatis arbitrium; quod ut confirmaretur, negauit prescientiam futurorum, atque ita dum uult facere liberos, facit sacrilegos. Religiosus autem animus utrumque eligit, utrumque confitetur et fide pietatis utrumque confirmat. Quomodo, inquit? Nam si est prescientia futurorum, sequentur illa omnia que connexa sunt, donec eo perueniatur ut nichil sit in nostra uoluntate. Porro si est aliquid in nostra uoluntate, eisdem recursis gradibus eo peruenitur, ut non sit prescientia futurorum. Nam per illa omnia sic recurritur: si est uoluntatis arbitrium, non omnia fato fiunt; si non omnia fato fiunt, non est omnium certus ordo causarum; si certus causarum ordo non est, nec rerum certus est ordo prescienti deo, que fieri non possunt nisi precedentibus et efficientibus causis; si rerum ordo prescienti deo certus non est, non omnia sic ueniunt ut ea uentura prescivit. Porro si non omnia sic ueniunt ut ab illo uentura prescita sunt, non est, inquit, in deo prescientia omnium futurorum. Nos aduersus istos sacrilegos ausus atque impios et deum dicimus omnia scire antequam fiant, et uoluntate nos facere quidquid a nobis non nisi uolentibus fieri sentimus et nouimus. Omnia uero fato fieri non dicimus, ymo nulla fieri fato dicimus, quoniam fati nomen ubi solet a loquentibus poni, id est in constitutione syderum cum quisque conceptus aut natus est, quoniam res ipsa inaniter asseritur, nichil ualere monstramus. Ordinem autem causarum, ubi uoluntas dei plurimum potest, neque negamus neque fati uocabulo nuncupamus, nisi forte ut fatum a fando dictum intelligamus, id est a loquendo. Non enim abnuere possumus esse scriptum in litteris sanctis: Semel locutus est deus, duo hec audiui, quoniam potestas est dei, et tibi domine misericordia, qui reddes unicuique secundum opera eius. Quod enim dictum est: Semel locutus est, intelligitur immobiliter, hoc est incommutabiliter esse locutus, sicut nouit incommutabiliter omnia que futura sunt et que ipse facturus est. Hac itaque ratione possumus a fando fatum appellare, nisi hoc nomen iam in alia re soleret intelligi, quo corda hominum nolumus inclinari. Non est autem consequens ut, si deo certus est omnium ordo causarum, ideo nichil sit in nostre uoluntatis arbitrio. Et ipse quippe nostre uoluntates in causarum ordine sunt, qui certus est deo eiusque prescientia continetur, quoniam et humane uoluntates humanorum operum cause sunt; atque ita qui omnes rerum causas presciuit, profecto in eis causis etiam nostras uoluntates ignorare non potuit, quas nostrorum operum causas esse presciuit. Nam et illud quod idem tytero concedit, nichil fieri si causa efficiens non precedat, satis est ad eum in hac questione redarguendum. Quid enim eum adiuuat quod dicit nichil fieri sine causa, sed non omnem causam esse fatalem, quia est causa fortuita, est naturalis, est uoluntaria? Sufficit quia omne quod fit non nisi causa precedente fieri confitetur. Nos enim eas causas que dicuntur fortuite, unde etiam fortuna nomen accepit, non esse dicimus nullas, sed latentes, easque tribuimus uel dei ueri uel quorumlibet spirituum uoluntati, ipsasque naturales nequaquam ab illius uoluntate seiungimus, qui est auctor omnis conditorque nature. Iam uero cause uoluntarie aut dei sunt aut angelorum aut hominum aut quorumque animalium, si tamen uoluntates appellande sunt animarum rationis expertium motus illi quibus aliqua faciunt secundum naturam suam, cum quid uel appetunt uel euitant. Angelorum autem uoluntates seu bonorum quos angelos dei dicimus, seu malorum quos angelos dyaboli uel etiam demones appellamus; sic et hominum et bonorum scilicet et malorum. Ac per hoc intelligitur non esse causas efficientes omnium que fiunt nisi uoluntarias, illius nature scilicet que spiritus uite est. Nam et aer iste seu uentus dicitur spiritus, sed quoniam corpus est, non est spiritus uite. Spiritus ergo uite qui uiuificat omnia creatorque est omnis corporis et omnis creati spiritus,

Quid dicat tytero contra stoycos dicens causam rerum et de fato

Quid dicat Augustinus quid fati nomine sit intelligendum, fatum a fando quod deus fatur, et quid dicat tytero de prescientia

De prescientia futurorum de libero arbitrio quod religiosus animus sentit et de fato quod nichil sit sed quod deus omnia nouit

De prescientia dei contra fortunam et quod fortuna nichil sit, de angelis hominibus bonis uel malis et de spiritu et quod omnia uoluntati dei subiecta sunt

Quos angelos dei dicimus seu malorum

ipse est deus. Corpus utique creatus. In eius voluntate summa potestas est, que creatorum spirituum bonas voluntates adiuvat, malas iudicat, omnes ordinat et quibusdam tribuit potestates, quibusdam non tribuit. Sicut enim omnium naturarum creator est, ita omnium potestatum dator, non voluntatum. Male quippe voluntates ab illo non sunt, quoniam contra naturam sunt, que ab illo est. Corpora igitur magis subiacent voluntatibus, quedam nostris, id est omnium animantium mortalium, et magis hominum quam bestiarum; quedam vero angelorum; sed omnia maxime dei voluntati subdita sunt, cui etiam voluntates omnes subiciuntur, quia non habent potestatem nisi quam ille concedit. Causa itaque rerum, que facit nec fit, deus est. Alie vero cause et faciunt et fiunt, sicut sunt creati et maxime rationales. Corporales autem cause, que magis fiunt quam faciunt, non sunt inter causas efficientes annumerande, quoniam hoc possunt quod ex ipsis faciunt spirituum voluntates. Quomodo igitur ordo causarum, qui prescienti certus est deo, id efficit, ut nichil sit in nostra voluntate, cum in ipso causarum ordine magnum habeant locum nostre voluntates? Contendat ergo Cicero cum eis, qui hunc causarum ordinem dicunt esse fatalem vel potius ipsum fati nomine appellant, quod abhorremus precipue propter vocabulum, quod non in re vera consuevit intelligi. Quod vero negat ordinem causarum omnium esse certissimum et dei prescientie notissimum, plus eum quam stoyci detestamur. Aut enim deum esse negat, quod quidem inducta alterius persona in libris de deorum natura facere molitus est; aut si esse confitetur deum, quem negat prescium futurorum, etiam sic nichil dicit aliud quam quod ille dixit insipiens in corde suo: Non est deus. Qui enim non est prescius omnium futurorum, non est utique deus. Quapropter et voluntates nostre tantum valent, quantum deus eas valere voluit atque prescivit. Et ideo quidquid valent, certissime valent, et quod facture sunt, quia valituras atque facturas ille prescivit, cuius prescientia falli non potest. Quapropter si michi fati nomen alicui rei adhibendum placeret, magis dicerem fatum esse infirmioris potentioris voluntatem, qui eum habet in potestate, quam illo causarum ordine, quem non usitato sed suo more stoyci fatum appellant, arbitrium nostre voluntatis auferri.

Quod verus deus est creator rerum et aliarum omnium presciens futurorum et quod fatum vel sit quod est contra Ciceronem et stoycos

Quod prescientia veri dei falli non potest et quod nobis dedit liberam voluntatem

tribuit potestates quibusdam

omnes spiritus

An voluntatibus hominum aliqua dominetur necessitas. X.

Unde nec illa necessitas formidanda est, quam formidando stoyci laboraverunt causas rerum ita distinguere, ut quasdam subtraherent necessitati, quasdam subderent, atque in his quas esse sub necessitate noluerunt posuerunt et nostras voluntates, ne videlicet non essent libere, si subderentur necessitati. Si enim necessitas nostra illa dicenda est, que non est in nostra potestate, sed etiam si nolumus efficit quod potest, sicut est necessitas mortis, manifestum est voluntates nostras, quibus recte vel perperam vivitur, sub tali necessitate non esse. Multa enim facimus, que si nollemus, non utique faceremus. Quo primitus pertinet ipsum velle. Nam si volumus, est; si nolumus, non est. Non enim vellemus, si nollemus. Si autem illa diffinitur esse necessitas, secundum quam dicimus necesse esse ut ita sit aliquid vel ita fiat, nescio cur eam timeamus, ne nobis libertatem auferat voluntatis. Neque enim et vitam dei et prescientiam dei sub necessitate ponimus, si dicamus necesse esse deum semper vivere et cuncta prescire; sicut nec potestas eius minuitur, cum dicitur mori fallique non posse. Sic enim hoc non potest, ut potius, si posset, minoris esset utique potestatis. Recte quippe omnipotens dicitur, qui tamen mori et falli non potest. Dicitur enim omnipotens faciendo quod vult, non patiendo quod non vult; quod ei si accideret, nequaquam esset omnipotens. Unde propterea quedam non potest, quia omnipotens est. Sic etiam cum dicimus necesse esse, ut cum volumus libero velimus arbitrio, et verum procul dubio dicimus et non ideo ipsum liberum arbitrium necessitati subicimus, que adimit libertatem. Sunt igitur nostre voluntates et ipse faciunt quidquid volendo facimus, quod non fieret, si nollemus. Quidquid autem aliorum hominum voluntate nolens quisque patitur, et sic voluntas valet, etsi non illius, tamen hominis voluntas, sed potestas dei. Nam si voluntas tantum esset nec posset quod vellet, potentiore voluntate impediretur; nec sic tamen voluntas nisi voluntas esset, nec alterius, sed eius esset qui vellet, etsi non posset implere quod vellet. Unde quidquid preter suam voluntatem patitur homo, non debet tribuere humanis vel angelicis vel cuiusquam creati spiritus voluntatibus, sed eius potius, qui dat potestatem volentibus. Non ergo propterea nichil est in nostra voluntate, quia deus prescivit quod futurum est in nostra voluntate. Non enim qui hoc prescivit, nichil prescivit. Porro si ille qui prescivit quod futurum esset in nostra voluntate non utique nichil, sed aliquid prescivit, profecto et illo presciente est aliquid in nostra voluntate. Quocirca nullo modo cogimur aut retenta prescientia dei tollere voluntatis arbitrium aut retento voluntatis arbitrio deum, quod nephas est, negare prescium futurorum; sed utrumque amplectimur, utrumque fideliter et veraciter confitemur: illud, ut bene credamus; hoc, ut bene vivamus. Male autem vivitur, si de deo non bene creditur. Unde absit a nobis eius negare prescientiam, ut libere velimus, quo adiuvante sumus liberi vel erimus. Proinde non frustra sunt leges, obiurgationes, exhortationes, laudes et vituperationes, quia et ipsas futuras esse prescivit, et valent plurimum, quantum eas valituras esse prescivit, et preces valent ad ea impetranda, que se precantibus concessurum esse prescivit; et iuste premia bonis factis et peccatis supplicia constituta sunt. Neque enim ideo peccat homo, quia deus illum

Quod deus omnipotens facit quod vult quod liberorum arbitrium necessitati non subiecit

Cum habeamus liberam voluntatem, tamen id quod patimur contra nostram voluntatem hoc non attribuamus fortune, fato vel angelis, sed voluntati dei

voluntate

Quod deus ex prescientia sua omnia prescit et prescivit, nec prescientia sua necessitatem non importat peccandi vel non peccandi, et preces valent ad ea impetranda que se precantibus concessurum prescivit

peccaturum esse presciuit. Homo igitur non dubitandus ipsum peccare dum peccat, quia ille cuius prescientia falli non potest, non fatum, non fortunam, non aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse presciuit. Qui si nolit, utique non peccat; sed si peccare noluerit, et hoc ille presciuit.

De uniuersali prouidentia dei cuius legibus omnia continentur. xi. c.

Deus itaque summus et uerus cum uerbo suo et spiritu sancto que tria unum sunt, deus unus omnipotens creator et factor omnis anime atque omnis corporis, cuius sunt participatione felices quicumque sunt ueritate non uanitate felices, qui fecit hominem rationale animal ex anima et corpore, qui eum peccantem nec inpunitum esse permisit nec sine misericordia dereliquit, qui bonis et malis essentiam etiam cum lapidibus, uitam seminalem etiam cum arboribus, uitam sensualem etiam cum pecoribus, uitam intellectualem cum solis angelis dedit, a quo omnis modus, omnis species, omnis ordo, a quo est mensura numerus pondus, a quo est quidquid naturaliter est, cuiuscumque generis est, cuiuslibet estimationis est, a quo sunt semina formarum, forme seminum, motus seminum atque formarum, qui dedit et carni originem pulchritudinem ualitudinem propagationis fecunditatem membrorum dispositionem salutem concordie, qui et anime irrationali dedit memoriam sensum appetitum, rationali autem insuper mentem intelligentiam uoluntatem, qui non solum celum et terram, nec solum angelum et hominem, sed nec exigui et contemptibilis animantis uiscera et auis pennulam nec herbe flosculum nec arboris folium sine suarum partium conuenientia et quadam ueluti pace dereliquit, nullo modo est credendus regna hominum eorumque dominationes et seruitutes a sue prouidentie legibus alienas esse uoluisse.

[Left margin: Essenciam]

[Margin box: Sicut fides catholica quod deus summus uerus cum uerbo suo et spiritu sancto que tria sunt et deus unus omnipotens creator et factor omnis anime et corporis materie et forme eius speciei individui et differencie]

Quibus moribus antiqui romani meruerint ut deus uerus quamuis non eum colerent eorum augeret imperium. xii. c.

Proinde uideamus quos Romanorum mores et quam ob causam deus uerus ad augendum imperium adiuuare dignatus est, in cuius potestate sunt etiam regna terrena. Quod ut absolutius disserere possemus, ad hoc pertinentem et superiorem librum conscripsimus, quod in hac re potestas nulla sit eorum deorum quos etiam rebus nugatoriis colendos putarunt, et presentis uoluminis partes superiores quas hucusque perduximus de fati questione tollenda, ne quisquam cui iam persuasum esset non illorum deorum cultu Romanum imperium propagatum atque seruatum, nescio cui fato potius id tribueret quam dei summi potentissime uoluntati. Veteres igitur primique Romani, quantum eorum docet et commendat historia, quamuis ut alie gentes excepta una populi hebreorum deos falsos colerent et non deo uictimas sed demoniis immolarent, tamen laudis auidi pecunie liberales erant, gloriam ingentem diuitias honestas uolebant. Hanc ardentissime dilexerunt, propter hanc uiuere uoluerunt, pro hac et mori non dubitauerunt; ceteras cupiditates huius unius ingenti cupiditate presserunt. Ipsam denique patriam suam, quia seruire uidebatur inglorium, dominari uero atque imperare gloriosum, prius omni studio liberam, deinde dominam esse concupiuerunt.

[Margin: Quod in illos credendum est imperium uel regnum uel aliquid aliud preter esse sine summo uero deo quem pro genus hebreorum sola coluit]

Hinc est quod regalem dominationem non ferentes annua imperia binos que imperatores sibi fecerunt, qui consules appellati sunt a consulendo, non reges aut domini a regnando atque dominando, cum et reges utique a regendo dicti melius uideantur, ut regnum a regibus, reges autem ut dictum est a regendo; sed fastus regius non disciplina putata est regentis uel beniuolentia consulentis sed superbia dominantis. Expulso itaque rege Tarquinio et consulibus institutis secutum est quod idem auctor in Romanorum laudibus posuit, quod ciuitas incredibile memoratu est adepta libertate quantum breui creuerit: tanta cupido glorie incesserat. Ista ergo laudis auiditas et cupido glorie multa illa miranda fecit, laudabilia scilicet atque gloriosa secundum hominum existimationem. Laudat idem Salustius temporibus suis magnos et preclaros uiros Marcum Cathonem et Gayum Cesarem, dicens quod diu illa res publica non habuit quemquam uirtute magnum, sed sua memoria fuisse illos duos ingenti uirtute, diuersis moribus. In laudibus autem Cesaris posuit quod sibi magnum imperium, exercitum, bellum nouum exoptabat, ubi uirtus enitescere posset. Ita fiebat in uotis uirorum uirtute magnorum, ut excitaret in bellum miseras gentes et flagello agitaret Bellona sanguineo, ut esset ubi uirtus eorum enitesceret. Hoc illa profecto laudis auiditas et glorie cupido faciebat. Amore itaque primitus libertatis, post etiam dominationis et cupiditate laudis et glorie multa magna fecerunt. Reddit eis utriusque rei testimonium etiam poeta insignis illorum; inde quippe ait: Nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat accipere ingentique urbem obsidione premebat; Eneade in ferrum pro libertate ruebant. Tunc itaque magnum illis fuit aut fortiter emori aut liberos uiuere; sed cum esset adepta libertas, tanta cupido glorie incesserat, ut parum esset sola libertas, nisi et dominatio quereretur, dum pro magno haberetur quod uelut loquente Ioue idem poeta dicit: Quin aspera Iuno, que mare nunc terras que metu celumque fatigat, consilia in melius referet mecumque fouebit Romanos rerum dominos gentemque togatam. Sic placitum. Veniet lustris labentibus etas, cum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenas seruitio

[Margin box: De appetitu libertatis et gloria falsus superba cupidine regibus a consulibus Romanis et de tarquinio expulso]

[Margin: fuisse]

[Margin box: Quod Salustius laudat preclaros uiros Marcum Cathonem Gayum Cesarem pro deposcena et ena de celi libertate et dominacione Romanorum]

[Margin: Quod dicit poeta Virgilius de Assaraco Phthiam Micenis et gens togata dominacoribus et de dominis Romanorum]

primet ac victis dominabitur Argis. Quod quidem Virgilius Io-
vem inducens tamquam futura predicentem, ipse iam
facta recolebat, cernebatque presentia. Verum propterea commemo-
rare illa volui, ut ostenderem dominationem post liberta-
tem sic habuisse Romanos, ut in eorum magnis laudibus
poneretur. Hinc est et illud eiusdem poete, cum preferret artibus
aliarum gentium eas ipsas proprias Romanorum artes, regnan-
di atque imperandi et subigendi ac debellandi po-
pulos. Ante ponens ait: Excudent alii spirantia mol-
lius era, credo equidem, vivos ducent de marmore
vultus, orabunt causas melius, celique meatus describent
radio, et surgencia sidera dicent. Tu regere imperio
populos Romane memento. He tibi erunt artes, pacique
imponere morem, parcere subiectis et debellare super-
bos. Has artes illi tanto peritius exercebant, quanto
minus se voluptatibus dabant, et enervacioni
animi et corporis in concupiscendis et augendis
diviciis, et per illas moribus corrumpendis, rapiendo
miseris civibus, largiendo scenicis turpibus. Unde
qui tales iam morum labe superabant atque abundabant,
quando scribebat ista Salustius, canebatque Virgilius, non
illis artibus ad honorem et gloriam, sed dolis atque fal-
laciis ambiebant. Unde idem dicit: Sed primo ma-
gis ambicio quam avaricia animos hominum exercebat, quod
tamen vicium propius virtuti erat. Nam gloriam, honorem,
imperium bonus et ignavus eque sibi exoptant.
Sed ille, inquit, vera via nititur; huic
quia bone artes desunt, dolis atque
fallaciis contendit. Hec sunt ille
bone artes, per virtutem scilicet, non per fal-
lacem ambitionem ad honorem
et gloriam et imperium pervenire; que tamen
bonus et ignavus eque sibi exop-
tant. Sed ille, id est bonus, vera via ni-
titur. Via virtus est, qua nititur tamquam ad possessionis finem,
id est ad gloriam, honorem, imperium. Hoc insitum habuisse
Romanos, etiam deorum apud illos edes indicant, quas
coniunctissimas constituerunt, Virtutis et Honoris,
pro diis habentes que dantur a deo. Unde intelligi potest
quem finem volebant esse virtutis, et
quo eam referebant, qui boni erant,
ad honorem scilicet. Nam mali nec habe-
bant eam, quamvis honorem habere cuperent,
quem malis artibus conabantur adipisci,
id est dolis atque fallaciis. Melius laudatus
est Catho. De illo quippe ait, quo
minus petebat gloriam, eo magis illam sequeba-
tur; quando quidem gloria est, cuius illi cupidi-
tate flagrabant, iudicium hominum bene de hominibus opi-
nancium; et ideo melior est virtus, que humano testimonio contenta
non est nisi conscientie sue. Unde dicit apostolus: Nam et gloria nostra
hec est, testimonium conscientie nostre. Et alio loco: Opus autem
suum probet unusquisque, et tunc in semetipso tantum gloriam
habebit et non in altero. Gloriam ergo et honorem et imperium,
que sibi exoptabant et quo boni ^artibus^ pervenire intendebant,
boni non debet sequi virtus, sed ipsa virtutem. Neque enim est ulla

Quia bonus et ignavus
sibi gloriam, honorem
et imperium exoptat,
bonus vera via,
et per virtutes, ignavus
fallaciis, dolis
et versuciis.

Catho laudatus
est quia non petebat ab
aliis gloriam, sed
virtutem, quia me-
lior est virtus que
humano testimonio
contenta est nisi
conscientie sue. Unde dicit
apostolus: gloria
nostra hec est testimonium
conscientie nostre.

virtus nisi que ad eum finem tendit, ubi est bonum hominis
quo melius non est. Unde et honores quos petiit
Catho petere non debuit, sed eos civitas ob eius virtu-
tem non ~ ~ petenti dare. Sed cum illa me-
moria duo Romani essent virtute magni, Cesar et
Catho, longe virtus Cathonis veritati videtur propin-
quior fuisse quam Cesaris. Proinde
qualis esset illo tempore civitas et
antea qualis fuisset, videamus
in ipsa sententia Cathonis. Nolite in-
quid existimare maiores nostros
armis rem publicam ex parva
magnam fecisse. Si ita esset, multo
pulcherrimam eam nos haberemus,
quippe sociorum atque civium, preterea armorum et equorum
maior copia nobis quam illis est. Sed fuere alia que
illos magnos fecerunt, que nobis nulla sunt: domi
industria, foris iustum imperium, animus in consulendo
liber, neque delicto neque libidini obnoxius. Pro his
nos habemus luxuriam atque avariciam, publice egestatem,
privatim opulenciam; laudamus divicias, sequimur
inerciam; inter bonos et malos discrimen nullum; omnia
virtutis premia ambicio possidet. Neque mirum, ubi vos
separatim sibi quisque consilium capitis, ubi domi volup-
tatibus, hic pecunie aut gracie servitis; eo fit ut impetus
fiat in vacuam rem publicam. Qui audit hec Cathonis
verba sive Salustii, putat quales laudantur Romani
veteres, omnes eos tales tunc fuisse vel plures. Non est ita;
alioquin vera non essent que ipse item scribit, ea que commemo-
ravi in secundo libro huius operis, ubi dicit iniuri-
as validiorum, et ob eas discessionem plebis a patribus
aliasque dissensiones domi fuisse; iamque inde a primo
neque amplius equo et modesto iure actum quam ex-
pulsis regibus, quamdiu metus a Tarquinio fuit, donec
bellum grave, quod propter ipsum cum Etruria fuerat susceptum,
finiretur. Postea vero servili imperio
patres exercuisse plebem, regio more verberasse,
se agro pepulisse, et ceteris expertibus so-
los egisse imperio; quarum discordiarum, dum
illi dominari vellent, isti servire nollent,
finem fuisse bello punico secundo, quia rursus metus
gravis cepit urgere atque ab illis perturba-
tionibus alia maiore cura cohibere animos
inquietos, et ad concordiam revocare civili.
Sed per quosdam paucos qui pro suo modo
boni erant magna administrabantur, atque illis tolle-
ratis ac temperatis malis, paucorum bonorum providencia res
illa crescebat; sicut idem hystoricus dicit, multa
sibi legenti et audienti que populus Romanus domi mi-
licieque mari atque terra preclara facinora fecerit, libuisse
se attendere que res maxime tanta negocia susti-
nuisset; quando sciebat sepe numero parva manu cum mag-
nis legionibus hostium contendisse Romanos, cog-
noverat parvis copiis bella gesta cum opulentis regi-
bus; sibique multa agitanti constare dixit paucorum
civium egregiam virtutem cuncta patravisse, eo factum

Quia longe virtus Ca-
thonis veritati
videtur propinquior fu-
isse quam Cesaris, et
de sententia Cathonis
de re publica et
de viciis et de
delictis vi-
tandis.

De Tarquinio
et regibus ex-
pulsis, Etruria,
servili imperio,
de bello punico
secundo et propter
indenciam pau-
corum res pu-
blica bonorum
crescebat, ut dicit
Salustius.

ut divicias paupertas / multitudinem paucitas superaret
Sed postquam luxu atque desidia [illegible] civitas corrupta
est / rursus res publica magnitudine sua impera
torum atque magistratuum vicia sustentabat / paucorum igitur
virtus ad gloriam honorem imperium / vera
via id est ipsa virtute nitentium / etiam a
cathone laudata est / Hinc erat
domi industria quam commemoravit ca
tho / ut erarium esset opulentum / tenues
res private / Unde corruptis moribus
vicium e contrario posuit / publice egestatem
privatim opulenciam

Catho laudans dicit postquam luxu atque desidia civitas corrupta est res publica magnitudine sua imperatorum atque magistratuum vicia sustentabat

De amore laudis qui cum sit vicium ob hoc virtus putatur / quia per ipsum vicia maiora cohibentur xiii c

Quam ob rem cum diu fuissent orientis
regna illustria / voluit deus et occidentale
fieri / quod tempore esset posterius / sed imperii latitudine et
magnitudine illustrius / Idque talibus potissimum con
cessit hominibus / ad domanda gravia mala multa ma
larum gencium / qui causa honoris laudis et glorie consulue
runt patrie / in qua ipsam gloriam requirebant / salutemque
eius / saluti sue preponere non dubitaverunt / pro isto
uno vicio id est amore laudis / pecunie cupiditatem et
multa alia vicia comprimentes / Nam sanius videt qui
et amorem laudis vicium esse cognoscit
quod nec poetam fugit oracium / qui ait
laudis amore tumes sunt certa piacula
que te ter pure lecto poterunt recreare libel
lo / Item in carmine lirico / ad reprimendam
dominandi libidinem ita cecinit / latius reg
nes avidum domando spiritum quam si lybiam
remotis gadibus iungas et uterque penus
serviat uni / Verumtamen qui libidines
turpiores / fide pietatis / impetrato spiritu
sancto / et amore intelligibilis pulchritudinis non
refrenant / Melius saltem cupiditate humane laudis
et glorie non quidem iam sancti sed minus turpes sunt
Etiam tullius hinc dissimulare non potuit in eisdem
libris quos de re publica scripsit / ubi loquitur de in
stituendo principe civitatis / quem dicit alendum esse gloria /
et consequenter commemorat maiores suos multa mira
atque preclara glorie cupiditate fecisse
Huic ergo vicio non solum non resiste
bant / verum etiam id excitandum et accen
dendum esse censebant / putantes hoc
utile esse rei publice / quamquam nec
in ipsis philosophie libris tullius ab hac
peste dissimulet / ubi eam luce cla
rius confitetur / Cum enim de studiis
talibus loqueretur que utique sectanda
sunt fine veri boni / non ventositate laudis humane
hanc intulit universalem sententiam / Honos alit ar
tes omnesque accenduntur ad studia gloria iacentque ea
semper que apud quosque improbantur

Dignitas regni orientis quondam laudabilis propria malicia et alia vicia translata est ad regnum occidentis / ut dicit oracius et alibi dicit in carmine lirico de gradibus et libio

Quod dicit tullius de re publica de peste avaricie cupiditatis et aliis viciis et gloria humane laudis et cetera

De recessando amore laudis humane quia iustorum gloria omnis in deo sit xiiii c

Huic igitur cupiditati / melius
resistitur sine dubitatione quam ceditur / tanto enim quisque est
deo similior / quanto et ab hac inmundicia mundior / Que
in hac vita etsi non funditus eradicatur ex corde / quia
etiam bene proficientes animos temptare
non cessat / saltem cupiditas glorie su
peretur dilectione iusticie / ut si alicubi
iacent que apud quosque improbantur
si bona si recta sunt / etiam ipse amor
humane laudis / erubescat / et ce
dat amori veritatis / Tam enim est
hoc vicium inimicum pie fidei / si ma
ior in corde sit cupiditas glorie quam timor dei vel amor /
ut dominus diceret / quo potestis credere / gloriam ab invicem
expectantes / et gloriam que a solo deo est non querentes
Item de quibusdam qui in eum crediderant et vere
bantur / palam confiteri ait ewangelista / dilexerunt gloriam
hominum magis quam dei / quod sancti apostoli non fecerunt / Qui cum
in his locis predicarent christi nomen / ubi non solum improba
batur / sicut ille ait / iacentque ea semper que / apud quos
que improbantur / verum etiam summe detestationis habe
batur / tenentes quod audierant a bono magistro / eodemque
medico mentium / si quis me negaverit
coram hominibus / negabo eum coram patre
meo / qui in celis est vel coram angelis
dei / inter maledicta et obprobria / inter vehe
mentissimas persecutiones / crudelesque penas non
sunt deterriti / a predicatione salutis humane
tanto fremitu offensionis humane / et
quod eos divina facientes atque dicentes
atque divine viventes / debellatis quodam modo cordibus
duris / atque introducta pace iusticie / ingens in ecclesia
christi gloria consecuta est / non in ea tamquam in sue
virtutis fine quieverunt / sed eam quoque ipsam ad
dei gloriam referentes / cuius gratia tales erant / isto quoque
fomite / eos quibus consulebant / ad amorem illius a
quo et ipsi tales fierent / accendebant / Namque ne propter
humanam gloriam boni essent / docuerat eos magister illorum
dicens / Cavete facere iusticiam vestram coram hominibus
ut videamini ab eis / Alioquin mercedem non habebitis
apud patrem vestrum / qui in celis est / Sed rursus ne hoc
perverse intelligentes hominibus placere
metuerent / minusque prodessent latendo
quod boni sunt / demonstrans quo fine
innotescere deberent / Luceant inquit opera vestra
coram hominibus / ut videant bona facta
vestra / et glorificent patrem vestrum / qui
in celis est / Non ergo ut videamini ab eis / hoc est hac intentione
ut eos ad vos converti velitis / quia non per vos aliquid
estis / sed ut glorificent patrem vestrum / qui in celis est / ad quem
conversi fiant / quod estis / Hos secuti sunt martires / qui sce
nolas et curtios et decios / non sibi
inferendo penas / sed illatas ferendo et vir
tute vera / quoniam vera pietate et innumera
bili multitudine superarunt / Sed cum illi
essent in civitate terrena / quibus propositus
erat omnium pro illa officiorum finis / inco
lumitas eius in regno / non in celo sed
in terra / non in vita eterna / sed in decessione

Quanto quisque deo est similior tanto et ab inmundicia alienior et quod nullus hominum est gloriosus sed solus verus deus

Auctoritas summi dei Si quis me negaverit coram hominibus negabo eum coram patre meo qui in celis est

Quod ewangelista apostoli et ceteri sancti gloriam propriam non quesierunt sed eam solo deo vero attribuebant et ad hoc alios incendebant

Quod martires et alii sancti non timuerunt scenolas curtios decios et alios in penis eorum et deduc[illegible] civitatibus

mdienan[illegible]

morientium et successione morituorum. Quid aliud amarent quam gloriam qui volebant etiam post mortem tamquam vivere in ore laudantium.

De mercede temporali quam deus reddidit bonis moribus romanorum. xv. capitulum

Quibus ergo non erat deus daturus vitam eternam cum sanctis angelis suis in sua civitate celesti, ad cuius societatem pietas vera perducit, que non exhibet servitutem religionis quam latriam greci vocant nisi uni vero deo, si neque hanc eis terrenam gloriam excellentissimi imperii concederet, non redderetur merces bonis artibus eorum, id est virtutibus, quibus ad tantam gloriam pervenire nitebantur. De talibus enim qui propter hoc boni aliquid facere videntur ut glorificentur ab hominibus, etiam dominus ait: Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam. Sic et isti privatas res suas pro re communi, hoc est re publica, pro eius erario contempserunt, avaricie restiterunt, consuluerunt patrie consilio libero, neque delicto secundum suas leges neque libidini obnoxii. His omnibus artibus tamquam vera via nisi sunt ad honores, imperium, gloriam. Honorati sunt in omnibus fere gentibus, imperii sui leges imposuerunt multis gentibus, hodieque litteris et historia gloriosi sunt pene in omnibus gentibus. Non est quod de summi et veri dei iusticia conquerantur: perceperunt mercedem suam.

[Margin: Quia aliquid boni fecerunt vel faciunt ut ab hominibus glorificentur, receperunt mercedem suam, quod non fecerunt sancti martires. Sanctorum est summa sempiterna felicitas ubi nullus moritur.]

De mercede sanctorum civium civitatis eterne quibus utilia sunt romanorum exempla virtutum. xvi.

Merces autem sanctorum longe alia est etiam hic obprobria sustinentium pro veritate dei, que mundi huius dilectoribus odiosa est. Illa civitas sempiterna est. Ibi nullus oritur, quia nullus moritur. Ibi est plena vera felicitas, non dea sed donum dei. Inde fidei pignus accepimus, quamdiu peregrinantes eius pulchritudini suspiramus. Ibi non oritur sol super bonos et malos, sed sol iusticie solos protegit bonos. Non erit ubi magna industria ditare publicum erarium privatis rebus angustiatis, ubi thezaurus communis est veritatis. Proinde non solum ut merces talis talibus hominibus redderetur, romanum imperium ad humanam gloriam dilatatum est, verum etiam ut cives eterne illius civitatis, quamdiu hic peregrinantur, diligenter et sobrie illa intueantur exempla et videant quanta dilectio debeatur superne patrie propter vitam eternam, si tantum a suis civibus terrena dilecta est propter hominum gloriam.

[Margin: Merces eorum sanctorum est summa felicitas sempiterna ubi nullus moritur.]

Quantum enim pertinet ad hanc vitam mortalium, que paucis diebus ducitur et finitur, quid interest sub cuius imperio vivat homo moriturus, [margin: tanta fecerunt] si illi qui imperant ad impia et iniqua non cogant? Aut vero aliquid nocuerunt romani gentibus, quibus subiugatis imposuerunt leges suas, nisi quia id factum est ingenti strage bellorum? Quod si concorditer fieret, idipsum fieret meliore successu, sed nulla esset gloria triumphancium. Neque enim et romani non vivebant sub legibus suis, quas ceteris imponebant. Hoc si fieret sine marte et bellona, ut nec victoria locum haberet, nemine vincente ubi nemo pugnaverat, nonne romanis et ceteris gentibus una esset eademque condicio, presertim si mox fieret quod postea gratissime atque humanissime factum est, ut omnes ad romanum imperium pertinentes societatem acciperent civitatis vel publice, et romani cives essent, ac sic esset omnium quod erat ante paucorum, tantum quod plebs illa que suos agros non haberet de publico viveret, quem pastum eius per bonos administratores rei publice gratius a concordibus prestaretur quam victis extorqueretur.

[Margin: Quod romani non servabant leges quas aliis imponebant et de condicione aliarum nacionum.]

Quo fructu romani bella gesserunt et quantum hiis quos vicere contulerint. xvii. capitulum

Nam quid intersit ad incolumitatem bonosque mores, ipsas certe hominum dignitates, quod alii vicerunt, alii victi sunt, omnino non video, preter illum glorie humane inanissimum fastum, in quo perceperunt mercedem suam qui eius ingenti cupidine arserunt et ingencia bella gesserunt. Numquid enim illorum agri tributa non solvunt? Numquid eis licet discere quod aliis non licet? Numquid non multi senatores sunt in aliis terris, qui romam ne facie quidem norunt? Tolle iactanciam, et omnes homines quid sunt nisi homines? Quod si perversitas seculi admitteret ut honoraciores essent quique meliores, nec sic pro magno haberi debuit honor humanus, quia nullius est ponderis fumus. Sed utamur etiam in hiis rebus beneficio domini nostri. Consideremus quanta contempserunt, que pertulerunt, quas cupiditates subegerunt pro humana gloria, qui eam tamquam mercedem talium virtutum accipere meruerunt. Et valeat etiam nobis hoc ad opprimendam superbiam, ut cum illa civitas in qua nobis regnare promissum est tantum ab hac distet quantum distat celum a terra, a temporali leticia vita eterna, ab inanibus laudibus solida gloria, a societate mortalium societas angelorum, a lumine solis et lune lumen eius qui fecit solem et lunam, nichil sibi magnum fecisse videantur tante patrie cives, si pro illa adipiscenda fecerint bona opera, quid vel illa aliqua sustinuerint, cum illi pro hac terrena iam adepta tanta fecerint, tanta perpessi sunt. Presertim quia remissio peccatorum, que cives ad eternam colligit patriam, habet aliquid cui per umbram quandam simile fuit asylum illud

[Margin: Romani multas naciones propter fastum et iactanciam devicerunt, pro quo tamen mercedem receperunt, et quod sunt omnes homines nisi homines, et tamen meliores aliis religiosiores.]

[Margin: De asilo romuleo et quod brutus filios suos ut dicit virgilius pro amore libertatis patrie.]

[Margin: Pro eterna vita omnia sunt facienda, si pro hac umbratica temporali vita fortes viri et se et filios inpenderunt.]

romuleum quo multitudine illa ciuitas conderetur quorumlibet delictorum congregauit impunitas.

Quam alienum a iactantia esse debeat christianum, si aliquid fecerint pro dilectione patrie eterne, cum tanta romani gesserint pro humana gloria et ciuitate terrena. xviii c.

Quid ergo magnum est pro illa eterna celestique patria cuncta seculi huius quamlibet iocunda blandimenta contempnere, si pro hac temporali atque terrena filios Brutus potuit et occidere, quod illa facere nullum cogit? Sed certe difficilius est filios interimere, quam quod pro ista faciendum est, ea que filiis congreganda uidebantur atque seruanda uel donare pauperibus, uel si existat temptatio, que pro fide atque iustitia fieri compellat, amittere. Felices enim nec nos nec filios nostros diuitie terrene faciunt, aut nobis uiuentibus amittende, aut nobis mortuis a quibus nescimus uel etiam a quibus nolumus possidende; sed deus felices facit, qui est mentium uera opulentia. Bruto autem quia filios occidit, infelicitatis perhibet testimonium et poeta laudator. ait enim: Natosque pater noua bella mouentes ad penam pulchra pro libertate uocabit. Infelix, utcumque ferent ea facta minores. Sed uersu sequenti consolatus est infelicem: Vincit amor patrie laudumque inmensa cupido. Hec sunt duo illa, libertas et cupiditas laudis humane, que ad facta compulit miranda Romanos. Si ergo pro libertate moriturorum et pro cupiditate laudum que amore talibus expetuntur occidi filii a patre potuerunt: quid magnum est, si pro uera libertate, que nos ab iniquitatis et mortis et diaboli dominatu liberos facit, nec cupiditate humanarum laudum, sed caritate liberandorum hominum non a tarquinio rege, sed a demonibus et demonum principe, non filii occiduntur, sed christi pauperes inter filios computantur? Si alius etiam romanus princeps cognomine Torquatus filium non quia contra patriam, sed etiam pro patria, tamen quia contra imperium suum, id est contra quod imperauerat pater imperator, ab hoste prouocatus iuuenili ardore pugnauerat, licet uicisset, occidit, ne plus mali esset in exemplo imperii contempti quam boni in gloria hostis occisi: ut quid se iactet, qui pro immortalis patrie legibus omnia, que multo minus quam filii diliguntur, bona terrena contempnit? Si Furius Camillus etiam ingratam patriam a ceruicibus acerrimorum hostium Veientum iugum depulerat, damnatusque ab emulis fuerat, a Gallis iterum liberauit, quia non habebat potiorem ubi posset uiuere gloriosus: cur extollatur uelut grande aliquid fecerit, qui forte in ecclesia ab inimicis carnalibus grauissimam exhonorationis passus iniuriam non se ad eius hostes hereticos transtulit, aut aliquam contra illam ipse heresim condidit, sed eam potius quantum ualuit ab hereticorum perniciosissima prauitate defendit, cum alia non sit ubi uiuatur in hominum gloria, sed ubi uita acquiratur eterna? Si Mucius, ut cum Porsenna rege pax fieret, qui grauissimo bello Romanos premebat, quia Porsennam ipsum occidere non potuit et pro eo alterum deceptus occidit, in ardentem aram ante eius oculos dextram extendit, dicens multos se tales, qualem illum uideret, in eius exitium coniurasse; cuius ille fortitudinem et coniurationem talium perhorrescens sine ulla dubitatione se ab illo bello facta pace compescuit: quis regno celorum inputaturus est merita sua, si pro illo non unam manum, neque hoc sibi ultro faciens, sed persequente aliquo patiens, totum flammis corpus inpenderit? Si Curtius armatus equo concito in abruptum hiatum terre se precipitem dedit, deorum suorum oraculis seruiens, qui iusserant ut illuc quod Romani haberent optimum mitteretur, nec aliud intellegere potuerunt quam uiris armisque se excellere, unde uidelicet oportebat ut deorum iussis in illum interitum uir precipitaretur armatus: quid se magnum pro eterna patria fecisse dicturus est, qui aliquem fidei sue passus inimicum, non se ultro in talem mortem mittens, sed ab illo missus obierit? Cum quidem a domino suo eodemque rege patrie sue certius oraculum acceperit: Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Si se occidendos certis uerbis quodammodo consecrantes Decii deuouerunt, ut illis cadentibus et iram deorum sanguine suo placantibus Romanus liberaretur exercitus: nullo modo superbient sancti martyres, tamquam dignum aliquid pro illius patrie fecerint participatione, ubi eterna est et uera felicitas, si usque ad sui sanguinis effusionem non solum suos fratres, pro quibus fundebatur, uerum et ipsos inimicos, a quibus fundebatur, sicut eis preceptum est, diligentes caritatis fide et fidei caritate certarunt. Si Marcus Publius dedicans edem Iouis Iunonis Minerue falso sibi ab inuidis morte filii nuntiata, ut illo nuntio perturbatus abscederet atque ita dedicationis gloriam collega eius consequeretur, ita contempsit, ut eum proici etiam insepultum iuberet (sic in eius corde orbitatis dolorem glorie cupiditas uicerat): quid magnum se pro euangelii sancti predicatione, qua ciues superne patrie de diuersis liberantur et colliguntur erroribus

Margin notes (in red):

Quod romani superbi non a tarquinio sed a superbo demone principe occiduntur, et pauperes christi inter filios dei computantur.

De tarquinio principe romanorum qui filium suum occidit et de furio camillo qui patriam a gallis liberauit.

De mucio qui porsennam regem occidere uoluit ut pax fieret romanis, et casu alium pro eo occidit, pro quo manum exuri permisit.

Curcius armatus qui in abruptum hiatum terre se dedit in sacrificium deorum pro libertate romana. [illegible] martyres non se extollant pro sui sanguinis effusione pro uera felicitate acquirenda.

De consecrantibus deciis, de marco publio pulillo qui edem iouis in nomine dedicauit.

fecisse dictus est, cui dominus de sepultura patris sui sollicito ait: Sequere me, et sine mortuos sepelire mortuos suos. Si Marcus Regulus, ne crudelissimos hostes iurando falleret, ad eos ab ipsa Roma reversus est. Quem sicut Romanis eum tenere volentibus respondisse fertur, postea quam ab Afris servus erat, dignitatem illic honesti civis habere non posse, eumque Carthaginienses, quoniam contra eos in Romano senatu egerat, gravissimis suppliciis necaverunt: quos cruciatus non sunt pro fide illius patriae contemnendi, ad cuius beatitudinem fides ipsa perducit? Aut quid retribuetur domino pro omnibus quae retribuit, si pro fide quae illi debetur talia fuerit homo passus qualia pro fide quam perniciosissimis inimicis debebat passus est Regulus? Quomodo se autem audebit extollere de voluntaria paupertate christianus, ut huius vitae peregrinatione expeditior ambulet viam quae perducit ad patriam, ubi verae divitiae deus ipse est, cum audiat vel legat Lucium Valerium, qui in suo defunctus est consulatu, usque adeo fuisse pauperem, ut nummis a populo collatis eius sepultura curaretur? Audiat vel legat Quintium Cincinnatum, cum quattuor iugera possideret et ea suis manibus coleret, ab aratro esse adductum, ut dictator fieret, maior utique honore quam consul, victisque hostibus ingentem gloriam consecutum in eadem paupertate mansisse. Aut quid se magnum fecisse putabit, qui nullo praemio mundi huius fuerit ab aeternae illius patriae societate seductus, cum Fabricium didicerit tantis muneribus Pyrrhi regis Epirotarum, promissa etiam quarta parte regni, a Romana civitate non potuisse divelli ibique in sua paupertate privatum manere maluisse? Nam illud quod rem publicam, id est rem populi, rem patriae, rem communem, cum haberent opulentissimam atque ditissimam, sic ipsi in suis domibus pauperes erant, ut quidam eorum, qui iam bis consul fuisset, ex illo senatu hominum pauperum pelleretur notatione censoria, quod decem pondo argenti in vasis habere compertus est: ita idem ipsi pauperes erant, quorum triumphis publicum ditabatur aerarium. Nonne omnes christiani qui excellentiore proposito divitias suas communes faciunt secundum quod scriptum est in Actibus Apostolorum, ut distribuatur unicuique sicut cuique opus est, et nemo dicat aliquid proprium, sed sint illis omnia communia, intelligunt se nulla ob hoc ventilari oportere iactantia, id faciendo pro optinenda societate angelorum, cum pene tale aliquid illi fecerint pro conservanda gloria Romanorum? Hec

De marco regulo crudelissimo [?] de Afris et Carthaginensibus et quod passus fuit

Christianus se extollet [de] paupertate voluntaria sua quam pro deo patitur qui dat veram felicitatem quod umquam legit paupertatem Lucij Valerij quam pro fide passus

De quintio cyntinato quod dictator maior fuit et quando suo consule, et Fabricio quod muneribus Pirri regis Epyrotarum a Romanis avelli non potuit

De paupertate pauperum quorum triumphis publicum ditabatur erarium Romani quod plus passi sunt pro gloria sua quam christiani pro christo

et alia si qua huiusmodi reperiuntur in litteris eorum, quae sine notescerent, quae tanta fama praedicarentur? nisi Romanum imperium longe lateque porrectum magnificis successibus augeretur. Proinde per illud imperium tam latum tamque diuturnum virorumque tantorum virtutibus praeclarum atque gloriosum et illorum intentioni merces quam quaerebant est reddita, et nobis proposita necessaria commonitionis exempla, ut si virtutes quarum istae utcumque similes sunt, quas isti pro civitatis terrenae gloria tenuerunt, pro dei gloriosissima civitate non tenuerimus, pudore pungamur; si tenuerimus, superbia non extollamur, quoniam sicut dicit apostolus, Indignae sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis. Ad humanam gloriam vero praesentisque temporis satis digna vita aestimabatur illorum. Unde et Iudaei qui Christum occiderunt, revelante testamento novo quod in veteri velatum fuit, ut non pro terrenis et temporalibus beneficiis, quae divina providentia permixte bonis malisque concedit, sed pro aeterna vita muneribus perpetuis et ipsius supernae civitatis societate colatur deus unus et verus, rectissime istorum gloriae donati sunt, ut hi qui qualibuscumque virtutibus terrenam gloriam quaesierunt et adquisierunt, vincerent eos qui magnis vitiis datorem verae gloriae et civitatis aeternae [...] occiderunt atque respuerunt.

Quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam et de iudeis qui Christum occiderunt

Quo inter se differant cupiditas gloriae et cupiditas dominandi, tam turpis [?] huius [?] virtutes humanae gloriae quam corporis voluptati. XIX.

INTEREST sane inter cupiditatem humanae gloriae et cupiditatem dominationis. Nam licet proclive sit ut qui humana gloria nimium delectatur etiam dominari ardenter affectet, tamen qui veram licet humanarum laudum gloriam concupiscunt, dant operam bene iudicantibus non displicere. Sunt enim multa in moribus bona, de quibus multi bene iudicant, quamvis ea multi non habeant; per ea bona morum nituntur ad gloriam et imperium vel dominationem, de quibus ait Sallustius: Sed ille vera via nititur. Quisquis autem sine cupiditate gloriae, qua veretur homo bene iudicantibus displicere, dominari atque imperare desiderat, etiam apertissimis sceleribus quaerit plerumque obtinere quod diligit. Proinde qui gloriam concupiscit, aut vera via nititur aut certe dolis atque fallaciis contendit, volens bonus videri esse quod non est. Et ideo virtutes habenti magna virtus est contemnere gloriam, quia contemptus eius in conspectu dei est, iudicio autem non aperitur humano. Quidquid enim fecerit ad oculos hominum, quo gloriae contemptor appareat, ad maiorem laudem, hoc est ad maiorem gloriam facere si creditur [?], non est unde se dicat [?] suspicantium temeritatem. Quorum tamen si vere bonus est, non contempnit salutem. Quoniam tanta iustitia eius est, qui de spiritu dei virtutes habet, ut etiam

Quid dicat Salustius de cupiditate humanae gloriae quam in spiritu dei nulla est tenenda

se suspicantium sensibus [...] contemptor [...] laudantium contempnit [...]

inimicos et ut diligat

ipsos diligat, ut suos osores uel detractores velit correctos habere consortes non in terrena patria sed superna. In laudatoribus autem suis, quamuis paruipendat quod eum laudant, non tamen paruipendit quod amant, nec eos uult fallere laudantes, ne decipiat diligentes. Ideo instat ardenter ut potius ille laudetur a quo habet homo quidquid in eo iure laudatur. Qui autem glorie contemptor, dominationis est auidus, bestias superat siue crudelitatis vitiis siue luxurie. Tales quidem Romani fuerunt. Non enim cura estimationis amissa dominationis cupiditate caruerunt. Multos tales fuisse prodit historia. Sed huius vitii summitatem et quasi arcem quandam Nero Cesar primus obtinuit, cui fuit tanta luxuries ut nichil ab eo putaretur virile metuendum, tanta crudelitas ut nichil molle habere crederetur, si nesciretur. Etiam talibus tamen dominandi potestas non datur nisi summi dei prouidentia, quando res humanas iudicat talibus dominis dignas. Sed aperte de hac re vox diuina est, loquente dei sapientia: Per me reges regnant et tyranni per me tenent terram. Sed ne tyranni non pessimi atque improbi reges, sed uetere nomine fortes dicti existimentur. Vnde ait Virgilius: Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Apertissime alio loco de deo dictum est: Quia regnare facit hominem ypocritam propter peruersitatem populi. Quamobrem quamuis ut potui satis exposuerim qua causa deus unus verus et iustus Romanos secundum quandam formam terrene ciuitatis bonos adiuuerit ad tanti imperii gloriam consequendam, potest tamen et alia causa esse latentior propter diuersa merita generis humani, deo magis nota quam nobis, dum illud constet inter omnes veraciter pios, neminem sine vera pietate, id est ueri dei vero cultu, veram habere posse virtutem, nec eam ueram esse quando glorie seruit humane. Eos tamen qui ciues non sunt ciuitatis eterne, que in sacris litteris dicitur ciuitas dei, utiliores esse terrene ciuitati quando habent virtutem uel ipsam quam si nec ipsam. Illi autem qui uera pietate prediti bene viuunt, si habent scientiam regendi populos, consociatos nichil est felicius rebus humanis quam si deo miserante habeant potestatem. Tales autem homines virtutes suas quantascumque in hac vita possunt habere, non tribuunt nisi gratie dei quod eas volentibus petentibus credentibus dedit, simulque intelligunt quantum sibi desit ad perfectionem iustitie, qualis est in illorum sanctorum angelorum societate, cui se nituntur aptare. Quantumlibet autem laudetur atque predicetur virtus, que sine uera pietate seruit hominum

Qui uero bonus est salutem dei non contempnit nec virtutes quas decus habet spiritu et qui talis est bestias luxurie vitia superat

De luxuria et sceleratissimi Neronis crudelitate et eius tyrannide quod scripsit Virgilius

Quod deus tyrannos potestas et malos regnare permittit et esse Romanorum imperium iudicium occultum est apud eum

glorie, nequaquam sanctorum exiguis initiis comparanda est, quorum spes posita est in gratia et misericordia veri dei.

Romanorum regnum a deo uero est dispositum et cuius prudentia regnatur vniuersa. xxi c.

Solent philosophi, qui finem boni humani in ipsa virtute constituunt, ad ingerendum pudorem quibusdam philosophis qui virtutes quidem probant, sed eas voluptatis corporalis fine metiuntur et illam per se ipsam putant appetendam, istas propter ipsam, tabulam quandam verbis pingere, ubi voluptas in sella regali quasi delicata quedam regina considat, eique virtutes famule subiciantur, obseruantes eius nutum, ut faciant quod illa imperauerit, que prudentie iubeat ut vigilanter inquirat quomodo voluptas regnet et salua sit; iustitie iubeat ut prestet beneficia que potest ad comparandas amicitias corporalibus commodis necessarias, nulli faciat iniuriam, ne offensis legibus voluptas viuere secura non possit; fortitudini iubeat ut si dolor corpori acciderit, qui non compellat in mortem, teneat dominam suam, id est voluptatem, fortiter in animi cogitatione, ut per pristinarum deliciarum suarum recordationem mitiget presentis doloris aculeos; temperantie iubeat ut tantum capiat alimentorum et si qua delectant, ne per immoderationem noxium aliquid valitudinem turbet et voluptas, quam etiam in corporis sanitate epicurei maximam ponunt, grauiter offendatur. Ita virtutes cum tota sue glorie dignitate tamquam imperiose cuidam et inhoneste muliercule seruient voluptati. Nichil hac pictura dicunt esse ignominiosius et deformius et quod minus ferre bonorum possit aspectus. Et verum dicunt. Sed non existimo satis debiti decoris esse picturam, si etiam talis fingatur, ubi virtutes humane glorie seruiunt. Licet enim ista gloria delicata mulier non sit, inflata tamen est et multum inanitatis habet. Vnde non ei digne seruit soliditas quedam firmitasque virtutum, ut nichil prouideat prouidentia, nichil distribuat iustitia, nichil tolleret fortitudo, nichil temperantia moderetur, nisi unde placeatur hominibus et uentose glorie seruiatur. Nec illi se ab ista feditate defenderint, qui cum aliena spernant iudicia velut glorie contemptores, sibi sapientes videntur et sibi placent. Nam eorum virtus, si tamen ulla est, alio modo quodam humane subditur laudi. Neque enim ipse qui sibi placet homo non est. Qui autem uera pietate in deum quem diligit credit et sperat, plus intendit in ea in quibus sibi displicet quam in ea si qua

Quod stoyci depingunt voluptatem corporalem quasi reginam in sella sedere et famulas suas virtutibus precipientem pro libito prudentie iustitie temperantie et fortitudini ut quelibet suum opus perficiat

Quod non est virtus nisi a gratia dei que ducit ad perfectionem iustitie uel ad sanctorum angelorum societatem

Quod epicurei philosophi contrarium dicunt videlicet quod virtutes ille deseruiat muliercule voluptati inhoneste

in illa sunt que non tam ipsi quam virtuti placent neque ad hoc debent, unde iam placere propter eius munus cui metuunt displicere, Deo scilicet gratias agens de illis sanandis preces fudens.

Tempora exitusque bellorum Dei ex pendere iudicio. XXI capitulum

Que cum ita sint non tribuamus dandi regni atque imperii potestatem nisi Deo vero, qui dat felicitatem in regno celorum solis piis, regnum vero terrenum et piis et impiis, sicut ei placet, cui nichil iniuste placet. Quamvis enim aliquid dixerimus quod apertum nobis esse voluit, tamen multum est ad nos et valde superat vires nostras hominum occulta discutere et liquido examine merita diiudicare regnorum. Ille igitur unus verus Deus, qui nec iudicio nec adiutorio deserit genus humanum, quando voluit et quantum voluit Romanis regnum dedit, qui dedit Assyriis vel etiam Persis, a quibus solos duos deos coli, unum bonum alium malum, continent littere istorum, ut taceam de populo Hebreo, de quo iam dixi, de quo satis visum est, qui preter unum Deum non coluit et quando regnavit. Qui ergo Persis dedit segetes sine cultu dee Segetie, qui alia dona terrarum sine cultu tot deorum, quos isti rebus singulis singulos vel etiam rebus singulis plures preposuerunt, ipse etiam regnum dedit sine cultu eorum, per quorum cultum se isti regnasse crediderunt. Sic etiam hominibus: qui Mario, ipse Gayo Cesari, qui Augusto, ipse et Neroni, qui Vespasianis vel patri vel filio suavissimis imperatoribus, ipse et Domitiano crudelissimo, et ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino christiano, ipse apostate Iuliano, cuius egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega et detestanda curiositas, cuius vanis deditus oraculis erat, quando fretus securitate victorie naves, quibus victus necessarius portabatur, incendit; deinde fervide instans immodicis ausibus et mox merito temeritatis occisus in locis hostilibus egenum reliquit exercitum, ut aliter inde non posset evadi, nisi contra illud auspicium dei Termini, de quo superiore libro diximus, Romani imperii termini moverentur. Cessit enim Terminus deus necessitati, qui non cesserat Iovi. Hec plane Deus unus verus regit et gubernat ut placet, et si occultis causis, numquid iniustis?

Que et ineffabilia omnia sunt attribuenda vero Deo qui omnia regit defendit disponit ordinat ad finem voluntatis et sue.

Et unus verus deus Assyriis et Persis et malum contulit Gayo Cesari Augusto Neroni Vespasiano Domiciano crudeli Constantino Iuliano et aliis expressis quod ipsi placuit cum ipsi unum bonum alium malum deum colerent.

De morte Iuliani apostate qui naves incendit victum ferentes et dereliquit pauper exercitum relictum hostibus et Deus verus regnat ut ei placet.

De bello in quo Radagaysus rex gothorum demonum cultor uno die cum ingentibus copiis suis victus est. XXII c.

Sic etiam tempora ipsa bellorum, sicut in eius arbitrio est iustoque iudicio et misericordia vel atterere vel consolari genus humanum, ut alia citius alia tardius finiantur. Bellum piratarum a Pompeyo, bellum Punicum tertium a Scypione incredibili celeritate et temporis brevitate confecta sunt. Bellum quoque fugitivorum gladiatorum, quamvis multis Romanis ducibus et duobus consulibus victis, Ytalia horribiliter contrita atque vastata, tertio tamen anno post multa consumpta confectum est. Picentes, Marsi et Peligni, gentes non extere sed Ytalice, post diuturnam et devotissimam sub Romano iugo servitutem in libertatem caput erigere temptaverunt, iam multis nationibus Romano imperio subiugatis deletaque Cartagine; in quo bello Ytalico Romanis sepissime victis, ubi et duo consules perierunt et alii nobilissimi senatores, non diuturno tamen tempore tractum est hoc malum, nam quintus ei annus finem dedit. Sed bellum Punicum secundum maximis detrimentis et calamitate rei publice per annos XVIII Romanas vires extenuavit et pene consumpsit; duobus preliis ferme LXX Romanorum milia ceciderunt. Bellum Punicum primum per XXIII annos peractum est. Bellum Mitridaticum XL. Ac ne quisquam arbitretur rudimenta Romanorum fuisse fortiora ad bella citius peragenda, superioribus temporibus multum in omni virtute laudatis bellum Samniticum annis ferme L tractatum est, in quo bello ita Romani victi sunt ut sub iugum etiam mitterentur. Sed quia non diligebant gloriam propter iustitiam, sed iustitiam propter gloriam diligere videbantur, pacem factam fedusque ruperunt. Hec ideo commemoro, quoniam multi preteritarum rerum ignari, quidam etiam dissimulatores sue scientie, si temporibus christianis aliquod bellum paulo diutius trahi vident, illico in nostram religionem protervissime insiliunt exclamantes, quod si ipsa non esset et vetere ritu numina colerentur, iam Romana illa virtute, que adiuvante Marte et Bellona tanta celeriter bella confecit, id quoque celerrime finiretur. Recolant igitur qui legerunt, quam diuturna bella, quam variis eventis, quam luctuosis cladibus a veteribus sint gesta Romanis, sicut solet orbis terrarum velut procellosissimum pelagus varia talium malorum tempestate iactari, et quod nolunt aliquando fateantur, nec insanis adversus Deum linguis se interimant et decipiant imperitos.

De bello pyratarum, de Pompey bello fugitivorum gladiatorum, de Pycentibus Marsis Pelignis, de Cartagine, bello ytalico et Rome senatoribus deperditis.

De bellis punico primo et secundo per XVIII et XXIII annos durante ubi LXX milia hominum ceciderunt et de bello Mitridatico XL annos per durante.

Que sit christianorum imperatorum et quam vera felicitas. XXIII capitulum

Quod tamen nostra memoria recentissimo tempore Deus mirabiliter et misericorditer fecit, non cum gratiarum actione

commemorant, et quantum in ipsis est omnino si fieri potest hominum oblivione sepelire conantur, quod a nobis sic tacebitur, ut sint etiam ingrati. Cum Radagaysus rex gothorum agmine ingenti et inmani iam in urbis vicina constitutus romanis cervicibus immineret, uno die tanta celeritate devictus est, ut ne uno quidem non dicam extincto sed nec vulnerato romanorum multo amplius quam centum milium prosterneretur eius exercitus, atque ipse mox captus pena debita necaretur. Nam si ille tam impius cum tantis et tam impiis copiis Romam fuisset ingressus, cui pepercisset, quibus honorem locis martirum detulisset, in qua persona deum timeret, cuius non sanguinem fusum, cuius pudiciciam vellet intactam? Quas autem isti pro diis suis voces haberent, quanta insultatione iactarent, quod ille vicisset, quod tanta potuisset, quia cottidianis sacrificiis placabat atque invitabat deos, quod romanos facere christiana religio non sinebat. Nam propinquante iam illo hiis locis ubi nutu summe maiestatis oppressus est, cum eius fama ubique crebesceret, nobis apud Cartaginem dicebatur hoc credere spargere iactare paganos, quod ille diis amicis protegentibus et opitulantibus, quibus ymolare cottidie ferebatur, vinci omnino non posset ab eis, qui talia diis romanis sacra non facerent nec fieri a quoquam permitterent. Et non agunt miseri gratias tante misericordie dei, qui cum statuisset inruptione barbarica graviore dignos mores hominum castigare, indignacionem suam tanta mansuetudine temperavit, ut illum primo faceret mirabiliter vinci, ne ad infirmos animos evertendos gloria daretur demonibus, quibus eum supplicare constabat; deinde ab hiis barbaris Roma caperetur, qui contra consuetudinem gestorum aut bellorum ad loca sancta confugientes christiane religionis reverencia tuerentur, ipsisque demonibus atque impiorum sacrificiorum ritibus, de quibus ille presumpserat, sic adversarentur nomine christiano, ut longe atrocius bellum cum eis quam cum hominibus gerere viderentur. Ita verus dominus gubernatorque rerum et romanos cum misericordia flagellavit, et tam incredibiliter victis supplicatoribus demonum nec saluti rerum presentium necessaria esse sacrificia illa monstravit, ut ab hiis qui non pertinaciter contendunt sed prudenter attendunt, nec propter presentes necessitates vera religio deseratur et magis eterne vite fidelissima expectatione teneatur.

Quod ipse fidi[illegible] inopi bellatato tempore duraverunt cum exercitu dei ma[illegible] Radagaysus rex gothorum una die a romanis captus perimitur et suus exercitus quam plus quam centum milium

Quod miseri ydolatre gratias deo non agebant quod ipse ex sua misericordia romanos a barbaris nationibus defendebat qui nullo pepercisset si victoriam habuissent

cum filiis

De prosperitatibus quas Constantino imperatori christiano deus contulit. Capitulum XXIIII

Neque enim nos christianos quosdam imperatores ideo felices dicimus, quia vel diutius imperaverunt, vel imperatores filios morte placida reliquerunt, vel hostes rei publice domuerunt, vel inimicos cives adversus se insurgentes et cavere et opprimere potuerunt. Hec et alia vite huius erumpnose vel munera vel solacia quidam etiam cultores demonum accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum dei, quo pertinent isti; et hoc ipsius misericordia factum est, ne ab illo ista qui in eum crederent velut bona summa desiderarent. Sed felices eos dicimus, si iuste imperant, si inter linguas sublimiter honorancium et obsequia nimis humiliter salutancium non extolluntur, sed se homines esse meminerunt; si suam potestatem ad dei cultum maxime dilatandum maiestatis eius famulam faciunt; si deum timent diligunt colunt; si plus amant illud regnum, ubi non timent habere consortes; si tardius vindicant, facile ignoscunt; si eandem vindictam pro necessitate regende tuendeque rei publice, non pro saturandis inimiciciarum odiis exerunt; si eandem veniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent; si quod aspere coguntur plerumque decernere, misericordie lenitate et beneficiorum largitate compensant; si luxuria est eis tanto castigatior, quanto posset esse liberior; si malunt cupiditatibus pravis quam quibuslibet gentibus imperare; et si hec omnia faciunt non propter ardorem inanis glorie, sed propter caritatem felicitatis eterne; si pro suis peccatis humilitatis et miseracionis et orationis sacrificium deo suo vero ymolare non negligunt. Tales christianos imperatores dicimus esse felices, interim spe, postea re ipsa futuros, cum id quod expectamus advenerit.

Quod miseri ydolatre gratias deo non agebant quod ipse ex sua misericordia Romanos a barbaris nationibus defendebat qui nullo pepercissent si victoriam habuissent. Cetera

Quod vera religio christianorum ideo quosdam imperatores felices non asserit quod diu prospere vixerunt cum et cultores demonum id idem alii meruerunt et pie timentes diligunt colunt

Nam bonus deus, ne homines, qui eum crederent propter eternam vitam colendum, has sublimitates et regna terrena existimarent posse neminem consequi nisi demonibus supplicet, quod hii spiritus in talibus multum valerent, Constantinum imperatorem non supplicantem demonibus sed ipsum verum deum colentem tantis terrenis implevit muneribus, quanta optare nullus auderet; cui etiam condere civitatem romano imperio sociam, velut ipsius rome filiam, sed sine aliquo demonum templo simulacroque concessit. Diu imperavit, universum orbem romanum unus augustus tenuit et defendit; in amministrandis et gerendis bellis victoriosissimus fuit, in tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est. Grandevus egritudine et senectute defunctus est, filios imperantes reliquit. Sed rursus ne imperator quisquam ideo christianus esset ut felicitatem Constantini mereretur, cum propter eternam vitam

bonus

De imperio Constantini augusti et felicitate eius

quibus esse deberet carus. Iovinianum multo citius quam Iulianum abstulit. Gratianum ferro tyrannico permisit interimi, longe quidem mitius quam magnum Pompeyum colentem velut romanos deos. Nam ille vindicari a Catone non potuit, quem civilis belli quodam modo heredem reliquerat. Iste autem, quamvis pie anime solacia talia non requirant, a Theodosio vindicatus est, quem regni participem fecerat, cum parvulum haberet fratrem, avidior fidei societatis quam nimie potestatis.

Cum propter vitam eternam quilibet debet esse christianus non ut felicitatem seculi accipiat deus Iovinianum citius quam Iulianum abstulit Gratianum occidi permisit. De Pompeyo magno et Catone Theodosio et Valentiniano

De fide et pietate Theodosii augusti XXVI.

Unde et ille non solum vivo exhibuit quam debebat fidem, verum etiam post eius mortem pulsum ab eius interfectore Maximo Valentinianum eius parvulum fratrem in sui partem imperii tamquam christianus excepit pupillum, paterno custodivit affectu, quem destitutum omnibus opibus nullo negotio posset auferre, si latius regnandi cupiditate magis quam bene faciendi caritate flagraret. Unde cum potius servata eius imperatoria dignitate susceptum ipse humanitate et gratia consolatus est. Deinde cum illum Maximum terribilem faceret ille successus, hic in angustiis curarum suarum non est lapsus ad curiositates sacrilegas atque illicitas, sed ad Iohannem in Egipti heremo constitutum, quem dei servum prophetandi spiritu preditum fama crebrescente didicerat, misit atque ab eo nuntium victorie certissimum accepit. Mox tyranni Maximi extinctor Valentinianum puerum imperii sui partibus, unde fugatus fuerat, cum misericordissima veneratione restituit, eoque sive per insidias sive quo alio pacto vel casu proxime extincto alium tyrannum Eugenium, qui in illius imperatoris locum non legitime fuerat surrogatus, accepto rursus prophetico responso fide certus oppressit, contra cuius robustissimum exercitum magis orando quam feriendo pugnavit. Milites nobis qui aderant retulerunt extorta sibi esse de manibus quecumque iaculabantur, cum a Theodosii partibus in adversarios vehemens ventus iret et non solum quecumque in eos iaculabantur concitatissime raperet, verum etiam ipsorum tela in eorum corpora retorqueret. Unde et poeta Claudianus, quamvis a Christi nomine alienus, in eius tamen laudibus dixit: O nimium dilecte deo, cui militat ether, et coniurati veniunt ad classica venti. Victor autem, sicut crediderat et predixerat, Iovis simulacra, que adversus eum fuerant nescio quibus ritibus velut consecrata et in Alpibus constituta, deposuit, eorumque fulmina, quod aurea fuissent, iocantibus quod illa leticia permittebat cursoribus et se ab eis fulminari velle dicentibus hylariter benigneque donavit.

Imperator Theodosius ad Iohannem servum dei misit in heremo ut pro eo dominum consuleret

Imperator obtinuit victoriam contra tyrannum fratribus Iohannis heremite quem miraculose factum est ut testatur Claudianus et de eorum simulachro

Fudit ab astris dei Iovis vehemens armatus tibi

Inimicorum suorum filios, quos non ipsius iussio belli abstulerat impetus, etiam nondum christianos ad ecclesiam confugientes christianos hac occasione fieri voluit et christiana caritate dilexit, nec privavit rebus et auxit honoribus. In neminem post victoriam privatas inimicitias valere permisit. Bella civilia non sicut Cynna et Marius et Silla et alii tales nec finita finire voluerunt, sed magis doluit exorta quam cuiquam nocere voluit terminata. Inter hec omnia ex ipso initio imperii sui non quievit iustissimis et misericordissimis legibus adversus impios laboranti ecclesie subvenire, quam Valens hereticus favens Arrianis vehementer afflixerat, cuius ecclesie se membrum esse magis quam in terris regnare gaudebat. Simulachra gentium ubique evertenda precepit, satis intelligens nec terrena munera in demoniorum, sed in dei veri esse posita potestate. Quid autem fuit eius religiosa humilitate mirabilius, quando in Thessalonicensium gravissimum scelus, cui iam episcopis intercedentibus promiserat indulgentiam, tumultu quorundam, qui ei coherebant, vindicare compulsus est et ecclesiastica cohercitus disciplina sic egit penitentiam, ut imperatoriam celsitudinem pro illo populus orans magis fleret videndo prostratam, quam peccando timeret iratam. Hec ille secum et si qua similia, que commemorare longum est, bona opera tulit ex isto temporali vapore cuiuslibet culminis et sublimitatis humane, quorum operum merces est eterna felicitas, cuius dator deus solis veraciter piis. Cetera vero vite huius vel fastigia vel subsidia, sicut ipsum mundum lucem auras terras aquas fructus ipsiusque hominis animam corpus sensus mentem vitam bonis malisque largitur, in quibus est etiam quelibet imperii magnitudo, quam pro temporum gubernatione dispensat. Proinde iam illis etiam respondendum esse video, qui manifestissimis documentis, quibus ostenditur quod ad ista temporalia, que soli stulti habere concupiscunt, nichil deorum falsorum multitudo possit, confutati atque convicti conantur asserere non propter vite presentis utilitatem, sed propter eam, que post mortem futura est, colendos deos. Nam istis, qui propter amicitias mundi huius volunt vana colere et non se permitti puerilibus sensibus conqueruntur, his quinque libris satis arbitror esse responsum. Quorum tres priores cum edidissem et in multorum manus venire cepissent, audivi quosdam nescio quam adversus eos responsionem scribendo preparare. Deinde ad me perlatum est, quod iam scripserint

Quanta benignitas fuit in ipso Theodosio ad inimicos et non persequebatur victos sicut in bellis civilibus fecit Cynna Marius Sylla et alii et quantum ecclesie laboranti contra Valentem hereticum faventem Arrianis

De Theodosii imperatoris publica penitentia promisso in Thessalonicensem

Confutatio beati Augustini contra dolosos qui dicunt se deos non colere pro utilitate presenti sed que post mortem futura est

sed tempus quaerant, quo sine periculo possint edere. Quos admoneo non optent, quod eis non expedit. Facile est enim cuique videri respondisse, qui tacere noluerit. Aut quid est loquacius vanitate? Que non ideo potest quod veritas, quia si voluerit, potest etiam plus clamare quam veritas. Sed considerent omnia diligenter, et si forte sine studio partium iudicantes talia esse perspexerint, que potius exagitari quam convelli possint garrulitate impudentissima et quasi satyrica vel mimica levitate, cohibeant suas nugas (et linguas) et potius a prudentibus emendari quam laudari ab imprudentibus eligant. Nam si non ad libertatem vera dicendi, sed ad licentiam maledicendi tempus expectant, absit ut eis eveniat, quod ait Tullius de quodam, qui peccandi licentia felix appellabatur: O miserum, cui peccare licebat! Unde quisquis est, qui maledicendi licentia felicem se putat, multo erit felicior, si hoc illi omnino non liceat, cum possit deposita inanitate iactantie etiam isto tempore tamquam studio consulendi quidquid voluerit contradicere et quantum possit ab eis quos consulit amica disputatione honeste graviter libere quod oportet audire.

Quod dicat Tullius de quodam qui peccandi licencia felix appellatur.

Explicit liber quintus. Incipiunt tytuli sexti libri de civitate dei.

De hiis qui dicunt deos a se non propter presentem vitam coli sed propter eternam. i.

Quid Varronem de diis gentium sensisse credendum sit, quorum talia et genera et sacra detexit, ut reverentius cum eis ageret, si de illis omnino taceret. ii.

Que sit partitio Varronis librorum suorum, quos de antiquitatibus rerum humanarum divinarumque composuit. iii.

Quod ex disputatione Varronis apud cultores deorum antiquiores res humane quam divine. iiii.

De tribus generibus theologie secundum Varronem, id est uno fabuloso, secundo naturali, tertioque civili. v.

De theologia mythica id est fabulosa et de civili contra Varronem. vi.

De fabulose et civilis theologie similitudine atque concordia. vii.

De interpretationibus naturalium rationum, quas doctores pagani pro diis suis conantur ostendere. viii.

De officiis singulorum deorum. ix.

De libertate Senece, qui vehementius civilem theologiam reprehendit quam Varro fabulosam. x.

Quid de iudeis Seneca senserit. xi.

Quod gentilium deorum vanitate detecta nequeat dubitari eternam eos vitam nemini posse prestare, qui nec ipsam adiuvent temporalem. xii.

Incipit liber Sextus Aurelii augustini de civitate dei. De hiis qui dicunt deos a se non propter presentem vitam coli sed propter eternam. i.

Quinque superioribus libris satis michi adversus eos videor disputasse, qui multos deos et falsos, quos esse inutilia symulachra vel inmundos spiritus et perniciosa demonia vel certe creaturas, non creatorem, veritas christiana convincit, propter huius vite mortalis rerumque terrenarum utilitatem eo ritu ac servitute, que grece latria dicitur et uni vero deo debetur, venerandos et colendos putant. Et nimie quidem stultitie vel pertinatie nec istos quinque nec ullos alios quantoslibet innumeri libros satis esse posse quis nesciat, quando ea putatur gloria vanitatis nullis cedere viribus veritatis, in perniciem utique eius, cui vitium tam inmane dominatur. Nam et contra omnem curantis industriam non malo medici, sed egroti insanabilis morbus invictus est. Hii vero, qui ea que legunt vel sine ulla vel non cum magna ac nimia veteris erroris obstinatione intellecta et considerata perpendunt, facilius nos istos numero terminatorum quinque voluminum plusquam quantitatis ipsius necessitas postulabat satis fecisse quam minus disseruisse iudicabunt. Totamque invidiam, quam christiane religioni de huius vite cladibus terrenarumque contritione ac mutatione rerum imperiti facere conantur, non solum dissimulantibus, sed contra suam conscientiam etiam faventibus doctis, quos impietas vesana possedit, omnino esse inanem, recte cogitationis atque rationis plenam et levissime temeritatis et perniciosissime animositatis dubitare non potuerunt.

Quod augustinus disputavit in v libris precedentibus contra illos deos et eorum cultores ut veniat ad servitute dei vi que grece latria dicitur.

Quid Varrone de diis gentium sensisse credendum sit, quorum talia et genera et sacra detexit, ut reverentius cum eis ageret, si de illis omnino taceret. Capitulum ii.

Nunc ergo quoniam deinceps, ut promissus ordo expetit, etiam hii refellendi sunt, qui non propter istam vitam, sed propter illam, que post mortem futura est, deos gentium, quos christiana religio destruit, colendos esse contendunt, placet a veridico oraculo sancti psalmi sumere exordium disputationis mee: Beatus cuius est dominus spes ipsius, et non respexit in vanitates et insanias falsas. Verumtamen in omnibus vanitatibus insaniisque mendacibus longe tolerabilius philosophi audiendi sunt, quibus displicuerunt iste opiniones erroresque populorum, qui populi constituerunt simulacra numinibus multaque de hiis, quos deos inmortales vocant, falsa atque indigna sive finxerunt sive ficta crediderunt et credita eorum cultui et sacrorum ritibus miscuerunt. Cum hiis ergo hominibus, qui et si non libere predicando, saltem utcumque in disputationibus mussitando talia se improbare testati sunt, non usque adeo inconveniens est questionem istam tractare: utrum non unum deum, qui fecit omnem spiritualem corporalemque creaturam, propter vitam, que post mortem futura est, coli oporteat, sed multos deos, quos ab illo uno factos et sublimiter collocatos quidam eorundem philosophorum ceteris excellentiores nobilioresque senserunt. Ceterum quis ferat dici atque contendi deos illos, quorum in quarto libro quosdam commemoravi

Questio de uno deo de philozophis et de falsis diis et quid appetendum sit ab illis.

quibus rerum exiguarum singulis singula distribuunt officia, vitam eternam cuique prestare. Ac non peritissimi illi et acutissimi viri qui se pro magno beneficio conscripta docuisse gloriantur, ut sciretur quare cuique deorum supplicandum esset, quid a quoque esset petendum, ne absurditate turpissima, qualis ioculariter in mimo fieri solet, peteretur a libero aqua, a lymphis vinum, auctores erunt cuipiam hominum diis immortalibus supplicandi, ut cum a lymphis petierit vinum, eique responderint: nos aquam habemus, hoc a libero pete, recte possit dicere: si vinum non habetis, saltem date michi vitam eternam. Quid hac absurditate monstruosius? Nonne ille cachinnantes, solent enim esse ad risum faciles, si non affectent ut demones fallere, supplici respondebunt: O homo, putas in potestate nos habere vitam, quos audis non habere vel vitem? Impudentissime igitur stultitie est vitam eternam a talibus diis petere vel sperare, qui vite huius erumnosissime atque brevissime, et si qua ad eam pertinent adminiculandam atque fulciendam, ita singulas particulas tueri asseruntur, ut si id quod sub alterius tutela ac potestate est ab altero petatur, tam sit inconveniens et absurdum, ut mimice scurrilitati videatur esse simillimum. Quod cum fit ab scientibus mimis, digne ridentur in theatro; cum vero a nescientibus stultis, dignius irridentur in mundo. Cui ergo deo vel dee propter quid supplicaretur, quantum ad illos deos attinet quos instituerunt civitates, ab doctis sollerter inventum memorieque mandatum est: quid a libero, verbi gratia, quid a lymphis, quid a vulcano, ac sic a ceteris, quos partim commemoravi in quarto libro, partim pretereundos putavi. Porro si a cerere vinum, a libero panem, a vulcano aquam, a lymphis ignem petere erroris est, quanto maioris deliramenti esse intelligi debet, si cuiquam istorum pro vita supplicetur eterna? Quapropter si cum de regno terreno quereremus, quosnam illud deos vel deas hominibus credendum esset posse conferre, discussis omnibus longe alienum a veritate monstratum est a quoquam istorum multorum numinum atque falsorum saltem regna terrena existimare constitui, nonne insanissime impietatis est, si eterna vita, que terrenis omnibus regnis sine ulla dubitatione vel comparatione preferenda est, ab istorum quoquam dari cuiquam posse credatur? Neque enim propterea dii tales vel terrenum regnum dare non posse visi sunt, quia illi magni et excelsi sunt, hoc quiddam parvum et abiectum, quod non dignarentur in tanta sublimitate curare; sed quantalibet consideratione fragilitatis humane caducos apices terreni regni merito quisque contempnat, illi dii tales apparuerunt, ut indignissimi viderentur quibus danda atque servanda habebat deberent vel ista committi. Ac per hoc si, ut superiora proximis duobus libris pertractata docuerunt, nullus deus ex illa turba vel quasi plebeiorum vel quasi procerum deorum idoneus est regna mortalia mortalibus dare, quanto minus potest immortales ex mortalibus facere? Huc accedit quia, si iam cum illis agimus, qui non propter istam, sed propter vitam que post mortem futura est existimant colendos deos, iam nec propter illa saltem que talium potestati deorum tamquam dispertita atque propria non ratione veritatis, sed vanitatis opinione tribuuntur, omnino colendi sunt, sicut credunt hii qui cultum eorum vite huius mortalis utilitatibus necessarium esse contendunt, contra quos iam quinque precedentibus voluminibus satis quantum potui disputavi. Que cum ita sint, si eorum qui colerent deam iuventatem etas ipsa floreret insignius, contemptores autem eius vel intra annos iuventutis occumberent vel in ea tamquam senili torpore frigescerent; si malas cultorum suorum speciosius et festivius fortuna barbata vestiret, a quibus autem sperneretur, glabros aut male barbatos videremus: etiam sic rectissime diceremus huc usque istas deas singulas posse, officiis suis quodammodo limitatas, ac per hoc nec a iuventate oportere peti vitam eternam, que non daret barbam, nec a fortuna barbata boni aliquid post hanc vitam esse sperandum, cuius in hac vita potestas nulla esset, ut eandem saltem etatem, que barba induitur, ipsa prestaret. Nunc vero cum earum cultus nec propter ista ipsa, que putant eis subdita, sit necessarius, et quia multi colentes iuventatem deam minime in illa etate viguerunt, et multi eam non colentes gaudent robore iuventutis; itemque multe fortune barbate supplices ad nullam vel deformem barbam pervenire potuerunt, et si qui eam pro barba impetranda venerantur, a barbatis eius contemptoribus irridentur: itane desipit cor humanum, ut quorum deorum cultum propter ista ipsa temporalia et cito pretereuntia munera, quibus singulis singuli preesse perhibentur, inanem ludibriosumque cognoscit, propter vitam eternam credat esse fructuosum? Hanc dare illos posse nec hii dicere ausi sunt, qui eis, ut ab insipientibus populis colerentur, ista opera temporalia, quoniam nimis multos putaverunt, ne quisquam eorum sederet otiosus, minutatim divisa tribuerunt. Quis marco varrone curiosius ista quesivit? Quis invenit doctius? Quis consideravit attentius? Quis distinxit acutius? Quis diligentius pleniusque conscripsit? Qui tametsi minus est suavis eloquio, doctrina tamen atque sententiis ita refertus est, ut omni

Responsio qua fladi demoniaci possent dicere qui eis supplicat pro vita eterna, qui particulas rerum in potestate non habent

Si a cerere vinum, a libero panem, a vulcano aquam, a lymphis ignem petere error est, multo maioris deliramenti est ipsos credere dare posse vitam

Si nulli falsorum deorum mortalia regna mortalibus dare potest, immortales et mortalibus non potest facere

Si videtur quod dea iuventas cultores suos iubet iuvenes permanere et fortuna barbata malas se colentium venustare et spernentes se glabros aut male barbatos facit, aliquid alia male facere credi posset

De marco varrone et de eius sententia et de libris mathade marris

A quie post mortem futura est existimant colendos deos iam nec propter illa

Ita et cito pretereuntia munera quibus singulis singuli preesse perhibentur

eruditione, quam nos secularem, illi autem liberalem
vocant, studiosum rerum tantum iste doceat, quantum studiosum
verborum Cicero delectat. Denique et ipse Tullius huic
tale testimonium perhibet, ut in libris Achade
micis dicat eam, que ibi versatur, disputationem
se habuisse cum Marco Varrone, homine, inquid, omnium
facile acutissimo et sine ulla dubitacione doc
tissimo. Non ait eloquentissimo vel facundissimo,
quoniam revera in hac facultate multum impar est,
sed omnium, inquid, facile acutissimo. Et in eis libris, id est
Achademicis, ubi cuncta dubitanda esse conten
dit, addidit sine ulla dubitatione doctissimo. Pro
fecto de hac re sic erat certus, ut auferret du
bitacionem, quam solet in omnibus adhibere, tamquam
de hoc uno etiam pro Achademicorum dubitatione dis
sputaturus se Achademicum fuisse oblitus.
In primo autem libro cum eiusdem Varronis lit
teraria opera predicaret: Nos, inquit, in nostra
urbe peregrinantes errantesque tamquam hospites
tui libri quasi in domum duxerunt,
ut possemus aliquando qui et ubi
essemus agnoscere. Tu etatem pa
trie, tu descriptiones temporum, tu sa
crorum iura, tu sacerdotum, tu do
mesticam, tu publicam disciplinam,
tu sedium regionum locorum, tu omnium
divinarum humanarumque rerum nomina,
genera, officia, causas aperuisti. Iste igi
tur tam insignis excellentissimeque peri
tie et, quod de illo etiam Terentianus elegantissimo
versiculo breviter ait, vir doctissimus undecumque
Varro, qui tam multa legit, ut aliquid ei scribere
vacasse miremur, tam multa scripsit, quam multa vix
quemquam legere posse credamus. Iste, inquam, vir tantus
ingenio tantusque doctrina, si rerum velut divinarum,
de quibus scribit, oppugnator esset atque destruc
tor easque non ad religionem, sed ad supersticionem diceret
pertinere, nescio utrum tam multa in eis ridenda
contempnenda detestanda conscriberet. Cum vero deos
eosdem ita coluerit colendosque censuerit, ut in
eo ipso opere litterarum suarum dicat se timere ne pe
reant, non incursu hostili, sed civium
negligencia, de qua illos velut rui
na liberare se dicit, et in memoria
bonorum per eiusmodi libros recondi
atque servari utiliore cura, quam Metellus
de incendio sacra Vestalia et Eneas
de Troyano excidio penates liberasse
predicatur; et tamen ea legenda seculis pro
dit, que a sapientibus et insipientibus
merito abicienda et veritati religionis
inimicissima iudicentur. Quid existi
mare debemus, nisi hominem acutissimum
atque peritissimum, non tamen sancto spiritu liberum,
oppressum fuisse sue civitatis con
suetudine ac legibus, et tamen ea, quibus
movebatur, sub specie commendande religi
onis tacere noluisse?

Cicero admirans cum Varrone laudando eum in libros eius omnem disciplinam contineri et de laude qua fecit Terentianus eidem

Quod Metellus sacra vestalia de incendio liberasse dicitur et Eneas de Troyano bello liberasse predicatur

Que sit particio librorum suorum quos de antiquitatibus ~~rerum~~ rerum humanarum divinarumque composuit. iii. c.

Quadraginta et unum libros scripsit
antiquitatum; hos in res humanas divi
nasque divisit, rebus humanis xxv, divinis xvi
tribuit, istam secutus in ea partitione rationem, ut rerum
humanarum libros senos quatuor
daret partibus. Intendit enim
qui agant, ubi agant, quando agant, [quid agant]. In sex itaque primis
de hominibus scripsit, in secundis sex de locis, sex tercios
de temporibus, sex quartos eosdemque postremos de re
bus absolvit. Quater autem seni viginti et
quatuor fiunt. Sed unum singularem, qui communiter prius
de omnibus loqueretur, in capite posuit. In divinis
identidem rebus eadem ab illo divisionis
forma servata est, quantum attinet ad ea, que
diis exhibenda sunt. Exhibentur enim ab hominibus
in locis et temporibus quartos de sacris. Etiam hec
qui exhibeant, ubi exhibeant, quando exhibeant, subtilissima
distinctione commendans. Sed quia oportebat
dicere et maxime id expectabatur, quibus exhibe
ant, de ipsis quoque diis tres conscripsit extremos, ut
quinquies terni quindecim fierent. Sunt autem omnes, ut
diximus, sedecim, quia et istorum exordio unum singu
larem, qui prius de omnibus loqueretur, apposuit. Quo
absoluto consequenter ex illa quinquepertita distributione
tres precedentes, qui ad homines pertinent, ita subdivi
sit, ut primus sit de pontificibus,
secundus de auguribus, tercius
de quindecim viris sacrorum. Se
cundos tres ad loca pertinentes ita, ut
in uno eorum de sacellis, altero de sa
cris edibus diceret, tercio de locis
religiosis. Tres porro qui istos
secuntur et ad tempora pertinent,
id est ad dies festos, ut unum eorum
faceret de feriis, alterum de ludis cir
censibus, de scenicis tercium. Quar
torum trium ad sacra pertinencium
uni dedit consecrationes, al
teri sacra privata, ultimo publi
ca. Hanc vero pompam obsequiorum in rebus que
restant dii ipsi secuntur extremi, quibus iste univer
sus cultus impensus est: in primo dii certi, in
secundo incerti, in tercio cunctorum novissimo dii pre
cipui atque selecti. In hac tota serie pulcherrime
ac subtilissime distributionis vitam eternam frus
tra queri et sperari inpudentissime vel optari
ex hiis que iam diximus et que deinceps dicenda sunt
cuivis homini, qui corde obstinato sibi non fuerit
inimicus, facillime apparet. Vel hominum enim sunt
ista instituta vel demonum, non quales vocant
illi demones bonos, sed, ut loquar apercius, immundorum
spirituum et sine controversia malignorum, qui noxias opini
ones, quibus anima humana magis magisque va
nescat et incommutabili eterneque veritati coaptari
atque inherere non possit, invidencia mirabili et
occulte inserunt cogitacionibus impiorum et aperte

Varronis antiquitate de rebus humanis atque divinis libros quorum triginta rebus humanis divinis xiii consecravit

De libris Varronis ad homines pertinet, videlicet de pontificibus, auguribus, de viris sacrorum; de libris ad loca pertinentes, de sacellis, sacris edibus, de locis religiosis; de libris ad tempora pertinentes, ad dies festos, ad ferias, ad ludos circenses, ad scenicos et de aliis addicens usus pertinentes

† sacris hic quatuor quos dixit libros complexus est [illegible] pont. de hominibus scripsit [illegible] de locis [illegible] de temporibus quartos etc.

aliquid inserunt sensibus et quia pro fallaci attestatione confirmant. Iste ipse Varro propterea se prius de rebus humanis, de divinis autem postea scripsisse testatur, quod prius extiterint civitates, deinde ab eis hec instituta sunt. Vera autem religio non a terrena aliqua civitate instituta est, sed plane celestem ipsa instituit civitatem; eam vero inspirat et docet verus dator vite eterne, verus Deus cultoribus suis.

De falsa opinione quam habent homines de deo, in quibus quos ipsi bonos nominant contraria sunt maligni spiritus et immundi, et de celesti civitate, de antiquitate scriptura Varronis de diis et hominibus

Quod ex disputatione Varronis apud cultores deorum antiquiores res humane quam divine. .iiii. c.

Varronis igitur confitentis ideo se prius de rebus humanis scripsisse, postea de divinis, quia divine iste ab hominibus institute sunt, hec ratio est: Sicut prior est, inquit, pictor quam tabula picta, prior faber quam edificium, ita priores sunt civitates quam ea que a civitatibus instituta sunt. Dicit autem prius se scripturum fuisse de diis, postea de hominibus, si de omni natura deorum scriberet, quasi hic de aliqua scriberet et non de omni; aut vero etiam aliqua, licet non omnis, natura non prior deorum esse debeat quam hominum. Quid quod in illis tribus novissimis libris deos certos et incertos et selectos diligenter explicans nullam deorum naturam pretermittere videtur? Quid ergo est quod ait: Si de omni natura deorum et hominum scriberemus, prius divina absolvissemus quam humana attigissemus? Aut enim de omni natura deorum scribit, aut de aliqua, aut omnino de nulla. Si de omni, proponenda est utique rebus humanis; si de aliqua, cur non etiam ipsa res precedat humanas? An indigna est preferri etiam universe nature hominum pars aliqua deorum? Quod si multum est ut aliqua pars divina preponatur universis rebus humanis, saltem digna vel est Romanis. Rerum quippe humanarum libros non quantum ad orbem terrarum, sed quantum ad solam Romam pertinet, scripsit; quos tamen rerum divinarum libris se dixit scribendi ordine merito pretulisse, sicut pictorem tabule picte, sicut fabrum edificio, apertissime confitens quod etiam iste res divine sicut pictura, sicut structura ab hominibus institute sunt. Restat ut de nulla deorum natura scripsisse intelligatur, neque hoc aperte dicere voluisse, sed intelligentibus reliquisse. Ubi enim dicitur non omnis, usitate quidem intelligitur aliqua, sed potest intelligi et nulla, quoniam que nulla est nec omnis est. Nam ut iste dicit, si omnis esset natura deorum de qua scriberet, scribendi ordine rebus humanis proponenda esset; ut autem et ipso tacente veritas clamat, proponenda esset certe rebus Romanis, etsi non omnis, sed saltem aliqua esset. Recte autem postponitur; ergo nulla est. Non itaque rebus divinis anteferre voluit res humanas, sed rebus veris noluit anteferre res falsas [...] scripsit de rebus humanis [...]

Quod Varro rerum humanarum libros ad orbem terrarum non scripsit, sed quantum ad solam Romam, quia civitates prius construuntur quam ibi statuta statua; et quod intelligendum est de natura deorum reliquit et expressim pretermisit.

est historia rerum gestarum; quid autem de his quas divinas vocat, quid nisi opiniones rerum vanarum? Hoc est nimirum quod voluit subtili significatione monstrare, non solum scribens de his posterius quam de illis, sed etiam rationem reddens cur id fecerit. Quam si tacuisset, aliter hoc factum eius ab aliis fortasse defenderetur. In ea vero ipsa ratione quam reddidit, nec aliis quicquam reliquit pro arbitrio suspicari, et satis probavit homines se preposuisse institutis hominum, non naturam hominum nature deorum. Ita se libros rerum divinarum non de veritate que pertinet ad naturam, sed de falsitate que pertinet ad errorem scripsisse confessus est; quod apertius alibi posuit, sicut in quarto libro commemoravi, ex nature formula se scripturum fuisse, si novam ipse conderet civitatem; quia vero iam veterem inveneat, non se potuisse nisi eius consuetudinem sequi.

Quod Varro rebus veris anteferre noluit res falsas ipse de natura hominum et de civitate Romana.

De tribus generibus theologie secundum Varronem, id est uno fabuloso, altero naturali, tertio civili. v. c.

Deinde illud quale est, quod tria genera theologie dicit esse, id est rationis que de diis explicatur, eorumque unum mythicon appellari, alterum physicon, tertium civile? Latine si usus admitteret, genus quod primum posuit fabulare appellaremus, sed fabulosum dicamus; a fabulis enim mythicon dictum est, quoniam mythos grece fabula dicitur. Secundum autem ut naturale dicatur, iam et consuetudo locutionis admittit. Tertium etiam ipse latine enuntiavit, quod civile appellatur. Deinde ait: Mythicon appellant quo maxime utuntur poete, physicon quo philosophi, civile quo populi. Primum, inquit, quod dixi, in eo sunt multa contra dignitatem et naturam immortalium ficta. In hoc enim est ut deus alius ex capite, alius ex femore sit, alius ex guttis sanguinis natus; in hoc ut dii furati sint, ut adulteraverint, ut servierint homini; denique in hoc omnia diis attribuuntur, que non modo in hominem, sed etiam que in contemptissimum hominem cadere possunt. Hic certe ubi potuit, ubi ausus est, ubi impunitum putavit, quanta mendacissimis fabulis nature deorum fieret iniuria sine caligine ullius ambiguitatis expressit. Loquebatur enim non de naturali theologia, non de civili, sed de fabulosa, quam libere a se putavit esse culpandam. Videamus quid de altera dicat. Secundum genus est, inquit, quod demonstravi, de quo multos libros philosophi reliquerunt; in quibus est, dii qui sint, ubi, quod genus, quale est, a quo tempore, an a sempiterno fuerint dii; an ex igni sint, ut credit Heraclitus; an ex numeris, ut Pythagoras; an ex atomis, ut ait Epicurus. Sic alia que facilius intra parietes in schola quam extra in foro ferre possunt aures. Nihil in hoc genere culpavit, quod physicon vocant et ad philosophos

Varronis de tribus generibus theologie, id est mythicon, physicon, civile, expositio istorum vocabulorum.

ex capite alius

pertinet Trium que eorum inter se controversias commemoravit per quos facta est dissidentium multitudo sectarum, removit tamen hoc genus a foro, id est a populis, scolis vero et parietibus clausit. Illud autem primum mendacissimum atque turpissimum a civitatibus non removit. O religiosas aures populares, atque in his etiam romanas, quod de diis immortalibus philosophi disputant ferre non possunt; quod vero poete canunt et histriones, qui agunt contra dignitatem ac naturam immortalium, ficta sunt. Quia non modo in hominem sed etiam in contemptissimum hominem cadere possunt, non solum ferunt sed etiam libenter audiunt, nec hoc tantum sed diis quoque ipsis hec placere et per hec eos placandos esse decernunt. Dixerit aliquis: hec duo genera mythicon et physicon, id est fabulosum atque naturale, discernamus ab hoc civili de quo nunc agitur. Unde illa et ipse discrevit. Iam quid ipsum civile videamus qualiter explicet. Video quidem cur debeat discerni fabulosum, quia falsum, quia turpe, quia indignum est. Naturale autem a civili velle discernere, quid est aliud quam etiam ipsum civile fateri esse mendosum? Si enim illud naturale est, quid habet reprehensionis ut excludatur? Si autem hoc quod civile dicitur naturale non est, quid habet meriti ut admittatur? Hec nempe illa causa est quare prius scripserit de rebus humanis, posterius de divinis, quoniam in divinis rebus non naturam deorum sed hominum instituta secutus est. Intueamur sane et civilem theologiam. Tertium genus est, inquid, quod in urbibus cives maxime sacerdotes nosse atque ministrare debent. In quo est quod deos publice sacra ac sacrificia colere ac facere quemque par sit. Adhuc quod sequitur attendamus: Prima, inquit, theologia maxime accomodata est ad theatrum, secunda ad mundum, tertia ad urbem. Quis non videat cui palmam dederit? Utique secunde, quam supra dixit esse philosophorum. Hanc enim pertinere testatur ad mundum, quo isti nichil esse excellentius opinantur in rebus. Duas vero illas theologias, primam et terciam, theatri scilicet atque urbis, distinxit an iunxit? Videmus enim non continuo quod est urbis pertinere posse ad mundum, quamvis urbem videamus esse in mundo; fieri enim potest ut in urbe secundum falsas opiniones ea colantur, ut ea credantur quorum in mundo vel extra mundum natura sit nusquam. Theatrum vero ubi est nisi in urbe? Quis theatrum instituit nisi civitas? Propter quid instituit nisi propter ludos scenicos? Ubi sunt ludi scenici nisi in rebus divinis, de quibus hii libri tanta solercia conscribuntur?

De theologia mythica, id est fabulosa, et de civili contra Varronem. vi c.

O magne Varro, cum sis homo omnium acutissimus et sine ulla dubitatione doctissimus, sed tamen homo, non deus, nec spiritu dei ad videnda et annuncianda divina in veritatem libertatemque subvectus, cernis quidem quam sint res divine ab humanis nugis atque mendaciis dirimende, sed vitiosissimas populorum opiniones et consuetudines in superstitionibus publicas vereris offendere, quas ad deorum naturam aberrare vel talium quales in huius mundi elementis humani animi suspicatur infirmitas, et sentis ipse circa eas usquequaque consideras, et omnis vestra litteratura circumsonat. Quid hic agit humanum quamvis excellentissimum ingenium? Quid tibi humana licet multiplex ingensque doctrina in his angustiis suffragatur? Naturales deos colere cupis, civiles cogeris. Invenisti alios fabulosos in quos liberius quod sentis evomas. Unde et istos civiles velis nolis vel perfundas. Dicis quippe fabulosos accomodatos esse ad theatrum, naturales ad mundum, civiles ad urbem, cum mundus opus sit divinum, urbes vero et theatra opera sint hominum, nec alii derideantur in theatris quam qui adorantur in templis, nec aliis ludos exhibeatis quam quibus victimas immolatis. Quanto liberius subtiliusque ista divideres dicens: Alios esse deos naturales, alios ab hominibus institutos. Sed de institutis aliud habere litteras poetarum, aliud sacerdotum. Utrasque tamen ita esse inter se amicas consortio falsitatis, ut gratae sint utreque demonibus, quibus doctrina inimica est veritatis. Sequestrata igitur paululum theologia, quam naturalem vocant, de qua postea disserendum est, placet ne tandem vitam eternam peti aut sperari a diis poeticis theatricis ludicris scenicis? Absit, immo vero avertat deus verus tam immanem sacrilegamque dementiam. Quid a beis diis quibus hec placent, et quos hec placant, cum eorum illic crimina frequententur, vita eterna poscenda est? Nemo, ut arbitror, usque ad tam preceps furiosissime impietatis insanit. Nec fabulosa igitur nec civili theologia sempiternam quisque adipiscatur vitam. Illa enim de diis turpia fingendo seminat, hec fovendo metit. Illa mendacia spargit, hec colligit. Illa res divinas falsis criminibus insectatur, hec non criminum ludos in divinis rebus amplectitur. Illa de diis nephanda figmenta hominum carminibus personat, hec ea deorum ipsorum festivitatibus consecrat facinora et flagitia numinum. Illa cantat, hec amat. Illa prodit aut fingit, hec autem aut attestatur veris aut oblectatur et falsis. Ambe turpes ambeque dampnabiles, sed illa que theatrica est publicam turpitudinem profitetur, ista que urbana est illius turpitudine ornatur. Hinc vita eterna sperabitur, unde ista brevis temporalisque polluitur? An non vitam polluit consorcium nephariorum hominum si se inserat affectionibus et assensionibus nostris, et vitam non polluit societas demonum

De falsa deorum secundum opinionem heracliti pittagore et epycuri philosophorum de poetis histrionibus et fabulis

Summa Varronis quibus rebus singule theologie accomodate sunt

De theatris ludis scenicis et de eorum origine et de errore Varronis de libris poetarum vel sacerdotum gentis demonibus

De naturali theologia et quod vita eterna poscenda non est a diis poeticis ludicris theatricis scenicis

+ o iactare

[quam mali si falsi]

qui coluntur in urbibus sunt. Si veris, quam male! Hec tu divinius vidi sortitus esse turpia nimis hanc rerum ignaro, propter ea sola de diis talibus maiestati indigna divine et ridicula detestabilia celebrari que poetice cantantur carminibus et ludis scenicis agitantur. Varia vero illa que non histriones sed sacerdotes agunt, ab omni esse dedecore purgata et aliena. Hec si ita esset, nunquam theatricas turpitudines in eorum honorem quisquam celebrandas esse censeret. Nunquam eas ipsi dii preciperent sibimet exhiberi. Sed ideo nichil pudet ad obsequium deorum talia gerere in theatris, quia similia geruntur in templis. Denique commemoratus auctor cum civilem theologiam a fabulosa et naturali tertiam quandam sui generis distinguere conaretur, magis eam ex utraque temperatam intelligi voluit. Ait enim ea que scribunt poete minus esse quam ut populi sequi debeant. Que autem philosophi plus quam ut ea vulgum scrutari expediat, que sic abhorrent, inquit, ut tamen ex utroque genere ad civiles rationes assumpta sint non pauca. Quare que erunt communia cum poetis una cum civilibus scribemus, e quibus maior societas debet esse nobis cum philosophis quam cum poetis. Non ergo nulla cum poetis. Et tamen alio loco dicit de generationibus deorum magis ad poetas quam ad physicos fuisse populos inclinatos. Hic enim dixit quid fieri debeat, ibi quid fiat. Physicos dixit utilitatis causa scripsisse, poetas delectationis. Ac per hoc ea que a poetis conscripta populi sequi non debent crimina sunt deorum, que tamen delectant et populos et deos. Delectationis enim causa, sicut dixit, scribunt poete, non utilitatis. Ea tamen scribunt que dii expetunt, populi exhibeant.

De fabulosa theologia vita dampnabili, turpi, ridiculosa et detestabili et cetera.

De civili theologia, generatione deorum, poetis, physicis, philosophis, scenicis fabulis et theatricis.

De fabulose et civilis theologie similitudine atque concordia

Revocatur igitur ad theologiam civilem theologia fabulosa, theatrica, scenica, indignitatis et turpitudinis plena, et hec tota que merito culpanda et respuenda iudicatur pars huius est que colenda et observanda censetur. Non sane pars incongrua, sicut ostendere institui, et que ab universo corpore aliena importune illi connexa atque suspensa sit, sed omnino consona et tamquam eiusdem corporis membrum convenientissime copulata. Quid enim aliud ostendunt illa simulacra, forme, etates, sexus, habitus deorum? Nunquid barbatum Iovem, imberbem Mercurium poete habent, pontifices non habent? Nunquid Priapo mimi, non etiam sacerdotes, enormia pudenda fecerunt? An aliter stat adorandus in locis sacris quam procedit ridendus in theatris? Nunquid Saturnus senex, Apollo ephebus ita persone sunt histrionum ut non sint statue delubrorum? Cur Forculus, qui foribus preest, et Limentinus, qui limini, dii sunt masculi, atque inter hos Cardea femina est, que cardinem servat? Nonne ista in rerum divinarum libris reperiuntur, que graves poete suis carminibus indigna duxerunt? Nunquid Dyana theatrica portat arma et urbana simpliciter virgo est? Nunquid scenicus Apollo citharista est et ab hac arte Delphicus vacat? Sed hec honestiora sunt in comparatione turpiorum. Quid de ipso Iove senserunt qui eius nutricem in capitolio posuerunt? Nonne attestati sunt Euhemero, qui omnes tales deos non fabulosa garrulitate sed historica diligentia homines fuisse mortalesque conscripsit? Epulones etiam deos parasitos Iovis ad eius mensam qui constituerunt, quid aliud quam mimica sacra esse voluerunt? Nam parasitos Iovis ad convivium eius adhibitos si mimus dixisset, utique risum quesisse videretur. Varro dixit. Non cum irrideret deos, sed cum commendaret hoc dixit. Divinarum non humanarum rerum libri hoc eum scripsisse testantur. Nec ubi ludos scenicos exponebat, sed ubi capitolina iura pandebat. Denique a talibus vincitur et fatetur sicut forma humana deos fecerunt, ita eos delectari humanis voluptatibus credidisse. Non enim et maligni spiritus suo negotio defuerunt, ut has noxias opiniones humanarum mentium ludificatione firmarent. Unde etiam illud est quod Herculis edituus otiosus atque feriatus lusit tesseris secum utraque manu alternante, in una constituens Herculem, in altera se ipsum, sub ea conditione ut si ipse vicisset de stipendio templi sibi cenam pararet amicamque conduceret; si autem victoria Herculis fieret, hoc idem de pecunia sua voluptati Herculis exhiberet. Deinde cum a se ipso tamquam ab Hercule victus esset, debitam cenam et nobilissimam meretricem Laurentinam deo Herculi dedit. At illa cum dormisset in templo, vidit in somnis Herculem sibi esse commixtum sibique dixisse quod inde discedens cui primum iuveni obvia fieret, apud illum esset inventura mercedem quam sibi credere deberet ab Hercule persolutam. At sic abeunti cum primus iuvenis ditissimus Tarutius occurrisset eamque dilectam secum diutius habuisset, illa herede defunctus est. Que amplissimam adepta pecuniam ne divine

De diis Iove barbato, imberbe Mercurio (?), Pompeyo (?), Priapo mimorum, Saturno seneo, Apollineo ephebo, Forculo, Lymentino, Cardea, dea Dyana et Delphino.

De Euhemero historico qui dicit deos epulones fuisse parasitos, adulteras, et de Varrone qui deos irrisit.

Relatio de Hercule et edituo eius, Laurentina meretrice.

L

merendi videtur ingrata, quod acceptissimum putavit esse numinibus populum Romanum et ipsa scripsit heredem. Atque illa non comparente inventum est testamentum, quibus meritis eam ferunt etiam honores meruisse divinos. Haec si poete fingerent, si mimi agerent, ad fabulosam theologiam dicerentur procul dubio pertinere et a civilis theologie dignitate separanda iudicarentur. Cum vero haec dedecora non poetarum sed populorum, non mimorum sed sacrorum, non theatrorum sed templorum, id est non fabulose sed civilis theologie, et tanto auctore produntur, non frustra histriones ludicris artibus fingunt deorum, que tanta est, turpitudinem, sed plane frustra sacerdotes velut sacris ritibus conantur fingere deorum, que nulla est, honestatem. Sacra sunt Iunonis, et hec in eius dilecta insula Samo celebrabantur, ubi nuptum data est Iovi. Sacra sunt Cereris, ubi a Plutone rapta Proserpina queritur. Sacra sunt Veneris, ubi amatus eius Adon aprino dente extinctus, iuvenis formosissimus plangitur. Sacra sunt matris deorum, ubi Attis pulcher adolescens, ab ea dilectus et muliebri zelo abscisus, etiam hominum abscisorum, quos Gallos vocant, infelicitate deploratur. Hec cum deformiora sint omni scenica feditate, quid est quod fabulosa de diis figmenta poetarum ad theatrum videlicet pertinentia velut secernere nituntur a civili theologia, quam pertinere ad urbem volunt, quasi ab honestis et dignis indigna et turpia? Itaque potius est unde gratie debeantur histrionibus, qui oculis hominum pepercerunt nec omnia spectaculis nudaverunt [omittebant], que sacrarum edium parietibus occultantur. Quid de sacris eorum boni sentiendum est, que tenebris operiuntur, cum tam sint detestabilia que proferuntur in lucem? Et certe quid in occulto agant per abscisos et molles, ipsi viderint; eosdem tamen homines infeliciter ac turpiter enervatos atque corruptos occultare minime potuerunt. Persuadeant cui possunt se aliquid sanctum agere per tales homines, quos inter sua sancta numerari atque versari negare non possunt. Nescimus quid agant, sed scimus per quales agant. Novimus autem quid agatur in scena, quo nunquam vel in choro meretricum abscisus aut mollis intravit; et tamen etiam ipsa turpes et infames agunt; neque enim ab honestis agi debuerunt. Que sunt ergo illa sacra, quibus agendis tales elegit sanctitas, qua[les]

De Laurentina que est dea florum ut dicit de sacris. Deinde sacris matris deorum terra et abscisis.

De interpretacionibus naturalium racionum quas doctores pagani pro diis suis conantur ostendere.

De scena, de theatris, physiologia et quia in vera theologia opus dei terra est non mater et quod viri non paciuntur muliebria et cetera.

Qua[les] nec thimelica in se admisit obscenitas? Attamen habent ista

Temelica a musicis scenicis qui organis et liris et citharis pcinebant scilicet in theatris dum agebantur ludi scenici. Tunc dicti sunt themelici eo quod stantes super pulpitum quod Temele vocabatur cantabant.

physiologicas quasdam, sicut aiunt, id est naturalium rationum interpretationes. Quasi vero nos in hac disputatione physiologiam queramus et non theologiam, id est rationem non nature sed dei. Quamvis enim qui verus deus est non opinione sed natura deus sit, non tamen omnis natura deus est, quia et hominis et pecoris et arboris et lapidis utique natura est, quorum nihil est deus. Si autem interpretationis huius, quando agitur de sacris matris deum, caput est certe quod mater deum terra est, quid ultra querimus, quid cetera perscrutamur? Quid evidentius suffragatur eis qui dicunt omnes istos deos homines fuisse? Sic enim sunt terrigene, ut eis mater sit terra. In vera autem theologia opus dei est terra, non mater. Veruntamen quoquo modo sacra eius interpretentur et referant ad rerum naturam, viros muliebria pati non est secundum naturam sed contra naturam. Hic morbus, hoc crimen, hoc dedecus habet in illis sacris professionem, quod in vitiosis hominum moribus vix habet in tormentis confessionem. Deinde si ista sacra, que convincuntur scenicis turpitudinibus esse fediora, hinc excusantur atque purgantur, quod habent interpretationes suas, quibus ostendantur rerum significare naturam, cur non etiam poetica similiter excusentur atque purgentur? Multa enim et ipsi ad eundem modum interpretati sunt, usque adeo ut quod ab eis immanissimum et infandissimum dicitur, Saturnum suos filios devorasse, ita nonnulli interpretentur, quod longinquitas temporis, que Saturni nomine significatur, quicquid gignit ipsa consumat; vel, sicut idem opinatur Varro, quod pertineat Saturnus ad semina, que in terram de qua oriuntur iterum recidunt. Itemque alii alio modo et similiter et cetera. Et tamen theologia fabulosa dicitur et cum omnibus huiuscemodi interpretationibus suis reprehenditur, abicitur, improbatur, nec solum a naturali, que philosophorum est, verum etiam ab ista civili, de qua agimus, que ad urbes populosque asseritur pertinere, eo quod de diis indigna confinxerit, merito repudianda discernitur: eo nimirum consilio, ut quoniam acutissimi homines atque doctissimi, a quibus ista conscripta sunt, ambas improbandas intelligebant, et illam scilicet fabulosam et istam civilem, illam vero audebant improbare, hanc non audebant, illam culpandam proposuerunt, hanc eius similem comparandam exposuerunt, non ut hec pro illa tenenda sit eligeretur, sed ut cum illa respuenda intelligeretur; atque ita sine periculo eorum qui civilem theologiam reprehendere metuebant, utraque contempta, ea quam naturalem vocant apud meliores animos inveniret locum. Nam et civilis et fabulosa ambe fabulose sunt ambeque civiles; ambas inveniet fabulosas, qui vanitates et obscenitates ambarum prudenter inspexerit; ambas civiles, qui scenicos ludos pertinentes ad fabulosam in deorum civilium festivitatibus et in urbium

Quid significat per nomen Saturni secundum Varronem et de vera et fabulosa theologia.

omnibus rebus adtribuit. Quo igitur vite eterne dande potestas, cum eorum deorum istorum rebus quos sua simulacra et sacra convincunt diis fabulosis aptissime comparatis esse simillimos, formis, etatibus, sexu, habitu, coniugiis, generationibus, ritibus; in quibus omnibus aut homines fuisse intelliguntur et pro uniuscuiusque vita vel morte sacra eis et solempnia constituta, hunc errorem insinuantibus firmantibus demonibus, aut certe ex qualibet occasione inmundissimi spiritus fallendis humanis mentibus irrepsisse.

De officiis singulorum deorum ix capitulum

De falsis diis et eorum festivitatibus solempnis de demonibus de deabus educa potina

Quid ipsa numinum officia tam viliter minutatimque concisa, propter quod eis dicunt pro uniuscuiusque proprio munere supplicari oportere? Unde non quidem omnia, sed multa iam diximus. Nonne scurrilitati mimice quam divine consonant dignitati? Si duas quisque nutrices adhiberet infanti, quarum una nichil nisi escam, altera nichil nisi potum daret, sicut isti ad hoc duas adhibuerunt deas, Educam et Potinam, nempe desipere et aliquid mimo simile in sua domo agere videretur. Liberum a liberamento appellatum volunt, quod mares in coeundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur; hoc idem in feminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant, quod et ipsam perhibeant semina emittere; et ob hoc Libero eandem virilem corporis partem in templo poni, femineam Libere. Ad hoc addunt mulieres attributas Libero et vinum propter libidinem concitandam. Sic bachanalia summa celebrabantur insania. Ubi Varro ipse confitetur a bachantibus talia fieri non potuisse nisi mente commota. Hec tamen postea senatui displicuerunt saniori, et ea iussit auferri. Saltem hic tandem forsitan senserunt quid inmundi spiritus, dum pro diis habentur, in hominum mentibus possint. Hec certe non fierent in theatris; ludunt quippe ibi, non furiunt, quamvis deos habere qui etiam ludis talibus delectentur simile sit furoris. Quale autem illud est, quod cum religiosum a superstitioso ea distinctione discernat, ut a superstitioso dicat timeri deos, a religioso autem tantum vereri ut parentes, non ut hostes timeri, atque omnes ita bonos dicat ut facilius sit eos nocentibus parcere quam ledere quemquam innocentem, tamen mulieri fete post partum tres deos custodes commemorat adhiberi, ne Silvanus deus per noctem ingrediatur et vexet, eorumque custodum significandorum causa tres homines noctu circuire limina domus et primo limen securi ferire, postea pilo, tercio deverrere scopis, ut his datis culture signis deus Silvanus prohibeatur intrare, quod neque arbores ceduntur ac putantur sine ferro, neque far conficitur sine pilo, neque fruges coacervantur sine

De deo libero dea libera venere vino bacho bachinalibus et varro de dea feta et de deo siluano et aliis

scopis. Ab his autem tribus rebus tres nuncupatos deos, Intercidonam a securis intercisione, Pilumnum a pilo, Deverram a scopis, quibus diis custodibus contra vim dei Silvani feta conservaretur. Ita contra dei nocentis seviciam non valeret custodia bonorum, nisi plures essent adversus unum eique aspero, horrendo, inculto, utpote silvestri, signis culture tamquam contrariis repugnarent. Itane ista est innocentia deorum, ista concordia? Hecine sunt numina salubria urbium, magis ludenda quam ludibria theatrorum?

Varro mulieri fete post partum tres deos custodes commemorat adhiberi

Cum mas et femina coniunguntur, adhibetur deus Iugatinus; sit hoc ferendum. Sed domum est ducenda que nubit; adhibetur et deus Domiducus; ut in domo sit, adhibetur deus Domicius; ut maneat cum viro, additur dea Manturna. Quid ultra queritur? Parcatur humane verecundie; peragat cetera concupiscentia carnis et sanguinis, procurato secreto pudoris. Quid impletur cubiculum turba numinum, quando et paranymphi inde discedunt? Et ad hoc impletur, non ut eorum presentia cogitata maior sit cura pudicicie, sed ut femine sexu infirme novitate pavide illis cooperantibus sine ulla difficultate virginitas auferatur. Adest enim dea Virginensis et deus pater Subigus et dea mater Prema et dea Pertunda et Venus et Priapus. Quid est hoc? Si omnino laborantem in illo opere virum ab diis adiuvari oportebat, non sufficeret aliquis unus aut aliqua una? Numquid Venus sola parum esset, que ad hoc etiam dicitur nuncupata, quod sine eius vi femina virgo esse non desinat? Si est ulla frons in hominibus, que non est in numinibus, nonne cum credunt coniugati tot deos utriusque sexus esse presentes et huic operi instantes, ita pudore afficiuntur, ut et ille minus moveatur et illa plus reluctetur? Et certe si adest Virginensis dea, ut virgini zona solvatur; si adest deus Subigus, ut viro subigatur; si adest dea Prema, ut subacta, ne se moveat, comprimatur; dea Pertunda ibi quid facit? Erubescat, eat foras; agat aliquid et maritus. Valde inhonestum est ut quod vocatur illa impleat quisquam nisi ille. Sed forte ideo toleratur, quia dea dicitur esse, non deus. Nam si masculus crederetur et Pertundus vocaretur, magis contra eum pro uxoris pudicicia posceret maritus auxilium quam feta contra Silvanum. Sed quid hoc dicam, cum ibi sit et Priapus nimius masculus, super cuius inmanissimum et turpissimum fascinum sedere nova nupta iubebatur more honestissimo et religiosissimo matronarum? Eant adhuc ad theologiam civilem a theologia fabulosa, urbes a theatris, templa ab obscenis, sacra pontificum a carminibus poetarum, velut res

Nomina deorum cum viro femina coniunguntur cum uxor domum ducitur

De diis nuptiarum Iugatino Domiduco Manturna Subigo Domicio dea Virginensi Prema Pertunda Venere et Priapo et ceteris

honestas a turpibus/ veraces a fallacibus graves
a ridentibus/ serias a ludicris/ appetendas a respuendis
qua putant quasi conveniunt subtilitate discernere/ Intel
ligimus quid agant/ qui illam theatricam et fabu
losam theologiam/ ab ista civili
pendere voluerunt/ et ei de carmini
bus tamquam de speculo resul
tare/ et ideo ista exposita quam dampnare non audent/ illam eius ymaginem liberius arguunt/ et reprehendunt/ ut qui agnoscunt quid ve
lint/ et hanc ipsam faciem cuius illa
ymago est detestentur/ quam tamen dii
ipsi tamquam in eodem speculo se intuentes ita
diligunt ut qui qualesque sint in utroque melius
videantur/ Unde et cultores suos terribilibus im
periis compulerunt/ ut immunditiam theologie
fabulose sibi dicarent/ in suis solempnitatibus
ponerent/ sacris omnibus haberent/ atque ita et seipsos
immundissimos spiritus manifestius esse docuerunt
/ et huius urbane theologie velut electe et proba
te illam theatricam abiectam atque reprobatam
membrum partemque fecerunt/ ut cum sit univer
sa turpis et fallax atque in se contineat commenti
cios deos una pars eius sit in litteris sacerdotum altera
in carminibus poetarum/ Utrum habeat et a
lias partes alia questio est/ nunc propter divi
sionem Varronis/ et urbanam et
theatricam theologiam ad unam
civilem pertinere/ satis ut opinor osten
di/ Unde quia sunt ambe similes tur
pitudinibus/ absurditatis indignita
tis/ falsitatis/ Absit a veris religiosis/ ut
sive ab hac/ sive ab illa/ vita speretur
eterna/ Denique et ipse Varro commemorare et enu
merare deos cepit a conceptione hominis/ quorum
numerum exorsus est a Iano/ eamque seriem perduxit
usque ad decrepiti hominis mortem/ et deos ad ipsum
hominem pertinentes clausit ad Neniam deam/ que
in funeribus senum cantatur/ Deinde cepit a
lios deos ostendere/ qui pertinerent non ad ipsum hominem
sed ad ea/ que sunt hominis sicuti est victus atque
vestitus/ et quecumque alia huic vite sunt necessaria
ostendens in omnibus/ quod sit cuiusque munus
et propter quid cuique debeat supplicari/ In qua universa
diligentia nullos demonstravit vel nominavit de
os/ a quibus vita eterna poscenda sit/ propter quam unam
proprie nos christiani sumus/ Quis ergo usque adeo tardus
sit/ ut non intelligat istum hominem civilem
theologiam tam diligenter exponendo et a
periendo eamque illi fabulose indigne atque probro
se similem demonstrando atque ipsam fabulosam
partem esse huius satis evidenter docendo non nisi
naturali/ quam dicit ad philosophos pertinere/ in animis hominum
moliri locum ut ea subtilitate fabulosam re
prehenderet/ civilem vero reprehendere quidem non

A poetarum

De eo quod parcendo civili
vano scripto de theo
logia civili fa
bulosa theatris
templis sacris
carminibus poetarum
de spiritibus in
mundis et
sacerdotibus

Quid dicit
Varro deorum
tu deorum
Iano nec
et aliis et
de multi
plici theo
logia

auderet/ sed prodendo reprehensibilem ostenderet/ atque ut utra
que iudicio recte intelligentium reprobata
sola naturalis remaneret eligenda/ De
qua suo loco in adiutorio Dei veri
/ diligentius disserendum est

De libertate Senece/ qui vehementius civilem theologiam reprehendit quam Varro fabulosam x capitulum

De Anneo Sene
ca Varrone
et varia the
ologia et de
sinis philoso
phorum et falsis
diis

Libertas sane que huic defuit
ne istam urbanam theologi
am theatrice simillimam aperte sicut illam
reprehendere auderet Anneo Senece quem nonnullis in
diciis invenimus apostolorum nostrorum claruisse temporibus
Non quidem ex toto verum ex aliqua parte non de
fuit/ affuit enim scribenti/ viventi defuit Nam in
eo libro/ quem contra superstitiones condidit/ multo co
piosius atque vehementius reprehendit/ ipse civilem
istam et urbanam theologiam/ quam Varro theatricam atque fabulosam
Cum enim de simulacris ageret/ Sacros/ inquit/ im
mortales inviolabiles deos/ in materia vilissima atque im
mobili dedicant/ habitus illis hominum ferarumque et pis
cium/ quidam vero mixto sexu/ diversis corporibus
induunt/ Numina vocant/ que si spiritu accepto
subito occurrerent/ monstra haberentur/ Deinde ali
quanto post cum theologiam naturalem predicans
quorundam philosophorum sententias digessisset/ opposuit sibi
questionem et ait/ Hoc loco dicit aliquis Credam
ego celum et terram deos esse/ et supra lunam alios/
infra alios/ Ego feram aut Platonem aut pe
ripateticum Stratonem/ quorum alter fecit deum sine
corpore alter sine animo/ Et ad hoc respondens
Quid ergo tandem inquit ve
riora videntur tibi T. Tatii aut Romuli/
aut Tulli Hostilii somnia/ Cloacinam
Tatius dedicavit deam/ Picum Tyberinum
que Romulus/ Hostilius Pavorem
atque Pallorem teterrimos hominum af
fectus/ quorum alter mentis territe motus
est alter corporis ne morbus quidem sed color/ Hec
numina potius credes et celo recipies/ De ipsis vero ritibus
crudeliter turpibus/ quam libere scripsit/ Ille inquit viriles
sibi partes amputat/ ille lacertos secat/ Ubi iratos
deos timent/ qui sic propitios merentur/ Dii autem nullo
debent coli genere/ si et hoc volunt/ Tantus est perturbate
mentis et sedibus suis pulse furor/ ut sic dii pla
centur/ quemadmodum ne quidem homines seviunt
Teterrimi et in fabulas tradite crudelitatis tyranni
laceraverunt aliquorum membra/ neminem sua la
cerare iusserunt/ In regie libidinis voluptatem
castrati sunt quidam/ sed nemo sibi/ ne vir esset
iubente domino manus attulit/ Se ipsi in templis con
trucidant/ vulneribus suis ac sanguine supplicant
Si cui intueri vacet/ que faciunt/ queque patiuntur/ in
veniet tam indecora honestis/ tam indigna
liberis/ tam dissimilia sanis/ ut nemo fuit dubi
taturus/ furere eos/ si cum paucioribus furerent

De Platone pe
ripatetico Stra
tone Tyto Ta
cio Romulo Tu
lio Hostilio
somnia Cloa
cina deo Pico
Tyberio

quam Varro theatricam

Hec sanitatis productum insanientium turbam ait in ipso capitolio fieri solere commemorat et intrepide omnino coarguit. Quis enim ferat nisi aut irridentibus aut furentibus fieri? Nam cum in sacris egyptiis Osiridis lugeri perditum, mox autem inventum magno esse gaudio derisisset, cum perditio eius inventioque fingatur, dolor tamen ille atque letitia ab hiis qui nichil perdiderunt nichilque invenerunt veraciter exprimatur: Huic tamen, inquit, furori certum tempus est. Tolerabile est semel in anno insanire. In capitolium perveni, pudebit publicate dementie, quod sibi vanus furor attribuit officii. Alius numina deo subicit, alius horas Iovi nuntiat; alius lictor est, alius unctor, qui vano motu brachiorum imitatur unguentem. Sunt que Iunoni ac Minerve capillos disponant, longe a templo non tantum a simulacro stantes movent digitos ornantium modo; sunt que speculum teneant; sunt qui ad vadimonia sua deos advocent, sunt qui libellos offerant et illos causam suam doceant.

De diis pallore pavore a meo seneca dicit [illegible] fabulis tyrannis et de capitolio et pudendis que ibi fiebant.

Quid de diis seneca senserit. XI.

Doctus archimimus, senex iam decrepitus, cotidie in capitolio mimum agebat, quasi dii libenter spectarent, quem illi homines desierant. Omne illud artificum genus operantium diis immortalibus desidet. Et paulo post: Hii tamen, inquit, etiam si supervacuum usum, non turpem nec infamem deo promittunt. Sedent quedam in capitolio, que se a Iove amari putant; ne Iunonis quidem, si credere velis poetis, iracundissime respectu terrentur. Hanc libertatem Varro non habuit; tantum poeticam theologiam reprehendere ausus est, civilem non ausus est, quam iste concidit. Sed si verum attendamus, deteriora sunt templa, ubi hec aguntur, quam theatra, ubi finguntur. Unde in hiis sacris civilis theologie has partes potius elegit Seneca sapienti, ut eas in animi religione non habeat, sed in actibus fingat. Ait enim: Que omnia sapiens servabit tamquam legibus iussa, non tamquam diis grata. Et paulo post: Quid quod matrimonia, inquit, deorum iungimus, et ne pie quidem, fratrum ac sororum! Bellonam Marti collocamus, Vulcano Venerem, Neptuno Salaciam. Quosdam tamen celibes relinquimus, quasi condicio defecerit, presertim cum quedam vidue sint, ut Populonia vel Fulgora et diva Rumina; quibus non miror petitorem defuisse. Omnem istam ignobilem deorum turbam, quam longo evo longa superstitio congessit, sic, inquit, adorabimus, ut meminerimus cultum eius magis ad morem quam ad rem pertinere. Nec leges ergo ille nec mos in civili theologia id instituerunt quod diis gratum esset vel ad rem pertineret. Sed iste, quem philosophi quasi liberum fecerunt, tamen quia illustris populi Romani senator erat, colebat quod reprehendebat, agebat quod arguebat, quod culpabat adorabat, quia videlicet magnum aliquid eum philosophia docuerat, ne superstitiosus esset in mundo, sed propter leges civium moresque hominum non quidem fingentem ageret scenicum in theatro, sed imitaretur in templo; eo dampnabilius, quo illa que mendaciter agebat sic ageret, ut eum populus veraciter agere existimaret; scenicus autem ludendo potius delectaret quam fallendo deciperet.

De deo qui [illegible] apud egyptos de numinibus iove iunone lictore unctore [illegible] et de [illegible] libelli quam archimimus dicatur.

De varrone et varia theologia seneca in nominibus nominum bellona et marte vulcano venere neptuno salacia populonia fulgora divarum et de aliis diis.

Quod gentilium deorum vanitate detecta nequeat dubitari etiam eos vitam nemini posse prestare quia nec ipsam adiuvant temporalem. XII.

Hinc inter alias civilis theologie superstitiones reprehendit etiam sacra Iudeorum et maxime sabbata, inutiliter eos facere affirmans, quod per illos singulos septenis interpositos dies septimam fere partem etatis sue perdant vacando et multa in tempore urgentia non agendo ledantur. Christianos tamen iam tunc Iudeis inimicissimos in neutram partem commemorare ausus est, ne vel laudaret contra sue patrie veterem consuetudinem, vel reprehenderet contra propriam forsitan voluntatem. De illis sane Iudeis cum loqueretur, ait: Cum interim usque eo sceleratissime gentis consuetudo convaluit, ut per omnes iam terras recepta sit; victi victoribus leges dederunt. Mirabatur hec dicens et quid divinitus ageretur ignorans subiecit plane sententiam, qua significaret quid de illorum sacramentorum ratione sentiret. Ait enim: Illi tamen causas ritus sui noverunt; maior pars populi facit quod cur faciat ignorat. Sed de sacramentis Iudeorum, vel cur vel quatenus instituta sint auctoritate divina ac postmodum a populo dei, cui vite eterne misterium revelatum est, tempore quo oportuit eadem auctoritate sublata sint, et alias diximus, maxime cum adversus Manicheos ageremus, et in hoc opere loco oportuniore dicendum est. c. xii

Nunc propter tres theologias, quas greci dicunt mithicen phisicen politicen, latine autem dici possunt fabulosa naturalis civilis, quod neque de fabulosa, quam et ipsi deorum multorum falsorumque cultores liberrime reprehenderunt, neque de civili, cuius illa pars esse convincitur eiusque et ista similis vel etiam deterior invenitur, speranda est vita eterna. Si cui satis non sunt que in hoc volumine dicta sunt, adiungat etiam illa que in

De legibus omni philosophia theologia senatoribus in philosophia omnibus et aliis diis.

De seneca sabbatis iudeorum sacramentis ritibus legibus eorum dei et [illegible].

Alias — *De iudeis aut [illegible]* — *qua varro theatra*

superioribus libris et maxime in quarto de felicitatis datore deo plurima disputata sunt. Nam cui nisi uni felicitati propter eternam vitam consecrandi homines essent, si dea felicitas esset. Quia vero non dea sed munus est dei, cui deo nisi datori felicitatis consecrandi sumus, qui eternam vitam ubi vera est et plena felicitas pia caritate diligimus. **Tres theologias innuit physice poli tice sive fabulosa naturalis civilis et de vita eterna et felicitate perpetua** Non autem esse datorem felicitatis quemquam istorum deorum qui tanta turpitudine coluntur et nisi ita colantur multo turpius irascuntur atque ob hoc se spiritus inmundissimos confitentur. Puto ex hiis que dicta sunt neminem dubitare oportere. Porro qui non dat felicitatem, vitam quomodo dare possit eternam. Eam quippe vitam eternam dicimus ubi est sine fine felicitas. Nam si anima in penis vivit eternis quibus et ipsi spiritus cruciabuntur inmundi, mors est illa potius eterna quam vita. Nulla quippe maior et peior est mors quam ubi non moritur mors. Sed quod anime natura per id quod inmortalis creata est sine qualicumque vita esse non potest, summa mors est eius alienatio a vita dei in eternitate supplicii. Vitam igitur eternam, id est sine ullo fine felicem, solus ille dat qui dat veram felicitatem. Quam quoniam illi quos colit theologia ista civilis dare non posse convicti sunt, non solum propter ista temporalia atque terrena, quod superioribus quinque libris ostendimus, sed multo magis propter vitam eternam que post mortem futura est, quod isto uno etiam illis cooperantibus egimus, colendi non sunt. Sed quoniam veternose consuetudinis nimis alto radices sunt, si cui de ista civili theologia respuenda atque vitanda parum videor disputasse, in aliud volumen, quod huic opitulante deo coniungendum est, animum intendat. **Explicit liber VI sancti Augustini episcopi ecclesie catholice contra paganos**

An cum **Incipiunt tytuli libri VII.** in theologia civili deitatem esse non constet in selectis diis eam inveniri posse credendum sit **I** Qui sunt dii selecti et an ab officiis viliorum deorum habeantur excepti **II** Quod nulla sit ratio que de selectione quorundam deorum possit ostendi cum multis inferioribus excellentior administratio deputetur **III** Melius actum cum diis inferioribus qui nullis infamentur obprobriis quam cum selectis quorum tante turpitudines celebrentur **IIII** De paganorum secretiore doctrina phisicisque rationibus **V** De opinione Varronis qua arbitratus est deum animam esse mundi, qui tamen in partibus suis habeat animas multas quarum divina natura sit **VI** An rationabile fuit Ianum et Terminum in duo numina separari **VII** Ob quam causam cultores Iani bifrontem ymaginem ipsius fixerit, quam tamen etiam quadrifrontem videri voluerunt **VIII** De Iovis potestate atque eiusdem cum Iano comparatione **IX** An iam et Iovis Iani recta discretio sit **X** De cognominibus Iovis que non ad multos deos sed ad unum eundemque referuntur **XI** Quod Iupiter etiam Pecunia nuncupatur **XII** Quod dum exponitur quid Saturnus quid Genius, uterque unus Iupiter esse doceatur **XIII** De Mercurii et Martis officiis **XIIII** De stellis quibusdam quas pagani deorum suorum nominibus nuncupaverunt **XV** De Appolline et Dyana ceterisque selectis diis quos partes mundi esse voluerunt **XVI** Quod etiam ipse Varro opiniones suas de diis pronunctiavit ambiguas **XVII** Que credibilior causa sit qua error paganitatis inoleverit **XVIII** De interpretationibus quibus colendi Saturni ratio concinnatur **XIX** De sacris Cereris Eleusine **XX** De turpitudine sacrorum que Libero celebrantur **XXI** De Neptuno et Salacia ac Venilia **XXII** De terra quam Varro deam esse confirmat eo quod ille animus mundi quem opinatur deum etiam hanc corporis sui infimam partem permeet eique vim divinam impertiat **XXIII** De Telluris cognominibus eorumque significationibus que etsi erant multarum rerum indices non debuerunt multorum deorum firmare opiniones **XXIIII** Quam interpretationem de abscisione Attis Grecorum sapientium doctrina reperit **XXV** De turpitudine sacrorum Matris Magne **XXVI** De figmentis phisiologorum qui nec veram divinitatem colunt nec eo cultu quo colenda est vera divinitas **XXVII** Quod doctrina Varronis que dicitur theologia in nulla sibi parte concordat **XXVIII** Quod omnia que phisiologi ad mundum partesque retinent ad unum verum deum referre debuerint **XXIX** Qua pietate discernatur a creaturis creator ne pro uno tot dii colantur quot sunt opera unius auctoris **XXX** Quibus propriis beneficiis dei excepta generali largitate sectatores veritatis utantur **XXXI** Quod sacramentum redemptionis Christi nullis retro temporibus defuerit semperque diversis significationibus predicatum **XXXII** Quod per solam Christianam religionem manifestari potuerit fallacia spirituum malignorum de hominum errore gaudentium **XXXIII** De libris Nume Pompilii quos senatus ne sacrorum cause quales in eis habebantur innotescerent iussit incendi **XXXIIII** De ydromantia per quam Numa visis quibusdam demonum ymaginibus ludificabatur **XXXV** **Incipit liber septimus. An cum in theologia civili deitatem esse non constet in selectis diis eam inveniri non posse credendum sit. I capitulum**

Diligentius me pravas et veteres opiniones veritati pietatis inimicas, quas tenebrosis animis altius et tenacius diuturnus humani generis error infixit, evellere atque extirpare conantem et illius gratie qui hoc ut verus deus potest pro meo modulo in eius adiutorio cooperantem, ingenia celeriora atque meliora, quibus ad hanc rem superiores libri satis superque sufficiunt, patienter et equanimiter ferre debebunt et propter alios non putare superfluum

q̄d iam sibi senciunt / nō nīūz
m̄ltum magna res agitur
cum ūa et ūe sc̄a dīuītas / q̄m
uīs ab ea nobis eciam huic
quā nūc gerimꝰ fragilitati
neāa subsidia pbeantur / No
tū ppr mortalis vite et trāsi
torium vaporem ʒ pp vitā
btām q̄ nō ñ eť na est que-
renda et colenda pdicatur

Q̄r vō deo de theote
ca et quid dicat mar
cus varro ī xvi volū
bus de theologia ciui
li et quid dicat Tertul
lianus de dijs selcat
bulbis tyrannis et de
electione fidelis de
vm et alijs

Hanc diuitatem
velut sit dixerim deitatem Naʒ et h̄ ūbo uti iā
nros nō piget / et de greco exp̄ssius transferunt
q̄d illi theotetā appellant / Hanc ḡo diuitatem
siue deitatem nō esse in ea theologia quā ciuilē
vocant / q̄ amarco varrone sedecim volūībus
explicata est / i nō puenīri ad eť ne vite felicitatē
taliuz doꝝ cultu / quales ciuitatibus / qualit
qʒ colendi / instituti sūt / cui nō
dum p suasit sextus liber que
proxime absoluimꝰ cum istum
forsitan legerit quid de hac q̄oe
expedienda ultius desidet / nō
habebit /

Non pervenire ad
eť nā vite felicita
tē taliuz deorum
cultu i. c.
et tercia i. c.

Fieri enim pt ut saltem deos selectos atʒ
papuos / quos varro volumine cōplexus est ultiō /
de quibꝰ parum diximꝰ / quisq̄ colendos ppr vitā
btām que nō nisi eť na ē opinetur / Quā ure
nō dico q̄d facecius ait tertullianus
fortasse q̄ verius / si dij eliguntur
ut bulbi / utiqʒ ceti reprobi iudicantur
Non hoc dico / video et ex electis se
ligi aliquos / ad aliquid maius atʒ
p̄stancius / sicut ī milicia cū tyrones
electi fuerint / ex hijs quoqʒ eligunt
ad opus / aliq̄d maius / armorꝝ / Et cū
eligūt in ecclia / qui fiāt ppositi / nō
utiqʒ ceti reprobant / cū oms fideles boni electi nūto
nūcupentur / Eligūtur in edificio lapides angula
res / nō r̄pbatis ceťis / qui structure ptibꝰ alijs depu
tantur / Eliguntur vue ad uescendum / nec repro
bantur alie quas reliq̄mꝰ ad bibendum / Non
opus est m̄lta p curre / cum res in apto sit / q̄m ob
rem / nō ex hoc q̄ dij ex multis selecti sūt / Vel is
qui scp̄sit / vel eoꝝ cultores / vel dij ipi vitupan
di sūt / Sed aīadūtendū potius / qui nam isti
sūt et ad quā rem selecti videant

Non esse
diuitatem
in ea theo
logia q̄m
marcus
varro ci
uilem vo
cat dispū dc
libri q̄cti

Q̄ui sūt dij
selecti et an ab officijs viliorꝝ doꝝ heant̄ excepti / ij. c.

HOS certe deos selectos / varro vnꝰ
libri contexione cōmēdat / Ianū
Ioue / Saturnū / Genium / Mercuriū / appol
linē / Martem / vulcanū / nep
tunū / Solem / (plutonē) orcum / liberum
patrem / tellurem / cererem
Iunonē / lunam / dyanā / mi
neruam / venerem / vestam
In quibꝰ omnibus ferme xx.

Noīa numerum selec
torꝝ et inuitorꝝ ʒm
varronē qui sūt Ianꝰ
iupiť Saturnꝰ Geniꝰ
mercuriꝰ appollo mars
vulcanꝰ neptunꝰ sol orcꝰ
liber tellꝰ ceres Iuno
luna dyana minerua
venꝰ vesta

duodecim mares / octo sunt femie / Nec numina utrū
pp maiores ī mūdo āministraciones / selecta dicūť /
An q̄ pplis magis innotuerūt / maiorqʒ est eis
cultus exhibitus / Si pp ea / quia opa maiora ab
hijs āministrantur ī mūdo / nō eos inuenire debuimꝰ
int illam q̄si plebeiam numinū multitudinem / in
minutis opusculis deputatam / Nam ipe primū ianꝰ
cum puerperiū concipitur / Vnde illa cuncta opea
sumunt exordiū / minutatim minutis distributa nō
minibus / aditū apeit recipiendo semini / Ibi est et
saturnꝰ pp ipm semen / Ibi liber / qui marem effu
so semine libeat / Ibi libea / quā et libeam venerē
esse volūt / que hoc idem bn̄ficiū conferat / femine /
ut et ipa emisso semine libetur / Oms hij ex illis
sūt / qui selecti appellant / Sʒ ubi est et dea / me
na / q̄ menstruis fluoribus p̄est / Iouis filia
tñ ignobilis / et hanc providēciā fluorꝝ menstru
osorꝝ in libro selectorum deorꝝ / ipi iunoni idem
auctor assignat / que in dijs selectis etiā regina
est / Et hic tanquam iuno lucina . cum eadem
mena p̄ingna sua eidem cruori p̄sidet / Ibi sūt
et duo nescio / qui obscurissimi vitumnus et sentī
nꝰ / quorꝝ alť vitam alť sensus
puerpio largiūť / Et nimirū m̄lto
plus p̄stant / cum sint ignobilissimi
q̄ illi tot p̄ces et selecti / Nam pro
fecto / sine vita et sensu q̄d est il
lud totum q̄d mulichri utero gerit
nisi nescio quid abiectissimū limo
ac pulueri conparandum

de officijs doꝝ
selectorum p̄
sceptorꝝ de da
libea mena
lucina uitu
mno sentino
et eorꝝ officijs

Q̄r nulla sit racio que
de selectioe quorꝝdam deorꝝ possit ondi cū m̄ltꝭ
infirioribꝰ excellenciorꝝ administracio deputetur / iij.

QUe igitur causa / tot selectos deos ad
hec opea minima ꝯpulit / ubi a vi
tumno et sentino / quos fama obscurat re
condit in hujus munificencie parcione supent
Confert enim selectus ianꝰ aditū et quasi ianuā semini / confert selectus saturnꝰ semen ipm / confert selectus [illegible]
Confert enim selectus lib̄ eiusdem seminis emissi
onem viris / confert selecta hec libea / idem q̄
ceres seu venus est / feminis / Confert selecta iuno
et h̄ nō sola / Iuno et h̄ nō / ʒ tāz mena fi
lia iouis fluores menstruosos / ad eius q̄d concep
tum est incrementum / Et confert vitumnꝰ obscurꝰ
et ignobilis vitam / ꝯfert sentinꝰ obscurus
et ignobilis sensum / que duo tanto illis rebus
p̄stanciora sūt / quāto et ipa intellectu ac rōne
vincūť / Sicut enim que raciocinatur / et intelli
gūt / pfecto pociora sūt hijs / que sine intellectū
atqʒ racione / ut pecora viuūt / et senciūt / Ita
et illa que vita sensu qʒ sūt pdita hijs q̄
nec viuūt nec senciūt / merito p̄ferūt / Inter se
lectos itaqʒ deos / vitumnꝰ viuificator / et sentinꝰ
sensificator / magis h̄ri debuerūt / q̄ ianus se
minis emissor / et saturnus seminis dator uel sator / vel
liber et libea seminum commotores vel emissores /
q̄ semina cogitare indignū ē nisi ad vitam

sensum quod pervenerint. Que munera selecta non dantur ad his selectis, sed a quibusdam incognitis et pristina dignitate neglectis? Quod si respondetur omnium initiorum potestatem habere Ianum, et ideo illi etiam quod aperitur conceptui non immerito attribui, et omnia semina Saturnum, et ideo seminationem quoque hominis non posse ab eius operatione seiungi; omnium seminum emittendorum Liberum et Liberam, et ideo hiis etiam preesse que ad substituendos homines pertinent; omnium purgandorum et pariendorum Iunonem, et ideo eam non deesse purgacionibus feminarum et partubus hominum: querant quid respondeant de Vitumno et Sentino, utrum et ipsos velint habere omnium que vivunt et sentiunt potestatem. Quod si concedunt, attendant quam eos sublimius locaturi sint. Nam seminibus nasci in terra et ex terra est; vivere autem atque sentire etiam deos sidereos opinantur. Si autem dicunt Vitumno atque Sentino hec sola attributa, que in carne vivescunt et sensibus adminiculantur: Cur non deus ille qui facit omnia vivere atque sentire, etiam carni vitam prebet et sensum, universali opere hoc munus etiam partubus tribuens? Et quid opus est Vitumno atque Sentino? Quod si ab illo qui vite et sensibus universaliter presidet, hiis quasi famulis ista carnalia velut extrema et ima commissa sunt: itane sunt illi selecti destituti familia, ut non invenirent quibus etiam ipsi ista committerent, sed cum tota sua nobilitate, qua visi sunt seligendi, opus facere cum ignobilibus cogerentur? Iuno selecta et regina, Iovisque soror et coniux, hec tamen Iterduca est pueris, et opus facit cum deabus ignobilissimis Abeona et Adeona. Ibi posuerunt et Mentem deam, que faciat pueris bonam mentem; et inter selectos ista non ponitur, quasi quicquam maius prestari homini potest. Ponitur autem Iuno quia Iterduca est et Domiduca; quasi quicquam prosit iter carpere et domum duci, si mens non est bona. Cuius muneris deam selectores isti inter selecta numina minime posuerunt, que profecto et Minerve fuerat preferenda, cui per ista minuta opera puerorum memoriam tribuerunt. Quis enim dubitet multo esse melius habere bonam mentem, quam memoriam quantumlibet ingentem? Nemo enim malus est, qui bonam habet mentem; quidam vero pessimi memoria sunt mirabili, tanto peiores quanto minus possunt quod male cogitant oblivisci. Et tamen Minerva est inter selectos deos; Mentem autem deam turba vilis operuit. Quid de virtute dicam? quid de felicitate? de quibus in quarto libro plurima iam diximus; quas cum deas haberent, nullum eis locum inter selectos deos dare voluerunt, ubi dederunt Marti et Orco, uni effectori mortium, alteri receptori.

[Marginal gloss, boxed: Cur non solo deo credunt qui solus omnia potest quam ipsi diversis numinibus credunt de abeona adeona et iterduca domiduca mente minerva et aliis]

Cum igitur in hiis minutis operibus, que minutatim diis pluribus distributa sunt, etiam ipsos selectos videamus tamquam senatum cum plebe pariter operari; et inveniamus a quibusdam diis, qui nequaquam seligendi putati sunt, multa maiora atque meliora administrari quam ab illis qui selecti vocantur: Restat arbitrari non propter prestantiores in mundo administrationes, sed quia provenit eis ut magis populis innotescerent, selectos eos et precipuos nuncupatos. Unde dicit etiam ipse Varro, quod diis patribus quibusdam et deabus matribus, sicut hominibus, ignobilitas accidisset. Si ergo felicitas ideo fortasse inter selectos deos esse non debuit, quod ad istam nobilitatem non merito sed fortuitu pervenerunt, saltem inter illos vel potius pre illis fortuna poneretur, quam dicunt deam non rationabili dispositione, sed ut temere acciderit, sua cuique bona conferre. Hec in diis selectis tenere apicem debuit, in quibus maxime quid posset ostendit, quando eos videmus non precipua virtute, non racionabili felicitate, sed temeraria, sicut eorum cultores de illa sentiunt, fortune potestate selectos. Nam et vir disertissimus Salustius, etiam ipsos deos fortassis attendit, cum diceret: Sed profecto fortuna in omni re dominatur; ea res cunctas ex libidine magis quam ex vero celebrat obscuratque. Non enim possunt invenire causam cur celebrata sit Venus et obscurata sit virtus, cum ambarum ab istis consecrata sint numina, nec comparanda sint merita. Aut si hoc nobilitari meruit, quod plures appetunt; plures enim Venerem appetunt quam virtutem: Cur celebrata est dea Minerva et obscurata est dea Pecunia? cum in humano genere plures alliciat avaritia quam peritia, et in eis ipsis qui sunt artificiosi, raro invenies hominem qui non habeat artem suam pecuniaria mercede venalem, pluris semper penditur propter quod aliquid fit quam id quod propter aliud fit. Si ergo insipientis iudicio multitudinis facta est deorum ista selectio, cur dea Pecunia Minerve prelata non est, cum propter pecuniam sint artifices multi? Si autem paucorum sapientium est ista distinctio,

Melius actum cum diis inferioribus qui nullis infamantur obprobriis quam cum selectis quorum tante turpitudines celebrentur. iiij

Cur non prelata est virtuti, cum eam longe preferat racio? Saltem certe, ut dixi, ipsa fortuna, que, sicut putant qui ei plurimum tribuunt, in omni re dominatur et res cunctas ex libidine magis quam ex vero celebrat obscuratque, si tantum et in deos valuit, ut temerario iudicio suo quos vellet celebraret obscuraretque quos vellet, precipuum locum haberet in selectis, que in ipsos quoque deos tam precipue est potestatis. An ut illic esse non posset

[Margin: Confutacio beati Augustini contra predicta numina officia et corporea]

[Margin: De virtute et felicitate in quarto libro operis huius multa sunt dicta]

[Margin: Quid dicat Varro de numinibus de felicitate fortuna et aliis; quid dicat Salustius de deabus Venere et virtute Minerva et pecunia et aliis]

nichil aliud est ipsa fortuna nisi aduersaria putanda est huius fortunam? ubi quod aduersata est, que alios nobiles faciens nobilitata non est. De paganorum secretiore doctrina phisicisque rationibus capitulum vi

Gratularetur autem dijs istis selectis quisque nobilitatis et claritudinis appetitor et eos diceret fortunatos, si non eos magis iniuriatos quam ad honores selectos uideret. Nam illam infimam turbam ipsa ignobilitas texit, ne obrueretur obprobrijs. Ridemus quidem cum eos videmus figmentis humanarum opinionum partitis inter se operibus distributos, tamquam minuscularios vectigalium conductores vel tamquam opifices in vico argentario, ubi unum vasculum, ut perfectum exeat, per multos artifices transit, cum ab uno perfecto perfici posset. Sed aliter non putatum est operantium multitudini consulendum, nisi ut singulas artis partes cito ac facile discerent singuli, ne omnes in arte una tarde ac difficile cogerentur esse perfecti.

Quid dicatur de nobilitate deorum uel ignobilitate de Saturno, Saturnia, Iano, Ianicula et alijs monstruosis operibus

Verumtamen vix quisquam reperitur deorum non selectorum, qui aliquo crimine famam traxit infamem. Vix autem selectorum quispiam, qui non in se notam contumelie insignis acceperit. Illi ad istorum humilia opera descenderunt; isti in illorum sublimia crimina non venerunt. De Iano quidem non mihi facile quicquam occurrit, quod ad probrum pertineat; et fortasse talis fuit, innocentius vixit et a facinoribus flagitijsque remotior. Saturnum fugientem benignus excepit; cum hospite partitus est regnum, ut etiam civitates singulas conderent, iste Ianiculum, ille Saturniam. Sed isti in cultu deorum omnis dedecoris appetitores eius vitam minus turpem invenerunt, cuius simulachrum monstruosa deformitate turparunt, nunc eum bifrontem, nunc etiam quadrifrontem, tamquam geminum facientes. An forte voluerunt, ut, quoniam plurimi dij selecti erubescenda perpetrando amiserant frontem, quanto iste innocentior esset, tanto frontosior appareret?

De opinione Varronis qua arbitratus est deum animam esse mundi, qui tamen in partibus suis habeat animas multas, quarum diuina natura sit. vj capitulum

Sed eorum interpretationes phisicas audiamus, quibus turpitudinem miserrimi erroris velut altioris doctrine specie colorare conantur. Primum eas interpretationes Varro sic commendat, ut dicat antiquos simulachra deorum et insignia ornatusque finxisse, que cum oculis animaduertissent hij, qui adissent doctrine mysteria, possent animam mundi ac partes eius, id est deos veros, animo videre; quorum qui simulachra specie hominis fecerunt, hoc videri secutos, quod animus mortalium, qui est in corpore humano, simillimus est immortalis animi, tamquam si vasa ponerentur causa notandorum deorum et in Liberi ede enoforum sisteretur, quod significaret vinum, per id quod continet id quod continetur; ita per simulachrum, quod formam haberet humanam, significari animam rationalem, quod eo velut vase natura ista soleat contineri, cuius nature deum volunt esse vel deos.

Interpretationes phisicas deorum secundum Varronem et de eius foro et vasis et alijs

Enoforum i. vinoferum ab enos quod vinum

Hec sunt mysteria doctrine, que iste vir doctissimus penetrauerat, unde in lucem ista proferret. Sed o homo acutissime, num in istis doctrine mysterijs illam prudentiam perdidisti, qua tibi sobrie visum est, quod hij qui primi populis simulachra constituerunt, et metum dempserunt civibus suis et errorem addiderunt, castiusque deos sine simulachris veteres obseruasse Romanos? Hij enim tibi fuerunt auctores, ut hec contra posteriores Romanos dicere auderes. Nam si et illi antiquissimi simulachra coluissent, fortassis totum istum sensum de simulachris non constituendis, quamuis verum, timoris silentio premeres et in huiusmodi perniciosis vanisque figmentis mysteria ista doctrine loquacius et elacius predicares.

Quomodo Varro [illegible] de simulachris et de theologia naturali et philozophia

Anima tua tam docta et ingeniosa (ubi te multum dolemus) per hec mysteria ad deum suum, id est a quo facta est, non cum quo facta est, nec cuius portio, sed a quo condita est, nec qui est omnium anima, sed qui fecit omnem animam, quo solo illustrante anima fit beata, si eius gratie non sit ingrata, nullo modo posset peruenire. Verum ista mysteria doctrine qualia sint quantique pendenda, sequentia ostendent. Fatetur interim vir iste doctissimus animam mundi ac partes eius esse veros deos. Unde intelligitur totam eius theologiam, eam ipsam scilicet naturalem, cui plurimum tribuit, usque ad anime rationalis naturam se extendere potuisse. De naturali enim paucissima preloquitur in hoc libro, et videbimus utrum per interpretaciones phisiologicas ad hanc naturalem possit referre civilem, quam de dijs selectis ultimam scripsit. Quod si potuerit, tota naturalis erit; et quid opus erat ab ea civilem tanta cura distinctionis abiungere? Si autem recto discrimine separata est: quando nec ista vera est, que illi naturalis placet, peruenit enim usque ad animam, non usque ad verum deum, qui fecit et animam; quanto est abiectior et falsior ista civilis, que maxime circa corporalem occupata est naturam, sicut ipse interpretationes eius, ex quibus quedam necessaria commemorare me oportet, tanta exquisite et enucleate diligentia demonstrabunt.

An rationabile fuerit Ianum et Terminum in duo numina separari. vij capitulum

Dicit ergo idem Varro adhuc de naturali theologia preloquens deum se arbitrari esse animam mundi, quem greci vocant cosmon, et hunc ipsum mundum esse deum; sed sicut hominem sapientem, cum sit ex corpore et animo, tamen ab animo dici sapientem

De naturali theologia secundum Varronem et cosmo

Quod animam mundi dicat

ita mundum deum dici ab animo, cum sit ex animo et corpore. Hic videtur quoquo modo unum confiteri deum; sed ut plures etiam introducat, adiungit mundum dividi in duas partes, celum et terram, et celum bipharium in ethera et aera, terram vero in aquam et humum; e quibus summum esse ethera, secundum aera, tertiam aquam, infimam terram. Has omnes partes quatuor animarum esse plenas, in ethere et aere immortalium, in aqua et terra mortalium. A summo autem circuitu celi usque ad circulum lune ethereas animas esse astra ac stellas, eos celestes deos non modo intelligi esse, sed videri; inter lune vero girum et nimborum ac ventorum cacumina aereas esse animas, sed eas animo non oculis videri et vocari heroas et lares et genios. Hec est videlicet breviter in ista prolocutione proposita theologia naturalis, que non huic tantum, sed multis philosophis placuit; de qua tunc diligentius disserendum est, cum de civili, quantum ad deos selectos attinet, opitulante deo vero quod restat implevero.

Ob quam causam cultores Iani bifrontem ymaginem ipsius finxerint quam tamen et quadrifrontem videri voluerint viij capitulum Sequitur et cetera

Ianus igitur, a quo sumpsit exordium, quero quisnam sit. Respondetur: mundus est. Brevis hec plana est atque aperta responsio. Cur ergo ad eum dicuntur rerum initia pertinere, fines vero ad alterum, quem Terminum vocant? Nam propter initia et fines duobus istis diis duos menses perhibent dedicatos preter illos decem, quibus usque ad decembrem caput est marcius, ianuarium Iano, februarium Termino. Ideo Terminalia eodem mense februario celebrari dicunt, cum fit sacrum purgatorium, quod vocant februum, unde mensis nomen accepit. Numquid ergo ad mundum, qui Ianus est, initia rerum pertinent et fines non pertinent, ut alter illis deus preficeretur? Nonne omnia que in hoc mundo fieri dicunt, in hoc etiam mundo terminari fatentur? Que est ista vanitas, in opere illi dare potestatem dimidiam, in simulachro faciem duplam? Nonne istum bifrontem multo elegantius interpretarentur, si eundem et Ianum et Terminum dicerent atque initiis unam faciem, finibus alteram darent? Quoniam qui operatur utrumque debet intendere. In omni enim motu actionis qui non respicit initium, non prospicit finem. Unde necesse est a memoria respiciente prospiciens conectatur intentio. Nam cui exciderit quod ceperit, quomodo finiat non inveniet. Quod si vitam beatam in hoc mundo inchoari putarent et extra mundum perfici et ideo Iano, id est mundo, solam initiorum tribuerent potestatem, profecto ei Terminum preponerent, non eum ab diis selectis alienarent. Quamquam et nunc, cum initia rerum temporalium et fines per hos duos deos agitantur, Termino dari debuit plus honoris. Maior enim leticia est, cum res queque perficitur; sollicitudinis autem plena sunt cepta, donec perducantur ad finem; quem qui aliquid incipit maxime appetit, intendit, expectat, exoptat, nec de re inchoata, nisi finiatur, exultat.

De Iovis potestate atque eiusdem cum Iano comparatione. ix. c.

Sed iam bifrontis simulachri interpretacio proferatur. Duas enim facies ante et retro habere dicunt, quod hyatus noster, cum os aperimus, mundo similis videatur; unde et palatum greci uranon appellant. Et nonnulli, inquit, poete latini celum vocaverunt palatum; a quo hyatu oris et foris esse aditum ad dentes versus et introrsus ad fauces. Ecce quo perductus est mundus propter palati nostri vocabulum vel grecum vel poeticum. Quid autem hoc ad animam, quid ad vitam eternam? Propter solas salivas colatur hic deus, quibus partim gluciendis partim spuendis sub celo palati utraque panditur ianua. Quid est porro absurdius quam in ipso mundo non invenire duas ianuas ex adverso sitas, per quas vel admittat ad se aliquid intro vel emittat a se foras, et de nostro ore et gutture, quorum similitudinem mundus non habet, velle mundi simulachrum componere Iano, propter solum palatum, cuius similitudinem Ianus non habet? Cum vero eum faciunt quadrifrontem et Ianum geminum appellant, ad quatuor mundi partes hoc interpretantur, quasi aliquid spectet foras mundus, sicut per omnes facies Ianus. Deinde si Ianus est mundus et mundus quatuor partibus constat, falsum est simulachrum Iani bifrontis; aut si propterea verum est, quia etiam nomine orientis et occidentis totus solet mundus intelligi, numquid, cum duas partes alias nominamus septentrionis et austri, sicut illi quadrifrontem dicunt geminum Ianum, ita quisquam geminum dicturus est mundum? Non habent omnino unde quatuor ianuas, que intrantibus et exeuntibus pateant, interpretentur ad mundi similitudinem, sicut de bifronti quod dicerent saltem in ore hominis invenerunt, nisi Neptunus forte subveniat et porrigat piscem, cui propter hyatum oris et gutturis etiam dextra et sinistra fauces patent. Et tamen hanc vanitatem per tot ianuas nulla effugit anima, nisi que audit veritatem dicentem: Ego sum ianua.

An Iani et Iovis recta discretio sit. x. capitulum

Iovem autem, qui etiam Iupiter dicitur, quem velint intelligi, exponant. Deus est, inquiunt, habens potestatem causarum, quibus aliquid fit in mundo. Hoc quam magnum sit, nobilissimus Virgilii versus ille testatur: Felix qui potuit rerum cognoscere causas. Sed cur ei preponitur Ianus? Hoc nobis vir ille acutissimus doctissimusque respondeat. Quoniam penes Ianum, inquid, sunt prima, penes

[Margin notes:]

de celo bifario et hoc aera terra aqua humo igitur tellus sua imbribus ventis laribus genijs Iano mundo termino exordio finibus mensibus februario et aliis secundum paganos

et Ianum et

De Iano bifronte cuius greci palatium uranon appellent, et istorum confutatio cum hec nil ad animam pertineant.

donec perducantur ad finem quem qui aliquid incipit maxime

Interpretatio Iani falsa quia mundum appellant qui potius iiij faciebus describi debet quam duabus et quid de septentrione et austro

Iouem suma

iouem suma/ Merito ergo rex omnium iupiter habetur/
pma eni vincunt asserunt qui
licet pma precedunt tpe/ suma
superant dignitate/ Sz recte
hic dicetur si sanctorum pma
discernerent et suma/ sicut in
icium facti est proficisci/ summum

Quod decepcio et
sua pte et ianua
celi scdm virgiliuz
de iano que primum
regem esse
dicunt

puenire ad miciu facti incepcio discendi/ summa percep
cio doctrine/ ac sic in omnibus pma sunt inicia summa
que sunt fines Sz iam hoc negocium inter ianum et iouem
que discussum est/ cause autem que dantur ioui efficie
cia sunt non effecta/ neque ullomodo fieri potest/ ut vel tempore
preveniantur a factis initijs siue factorum/ Semper
enim prior est res que facit quam illa que fit/ quapropter si
ad ianum ptinet inicia factorum/ non ideo priora sunt effici
entibus causis quas ioui tribuunt/ Sicut enim nichil
fit ita nichil inchoatur ut fiat/ quod non efficiens causa precesse
rit/ Hunc sane deum/ penes quem sunt omnes cause/ factorum
omnium naturarum naturaliumque rerum/ si Iouem populi appellant
et tantis contumelijs tamque scelestis criminacionibus colunt/ de
teriore sacrilegio sese obstringunt/ quam si prorsus nullum
putarent deum/ Unde satius est eis alium aliquem
Iovis nomine nuncupare/ dignum turpibus et flagiciosis
sis honoribus/ supposito vano figmento quod potius
blasphemarent/ sicut saturno dicitur suppositus
lapis/ quem pro filio devoraret/ quam istum deum
dicere et tonantem et adulterantem
et totum mundum regentem et prot
stupra diffluentem/ et naturarum
omnium naturaliumque rerum causas su
mas habentem/ et suas causas bo
nas non habentem/ Deinde quero
quem iam locum inter deos huic
ioui tribuant/ si ianus est mundus/

de saturno quem dicunt
lapidem devorasse
pro filio adul
terante de iano quod
mundus et dicunt
et de ione
et cetera

deos enim veros
animam mundi ac partes eius iste diffinivit/ At per hoc
quidquid hoc non est/ non est utique secundum istos verus deus
Num igitur ita dicturi sunt iouem animam mundi/ ut ianus
sit corpus eius id est visibilis mundus/ Hoc si dicunt
non erit quemadmodum ianum deum dicant/ quia mundi
corpus non est deus/ vel secundum ipsos. sed anima mundi
ac partes eius/ Unde aptissime idem dicit/ deum se ar
bitrari animam esse mundi/ et hunc ipsum mundum esse
deum/ Sz sicut hominem sapientem cum sit ex animo
et corpore solum/ dici sapientem ita mundum/ deum
dici ab animo/ cum sit ex animo et corpore/

exanimo

De animo anima
corpore scdm
paganos
et quid di
cat valerius
soranus var
ro et alij de
iouo iano

solum/ itaque mundi corpus non est deus/
sed aut sola anima eius/ aut simul cor
pus et animus/ Ita tamen ut non sit
a corpore/ sed ab animo deus/ Si ergo ia
nus est mundus/ et deus est ianus/
Numquid iouem/ ut deus esse possit
aliquam partem iani esse dicturi sunt/
magis enim ioui universum solent tribuere/ Unde est illud/
Iovis omnia plena/ Ergo et iouem ut deus sit/ et
maxime ut rex deorum/ non alium possunt existimare
quam mundum/ ut dijs ceteris secundum istos/ suis partibus
regnet/ In hanc sententiam eciam quosdam versus
valerij sorani/ exponit idem varro in eo libro/ quem
seorsum ab istis/ de cultu deorum scripsit/ qui versus hij

sunt/ Iupiter omnipotens regum rex ipse deumque/ Progeni
tor/ genitrixque deum/ deus unus et omnis/ Exponun
tur autem eodem libro/ ita ut eum marem qui
estimarent/ qui semen emitteret/ feminam que acci
peret iouem que esse mundum/ Et eum omnia semina ex se
emitteret et in se reciperet/ qua causa inquit scripsit
soranus/ Iupiter progenitor genitrixque/ Nec mi
nus cum causa/ unum et omnia/ ~~fuerunt~~ idem esse mun
dus/ unus enim et in eo uno/ omnia sunt

De cognominibus iouis que non ad multos deos sed ad unum eundemque referunt. XI

Cum et
ianus ergo mundus sit/ unum scilicet

/ Et iupiter mundus sit

sit mundus/ quare duo dij sunt ianus et iupiter/
quare seorsum habent templa/ seorsum aras/ diver
sa sacra/ dissimilia/ si propterea quod alia vis est primor
diorum alia causarum/ et illa iani illa iouis nomen
accepit Numquid si unus homo
in diuersis rebus/ duas habeat pote
states/ aut duas artes quia singula
rum diuersa vis est/ ideo duo iudi
ces/ aut duo dicuntur artifices/ Sic
ergo et unus deus/ cum ipse habeat

Quare sunt
duo dij ianus
et iupiter cum ia
nus mundus sit
et iupiter mundus
sit dicunt

potestatem primordiorum/ ipse causarum/ Num propter
illum duos deos esse necesse est/ putari quia primordi
a cause/ que res due sunt/ quod si hoc iustum putant
eciam ipsum iouem tot deos esse dicant/ Quot
quot ei cognomina propter multas potestates dederunt/
quoniam res omnes/ ex quibus illa cognomina sunt adhi
bita/ multe atque diuerse sunt ex quibus pauca com
memoro rubrica

Quod iupiter eciam pecunia nuncupatur. XII. c.

Dixerunt eum
victorem invictum
opitulum impulsorem statorem centumpe
dem/ supinalem/ tigillum/ almum ruminum/ et a
lia que prosequi longum est/ Hec autem cognomina
imposuerunt uni deo propter causas
potestatesque diuersas/ Non tamen propter
tot res et tot deos esse coege
runt/ Quod omnia vinceret/ quod a
nemine vinceretur/ quod opem indi

Id est de nominibus iouis quod
nomina ut victorem invictum
opitulum impulsorem statorem
centumpedem supinalem
tigillum almum ruminum

gentibus ferret/ quod haberet impellendi statuendi
stabiliendi resupinandi potestatem/ quod tamquam tigillus
mundum contineret/ ac sustineret/ quod aleret omnia/ quod ruma
id est mamma aleret animalia/ In hijs ut advertimus
mus quedam magna sunt/ quedam exigua et
tamen unus utraque facere perhibetur/ Puto inter se
propinquiora esse/ causas atque primordia/ propter quas
res/ unum mundum/ duos deos esse voluerunt
iouem atque ianum/ Quam continere mundum et
mammam dare animalibus/ nec tamen propter hec opera duo
dij esse compulsi sunt/ Si unus iupiter propter illud tigil
lus/ propter hoc ruminus appellatus est/ Nolo dicere
quod animalibus mammam prebere sugentibus magis iu
nonem potuit decere quam iouem presertim cum esset eciam
diua rumina/ que in hoc opus adiutorium illi fa
mulatumve prebebat/ Cogito enim posse respondere et
ipsam iunonem nichil aliud esse quam iouem/ secundum illos
valerij sorani versus/ ubi dictum est Iupiter omnipotens
regum rex ipse deumque progenitor genitrixque

deum? Quare ergo dictus est et Ruminus, cui diligentius fortasse quaerentibus esse ipse et Rumina videretur? Si enim maiestate deorum recte videbatur indignum, ut in una spica alter ad curam geniculi, alter ad folliculi pertineret, quanto est indignius unam rem infimam, et ut mammis alantur animalia, duorum deorum potestate curari, quorum sit unus Iupiter rex ipse omnium, et hoc agat non saltem cum coniuge sua, sed cum ignobili nescio qua Rumina, nisi quia ipse est etiam ipsa Rumina; Ruminus fortasse pro sugentibus maribus, Rumina pro feminis. Dicerem quippe noluisse illos Iovi femininum nomen imponere, nisi et in illis versibus progenitor genitrixque diceretur, et inter eius alia cognomina legerem quod esset Pecunia vocaretur, quam deam inter illos minusculos invenimus et in quarto libro commemoravimus. Sed cum et mares et feminae habeant pecuniam, cur non et Pecunia et Pecunius appellatus sit, sicut Rumina et Ruminus, ipsi viderint.

Verba Valerii Sorani de Iove et de ridiculo quod in una spica una cura pertinet ad geniculum, alia ad folliculum, et quod Rumina et Ruminus ... possit dici a pecunia ...

Quomodo exponitur quid Saturnus quid vel genius, utrumque unus Iupiter esse docetur. XIII

Quam vero eleganter rationem huius nominis reddiderunt! Et Pecunia, inquiunt, vocatur, quod eius sunt omnia. O magnam rationem divini nominis! Immo vero ille cuius sunt omnia vilissime et contumeliosissime Pecunia nuncupatur. Ad omnia enim quae caelo et terra continentur, quid est pecunia in omnibus omnino rebus quae ab hominibus nomine pecuniae possidentur? Sed nimirum hoc avaritia Iovi nomen imposuerunt, ut qui amat pecuniam non quemlibet deum, sed ipsum regem omnium sibi amare videatur. Longe autem aliud esset, si divitiae vocaretur. Aliud namque sunt divitiae, aliud pecunia. Nam dicimus divites sapientes iustos bonos, quibus pecunia vel nulla vel parva est; magis enim sunt virtutibus divites, per quas eis etiam in ipsis corporalium rerum necessitatibus satis est quod adest; pauperes vero avaros, semper inhiantes et egentes. Quamlibet enim magnas pecunias habere possunt, sed in earum quantacumque abundantia non egere non possunt. Et deum ipsum verum recte dicimus divitem, non tamen pecunia, sed omnipotentia. Dicuntur itaque et divites pecuniosi, sed interius egeni, si cupidi; item dicuntur pauperes pecunia carentes, sed interius divites, si sapientes. Qualis ergo ista theologia debet esse sapienti, ubi rex deorum eius rei nomen accepit, quam nemo sapiens concupivit? Quanto enim facilius, si aliquid hac doctrina quod ad vitam pertineret aeternam salubriter disceretur, deus mundi rector non ab eis Pecunia, sed Sapientia vocaretur, cuius amor purgat a sordibus avaritiae, hoc est ab amore pecuniae.

Quare Iupiter nominatur ... dicitur divitiae sed pecunia et de vero deo et vera theologia et de vera sapientia et paupertate.

De Mercurii et Martis officiis. XIIII

Sed quid de hoc Iove plura, ad quem fortasse ceteri referendi sunt, ut inanis remaneat deorum opinio plurimorum, cum hic ipse sit omnes, sive quando partes eius vel potestates existimantur, sive cum vis animae, quam putant per cuncta diffusam, ex partibus molis huius, in quas visibilis mundus iste consurgit, et multiplici administratione naturae quasi plurium deorum nomina accepit? Quid est enim et Saturnus? Unus, inquit, de principibus deus, penes quem sationum omnium dominatus est. Nonne expositio versuum illorum Valerii Sorani sic se habet, Iovem esse mundum et eum omnia semina ex se emittere et in se recipere? Ipse est igitur penes quem sationum omnium dominatus est. Quid est Genius? Deus, inquit, qui praepositus est ac vim habet omnium rerum gignendarum. Quem aliud hanc vim habere credunt quam mundi, cui dictum est: Iupiter progenitor genitrixque? Et cum alio loco genium dicit esse uniuscuiusque animum rationalem et ideo esse singulos singulorum, talem autem mundi animum deum esse, ad hoc idem utique revocat, ut tamquam universalis genius ipse mundi animus esse credatur. Hoc est igitur quem appellant Iovem. Nam si omnis genius deus et omnis viri animus genius, sequitur ut sit omnis viri animus deus; quod et ipsos abhorrere absurditas ipsa compellit. Restat ut eum singulariter et excellenter dicant deum genium, quem dicunt mundi animum, ac per hoc Iovem.

Verba Valerii Sorani ... et de exponente de suo Sorano et de Iove et quod mundum dicit et demum ... pretacione Sorani

De stellis quibusdam quas pagani deorum suorum nominibus nuncupaverunt. XV

Mercurium vero et Martem quomodo referrent ad aliquas partes mundi et opera dei quae sunt in elementis, non invenerunt, et ideo eos saltem operibus hominum praeposuerunt, sermocinandi et belligerandi administros. Quorum Mercurius si sermonis etiam deorum potestatem gerit, ipsi quoque regi deorum dominatur, si secundum eius arbitrium Iupiter loquitur aut loquendi ab illo accipit facultatem; quod utique absurdum est. Si autem illi humani tantum sermonis potestas tribuitur, non est credibile ad lactandas mammas non solum pueros, sed etiam pecora, unde Ruminus cognominatus est, Iovem descendere voluisse, et curam nostri sermonis, qua pecoribus antecellimus, ad se pertinere noluisse. Ac per hoc idem ipse est Iovis atque Mercurius. Quod si sermo ipse dicitur esse Mercurius, sicut ea quae de illo interpretantur ostendunt (nam ideo Mercurius quasi medius currens dicitur appellatus, quod sermo currat inter homines medius; ideo Hermes Graece, quod sermo vel interpretatio, quae ad sermonem utique pertinet, hermeneia dicitur; ideo et mercibus praeesse, quia

Dicit esse mundi animum et eorum auctoritate et effectu.

inter vendentes et ementes sermo fit medius; alas eius in capite et pedibus significare volucrem ferri per aera sermonem; nuntium dictum, quoniam per sermonem omnia cogitata enuntiantur. Si ergo Mercurius ipse sermo est, etiam ipsis confitentibus deus non est. Sed cum sibi deos faciunt eos qui demones sunt,

Interpretatio Mercurii Jovis qui Hermes dicitur et de Marte quid valeret si felicitas daret pacem perpetuam.

(In mundis supplicando demonibus possidentur ab eis, qui non dii sed demones sunt)

item quod nec Marti aliquod elementum vel partem mundi invenire potuerunt, ubi ageret opera qualiacumque nature, deum belli esse dixerunt. Quod opus est hominum et optabilius non est. Si ergo pacem perpetuam felicitas daret, Mars quid ageret non haberet. Si autem ipsum bellum est Mars, sicut sermo Mercurius, utinam quam manifestum est quod non sit deus, tam non sit et bellum, quod vel falso vocetur deus. Nisi forte ille stelle sunt hii dii, quas eorum appellaverunt nominibus.

De appolline et dyana ceterisque selectis diis quos partes mundi esse voluerunt. xvi.

[16] Iam stellam quandam vocant Mercurium, quandam itidem Martem; sed ibi est et illa quam vocant Jovem. Et tamen eis mundus est Jovis. Ibi est quam vocant Saturnum, et tamen ei preterea dant non parvam substantiam, omnium videlicet seminum. Ibi est et illa omnium clarissima, que ab eis appellatur Venus, et tamen eandem Venerem esse etiam lunam volunt. Quamvis de illo fulgentissimo sydere apud eos tamquam de malo aureo Juno Venusque contendant. Luciferum enim quidam Veneris, quidam dicunt esse Junonis; sed, ut solet, Venus vincit. Nam multo plures eam stellam Veneri tribuunt, ita ut vix eorum quisquam reperiatur qui aliud opinetur. Quis autem non rideat cum regem omnium Jovem dicunt, quod stella eius a stella Veneris tanta vincatur claritate? Tanto enim esse debuit ceteris illa fulgentior, quanto est ipse potentior. Respondent ideo sic videri, quia illa putatur obscurior, superior est atque a terris longe remotior. Si ergo superiorem locum maior dignitas meruit, quare Saturnus ibi est Jove superior? An vanitas fabule, que regem Jovem facit, non potuit usque ad sydera pervenire? Et quod non valuit Saturnus in regno suo neque in capitolio, saltem obtinere est permissus in celo. Quare autem Janus non accepit aliquam stellam? Si propterea quia mundus est et omnes in illo sunt, et Jovis mundus est et habet tamen. An iste causam suam composuit ut potuit, et pro una stella quam non habet inter sydera tot facies accepit in terra? Deinde si propter solas stellas Mercurium et Martem partes mundi putant, ut eos deos habere possint, quia utique sermo et bellum non sunt partes mundi, sed actus hominum, cur arieti et tauro et cancro et scorpioni ceterisque huiusmodi que

Quare stelle nominibus quorundam falsorum numinum appellantur et est Saturnus Jupiter Mars Venus etc. Et quare stella Jupiter a stella que Venus vel Lucifer dicitur superatur

Quare Saturnus appellatur planeta qui non potuit optinere capitolium Et cur Janus stellam non habet qui mundus esse dicitur cum Jupiter mundus similiter dicitur stellam

celestia signa numerant, et stellis non singulis sed singula pluribus constant, superiusque istis in summo celo perhibent collocatis, ubi constantior motus inerrabilem meatum syderibus prebet, nullas aras, nulla sacra, templa nulla fecerunt, nec deos non dico inter hos selectos, sed nec inter illos quidem quasi plebeios habuerunt?

Quod etiam ipse Varro opiniones suas de diis pronuntiavit ambiguas. xvii. capitulum

Appollinem quamvis divinatorem et medicum velint, tamen ut in aliqua parte mundi statuerent, ipsum etiam solem esse dixerunt, Dyanamque germanam eius similiter lunam et viarum presidem. Unde et virginem volunt, quod via nichil pariat, et ideo ambas sagittas habere, quod ipsa duo sydera de celo radios usque pertendant. Vulcanum volunt ignem mundi, Neptunum aquas mundi, Ditem patrem, hoc est Orcum, terrenam et infimam partem mundi. Liberum et Cererem preponunt seminibus, vel illum masculis, vel istam femininis; vel illum liquori, illam vero ariditati seminum. Et hoc utique totum refertur ad mundum, id est ad Jovem, qui propterea dictus est progenitor genitrixque, quod omnia semina ex se emitteret et in se reciperet. Quando quidem etiam matrem magnam eandem Cererem volunt, quam nichil aliud dicunt quam terram, eamque perhibent et Junonem; et ideo ei secundas causas rerum tribuunt, cum tamen Jovi sit dictum progenitor genitrixque deum, quia secundum eos totus ipse mundus est Jovis. Minervam etiam, quia eam humanis artibus preposuerunt nec invenerunt vel etiam stellas ubi eam ponerent, eandem vel summum etheram vel etiam lunam esse dixerunt. Vestam quoque ipsam propterea dearum maximam putaverunt, quod ipsa sit terra, quamvis ignem mundi leviorem, qui pertinet ad usus hominum faciles, non violentiorem, qualis Vulcanus est, ei deputandum esse crediderunt. Ac per hoc omnes istos selectos deos hunc esse mundum volunt, in quibusdam partes eius, in quibusdam universum. Universum sicut Jovem, partes eius ut matrem magnam, ut solem ut lunam, vel potius Appollinem et Dyanam. Et aliquando unum deum res plures, aliquando unam rem deos plures faciunt. Nam unus deus res plures, sicut ipse Jupiter. Et mundus enim totus Jupiter, et solum celum Jupiter, et sola stella Jupiter habetur et dicitur. Idemque Juno secundarum domina, et Juno aer, et Juno terra, et Venerem vinceret Juno stella. Similiter Minerva summus ether, et eadem luna, quam esse in etheris infimo limite existimant. Unam vero rem deos plures ita faciunt: et Janus est mundus et Jupiter, sicut et Juno est terra, et mater magna, et Ceres. Et sicut hec que exempli gratia commemoravi, ita cetera non explicant, sed potius implicant; sicut impetus erratice opinionis impulerit, ita huc atque illuc insiliunt et resiliunt, ut ipse Varro de omnibus dubitare quam aliquid affirmare maluit.

Cur arieti cancro thauro scorpioni et huiusmodi locum dant in celo

De interpretatione Appollinis medici Dyane de sole luna de Vulcano Neptuno Dite patre Libero Cerere Jove terra et de matre magna

(vel stellas ubi eam ponerent eandem vel summum etheram)

De Minerva Vesta Vulcano Jove genio sole luna Appolline Dyana Junone Juno terra Cerere

Quod credibilior sit quam error paganorum

Nam tamen ex more rei [Q]uomodo Varro ... in moleni xviij
primum de diis certis tum absolvisset
libris in aliis de diis incertis dicere ingressus
ait: Cum in hoc libello dubias de diis opiniones
posuero reprehendi non debeo. Qui enim putabit iudicari
oportere et posse cum audierit, et faciet ipse. Ego citius
perduci possum ut primo libro que dixi in dubitationem
revocem quam in hoc que scribam omnia ut ad aliquam dirigam summam.
Ita non solum istum de diis incertis
sed etiam illum de certis fecit incertum.
In tercio porro isto de diis selectis
postea quam prelocutus est quod ex
naturali theologia preloquendum putavit, ingressus
huius civilis theologie vanitates et insanias
mendaces, ubi eum non solum non ducebat rerum
veritas sed etiam maiorum premebat auctoritas: De diis inquit
populi Romani publicis, quibus edes dedicaverunt, eosque pluribus
signis ornatos notaverunt, sed ut Xenophanes
Colophonius scribit, quid
putem, non quid contendam, ponam.
Hominis est enim hec opinari, dei scire.
Rerum igitur non comprehensarum nec firmissime creditarum, sed opinatarum et dubitandarum sermonem
trepidus pollicetur dicturus ea que ab hominibus
instituta sunt. Neque enim sciebat esse mundum, celum et
terram, celum sideribus fertilem, atque hominibus
terram, sicut hanc totam molem atque naturam quadam invisibili ac prepotenti regi, administrari
certa animi stabilitate credebat, ita poterat affirmare de Iano, quod mundus ipse esset, aut de Saturno, in veniendo quomodo et Iovis pater esset et Iovi regnanti subditus factus esset, et cetera talia.

Quid dicat Varro de diis certis et incertis de libellis opinionibus de diis selectis et de naturali theologia.

Quid dicat Xenophanes Colophonius quod deum putat et quod ad homines de molestiae de Iove et quod philosophi adulando deos esse dixerunt.

De interpretationibus quibus colendi Saturni ratio concinnatur xix

De quibus credibilior redditur ratio
cum perhibent homines fuisse, et unicuique
eorum ab his qui eos adulando deos esse voluerunt
et eorum ingenio, moribus, actibus, casibus sacra
constituta, atque hec paulatim per animas hominum demonum similes et ludicrarum rerum avidas irrependo
longe lateque vulgata, ornantibus ea mendaciis
poetarum et ad ea fallacibus spiritibus seducentibus.
Facilius enim fieri potuit ut iuvenis impius vel
ab impio patre interfici metuens et avidus regni
patrem pelleret regno, quam id quod iste interpretatur, ideo
Saturnum patrem a Iove filio superatum, quod ante est
causa que pertinet ad Iovem quam semen, quod pertinet ad Saturnum. Si enim hoc ita esset, numquam Saturnus prior fuisset nec pater Iovis esset. Semper
enim semen causam precedit, nec umquam generatur ex semine. Sed
cum conantur vanissimas fabulas sive hominum res gestas
velut naturalibus interpretationibus honorare, etiam
homines acutissimi tantas patiuntur angustias, ut eorum quoque vanitate

De Saturno patre a filio suo Iove expulso de regno interpretatione nominum predictorum Saturni et de falce et cetera

dolere cogamur. Saturnum inquit dixerunt, que nata
ex eo essent, solitum devorare, quod eo semina unde
nascerentur redirent. Et quod illi pro Iove gleba obiecta est devoranda, significat inquit manibus
humanis obrui ceptas serendo fruges, antequam
utilitas arandi esset inventa. Saturnus ergo dici debuit ipsa terra, non semina. Ipsa enim quodammodo devorat que genuerit, cum ex ea nata
semina in eam rursus recipienda redierint.
Et quod pro Iove accepisse dicitur glebam, quid hoc
ad id valet quod manibus hominum semen gleba
coopertum est? Numquid ideo non est, ut cetera,
devoratum, quod gleba coopertum est? Ita enim
hoc dictum est, quasi qui glebam opposuit semen abstulerit, sicut Saturno perhibent oblata gleba
ablatum Iovem, ac non potius gleba semen
operiendo fecerit illud diligentius devorari.
Deinde isto modo semen est Iuppiter, non seminis causa,
quod paulo ante dicebatur. Sed quid faciant homines qui cum res stultas interpretantur non inveniunt quid sapienter dicant? Falcem habet inquit
propter agriculturam. Certe illo regnante nondum erat agricultura, et priora eius tempora perhibentur,
sicut idem ipse fabellas interpretatur, quia primi
homines ex hoc vivebant seminibus que terra sponte gignebat. An falcem sceptro perdito accepit,
ut qui primis temporibus rex fuerat otiosus, filio
regnante fieret operarius laboriosus? Deinde ideo dicit
a quibusdam pueros ei solitos immolari, sicut a
Penis Africanis, et a quibusdam etiam maiores, sicut a Gallis, quia omnium seminum optimum est genus humanum. De hac crudelissima
vanitate quid opus est plura dicere? Hoc potius
advertamus atque teneamus, has interpretationes
non referri ad deum verum, vivam, incorpoream incommutabilemque naturam, a quo vita in eternum beata
poscenda est, sed earum esse fines in rebus corporalibus, mutabilibus atque mortalibus. Quod celum
inquit patrem Saturnus castrasse in fabulis dicitur, hoc significat penes Saturnum, non penes celum
semen esse divinum, ac propterea quantum intelligi
datur, quia nihil in celo de seminibus nascitur.
Sed ecce Saturnus, si Celi est filius, Celum est Iovem
incommutabiliter et diligenter affirmant. Ita ista que
a veritate non veniunt plerumque et nullo impellente
se ipsa subvertunt. Chronon appellatum dicit, quod
greco vocabulo significatur temporis spatium, sine quo
semen inquit non potest esse. Et deinde hec et alia de Saturno multa dicuntur et ad semen omnia referuntur. Sed
saltem Saturnus seminibus cum tanta ista potestate
sufficeret, quid ad hec dii alii requiruntur, maxime
Liber et Libera, id est Ceres, de quibus rursus quod ad semen
attinet tanta dicit quasi de Saturno nihil dixerit.

Quomodo regnante Saturno nondum agricultura fuit sed homines edebant que sponte tellus gignebat de Penis et Africanis et de deis

De sacris Cereris Eleusine xx capitulum sequitur

De Chronono Saturno Libero Libera Cerere Eleusinia prosperina orco et de sacris et solempnibus istorum

In Cereris autem sacris

predicant illa eleusinia que aput athenienses nobilissima fuerunt, de quibus iste nichil interpretatur nisi quod attinet ad frumentum, quod ceres invenit, et ad proserpinam, quam rapiente orco perdidit, et hanc ipsam dicit significare fecunditatem seminum, que cum defuisset quodam tempore, eademque sterilitate terra mereret, exortam esse opinionem, quod filiam cereris id est ipsam fecunditatem, que a proserpendo proserpina dicta esset, orcus abstulerat, et aput inferos detinuerat; que res cum fuisset luctu publico celebrata, quia rursus eadem redisset fecunditas, proserpina reddita exortam esse leticiam, et ex hoc sollempnia constituta dicit. Deinde multa in misteriis eius tradi, que nisi ad frugum inventionem non pertineant.

De turpitudine sacrorum que libero celebrantur. XXI capitulum.

Iam vero liberi sacra, quem liquidis seminibus, ac per hoc non solum liquoribus fructuum, quorum quodammodo primatum vinum tenet, verum etiam seminibus animalium prefecerunt, ad quantam turpitudinem pervenerint, piget quidem dicere propter sermonis longitudinem, sed propter istorum superbam hebetudinem non piget. Inter cetera que pretermittere, quoniam multa sunt, cogor, in ytalia compitis quedam dicit sacra liberi celebrata, cum tanta licencia turpitudinis, ut in eius honorem pudenda virilia colerentur, non saltem aliquantum verecundiore secreto, sed in propatulo exultante nequicia. Nam hoc turpe membrum per liberi dies festos cum honore magno plostellis (i. parvis vehiculis) impositum, prius rure in compitis, et usque in urbem postea vectabatur. In oppido autem lavinio unus libero totus mensis tribuebatur, cuius diebus omnes verbis flagiciosissimis uterentur, donec illud membrum per forum transvectum esset, atque in loco suo quiesceret. Cui membro inhonesto matrem familias honestissimam palam coronam necesse erat imponere. Sic videlicet liber deus placandus fuerat pro eventibus seminum, sic ab agris fascinatio repellenda, ut matrona facere cogeretur in publico, quod nec meretrix, si matrone spectarent, permitti debuit in theatro. Propter hoc saturnus solus creditus non est posse sufficere seminibus, ut occasiones multiplicandorum deorum immunda anima reperiret, et ab uno vero deo merito inmundicie destituta, ac per multos falsos aviditate maioris inmundicie prostituta, ista sacrilegia sacra nominaret, seseque spurcorum demonum turbis conviolandam polluendamque preberet.

De plostellis id est pl. copetis libero saturno deo pidolamino de sacris de dedecoris de pudendis membris.

De neptuno et salacia et venilia. XXII capitulum.

Iam utique habeat salaciam neptunus uxorem, quam inferiorem aquam maris esse dixerunt. Ut quid illi adiuncta est et venilia, nisi ut sine ulla causa necessariorum sacrorum sola libidine anime prostitute multiplicaretur invocatio demoniorum? Sed proferatur interpretacio preclara, et theologie que nos ab ista reprehensione reddita ratione compescat. Venilia, inquit, unda est que ad litus venit; salacia que in salum redit. Cur ergo dee fiunt due, cum sit una unda que venit et redit? Nempe ipsa est exestuans in multa numina libido vesana. Quamvis enim aqua non geminetur que it et redit, huius tamen occasione vanitatis duobus demoniis invitatis amplius commaculatur anima que it et non redit. Queso te varro, vel vos qui tam doctorum hominum talia scripta legistis, et aliquid magnum didicisse iactatis, interpretamini hoc, volo dicere, non secundum illam eternam et incommutabilem naturam qui solus est deus, sed saltem secundum animam mundi et partes eius, quos putatis deos veros. Partem anime mundi que mare permeat, deum vobis fecisse neptunum, utcumque tolerabilioris erroris est. Itane unda ad litus veniens et in salum rediens due sunt partes mundi aut due partes anime mundi? Quis vestrum ita desipiat, ut hoc sapiat? Cur ergo vobis duas deas fecerunt, nisi quia provisum est a sapientibus maioribus vestris, non ut dii plures vos regerent, sed ut ea que istis vanitatibus et falsitatibus gaudent plura vos demonia possiderent? Cur autem illa salacia per hanc interpretationem inferiorem maris partem, qua viro erat subdita, perdidit? Namque illam modo cum refluentem fluctum esse perhibetis, in superficie posuistis. An quia veniliam pelicem accepit, irata suum maritum desuper maris exclusit?

De errore varronis circa animam et partes mundi et circa falsos deos et quos veros esse putavit et circa deas veniliam et salaciam et earum interpretatione.

De terra quam varro deam esse confirmat eo quod ille animus mundi quem opinatur deum etiam hanc corporis sui infimam partem permeet eique vim divinam impertiat. XXIII.

Nempe una est terra, quam plenam quidem videmus animalibus suis, verumtamen ipsam magnum corpus in elementis mundique infimam partem. Cur eam volunt deam? An quia fecunda est? Cur ergo non magis homines dii sunt, qui eam fecundiorem faciunt excolendo, sed cum arant, non cum adorant? Sed pars anime mundi, inquiunt, que per illam permeat, deam facit. Quasi non evidentior sit in hominibus anima, que utrum sit nulla fit questio; et tamen homines dii non habentur, et quod est graviter dolendum, his qui dii non sunt, et quibus ipsi meliores sunt, colendis et adorandis mirabili et miserabili errore subduntur. Et certe idem varro in eodem de diis selectis libro tres esse affirmat anime gradus in omni universaque natura: unum quod omnes partes corporis que vivunt transit, et non habet sensum, sed tantum ad vivendum valitudinem. Hanc vim in nostro corpore permanere dicit in ossa ungues capillos, sicut in mundo arbores sine sensu aluntur et crescunt, et modo quodam suo vivunt. Secundum gradum anime in quo sensus est, hanc vim pervenire in oculos aures nares os tactum. Tercium gradum esse anime summum, qui vocatur animus

Varro de diis selectis de tribus anime seu animi gradibus de sensu errorem.

in quo intelligencia permeet / h pt hominem ds ce mortales / h aut ptem aie mudi dicat deum / in nob aut genium vocari esse aut i mdo lapides ac tra qua videmus quo no pmanat sensus et ossa / et vngues / oculis vo solem lunam stellasq sentimus / qui busq ipe sentit sensus ee / eius / ethea porro aim eius vsq pmanat in astra ea quoq facit deos et pea q in tram pmanat deam tellurem / Qd at inde pmanat / i mare atq occeanu deu esse neptunu / Redeat go ad hanc qua theologiam nalem putat / quo velut requiescendi ca ab hys ambagibus atq anfractibus / fatigatus / egressus e Redeat inqua redeat ad civilem h eu adhuc teneo tantis pago de hac / no du dico / si tra et lapides nris sut ossibus et vnguibus siles / sile eos intelligenciam no hre sicut sensu carent / Aut si id eo hre dicut ossa et vngues nra q intelligenciam / ta stultum esse qui hos i mudo / deos dicat Qm stultus qui i nobis ossa et vngues homies dicat / Sz h cu phis fortassis agenda sut / Nut autem istum adhuc politicu i civile nolo / Ficri em pt / ut licz i illa nalis theologie veluti libertatem caput erigere paululu voluisse videatur / tn adhuc liber vsans et se in illo vsari cogitans eu etia inde respexerit Et h pptea dixerit ne maiores eius sive alie civitates / tellurem atq neptunu in amt coluisse credantur Qz h dico ps animi mudam in qua ptram pmeat sicut vna est tra Cur no vnam eciam fecit deam qm dicit esse tellurem / qd si ita fecit / ubi erit orcus fr iouis atq neptunu / que ditem prem vocant / ubi eius coniux proserpina / q sedm aliam in eiusdem libris positaz opinionem / no tre fecunditas sed ps inferior phibetur / Qz si dicut animi mudam partem / cu pmeat tra pte superiorem / ditem prem facere deu nz vero inferiorem prosrpina deam / tellus illa qd erit Ita em totum qd ipa erat i duas istas ptes deos scz divisum est / ut ipa tcia / que sit aut ubi sit i venire no posset / n quis dicat sil istos deos orcum / atq prosrpinam / vna deam esse tellure et no esse iam tres / s aut vna aut duos / tu tres dicut tres hent tres colut / aris suis / delubris suis / sacris simulachris sacdotibus suis / et phoc eciam fallacibus prostitutam aiam costuprantibus demonibus suis / Adhuc respondeatur / qua ptem tre pmeet ps mudam animi / ut deum faciat tellumone / Non inquit sed vna eademq tra ht geminam vim / et masculina q semia producat et feminina q recipiat atq nutriat / inde a vi / femine dictam esse tellurem / a masculi tellumone / Cur go pontifices ut ipe indicat additis quoq alys duobus / quatuor dys faciut rem divinam / telluri tellumoni altori rusori / de tellure et tellumone iam dcm est / altori quare qd ex tra inquid alut oia / que nata sut rusori quare quia

Quid stulti varro senciat de numinibus tellure tellumone altore rusore ione iunone et eorum ptate

rursus in quid cuncta eodem revolvuntur

De tellure cognominibus eorumq significacionibus q eciam si erant multarum rerum inditees no debuerunt multorum deorum firmare opiniones XXIIII

Debuit go vna tra ppt istam quatr geminam vim / quatuor hre cognomina / non quatuor face deos / sicut tot cognominibus unus iupiter et tot cognomib iuno sunio / in quib omnib vis multiplex esse dicitur / ad vnu deum vel vna deam ptines / no multitudo cognominu deorum / et multitudinem faciens / Sed profecto sicut aliq etia ipas vilissimas feminas eorum / quas libidine quesierit tedet penitetq turbarum / sic aiam vilem factam et i mudis spitib prostitutam deos sibi multiplicare / quib coinquinanda prosterneretur / sic plrumq libuit / sicut aliq et piguit / Nam et ipe varro q de ipa turba verecundatus / vna deam vult ee tellurem / eandem inquit dicut matrem magnam / qd tympanu heat / significari ee orbem tre / qd turres in capite / opida / q sedens fingatur tra cam cum oia moveantur / ipam no moveri / q gallos huic dee ut servirent / fecerut significari / qui semine indigeant / tram sequi oportere / in ea quippe oia reperiri / q se aput eam iactat / perpetuo inquit qui tram colut nec sedeat semp eis ee qd agat / Cymbalorum sonitus ferramentorum iactandorum ac manuum / et eius rei crepitus / in colendo agro / qui fit / significant / io ere q eam antiqui colebant / ere / antequam ferru eet inventum / leone inquit adiugut solutu ac mansuetum / ut ondant nullu genus ee tre / tam remotum ac vehementer ferum / qd no subigi colique conveniat / Deinde adiungit et dicit tellure matrem et nominib plibus et cognominib / qd noiaret deos existimatos ee coplures / Tellure inquit putant esse opem / q ope fiat melior / q plima pariat magnam / q cibum pariat / proserpinam q ex ea proserpant fruges / Vestam q vestiat herbis / sic alias inquit no absurde ad hanc revocant Si go vna dea est / que quidem consulta veritate / nec ipa est interim q ... tur i multas eu nimis sint ista multa nomina / Non tam dee multe / quam nomina / s tamen eas maiorum auctoritas deprimit / et eundem varronem / post hanc sniam trepidare compellit Adiungit em et dicit / cu quib opinio maiorum de hys deab / q plures eas putarunt esse / no pugnat / Quo no pugnat cum valde aliud sit / vnam deam noia hre multa / aliud esse deas / sed pot inquid fieri ut eadem res et vna sit / et in ea quedam res sint plures / Concede ut in vno homine esse res plures / in quid io et homines plures / sic i vna dea ... res plures / in quid io et deas plures / Verum sicut volunt / dividant / conflent / multiplicent / replicent / inplicent / Hec sunt tellus et matris magne pclara misteria / vnde oia referuntur ad mortalia semina / et exercenda agriculturam /

Consutacio beati augustini contra varronem de falso pice iunone et ceterum

Interpretacio dee tellus sive matris magne sedm opinionem varronis et de allegoria eorum i et cetera

intelligencia quam hone sit qui habet

mitas

Matrem

ita ne adhec relatam / et huc finem herina typa
num tures galli / ia cto in sana mebror / crepitus
cymbalor / confictu leonum vitam cui q pollicerent
eternam / Ita ne propterea galli absciderentur / huic magne
dee fuiunt / ut significent / qui semine indigeant /
terram sequi oportere / quasi non eos ipsa potius famu
lus / semine / faciat indigere / Vir enim sequendo hanc
deam / cum indigeat semine acquirit an potius
sequendo hanc deam / cum habeant / semine / amittit
hoc interpretari est an detestari / Nec attenditur quantum
maligni demones prevaluerint / qui nec aliqua
magna hiis sacris polliceri ausi sunt / et tamen
tanta exigere potuerunt / Si dea terra non esset / manus
ei homines operando non inferrent / ut semina con
sequerentur per illam / non sibi seviendo ut semina
perderent propter illam / si dea non esset / ita fecunda fieret
manibus alienis / ut non cogeret hominem sterilem
fieri manibus suis / Jamque in liberi sacris
honesta matrona / pudenda virilia coronabat
spectante multitudine / ubi rubens et sudans
si est ulla frons in hominibus / adstabat / forsitan
et maritus / et quod in celebratione nuptiarum super pa
pi scapum nova nupta sedere iubebatur / longe con
temptibiliora atque leviora sunt pre ista turpitu
dine crudelissima vel crudelitate turpissima
Ibi demonicis ritibus / sic uterque sexus illuditur
ut neuter suo vulnere perimatur / ibi fascinatio
timetur agrorum / hic membrorum amputatio
non timetur / ibi sic dehone-
stantur nove nupte verecundia / ut non solum fecunditas
sed nec virginitas adimatur /
Hic ita amputatur virilitas / ut nec convertatur
in feminam nec vir relinquatur /

De festis sacris in iterlis libri papi et de alys eque turpibus

Qua interpretatione de abscisione athis grecorum sapientum doctrina reperit / xxv.

Et Athis ille non est
commemoratus / nec eius abscisio interpreta
tio requisita est / in cuius dilectionis me
moriam gallus absciditur / Sed docti greci at
que sapientes / nequaquam rationem tam sanctam preclaram
que tacuerunt / propter venalem quippe faciem
terre que ceteris est temporibus pulchrior / porphirius
philosophus nobilis / athim flores significare perhibuit /
et ideo abscisum / quia flos decidit ante fructum
non ergo ipsum hominem vel quasi hominem qui est vo
catus athis / sed virilia eius flori comparaverunt /
ipsa quippe illo vivente deci
derunt / immo vero non deciderunt
neque decerpta / sed plane discerpta
sunt / Nec illo flore amisso
quisquam postea fructus / sed
potius eius sterilitas conse
cuta est / Quid ergo ipse reliquus et quod quid

De sapientia grecorum et phorum et interpretatione porphyrii philosophi nobilis de acti et de varrone et alys

remansit / absciso / quid eo significari dicitur / quo
refertur / que interpretatio inde profertur / An
hec frustra moliendo nihilque inveniendo per
suadent / illud potius esse credendum / quod de homine
castrato fama iactavit / litterisque mandatum est / Merito huic adversatus est varro

nec hoc dicere voluit / Non enim hominem doctis
simum latuit / De turpitudine sacrorum matris magne

Item que de mollibus eidem / xxvj.
matri magne contra omnem
virorum mulierumque verecundiam consecratis
qui usque in hesternum diem madidis capillis
facie dealbata / fluentibus membris / incessu
femineo / per plateas vicosque carthaginis / etiam
a populis unde turpiter viverent exigebant / nihil
varro dicere voluit / nec uspiam me legisse com
memini / Defecit interpretatio erubuit ratio conti
cuit oratio / Vicit matris magne / omnes deos filios
non numinis magnitudo / sed criminis huius monstru, monstro nec iani
ositas comparatur / Ille in simulachris habe
bat solam deformitatem / ista in sacris de
formem crudelitatem / ille membra in lapidibus
addita / hec in hominibus per
dita / hoc dedecus tot
Jovis ipsius / ut tanta
stupra non vincit / Ille
inter femineas corruptelas / uno ganimede ce
lum infamavit / Ista tot mollibus profes
sis et publicis / et inquinavit terram / et celo fe
cit iniuriam / Saturnum fortasse possemus huic
in isto genere turpissime crudelitatis / sive confe
rre sive preferre / qui patrem castrasse perhibetur

De magna matre deorum de decore Jovis et ganimedis et turpitudine saturni mercurii veneris et horum similium

Ganimedes filius regis dardanorum nomine Troys

Sed in saturni sacris / homines alienis manibus
potius occidi / quam suis abscidi potuerunt / De
voravit ille filios / ut poete ferunt / et physici ex hoc
interpretantur quod volunt / ut autem historia prodit
necavit / sed quod ei penitus suos filios sacrificarunt
non recepere Romani / at vero ista magna deorum
mater / etiam romanis templis / castratos intulit
atque istam sevitiam moremque servavit credita
vires adiuvare romanorum / exsecando virilia
virorum / Quid sunt ad hoc malum / mercurii furta
veneris lascivia stupra / ac turpitudines ceterorum
que proferremus de libris / nisi cottidie cantare
tur et saltarentur in theatris / sed hoc quid sunt
ad tam malum / cuius magnitudo / magne matri
tamquam competebat / presertim quod illa dicuntur a poe
tis esse conficta / quasi poe
te id etiam finxerint
quod sint diis grata et ac
cepta / ut ergo canentur
vel scribentur / sit auda
cia vel petulantia poe
tarum / ut vero divinis rebus
et honoribus eadem
imperantibus / et extorque
tibus numinibus addentur / quid est nisi crimen
deorum / immo vero confessio demoniorum et deceptio
miserorum / Verum illud quod de abscisorum consecra
tione / mater deum coli meruit / non poete finx
erunt / sed horrere magis quam canere maluerunt /
Hiis ne diis selectis / quisquam consecrandus est
ut post mortem vivat beate / quibus consecra
tus ante mortem / honeste non potest vivere ta
medis superstitionibus subditus / et inmundis

De truphis et fallatys poetarum cultura deorum ymo potius demoniorum et quid senserint de mundo qui non deus est sed opus dei

[margin: l. deum suum adoret mundum sed tamquam]

demonibus obligatus. Sed hec omnia interpretes quid referunt ad mundum, videant ne potius ad immundum; quid autem non potest referri ad mundum quod esse demonstratur in mundo? Nos autem animam querimus, qui vera religione confisus non tamquam opus dei propter deum laudet mundum, et mundatus mundanis sordibus expiatus mundus perveniat ad deum qui condidit mundum. Istos vero deos selectos videmus clarius innotuisse quam ceteros, non tamen ut illorum illustrarentur merita, sed ne occultarentur obprobria. Unde magis eos homines fuisse credibile est, sicut non solum poetice littere verum etiam historice tradiderunt. Nam quod Virgilius ait: Primus ab ethereo venit Saturnus Olimpo, arma Iovis fugiens et regnis exul ademptis, et cetera que ad hanc rem pertinentia consequuntur, totam de hoc Euhemerus pandit historiam, quam Ennius in latinum vertit eloquium. Unde quia plurima posuerunt, qui contra huiusmodi errores ante nos vel greco sermone vel latino scripserunt, non in eo michi placuit immorari. Ipsas phisiologias cum considero, quibus docti et acuti homines has res humanas conantur vertere res divinas, nichil video nisi ad temporalia terrenaque opera naturamque corpoream vel etiam si invisibilem tamen mutabilem potuisse revocari, quod nullo modo est verus deus. Hoc autem si saltem religiositati congruis significationibus ageretur, esset quidem dolendum non his verum deum annuntiari atque predicari, tamen aliquo modo ferendum tam feda et turpia non fieri nec iuberi. At nunc cum pro deo vero, quo sola anima se inhabitante fit felix, nephas sit colere vel corpus aut animam, quanto magis nepharium est ista sic colere, ut nec salutem nec decus humanum corpus aut anima colentis obtineat. Quamobrem si templo, sacerdote, sacrificio, quod vero deo debetur, colatur aliquod elementum mundi vel creatus aliquis spiritus, etiam si non inmundus et malus, non ideo malum est, quia illa mala sunt quibus colitur, sed quia illa talia sunt, quibus solus ille colendus sit, cui talis cultus servitusque debetur. Si autem stoliditate vel monstruositate simulachrorum, sacrificiis homicidiorum, coronatione virilium pudendorum, mercede stuprorum, sectione membrorum, abscisione genitalium, consecratione mollium, festis impurorum obscenorumque ludorum unum verum deum, id est omnis anime corporisque creatorem, se colere quisque contendat, non ideo peccat, quia non est colendus quem colit, sed quia colendum non ut colendus est colit. Qui vero et rebus talibus, id est turpibus et scelestis, et non deum verum, id est anime corporisque factorem, sed creaturam quamvis non viciosam colit, sive illa sit anima sive corpus sive anima simul et corpus, bis peccat in deum, quod et pro ipso colit quod non est ipse, et talibus rebus colit qualibus nec ipse colendus est nec non ipse. Sed hii quonam modo, id est quam turpiter nepharieque coluerint, in promptu est; quid autem vel quos coluerint esset obscurum, nisi eorum testaretur historia ea ipsa que feda et turpia confitentur numinibus terribiliter exigentibus reddita. Unde remotis constat ambagibus nepharios demones atque inmundissimos spiritus hac omni civili theologia et in insensis stolidis ymaginibus et per eas possidendis etiam stultis cordibus invitatos.

[margin: Quod dii selecti homines fuerunt secundum historias, fabulas de virgilio, hoc de Ennio et phisiologia]

[margin: Quod solus verus deus factor seu creator anime corporisque colendus sit et malum non sit colere quod ad eum pertinet sed et hoc peccatum est quod pro ipso colit quod non est ipse]

De figmentis phisiologorum, qui nec veram divinitatem coluerunt nec eo cultu quo colenda est vera divinitas.

XXVIII

Quid igitur valet, quod vir doctissimus et acutissimus Varro velut subtili disputatione omnes deos [margin: l. hos] in celum et terram redigere atque referre conatur? Non potest; fluunt de manibus, resiliunt, labuntur et decidunt. Dicturus enim de feminis, hoc est de deabus: Quoniam, inquit, ut in primo libro dixi de locis, duo sunt principia deorum animadversa de celo et terra, a quo dii partim dicuntur celestes, partim terrestres, ut in superioribus initium fecimus a celo, cum diximus de Iano, quem alii celum, alii dixerunt esse mundum, sic de feminis scribendi faciamus initium a Tellure. Sentio quantam molestiam tale ac tantum patiatur ingenium. Ducitur enim quadam ratione verisimili, celum esse quod faciat, terram que patiatur, et ideo illi masculinam vim tribuit, huic femineam; et non attendit eum potius esse qui hec facit, qui utraque fecit. Hinc etiam Samothracum nobilia misteria in superiore libro sic interpretatur eaque se, que nec suis nota sunt, scribendo expositurum eisque missurum quasi religiosissime pollicetur. Dicit enim se ibi multis indiciis collegisse in simulachris aliud significare celum, aliud terram, aliud exempla rerum, quas Plato appellat ydeas; celum Iovem, terram Iunonem, ydeas Minervam vult intelligi; celum a quo aliquid fiat, terram qua fiat, exemplum secundum quod fiat. Qua in re omitto dicere quod Plato illas ydeas tantam vim habere dicit, ut secundum eas non celum aliquid fecerit, sed etiam celum factum sit. Hoc dico, istum in hoc libro selectorum deorum rationem illam trium deorum, quibus quasi cuncta complexus est, perdidisse. Celo enim tribuit masculos deos, feminas terre; inter quas posuit Minervam, quam supra ipsum celum ante posuerat. Deinde masculus deus Neptunus in mari est, quod ad terram potius quam ad celum pertinet. Dispater postremo, qui grece Pluton dicitur, etiam masculus frater amborum terrenus deus esse perhibetur, superiorem terram tenens, in inferiore habens Proserpinam coniugem. Quomodo ergo deos ad celum, deas ad terram referre conantur?

[margin: Quid dicat Varro de principiis deorum videlicet celi et terre feminis et deabus de Iano, Tellure et de Samothracum misteriis et rerum exemplis]

[margin: Quod Plato vult intelligi ydeas Minervam et rerum exempla, celum Iovem, terram Iunonem, et de vi ydearum, de deis selectis, phisica, et Iano, Tellure]

Quid solidum, quid constans, quid sobrium, quid diffinitum hec disputatio? Placet autem tellus matrem deam mater magna aput quam mollium et abscisorum seseque secantium atque iactantium insania perstrepit turpitudo. Quid ergo quod dicitur caput deorum Ianus, caput dearum tellus? Nec ibi facit unum caput error, nec hic sanum furor. Cur hec frustra referri nituntur ad mundum, quem et si possunt, pro deo vero mundum nemo pius colit, et tamen eos nec hec posse veritas aperta convincit. Referant hec potius ad homines mortuos et ad demones pessimos, et nulla questio remanebit.

hec

De sacrilegiis plurimis opinione deorum falsorum et quod ea que diis attribuuntur ad homines mortuos et ad demones pertinent

De doctrina Varronis divina theologia in nulla sibi parte concordat XXVIII

Denique omnia que ab eis ex istorum deorum theologia velut physicis rationibus referuntur ad mundum, quam sine ullo scrupulo sacrilege opinionis deo potius vero, qui fecit mundum, omnis anime et omnis corporis conditori tribuantur, advertamus hoc modo: nos deum colimus, non celum et terram, quibus duabus partibus mundus hic constat, nec animam vel animas per viventia quecumque diffusas, sed deum qui fecit celum et terram et omnia que in eis sunt; qui fecit omnem animam, sive quocumque modo viventem et sensus ac rationis expertem, sive etiam sentientem, sive et intelligentem. Et ut iam incipiam illa unius et veri dei opera percurrere, propter que isti sibi dum quasi honeste conantur sacra turpissima et scelestissima interpretari, deos multos falsosque fecerunt etc.

Quod omnia que phisiologi ad mundum partesque eius retinent, ad unum verum deum referre debuerint XXIX

Illum deum colimus qui naturis a se creatis et subsistendi et movendi initia finesque constituit; qui rerum causas habet, novit atque disponit; qui vim seminum condidit; qui rationalem animam, quod dicitur animus, quibus voluit viventibus indidit; qui sermonis facultatem usumque donavit; qui munus futura dicendi quibus placuit spiritibus impartivit et per quos placet ipse futura predicat, et per quos placet malas valitudines pellit; qui bellorum quoque ipsorum, cum sic emendandum et castigandum est genus humanum, exordiis progressibus finibusque moderatur; qui mundi huius ignem vehementissimum et violentissimum pro immense nature temperamento et creavit et regit; qui universarum aquarum creator et gubernator est; qui solem fecit corporalium clarissimum luminum, eique vim congruam et motum dedit; qui ipsis etiam inferis dominationem suam potestatemque non subtrahit; qui semina et alimenta mortalium sive arida sive liquida naturis competentibus attributa substituit; qui terram fundat atque fecundat; qui fructus eius animalibus hominibusque largitur; qui causas non solum principales sed etiam sequentes novit atque ordinat; qui lune statuit modum suum; qui vias celestes

eius novi dei et mirabilia opera eius

atque terrestres locorum mutationibus prebet; qui humanis ingeniis que creavit etiam scientias artium variarum ad adiuvandam vitam naturamque concessit; qui coniunctionem maris et femine ad adiutorium propagande prolis instituit; qui hominum cetibus, quos foco et luminibus adhiberent ad facillimos usus, munus terreni ignis indulsit. Ista sunt certe que diis selectis per nescio quas physicas interpretationes vir acutissimus atque doctissimus Varro, sive quod aliunde accepit, sive quod ipse coniecit, distribuere laboravit. Hec autem facit atque agit unus verus, sed sicut deus, ubique scilicet totus, nullis inclusus locis, nullis vinculis alligatus, in nullas partes sectilis, ex nulla parte mutabilis, implens celum et terram presente potentia, non indigente natura. Sic itaque administrat omnia que creavit, ut etiam ipsa proprios exercere et agere motus sinat. Quamvis enim nihil esse possint sine ipso, non tamen sunt quod ipse. Agit autem multa etiam per angelos, sed non nisi ex se ipso beatificat angelos. Ita quamvis propter aliquas causas hominibus mittat angelos, non tamen ex angelis homines, sed ex se ipso sicut angelos beatificat. Ab hoc uno et vero deo vitam speramus eternam.

Quod solus verus deus animam facit, quod tradit Varro diis selectis et phisicis interpretacionibus, et quod ipse solus deus ubique totus sit

Qua pietate discernatur a creaturis creator, ne pro uno tot dii colantur quot sunt opera unius auctoris XXX c.

Habemus enim ab illo, preter huiusmodi beneficia que ex hac, de qua nonnulla diximus, administratione nature bonis malisque largitur, magnum et bonorum proprium magne dilectionis indicium. Quamquam enim quod sumus, quod vivimus, quod celum terramque conspicimus, quod habemus mentem atque rationem, qua cum ipsum qui hec omnia condidit inquiramus, nequaquam valeamus actioni sufficere gratiarum; tamen quod nos oneratos obrutosque peccatis et a contemplatione sue lucis aversos ac tenebrarum, id est iniquitatis, dilectione cecatos non omnino deseruit, misitque nobis verbum suum, qui est eius unicus filius, quo pro nobis assumpta carne nato atque passo quanti deus hominem penderet nosceremus, atque illo sacrificio singulari a peccatis omnibus mundaremur, eiusque spiritu in cordibus nostris dilectione diffusa omnibus difficultatibus superatis in eternam requiem et contemplationis eius ineffabilem dulcedinem veniremus; que corda, que lingue ad agendas ei gratias satis esse contenderint?

dilectione diffusa omnibus difficultatibus

Quod solus verus deus angelos beatificat, mittat homines, facit et beatificat et quidquid est rerum est.

Quibus proprie beneficiis dei excepta generali largitate sectatores veritatis utuntur XXXI

Hoc misterium vite eterne iam inde ab exordio generis humani per quedam signa et sacramenta temporibus congrua, quibus oportuit, per angelos predicatum est. Deinde populus hebreus in unam quandam rem publicam que

hoc sacramentum agit congregatus est. Ubi per quosdam sapientes, id quod ex adventu Christi usque

mine et deinceps agitur preuntiatae esse venturum, et partim etiam postea eadem gente per gentes, per testimonium Septuaginta, quibus etiam salus in Christo futura predicata est.

Defuit ullo filio dei qui carnem assumpsit et passus fuit de angelis et populo hebreorum decorum tabernaculis et ritibus

Quod sacramentum redemptionis christiane nullis retro temporibus defecit semperque sit diversis significationibus predicatum. XXXII. c.

Omnes enim non solum prophetie que in verbis sunt, nec tantum precepta vitaeque mores, que pietatem conformant atque illis litteris continentur, verum etiam sacra, sacerdotia, tabernaculum sive templum, altaria, sacrificia, cerimonie, dies festi, et quicquid aliud ad eam servitutem pertinet, que deo debetur et grece proprie latria dicitur, ea significata et prenuntiata sunt que propter eternam vitam fidelium in Christo et impleta credimus, et impleri cernimus, et implenda confidimus.

Quod per solam christianam religionem manifestari potuit fallacia spirituum malignorum de hominum errore gaudentium. XXXIII. capitulum

Per hanc ergo religionem unam et veram potuit aperiri deos gentium esse inmundissimos spiritus demones, sub defunctarum occasionibus animarum vel creaturarum specie mundanarum deos se putari cupientes, et quasi divinis honoribus eisdem scelestis ac turpibus rebus superba inpuritate letantes, atque ad deum verum conversionem humanis animis invidentes. Ex quorum inmanissimo et impiissimo dominatu homo liberatur, cum credit in eum qui prebuit ad exurgendum tante humilitatis exemplum, quanta illi superbia ceciderunt. Hic sunt non solum illi de quibus multa iam diximus, et alii atque alii similes ceterarum gentium atque terrarum, sed etiam hii de quibus nunc agimus tamquam in senatum deorum selecti, sed plane selecti notabilitate criminum, non dignitate virtutum. Quorum sacra Varro dum quasi ad naturales rationes referre conatur, querens honestare res turpes, quo his quadret et consonet non potest invenire, quoniam non sunt ipse illorum sacrorum cause, quas putat vel potius vult putari. Nam si non solum ipse, verum etiam quelibet alie huius generis essent, quamvis nihil ad deum verum vitamque eternam, que in religione querenda est, pertinerent, tamen qualicumque de rerum natura reddita ratione aliquantulum mitigarent offensionem, quam non intellecta in sacris aliqua velut turpitudo aut absurditas fecerat, sicut in quibusdam theatrorum fabulis vel delubrorum similitudine absolvit, sed theatrorum potius similitudine delubra dampnavit. Tamen utcumque conatus est ut sensum horribilibus rebus offensum velut naturalium causarum ratio reddita deliniret.

De libris Nume Pompilii quos senatus ne sacrorum cause quales in eis habebantur innotescerent iussit incendi. XXXIIII. c.

De latria veri dei qui suos servitores ab erroribus et dominatu falsorum deorum et demonibus liberat

^ misteriis sacre conatus est. ubi non theatra delubra

iussit incendi

Sed contra invenimus, sicut ipse vir doctissimus prodidit, de Nume Pompilii libris redditas sacrorum causas nullo modo potuisse tolerari, nec dignas habitas que non solum lecte innotescerent religiosis, sed saltem scripte reconderentur in tenebris. Iam enim dicam quod in tertio huius operis libro in suo loco dicturum esse promiseram. Nam sicut apud eundem Varronem legitur in libro de cultu deorum, Terentius quidam cum haberet ad Ianiculum fundum et bubulcus eius iuxta sepulcrum Nume Pompilii traiciens aratrum eruisset ex terra libros eius, ubi sacrorum institutorum scripte erant cause, in urbem pertulit ad pretorem. At ille cum inspexisset principia, rem tantam detulit ad senatum. Ubi cum primores quasdam causas legissent, cur quidque in sacris fuisset institutum, Nume mortuo senatus assensus est, eosque libros tamquam religiosi patres conscripti pretor ut combureret censuerunt. Credat quisque quod putat, immo vero dicat quod dicendum suggesserit vesana contentio quilibet tante impietatis defensor egregius. Me admonere sufficiat sacrorum causas a rege Pompilio Romanorum sacrorum constitutore conscriptas nec populo nec senatui nec saltem ipsis sacerdotibus innotescere debuisse, ipsumque Numam Pompilium curiositate illicita ad ea demonum pervenisse secreta, que ipse quidem scriberet ut haberet, unde legendo commoneretur; sed ea tamen, cum rex esset, qui minime quemquam metueret, nec docere aliquem nec delendo vel quoquomodo consumendo perdere auderet. Ita quod scire neminem voluit, ne homines nefaria doceret, violare autem timuit, ne demones iratos haberet, obruit ubi tutum putavit, sepulchro suo propinquare aratrum posse non credens. Senatus autem, cum religiones formidaret dampnare maiorum et ideo Nume assentire cogeretur, illos tamen libros tam perniciosos esse iudicavit, ut nec obrui rursus iuberet, ne humana curiositas multo vehementius rem iam proditam quereret, sed flammis aboleri nefanda monumenta. Ut quia iam necesse esse existimabant sacra illa facere, tolerabilius erraretur causis eorum ignoratis, quam cognitis civitas turbaretur.

Liber Varronis de Numa Pompilio de cultu deorum repertus arato a bubulco iuxta sepulcrum Nume mortuo Terentio iuxta tamen qui cum lecti essent iussu senatus incensi sunt

De ydromancia per quam Numa visis quibusdam demonum ymaginibus ludificabatur. [XXXV. c.]

Nam et ipse Numa, ad quem nullus dei propheta, nullus sanctus angelus mittebatur, facere conpulsus est ydromantiam, ut in aqua videret ymagines deorum vel potius ludificationes demonum, a quibus audiret quid in sacris constituere atque servare deberet. Quod genus divinationis idem Varro a Persis dicit allatum, quo et ipsum Numam et postea Pythagoram philosophum usum fuisse commemorat. Ubi adhibito sanguine etiam inferos perhibet exsuscitari, et necromantiam grece dicit vocari

^ ydromanciam

^ Phitagoram

^ necromanciam

que sive nigromantia sive necromantia dicitur, idipsum est, ubi videntur mortui divinare. Quibus hec artibus fiant ipsi viderint. Nolo enim dicere has artes etiam ante nostri salvatoris adventum in ipsis civitatibus gentium legibus solere prohiberi et pena severissima vindicari. Nolo, inquam, hoc dicere; fortassis enim talia tunc licebant. His tamen artibus didicit sacra illa Pompilius, quorum sacrorum facta prodidit, causas obruit; ita timuit et ipse quod didicit. Quarum causarum proditos libros senatus incendit. Quid mihi ergo Varro sacrorum illorum alias nescio quas causas velut phisicas interpretatur? Quales si illi libri habuissent, arsissent. Aut et istos Varronis ad Cesarem pontificem scriptos atque editos patres conscripti similiter incendissent. Quod ergo aquam egesserit, id est exportaverit, Numa Pompilius, unde ydromanciam faceret, ideo nympham Egeriam coniugem dicitur habuisse, quemadmodum in supradicto libro Varronis exponitur. Ita enim solent res geste aspersione mendaciorum in fabulas verti. In illa igitur ydromancia curiosissimus ille rex Romanus et sacra didicit, que in libris suis pontifices haberent, et eorum causas, quas preter se neminem scire voluit. Itaque eas seorsum scriptas secum quodammodo mori fecit, quando ita subtrahendas hominum noticie sepeliendasque curavit. Aut ergo demonum illic tam sordide et noxie cupiditates erant conscripte, ut ex his tota illa theologia civilis etiam apud tales homines execrabilis appareret, qui tam multa in ipsis sacris erubescenda susceperant; aut illi omnes nichil aliud quam homines mortui prodebantur, quos tam prolixa temporis vetustate fere omnes populi gentium deos inmortales esse crediderant, cum et talibus sacris illi demones oblectarentur, qui se colendos pro ipsis mortuis, quos deos putari fecerant, quibusdam fallacium miraculorum attestationibus supponebant. Sed occulta dei veri providencia factum est, ut et Pompilio amico suo illis conciliati artibus, quibus ydromantia fieri potuit, cuncta illa confiteri permitterentur. Et tamen ut moriturus incenderet ea potius quam obrueret admonere non permitterentur; qui ne innotescerent nec aratro, quo sunt eruta, obsistere potuerunt, nec stilo Varronis, quo ea que de hac re gesta sunt in nostram memoriam pervenerunt. Non enim possunt quod non sinuntur efficere. Sinuntur autem alto dei summi iustoque iudicio pro meritis eorum, quos eis vel affligi tantum vel etiam subici ac decipi iustum est. Quam vero perniciose vel a cultu vere divinitatis aliene ille scripte iudicate sint, hinc intelligi potest, quod eas maluit senatus incendere, quas Pompilius occultavit, quam timere quod timuit, qui hoc audere non potuit. Qui ergo vitam nec modo habere vult piam, talibus sacris querat eternam. Qui autem cum malignis demonibus non vult habere societatem, non supersticionem qua coluntur noxiam pertimescat, sed veram religionem qua produntur et vincuntur agnoscat.

[Margin:] Hoc genus divinationis Varro aspersis dicit ydromantia qua usus fuit Pitagoras et nigromantia.

[Margin:] Quare Numa Pompilius nympham Egeriam coniugem dicitur habuisse de demonibus et miraculis que dem. fi. pt.

Explicit liber septimus. Incipiunt tytuli libri octavi beati Augustini episcopi de civitate dei. Sequitur textus.

De questione naturalis theologie cum philosophis excellentioris scientie discutienda. I. De duobus philosophorum generibus, id est ytalico et ionico, eorumque auctoribus. II. De socratica disciplina. III. De precipuo inter discipulos Socratis Platone, qui omnem philosophiam triplici particione distinxit. IIII. Quod de theologia cum platonicis potissimum disceptandum sit, quorum opinioni omnium philosophorum postponenda sunt dogmata. V. De platonicorum sensu in ea parte philosophie que phisica nominatur. VI. Quanto excellentiores ceteris in loyca, id est rationali philosophia, platonici sint habendi. VII. Quod etiam in morali philosophia platonici obtineant principatum. VIII. De ea philosophia que ad veritatem fidei christiane proprius accessit. IX. Quod sit inter peritas artes religiosi excellencia christiani. X. Unde Plato eam intelligentiam potuerit acquirere qua christiane scientie propinquavit. XI. Quod etiam platonici, licet de uno vero deo bene senserint, multis tamen diis sacra facienda censuerint. XII. De sententia Platonis, qua diffinivit deos non esse nisi bonos amicosque virtutum. XIII. De opinione eorum qui rationales animas trium generum esse dixerunt, id est in diis celestibus, in demonibus aeriis et in hominibus terrenis. XIIII. Quod neque propter aeria corpora neque propter superiora habitacula demones hominibus antecellunt. XV. Quid de moribus demonum Apuleius platonicus senserit. XVI. An dignum sit eos spiritus ab homine coli, a quorum vitiis eum oporteat liberari. XVII. Qualis sit religio in qua docetur quod homines ut commendentur diis bonis, demonibus uti debeant advocatis. XVIII. De impietate artis magice, que patrocinio nititur spirituum malignorum. XIX. An credendum sit quod dii boni libencius demonibus quam hominibus misceantur. XX. An demonibus nunciis et interpretibus dii utantur, fallique ab eis aut ignorent aut velint. XXI. De abiciendo cultu demonum contra Apuleium. XXII. Quid Hermes Trimegistus de ydolatria senserit, et unde scire potuerit supersticiones egipcias auferendas. XXIII. Quomodo Hermes parentum suorum sit confessus errorem, quem tamen doluerit destruendum. XXIIII. De his que sanctis angelis et bonis hominibus possunt esse communia. XXV. Quod omnis religio paganorum circa homines mortuos fuerit implicata. XXVI. De modo honoris quem christiani martiribus impendunt.

Incipit liber octavus beati Augustini episcopi de civitate dei de questione naturalis theologie cum philosophis excellentioris scientie discutienda. .i. c.

Nunc intentione nobis opus est multo quam erat in superiorum

solucionum questionum et explicatione librorum de theologia quippe quam naturalem vocant, non cum quibuslibet hominibus, non enim fabulosa est vel civilis, hoc est vel urbana vel theatrica, quarum altera iactitat deorum crimina, altera indicat deorum desideria criminosiora ac per hoc malignorum potius demonum quam deorum, sed cum philosophis est habenda collacio, quorum ipsum nomen si latine interpretemur amorem sapiencie profitetur. Porro si sapiencia deus est per quem facta sunt omnia, sicut divina auctoritas veritasque monstravit, verus philosophus est amator dei. Sed quia res ipsa cuius hoc nomen est non est in omnibus qui in hoc nomine gloriantur, neque enim continuo verae sapientiae sunt amatores quicumque appellantur philosophi, profecto ex omnibus quorum sententias litteris nosse potuimus eligendi sunt cum quibus non indigne questio ista tractetur. Neque enim hoc opere omnes omnium philosophorum vanas opiniones refutare suscepi, sed eas tantum que ad theologiam pertinent, quo verbo greco significari intelligimus de divinitate racionem sive sermonem, nec eas omnium, sed eorum tantum qui cum et esse divinitatem et humana curare consenciant, non tamen sufficere unius incommutabilis dei cultum ad vitam adipiscendam etiam post mortem beatam, sed multos ab illo sane uno conditos atque institutos ob eam causam colendos putant. Hii iam etiam Varronis opinionem veritatis propinquitate transcendunt. Siquidem ille totam theologiam naturalem usque ad mundum istum visibilem vel animam eius extendere potuit, isti vero super omnem anime naturam confitentur deum, qui non solum mundum visibilem, qui sepe celi et terre nomine nuncupatur, sed et omnem omnino animam fecit, et qui racionalem et intellectualem, cuius generis anima humana est, participacione sui luminis incommutabilis et incorporei beatam facit. Hos philosophos platonicos appellatos a Platone doctore vocabulo derivato nullus qui hec vel tenuiter audivit ignorat. De hoc igitur Platone que necessaria presenti questioni existimo breviter attingam, prius illos commemorans qui eum in eodem genere litterarum tempore precesserunt.

De superstitiosis sunt abiciende et vere religionis colende de philosophia et quod verus philosophus est amator veri dei. i.

De opinione Varronis de theologia naturali de mundo visibili vel anima et de theologia intellectuali.

De duobus philosophorum generibus i. ytalico et ionico eorumque auctoribus. ii.

Quantum enim attinet ad litteras grecas, que lingua inter ceteras gencium clarior habetur, duo philosophorum genera traduntur, unum ytalicum ex ea parte ytalie que quondam magna grecia nuncupata est, alterum ionicum in eis terris ubi et nunc grecia nominata est. Ytalicum genus auctorem habuit Pitagoram Samium, a quo eciam ferunt ipsum philosophie nomen exortum. Nam cum antea sapientes appellarentur qui modo quodam laudabilis vite aliis prestare videbantur, iste interrogatus quid profiteretur, philosophum se respondit, i. studiosum vel amatorem sapiencie, quoniam sapientem profiteri arrogantissimum videbatur. Ionici vero generis princeps fuit Thales Milesius, unus illorum septem qui sunt appellati sapientes. Sed illi sex vite genere distinguebantur et quibusdam preceptis ad bene vivendum accomodatis. Iste autem Thales, ut successores etiam propagaret, rerum naturam scrutatus suasque disputaciones litteris mandans eminuit maximeque admirabilis extitit, quod astrologie numeris comprehensis defectus solis et lune eciam predicere potuit. Aquam tamen putavit rerum esse principium et hinc omnia elementa mundi ipsumque mundum et que in eo gignuntur existere. Nichil autem huic operi quod mundo considerato tam mirabile aspicimus ex divina mente preposuit. Huic successit Anaximander eius auditor mutavitque de rerum natura opinionem. Non enim ex una re, sicut Thales ex humore, sed ex suis propriis principiis quasque res nasci putavit. Que rerum principia singularum credidit esse infinita et innumerabiles mundos gignere et quecumque in eis oriuntur, eosque mundos modo dissolvi, modo iterum gigni existimavit, quanta quisque etate sua manere potuerit; nec ipse aliquid divine menti in hiis rerum operibus tribuens. Iste Anaximenem discipulum et successorem reliquit, qui omnes rerum causas aeri dedit infinito, nec deos negavit aut tacuit. Non tamen ab ipsis aerem factum, sed ipsos ex aere ortos credidit. Anaxagoras vero eius auditor harum rerum omnium quas videmus effectorem divinum animum sensit, et dixit ex infinita materia, que constaret similibus inter se particulis, rerum omnium quibus suis et propriis singula fierent, sed animo faciente divino. Dyogenes, Anaximenis alter auditor, aerem quidem dixit rerum esse materiam de qua omnia fierent, sed eum esse compotem divine racionis, sine qua nichil ex eo fieri posset. Anaxagore successit auditor eius Archelaus et ipse de particulis inter se similibus, de quibus singula queque fierent, ita putavit constare omnia, ut inesse etiam mentem diceret, que corpora eterna i. illas particulas coniungendo et dissipando ageret omnia. Socrates huius discipulus fuisse perhibetur, magister Platonis, propter quem breviter cuncta ista recolui.

Thales Milesius princeps ionici generis aquam esse putavit rerum primordium.

Hunc Anaximander et propriis principiis quibus res nasci putavit.

Anaximenes omnes rerum causas aeri infinito dedit nec deos tacuit. Anaxagoras rerum omnium effectorem divinum animum sensit.

Diogenes dixit aerem esse rerum materiam.

De Socratica disciplina. c. iii.

Socrates ergo primus universam philosophiam ad corrigendos componendosque mores flexisse memoratur, cum ante illum omnes magis physicis i. naturalibus rebus perscrutandis operam maximam impenderint. Non michi autem videtur posse ad liquidum

Socrates auditor Archelai fuit, magister Platonis, ex ionico genere.

De genere philosophorum unum ytalicum, alium ionicum.

colligi vix potest. Socrates ut hoc faceret, tedio rerum obscurarum et incertarum ad aliquid apertum et certum reperiendum animum intendit, quod esset beate vite necessarium, propter quam unam omnium philosophorum invigilasse ac laborasse videtur industria. An vero, sicut de illo quidam benivolentius suspicantur, nolebat immundos terrenis cupiditatibus animos se extendere in divina conari? Quandoquidem ab eis causas rerum videbat inquiri, quas primas atque summas non nisi in unius ac summi dei voluntate esse credebat. Unde non eas putabat nisi mundata et pura mente posse comprehendi, et ideo purgande bonis moribus vite censebat instandum, ut deprimentibus libidinibus exoneratus animus naturali vigore in eterna se extolleret naturamque incorporei et incommutabilis luminis, ubi cause omnium factarum naturarum stabiliter vivunt, intelligentie puritate conspiceret. Constat eum tamen imperitorum stultitiam scire se aliquid opinantium etiam in ipsis moralibus questionibus, quo totum animum intendisse videbatur, vel confessa ignorantia sua vel dissimulata scientia, lepore mirabili disserendi et acutissima urbanitate agitasse atque versasse. Unde et concitatis inimicitiis calumniosa criminatione dampnatus morte multatus est. Sed eum postea illa ipsa, que publice dampnaverat, Atheniensium civitas publice luxit, in duos accusatores eius usque adeo populi indignatione conversa, ut unus eorum oppressus vi multitudinis interiret, exilio autem voluntario atque perpetuo penam similem alter evaderet. Tam preclara igitur vite mortisque fama Socrates reliquit plurimos sue philosophie sectatores, quorum certatim studium fuit in questionum moralium disceptatione versari, ubi agitur de summo bono, quo homo fieri possit beatus. Quod in Socratis disputationibus, dum omnia movet, asserit, destruit, quoniam non evidenter apparuit, quod cuique placuit inde sumpserunt et ubi cuique visum est constituerunt finem boni. Finis autem boni appellatur quo quisque cum pervenerit beatus est. Sic autem diversas inter se Socratici de isto fine sententias habuerunt, ut quod vix credibile est unius magistri potuisse facere sectatores, quidam summum bonum esse dicerent voluptatem, sicut Aristippus, quidam virtutem, sicut Antistenes. Sic alii atque alii aliud atque aliud opinati sunt, quos commemorare longum est.

Quod Socrates dampnatus et morte multatus est; postea Athenienses luxerunt.

Aristippus dixit summum bonum voluptatem, Antistenes virtutem.

De Platone inter discipulos Socratis, qui omnem philosophiam triplici partitione distinxit. Capitulum iiii.

Sed inter discipulos Socratis, non quidem immerito, excellentissima gloria claruit, qui omnino ceteros obscuraret, Plato. Qui cum esset Atheniensis honesto apud suos loco natus et ingenio mirabili longe suos condiscipulos anteiret, parum tamen putans perficiende philosophie sufficere seipsum ad Socraticam disciplinam, quam longe lateque potuit peregrinatus est, quaquaversum eum alicuius nobilitate scientie percipiende fama rapiebat. Itaque in Egipto didicit quecumque magna illic habebantur atque docebantur, et inde in eas Ytalie partes veniens, ubi Pitagoreorum fama celebrabatur, quicquid Ytalice philosophie tunc florebat auditis eminentioribus doctoribus facillime comprehendit. Et quia magistrum Socratem singulariter diligebat, eum loquentem faciens fere in omnibus suis sermonibus, etiam illa que vel ab aliis didicerat vel ipse quanta potuerat intelligentia viderat, cum illius lepore et moralibus disputationibus temperavit. Itaque cum studium sapientie in actione et contemplatione versetur, unde una pars eius activa, altera contemplativa dici potest, quarum activa ad agendam vitam, id est ad mores instituendos pertinet, contemplativa autem ad conspiciendas nature causas et sincerissimam veritatem, Socrates in activa excelluisse memoratur, Pitagoras vero magis contemplative, quibus potuit intelligentie viribus, institisse. Proinde Plato utrumque iungendo philosophiam perfecisse laudatur, quam in tres partes distribuit: unam moralem, que maxime in actione versatur; alteram naturalem, que contemplationi deputata est; tertiam rationalem, qua verum disterminatur a falso. Que licet utrique, id est actioni et contemplationi, sit necessaria, maxime tamen contemplatio perspectionem sibi vindicat veritatis. Ideo hec tripartitio non est contraria illi distinctioni, qua intelligitur omne studium sapientie in actione et contemplatione consistere. Quid autem in his vel de his singulis partibus Plato senserit, id est ubi finem omnium actionum, ubi causam omnium naturarum, ubi lumen omnium rationum esse cognoverit vel crediderit, disserendo explicare et longum esse arbitror et temere affirmandum non arbitror. Cum enim magistri sui Socratis, quem facit in suis voluminibus disputantem, notissimum morem dissimulande scientie vel opinionis sue servare affectat, quia et illi ipse mos placuit, factum est ut etiam ipsius Platonis de rebus magnis sententie non facile perspici possint. Ex his tamen que apud eum leguntur, sive que dixit, sive que ab aliis dicta narravit atque conscripsit, que sibi placita videntur, quedam commemorari et operi huic inseri oportet a nobis, vel ubi suffragatur religioni vere, quam fides nostra suscepit ac defendit, vel ubi ei videtur esse contrarius, quantum ad istam de uno deo et pluribus pertinet questionem, propter vitam que post mortem futura est veraciter beatam. Fortassis enim qui Platonem ceteris philosophis gentium longe recteque prelatum acutius atque veracius intellexisse atque secuti esse fama celebriore laudantur, aliquid tale de deo sentiunt, ut in illo inveniatur et

Quod Socrates in activa, Pitagoras in contemplativa excelluisse videntur, quas Plato iunxit et philosophiam fecit.

ca subsistendi et ro intelligendi et ordo vivendi quorum unum videtur ad naturalem alterum ad racionalem tertium ad moralem partem intelligitur pertinere. Si enim homo ita creatus est ut per id quod in eo precellit attingat illud quod cuncta precellit id est unum verum optimum deum sine quo nulla natura subsistit nulla doctrina instruit nullus expedit usus ipse queratur ubi nobis certa sunt omnia ipse diligatur ubi nobis recta sunt omnia.

> Quid plato philosophiam divisit in moralem naturalem racionalem et quid de hys senserit

> attingat illud quod cuncta precellit

> ubi nobis secura sunt omnia ipse cernatur

Quod de theologia tamen platonicis potissimum disceptandum sit quorum opinioni omnium philosophorum

Si ergo *post ponenda sit dogmata v.* plato huius dei imitatorem cognitorem amatorem dixit esse sapientem cuius participatione sit beatus quid opus est excutere ceteros? nulli nobis quam isti propius accesserunt. Cedat eis igitur non solum theologia illa fabulosa deorum criminibus oblectans animos impiorum. Nec solum eciam illa civilis ubi impuri demones terrestribus gaudiis dediti sub deorum nomine seducentes populos humanos errores et non vitia tamquam suos divinos honores habere voluerunt ad spectandos suorum criminum ludos cultores suos tamquam ad suum cultum studiis immundissimis excitantes et sibi delectabiliores ludos de ipsis spectatibus exhibentes *de feditate theatrorum scenicorum obscenitate et ritibus execrandis* ubi si qua velut honesta geruntur in templis coniuncta sibi theatrorum obscenitate turpantur et quecumque turpia geruntur in theatris conparatu sibi templorum fe... laudantur. *H. B. varronem.* Sed et ea que varro ex hys sacris quasi ad celum et terram rerumque mortalium semina et actibus interpretatus est quia nec ipsa illis ritibus significantur que ipse insinuare conatur et ideo veritas conantem non sequitur et si ipsa esset tamen anime racionali ea que infra illam nature ordine constituta sunt pro deo suo colenda non essent. Nec sibi preferre debuit tamquam deos ea res quibus ipsam pretulit verus deus. Ea quoque numa pompilius revera ad sacra eiusmodi pertinencia et secum sepeliendo curavit abscondi et aratro eruta senatus iussit incendi. In eo genere sunt eciam illa ut aliquid de clementia mitius suspicemur

> Que nuncia epistula magni alexandri ad matrem eius antistite egypto leone patefacta de ypeo sanno eneca romulo hercule esculapio semela tyndaride

quod alexander macedo scripsit ad matrem suam sibi a magno antistite sacrorum egyptiorum quodam leone patefacta ubi non pycus et faunus et eneas et romulus vel etiam hercules et esculapius et liber semele natus et tyndaride fratres et si quos alios ex mortalibus prodius habent sed ipsi eciam maiorum gencium dii quos cycero in tusculanis tacitis nominibus videtur attingere iupiter iuno saturnus vulcanus vesta et alii plurimi quos varro conatur ad mundi partes sive elementa transferre homines fuisse produntur. timens enim et ille quasi revelata misteria petens admonet alexandrum ut cum ea matri conscripta insinuaverit flammis iubeat concremari. Non solum ergo ista que due theologie fabulosa continet et civilis platonicis philosophis cedant qui verum deum et rerum auctorem et veritatis illustratorem et beatitudinis largitorem esse dixerunt. Sed alii quoque philosophi qui corporalia nature principia corporis deditis mentibus opinati sunt cedant hys tantis et tanti dei cognitoribus viris. Ut thales in humore. anaximenes in aere. stoici in igne. epicurus in athomis hoc est minutissimis corpusculis que nec dividi nec sentiri queunt. Et quicumque alii quorum enumeracione immorari non est necesse. Sive vita carencia sive viventia sed tamen corpora causam principiumque rerum esse dixerunt. Nam quidam eorum a rebus non vivis res vivas fieri posse crediderunt sicut epycurei. Quidam vero a vivente quidem et viventia sed tamen a corpore corporea. Nam stoici ignem id est corpus unum ex hys quatuor elementis quibus visibilis mundus hic constat et viventem sequentem et ipsius mundi fabricatorem atque omnium que in eo sunt eumque omnino ignem deum esse putaverunt. hii et ceteri similes eorum id solum cogitare potuerunt quod cum eis corda eorum obstricta carnis sensibus fabulata sunt. In se quippe habebant quod non videbant sed tamen cogitabant. Hoc autem in conspectu talis cogitacionis iam non est corpus sed similitudo corporis. Illud autem unde videtur in animo hec similitudo corporis nec corpus nec similitudo corporis est. Et unde videtur atque utrum pulchra an deformis sit iudicatur profecto est melius quam ipsa que iudicatur. Hec mens hominis et racionalis anime natura est que utique corpus non est si iam illa corporis similitudo cum in animo cogitantis aspiciatur atque iudicatur nec ipsa corpus est. Non est ergo nec terra nec aqua nec aer nec ignis quibus quatuor corporibus que dicuntur quatuor elementa mundum corporeum videmus esse compactum. Porro si noster animus corpus non est quomodo deus creator animi corpus est? Cedant ergo isti ut dictum est platonicis cedant et illi quos quidem puduit dicere deum corpus esse verumtamen eiusdem nature cuius ille est animos nostros esse putaverunt. Ita non eos movit tanta mutabilitas anime quam dei naturae tribuere nephas est. Sed dicunt corpore mutatur anime natura nam per se ipsam inmutabilis est. Potant isti dicere corpore aliquo vulneratur caro nam per se ipsam invulnerabilis est. Prorsus quod mutari non potest nulla re potest ac per hoc quod corpore mutari potest et aliquare potest et ideo incommutabile recte dici non potest.

> de olympiades leonis sacerdotis egypti de ione iunone saturno vulcano vesta et de opinionibus philozophorum qui sunt tales anaximenes stoici et epicuri

> et ab se ymaginabant que foris videbant et etiam qui non videbant

> Nec corpus est nec similitudo corporis

> De quatuor elementis de anima et plone et quare deus non est corpus

> hab

De platonicorum sensu in ea parte philosophie que phisica nominatur capitulum v.

Viderunt ergo philosophi quos ceteris

no immito fama atq gloria platos videmus
nullum corpus esse deum et ideo cuncta corpora trans
cenderunt querentes deum viderunt quidquid mu
tabile est non esse summum deum et ideo animam
omnem mutabilesque omnes spiritus transcenderunt
querentes summum deum deinde viderunt omnem spe
ciem in re quacumque mutabili qua est quidquid
illud est quoquomodo et qualiscumque natura est non esse
posse nisi ab illo qui vere est quia incommutabiliter
est ac per hoc sive universi mundi corpus figuras
qualitates ordinatumque motum et elementa disposita
a celo usque ad terram et quecumque corpora in eis sunt
sive omnem vitam vel que nutrit et continet qualis
est in arboribus vel que et hoc habet et sentit qualis
est in pecoribus vel quod et hec et intelligit sicut est
in hominibus vel que nutritorio subsidio non indi
get sed tantum continet sentit intelligit qualis est in angelis nisi ab illo
esse non posse qui simpliciter est
Quia non aliud illi est esse aliud vi
vere quasi possit esse non vivens. Nec
aliud est illi vivere aliud intelli
gere quasi possit vivere non intelli
gens. Nec aliud illi est intelligere
aliud beatum esse quasi possit intelligere aliud beatum
esse quasi possit intelligere non beatus sed quod est
illi vivere intelligere beatum esse hoc est illi esse propter
hanc incommutabilitatem et simplicitatem intellexe
runt eum et omnia ista fecisse et ipsum a nullo fieri
potuisse. Consideraverunt enim quidquid est vel corpus
esse vel vitam meliusque aliquid vitam esse quam
corpus speciemque corporis esse sensibilem intelli
gibilem vite. Proinde intelligibilem speciem sen
sibili pretulerunt. Sensibilia dicimus que visu tac
tuque corporis sentiri queunt. Intelligibilia que
conspectu mentis intelligi. Nulla est enim pulchri
tudo corporis sive in statu corporis sicut est figura
sive in motu sicut est cantilena de qua non ani
mus iudicet quod profecto non posset nisi melior in illo
esset. Hec species sine tumore molis sine strepitu
vocis sine spatio vel loci vel temporis sed ibi quoque
nisi mutabilis esset non alius alio melius de specie
sensibili iudicaret. Melius ingeniosior quam tar
dior melius peritior quam imperitior melius exerci
tatior quam minus exercitatus et idem ipse unus cum
proficit melius utique postea quam prius quod autem
recipit magis aut minus sine dubitatione mu
tabile est. Unde ingeniosi et docti et in his exer
citati homines facile collegerunt non esse in eis re
bus primam speciem ubi mutabilis esse convincitur.
Cum igitur in eorum conspectu et corpus
et animus magis minusque speciosa essent
si autem omni specie carere possent omnino nulla
essent viderunt esse aliquid ubi prima esset
et incommutabilis et ideo nec comparabilis
atque ibi esse rerum principium rectissi
me crediderunt quod factum non esset et ex quo
facta cuncta essent. Ita quod notum est dei
manifestavit eis ipse cum ab eis invisibilia eius per ea que facta sunt intellecta
conspecta sunt sempiterna quoque virtus eius et
divinitas a quo et visibilia et temporalia cuncta creata
sunt. Hec de illa parte quam phisicam id est naturalem
nuncupant dicta sint.

De qualitatibus elementaribus vegetatu sensitu intellectu angelorum vel de beatitudine etc.

De sensibilibus intelligibilibus et quod melior peritior quam imperitior et similibus in predicta

Quanto excellentiores tenendi sint in logica id est rationabili philosophia platonici. Capitulum vii.

Quod autem attinet ad doctrinam ubi versatur pars
altera que ab eis logica id est rationalis vocatur. Absit
ut his comparandi videantur qui posuerunt
iudicium veritatis in sensibus corporis eorumque
infidis et fallacibus regulis
omnia discenda esse
censuerunt ut epicurei et quicumque
alii tales ut etiam ipsi
stoyci qui cum vehementer ama
verint sollertiam disputandi quam dyalecticam nominant a corporis sensibus
eam ducendam putarunt. Hinc asseverantes
animum concipere notiones quas appellant ennoeas
earum rerum scilicet quas diffiniendo explicant.
Hinc propagari atque conecti totam dis
cendi docendique rationem. Ubi ego multum
mirari soleo cum pulchros non dicant esse nisi
sapientes quibus sensibus corporis istam pulchri
tudinem viderint qualibus oculis carnis
formam sapientie decusque conspexerint. Hii vero
quos merito ceteris anteponimus discreverunt
ea que mente conspiciuntur ab his que sensibus
attinguntur nec sensibus adimentes quod possunt
nec eis dantes ultra quam possunt. Lumen autem mentium
esse dixerunt ad discenda omnia eundem ipsum
deum a quo facta sunt omnia.

Hucusque pars logica id est rationalis dyalectica solertia disputandi et cetera

Quod etiam in morali philosophia platonici obtineant principatum. viii. Capitulum.

Reliqua est pars moralis quam
greco vocabulo dicunt
ethicam ubi queritur de summo bono quo
referentes omnia que agimus et quod non
propter aliud sed propter se ipsum appetentes idque
adipiscentes nichil quo
beati simus ulterius re
quiramus. Ideo quippe
et finis est dictus quia propter
hunc cetera volumus ipsum autem non nisi propter ipsum.
Hoc ergo beatificum bonum alii a corpore alii ab animo
alii ab utroque homini esse dixerunt. Videbant quippe
ipsum hominem constare ex animo et corpore et ideo
ab alterutro istorum duorum aut ab utroque bene
sibi esse posse credebant finali quodam bono
quo beati essent quo cuncta que agebant re
ferrent atque id quo referendum esset non ultra que
rerent. Unde illi qui dicuntur addidisse tercium genus
bonorum quod appellatur extrinsecus sicuti est
honor gloria pecunia et si quid huiusmodi non sic addi
derunt ut finale esset id est propter se ipsum appetendum
sed propter aliud bonum quod esset hoc genus bonum bonis
malum autem malis. Ita bonum hominis qui vel
ab animo vel corpore vel ab utroque expetierunt nichil
aliud quam ab homine expetendum esse puta
verunt. Sed qui id appetiverunt a corpore

Quod philosophi dicunt deum a quo facta sunt omnia lumen esse mentium ad discenda omnia quod optima est diffinitio

II

Siue ergo a parte qua libet siue a toto homine

apte homis deriore/qui vel ab aio
apte meliore/Qui autem ab
vtroqz a toto homine/no nisi ab
homine/Nec iste dne/qui tres
sut/ideo tres sz multas dissessiones
phoz sectas qz fecerut Qua et de bono corpris
et de bono animi et de bono vtriusqz/dulsi dulsad
pmati sut Cedant igitur hy omibus illis phis/qui no
dixerut btm ee hominem/fruentem corpe/ucl fru
entem aio/sed fruentem deo/Non sic corpe/ucl
seipo animus/aut sicut amico amicus sed sicut lu
ce oclus/Sed aliquid abhis/adilla silitudinis
afferendum est/qz quale sit/si deus ipe adiuue
rit alio loco quantum pnos fieri potit appare bit

De dictibus quibus bonorum et quis btus sit sm opioz sm phos is videz qui vim deu amat

De ea phia que ad vitatem fidi ppius accessit ix

Nunc satis sit comemorare plato
nem determinasse finem boni
esse sm virtutem viuere/et ei soli euenire
posse/qui notitiam dei habeat/et ~~virtute~~ viuere
imitationem/nec esse aliam obcausam
btm/ideoqz no dubitat hoc ee philo
sophari/amare deum cuius na sit in
corpalis/Unde vtiqz colligitur
tuc fore btm studiosum sapie
ideo phm tu deo frui cepit
quius cum no qtio btus sit qui
eo fruit/qd amat/multi enim a
mando ea que amanda no sut miseri sut/et
miseriores cu fruunt/Nemo tn btus e qui
eo qd amat no fruit/Nam et ipsi qui res
no amandas amat/no se btos putant/a
mando sed fruendo/Quisquis ergo fruitur
eo qd amat/vm qz et summu bonu amat deum
quis eudem btm ^in^ si miserrimus negat/
Ipm aut vm at summi ^boni^ plato dicat deum/vm
vult ee phm amatorem dei/Ut qui phia ad
btam vitam tendit/fruens deo/sit btus/qui de
um amauit/Quicuqz igitur phi/de deo summo
et vero ista senserut/ut rerum creatarum sit effect
tor/et lumie cognoscendarum/et bonu agenda
rum/qz ab illo nobis sit et pricipiu nre/et vitas
doctrine/et felicitatis vite/siue platonici accomo
datius nuncupentur/siue quodlz aliud secte
sue nome imponat/siue tm ionici generis/qui
in eis papui fuerut/ista senserint/sicut ide
plato/et qui eum bene intellexerut/siue et
ytalici/pp pitagoram/et pita
goreos/et siqui forte alij eius
dem sine idem tidem fuit siue
aliarum quoqz gentium qui
sapientes uel phi habiti sunt
athlantici/lybes/egypci/indi
pse/caldi/sythe/galli/hispani/
alij qz reperitur/qui hoc viderit
hoc docuerint/eos omis ceteris
anteponimus/eosqz nobis propinquiores fate
mur/Quamuis enim homo xanus litteris tm eccle
siasticis eruditus/platonicorum forte nome
ignoret/nec vtrum duo genera philozophorum
extiterint/in greca lingua ionicorum et ytalicorum

platonis diffinicio boni finem esse si virtute viuere

De diuersis generibus phorum ytalicorum ut fuit pytagoras et ut fuit ionici at hlantici caldi libes egipcij indi perse sy te galli hispani et platonici

sciat Non tamen sic surdus est in rebus humanis/ut nes
ciat/phos uel studium sapie uel ipam sapiam
profiteri Caueat eos tn qui sm elementa huius
mundi/philozophantur Non secundum deum/a quo
ipe factus est mundus/Ammonetur enim precepto
aplico/fideliter qz audit qd dcm est Cauete ne
quis uos decipiat p phiam et inanem seduc
tionem sm elementa mundi/deinde ne omis ta
les esse arbitretur/Audit ab eodem aplo dici
de quibusdam quia qd notum e dei manifestum
est illis/deus enim manifestauit illis inuisibilia
enim eius/a constitutione mundi/p ea que facta sunt
intellecta/conspiciuntur/sempiterna quoqz virtus eius
et diuinitas/et ubi athenensibus loquens/cum rem
magnam de deo dixisset/et que a paucis ceterum
intelligi ^da^ qd illo viuimus mouemur et sumus,
Et adiecit et ait/Sicut et quidam vestri dixerunt
Nouit sane etiam ipos/in quibus erant cauendi
Ibi enim dcm est qz p ea que facta sunt/deus
illis manifestauit/intellectu
conspicienda/inuisibilia sua
Ibi enim dcm est no illos ipm
deum recte coluisse/qz et alijs re
bus quibus no oportebat/diui
nos honores ^illi^ intum debitum
detulerut qui cognoscentes de
um no sicut deum glorificauerut/aut gras
egerut/sed euanuerut in cogitationibus suis
et obscuratum est insipiens cor eorum/dicentes enim
se esse sapientes/stulti facti sut et immutauerut
gloriam incomutabilis dei in similitudinem ymagi
ginis corruptibilis hominis/et uolucrum et qua
drupedum et serpentum/Ubi et romanos et gre
cos et egiptios qui de sapie nomine gloriati sut
fecit intelligi Sed de hoc cum istis post mo
disputabimus/In quo aut nobis consenciunt de
vno deo/huius vniuersitatis auctore/qui no solum
sup omnia corpa est incorporeus/vm etiam sup
omis aias/incorruptibilis/pricipium nrm lumen nrm bonum nrm
eos ceteris anteponimus

Quid dicat apls de deo et eius diuinitate et qd loquar athenensibus de uisibilia di p ea que facta sunt intellecta conspiciuntur

Qr sit inter phicis artes religiosi excellentia xpiani x capitulum

Nec si litteras eorum xpianus ignorans
uerbis que no didicit in dispu
tacione uti queat/ut velut naturalem latine
uel phisicam grece appellet/cam partem in qua
de nature inquisitione tractatur/et racionalem
siue logicam/in qua quitur quo nam modo veritas percipi
possit/et moralem et ethicam/in qua de mo
ribus agitur/bonorum qz finibus appetendis/ma
lorum vitandis/ideo nescit ab vno vero deo atqz
optimo nam nobis ee/qua facti ad eius ymagine
sumus/et doctrina/qua eum nosqz
nouimus/et graciam qua illi cohe
rendo/bti sumus/Hec itaqz ca est cur
istos ceteris anteponamus/quia
cum alij phi ingenia sua studia
qz contriuerunt/in qrendis rerum
causis/et quis esset modus disce
di atqz viuendi/Isti deo cognito/reperut ubi esset
et causa constitute vniuersitatis/et lux percipiende

Trinitas phisica naturalis logica racionalis ethica moralis et qd sit simplex et vera philozophia

veritatis et fons bibende felicitatis. Sive ergo isti Platonici, sive quicumque alii quarumlibet gentium philosophi de deo ista senserunt, nobiscum sentiunt. Sed ideo cum Platonicis magis agere placuit hanc causam, quia eorum sunt litterae notiores. Nam et Greci, quorum lingua in gentibus preminet, eos magna predicatione celebrarunt, et Latini permoti eorum vel excellentia vel gloria, ipsas libentius didicerunt, atque in nostrum eloquium transferendo nobiliores clarioresque fecerunt.

Unde Plato eam intelligentiam potuerit acquirere qua christiane scientie propinquavit. XI

Mirantur autem quidam nobis in Christi gratia sociati, cum audiunt vel legunt Platonem de deo ista sensisse, que multum congruere veritati nostre religionis agnoscunt. Unde nonnulli putaverunt eum, quando perrexit in Egyptum, Jeremiam audisse prophetam, vel scripturas propheticas in eadem peregrinatione legisse. Quorum quidem opinionem in quibusdam libris meis posui. Sed diligenter supputata temporum ratione, que cronica historia continetur, Platonem indicat a tempore quo prophetavit Jeremias centum ferme annos postea natum fuisse; qui cum lxxx et unum vixisset, ab anno mortis eius usque ad id tempus quo Ptolomeus rex Egypti scripturas propheticas gentis Hebreorum de Judea poposcit, et per lxx viros Hebreos, qui etiam Grecam linguam noverant, interpretandas habendasque curavit, anni reperiuntur ferme lx. Quapropter in illa peregrinatione sua Plato nec Jeremiam videre potuit, tanto ante defunctum, nec easdem scripturas legere, que nondum fuerant in Grecam linguam translate, qua ille pollebat. Nisi forte quia fuit acerrimi studii, sicut Egyptias, ita et istas per interpretem didicit, non ut scribendo transferret, quod Ptolomeus pro ingenti beneficio, qui regia potestate etiam timeri poterat, meruisse perhibetur, sed ut colloquendo quid continerent, quantum capere posset, addisceret. Hoc ut existimetur, illa suadere videntur indicia, quod liber Geneseos sic incipit: In principio fecit deus celum et terram. Terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebre erant super abyssum, et spiritus dei ferebatur super aquam. In Thimeo autem Plato, quem librum de mundi constitutione conscripsit, deum dicit in illo opere terram primo ignemque iunxisse. Manifestum est autem quod igni tribuat celi locum. Habet hec sententia quandam illius similitudinem, qua dictum est: In principio fecit deus celum et terram. Deinde illa duo media, quibus interpositis sibimet hec extrema copularentur, aquam dicit et aerem. Unde putatur sic intellexisse de aere, quod scriptum est: Super aquas spiritus dei ferebatur. Parum quippe attendens quo more soleat illa scriptura appellare spiritum dei, quoniam et aer spiritus dicitur, quattuor opinatus elementa loco illo commemorata videri potest. Deinde quod Plato dicit amatorem dei esse philosophum, nichil sic illis sacris litteris flagrat, et maxime illud, quo et me plurimum adducit ut pene assentiar Platonem illorum librorum expertem non fuisse, quod, cum ad sanctum Moysen ita verba dei per angelum perferantur, ut querenti quod sit nomen eius, qui eum pergere precipiebat ad populum Hebreum ex Egypto liberandum, respondeatur: Ego sum qui sum, et dices filiis Israel: Qui est misit me ad vos; tamquam in eius comparatione, qui vere est, quia incommutabilis est, ea que mutabilia facta sunt, non sint, vehementer hoc Plato tenuit et diligentissime commendavit. Et nescio utrum hoc uspiam reperiatur in libris eorum qui ante Platonem fuerunt, nisi ubi dictum est: Ego sum qui sum, et dices eis: Qui est misit me ad vos. Sed undecumque ista ille didicerit, sive precedentibus eum veterum libris sive potius quo dicit apostolus, quia quod notum est dei manifestum est in illis, deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim eius a constitutione mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius et divinitas. Nunc non immerito me Platonicos philosophos elegisse cum quibus agam, quod in ista questione quam modo suscepimus agitur de naturali theologia, utrum propter felicitatem que post mortem futura est uni deo an pluribus sacrificare oporteat, satis, ut existimo, exposui.

De Jeremia propheta et Platone philozopho et Ptolomeo rege et lxx interpretibus et de libris Grecis.

De Thimeo libro Platonis, quem de constitutione mundi conscripsit, et quod cum ad hoc movetur liber Genesis.

De vero deo quod dixit Moysi: Ego sum, et quod Moyses liberavit populum dei ex Egypto, ad quem deus loquebatur quod misit me ad vos, quod Platonem movet.

Quod etiam Platonici, licet de uno vero deo bene senserint, multis tamen diis sacra facienda censuerint. XII

Ideo quippe hos potissimum elegi, quoniam de uno deo, qui fecit celum et terram, quanto melius senserunt, tanto ceteris gloriosiores et illustriores habentur, in tantum aliis prelati iudicio posterorum, ut cum Aristoteles, Platonis discipulus, vir excellentis ingenii et eloquio Platoni quidem impar, sed multos facile superans, cum sectam peripateticam condidisset, quam deambulans disputare consueverat, plurimosque discipulos preclara fama excellens vivo adhuc preceptore in suam heresim congregasset, post mortem vero Platonis Eusippus, sororis eius filius, et Exenocrates, dilectus eius discipulus, in scolam eius, que academia vocabatur, eidem successissent, atque ob hoc et ipsi et eorum successores academici appellarentur, recentiores tamen philosophi nobilissimi, quibus Plato sectandus placuit, noluerunt se dici peripateticos aut achademicos, sed Platonicos. Ex quibus sunt valde nobilitati Greci Platinus, Jamblicus, Porphirius; in utraque autem lingua, id est Greca et Latina, Apuleius Afer extitit Platonicus nobilis. Sed hii omnes et ceteri eiusmodi et ipse Plato diis plurimis esse sacrandum putaverunt.

De Aristotile discipulo Platonis secta paripatetica et de heresi quam instituit Eusippus sororis Platonis filius et Zenocrates de scola academia.

De sententia Platonis qua diffinivit non esse nisi bonos amicosque virtutum. XIII capitulum

Quamobrem ergo a nobis et ab illis multis rebus magnis quamquam dissentiant, in hoc tamen quod modo posui, ex certo parva res est et inde nunc quod est propositum ab eis quaero quibus diis istum cultum exhibendum arbitrentur, utrum bonis an malis, an et bonis et malis. Sed de hoc habemus sententiam Platonis dicentis omnes deos bonos esse nec esse omnino ullum deorum malum. Consequens est igitur ut bonis hec exhibenda intelligantur; tunc enim diis exhibentur, quoniam nec dii erunt si boni non erunt. Hoc si ita est, nam de diis quid aliud decet credere? illa profecto vacuatur opinio qua nonnulli putant deos malos sacris placandos esse ne ledant, bonos autem ut adiuvent invocandos. Mali enim nulli sunt dii; bonis porro debitus ut dicunt honor sacrorum est deferendus. Qui sunt ergo illi qui ludos scenicos amant eosque divinis rebus adiungi et suis honoribus flagitant exhiberi? Quorum vis non eos indicat nullos, sed iste affectus nimirum indicat malos. Quid enim de ludis scenicis Plato senserit notum est, cum poetas ipsos, quod tam indigna deorum maiestate atque bonitate carmina composuerint, censet civitate pellendos. Qui sunt igitur isti dii qui de scenicis ludis cum ipso Platone decertant? Ille quippe non patitur deos falsis criminibus infamari; isti eisdem criminibus suos honores celebrari iubent. Denique isti cum eosdem ludos instaurari preciperent, poscentes turpia, etiam maligna gesserunt, Tito Latinio auferentes filium et immittentes morbum, quod eorum abnuisset imperium, eumque morbum retrahentes, cum iussa complesset. Iste autem illos nec tam malos timendos putat, sed sue sententie robur constantissime retinens omnes poetarum sacrilegas nugas, quibus illi immunditie societate oblectantur, a populo bene instituto removere non dubitat. Hunc autem Platonem, quod iam in secundo libro commemoravi, inter semideos Labeo ponit. Qui Labeo numina mala victimis cruentis atque huiusmodi supplicationibus placari existimat, bona vero ludis et talibus quasi ad leticiam pertinentibus rebus. Quid est ergo quod semideus Plato non semideis, sed diis, et hoc bonis, illa oblectamenta, quia iudicat turpia, tam constanter audet auferre? Qui sane dii refellunt sententiam Labeonis; nam se in Latinio non lascivos tantum atque ludibundos, sed etiam sevos terribilesque monstrarunt. Exponant ergo nobis ista Platonici, qui omnes deos secundum auctoris sui sententiam bonos et honestos et virtutibus sapientum socios esse arbitrantur, aliterque de ullo deorum sentire nephas habent. Exponimus, inquiunt.

De opinione eorum qui rationales animas trium generum esse dixerunt, id est in diis celestibus, in demonibus aereis et in hominibus terrenis. XIIII

Attente igitur audi. Omnium, inquiunt, animalium in quibus est anima rationalis tripartita divisio est, in deos, homines, demones. Dii excelsissimum locum tenent, homines infimum, demones medium. Nam deorum sedes in celo est, hominum in terra, in aere demonum. Sicut eis diversa dignitas est locorum, ita etiam naturarum. Proinde dii sunt hominibus demonibusque potiores; homines vero infra deos et demones constituti sunt, ut elementorum ordine, sic differentia meritorum. Demones igitur medii, quemadmodum diis quibus inferius habitant postponendi, ita hominibus quibus superius preferendi sunt. Habent enim cum diis communem immortalitatem corporum, animorum autem cum hominibus passiones. Quapropter non est mirum, inquiunt, si etiam ludorum obscenitatibus et poetarum figmentis delectantur, quandoquidem humanis capiuntur affectibus, a quibus dii longe absunt et modis omnibus alieni sunt. Ex quo colligitur Platonem poetica detestando et prohibendo figmenta non deos, qui omnes boni et celsi sunt, privasse ludorum scenicorum voluptate, sed demones. Hec si ita sunt, que licet apud alios quoque reperiantur, Apuleius tamen Platonicus Madaurensis de hac re sola unum scripsit librum, cuius esse titulum voluit de deo Socratis, ubi disserit et exponit ex quo genere numinum Socrates habebat adiunctum et amicitia quadam conciliatum, a quo perhibetur solitus admoneri ut desisteret ab agendo, quando id quod agere volebat non prospere fuerat eventurum; dicit enim apertissime et copiosissime asserit non illum deum fuisse sed demonem, diligenti disputatione pertractans istam Platonis de deorum sublimitate et hominum humilitate et demonum medietate sententiam. Hec ergo si ita sunt, quonam modo ausus est Plato, etiamsi non diis, quos ab omni humana contagione semovit, certe ipsis demonibus poetas urbe pellendo auferre theatricas voluptates, nisi quia hoc pacto admonuit animum humanum, quamvis adhuc in his moribundis membris positum, pro splendore honestatis impura demonum iussa contempnere eorumque immundiciam detestari? Nam si Plato hec honestissime arguit et prohibuit, profecto demones turpissime poposcerunt atque iusserunt. Aut ergo fallitur Apuleius et non ex isto genere numinum habuit amicum Socrates, aut contraria inter se sentit Plato, modo demones honorando, modo eorum delicias a civitate bene morata removendo, aut non est Socrati amicitia demonis gratulanda, de qua usque adeo et ipse Apuleius erubuit, ut de deo Socratis prenotaret librum, quem secundum suam disputationem, qua deos a demonibus tam diligenter copioseque distinguit, non appellare debuit de deo sed de demone Socratis. Maluit autem hoc in ipsa disputatione quam in titulo libri ponere. Ita enim per sanam doctrinam, que humanis rebus illuxit, omnes vel pene omnes demonum nomen exhorrent, ut quisquis ante disputationem

Marginal notes:

Quidam quidem nobiles philosophi ut fuit plotinus iamblicus porphyrius apuleius asserse platonicus et dixit quosdam deos posse esse malos sed bonus

Tyto platinio pro ludis instaurandis filius morbo ablatus

Labeo platonem inter semideos communi... et quod animas rationales tripertite dividit, scilicet in deos, homines et demones

Quid dicat apuleius madaurensis in libro cuius esse titulum voluit de deo socratis

De platone et quod apuleius socratis amicus librum suum potius intitulare debuit de demone socratis quam de deo

apuleii / qua demonum dignitas commendatur ti
tulum libri de demone socratis legeret / nequaquam
illum hominem sanum fuisse sentiret / Quid autem
ipse apuleius / quod in demonibus laudaret inuenit
preter subtilitatem corporum / et habitationis altiorem
locum / Nam de moribus eorum / cum de demonibus [inpietas]
generaliter loqueretur / non solum nichil boni dixit
sed etiam plurimum mali / Denique lecto illo libro
prorsus nemo miratur / eos et scenicam turpi
tudinem in rebus diuinis habere uoluisse / et cum
deos se putari uelint / deorum criminibus oblectari
potuisse / et quicquid in eorum sacris / obscena solemp
nitate seu turpi crudelitate / uel ridetur uel hor
retur / eorum affectibus conuenire

Quod neque propter aeria corpora / neque propter superiora habitacula demones hominibus antecellunt. XV.

Quamobrem absit / ut ita conside
rans animus ueraciter religiosus / et uero
deo subditus / arbitretur demones se ipso esse
meliores / quod habeant corpora meliora /
Alioquin multas sibi et bestias pre
latur esse / que nos et acrimonia sensuum
et motu facillimo atque celerrimo
et ualentia uirium / et annosissima
firmitate corporum / uincunt / Quis
hominum uidendo equabitur aquilis
et uulturibus / quis odorando cani
bus / quis uelocitate leporibus cer
uis auibus omnibus / quis multum
ualendo leonibus et elephantis / quis
diu uiuendo serpentibus / qui etiam deposita
tunica / senectutem deponere / atque in iuuentute
redire perhibentur / Sed sicut his omnibus ratio
cinando intelligendo meliores sumus / ita etiam
demonibus bene atque honeste uiuendo meliores
esse debemus / Ob hoc etiam et prouidentia di
uina / eis quibus nos constat esse potiores / data
sunt quedam potiora corporum munera / ut illud
quo eis preponimur / etiam isto nobis commendaretur
multo maiore cura extollendum esse quam corpus
ipsamque excellentiam corporalem quam habere demones
nossemus / pre bonitate uite / qua illis anteponimur
contempnere disceremus / habituri et nos inmortalita
tem corporum / non quam suppliciorum eternitas torqueat
sed quam puritas precedat animorum / Iam uero
de loci altitudine / quod demones in aere / nos autem
habitamus in terra / Ita permoueri / ut hinc nobis esse
preponendos existimemus / omnino ridiculum est / hoc enim pac
to nobis / et omnia uolatilia preponimus / At enim
uolatilia cum uolando fatigantur / uel reficien
dum alimentis corpus habent / terram repetunt
uel ad requiem uel ad pastum / quod demones inquit
non faciunt / Num quid ergo placet eis / ut uolatilia
nobis / demones autem etiam uolatilia antecellant
Quod si dicere dementissimum est opinari / Nichil est
quod de habitatione superioris elementi dignos esse deo
nos existimemus / quibus nos religionis affectu
subdere debeamus / Sicut etenim fieri potuit / ut aerie
uolucres / terrestribus nobis / non solum non preferantur
uerum etiam pro rationalis anime / que in nobis est dig

Quod homines sunt meliores demonibus licet illi habeant corpora meliora quam insi... cet sit diuisa anima sensuum et diuis animalibus excellentia in aquilis uulturibus canibus leporibus ceruis auibus et serpentibus

[subdantur]
tatem / Ita fieri potuit / ut demones quamuis magis
aerii sint / terrestribus nobis / non ideo meliores sint / quia
est aer quam terra superior / Sed
ideo eis homines preferendi sint
quia spei piorum hominum nequaquam
illorum comparanda est / Nam
et illa ratio platonis / qua elemen
ta quatuor proportione contex
it atque ordinat / ita duobus ex
tremis igni mobilissimo et
terre inmobili / media duo aerem et aquam inse
rens / ut quanto est aer aquis / et aere ignis / tanto
et aque superiores sint terris / satis nos admonet
animalium merita / non elementorum / pro gradibus esti
mare / Et ipse quippe apuleius
preter ceteris terrestre animal hominem
dicat / qui tamen longe preponitur
animalibus aquatilibus / cum ipsas
aquas terris preponat plato / ut in
telligamus non eundem ordinem
tenendum / cum agitur de meritis
animarum / qui uidetur esse in ordine gra
dibus corporum / Sed fieri posse / ut inferius cor
pus / anima melior inhabitet / deteriorque superius

Quod ergo demones nobis non preferuntur eo quod in aere habitant cum sic subiaceant sicut nec aues cum hominibus subdantur

De ratione platonis de electis. De apuleio de demonibus ad quos pertinet diuinationes augurum auruspicum uaticiniorum atque sompniorum

Quid de moribus demonum apuleius platonicus senserit. XVI. c.

Demonibus ergo demonum / cum idem
platonicus loqueretur / dixit eos eisdem
quibus homines animi perturbationibus agitari /
irritari iniuriis / obsequiis donisque placari
gaudere honoribus / diuersis sacrorum ritibus o
blectari / et in eis si quid neglectum fuerit commo
ueri / Ad hoc pertinere etiam dicit / ad eos pertinere diuina
tionem / augurum auruspicum uatum / atque somp
niorum / ab his quoque esse miracula magorum
Breuiter autem diffiniens ait / demones esse genere
animalia / animo passiua / mente rationalia / corpore
aeria / tempore eterna. horum uero quinque tria priora illis
esse / que nobis / quartum proprium / quintum eos cum diis
habere commune / Sed uideo tamen superiora / que nobiscum
habent / duo etiam cum diis habere / animalia
quippe esse dicit et deos / quos suis cuique
elementis distribuens / in terrestribus
animalibus / homines posuit cum
ceteris / que in terra uiuunt et sentiunt
in aquatilibus pisces / et alia natatilia / in aere demones / et ethereos deos / At per
hoc quod demones genere sunt animalia / non solum eis
cum hominibus / uerum etiam cum diis / pecoribusque commune
est / quod mente rationalia / cum diis solis / quod animo passiua
cum hominibus solis / quod corpore aerea / ipsi proprium sunt soli
/ proinde quod genere sunt animalia / non est magnum / quia hoc
sunt et pecora. quod mente rationalia / non sunt super nos /
quia sumus et nos / quod tempore eterna / quid boni est si
non beata / Melior est enim temporalis felicitas / quam mise
ra eternitas / quod animo passiua / quomodo super nos est et
quod et nos hoc sumus / nec ita esset / nisi miseri essemus
Quod corpore aerea / quanti estimandum est / cum omni corpori
preferatur anima qualiscumque nature / Et ideo reli
gionis cultus debitus ex animo nequaquam debetur

Apulei platonici diffinicio de libro quem intitulauit de deo socratis:—

cum diis et hominibus
cum tempore eterna

et que inferior est animo / porro si in illa que demonum
esse dicit annumeratur / dubitem sapientium felicitate
/ et hec eos dicit habere cum dyis / eterna atque quia profecto
aliquid dicitur exoptandum / magnique pendendum
Nec sic eos tamen propter hec / tamquam deum colere debemus /
sed potius ipsum a quo hec illos accepisse noscemus
Quanto minus ut honore divino certa / digna sunt
animalia / adhuc racionalia ut misera esse possint / Adhuc
passiua ut misera sint / adhuc eterna ut miseriam finire
non possint / Quapropter omittam cetera / et hec solum
pertractem / quod nobiscum demones dixit habere quia
in animi passiones / Si omnia quatuor elementa suis
animalibus / plena sunt in mortalibus / ignis et aer / mortalibus
aqua et terra / quero cur animi demonum passionum
turbulis / et tempestatibus agitentur / perturbatio est enim que grece pathos dicitur / Unde illa voluit nominari quod passiua / quia verbum de verbo / pathos passio diceretur / motus animi contra racionem / Cur ergo sunt isti in animis demonum / que in pecoribus non sunt / quoniam si quid in pecore simile apparet / non est perturbatio / quia non est contra racionem / qua pecora carent / In hominibus autem / ut sint iste perturbationes

facit hoc stulticia vel miseria / nondum enim sumus
in illa felicitate sapientie beati / que nobis ab hac
mortalitate liberatis in fine promittitur / Deos vero
ideo dicit istas perturbationes non perpeti / quod non solum
eterni / verum etiam beati sunt / Easdem quippe
animas racionales etiam ipsos habere perhibent / sed ab
omni labe atque peste purissimas / Quamobrem
si propterea dii non perturbantur / quia animalia sunt beata
non misera / et propterea pecora non perturbantur
/ quia animalia sunt / que nec beata possunt esse nec misera / Restat ut demones sicut homines ideo perturbentur
quia animalia sunt / non beata / sed misera An dignum
sit eos spiritus ab homine coli a quorum viciis

Qua igitur etiam oporteat liberari xvii
insipientia / vel potius amencia /
per aliquam religionem / ab ea viciositate
in qua illis sumus similes / liberemur / Cum enim demones / quod
et iste apuleius quamvis eis plurimum parcat / et divinis honoribus
dignos censeat / tamen cogitur confiteri / ira instigentur / nobis vera religio precipit ne ira instigemur
sed potius ei resistamus / cum demones
donis inuitentur / nobis vera religio precipit
ne cuiquam / donorum acceptione faueamus / Cum
demones honoribus mulceantur / nobis vera religio
precipit / ut talibus nullo modo moueamur / Cum demones quorundam hominum / osores / quorundam
amatores sint / non prudenti tranquilloque iudicio
sed animo ut appellat ipse passiuo / Nobis vera religio precipit / ut nostros etiam diligamus inimicos
/ postremo omnem motum cordis / et salum mentis
omnesque turbulas et tempestates animi / quibus
demones estuare atque fluctuare asserit / nos vera
religio deponere iubet / Que igitur causa est nisi stulticia

Secundum apuleium demones sunt animalia non beata sed misera et nobis vera religio precipit ne eis in malis faueamus

demonibus subdimur per veram religionem

error quod miserabilis / ut ei te exhibeat facies
veneranda humilem / cui te cupias viuendo dissimilem / et religione colas / quem imitari nolis /
cum religionis summa sit imitari quem colis / Frustra igitur apuleius / et quicumque ista senciunt /
hunc detulit honorem / sic eos in aere medios
inter ethereum celum terramque constituens / Ut quoniam nullus
deus miscetur homini / quod platonem dixisse perhibent / isti ad deos perferant preces hominum / et inde ad
homines impetrata que poscunt / Indignum enim putauerunt / qui ista crediderunt / misceri homines dyis /
et deos hominibus / hinc petita qui alligent inde
concessa / qui apportent / ut videlicet homo castus / et a barathro magicarum artium scelerum alienus / corruptiones adhibeat / per quos illum dii exaudiant /
qui hec amant / quod ille non
amando fit dignior / quem
facilius et libentius exaudire debeant / Amant quippe illi scenicas turpitudines
quas non amat pudicicia /
Qualis sit religio in qua docetur quod homines ut commendentur dyis bonis demonibus uti debeant aduocatis xviii c.

Error platonis et aliorum talium qui dicunt demones perferre preces hominum ad deos et ad homines impetrata que poscunt quia digniores sunt boni homines quam demones scelerati

Amant in maleficiis / magorum mille
nocendi / artes / quas non amat innocencia
Ergo et pudicicia et innocencia / si quid a dyis impetrare voluit non poterit suis meritis nisi suis intervenientibus inimicis
non est / quod ista poetica figmenta et theatrica ludibria iustificare conetur / habemus contra
ista magistrum eorum / et tante apud eos auctoritatis
platonem / si pudor humanus ita de se male meretur / ut non solum diligat turpia / verum etiam
diuinitati existimet grata De impietate artis
magice / que presidio nititur spirituum malignorum xix

Porro aduersus magicas artes /
de quibus quosdam nimis
infelices et nimis impios / et gloriari
libet / nonne ipsam publicam lucem testem citabo / Cur enim tam grauiter ista plectuntur / severitate legum / si opera sunt numinum colendorum / An forte
istas leges christiani instituerunt / quibus artes magice puniuntur / secundum quem alium sensum / nisi quod hec maleficia generi humano perniciosa esse non dubium est / ait
poeta clarissimus / Testor cara deos et te germana
tuumque / dulce caput magicas inuitam accingier
artes / Illud etiam quod alio loco / vidi traductas messes /
eo quod hac pestifera scelerataque doctrina / fructus alieni in alias terras transferri perhibentur / Nonne
in duodecim tabulis / id est romanorum antiquissimis legibus / cicero commemorat esse conscriptum / et ei
qui hoc fecerit supplicium constitutum /
postremo apuleius ipse / numquid
apud christianos iudices / de magicis
artibus accusatus non est / quas utique sibi obiectas / sed diuinas et pias
esse nouerat / et diuinarum potestatum operibus congruas

Cicero dicit in duodecim tabulis qui magicis dampnari

Dignum autem misceri demones et dyis et hominibus

Et misceri homini deus ...

∴ Accingier patingi prefigatur peragoge ut adiuuarier pro adiuuari
poscier pro posci

non solum eas confiteri debuit, sed etiam profiteri; leges culpans potius, quibus hec prohiberentur et dampnanda putarentur, que hic miranda et veneranda oportet pro ea cum vel sententiam suam persuadet iudicibus vel si illi secundum iniquas leges sapiunt, cum talia predicantem atque laudantem morte multarent, digna arte illius demones dona rependerent, pro quorum divinis operibus predicandis humanam vitam sibi adimi non timeret, sicut martyres nostri, cum eis pro crimine obiceretur christiana religio, qua noverant se fieri salvos et gloriosissimos in eternum, non eam negando temporales penas evadere delegerunt, sed potius confitendo, predicando et pro hac omnia fortiter fideliterque tolerando et cum pia securitate moriendo leges quibus prohibebatur erubescere compulerunt mutarique fecerunt. Huius autem philosophi platonici copiosissima et disertissima extat oratio, qua crimen artium magicarum a se alienum esse defendit seque aliter non vult innocentem videri, nisi ea negando, que non potest ab innocente committi. At omnia miracula magorum, quos recte sentit esse dampnandos, doctrinis fiunt et operibus demonum, quos viderit cur censeat honorandos, eos necessarios asserens perferendis ad deos precibus nostris, quorum debemus opera devitare, si ad deum verum preces nostras volumus pervenire. Deinde quero, quales preces hominum diis bonis per demones allegari putant, magicas an licitas? Si magicas, nolunt tales; si licitas, nolunt per tales. Si autem peccator penitens preces fundit, maxime si aliquid magicarum admisit, itane tandem illis intercedentibus accipit veniam, quibus impellentibus aut faventibus se cecidisse plangit in culpam? An et ipsi demones, ut possint penitentibus indulgentiam mereri, priores agunt penitentiam, quod eos deceperint? Hoc nemo umquam de demonibus dixit, quia si ita esset, nequaquam sibi auderent divinos honores expetere, qui penitendo desiderarent ad gratiam venie pervenire. Ibi enim est detestanda superbia, hic humilitas miseranda.

Si secundum errorem apuley demones preces hominum ad deos bonos perferret, hic primo ipsi penitentiam agere debent quod homines seduxerunt.

An credendum sit quod dii boni libentius cum demonibus quam cum hominibus misceantur. XX.

Etenim urgens causa et artissima cogit demones medios inter deos et homines agere, ut ab hominibus afferant desiderata et a diis referant impetrata. Que nam tandem ista causa est et quanta necessitas? Quia nullus, inquiunt, deus miscetur homini. Preclara igitur sanctitas dei, qui non miscetur homini supplicanti et miscetur arroganti. Non miscetur homini penitenti, non miscetur homini confugienti ad divinitatem et miscetur demoni fugienti divinitatem. Non miscetur homini petenti indulgentiam et miscetur demoni suadenti nequitiam. Non miscetur homini per philosophicos libros poetas de bene instituta civitate pellenti et miscetur demoni a principibus et pontificibus civitatis per scenicos ludos poetarum ludibria requirenti. Non miscetur homini deorum crimina fingere prohibenti et miscetur demoni se falsis deorum criminibus oblectanti. Non miscetur homini magorum scelera iustis legibus punienti et miscetur demoni magicas artes docenti et implenti. Non miscetur homini imitationem demonis fugienti et miscetur demoni deceptionem hominis aucupanti. Sed nimirum tante huius absurditatis et indignitatis est magna necessitas, quod scilicet deos ethereos humana curantes quid terrestres homines agerent utique lateret, nisi demones aerii nuntiarent, quoniam ether longe a terra est alteque suspensus, aer vero ethere terreque contiguus. O mirabilem sapientiam! Quid aliud de diis isti sentiunt, quos omnes optimos volunt, nisi eos et humana curare, ne cultu videantur indigni, et propter elementorum distantiam humana nescire, ut credantur demones necessarii et ob hoc esse putentur colendi, per quos dii possint quid in rebus humanis agatur addiscere et ubi oportet hominibus subvenire? Hoc si ita est, diis istis bonis magis notus est demon per corpus vicinum quam homo per animum bonum. O multum dolenda necessitas, an potius irridenda vel detestanda vanitas, ne sit vana divinitas! Si enim animo ab obstaculo corporis libero animum nostrum videre dii possunt, non ad hoc indigent demonibus nuntiis; si autem animorum indicia corporalia, qualia sunt locutio, vultus, motus, per corpus suum ethereum dii sentiunt et inde colligunt quid etiam demones nuntient, possunt et mendaciis demonum decipi. Porro si deorum divinitas a demonibus non potest falli, eadem divinitate quod agimus non potest ignorari.

Confutacio beati augustini contra apuleyum et eius similes qui dicit quod deus non miscetur bono animo hominis sed demone inimicis et eius criminibus

An demonibus nunciis et interpretibus dii utantur fallique se ab eis aut ignorent aut velint. XXI.

Vellem autem isti mihi dicerent utrum diis demones nuntiaverint de criminibus deorum poetica Platoni displicere figmenta et sibi ea placere celaverint, an utrumque occultaverint deosque esse maluerint totius rei huius ignaros, an utrumque indicaverint, et religiosam erga deos Platonis prudentiam et in deos iniuriosam libidinem suam. An sententiam quidem Platonis, qua noluit deos per impiam licentiam poetarum falsis criminibus infamari, ignotam diis esse voluerint, suam vero nequitiam, qua ludos scenicos amant, quibus illa deorum dedecora celebrantur, prodere non erubuerint vel timuerint. Horum quattuor que interrogando proposui quodlibet eligant et in quolibet eorum quantum mali de diis bonis opinentur attendant. Si enim primum elegerint, confessuri sunt non licuisse diis bonis habitare cum bono Platone, quando eorum iniurias prohibebat, et habitasse cum demonibus malis, quando eorum iniuriis exultabant, cum dii boni hominem bonum longe a se positum non nisi per malos demones nossent, quos vicinos nosse non possunt

Dignum autem misceri demones et diis et hominibus

Et miscetur demoni decipienti

Si autem eadem elegerint, et utrumque quod occultatum in de demonibus dixerint, ut hii omnino nescirent platonis religiosissimam legem, et deorum sacrilegam delectationem quod in rebus humanis internuntios demones dii nosse voluit putant quam illa nesciunt, que in honorem bonorum deorum religione bonorum hominum contra libidinem malorum demonum decernit. Si non tamen elegerint, et non solum se tetiam platonis, deorum iniurias exultante per eosdem demones nuntios diis innotuisse responderit, hoc nuntiare est an insultare? Et dii utrumque sic audiunt, sic utrumque cognoscunt, ut non potius malignos demones deorum dignitati et platonis religioni contraria cupientes atque facientes a suo accessu non arceant, vicinum etiam per illos malos propinquos platoni bono longinquo bona transmittant. Sic enim eos elementorum quasi cathena ta series colligavit, ut illis a quibus criminantur contingi possint, huic a quo defenduntur non possunt, utrumque scientes, sed aeris et terre transmittere pondera non valentes. Iam quod reliquum est, si quartum elegerint, peius est ceteris. Quis enim ferat si poetarum de diis criminosa figmenta, et theatrorum indigna ludibria, suamque in hiis omnibus ardentissimam cupiditatem et suavissimam voluptatem diis demones nuntiaverint, et quod plato philosophica gravitate de optima republica hec omnia tolli censuit removenda, tacuerint? Ut iam dii boni per tales nuntios nosse cogantur mala pessimorum, nec aliena, sed eorundem nuntiorum, atque hiis contraria non sinantur nosse bona philosophorum, cum illa sint in iniuriam, ista in honorem ipsorum deorum.

A deorum iniurias prohibentem sed etiam demonum nequitiam

Augustinus quatuor ponit ad que apuleius et eiusmodi respondere non potest.

De abiciendo cultu deorum contra apuleium. viii xxii

Quia igitur istorum quatuor eligendum est, ne in quolibet eorum de diis tam male sentiatur, restat ut nullo modo credendum sit, quod apuleius persuadere nititur, et quicumque alii sunt eiusdem sententie philosophi, ita esse medios demones inter deos et homines, tamquam internuntios et interpretes qui hinc ferant petitiones nostras, inde referant deorum suppetias, sed esse spiritus nocendi cupidissimos, a iustitia penitus alienos, superbia tumidos, invidentia lividos, fallacia callidos, qui in hoc quidem aere habitant, quia de celi superioris sublimitate deiecti, merito irregressibilis transgressionis in hoc sibi congruo velut carcere predampnati sunt. Nec tamen quia supra terras et aquas aeris locus est, ideo et ipsi sunt meritis superiores hominibus, qui eos non terreno corpore, sed electo in auxilium deo vero, pia mente facillime superant. Sed multis plane participatione vere religionis indignis tamquam captis subditisque dominantur, quorum maxime parti et mirabilibus et fallacibus signis

Quod nullo modo demones sint inter medii inter deos et homines, ut ferant petitiones hominum et referant interpreta ut vult apuleius et eiusmodi.

sive factorum sive portentorum deos se esse persuaserunt. Quibusdam non vicia eorum aliis attentius et diligentius intuentibus non potuerunt persuadere, quod dii sunt, atque inter deos et homines internuntios ac beneficiorum impetratores se esse finxerunt. Verum non istum saltem honorem hominis eis deferendum putaverunt, qui illos nec deos esse credebant, quia malos videbant, deos autem omnes bonos volebant, nec audebant tamen omnino indignos dicere honore divino, maxime ne offenderent populos, a quibus eis cernebant inveterata superstitione per tot sacra et templa serviri.

Quid hermes termegistus de ydolatria senserit et unde scire potuerit superstitiones egyptias auferendas. xxiii

Nam diversa de illis hermes egyptius, quem trimegistum vocant, sensit et scripsit. Apuleius enim deos quidem negat eos illos, sed cum dicit ita inter homines et deos quadam medietate versari, ut hominibus apud ipsos deos necessarii videantur, cultum eorum a superiorum deorum religione non separat. Ille autem egyptius alios deos esse a summo deo factos, alios ab hominibus, hoc qui audit sicut a me positum est, putat dici de simulachris, quia opera sunt manuum hominum. At ille visibilia et contrectabilia simulachra velut corpora deorum esse asserit. Inesse autem hiis quosdam spiritus invitatos, qui valeant aliquid, sive ad nocendum, sive ad desideria nonnulla complenda eorum, a quibus eis divini honores et cultus obsequia deferuntur. Hos ergo spiritus invisibiles per artem quandam visibilibus rebus corporalis materie copulare, ut sint quasi animata corpora, illis spiritibus dicata et subdita simulachra, hoc esse dicit deos facere, eamque magnam et admirabilem deos faciendi artem accepisse homines. Proferam huius egyptii verba, sicut in nostram linguam interpretata sunt. Ponam et quod de cogitatione inquit et consortio hominum deorumque nobis indicitur sermo, potestatem hominis o asclepi, vimque cognosce. Deus inquit et pater vel quod est summum deus, ut effector est deorum celestium, ita homo fictor est deorum, qui in templis sunt, humana proximitate contenti. Et paulo post: Ita humanitas inquit semper memor nature et originis sue, in illa divinitatis imitatione perseverat, ut sicut pater ac dominus ut sui similes essent deos fecit eternos, ita humanitas deos suos ex sui vultus similitudine figuraret. Hic cum asclepius ad quem maxime loquebatur ei respondisset: Statuas dicis o trimegiste? Tunc ille: Statuas inquit o asclepi, vides quatenus tu ipse diffidas? statuas animatas sensu et spiritu plenas, tantaque facientes et talia, statuas futurorum prescias, easque sorte vate sompnis, multisque aliis rebus predicentes, inbecillitates hominibus facientes, easque curantes, tristitiam leticiamque pro meritis. An ignoras o asclepi quod egyptus ymago sit celi, aut quod est verius translatio aut descensio omnium que gubernantur atque exercentur

Hermes egiptius qui et trimegistus a maximum

Trimegistus ad asclepium de diis demonibus.

in celo. Atque si dicendum est verius, terra nostra mundi totius est templum. et tamen quoniam prescire cuncta prudentem decet, istud vos ignorare fas non est. futurum tempus est, cum appareat egyptios incassum pia mente divinitatem sedula religione servasse. Deinde multis hermes verbis hunc locum exequitur, quo videtur hoc tempus predicere, quo christiana religio, quanto est verior atque sanctior, tanto vehementius et liberius cuncta fallacia figmenta subvertit, ut gratia verissimi salvatoris liberet hominem ab eis diis quos facit homo, et ei deo subdat a quo factus est homo. Sed hermes cum ista predicit velud amicus eisdem ludificationibus demonum loquitur, nec christianum nomen evidenter exprimit, sed tamquam ea tollerentur atque delerentur quorum observatione celestis similitudo custodiretur in egypto, ita hec futura deplorans luctuosa quodammodo predicatione testatur. Erat enim de hiis de quibus dicit apostolus, quia cognoscentes deum non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum. dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, et immutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et cetera, que commemorare longum est. Multa quippe talia dicit de uno vero deo fabricatore mundi, qualia veritas habet, et nescio quomodo illa obscuratione cordis ad ista dilabitur, ut diis quos confitetur ab hominibus fieri semper velit homines subditos, et hec futuro tempore plangat auferri. Quasi quicquam sit infelicius homine cui sua figmenta dominantur. Cum sit facilius ut tamquam deos colendo quos fecit, nec ipse sit homo, quam ut per eius cultum dii possint esse quos fecit homo. Citius enim fit ut homo in honore positus pecoribus non intelligens comparetur, quam ut operi dei ad eius ymaginem facto ipsius hominis opus preferatur. Quapropter merito homo deficit ab illo qui eum fecit, cum sibi prefecit ipse quod fecit. Hec vana deceptoria perniciosa sacrilega hermes egyptius, quia tempus quo auferrentur venturum sciebat, dolebat. sed tam impudenter dolebat quam impudenter sciebat. Non enim hoc ei revelaverat spiritus sanctus sicut prophetis sanctis, qui hec previdentes cum exultatione dicebant: Si faciet homo deos, et ecce ipsi non sunt dii. Et alio loco: Erit in illa die, dicit dominus, exterminabo nomina simulachrorum a terra, et non iam erit eorum memoria. Proprie vero de egypto quod ad hanc rem attinet ita sanctus ysaias prophetat: Et movebuntur manufacta egypti a facie eius, et cor eorum vincetur in eis, et cetera huiusmodi. Ex quo genere et illi erant qui venturum quod sciebant venisse gaudebant, qualis symeon, qualis anna, qui mox natum ihesum, qualis elizabeth, que etiam conceptum in spiritu agnovit, qualis petrus revelante patre dicens: Tu es christus filius dei vivi. Huic autem egyptio illi spiritus indicaverant futura tempora perditionis sue, qui etiam presenti in carne domino trementes dixerunt: Quid venisti ante tempus perdere nos? sive quia subitum illis fuit quod futurum quidem, sed tardius

venturum sciebat (margin)

Quod nullis spiritus non revelavit hermeti egyptio quod dixit ille propheticus spiritus ysaie et symeoni et anne, elizabeth et petro

opinabantur, sive quod in perditionem suam hanc ipsam dicebant, qua fiebat ut cogniti spernerentur. et hoc erat ante tempus, id est iudicii, quo eterna dampnatione puniendi sunt cum omnibus etiam hominibus qui eorum societate detinentur, sicut religio loquitur, que nec fallit nec fallitur. Non sicut iste omni vento doctrine hinc atque inde perflatus et falsis vera permiscens dolet quasi perituram religionem, quam postea confitetur errorem. Post multa enim ad hoc ipsum redit, ut iterum dicat de dyis quos homines fecerunt, ita loquens: Sed iam de talibus sit satis dictum talia. Iterum nunc de homine rationeque redeamus, ex quo divino dono homo animal dictum est rationale. Minus enim miranda, etsi miranda sunt, que de homine dicta sunt. Omnium enim mirabilium vincit admirationem quod homo divinam potuit invenire naturam eamque efficere.

id est ante tempus

de dyis quos fecerunt homines, de ratione hominis, de errore et adinventione atque et de deo omnibus

Quod hermes parentum suorum sit confessus errorem, quem tamen doluerit destruendum. XXIIII capitulum.

Quoniam ergo proavi nostri multum errabant circa deorum rationem increduli et non animadvertentes ad cultum religionemque divinam, invenerunt artem qua efficerent deos. cui inventae adiunxerunt virtutem de mundi natura convenientem eamque miscentes, quoniam animas facere non poterant, evocantes animas demonum vel angelorum eas indiderunt ymaginibus sanctis divinisque misteriis, per quas ydola et benefaciendi et malefaciendi vires habere potuissent. Nescio utrum sic confiterentur ipsi demones adiurati, quomodo iste confessus est, qui inquit: proavi nostri multum errabant circa deorum rationem increduli et non animadvertentes ad cultum religionemque divinam, invenerunt artem qua efficerent deos. Numquid nam saltem mediocriter eos dixit errasse, ut hanc artem invenirent faciendi deos, aut contentus fuit dicere errabant, nisi adderet et diceret multum errabant? Iste ergo multus error et incredulitas non advertentium ad cultum religionemque divinam invenit artem qua efficeret deos. et tamen quod multus error et incredulitas et aversio animi a cultu ac religione divina invenit, ut homo arte faceret deos, hoc dolet vir sapiens tamquam religionem divinam venturo certo tempore auferri. Vide si non et vi divina manifestat antiquiorum suorum errorem preteritum, et vi dyabolica penam demonum futuram dolere compellitur. Si enim proavi eorum multum errando circa deorum rationem incredulitate et aversione animi a cultu ac religione divina invenerunt artem qua efficerent deos, quid mirum si hec ars detestanda quicquid fecit aversa a religione divina aufertur religione divina, cum veritas emendat errores, fides redarguit incredulitatem, conversio corrigit aversionem? Si enim tacitis causis dixisset proavos suos invenisse artem qua facerent deos, nostrum fuit utique, si quid pium rectumque saperemus, attendere et videre nequaquam illos ad hanc artem pervenire potuisse qua homo deos facit, si a veritate non oberrabant, si ea que deo digna sunt crederent, si

Quod antiquiores errorem invenere maiorum qua efficerent deos et quod hec ars deorum detestandum sit.

aufertur religione divina

aui adduxerint ad cultum religionis divinam / et tamen si causas artis huius / nos dicimus / multum errorem hominum et incredulitatem et animi errantis atque infidelis / a divina religione aversionem / ut atque ferenda essent / impudentia / resistentium virtuti / Cum vero idem ipse / qui potentatem huius artis super omnia cetera miratur / in homine / qua illi deos facere potestissimum est / et dolet venturum esse tempus / quo haec omnia deorum figmenta / ab hominibus instituta etiam legibus iubeantur auferri / Confitetur tamen atque exprimit causas quare ad ista perventum sit dicens / proavos suos / multo errore et incredulitate / et animum non advertendo ad cultum religionemque divinam invenisse hanc artem qua facerent deos. Nos quid oportet dicere vel potius quid agere / nisi quantas possumus gratias / domino deo nostro / qui haec contrariis causis qua instituta sunt abstulit / Nam quod instituit multitudo erroris / abstulit via veritatis / quod instituit incultu religionis divine aversio / abstulit ad unum verum deum sanctum conversio / Nec in sola Egipto quam solam in isto plangit demonum spiritus / sed in omni terra / quae cantat domino canticum novum / sicut vere sacre et vere prophetice litterae prenuntiaverunt / Ubi scriptum est / Cantate domino omnis terra / Titulus quippe psalmi huius est / Quando domus edificabatur post captivitatem / edificatur enim domus domino / dei civitas quae est sancta ecclesia / in omni terra / post eam captivitatem qua illos homines de quibus credentibus in deum tamquam lapidibus vivis domus edificabatur / captivos demonia possidebant. Neque enim quia deos homo faciebat / ideo non ab eis possidebatur ipse qui fecerat / quando in eorum societatem colendo traducebatur / societatem dico non ydolorum stolidorum / sed versutorum demoniorum. Nam quid sunt ydola / nisi quod eadem scriptura dicit / oculos habent et non vident / Et quidquid tale de materiis licet affabre effigiatis / tamen vita sensuque carentibus dicendum fuit / Sed inmundi spiritus eisdem simulachris / arte illa nepharia colligati / cultorum suorum animas in suam societatem redigendo miserabiliter captivaverant / Unde dicit apostolus / Scimus quia nichil est ydolum / sed quae ymolant gentes / demoniis ymolant et non deo / Nolo vos socios fieri demoniorum / Post hanc ergo captivitatem / qua homines a malignis demonibus tenebantur / dei domus edificatur in omni terra / Unde titulum psalmus ille accepit / ubi dicitur / Cantate domino canticum novum cantate domino omnis terra / Cantate domino et benedicite nomini eius / Annuntiate diem ex die salutare eius / Annuntiate in gentibus gloriam eius / in omnibus populis mirabilia eius / Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis / terribilis est super omnes deos / Quia omnes dii gentium demonia / dominus autem celos fecit / Qui ergo doluit venturum fuisse tempus / quo aufferretur cultus ydolorum et in eos qui colerent / dominatio demoniorum / malo spiritu instigatus / semper volebat istam captivitatem manere / qua transacta / psalmus canit edificari domum in omni terra / Prenuntiabat illa Hermes dolendo / prenuntiabat hoc propheta gaudendo / quia spiritus victor est / qui haec per sanctos prophetas canebat / Etiam Hermes ipse ea quae nolebat et dolebat aufferri / non a prudentibus et fidelibus et religiosis / sed ab errantibus et incredulis et a cultu divine religionis aversis esse instituta / miris modis coactus est confiteri / Qui quamvis eos appellet deos / tamen cum dicit a talibus hominibus factos / quales esse utique non debemus / velit nolit / ostendit colendos non esse ab eis / qui tales non sunt / quales fuerunt a quibus facti sunt / hoc est a prudentibus fidelibus religiosis / simul etiam demonstrans / ipsos homines qui eos fecerunt / sibimet importasse / ut eos haberent deos / qui non erant dii / Verum enim est quippe illud propheticum / Si faciet homo deos / et ecce ipsi non sunt dii / Deos ergo tales talium / deos arte factos a talibus / cum appellasset Hermes / id est ydolis demones per artem nescio quam cupiditatum suarum vinculis illigatos / cum appellaret factos ab hominibus deos / non tamen eis dedit quod Platonicus Apuleius / unde iam satis diximus / et quam sit inconveniens absurdumque monstravimus / ut ipsi essent interpretes et intercessores inter deos / quos fecit deus / [et homines quos idem fecit deus] / hinc afferentes vota / inde munera referentes / Nimis enim stultum est credere deos / quos fecerunt homines / plus valere apud eos quos fecit deus / quam valent ipsi homines / quos idem fecit deus / Demon quippe simulachro arte impia colligatus / ab homine factus est deus / sed tali homini / non omni homini / Qualis est ergo iste deus / quem non faceret homo / nisi errans et incredulus et aversus a vero deo / Porro si demones qui coluntur in templis / per artem nescio quam imaginibus inditi / hoc est visibilibus simulachris / ab eis hominibus qui hac arte fecerunt deos / cum aberrarent aversique essent / a cultu et religione divina / non sunt internuntii et interpretes inter homines et deos / et propter suos pessimos ac turpissimos mores / et quod homines quamvis errantes et increduli et aversi a cultu ac religione divina / tamen eis sine dubio meliores sunt / quos deos ipsi artefecerunt / Restat ut quod possunt / tamquam demones possint / vel quasi beneficia prestando magis nocentes / quia magis decipientes / vel aperte malefaciendo / nec tamen quodlibet horum / nisi quando permittuntur / alta et secreta dei providentia / Non autem tamquam medii inter homines et deos / per amicitiam deorum multum apud homines valeant / Hii enim diis bonis / quos sanctos angelos nos vocamus / rationalesque creaturas / sancte celestis habitationis sive potestatis amici esse omnino non possunt / a quibus tam longe absunt animi affectione quam longe absunt

virtutibus vitia

Marginal notes:

credulitas instituit incredulitas abstulit fides

Hermes egiptius dolet homines maiores suos quod deos fecerunt qui tamen postmodum a cura religionis aufferri debuerunt

De edificatione domus dei et canticum psalmi Cantate domino canticum novum et cum omnes dii gentium demonia

De edificatione domus. Quia vera religio et fides multas superstitiones abstulit et potestatem malorum spirituum et deorum falsorum et in nichilum redegit

Quid dicat Hermes et Apuleius platonicus de diis et demonibus et de eorum interpretatione quod falsum est quia plus valent homines quos fecit deus quam dii quos fecerunt homines

a virtutibus vicia et a bonitate malicia &c. / De hiis qui sanctis angelis et bonis hominibus possint esse communia. xxvi.

Nullo modo igitur per demonum quasi mediatorem ambigendum est ad benivolentiam seu beneficia deorum vel potius angelorum bonorum, sed per bone voluntatis similitudinem qua cum illis sumus et cum illis vivimus et cum illis deum colimus, et si eos carnalibus oculis videre non possumus. In quantum autem dissimilitudine voluntatis et fragilitate infirmitatis miseri sumus, in tantum ab eis longe sumus vite merito, non corporis loco. Non enim quia in terra conditione carnis habitamus, sed si inmunditia cordis terrena sapimus, non eis iungimur. Cum vero sanamur ut quales ipsi sunt simus, fide illis interim appropinquamus, si ab illo nos fieri beatos, a quo et ipsi facti sunt, etiam ipsis faventibus credimus.

Quod ydolorum cultores ydola et deos non sunt se nituntur inter deos bonos qui angeli appellantur et homines esse non putant propter dissimilitudinem

Hanc advertendum est quod iste egiptius cum doleret tempus esse venturum quo illa auferentur ex egipto, que fatetur a multum errantibus et incredulis et a cultu divine religionis aversis esse instituta, ait inter cetera: Tunc terra ista sanctissima, sedes delubrorum atque templorum, sepulchrorum erit mortuorumque plenissima. Quasi vero si illa non auferrentur non essent homines morituri, aut alibi essent mortui ponendi quam in terra; et utique quanto plus volvetur temporis et dierum, tanto maior esset numerus sepulchrorum propter maiorem numerum mortuorum. Sed hoc videtur dolere quod memorie martirum nostrorum templis eorum delubrisque succederent. Ut videlicet qui hec legunt animo a nobis averso atque perverso putent a paganis cultos fuisse deos in templis, a nobis autem coli mortuos in sepulchris. Tanta enim homines impii cecitate in montes quodammodo offendunt resque oculos suos ferientes nolunt videre. Ut non attendant in omnibus litteris paganorum aut non inveniri aut vix inveniri deos qui non homines fuerint mortuisque divini honores delati sint. Omitto quod Varro dicit omnes ab eis mortuos existimari manes deos, et probat per ea sacra que omnibus fere mortuis exhibent. Ubi et ludos commemorat funebres, tamquam hoc sit maximum divinitatis indicium, quod non soleant ludi nisi numinibus celebrari. Hermes ipse de quo nunc agitur, in eodem ipso libro ubi quasi futura prenunciando deplorans ait: Tunc terra ista sanctissima, sedes delubrorum atque templorum, sepulchrorum erit mortuorumque plenissima, deos egipti homines mortuos esse testatur. Cum enim dixisset proavos suos multum errantes circa deorum rationem incredulos et non animadvertentes ad cultum religionemque divinam invenisse artem qua efficerent deos, cui inventi inquit adiunxerunt virtutem de mundi natura convenientem eamque miscentes, quoniam animas facere non poterant, evocantes

Quod hermes egiptius doluit predicenda [illegible] doluit quod in memoriis templis eorum et delubris succederet et quod illi dii homines fuerint et quod Varro dicit deos esse manes.

animas demonum vel angelorum eas indiderunt ymaginibus sanctis divinisque misteriis, per quas ydola et bene faciendi et male vires habere possent. Deinde sequitur et tamquam hoc exemplis probaturus et dicit: Avus enim tuus, o Asclepi, medicine primus inventor, cui templum consecratum est in monte Lybie circa litus cocodrillorum, in quo eius iacet mundanus homo, id est corpus; reliquus enim vel potius totus, si est homo totus in sensu vite, melior remeavit in celum, omnia etiam nunc hominibus adiumenta prestans infirmis numine nunc suo que solet medicine arte prebere. Ecce dixit mortuum coli pro deo in eo loco ubi habebat sepulturam, falsus ac fallens quod remeavit in celum. Adiungens deinde aliud: Hermes inquit, cuius avitum mihi nomen est, nonne in sibi cognomine patria consistens omnes mortales undique venientes adiuvat atque conservat? Hunc enim Hermem maiorem, id est Mercurium, quem dicit avum suum fuisse, in Hermopoli, hoc est in sui nominis civitate, esse perhibetur. Ecce duos deos dicit homines fuisse, Esculapium et Mercurium. Sed de Esculapio et greci et latini hoc idem sentiunt. Mercurium autem multi non putant fuisse mortalem, quem tamen iste avum suum fuisse testatur. At alius enim est ille, alius iste, quamvis eodem nomine nuncupentur. Non multum pugno, alius ille sit, alius iste. Verum et iste sicut Esculapius ex homine deus secundum testimonium tanti apud suos viri huius Termegisti nepotis sui. Adhuc et addit et dicit: Ysim vero uxorem Osyris quam multa bona prestare propitiam, quantis obesse scimus iratam. Deinde ut ostenderet ex hoc genere esse deos quos illa arte homines faciunt, unde dat intelligi demones se opinari ex hominum mortuorum animis extitisse, quos per artem quam invenerunt homines multum errantes, increduli et irreligiosi, ait inditos simulacris, quia hii qui tales deos faciebant animas facere non utique poterant; cum de Yside dixisset quod commemoravi, quantis obesse scimus iratam, secutus adiunxit: Terrenis etenim diis atque mundanis facile est irasci, utpote qui sunt ab hominibus ex utraque natura [facti atque compositi ex utraque natura] dicit ex anima et corpore, ut pro anima sit demon, pro corpore simulachrum. Unde contingit inquit ab egiptiis hec sancta animalia nuncupari colique per singulas civitates eorum animas [quorum] sunt consecrate viventes, ita ut eorum legibus incolantur et eorum nominibus nuncupentur. Ubi est illa velut querela luctuosa, quod terra egipti sanctissima sedes delubrorum atque templorum sepulchrorum futura esset mortuorumque plenissima? Nempe spiritus fallax cuius instinctu Hermes ista dicebat per eum ipsum coactus est confiteri iam tunc illam terram sepulchrorum et mortuorum quos pro diis colebant esse plenissimam. Sed dolor demonum per eum loquebatur qui suas futuras penas apud sanctorum martirum memorias iminere merebant. In multis

Quid dicat hermes de manibus demonibus diis silachris animantibus de esculapio medico eius templo in monte lybie circa litus cocodrilli.

Hermes dicit mercurium avum suum in hermopoli esculapium.

De termegisto osiri yside et de aliis.

cuꝫ talibus locis torquentur/ et confitent̃ et de
possessis hoīm corporibus exeunt. De mō honor/

Nec tamē nos eisdem mr̃ibꝰ templa sac quem xpiani mr̃ibꝰ impēdūt xxvi
docia sacra et sacrificia constituimꝰ/ qꝛ nō
api sꝫ deus eorum nobis est deus. Honoramꝰ sac
memorias eoꝝ tamquā scōꝝ hoīm dei/ qui usqꝫ ad
mortem corporꝝ suorꝝ proveritate certarunt/ vt ī no
tesceret vā religio/ falsis factis qꝫ conuictis/ q̄ eē siquī
antea sentiebant/ tiendo reprimebāt/ Quis ante
audiuit aliqñ fidelium stantem sac Qꝛ catholici
dotem ad altare/ ꝛ sup scm̄ corpus scōs honorāt
mr̃is/ ad dei honorem/ cultum qꝫ nō ob scōꝝ hono
constructum/ dicē in pcibus offero rem sed ob dei
tibi sacrificium/ petre uel paule/ uel reuerenciam
cipriane/ cum aput eoꝝ memorias offeratur/ deo
/ qui eos et hoīes et mr̃es fecit/ et scīs suis ange
lis/ celestis honore sociauit/ Vt ea celebritate et
deo veō/ de illoꝝ victorijs grās agamꝰ/ et nos adimi
tacōem talium coronarꝫ atqꝫ palmarꝫ/ eodem ī voca
to in auxilium/ ex illorum memorie renouatione
adhortemur/ quecumqꝫ igitur adhibentur religi
osoꝝ obsequia ī martirum locis/ ornamenta sunt
memoriarꝫ/ nō sacra uel sacrificia mortuorꝫ/ tamquā
deoꝝ/ quicumqꝫ etiā epulas suas eo deferunt/ q̄ quidē
ꝑ ams melioribus nō fit/ et in plerisqꝫ terrꝫ nulla
talis ē cōsuetudo/ tū quicumqꝫ id faciunt/ quas cū
apposuerint orant/ et auferunt/ ut Qꝛ xpiani
uescantur uel ex eis etiam indigen nō colunt mr̃es
tibus largiantur/ sanctificari sibi eas uo uel scōs pp
lunt/ per merita mr̃m/ in nomine dn̄i mr̃m aliqd̃ emen
/ nō autem eē ista sacrificia mr̃m nouit ut faciūt pa
Qui nouit vnum/ qd̄ etiam illic offertur gani suos
sacrificium xpianorꝫ/ Nos itaqꝫ mr̃es nr̄os deos.
nec diuinis honoribꝰ/ nec humanis crimi
bus colimꝰ/ sicut colunt illi deos suos/ nec sacrificia
illis offerimꝰ/ nec eoꝝ probra in eoꝝ sacra cōuitimꝰ
Nam de yside uxore/ osyris egipcia De osyri vxore
dea et de parentibus eorum/ qui omīs eius yde et me
reges fuisse scribuntur/ quibꝰ parentibꝰ rcēte segete or
suis/ illa cum sacrificaret in uenit/ ordi di inuētō ccē
segetem/ atqꝫ inde spicas marito rēgi de leōe sacdote
/ et eius consiliario mercurio demonstra scribente ado
uit/ Vnde eadem et cererem volunt/ q̄ lympiadem
et quanta mala nō apoetis sꝫ misticꝰ matrem magni
eoꝝ lr̄is memorie mandata sint/ allexandri
sicut leone sacerdote prodente/ ad olimpia
dem matrem scribit alexand/ legant/ qui volunt uel
potuerint/ et recolant/ q̄ legerint et videant/ quibꝰ homi
bus mortuis/ et de quibꝰ eoꝝ factis tamquam
dijs sacrificia sint instituta/ Absit ut eos quis dos
habeant/ scīs mr̃ibus nr̄is/ quos tū deos nō habemꝰ
/ ulla ex parte audeant comparare/ Sic enim nō ꝯstituimꝰ
sacerdotes/ nec offerimꝰ sacrificia mr̃ibus nr̄is/ quia
incongruum indebitum illicitum est/ atqꝫ vni deo
tantūmō debitum/ ut nec criminibꝰ suis/ nec ludis eoꝝ
turpissimis oblectemꝰ/ ubi uel flagicia ipī cele
brant deoꝝ suorꝝ/ si tunc hoīes erant/ talia commi
serunt uel conficta delectamenta demonum nox
iorꝫ/ si hoīes nō fuerunt/ ex isto genere demonum

socrates nō habet deum/ sed fortasse homini ab
illa arte faciendi deos alieno et innocenti illi
importauerit/ talem deum qui De sorte pho
eadem arte excellere voluerit dedo abeo colē
Quid ergo plura nō esse spūs do de demonibꝰ
istos colendos pp vitam btām de dijs bonis
que post mortem futura est et alijs se
Nullus uel mediocriter prudens cundum
ambigit/ Sꝫ fortasse dicturi st paganos
deos quidem eē hoīes bonos
/ demones aut alios malos/ alios bonos/ Et eos
per quos ad vitam/ in eternum btām puemiamꝰ/ co
lendos eē censebunt/ quos bonos opinantur/
quod quale sit iam ī volumine sequenti videndum ē
Explicit liber octauus Incipiunt tytuli lib ix
s. aug. de ciuitate dei

Ad quem articulum disputacio p
uenerit/ et qꝛ discuciendum sit de residua
questione. i. An inter demones/ quibꝰ dij superiores
sunt/ sit aliqua pars bonoꝝ/ quoꝝ presidio ad vām
btitudinē possit humana aīa puenire/ ij Que
demonibꝰ apuleius ascribat/ quibꝰ tū rōnem
cum subtrahat/ nichil virtutis assignet iij. De
perturbacionibꝰ q̄ aīo accidunt/ que sit peripateti
coꝝ stoycoꝝ qꝫ sentencia iiij. Qꝛ passiones que xpia
noꝝ aīos afficiunt/ nō ī vicium trahunt sꝫ virtutem
exercent v. Quibꝰ passionibꝰ demones confi
tente apuleio exagitentur/ quoꝝ ope hoīes
aput deos asserit adiuuari vi. Qꝛ platonici
figmentis poetaꝝ infamatos deos asserant de
contrarioꝝ studioꝝ certamine/ cum hee partes demonum
nō deorum sint vij. De dijs celestibꝰ et demo
nibus aerijs hoīibꝰ qꝫ terrenis/ apulei platonici bis
figmentis/ poetaꝝ infamatos deos asserant
de contrarioꝝ studioꝝ certamine/ cum hee partes de
monum nō deorum sint vij. De dijs celestibus
et demonibꝰ aerijs/ hoīibꝰ qꝫ terrenis/ apulei
platonici diffinicio viij An amicicia celestium
deoꝝ per intercessionē demonum possit hoīi prouideri
ix Qꝛ secundum platonis sentenciam minꝰ miseri sunt ho
mines in corpore mortali/ quam demones in eterno
x. De opinione platonicoꝝ/ qua putant aīas
hoīm demones eē post corpora xi De mediis eorum
quibꝰ secundum platonicos demonum hoīm qꝫ natura
distinguitur xij Quo demones si nec cū dijs btī
/ nec cum hoīibꝰ sunt miseri/ inter vtramqꝫ partem
sint/ vtriusqꝫ cōmunione sunt medij xiij An hoīes
cum sint mortales possint vā btitudine eē feli
ces xiiij De mediatore dei et hoīm/ homine xpo
ihu xv An racionabiliter platonici diffinierit deos
celestes/ declinantes terrena contagia hoīibus nō
misceri/ quibꝰ ad amiciciam deoꝝ demones suffra
gentur xvi Ad consequendam vitam btām/ q̄
in participacione est summi boni/ nō tali indigere me
diatore hoīem qualis est demon/ sꝫ tali qualis
est vnus xpus xvii Qꝛ fallacia demonum dum
sua intercessione viam spondet ad deum/ hoc ad vi
tam ut hoīes a via vitatis auertat xviij Qꝛ ap
pellacio demonum iam nec aput cultores eoꝝ
assumatur in significacionē alicuius boni xx.

de qualitate scientie que demones superbos facit. XX Ad quem modum dominus voluit demonibus innotescere. XXI Quid inter sit inter scientiam sanctorum angelorum et scientiam demonum. XXII Nomen deorum falso ascribi diis gentium, quod tamen et angelis sanctis et hominibus iustis ex divinarum scripturarum auctoritate commune est. XXIII

Incipit liber IX beati Augustini de civitate dei. Ad quem articulum disputatio premissa pervenerit et quid discutiendum sit de residua questione. Capitulum primum

Et bonos et malos deos esse quidam opinati sunt; quidam vero de diis meliora sentientes tantum eis honoris laudisque tribuerunt, ut nullum deorum malum credere auderent. Sed illi qui quosdam deos bonos, quosdam malos esse dixerunt, demones quoque appellaverunt nomine deorum, quamquam et deos, sed rarius, nomine demonum, ita ut ipsum Iovem, quem volunt esse regem ac principem ceterorum, ab Homero fateantur demonem nuncupatum. Hii autem qui omnes deos non nisi bonos esse asserunt et longe prestantiores eis hominibus qui perhibentur boni, merito moventur demonum factis, que negare non possunt, ea que nullo modo diis quos omnes bonos volunt bonos committi posse existimantes, differentiam inter deos et demones adhibere coguntur; et quicquid eis merito displicet in operibus vel affectibus pravis, quibus vim suam manifestant occulti spiritus, id credant esse demonum, non deorum. Sed quia eosdem demones inter homines et deos ita medios constitutos putant, tamquam nullus deus homini misceatur, ut hinc perferant desiderata, inde referant impetrata, atque hoc platonici precipui philosophorum ac nobilissimi sentiunt, cum quibus velut cum excellentioribus placuit istam examinare questionem, utrum cultus plurimorum deorum prosit ad consequendam vitam beatam que post mortem futura est, libro superiore quesivimus quo pacto demones, qui talibus gaudent qualia boni et prudentes homines aversantur et dampnant, id est sacrilega flagitiosa facinorosa non de quolibet homine, sed de ipsis diis figmenta poetarum et magicarum artium scelera tam puniendamque violentiam, possint quasi propinquiores et amiciores diis bonis conciliare homines bonos; et hoc nulla ratione posse compertum est. Proinde hic liber, sicut in illius fine promiseram, disputationem continere debebit de differentia, si quam volunt esse, non deorum inter se, quos omnes bonos dicunt, nec differentia deorum et demonum, quorum illos ab hominibus longe lateque seiungunt, istos inter deos et homines collocant; sed de differentia ipsorum demonum, quod ad presentem pertinet questionem.

Quod homerus Iovem regem ceterorum demonum appellavit. De sententia platonicorum philosophorum

Disputatio libri de differentia demonum, utrum boni et mali esse possint.

An inter demones, quibus dii superiores sunt, sit aliqua pars bonorum, quorum presidio ad veram beatitudinem possit humana anima pervenire. Capitulum II

Apud plerosque enim usitatum est dici alios bonos, alios malos demones; que sive sit etiam platonicorum sive quorumlibet sententia, nequaquam eius negligenda discussio est, ne quisquam velut demones bonos sequendos sibi esse arbitretur, per quos tamquam medios diis quos omnes bonos credit dum conciliari affectat et studet, ut quasi cum eis possit esse post mortem, irretitus malignorum spirituum deceptus fallacia longe aberret a vero deo, cum quo solo et in quo solo et de quo solo anima humana, id est rationalis et intellectualis, beata est.

Que de demonibus Apuleius asserebat, quibus cum rationem non subtrahit nichil virtutis assignat. III

Que igitur est differentia demonum bonorum et malorum? quandoquidem platonicus Apuleius, de his universaliter disserens et tam multa loquens de aeriis eorum corporibus, de virtutibus tacuit animorum, quibus essent preditis si essent boni. Tacuit ergo beatitudinis causam, indicium vero miserie tacere non potuit, confitens eorum mentem, qua rationales esse perhibuit, non saltem imbutam munitamque virtute passionibus animi irrationabilibus nequaquam cedere, sed ipsam quoque, sicut stultarum mentium mos est, procellosis quodammodo perturbationibus agitari. Verba namque eius de hac re ista sunt: Ex hoc ferme demonum numero, inquit, poete solent haud quaquam procul a veritatis osores et amatores quorundam hominum deos fingere: hos prosperare et evehere, illos contra adversari et affligere. Igitur et misereri et indignari et letari et angi omnemque humani animi faciem pati, simili motu cordis et salo mentis per omnes cogitationum estus fluctuare. Que omnes turbule tempestatesque procul a deorum celestium tranquillitate exulant. Numquid est in his verbis ulla dubitatio, quod non animorum aliquas inferiores partes, sed ipsas demonum mentes, quibus rationalia sunt animalia, velut procellosum salum dixit passionum tempestate turbari? ut ne hominibus quidem sapientibus comparandi sint, qui huiusmodi perturbationibus animorum, a quibus humana non est immunis infirmitas, etiam cum eas huius vite condicione patiuntur, mente imperturbata resistunt, non eis cedentes ad aliquid approbandum vel perpetrandum quod exorbitet a tramite sapientie et lege iustitie; sed stultis mortalibus et iniustis non corporibus sed moribus similes, ut non dicam deteriores, eo quo vetustiores et debita pena insanabiles, ipsius quoque mentis, ut iste appellavit, salo fluctuant, nec in veritate atque virtute, qua turbulentis et pravis affectionibus repugnatur, ex ulla animi parte consistunt.

Cum solo vero deo anima rationalis et intellectualis potest esse beata

Quod dicat Apuleius platonicus de demonibus et de fictione [florum] deorum per poetas

De perturbationibus que animo accidunt, que sit peripateticorum stoycorumque sententia. IIII

Due sunt sententie philosophorum de his animi motibus, que Greci pathe, nostri autem quidam, sicut Cicero, perturbationes, quidam affectiones vel affectus, quidam vero, sicut iste, de greco expressius passiones vocant. Has ergo perturbationes sive affectiones sive passiones quidam philosophi dicunt etiam in sapientem cadere, sed moderatas rationique subiectas, ut eis leges quodammodo

quibus adhuc redigant in modum, dicatque mentis imponant. Haec qui sentiunt, platonici sunt sive aristotelici, cum aristoteles discipulus platonis fuerit, qui sectam paripateticam condidit. Aliis autem sicut stoycis cadere ullas omnino huiusmodi passiones in sapientem non placet. Hos autem, id est stoycos, tullius in libris de finibus bonorum et malorum verbis magis quam rebus adversus platonicos seu paripateticos certare convincit, quandoquidem stoyci nolunt bona appellare, sed commoda corporis et externa, eo quod nullum bonum volunt esse hominis preter virtutem, tamquam artem bene vivendi, que non nisi in animo est. Haec autem isti simpliciter et ex communi loquendi consuetudine appellant bona, sed in comparatione virtutis qua recte vivitur parva et exigua. Ex quo fit ut ab utrisque quodlibet vocetur, seu bona seu commoda, pari tamen extimatione pensentur, nec in hac questione stoyci delectentur nisi novitate verborum. Videtur ergo mihi etiam in hoc, ubi queritur utrum accidant sapienti passiones animi an ab eis sit prorsus alienus, de verbis eos potius quam de rebus facere controversiam. Nam et ipsos nihil hinc aliud quam platonicos et paripateticos sentire existimo, quantum ad vim rerum attinet, non ad vocabulorum sonum. Ut enim alia omittam quibus id ostendam, ne longum faciam, aliquid unum quod sit evidentissimum dicam. In libris quibus titulus est noctium atticarum scribit agellius, vir elegantissimi eloquii et multe ac facunde scientie, se navigasse aliquando cum quodam philosopho nobili stoyco. Is philosophus, sicut latius et uberius quod ego breviter attingam narrat agellius, cum illud navigium horribili celo et mari periculosissime iactaretur, vi timoris expalluit. Id animadversum est ab eis qui aderant, quamvis in mortis vicinia curiosissime attentis, utrumne philosophus animo turbaretur. Deinde tempestate transacta, mox ut securitas prebuit colloquendi vel etiam garriendi locum, quidam ex his quos navis illa portabat, dives luxuriosus asyaticus, philosophum compellat illudens, quod extimuisset atque palluisset, cum ipse mansisset intrepidus in eo quod impendebat exitio. At ille aristippi socratici responsum rettulit, qui cum in re simili eadem verba ab homine simili audisset, respondit illum pro anima nequissimi nebulonis merito non fuisse sollicitum, se autem pro aristippi anima timere debuisse. Hac illo divite responsione depulso, postea quesivit agellius a philosopho, non exagitandi animo sed discendi, quenam illa ratio esset pavoris sui. Qui ut doceret hominem sciendi studio naviter accensum, protulit statim de sarcinula sua stoyci epicteti librum, in quo ea scripta essent que congruerent decretis zenonis et crisippi, quos fuisse stoycorum principes novimus. In eo libro se legisse dicit agellius hoc stoycis placuisse, quod animi visa, que appellant fantasias, nec in potestate est utrum et quando incipiant animo, cum veniunt ex terribilibus et formidabilibus rebus, necesse est etiam sapientis animum moveant, ita ut paulisper vel paveat metu vel tristicia contrahatur, tamquam his passionibus prevenientibus mentis et rationis officium; nec ideo tamen in mente fieri opinionem mali, nec approbari ista eisque consentiri. Hoc enim esse volunt in potestate, idque interesse censent inter animum sapientis et stulti, quod stulti animus eisdem passionibus cedit atque accommodat assensum mentis; sapientis autem, quamvis eas necessitate patiatur, retinet tamen de his que appetere vel fugere rationabiliter debet veram et stabilem inconcussa mente sententiam. Haec ut potui non quidem commodius agellio, sed certe brevius et ut puto planius exposui, que ille se in epicteti libro legisse commemorat eum ex decretis stoycorum dixisse atque sensisse. Que si ita sunt, aut nihil aut pene nihil distat inter stoycorum aliorumque philosophorum opinionem de passionibus et perturbationibus animorum; utrique enim mentem rationemque sapientis ab earum dominatione defendunt. Et ideo fortasse dicunt eas in sapientem non cadere stoyci, quia nequaquam eius sapientiam, qua utique sapiens est, ullo errore obnubilant aut labe subvertunt. Accidunt autem animo sapientis salva serenitate sapientie, propter illa que commoda vel incommoda appellant, quamvis ea noluit dicere bona vel mala. Nam profecto si nihili penderet eas res ille philosophus, quas amissurum se naufragio sentiebat, sicuti est vita ista salusque corporis, non illud ita periculum perhorresceret, ut pallore etiam testimonio proderetur. Verumtamen et illam poterat permotionem pati et fixam tenere mente sententiam, vitam illam salutemque corporis, quorum amissionem minabatur tempestatis immanitas, non esse bona, que illos quibus inessent facerent bonos, sicut facit iusticia. Quod autem aiunt ea nec bona appellanda esse sed commoda, verborum certamini, non rerum examini deputandum est. Quid enim interest utrum aptius bona vocentur an commoda, dum tamen ne his privetur, non minus stoycus quam paripateticus paveat et palleat, ea non equaliter appellando, sed equaliter estimando? Ambo sane, si bonorum istorum seu commodorum periculis ad flagitium vel facinus urgeantur, ut aliter ea retinere non possint, malle se dicunt haec amittere quibus natura corporis salva et incolumis habetur, quam illa committere quibus iusticia violatur. Ita mens ubi fixa est ista sententia, nullas perturbationes, etiam si accidunt inferioribus animi partibus, in se contra rationem prevalere permittit; quin immo eis ipsa dominatur, eisque non consentiendo et potius resistendo regnum virtutis exercet. Talem describit etiam virgilius eneam, ubi ait: Mens immota manet, lacrime volvuntur inanes.

Capitulum V. De passionibus que animos christianorum [illegible] ad virtutem [illegible]

Non est nunc necesse copiose ac diligenter ostendere quid de istis passionibus doceat scriptura divina, qua christiana eruditio continetur. Deo quippe illa ipsam mentem subicit regendam et iuvandam, mentique passiones

Quid dicat aristotiles discipulus paripatetici plotinus stoici et alii philosophi de passionibus et affectionibus

Quid dicat agellius philosophus in libris qui titulus est noctium atticarum, et quid rudi asyatico sibi illudenti pro anima aristippi socratici

Quid dicat agellius ex libro stoyci epicteti decretis zenonis et crisippi stoicorum de fantasiis et affectionibus et passionibus animorum

De opinionibus stoycorum et paripateticorum de bonis et passionibus quid putaverit [illegible]

Quid dicat virgilius de enea

affirmat

ita moderandas ut in usum iustitie conuertant.
Denique in disciplina nostra non tam queritur utrum
pius animus irascatur, sed quare; nec utrum sit tristis,
sed unde sit tristis; nec utrum timeat,
sed quid timeat. Irasci enim peccanti
ut corrigatur, contristari pro afflicto
ut liberetur, timere periclitanti
ne pereat, Nescio utrum quisquam
sana consideratione reprehendat.
Nam et misericordiam stoycorum est
solere culpare. Sed quanto honestius
ille stoycus misericordia perturbaretur hominis liberandi
quam timore naufragii. Longe melius et humanius
et piorum sensibus accommodatius Tullius
in Cesaris laude locutus est, ubi ait: Nulla de
uirtutibus tuis nec admirabilior nec gratior misericordia
est. Quid est autem misericordia nisi aliene miserie quedam
in nostro corde compassio, qua utique, si possimus,
subuenire compellimur? Deseruit autem motus iste
rationi, quando ita prebetur misericordia ut iustitia conseruetur,
siue cum indigenti tribuitur, siue cum ignoscitur
penitenti. Hanc Tullius locutor egregius non dubitauit
appellare uirtutem, quam stoycus inter uitia
numerare non pudet. Qui tamen, ut docuit liber
Epicteti nobilissimi stoyci ex decretis Zenonis
et Crisippi, qui huius secte primas habuerunt, huiusmodi
passiones in animum sapientis admittunt, quem uitiis
omnibus liberum esse uolunt. Unde
fit consequens ut hec ipsa non putent
uitia, quando sapienti sic accidunt ut
contra uirtutem mentis rationemque
nihil possint, et una sit eadem
que sententia peripateticorum uel etiam
platonicorum et ipsorum stoycorum.
Sed ut ait Tullius, ubi controuersia
iam diu torquet homines grecos
contencionis cupidiores quam ueritatis.
Sed adhuc merito queri potest utrum ad uite presentis
pertineat infirmitatem etiam in quibusque bonis officiis
huiusmodi perpeti affectus. Sancti uero angeli
et sine ira puniant quos accipiunt eterna Dei lege
puniendos, et miseris sine miserie compassione
subueniant, et periclitantibus eis quos diligunt sine
timore opitulentur. Et tamen istarum nomina passionum
consuetudine locutionis humane etiam in eos usurpentur,
propter quandam operum similitudinem, non propter
affectionum infirmitatem, sicut ipse Deus secundum
scripturas irascitur, nec tamen ulla passione
turbatur. Hoc enim uerbum uindicte
usurpauit effectus, non illius turbulentus
affectus. **Quibus passionibus demones confitente Apuleio exagitentur, quorum ope homines apud deos asserit adiuuari. c. vi.**

[margin, red:] Quid omnia sententia de passionibus animi que eorum subintrant et quod dicit Tyllius de misericordia quam uirtutem esse dicit quam stoyci uicium esse dixerunt

[margin:] Quod dicit liber Epicteti nobilissimi stoyci ex decretis Zenonis et Crisippi de passionibus animi cum una sit sententia peripateticorum platonicorum et stoycorum et quod dicit Virgilius.

[margin, red:] De sorte philosophorum de deo abcondendo de omnibus de dys bonis et malis secundum paganos.

Quam interim de sanctis angelis questione
dilata uideamus quemadmodum
dicant platonici medios demones inter
deos et homines constitutos istis passionum estibus
fluctuare. Si enim mente ab his libera cuncisque

dominante motus huiusmodi paterentur, non eos diceret Apuleius
similis motu cordis et salo mentis per omnis
cogitationum estus fluctuare. Ipsa igitur mens eorum,
id est pars animi superior, qua rationales sunt, in qua uirtus
et sapientia, si ulla eis esset, passionibus turbulentis
inferioris animi partibus regendis moderandisque dominaretur.
Ipsa, inquam, mens eorum, sicut iste platonicus confitetur,
salo perturbationum fluctuat. Subiecta ergo est mens
demonum passionibus libidinum,
formidinum, irarum atque huiusmodi
ceterorum. Que igitur pars in
eis libera est compos sapientie,
qua placeant diis et ad bonorum
morum similitudinem
hominibus consulant, cum eorum
mens passionum uitiis subiugata
et oppressa, quidquid rationis naturaliter habet, ad fallendum
et decipiendum tanto acrius intendat, quanto eam magis
possidet nocendi cupiditas? **Quod platonici figmentis poetarum infamatos deos asserunt contra eorum studiorum certamina tamen hec pertinent ad demonum non deorum sunt. vii. c.**

[margin:] Quod dicat platonici de demonibus constitutis in medys inter deos et homines et quod Apuleius de passionibus animi et utrum demones eis subiaceant

Quod si quisquam
dicit non ex omnium, sed ex malorum demonum
numero esse quos
poete quorumdam hominum osores et amatores deos non procul
a ueritate confingunt, hos enim
dixit Apuleius salo mentis
per omnis cogitationum estus fluctuare, Quo modo istud
intelligere poterimus, quando, cum hoc diceret, non quorundam hominum
id est malorum, sed omnium demonum medietatem propter aeria
corpora inter deos et homines describebat? Hoc enim ait
fingere poetas, quod ex istorum demonum numero deos faciunt
et eis deorum nomina imponunt et quibus uoluerint
hominibus ex his amicos et inimicos quod distribuunt
ficte carminis impunita licentia, cum deos ab his
demonum moribus et celesti loco et beatitudinis opulentia
remotos esse perhibeant. Hec ergo fictio poetarum
deos dicere, qui dii non sunt, eosque sub deorum nominibus
inter se decertare propter homines quos pro studio partium
diligunt uel oderunt. Non procul autem a ueritate
dicit hanc esse fictionem, quoniam deorum appellati uocabulis,
qui dii non sunt, tales tamen describuntur demones
quales sunt. Denique hinc esse dicit
homericam illam Mineruam, que
medyis cetibus Graium cohibendo
Achilli interuenit. Quod ergo Minerua
illa fuerit, poeticum uult esse figmentum,
eo quod Mineruam deam putat
eamque inter deos, quos omnes bonos
beatosque credit, in alta etherea sede collocat, procul a conuersatione mortalium. Quod autem aliquis
demon fuerit Grecis fauens, Troianisque contrarius, sicut
alius aduersus Grecos Troianorum opitulator, quem
Ueneris seu Martis nomine idem poeta commemorat,
quos deos iste talia non agentes in habitationibus
celestibus ponit, et hii demones pro eis quos amabant
contra eos quos oderant inter se decertauerint, hoc non
procul a ueritate poetas dixisse confessus est. De his
quippe ista dixerunt quos hominibus simili motu cordis

[margin, red:] Quod uterum de uite presentis pertineat infirmitate et in quibusque bonis officiis huiusmodi perpeti affectus uel possessos paganos uel a deo

[margin:] Quod poete sub eorum placit deos esse fingunt de Minerua que Achilli interuenit ut uult Homerus de Venere, Marte et de demonibus

Venatores dicit [illegible] spectaculum quod fiebat in venatione seu amphitheatro in quo pugnabant homines cum bestiis

Aurigas dicit ludos circenses qui et certamine qui ad curruum appellati sunt

et salo mentis per omnes cogitacionum estus fluctuare testatur ut possent amores et odia non pro iusto sed sicut populus similis eorum in venatoribus et aurigis secundum suarum studia parcium pro aliis adversus alios exercere. Sed enim videtur philosophus curasse platonicus ne cum hec a poetis canerentur non a demonibus mediis sed a diis dijs quorum nomina poete fingendo ponunt ficta crederentur.

De diis celestibus et demonibus aereis hominibus quoque terrenis apulei platonici diffinicio

Quid ipsa diffinicio illa demonum (viii) parumne intuenda est ubi certe omnes diffiniendo complexus est quod ait demones esse genere animalia animo passiva mente racionalia corpore aerea tempore eterna. In quibus quinque commemoratis nichil dixit omnino quod demones cum bonis saltem hominibus viderentur habere commune quod non esset in malis. Nam ipsos homines cum aliquanto latius describendo complecteretur suo loco de illis dicens tamquam de infimis atque terrenis cum prius dixisset de celestibus diis ut commendatis duabus partibus ex summo et infimo ultimis tercio loco de mediis demonibus loqueretur. Igitur homines inquit racione plaudentes oracione pollentes immortalibus animis moribundis membris levibus et anxiis mentibus brutis et obnoxiis corporibus dissimilibus moribus similibus erroribus pervicaci audacia pertinaci spe casso labore fortuna caduca singillatim mortales cuncti tamen universo genere perpetui vicissim sufficienda prole mutabiles volucri tempore tarda sapiencia cita morte querula vita terras incolunt. Cum tam multa diceret que ad plurimos homines pertinent numquid etiam illud tacuit quod noverat esse paucorum ubi ait tarda sapiencia quod si pretermisisset nullo modo recte genus humanum descriptionis huius tam intenta diligencia (terminasset). Cum vero deorum excellenciam commendaret ipsam beatitudinem quo volunt homines per sapienciam pervenire in eis affirmavit excellere. Proinde si aliquos demones bonos vellet intelligi aliquid etiam in ipsorum descriptione poneret unde vel cum diis aliquam beatitudinis partem vel cum hominibus qualemcumque sapienciam putarentur habere communem. Nunc vero nullum bonum eorum commemoravit quo boni discernuntur a malis quamvis et eorum malicie liberius exprimende pepercerit non tam ne ipsos quam ne cultores eorum apud quos loquebatur offenderet. Significavit tamen prudentibus quid de illis sentire deberent quandoquidem deos quos omnes bonos beatosque credi voluit ab eorum passionibus atque ut ait ipse turbelis omnino separavit sola illos corporum eternitate coniungens animo autem non diis sed hominibus similes demones apertissime inculcans et hoc non sapiencie bono cuius et homines possunt esse participes sed perturbacione passionum que stultis malisque dominatur a sapientibus vero et bonis ita regitur ut malint eam non habere quam vincere. Nam si non corporum sed animorum eternitatem cum diis habere demones vellet intelligi non utique homines ab huius rei consorcio separaret quia et hominibus eternos

Quod apuleius platonicus demones esse dicat genere animalia animo passiva mente racionalia corpore aerea tempore eterna

Diffinicio hominis secundum apuleium philosophum platonicum qui nullum esse demonem bonum esse dicat

esse animos procul dubio sicut platonicus sentit. Sed cum hoc genus animancium describeret in mortalibus animis moribundis membris dixit esse homines.

An amicicia celestium deorum per intercessionem demonum possit homini provideri. ix.

Atque per hoc si propterea commune cum diis eternitatem non habent homines quia corpore sunt mortales propterea quod demones habent quia corpore sunt immortales. Quales igitur mediatores sunt inter homines et deos per quos ad deorum amicicias homines ambiant qui hoc cum hominibus habeant deterius quod est animantis melius hoc autem habent cum diis melius quod est in animante deterius. Cum enim animans id est animal ex anima constet et corpore quorum duorum anima est utique corpore melior et si viciosa et infirma melior certe corpore et sanissimo (et firmissimo) quoniam natura eius excellencior nec labe viciorum postponitur corpori sicut aurum etiam sordidum argento seu plumbo licet purissimo carius estimatur. Isti mediatores deorum et hominum per quos interpositos divinis humana iunguntur cum diis habent corpus eternum viciosum autem cum hominibus animum quasi religio qua volunt diis homines per demones iungi in corpore sit non in animo constituta. Que nam tandem istos mediatores falsos atque fallaces quasi capite deorsum nequicia vel pena suspendit ut inferiorem animalis partem id est corpus cum superioribus superiorem vero id est animum cum inferioribus habeant et cum diis celestibus in parte serviente coniuncti cum hominibus autem terrestribus in parte dominante sint miseri. Corpus quippe servum est sicut et salustius ait animi imperio corporis servicio magis utimur. Adiunxit autem ille alterum nobis cum diis alterum cum beluis commune est quoniam de hominibus loquebatur quibus sicut beluis mortale corpus est. Isti autem quos inter nos et deos mediatores nobis providere philosophi possunt quidem dicere de animo et corpore alterum nobis cum diis alterum nobis cum hominibus commune est. Sed sicut dixi tamquam in perversum ligati atque suspensi servum corpus cum diis beatis dominum animum cum hominibus miseris parte inferiore exaltati superiore deiecti. Unde etiam si quisquam propterea eos putaverit eternitatem cum diis habere quia nulla morte sicut animalium terrestrium animi eorum solvuntur a corpore nec sic existimandum est eorum corpus tamquam honoratorum eternum vehiculum sed eternum vinculum dampnatorum.

Quod homines commune habeant cum diis beatis vel demonibus secundum apuleium

Augustinus dicit quam infirma anima melior sit sanctissimo corpore et aurum sordidum argento vel plumbo licet purissimo carius estimatur

Quod secundum plotinum minus miseri sint homines in corpore mortali quam demones in eterno. x.

Plotinus certe nostre memorie vicinis temporibus platonem ceteris excellencius intellexisse laudatur. Is cum de humanis animis ageret pater inquit misericors mortalia illis vincula faciebat. Ita hoc ipsum quod mortales sunt homines corpore ad

nitatem dei patris per hominem arbitratus est, non semper huius vite miseria tenentur.

Quod plotinus qui platonem intellexisse excellentius creditur laudat sententiam de diis hominibus et demonibus

Hec ira, indigna vindicta est, iniquitas demonum, que in animi passivi miseria, non mortale sicut homines, sed eternum corpus accepit. Esset quippe felicior hominibus si mortale cum eis haberent corpus, et cum diis animum beatum; aut pares hominibus, si cum animo misero corpus saltem mortale cum eis habere meruissent, si tamen acquirerent aliquid pietatis, ut ab erumpnis vel in morte requiescerent. Nunc vero non solum feliciores hominibus non sunt animo misero, sed etiam miseriores sunt perpetuo corporis vinculo. Quos non aliqua pietatis et sapientie disciplina proficere intelligi voluit, ex demonibus fieri deos, cum aptissime dixit demones eternos.

De opinione platonicorum qua putant animas hominum demones esse post corpora. XI c.

Dicit quidem et animas hominum demones esse, et ex hominibus fieri lares, si meriti boni sunt; lemures, si mali, seu larvas; manes autem deos dici, si incertum est bonorum eos seu malorum esse meritorum. In qua opinione quantam voraginem sustinendis (sic) aperiant sectandis perditis moribus, quis non videat, si vel paululum attendat? quandoquidem quamlibet nequam homines fuerint, vel larvas se fieri vel divos manes deos, tanto peiores fiunt quanto sunt nocendi cupidiores. Ut etiam quibusdam sacrificiis tamquam divinis honoribus post mortem se invitari opinantur ut noceant. Larvas quippe dicit esse noxios demones ex hominibus factos. Sed hinc alia questio est. Inde autem perhibet appellari grece beatos eudemones, quia boni sunt animi, hoc est boni demones, animos quoque hominum demones esse confirmans.

[Margin: larvas et manes lares]

[Margin box: Quid dicat plotinus animas hominum deos esse ex hominibus, si lares si meriti boni sunt, lemures si mali seu larvas, manes autem deos dici si incertum est utrum boni vel mali sint]

[Margin: racionalia]

De tribus contrariis quibus secundum platonicos deorum hominumque natura distinguitur. XII c.

Sed nunc de his agimus quos in natura proprie descripsit inter deos et homines, genere animalia, mente rationalia, animo passiva, corpore aerea, tempore eterna. Nempe cum prius deos in sublimi celo, homines autem in terra infima disiunctos locis et nature dignitate secerneret, ita conclusit: Habetis inquit bina interim animalia, deos ab hominibus plurimum differentes loci sublimitate, vite perpetuitate, nature perfectione, nullo inter se propinquo communicatu, cum et habitacula summa ab infimis tanta intercapedo fastigii dispescat, et vivacitas illic eterna et indefecta sit, hic caduca et subsiciva, et ingenia illa ad beatitudinem sublimata, hec ad miserias infimata. Hinc terna video commemorata contraria de duabus nature partibus ultimis, id est summis atque infimis. Nam tria que proposuit de diis laudabilia, eadem repetiuit aliis quidem verbis, ut eis adversa alia tria ex hominibus redderet. Tria deorum hec sunt: loci sublimitas, vite perpetuitas, perfectio nature. Hec aliis verbis ita repetiuit, ut eis tria contraria humane conditionis opponeret. Cum et habitacula inquit summa ab infimis tanta intercapedo fastigii dispescat, quia dixerat loci sublimitatem; et vivacitas inquit illic eterna et indefecta sit, hic caduca et subsiciva, quia dixerat vite perpetuitatem; et ingenia illa inquit ad beatitudinem sublimata, hec ad miserias infimata. Nullo inter se propinquo inquid communicatu, quia dixerat nature perfectionem. Tria igitur ab eo posita sunt deorum, id est locus sublimis, eternitas, beatitudo; et his contraria tria hominum, id est locus infimus, mortalitas, miseria. Inter hec tria deorum et hominum quia demones medios posuit, de loco nulla est controversia. Inter sublime quippe et infimum medius locus aptissime habetur et dicitur. Cetera bina restant, quibus cura attentior adhibenda est, quemadmodum vel aliena esse a demonibus ostendantur, vel sic eis distribuantur, ut medietas videtur exposcere. Sed ab eis aliena esse non possunt. Non enim sicut dicimus locum medium nec summum esse nec infimum, ita demones cum sint animalia, nec beatos esse nec miseros, sicuti sunt arbusta vel pecora, que sunt sensus vel rationis experta, recte possumus dicere. Quorum ergo ratio mentibus inest, aut miseros esse aut beatos necesse est. Item non possumus recte dicere nec mortales esse demones nec eternos. Omnia namque viventia aut in eternum vivunt, aut finiunt morte quod vivunt. Iam vero iste tempore eternos demones dixit. Quid igitur restat, nisi ut hii medii de duobus summis unum habeant, et de duobus infimis alterum? Nam si utraque de imis habebunt, aut utraque de summis, medii non erunt, sed in alteram partem vel resiliunt vel recumbunt. Quia ergo his binis, sicut demonstratum est, carere utroque non possunt, acceptis ex utraque parte singulis mediabuntur. Ac per hoc quia de infimis habere non possunt eternitatem, que ibi non est, unum hoc de summis habent, et ideo non est alterum ad complendam medietatem suam quod de infimis habeant nisi miseriam.

[Margin box: Quod dii ab hominibus in loci differant sublimitate, vite perpetuitate, nature]

[Margin box: De sede deorum que est locus sublimis, hiis eternitas, beatitudo, et que homines habent contraria, videlicet locum infimum, mortalitatem, miseriam]

Quod demones nec cum diis beati nec cum hominibus sint miseri, inter utramque partem sine utriusque communione sint medii. XIII c.

Est itaque secundum platonicos sublimium deorum vel beata eternitas vel eterna beatitudo; hominum vero infimorum vel miseria mortalis vel mortalitas misera; [margin: demonum autem mediorum vel misera eternitas vel eterna miseria]. Nam et quinque illis que in diffinitione demonum posuit, non eos medios sicut promittebat ostendit. Quoniam tria dixit eos habere nobiscum, quod genere animalia, quod mente rationalia, et animo passiva sint; cum diis autem unum, quod tempore eterna; et unum proprium, quod corpore aerea. Quomodo ergo medii, qui unum habent cum summis, tria cum infimis? Quis non videat, relicta medietate, quantum inclinentur et deprimantur in infima? Sed plane etiam ibi medii possunt inveniri, ut unum habeant proprium, quod est corpus aereum, sicut et illi de summis

[Margin box: Quod eternitas est de summis, miseria de imis, de hominibus, diis et demonum natura]

atque infimis, singula propria; diis corpus ethereum, hominibus terrenum. Duo vero communia sunt omnibus, quia genere sunt animalia et mente rationalia. Nam et ipse, cum de diis et hominibus loqueretur, habetis, inquit, bina animalia; et non solent isti deos nisi rationales mente perhibere. Duo sunt residua que sunt anima passiva et corpore eterna, quorum habent unum cum infimis, cum summis alterum, ut proporcionali ratione librata medietas neque sustollatur in summa, neque in infima deprimatur. Ipsa est autem illa demonum misera eternitas vel eterna miseria. Qui enim ait animo passiva, dixisset et misera, nisi eorum cultoribus erubuisset. Porro quia providentia summi dei, sicut et ipsi fatentur, non fortuita temeritate regitur mundus, numquam esset istorum eterna miseria, nisi esset magna malicia. Si igitur beati recte dicuntur eudemones, non sunt eudemones quos inter homines et deos isti in medio locaverunt. Quis est ergo locus bonorum demonum, qui super homines infra deos istis prebeant adiutorium, illis ministerium? Si enim boni eternique sunt, profecto et beati sunt. Eterna autem beatitudo medios eos esse non sinet, quia multum eos diis comparat multumque ab hominibus separat. Unde frustra isti conabuntur ostendere, quomodo demones boni, si et immortales sunt et beati, recte medii constituantur inter deos immortales ac beatos et homines mortales ac miseros. Cum enim utrumque habeant cum diis, et beatitudinem scilicet et immortalitatem, nichil autem horum cum hominibus miseris et mortalibus, quomodo non potius remoti sunt ab hominibus diisque coniuncti, quam inter utrosque medii constituti? Tunc enim medii essent, si haberent et ipsi duo quedam sua non cum binis alterorum, sed cum singulis utrorumque communia. Sicut homo medium quoddam est, sed inter pecora et angelos; ut quia pecus est animal irrationale atque mortale, angelus autem animal rationale et immortale, medius homo est inferior angelis, superior pecoribus, habens cum pecoribus mortalitatem, rationem cum angelis, animal rationale mortale. Ita ergo cum querimus medium inter beatos immortales miserosque mortales, hoc invenire debemus quod aut mortale sit miserum.

Quod demones habent eternam miseriam et quod mundus regitur eterna providentia non fortuita temeritate et quod boni essent in sunt beati domine

Quod homo medius est inter angelos et pecora vel animalia et de opinione quadam boni homines et mali

An homines cum sint mortales possint vera beatitudine esse felices. xiiii

Utrum et beatus et mortalis homo esse possit, magna est inter homines questio. Quidam enim condicionem suam humilius inspexerunt, negaveruntque hominem capacem esse posse beatitudinis, quamdiu mortaliter vivit. Quidam vero extulerunt se et ausi sunt dicere sapientie compotes beatos esse posse mortales ^ miseros et mortales beatos beatitudinem habentes cum immortalibus beatis, mortalitatem cum mortalibus miseris. Profecto enim si beati sunt, invident nemini. Nam quid miserius invidentia? Et ideo mortalibus miseris quanto possunt ad consequendam beatitudinem consulunt, ut etiam immortales valeant esse post mortem et angelis immortalibus beatisque coniungi.

^ Quod si ita est, cur non ipsi pocius medii constituuntur inter mortales

De mediatore dei et hominum homine Christo Ihesu. xv capitulum

Si autem, quod multo credibilius et probabilius disputatur, omnes homines, quamdiu mortales sunt, etiam miseri sint necesse est, querendus est medius qui non solum homo verum etiam deus sit, ut homines ex mortali miseria ad beatam immortalitatem huius medii beata mortalitas interveniendo perducat; quem neque non fieri mortalem oportebat neque permanere mortalem. Mortalis quippe factus est non infirmata verbi divinitate, sed carnis infirmitate suscepta; non autem permansit in ipsa carne mortalis, quam resuscitavit a mortuis, quoniam ipse est fructus mediacionis eius, ut nec ipsi propter quos liberandos mediator effectus est, in perpetua vel carnis morte remanerent. Proinde mediatorem inter nos et deum et mortalitatem habere oportuit transeuntem et beatitudinem permanentem, ut per id quod transit congrueret morituris, et ad id quod permanet transferret ex mortuis. Boni igitur angeli inter miseros mortales et beatos immortales medii esse non possunt. Quamvis ipsi quoque et beati et immortales sunt cum illis, miseri cum istis. ^ Huius contrarius est mediator bonus, qui adversus eorum immortalitatem et miseriam et mortalis esse ad tempus voluit et beatus in eternitate persistere potuit. Ac sic eos et immortales superbos et miseros noxios, ne immortalitatis iactancia seducerent ad miseriam, et sue mortalitatis humilitate et sue beatitudinis benignitate destruxit in cordibus eorum, quorum corda per suam fidem mundans ab illorum immundissima dominacione liberavit. Homo itaque mortalis et miser longe seiunctus ab immortalibus et beatis quid eligat medium, per quod immortalitati et beatitudini copuletur? Quod posset delectare in demonum immortalitate miserum est; quod posset offendere in Christi mortalitate iam non est. Ibi ergo cavenda est miseria sempiterna; hic mors timenda non est, que non esse potuit sempiterna, et beatitudo amanda est sempiterna. Ad hoc se quippe interponit medius immortalis et miser, ut ad immortalitatem beatam transire non sinat, quoniam persistit quod impedit, id est ipsa miseria. Ad hoc se autem interposuit mortalis et beatus, ut mortalitate transacta et ex mortuis faceret immortales, quod in se resurgendo monstravit, et ex miseris beatos, unde numquam ipse discessit. Alius ergo medius malus, qui separat amicos, alius bonus, qui reconciliat inimicos. Et ideo multi sunt medii separatores, quia multitudo que beata est unius dei participacione fit beata; cuius participacionis privacione misera multitudo malorum angelorum, que se opponit potius ad impedimentum quam interponit ad beatitudinis adiutorium, etiam ipsa multitudine obstrepit quodammodo, ne possit ad illud unum beatificum bonum perveniri; ad quod ut perduceremur, non multis sed uno mediatore opus erat, et hoc eo ipso cuius participacione simus beati, hoc est verbo dei non facto, per quod facta sunt omnia. Nec

^ possunt autem angeli mali medii esse quia immortales sunt

Quod homo deus est medius seu mediator inter homines mortales et deum immortalem ad immortalitatem perducat

De bonis angelis et eorum immortalitate et quod miseria sempiterna est timenda et non mors presens et de demonibus

^ per

ob hoc medius est quia ubi et maxime quippe
immortale et maxime beatum ubi longe est a mor
talibus miseris sed mediator per quod homo est ipso
utique ostendens ad illud non solum beatum verum etiam
beatificum bonum non oportere quaerere alios mediatores [nulla]
per quos arbitremur nobis pervenionis gradus esse
moliendos. Quia beatus et beatificus deus factus par
ticeps humanitatis nostre compendium prebuit participa
pande divinitatis sue. Neque enim nos a mortalitate
et miseria liberans ad angelos immortales beatosque
ita perducit ut eorum participatione et nos immorta
les et beati simus sed ad illam trinitatem cuius et an
geli participatione beati sunt. Ideo quum in forma servi ut me
diator esset infra angelos esse voluit in forma dei su[per]
angelos mansit idem in inferioribus via vite qui in superi
oribus vita. Non enim verum est quod idem platonicus
ait platonem dixisse Nullus deus miscetur homi
ni. Et hoc precipuum eorum sublimitatis ait esse specimen
quod nulla attrectatione hominum contaminantur. An ra
tionabiliter platonici diffinierunt deos celestes
declinantes terrena contagia hominibus non misceri
quibus ad amicitiam deorum demones suffragantur.

Ergo demones contaminari XVI
fatetur et ideo a quibus eos con
taminantur mundare non possunt omnes
immundique pariter fient et demones contrectatione
hominum et Nec tum contaminari demones putat
dii profecto meliores sunt quia Quod uno media
illi si miscentur contaminarent tore opus erat
Nam hoc deorum dicit esse precipuum de quo sermo
ut eos sublimitas separatos humana beati hic est ubo
contrectatio contaminare non possit dei non facto
deum quidem summum omnium creatorem per quod facta
quem nos verum deum dicimus sic a sunt omnia
platone predicari asseverat quod ipse sit solus qui
non possit penuria sermonis humani quavis oratione
vel modice comprehendi Vix autem sapientibus viris
cum se vigor animi quantum licuit a corpore removerit
intellectum huius dei id quoque interdum velut in
altissimis tenebris rapidissimo choruscamine
lumine candidum intimitate Si ergo supra omnia vere
summus est deus intelligibili et ineffabili quadam
presentia et si interdum et si tamquam rapidissimo choru
scamine lumine candidum intimitas De mediatore
a deo tamen sapientium mentibus cum se domino nostro ihesu christo
quantum licuit a corpore removerint qui infra angelos
Nec ab eis contaminari potest Quid esse voluit et in forma
est quod isti dii propterea constituuntur dei super angelos mansit
longe in sublimi loco ne contrectatione contaminentur
humana. Quasi vero aliud corpora illa etherea quam
videre sufficiat quorum luce terra quantum sufficit il
lustratur. Porro si non contaminantur sydera cum
videntur quos deos omnes visibiles dicit nec demo
nes hominum contaminantur aspectu quamvis de proxi
mo videantur. An forte vocibus humanis contamina
rentur qui acie non contaminantur oculorum et ideo
demones medios habent per quos eis voces homi
num nuncientur a quibus longe absunt ut incontami
natissimi perseverent. Quid iam de ceteris sensibus
dicam Non enim olfaciendo contaminari vel dii

possint si adessent vel cum adsunt demones
possunt vivorum corporum vaporibus humanorum si tantis
sacrificiorum cadaveribus non contaminantur nidoribus.
In gustandi autem sensu necessitate reficiende morta
litatis urgentur ut fame acti cibos ab hominibus
querant. Tactus vero in potestate est. Nam licet ab eo
potissimum sensu contrectatio dicta videatur hac tamen
ipsis tum si vellent miscerentur ut viderent et viderentur
audirent et audirentur. Tangendi autem que necessi
tas Nam neque homines id concupiscere auderent cum
deorum vel demonum bonorum conspectu vel colloquio
fruerentur et si tanta curiositas procederetur ut vellent quo
nam pacto quispiam posset invitum tangere deum
vel demonem qui nisi captum non De vero deo omnium
posset passerem Videndo igitur visibus creatore et quid
que se prebendo et loquendo et audi dicat philozo
endo dii corporaliter misceri hominibus pho et plona
possent. Hoc autem modo demones si deo de demoni
miscentur ut dixi et non contaminan bus et homi
tur dii autem contaminarentur si misce nibus
rentur incontaminabiles dicit demones et conta
minabiles deos. Si autem contaminantur et demones
quid conferunt hominibus ad vitam post mortem
beatam quos contaminati mundare non possunt ut eos mun
dos diis incontaminatis possint adiungere inter quos
et illos medii constituti sunt. Aut si hoc eis beneficium
non conferunt quid prodest hominibus demonum amica
mediatio. An ut post mortem non ad deos ho
mines per demones transeant sed simul vivant utrique
contaminati atque per hoc neutri beati nisi forte quis
dicat more spongiarum vel huiusmodi rerum mundare
demones amicos suos ut tanto ipsi sordidiores
fiant quanto fiunt homines eis velut tergentibus mundiores.
Quod si ita est contaminatioribus dii miscentur
demonibus qui ne contaminarentur hominum propin
quitatem contrectationemque vitarunt. De diis quid
An forte dii ab hominibus contaminatos conferant
mundare demones nec ab eis contami hominibus
nari et ideo non possunt et homines quomodo et de demo
talia senciant nisi quos fallacissimi nes medi
demones deceperunt. Quid quod si videri atore in[ter]
et videre contaminat videntur ab homini deos et
bus dii quos visibiles dicit clarissima homines
mundi lumina et cetera sydera tutioresque sunt demones
ab ista hominum contaminatione qui non possunt videri nisi
velint. Aut si non videri sed videre contaminat negent
ab istis clarissimis mundi luminibus quos deos opi
nantur videri homines cum radios De contaminatione
suos terras usque pertendant Qui tamen vel meditatione
eorum radii per queque immunda dif de qua philozophi
fusi non contaminantur et dii contami dicunt si dii mis
narentur si hominibus miscerentur et centur demonibus
si esset necessarius in subveniendo con vel hominibus
tactus. Nam radiis solis et lune terra contingi
tur nec istud contaminat lucem. Miror autem plurimum tam
doctos homines qui cuncta corporalia et sensibilia
incorporalibus et intelligibilibus postponenda
iudicaverunt cum agitur de beata vita corporalium contrec
tationum facere mentionem. Ubi est illud plotini ubi ait
Fugiendum est igitur ad carissimam patriam et ibi

[left margin:] homines cultu demonum contaminati si gratia miscerentur hominibus

patre tibi omnia. Quae igitur nisi quid clausis patria aut fuga, nisi similem deo fieri? Si ergo deo, quanto similior, tanto fit quisque propinquior, nulla est ab illo alia longinquitas quam eius dissimilitudo. Incorporali vero illi et eterno et incommutabili tanto est anima hominis dissimilior, quanto rerum temporalium mutabiliumque cupidior.

Sententia Plotini ubi ait: Fugiendum est igitur ad carissimam patriam, et ibi pater et ibi omnia.

Quod ad consequendam vitam beatam que in participatione est summi boni non tali indiget mediatore homo qualis est demon, sed tali qualis est unus Christus. XVII

Hoc ut sanetur, quoniam immortali puritati que in summo est, ea que in imo sunt mortalia et immunda convenire non possunt, opus est quidem mediatore, non tamen tali qui corpus quidem habeat immortale propinquum summis, animum autem morbidum similem infimis, quo morbo nobis invideat potius ne sanemur, quam adiuvet ut sanemur; sed tali qui nobis infimis ex corporis mortalitate coaptatus, immortali spiritus iustitia, per quam non locorum distantia, sed similitudinis excellentia mansit in summis, mundandis liberandisque nobis vere divinum prebeat adiutorium. Qui profecto incontaminabilis deus absit ut contaminationem timeret ex homine quo indutus est, aut ex hominibus inter quos in homine conversatus est. Non enim parva sunt hec interim duo, que salubriter sua incarnatione monstravit, nec carne posse contaminari veram divinitatem, nec putandos demones nobis esse meliores, quia non habent carnem. Hic est, sicut eum sancta scriptura predicat, mediator dei et hominum homo Christus Ihesus, de cuius et divinitate, qua patri semper est equalis, et humanitate, qua nobis factus est similis, non hic locus ut competenter pro nostra facultate dicamus.

Quod fallacia demonum dum sua intercessione viam spondet ad deum hoc agit ut homines a via veritatis avertat. XVIII

Falsi autem illi fallacesque mediatores demones, qui cum spiritus immunditia miseri et maligni per multos effectus clarescant, per corporalium tamen locorum intervalla et aerii corporis levitatem a provectu animorum nos avocare atque avertere moliuntur, non viam prebent ad deum, sed ne via teneatur impediunt. Quandoquidem et in ipsa via corporali, que falsissima est et plena erroris, qua non iter agit iustitia, quoniam non per corporalem altitudinem, sed per spiritualem, hoc est incorporalem similitudinem, ad deum debemus ascendere, in ipsa tamen via corporali, quam demonicolarum amici per elementorum gradus ordinant, inter ethereos deos et terrenos homines aerios demones medios constituentes, hoc deos opinantur habere precipuum, ut propter hoc intervallum locorum contagione non contaminentur humana. Ita demones contaminari potius ab hominibus quam homines mundari a demonibus credunt, et deos ipsos contaminari potuisse, nisi loci altitudine munirentur. Quis tam infelix est, ut ista via mundari se existimet, ubi homines contaminantes, demones contaminati, dii contaminabiles predicantur, et non potius eligat viam, ubi contaminantes magis demones evitentur et ab incontaminabili deo ad ineundam societatem incontaminatorum angelorum homines a contaminatione mundentur?

Quod Christus Ihesus verus est mediator dei et hominum qui nobis filiis fieri et quod [illegible] angelis

Quod appellatione demonum iam nec apud cultores eorum assignatur ne in significatione aliquorum bonorum. XIX

Sed ne de verbis etiam nos certare videamur, quoniam nonnulli istorum, ut ita dixerim, demonicolarum, in quibus et Labeo est, eosdem perhibent ab aliis angelos dici quos ipsi demones nuncupant, iam mihi de bonis angelis aliquid video disserendum, quos isti esse non negant, sed eos bonos demones vocare quam angelos malunt. Nos autem sicut scriptura loquitur, secundum quam christiani sumus, angelos quidem partim bonos partim malos, numquam vero bonos demones legimus, sed ubicumque illarum litterarum hoc nomen positum reperitur, sive demones sive demonia dicantur, non nisi maligni significantur spiritus. Et hanc loquendi consuetudinem intantum populi usquequaque secuti sunt, ut eorum etiam qui pagani appellantur et deos multos ac demones colendos esse contendunt, nullus vero sit tam litteratus et doctus qui audeat in laude vel servo suo dicere: Demonem habes, sed quilibet hoc dicere voluerit, non se aliter accipi quam maledicere voluisse dubitare non possit. Que igitur nos causa compellit ut post offensionem aurium tam multarum, ut iam pene sint omnes qui hoc verbum non nisi in mala parte audire consueverunt, quod diximus cogamur exponere, cum possimus angelorum nomine adhibito eandem offensionem que nomine demonum fieri poterat evitare?

Quod iam angelos bonos esse et malos legimus, nusquam demones bonos esse

De qualitate scientie que demones superbos facit. XX

Quamquam etiam ipsa origo huius nominis, si divinos intueamur libros, aliquid affert cognitione dignissimum. Demones enim dicuntur, quoniam vocabulum grecum est, a scientia nominati. Apostolus autem spiritu sancto locutus ait: Scientia inflat, caritas vero edificat; quod recte aliter non intelligitur, nisi scientiam tunc prodesse, cum caritas inest; sine hac autem inflare, id est in superbiam inanissime quasi ventositatis extollere. Est ergo in demonibus scientia sine caritate, et ideo tam inflati, hoc est tam superbi sunt, ut honores divinos et religionis servitutem, quam vero deo deberi sciunt, sibi satagerint exhiberi, et quantum possunt, et apud quos possunt, adhuc agunt.

Quod scientia sine caritate inflat ut dicit apostolus, sicut fit in demonibus qui grece scientes dicuntur

Ad quem modum dominus voluit demonibus innotescere. XXI

Contra superbiam porro demonum, qua pro meritis possidebatur genus humanum, dei humilitas, que in Christo apparuit, quantam virtutem haberet anime hominum nesciunt immunditia elationis inflate, demonibus similes superbia, non scientia. Ipsi autem demones hoc sciebant, ut ei domino infirmitate carnis induto dicerent: Quid nobis et tibi, Ihesu Nazarene? venisti perdere nos? Clarum est in his verbis quod et in eis scientia erat et caritas non erat; penam quippe suam formidabant,

Quod demones primum sic [illegible] demones dixerunt quo [illegible] volunt quod dixerunt: Quid nobis et tibi Ihesu Nazarene, venisti perdere nos

ab illo / non nulli inscitia atque diligebant / tantum nobis eis in
notuit / quantum voluit / tantum autem voluit quantum o
portuit / Sed innotuit non sicut angelis sanctis / qui eius
sapientiam qui est verbum dei per participatam eternitate perfrui
untur / Sed sicut eis terrendis innotescendum fuit / ex
quorum tyrannica quodammodo potestate fuerat liberaturus hominum
predestinatos in suum regnum et gloriam / semper veram
et vere sempiternam / Innotuit ergo demonibus
non per id quod est vita eterna / et lumen incommutabile
/ quod illuminat pios / cui videndo per fidem que in illo
est / corda mundantur / sed per quedam temporalia / sue
virtutis effecta / et occultissime signa presentie / que
angelicis sensibus / etiam malignorum spirituum / potius
quam infirmitati hominum possent esse conspicua
Denique quando ea paululum supprimenda iudicavit
et aliquantum altius latuit / dubitavit de illo demo
num princeps / eumque temptavit / an Christus esset ex
plorans / quantum se temptari ipse permisit / ut hominem,
quem gerebat / ad nostre imitationis temperaret
exemplum / post illam vero temptationem / cum an
geli / sicut scriptum est / ministrarent ei / boni utique
et sancti / ac per hoc spiritibus inmundis metuendi et
tremendi / magis magisque innotescebat demo
nibus / quantus esset / ut ei iubenti quamvis in illo
contemptibilis videretur carnis infirmitas /
resistere nullus auderet / Quid intersit inter scientiam
sanctorum angelorum et scientiam demonum Capitulum xxii

His igitur angelis bonis / omnis
corporalium temporaliumque rerum
scientia / qua inflantur demones vilis
est / Non quia earum ignari sunt / sed quia illis dei qua
sanctificantur caritas / cara est / pre qua non tantum
incorporali verum etiam incommutabili et ineffa
bili pulchritudine / cuius sancto amore inar
descunt / omnia que infra
sunt et quod est illud non est
secumque ipsos inter illa contemp
nunt / ut ex toto quod boni
sunt / eo bono ex quo bo
ni sunt perfruantur / et ideo etiam

Quare princeps demonum nesciens divinitatem dei demon temptavit in deserto et quia angeli ministrabant

certam temporalia et mutabilia ista noverunt
/ quia eorum principales causas in verbo dei conspi
ciunt per quod factus est mundus / Quibus causis que
dam probantur quedam reprobantur / cuncta ordi
nantur / Demones autem non eterna temporum
causas / et quodammodo cardinales / in dei sapientia
contemplantur / Sed quorundam signorum nobis
occultorum maiore experientia / multo plura quam
homines futura / prospiciunt / dispositiones quoque suas
aliquando prenuntiant / Denique sepe isti / nunquam illi
omnino falluntur / Aliud est enim temporalibus temporalia
et mutabilibus mutabilia coniectare / eisque
temporalem et mutabilem modum sue voluntatis
et facultatis inserere / quod demonibus certa ratione
permissum est / aliud autem in eternis atque incommuta
bilibus dei legibus / que in eius sapientia vivunt / mu
tationes temporum previdere / dei que voluntatem / que tam
certissima quam potentissima est / omnium spiritus eius
participatione cognoscere / quod sanctis angelis cer
ta discretione donatum est / Itaque non solum

eterni verum etiam vere beati sunt / Deus illis est a quo facti
sunt / Illius quippe indeclinabili participatione
et contemplatione perfruuntur / Nomine deorum falso
ascribi diis gentium quod tamen et angelis sanctis et homini
bus iustis ex divinarum scripturarum auctoritate commune est Capitulum xxiii

Hos si platonici malunt
deos / quam demones dicere / eisque
adnumerare / quos a summo deo conditos
deos / scribit eorum auctor et magister Plato / dicant quod
volunt / non enim cum eis de verborum controversia labora
ndum est / Si enim sic immortales / ut tamen a summo
deo factos / et si non per se ipsos / sed ei a quo facti sunt ad
herendo beatos esse dicunt / hoc dicunt / quod dicimus
quolibet eos nomine appellant / Hanc autem plato
nicorum esse sententiam sive omnium sive
meliorum / in eorum litteris inveniri potest
Nam et de ipso nomine / quod huiusmodi
inmortalem beatamque creaturam
/ deos appellant / ideo inter nos
et ipsos pene nulla dissensio est
quia et in nostris sacris litteris legitur / Deus deorum dominus lo
cutus est / Et alibi / Confitemini deo deorum / Et ali
bi / Rex magnus super omnes deos
Illud autem ubi scriptum est / Terribi
lis est super omnes deos / Cur dictum
sit / deinceps ostenditur / Sequitur
enim / Quoniam omnes dii gentium demo
nia / dominus autem celos fecit / Super omnes
ergo dixit / sed gentium / id est quos gen
tes pro diis habent / que sunt demonia / Ideo terribilis
sub quo terrore domino dicebant / Illud vero ubi dicitur
Deus deorum / non potest intelligi deus demoniorum
et rex magnus super omnes deos / Absit ut dicatur
Rex magnus super omnia demonia / Sed homines
quoque in populo dei eadem scriptura deos appel
lat / Ego inquit dixi dii estis
et filii excelsi omnes / Potest itaque in
telligi horum deorum deus qui
dictus est deus deorum / et super hos
deos rex magnus / super omnes
deos / Verumtamen cum a nobis queritur
si homines dicti sunt dii / quia in populo
dei sunt quem per angelos vel per homines
alloquitur deus / Quanto magis immortales
mortales eo nomine digni sunt /
/ qui ea fruuntur beatitudine / ad
quam deum colendo cupiunt homines pervenire / Quid
respondebimus / nisi non frustra in scripturis sanctis expres
sius homines nuncupatos deos / quam illos immorta
les et beatos / quibus nos equales futuros / in resur
rectione promittitur / Ne scilicet propter illorum excellen
tiam / aliquem eorum nobis constituere deorum / infi
delis auderet infirmitas / quod in homine facile est
evitare / Et evidentius dici debuerunt homines
dii / in populo dei / ut certi ac fidentes essent / de illo sunt
qui dictus est deus deorum / Quia etsi appellentur
dii immortales illi et beati qui in celis sunt / non
tamen dicti sunt dii deorum / id est dii hominum in populo
dei constitutorum / quibus est dictum / Ego dixi dii estis
et filii excelsi omnes / Hinc est quod ait apostolus / Et si

Quid sciant demones de temporibus causis rerum dispositionibus signis et experimentis

Quid dicat psalmista et platonici de inmortalitate beata et de diis

Quod deus deorum est deus magnus super omnes deos et dii gentium demonia et quod eius filios nominat deos Ego inquit dii estis id est meliores deos quam dii gentium vel demones

per homini atque beati sunt

hominum

verum si per deos nos

Tamen dictus est Rex magnus

spus qui dicit^ dii sunt in celo sine in terra/ sicut
sunt dii multi et dni multi/ nobis tn unus deus
pr ex quo omnia/ et nos in ipo et unus dns ihus
xpus/ p quē oīa et nos p ipm Non g° multū de
noīe disceptandū est/ cum res ipa ita clareat
ut alicuius scrupulo dubitationis aliena sit/ Illud vo
qd nos ex eorū inmortaliū btorū nūo missos ee an
gelos dicimus/ qui dei voluntatem hoībus annūc
ciarent Illud aut nō placet/ qz hoc
misterium nō p illos/ quos deos appel
lant i. inmortales et btos/ s3 p demo
nes fieri credunt/ quos inmortales tm
nō ee beatos audent dice/ Aut certe
ita inmortales et beatos/ ut tn demo
nes bonos/ nō deos sublimes collocā
tos/ et ab humana contrectatione semotos/ qm minus
nōis controversia videatur/ tn ita detestabile est
nomē demonium/ ut h modis omib; a sanctis ange
lis nos removere debeamus/ Nunc g° ita liber iste
claudatur/ ut sciamus inmortales et btos quolibz
vocentur/ qui tn facti sunt et creati/ medios nō esse
ad inmortalitatem btitudinemqz/ pducendis mor
talibus miseris/ a quibus utraqz dīa separantur/
Qui aut medii sunt/ communem hendo in mortali
tatem cum superioribus/ miseriam cum inferioribus/
Quoniam merito malicie sunt miseri/ btitudinē quam nō
hent/ invidere nobis pot potius qm pbere Unde
nichil hent amici demonum/ qd nobis dignum
afferant/ Cur eos nos tanqm adiu
tores colere debeamus/ quos potius ut
deceptores evitare debemus/ Quos aut
bonos/ et ideo nō solum inmortales/ uerum
etiam btos/ deorum nomine sacris et sac
rificiis/ pp vitam btam/ post mortem ad
ipiscendam colendos putant/ quales cumqz
illi sint/ nō eos velle p tale religionis
obsequium nisi unum deum coli/ a quo creati et cuius p
ticipatione bti sunt adiuvante eo/ in sequenti libro di
ligentius disseremus/ Explicit lib' ix. Incipiunt ty
tuli libri decimi sequuntur

Nobis sanus unus est deus pr et dns nr ihus xp p quē oīa et i quo oīa

Quare angeli nitantur nos his voluntate dei et quare demones tanquam suos deceptores debemus evitare

Et quolibet vocabulo digni sint

Veram beatitudinē/ sine angelis sine
hominibus/ p unum deum fieri/ et platonicos
diffinisse/ sed utrum hii quos ob hoc ipm colendos
putant/ uni tm deo/ an etiam sibi sacrificari velint
ee querendum i. De supna illuminacōe/ quid pla
tinus platonicus senserit ii. De vo dei cultu a
quo platonici/ quamvis creatorē universitatis intel
lexerint/ deviaverunt/ colendo angelos seu bonos
seu malos honore divino iii. Quod uni vero deo
sacrificium debeatur iiii. De sacrificiis que deus nō requirit
s3 ad significationem eorum offerri voluit que requi
rit v. De vero pfectoqz sacrificio/ vi. Quod sanctorum
angelorum ea sit in nos dilectio/ ut nos nō suos s3
unius veri dei velint esse cultores vii. De miracu
lis/ que deus ad corroborandam fidem piorum etiam
p angelorum ministerium/ promissis suis adhibere digna
tus est viii. De illicitis artibus erga demonum
cultum/ in quibus porphirius platonicus quedam
approbando versatur ix. De theurgia que falsam pur
gationem animis demonum invocatione pmittit x. De epla
porphirii ad anebontem egiptium/ qua petit de
diversitate demonum se doceri xi. De miraculis
que p sanctorum angelorum ministerium deus verus operatur
xii. De invisibili deo qui se visibilem sepe
prestitit nō s3 qd est s3 s3 qd potrant ferre cernentes
xiii. De uno deo colendo/ nō solum pp eterna
s3 solum pp temporalia beneficia/ qz universa in ipius pro
videntie potestate consistunt xiiii De ministerio sanctorum
angelorum/ quo providentie dei serviunt/ xv An de
promerenda beata vita hiis angelis sit credendum
qui se coli exigunt honore divino/ an vero illis qui
nō se s3 uni deo sancto precipiunt religione famulari
xvi. De archa testamenti miraculisqz signorum
que ad commendandam legis atqz promissionis auc
toritatem divinitus facta sunt xvii. Contra eos qui de mi
raculis/ quibus dei ppulus eruditus negant ecclie
siasticis libris esse credendum xviii Que ratio sit
visibilis sacrificii/ quod uni vero et invisibili offerri
docet vera religio/ xviiii De summo veroqz sacrificio quod ipse
dei et hominum mediator effectus est xix. De modo potestatis
demonibus date/ ad glorificandos sanctos/ qui ptulerant
iam passionem/ qui aerios spus nō placando
ipos s3 in deo pmanendo vicerunt xx. Unde sit
sanctis adversus demones potestas/ unde cordis vera pur
gatio xxi. De principiis in quibus platonici pur
gationem anime ee profitentur xxii. De uno veroqz pri
ncipio/ qd solum naturam humanam purgat et reno
vat xxiii. Omnes sanctos et sub legis tpe et sub prioribus
seclis/ in sacramento et fide xpi iustificatos fuisse
xxiiii De inconstantia porphirii inter confessionem
veri dei/ et cultum demonum fluctuantis/ xxv De
impietate porphirii que etiam apuleii transcen
dit errorem xxvi. Quibus persuasionibus por
phirius obcecatus/ nō potuit veram sapientiam que
est xpus agnoscere xxvii De incarnatione dni nri
ihu xpi quam confiteri platonicorum erubescit
impietas xxviii Quanta platonicis dogmatis
porphirius refutaverit/ et dissentiendo correxit
xxix Contra argumenta platonicorum quo a
nima humana deo asserunt ee coeternam xxx De
universali via anime liberande quam porphirius male
querendo nō repperit et quam sola gratia xpiana
reseravit Incipit liber decimus sancti a. xxxi
de ci. d. Veram btitudinē sine angelis sine
hominibus p unum deum fieri etiam platoni
cos diffinisse sed utrum hii quos ob hoc ipm
colendos putant uni tm deo an etiam sibi sac
rificari velint ee querendum i.

Omnium certa sententia est/ qui ratione
quoquo modo uti possunt/ btos ee omnes homines
velle/ Qui aut sint uel unde fiant
dum mortalium querit infirmitas
multe magneqz controversie/ concitate sunt/
in quibus phi sua studia et ocia contriverunt
/ quas in medium adducere/ atqz discutere/ et longum
est et nō necessarium/ Si enim recolit/ qui hoc legit/ que
in libro egerimus octavo/ in eligendis phis cum
quibus hec/ de beata vita/ que post mortem futura est
questio tractaretur/ utrum ad eam uni deo vero/ qui

et effector est deorum / an pluribus diis religione
satrisque seruendo / peruenire possimus / non etiam
hic eadem repeti expectat / presertim cum possit
relegendo / si forte oblitus est / adminiculari me
moriam / Eligimus enim platonicos philosophorum om
nium nobilissimos / propterea / quia sapere potuerunt
licet inmortalem ac rationalem
uel intellectualem hominis animam / ni
si participato lumine illius dei a quo et
ipse mundus factus est beatam esse non
posse / Ita illud quod omnes homines
appetunt / id est uitam beatam / quemquam
assecuturum negant / Qui non illi uni
optimo / quod est incommutabilis deus
puritate casti amoris adheserit / Sed quia ipsi
quoque / siue cedentes uanitati errorique populorum
siue ut ait apostolus / Euanescentes in cogitatio
nibus suis / multos deos colendos / ita putauerunt
uel putari voluerunt / ut quidam eorum / etiam demoni
bus diuinos honores sacrorum et sacrificiorum deferre
dos esse censeret / Quibus iam non parua expte
ridimus / Nunc uidendum ac disserendum est /
quantum donat deus / Inmortales ac beati in
celestibus sedibus dominationibus
principatibus potestatibus / constituti
quos isti deos / et ex quibus quosdam
uel bonos demones uel nobiscum
angelos nominant / quid credendi sint
uelle / a nobis religionem pietatem
que seruari / Hoc est ut apertius
dicam / utrum et sibi an tantum deo suo / qui et
noster est / placeat eis / ut sacra faciamus / et sacrifi
cemus / uel aliqua nostra / seu nos ipsos religionis
ritibus consecremus / Hoc enim diuinitati / uel ut
expressius dicendum est / deitati debitus cultus
est / quem / uno uerbo significandum / quoniam mihi satis y
doneum / non occurrit latinum / greco ubi necesse est
insinuo / quid uelim dicere / Latriam quippe nostri
ubicumque sanctarum scripturarum positum est / interpretati sunt
seruitutem / Sed ea seruitus que debetur hominibus
secundum quam precipit apostolus / seruos dominis suis subdi
tos esse debere / alio nomine greco / nuncupari so
let / Latria uero secundum consuetudinem / qua locuti sunt
qui nobis diuina eloquia condiderunt / aut sem
per aut tam frequenter ut pene semper ea dicatur
non soli deo seruitus / que pertinet ad colendum
deum / Proinde si tantummodo cultus dicatur / non so
li deo deberi uidetur / dicimus enim colere homi
nes / quos honorificatione uel recordatione
uel presentia frequentamus / nec solum
ea quibus nos religiosa humilitate
subicimus / sed quedam etiam que sub
iecta sunt nobis perhibentur coli / Nam
ex hoc uerbo et agricole / et coloni et in
cole uocantur / et ipsos deos non ob
aliud appellant / celicolas / nisi quod
celum colant / non utique uenerando
sed inhabitando / tamquam celi quosdam
colonos / non sicut appellantur coloni / qui condi
cionem debent genitali solo / propter agriculturam sub

Quid in libro viii dictum sit de eligendis philozophis et de vita beata et platonicorum sententia de anima

De platonicorum certo sententia de summo uero deo et de anima rationali et in quo dissentiant ab aliis uero de falsis diis

De latria grece est cultus dei diuinus latine et quod hoc nomen cultus ad alia se extendit quod ad deum vero hoc nomine latria exprimitur

dominio possessorum / Sed sicut ait quidam latini elo
quii magnus auctor / Urbs antiqua fuit tyrii
tenuere coloni / A b incolendo enim colonos uocauit
non ab agricultura / Hinc et ciuitates a maioribus ciui
tatibus / uelut populorum examinibus condite colonie
nuncupantur / Ac per hoc cultum quidem non deberi
nisi deo / propria quadam ratione uerbi huius / omnino uerissi
mum est / Sed quia et aliarum rerum dicitur cultus / ideo latine
uno uerbo significari cultus deo debitus non potest / Nam
et ipsa religio / quamuis distinctius / non quemlibet sed dei
cultum significare uideatur / unde isto nomine interpreta
ti sunt nostri / eam que grece treschia dicitur / tamen quia latine
loquendi consuetudine non imperitorum / uerum etiam doctis
simorum / et cognationibus humanis / atque affinitatibus
et quibusque necessitudinibus necessitudinibus dicitur ex
hibenda religio / non eo uocabulo uitatur / ambigui
tas de cultu diuinitatis / Ut ita possimus fidenter dicere re
ligionem / religionem esse nisi cultum dei / Quoniam uidetur
hoc uerbum / a significanda obseruantia
propinquitatis humane / insolenter auferri
Pietas quoque proprie / dei cultus intelligi
solet / quam greci eusebian uocant /
Hec tamen et erga parentes officiose haberi
dicitur / More autem uulgi hoc nomen etiam
in operibus misericordie frequentatur / Quod ideo arbitror
euenisse / quia hec fieri precipue
mandat deus / eaque sibi uel pro sacrificiis placere
testatur / Ex qua loquendi consuetudine factum est ut
deus ipse dicatur pius / quem sane greci nullo sui
sermonis usu / eusebin uocant / Quamuis eusebian pro
misericordia illorum etiam uulgus usurpet / Unde in qui
busdam scripturarum locis / ut distinctio clarior appareret
non eusebian quod ex bono cultu / sed theosebian quod
ex dei cultu conpositum resonat / dicere maluerunt / Utrumque
libet autem horum / nos uno uerbo enuntiare non possumus /
que utique latria / grece nuncupatur / et latine interpre
tatur seruitus / Sed ea qua colimus deum / uel que
treschia grece / latine autem religio dicitur / sed ea que nobis
est erga deum / uel quam illi eusebian / nos uero non in
uno uerbo exprimere / sed dei cultum possumus appellare /
hanc ei tantum deo deberi dicimus / qui uerus est deus
facitque suos cultores deos / Quicumque igitur sunt
in celestibus habitationibus / inmortales / et beati / si
nos non amant / nec beatos esse nos uolunt
colendi utique non sunt / Si autem amant et beatos
nos esse uolunt / profecto inde nolunt unde et ipsi
sunt / an aliunde ipsi beati / aliunde nos / De superna illu
minatione quid plotinus platonicus senserit ii c.

Sed non est nobis ullus cum his excellen
tioribus philosophis / in hac questione conflictus /
Viderunt enim suisque litteris / multis modis
copiose mandauerunt / hinc illos / unde et nos
fieri beatos / obiectu quodam lumine / intelligibili quod
deus est illis / et aliud est quam illi / a quo illustrantur
ut clareant / atque eius participatione
perfecti beatique subsistant / Sepe multumque
plotinus asserit / sensum platonis
explanans / ne illam quidem
quam credunt esse uniuersitatis animam
aliunde beatam esse / quam unde nostram / id est

Quid sit inter eusebian et theosebian grece quod uno uerbo latina exprimimus et de beatitudine

esse lumen, quod ipsa non est, sed a quo creata est, et quo intelligibiliter illuminante intelligibiliter lucet. Dat etiam similitudinem ad illa incorporea de his celestibus conspicuis amplisque corporibus, tamquam ille sit sol et ipsa sit luna. Lunam quippe solis obiectu illuminari putant. Dicit ergo ille magnus platonicus animam rationalem sive potius intellectualis dicenda sit, ex quo genere etiam immortalium beatorumque animas esse intelligit, quos in celestibus sedibus habitare non dubitat, non habere supra se naturam nisi dei, qui fabricatus est mundum, a quo et ipsa facta est, nec aliunde illis supernis preberi vitam beatam et lumen intelligende veritatis quam unde prebetur et nobis, consonans evangelio ubi legitur: Fuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes. Hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In qua differentia satis ostenditur animam rationalem et intellectualem, qualis erat in iohanne, sibi lumen esse non posse, sed alterius veri luminis participatione lucere. Hoc et ipse iohannes fatetur, ubi ei perhibens testimonium dicit: Nos omnes de plenitudine eius accepimus.

(margin) ut omnes crederent per illum. non erat ille lumen sed ut testimonium perhiberet de lumine

(margin rubric) Quod dicat plotinus platonicus exponendo de anima de vero lumine mundi et de beata vita.

(margin rubric) Quid dicat evangelista Joh. de vero lumine. Fuit homo missus a deo cui nomen erat Johannes. non erat ille lumen sed ut testimonium perhiberet.

De vero dei cultu a quo platonici quamvis creatorem universitatis intellexerint declinaverunt colendo angelos seu bonos seu malos honore divino. capitulum iii.

Que cum ita sint, si platonici vel quicumque alii ista senserunt cognoscentes deum sicut deum glorificarent et gratias agerent nec evanescerent in cogitationibus suis, nec populorum erroribus partim auctores fierent, partim resistere non auderent, profecto confiterentur et illis immortalibus ac beatis et nobis mortalibus ac miseris, ut immortales ac beati esse possimus, unum deum deorum colendum, qui et noster est et illorum.

Quod uni vero deo sacrificium debeatur. capitulum iiii.

Huic nos servitutem, que latria grece dicitur, sive in quibuscumque sacramentis sive in nobis ipsis debemus. Huius enim templum simul omnes et singuli templa sumus, quia et omnium concordiam et singulos inhabitare dignatur, non in omnibus quam in singulis maior, quoniam nec mole distenditur nec partitione minuitur. Cum ad illum sursum est, eius est altare cor nostrum; eius unigenito eum sacerdote placamus; ei cruentas victimas cedimus, quando usque ad sanguinem pro eius veritate certamus; eum suavissimo adolemus incenso, cum in eius conspectu pio sanctoque amore flagramus; ei dona eius in nobis nosque ipsos vovemus et reddimus; ei beneficiorum eius sollempnitatibus festis et diebus statutis dicamus sacramusque memoriam, ne volumine temporum ingrata subrepat oblivio; ei sacrificamus hostiam humilitatis et laudis in ara cordis igne fervide caritatis.

(margin rubric) Quod templum dei sumus, cuius altare cor nostrum, cui dicamus sacrificia.

unde civitatis ad hunc videndum, sicut videri poterit, eique coherendum ab omni peccatorum et cupiditatum malarum labe mundamur et eius nomine consecramur. Ipse enim fons nostre beatitudinis, ipse omnis appetitionis est finis. Hunc eligentes vel potius religentes, amiseramus enim negligentes, hunc ergo religentes, unde et religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus ut perveniendo quiescamus, ideo beati quia illo fine perfecti. Bonum enim nostrum, de cuius fine inter philosophos magna contentio est, nullum est aliud quam illi coherere, cuius unius anima intellectualis incorporeo, si dici potest, amplexu veris impletur fecundaturque virtutibus. Hoc bonum diligere in toto corde, in tota anima et in tota virtute precipimur. Ad hoc bonum debemus et a quibus diligimur duci, et quos diligimus ducere. Sic complentur duo illa precepta in quibus tota lex pendet et prophete: Diliges dominum deum tuum in toto corde tuo et in tota anima tua, et diliges proximum tuum tamquam te ipsum. Ut enim homo se diligere nosset, constitutus est ei finis quo referret omnia que ageret ut beatus esset. Non enim qui se diligit aliud vult esse quam beatus. Hic autem finis est adherere deo. Iam igitur scienti diligere se ipsum, cum mandatur de proximo diligendo sicut se ipsum, quid aliud mandatur nisi ut ei quantum potest commendet diligendum deum? Hic est dei cultus, hec vera religio, hec recta pietas, hec tantum deo debita servitus. Quecumque igitur immortalis potestas quantalibet virtute predita si nos diligit sicut se ipsam, ei vult esse subditos ut beati simus, cui et ipsa subdita beata est. Si non colit deum, misera est quia privatur deo; si autem colit deum, non vult se coli pro deo. Illi enim potius divine sententie suffragatur et dilectionis viribus favet, qua scriptum est: Sacrificans diis eradicabitur nisi domino soli. Nam ut alia nunc taceam que pertinent ad religionis obsequium quo colitur deus, sacrificium certe nullus hominum est qui audeat dicere deberi nisi deo. Multa denique de cultu divino usurpata sunt que honoribus deferuntur humanis, sive humilitate nimia sive adulatione pestifera, ita tamen ut quibus ea deferuntur homines haberentur, qui dicuntur colendi et venerandi, si autem multum eis additur, adorandi. Quis vero sacrificandum censuit nisi ei quem deum aut scivit aut putavit aut finxit? Quam sit autem antiquus in sacrificando dei cultus, duo illi fratres chayn et abel satis indicant, quorum maioris deus reprobavit sacrificium, minoris aspexit.

(margin rubric) De deo diligendo et proximo, quod bonum sit in deo, de quo contentio est inter philosophos, sibi soli adherere et eo frui.

(margin) misera est quia privatur deo; si autem colit deum

(margin) humilitate sive nimia sive adulatione pestifera ita tamen ut quibus ea deferuntur

De sacrificiis quod deus non requirit sed ad significationem eorum offerri voluit que requirit. v. capitulum.

Quis autem ita desipiat, ut existimet aliquibus usibus dei esse necessaria que in sacrificiis offeruntur? Quod cum multis locis divina scriptura testetur, ne longum faciamus, breve illud de psalmo commemorare sufficiat: Dixi domino: deus meus es tu

(margin rubric) Quod solus verus deus sit amandus et colendus probatur per duos fratres cham et abel et eorum sacrificia.

qui bonorum meorum non eges. Non solum igitur pecore vel qualibet alia re corruptibili atque terrena, sed ne ipsa quidem iustitia hominis Deus egere credendus est, totumque quo recte colitur Deus homini prodesse, non Deo. Neque enim fonti se quisquam dixerit consuluisse, si biberit, aut luci, si viderit. Nec quod ab antiquis patribus alia sacrificia facta sunt victimis pecorum, quae nunc populus Dei legit, non facit, aliud intelligendum est, nisi rebus illis eas res fuisse significatas, quae aguntur in nobis, ad hoc ut inhereamus Deo et ad eundem finem proximo consulamus. Sacrificium ergo visibile invisibilis sacrificii sacramentum, id est sacrum signum est. Unde ille penitens apud prophetam vel ipse propheta querens Deum peccatis suis habere propicium: Si voluisses, inquit, sacrificium, dedissem; utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum Deus non spernit. Intueamur quemadmodum ubi Deum dixit nolle sacrificium, ibi Deum ostendit velle sacrificium. Non vult ergo sacrificium trucidati pecoris, et vult sacrificium contriti cordis. Illo igitur quod eum nolle dixit, hoc significatur, quod eum velle subiecit. Sic itaque illa Deum nolle dixit, quomodo ab stultis ea velle creditur, velut sue gratia voluptatis. Nam si ea sacrificia quae vult, quorum hoc unum est cor contritum et humiliatum dolore penitendi, nollet eis sacrificiis significari, quae velut sibi delectabilia desiderare putatus est, non utique de his offerendis in lege veteri precepisset. Et ideo mutanda erant oportuno certoque iam tempore, ne ipsi Deo desiderabilia vel certe in nobis acceptabilia, aut non potius quae his significata sunt crederentur. Hinc et alio loco psalmi alterius: Si esuriero, inquit, non dicam tibi; meus est enim orbis terre et plenitudo eius. Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Tamquam diceret: utique si mihi essent necessaria, non a te peterem, quae habeo in potestate. Deinde subiungens quid illa significent: Immola, inquit, Deo sacrificium laudis, et redde altissimo vota tua, et invoca me in die tribulationis, et eximam te, et glorificabis me. Item apud alium prophetam: In quo, inquit, apprehendam Dominum, assumam Deum meum excelsum? Si apprehendam illum in holocaustis, in vitulis anniculis? Si acceptabit Dominus in milibus [arietum aut in denis milibus] hircorum pinguium? Si dedero primogenita mea pro impietate mea, fructum ventris mei pro peccato anime mee? Si annunciatum est tibi homo bonum, aut quid Dominus exquirat a te, nisi facere iudicium et diligere misericordiam et paratum esse ire cum Domino Deo tuo? Et in huius prophete verbis utrumque distinctum satisque declaratum est, illa sacrificia per se ipsa non requirere Deum, quibus significantur haec sacrificia, quae requirit Deus. In epistola quae inscribitur ad Hebreos: Benefacere, inquit, et communicatores esse nolite oblivisci; talibus enim sacrificiis placetur Deo. Ac per hoc ubi scriptum est: Misericordiam volo quam sacrificium, nichil aliud quam sacrificium sacrificio prelatum oportet intelligi, quoniam illud quod ab hominibus appellatur sacrificium, signum est veri sacrificii. Porro autem misericordia verum sacrificium est. Unde dictum est, quod paulo ante commemoravi: talibus enim sacrificiis placetur Deo. Quecumque igitur in ministerio tabernaculi sive templi multis modis de sacrificiis leguntur divinitus esse precepta, ad dilectionem Dei et proximi significando referuntur. In his enim duobus preceptis, ut scriptum est, tota lex pendet et prophete.

Quod sacrificium visibile invisibilis sacrificii sacramentum vel sacrificium signum est et quod Deus non quaerit sacrificium propter se sed propter nos

Sacrificium delectabile Deo spiritus contribulatus cor contritum et humiliatum et ei reddere nostra vota

arietum aut in denis milibus

De vero perfectoque sacrificio. capitulum VI.

Proinde verum sacrificium est omne opus quod agitur, ut sancta societate inhereamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter beati esse possimus. Unde et ipsa misericordia, qua homini subvenitur, si non propter Deum fit, non est sacrificium. [Etsi enim ab homine fit vel offertur, tamen sacrificium] res divina est, ita ut hoc quoque vocabulo illud latini veteres appellaverint. Unde ipse homo Dei nomine consecratus et Deo devotus, in quantum mundo moritur ut Deo vivat, sacrificium est. Nam et hoc ad misericordiam pertinet, quam quisque in se ipsum facit. Propterea scriptum est: Miserere anime tue placens Deo. Nostrum corpus etiam cum temperantia castigamus, si hoc, quemadmodum debemus, propter Deum facimus, ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitie Deo, sacrificium est. Ad quod exhortans apostolus ait: Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam vivam, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Si ergo corpus, quo inferiore tamquam famulo vel tamquam instrumento utitur anima, cum eius bonus et rectus usus ad Deum refertur, sacrificium est, quanto magis anima ipsa, cum se refert ad Deum, ut igne amoris eius accensa formam concupiscentie secularis amittat eique tamquam incommutabili forme subdita reformetur, hinc ei placens quod ex eius pulchritudine acceperit, fit sacrificium. Quod idem apostolus consequenter adiungens: Et nolite, inquit, conformari huic seculo, sed reformamini in novitate mentis vestre, ad probandum vos, que sit voluntas Dei, quod bonum et beneplacitum et perfectum est. Cum igitur vera sacrificia opera sint misericordie sive in nos ipsos sive in proximos, que referuntur ad Deum; opera vero misericordie non ob aliud fiunt, nisi ut a miseria liberemur, ac per hoc ut beati simus, quod non fit nisi bono illo, de quo dictum est: Michi autem adherere Deo bonum est; profecto efficitur, ut tota ipsa redempta civitas, hoc est congregatio societasque sanctorum, universale sacrificium offeratur Deo per sacerdotem magnum, qui etiam se obtulit in passione pro nobis, ut tanti capitis corpus essemus, secundum formam servi. Hanc enim obtulit, in hac oblatus est, quia secundum hanc mediator est, in hac sacerdos, in hac sacrificium. Cum itaque nos hortatus esset apostolus, ut exhibeamus corpora nostra hostiam

In dilectione Dei et proximi universa lex pendet et prophete et omne sacrificium Deo acceptum est quod cum ea ratione faciendum est

Quod opera misericordie sunt acceptabile sacrificium Deo quia ipse nobis ostendit se pro nobis offerendo

Et si enim ab homine fit vel offertur tamen sacrificium

vivā sctām deo placentem rationabile obsequiū
vrm̄ ut nō conformemini huic seculo sed reforme
mini ī novitate mentis vre ad probandū que
sit voluntas dei qđ bonū et beneplacitum et p
fcm̄ qđ totum sacrificiū nos ipi sumus. Dico enim ī qt
p grām dī que data est michi omnibus q̄ sunt ī vob
nō plus sape qm̄ oz sape sed sape ad temperantiam
sicut vnicuiq deus partitus est mensurā fidei
Sicut enim in vno corpore multa mēbra habem9
omnia aūt mēbra hentes dona diuisa scdm grām
que data est nobis. Hoc est sacrificiū xpianorum mul
ti vnū corpus sumus in xpō singuli aūt alt altius
mēbra hentes dona diuisa scdm grām que data ē
nobis. Hoc est sacrificiū xpianorum multi vnū corpus
in xpō qđ et sacro altaris fidelibus noto frequentat
ecclesia ubi ei demonstratur qđ in ea oblatione qua offert
ipā offeratur Qz sanctorum angelorum ea sit in nos
dilectio ut nos nō suos sz vnius veri dei velint ee
cultores vij. c.

Merito illi in ce
lestibus sedibus constituti inmor
tales et beati qui creatoris sui participatione
congaudent cuius eternitate firmi cuius veritate certi
cuius munere sci sunt quia nos Qz multi xpiani vnū
mortales et miseros ut in corpus in xpō sumus
mortales beati sim9 misericor qui de eodem pane
diter diligūt noluūt nos sibi sac et calice in sca ecclia
rificare sed ei cuius et ipi nobiscū participamus qđ sit
sacrificiū se ee noverunt. Cuz ipis vnū c sacrificiū
enī sumus vna civitas dei cui dicitur in psalmo
Gloriosa dicta sūt de te civitas dei cuius ps ī nobis
peregrinatur ps in illis opitulatur. De illa quippe
superna civitate ubi dei voluntas intelligibilis
atq inmutabilis lex ē de illa superna quodammodo
curia geritur. Namq ibi curans de nobis ad nos
ministrata p angelos scā illa scriptura descendit. Ubi
legitur Sacrificans diis eradicabitur nisi dno soli
huic scripture huic legi preceptis talibus tanta sunt
attestata miracula ut satis appareat cui nos sa
crificare velint inmortales ac beati qui h̄ nobis vo
lūt esse qđ sibi De miraculis que deus ad corro
borandam fidem piorum etiā p angelorum ministeriū
promissis suis adhibere dignatus est viij c.

Nam nimis vetera si commemorem
longius quā sat est revolue
videbor q̄ miracula facta sint attestantia
promissis dei quibus ante annorum milia predixit abra
he qđ in semine eius omnes gentes benedictionem fue
rant habiture. Quis enī nō miretur eidem abra
he filiū peperisse coniugem sterilem eo tpe senectu
tis quo parere nec fecunda iam posset atq in eius
dem abrahe sacrificio flāmā
celitus factam inter divisas victi
mas cucurrisse. Eidemq abra
he predictum ab angelis celeste incen
diū sodomorum quos angelos ho
minibus similes hospicio susceperat
et p eos de prole ventura dei promis
sa tenuerat. Propq iminente iam
incendio mirande sodomis p eosde
angelos liberatio loth filii fratris eius cuius vxor

De gloriosa civi
tate dī de mira
culis pmissis
abrahe et se
mī eius deo
de angelis
sodoma loth
uxore sua
et alijs

in via retro respiciens atq in salem repente
conversa. Magno amonuit sacramento neminem in
via liberationis sue preterita desiderare debere. Illa vero
que et quanta sunt q̄ iam p moysen pplo dei de iu
go servitutis eruendo in egipto mirabiliter gesta sunt
Ubi magi pharaonis hoc est regis egipti qui
populū illum dominatione deprimebat ad hoc facere
quedam mira permissi sunt ut mirabilius vincerentur
Illi enim faciebant veneficijs
et incantationibus magicis
quibus sunt mali angeli hoc ē
demones dediti. Moyses aūt
tanto potencius quanto iustius
nomine dei qui fecit celum et ter
ram servientibus angelis eos

De moyse x plagis
egipti magis pha
raonis mari rubro
detrusi hebreorum
psequti egiptus
submer
sis

facile superavit. Denique in tercia plaga deficientibus
magis decem plage p moysen magna misteriorum
dispone complete sunt. Quibus ad dei populū dimitte
ndum pharaonis et egiptiorum dura corda cesse
serunt moxq penituit et cū abscedentes hebre
os consequi conarentur illis divisi maris p
siccum transeuntibus unde hinc atq hinc in
sese redeunte cooperti et oppressi sunt. Quid de
illis miraculis dicam que cū in deserto idem
populus ductaretur stupenda divinitate crebue
runt aquas q̄ bibi nō poterant misso in eas si
cut deus preceperat ligno amaritudine caruisse
sicientes qz satiasse. Manna esurientibus venis
se de celo et cum esset colligentibus constituta men
sura quicquid amplius quisq collegerat exortis
vermibus putruisse. Ante diem vero sabbati duplū
collectum qz sabbato colligere nō licebat nul
la putredine violatum. De miraculis in de
Desiderantibus carne vescique serto de ligno qđ
tanto pplo nulla sufficere posse aquas dulcora
videbatur volatilibus castra vit de mana qđ
completa et cupiditatis ardo sabbato colligere nō
rem fastidio sacietatis extinc licebat de volati
tum. Obvios hostes transitum libus pectoribus
qz prohibentes atq preliantes datis
orante moyse manibus eius in figura crucis
extensis nullo hebreorum cadente p stratos.
Sediciosos in pplo dei ac sese ab ordinata divini
tus societate dividentes ad exemplum visibile
invisibilis pene vivos terra dehiscente submer
sos. Virga percussam petram tante multitudini a
bundancia fluenta fudisse. Serpentum mor
sus mortiferos penam iustissima peccatorum
in ligno exaltato atq prospecto eneo serpente
sanatos ut et pplo subveniretur afflicto et
mors morte destructa velut crucifixe mortis
similitudine signaretur. Quē sane serpentem
propter facti memoriam reservatum cū postea po
pulus errans tamquam ydolum colere cepisset E
zechias rex religiosa potestate deo serviens cum
magna pietatis laude contrivit De illicitis
artibus erga demonum cultum in quibus porphi
rius platonicus quedam probando quedam
quasi improbando versatur ix.

Hec et alia multa huiusmodi que omnia

Nō cosideratus habent
ita multi vnū corpus
sumus in xpō. Singuli
aut alter altius mebra

commemorare nimis longum est, fiebant ad commendandum unius dei veri cultum et multorum falsorum prohibendum. Fiebant autem simplici fide atque pietatis fiducia, non incantationibus atque carminibus nephariae curiositatis arte compositis, quam vel magian vel detestabiliore nomine goethian vel honorabiliore theurgian vocant, qui quasi conantur ista discernere et illicitis artibus deditos alios dampnabiles, quos et maleficos vulgus appellat (hos enim ad goethian pertinere dicunt), alios autem laudabiles volunt videri, quibus theurgiam deputant, cum sint utrique ritibus fallacibus demonum obstricti sub nominibus angelorum. Nam et porphirius quandam quasi purgationem anime per theurgiam, cunctanter tamen et pudibunda quodammodo disputatione promittit; reversionem vero ad deum hanc artem prestare cuiquam negat, ut videas eum inter vicium sacrilege curiositatis et philosophie professionem sententiis alternantibus fluctuare. Nunc enim hanc artem tamquam fallacem et in ipsa actione periculosam et legibus prohibitam cavendam monet; nunc autem eius laudatoribus cedens utilem dicit esse mundande parti anime, non quidem intellectuali, qua rerum intelligibilium percipitur veritas, nullas habentium similitudines corporum, sed spiritali, qua corporalium rerum capiuntur ymagines. Hanc enim dicit per quasdam consecrationes theurgicas, quas teletas vocant, ydoneam fieri atque aptam susceptioni spirituum et angelorum et ad videndos deos. Ex quibus tamen theurgicis teletis fatetur intellectuali anime nichil purgationis accedere, quod eam faciat ydoneam ad videndum deum suum et perspicienda ea que vera sunt. Ex quo intelligi potest qualium deorum vel qualem visionem fieri dicat theurgicis consecrationibus, in qua non ea videntur que vera sunt. Denique animam rationalem, sive quod magis amat dicere intellectualem, in sua posse dicit evadere, etiam si quod eius spiritale est nulla theurgica fuerit arte purgatum; porro autem a theurgo spiritalem purgari hactenus, ut non ex hoc ad immortalitatem eternitatemque perveniat. Quamvis itaque discernat a demonibus angelos, aeria loca esse demonum, etherea vel empirea disserens angelorum, et admoneat utendum alicuius demonis amicitia, quo subvectus vel paululum a terra possit elevari quisque post mortem, aliam vero viam esse perhibeat ad angelorum superna consortia: cavendam tamen demonum societatem expressa quodammodo confessione testatur, ubi dicit animam post mortem luendo penas cultum demonum a quibus circumveniebatur horrescere; ipsamque theurgiam, quam velut conciliatricem angelorum deorumque commendat, apud tales agere potestates negare non potuit, que vel ipse invideant purgationi anime vel artibus serviant invidorum. Querelam de hac re chaldei nescio cuius expromit: Conqueritur, inquit, vir in chaldea bonus purgande anime magna molimina frustrata, cum vir in eadem potens tactus invidia adiuratas sacris precibus potencias alligasset, ne postulata concederent. Ergo et ligavit ille, inquit, et iste non solvit. Quo indicio dixit apparere theurgiam esse tam boni conficiendi quam mali et apud deos et apud homines disciplinam; pati etiam deosque ad illas perturbationes passionesque deduci, quas communiter demonibus et hominibus apuleius attribuit, deos tamen ab eis etheree sedis altitudine separans et platonis asserens in illa discretione sententiam.

De miraculis in deserto de aqua que de petra fluxit et de serpentibus venenosis serpente eneo quem rex ezechias contrivit et de aliis

De porphirio et detestabili magya an goethya an theologia et theurgia de deibus et angelis zeta

Quod quidam vir chaldeus senserit de theurgia et purgationibus animarum de diis apuleio sententia platonis porphirii et de demonibus

De theurgia que falsam purgationem anime demonum invocatione

Incipit c. X.

Ecce alius platonicus, quem doctiorem ferunt, porphirius per nescio quam theurgicam disciplinam et ipsos deos obstrictos passionibus et perturbationibus dicit, quoniam sacris precibus adiurari potuerunt ne prestarent anime purgationem, et ita terreri ab eo qui imperabat malum, ut ab alio qui poscebat bonum per eandem artem theurgicam solvi illo timore non possent et ad dandum beneficium liberari. Quis non videat hec omnia fallacium demonum esse commenta, nisi eorum miserrimus servus et a gratia veri liberatoris alienus? Nam si hec apud deos agerentur bonos, plus ibi utique valeret beneficus purgator anime quam malivolus impeditor. Aut si diis iustis homo pro quo agebatur purgatione videbatur indignus, non utique ab invido territi nec sicut ipse dicit per metum valentioris numinis impediti, sed iudicio libero hoc negare debuerunt. Mirum est autem quod benignus ille chaldeus, qui theurgicis sacris animam purgare cupiebat, non invenit aliquem superiorem deum, qui vel plus terreret atque ad beneficiendum cogeret territos deos, vel ab eis terrentem compesceret, ut libere beneficerent, si tamen theurgo bono sacra non defuerunt, quibus ipsos deos quos invocabat anime purgatores prius ab illa timoris peste purgaret. Quid enim cause est, cur deus potentior adhiberi possit a quo terreantur, nec possit a quo purgentur? An invenitur deus qui exaudiat invidum et timorem diis incutiat ne benefaciat? O theurgia preclara, o anime predicanda purgatio, ubi plus imperat immunda invidentia quam impetrat pura beneficentia! Immo vero malignorum spirituum et cavenda et detestanda fallacia et salutaris audienda doctrina. Quod enim qui has sordidas purgationes sacrilegis ritibus operantur quasdam mirabiliter pulchras, sicut iste commemorat, vel angelorum ymagines vel deorum tamquam purgato spiritu vident, si tamen vel tale aliquid vident, illud est quod apostolus dicit: Quoniam sathanas transfigurat se velut angelum lucis. Eius enim sunt illa fantasmata, qui miseras animas multorum falsorumque deorum fallacibus sacris cupiens irretire et a vero veri dei cultu, quo solo mundantur

Confutatio beati augustini contra theurgiam et anime purgationem ubi plus imperat immunda invidentia

Nec invenitur deus qui exaudiat benevolum et timorem diis auferat ut bene faciant

et sanant aeree sicut de protheo dictum est formas se vertit in omnes hostilis insequens fallax auxilians nusquam idem notens

De epistola porphirii ad anebontem egiptium qua petit de diversitate demonum se doceri. xi. c.

Melius sapuit porphirius cum ad anebontem scripsit egiptium ubi consulenti similis et querenti et prodit artes sacrilegas et evertit. Et ibi quidem omnes demones reprobat quos dicit ob imprudenciam trahere humidum vaporem et ideo non in ethere sed in aere esse sub luna atque in ipso lune globo. Verumtamen non audet omnes fallacias et malicias et ineptias quibus merito movetur omnibus demonibus dare. Quosdam namque benignos demones more appellat aliorum cum omnes generaliter imprudentes esse fateatur. Miratur autem quod non solum dii alliciantur victimis sed et compellantur atque cogantur facere quod homines volunt. Et si corpore et incorporalitate dii a demonibus distinguntur quo modo deos existimandum sit solem et lunam et visibilia cetera in celo que corpora esse non dubitat. Et si dii sunt quomodo alii benefici alii malefici esse dicantur. Et incorporalibus quomodo cum sint corporei coniungantur. Querit etiam veluti dubitans utrum in divinantibus et quedam mira facientibus anime sint passiones an aliqui spiritus extrinsecus veniant per quos hec valeant et potius venire extrinsecus conicit eo quod lapidibus et herbis adhibitis et alligent quosdam et aperiant clausa hostiorum vel aliquid eiusmodi mirabiliter operentur. Unde dicit alios opinari esse quoddam genus cui exaudire sit proprium natura fallax omniforme multimodum simulans deos et demones et animas defunctorum et hoc esse quod efficiat hec omnia que videntur bona esse vel prava. Ceterum circa ea que vere bona sunt nichil opitulari immo vero ista nec nosse sed et male conciliare et insimulare atque impedire nonnumquam virtutis sedulos sectatores et plenum esse temeritatis et fastus gaudere nidoribus adulationibus capi et cetera que de hoc genere fallacium malignorum spirituum qui extrinsecus in animam veniunt humanosque sensus sopitos vigilantesve deludunt non tamquam sibi persuasa confirmat sed tam tenuiter suspicatur aut dubitat ut hec alios asserat opinari. Difficile quippe fuit tanto philosopho cunctam dyabolicam societatem vel nosse vel fidenter arguere quam quelibet anicula christiana nec dubitat esse et liberrime detestatur. Nisi forte iste et ipsum ad quem scribit anebontem tamquam talium sacrorum preclarissimum antistitem et alios talium operum tamquam divinorum et ad deos colendos pertinencium admiratores verecundatur offendere. Sequitur tamen et ea velut inquirendo commemorat que sobrie considerata tribui non possunt nisi malignis et fallacibus potestatibus. Querit enim cur tamquam melioribus invocatis quasi peioribus imperetur ut iniusta precepta hominis exequantur. Cur attrectatum re venerea non exaudiant imprecantem cum ipsi ad incestos quosque concubitus quoslibet ducere non morentur. Cur animantibus suos antistites oporteat abstinere ne vaporibus profecto corporeis polluantur ipsi vero aliis et vaporibus illiciantur et nidoribus hostiarum. Cumque a cadaveris contactu prohibeatur inspector plerumque illi cadaveribus celebrentur. Quid sit quod non demoni vel alicui anime defuncti sed ipsi soli et lune aut cuicumque celestium homo vitio cuilibet obnoxius intendit minas eosque territat falso ut eis extorqueat veritatem. Nam et celum se collidere comminatur et cetera similia homini impossibilia ut illi dii tamquam insipientissimi pueri falsis et ridiculis comminationibus territi faciant quod imperatur. Dicit etiam scripsisse cheremonem quendam talium sacrorum vel potius sacrilegiorum peritum ea que apud egiptios sunt celebrata rumoribus vel de yside vel de osiride marito eius maximam vim habere cogendi deos ut faciant imperata quando ille qui carminibus cogit ea prodere vel evertere comminatur ubi se etiam osiridis membra dissipaturum terribiliter dicit si facere iussa neglexerint. Hec atque huiusmodi vana et insana hominem diis minari nec quibuslibet sed ipsis celestibus et siderea luce fulgentibus nec sine effectu sed violenta potestate cogentem atque his terroribus ad facienda que voluerit perducentem merito porphirius admiratur immo vero sub specie mirantis et causas rerum talium requirentis dat intelligi illa hec agere spiritus quorum genus superius sub aliorum opinione descripsit non ut ipse posuit natura sed vitio fallaces qui simulant deos et animas defunctorum. Demones autem non ut ipse ait simulant sed plane sunt. Et quod ei videtur herbis et lapidibus et animantibus et sonis certis quibusdam ac vocibus et figurationibus atque figmentis quibusdam etiam et observatis in celi conversione motibus siderum fabricari in terra ab hominibus potestates ydoneas variis effectibus exequendis totum hoc ad eosdem ipsos demones pertinet ludificatores animarum sibimet subditarum et voluptaria sibi ludibria de hominum erroribus exhibentes. Aut ergo revera dubitans et inquirens ista porphirius ea tamen commemorat quibus convincantur et redarguantur nec ad eas potestates que nobis ad beatam vitam capessendam favent sed ad deceptores demones pertinere monstrentur. Aut ut meliora de philosopho suspicemur eo modo voluit hominem egipcium talibus erroribus deditum et aliqua magna se scire opinantem non superbia quasi auctoritate doctoris offendere nec aperte adversantis altercatione turbare sed quasi querentis et discere cupientis humilitate ad ea cogitanda convertere et quam sint contempnenda vel etiam devitanda monstrare. Denique prope ad epistole finem petit se ab eodem doceri que sit ad beatitudinem via ex egiptia sapientia. Ceterum

de sathana qui se in[illegible] figurat in angelum lucis fantasiatibus prothee porphirio anebonte egipcio et de testimonio deorum

de demone sacrilegiorum perito yside osiride et admiratione porphirii quod homines diis minantur et demonum figmentis

de fallaciis malignorum spirituum qualiter homines deludunt

de porphirio de falsis diis

de epistola quam porphirius scripsit antistiti egiptio de demonum figmentis falsis criminibus

illos, quibus eo consecrato cum diis, adhoc esset ut obtineretur remedium fugitivum vel perditum comparandum, aut propter impetrandas vel incantaturam vel quid huiusmodi mentem divinam inquietaret, frustra videri dicit coluisse sapientiam. Illa etiam ipsa numina cum quibus consecrarentur, et si de certis rebus vera predicerent, tamen quia de beatitudine mediocriter cauti sunt nec satis ydoneum monerent, nec deos illos nec benignos demones, sed aut illum qui dicitur fallax, aut humanum esse commentum. Verum quia tanta et talia geruntur his artibus ut universum modum humane facultatis excedant, quid restat nisi ut ea que mirifice tamquam divinitus predici vel fieri videntur, nec tamen ad unius dei cultum referuntur, cui simpliciter inherere fatentibus quoque platonicis et per multa testantibus solum beatificum bonum est, malignorum demonum ludibria et seductoria impedimenta, que vera pietate cavenda sunt, prudenter intelligatur. [margin: esse] [margin: sic]

De miraculis que per sanctorum angelorum ministerium deus verus operatur. xij c.

Porro autem quecumque miracula, sive per angelos sive quocumque modo ita divinitus fiunt, ut dei unius in quo solo beata vita est cultum religionemque commendent, et ea vere ab eis vel per eos, qui nos secundum veritatem pietatemque diligunt, fieri ipso deo in illis operante credendum est. Neque enim audiendi sunt qui deum invisibilem visibilia miracula operari negant, cum ipse etiam secundum ipsos fecerit mundum, quem certe visibilem negare non possunt. Quidquid igitur mirabile fit in hoc mundo, profecto minus est quam totus hic mundus, id est celum et terra et omnia que in eis sunt, que certe deus fecit. Sicut autem ipse qui fecit, ita modus quo fecit occultus est et incomprehensibilis homini.

Contra illos qui dicunt invisibilem deum visibilia non facere miracula cum ipse secundum ipsos fecerit mundum visibilem.

Quamvis itaque miracula visibilium naturarum videndi assiduitate viluerint, tamen cum ea sapienter intuemur, inusitatissimis rarissimisque maiora sunt. Nam et omni miraculo quod fit per hominem maius miraculum est homo. Quapropter deus, qui fecit visibilia celum et terram, non dedignatur facere visibilia miracula in celo vel terra, quibus ad se invisibilem colendum excitat animam adhuc visibilibus deditam. Ubi vero et quando faciat, incommutabile consilium penes ipsum est, in cuius dispositione iam tempora facta sunt quecumque futura sunt. Nam temporalia movens temporaliter non movetur, nec aliter novit facienda quam facta, nec aliter invocantes exaudit quam invocaturos videt. Nam et cum exaudiunt angeli eius, ipse in eis exaudit tamquam in vero nec manufacto templo suo, sicut in hominibus sanctis suis; eiusque temporaliter fiunt iussa eterna, cuius lege sunt confecta.

De invisibili deo qui se visibilem prestitit, non secundum quod est, sed secundum quod poterant ferre cernentes. c. xiij

Nec movere debet quod, cum sit invisibilis, sepe visibiliter patribus apparuisse memoratur. Sicut enim sonus quo auditur sententia in silentio intelligentie constituta non est hoc quod ipsa, ita et species qua visus est deus, in natura invisibili constitutus, non erat quod ipse. Verumtamen ipse in eadem specie corporali videbatur, sicut illa sententia ipsa in sono vocis auditur; nec illi ignorabant invisibilem deum in specie corporali, quod ipse non erat, se videre. Nam et loquebatur cum loquente Moyse, et ei tamen dicebat: Si inveni gratiam ante te, ostende mihi temetipsum scienter ut videam te.

De dei veri miraculis et homine qui maius miraculum, et quod deus movens temporalia non movetur nec aliter novit facienda quam facta.

Cum igitur oporteret dei legem in edictis angelorum terribiliter dari, non uni homini paucisve sapientibus, sed universe genti et populo ingenti, coram eodem populo magna facta sunt in monte, ubi lex per unum dabatur, conspiciente multitudine metuenda ac tremenda que fiebant. Non enim populus Israel sic Moysi credidit, quemadmodum suo Lycurgo Lacedemonii, quod a Iove seu Apolline leges quas condidit accepisset. [margin: sic] Cum enim lex dabatur populo qua coli unus iubebatur deus, in conspectu ipsius populi, quantum sufficere divina providentia iudicabat, mirabilibus rerum signis et motibus apparebat ad eandem legem dandam creatori servire creaturam.

De uno deo colendo non solum propter eterna sed propter temporalia beneficia que in ipsius providentie potestate consistunt. xiiij capitulum

Sicut autem hominis unius, ita humani generis quod ad dei populum pertinet recta eruditio per quosdam articulos temporum tamquam etatum profecit accessibus, ut a temporalibus ad eterna capienda et a visibilibus ad invisibilia surgeretur; ita sane ut etiam illo tempore quo visibilia promittebantur divinitus premia, unus tamen colendus commendaretur deus, ne mens humana vel pro ipsis terrenis vite transitorie beneficiis cuiquam nisi vero anime creatori ac domino subderetur.

Quod deus apparuit patribus et Moysi in monte conspiciente turba et metuente, et quod hebrei non sic ut Lacedemonii Ligurgo, qui a Iove seu Apolline leges accepisse se dixit quas condidit, credebant.

Omnia quippe que prestare hominibus vel angeli vel homines possunt, in unius esse omnipotentis potestate, quisquis diffitetur, insanit. De providentia certe Plotinus platonicus disputat, eamque a summo deo, cuius est intelligibilis atque ineffabilis pulchritudo, usque ad hec terrena et yma pertingere flosculorum atque foliorum pulchritudine comprobat; que omnia quasi abiecta et velocissime pereuntia decentissimo formarum suarum numero habere non posse confirmat, nisi inde formentur ubi forma intelligibilis et incommutabilis simul habens omnia perseverat. Hoc dominus Ihesus ibi ostendit ubi ait: Considerate lilia agri, non laborant neque nent. Dico autem vobis quia nec Salomon in tanta gloria sua sic amictus est sicut unum ex his. Quod si fenum agri, quod hodie est et cras in clibanum mittitur, deus sic vestit, quanto magis vos modice fidei. Optime igitur anima humana adhuc terrenis desideriis infirma ea ipsa que temporaliter exoptat bona infima atque terrena vite huic transitorie necessaria et pre illius vite sempiterne beneficiis contempnenda, non tamen nisi ab uno deo

expectare consuescat. Ut ab illius cultu etiam in istorum desiderio non recedat, ad quem contemptu eorum et ab eis pervenitur aversione. De ministerio sanctorum angelorum quo providentie dei serviunt. XV capitulum

Sit itaque divine providentie placuit ordinare temporum cursum, ut quemadmodum dixi et in actibus apostolorum legitur, lex in edictis angelorum ordinaretur de unius veri dei cultu, in quibus et persona ipsius dei, non quidem per suam substantiam que semper corruptibilibus oculis invisibilis permanet, sed certis indiciis per subiectam creatori creaturam visibiliter appareret, et syllabatim per transitorias temporum morulas humane lingue vocibus loqueretur, qui in sua natura non corporaliter sed spiritaliter, non sensibiliter sed intelligibiliter, non temporaliter sed ut ita dicam eternaliter, nec incipit loqui nec desinit, quod apud illum sincerius audiunt non corporis aure sed mentis ministri eius et nuntii, qui eius veritate incommutabili perfruuntur immortaliter beati. Et quod faciendum modis ineffabilibus audiunt et usque in ista visibilia atque sensibilia perducendum incunctanter atque indifficulter efficiunt. Hec autem lex distributione temporum data est, que prius haberet ut dictum est promissa terrena, quibus tamen significarentur eterna, que visibilibus sacramentis celebrarent multi, intelligerent pauci. Unius tamen dei cultus apertissima illic et vocum et rerum omnium contestatione precipitur. Non unius de turba, sed eius qui fecit celum et terram et omnem animam et omnem spiritum qui non est quod ipse. Ille enim fecit, hec facta sunt, atque ut sint et bene se habeant, eius indigent a quo facta sunt. An de promerenda beata vita hiis angelis sit credendum qui se coli exigunt honore divino, an vero illis qui non se sed unum deum sancte precipiunt religione venerari. XVI c

Quibus igitur angelis de beata et sempiterna vita credendum esse censemus, utrum eis qui se religionis ritibus coli volunt, sibi sacrificia flagitantes a mortalibus exhiberi, an eis qui omnem cultum uni deo creatori omnium deberi dicunt, eique reddendum vera pietate precipiunt, cuius et ipsi contemplatione beati sunt, et nos futuros esse promittunt? Illa namque visio dei tante pulchritudinis visio est et tanto amore dignissima, ut sine hac quibuslibet aliis bonis preditum atque habundantem non dubitet plotinus infelicissimum dicere. Cum ergo adhuc unum quidam angeli, quidam vero ad seipsos latria colendos signis mirabilibus excitent, et hoc ita ut illi coli istos prohibeant, isti autem illum prohibere non audeant, quibus potius sit credendum, respondeant theurgi vel potius perurgi; hoc enim sunt illi omnes artes vocabulo digniores. Postremo respondeant homines, si ullus nature sue sensus, quo rationales creati sunt, ex aliqua parte vivit in eis; respondeant inquam eis ne sacrificandum sit diis vel angelis qui sibi sacrificari iubent, an illi uni cui iubent hii qui sibi et istis prohibent, si nec isti nec illi ulla miracula facerent, sed tantum preciperent alii quidem ut sibi sacrificaretur, alii vero ut id vetarent, sed uni tantum iuberent deo. Satis debet pietas ipsa discernere quid horum de fastu superbie, quid de vera religione descenderet. Plus etiam dicam, si tantum hii miraculis suis humanas animas permoverent qui sacrificia sibi expetunt, illi autem qui hoc prohibent et uni tantum deo sacrificari iubent nequaquam ista visibilia miracula facere dignarentur, profecto non sensu corporis sed ratione mentis preponenda esset eorum auctoritas. Cum vero deus id egerit ad commendanda eloquia veritatis sue, ut per istos immortales nuntios non sui fastum sed maiestatem illius predicantes faceret maiora certiora clariora miracula, ne infirmis piis illi qui sacrificia sibi expetunt falsam religionem facilius persuaderent eo quod sensibus eorum quedam stupenda demonstrarent, quem tandem ita desipere libeat ut non vera eligat que sectetur, ubi et ampliora invenit que miretur? Illa quippe miracula deorum gentilium que commendat historia, non ea dico que intervallis temporum occultis ipsius mundi causis verumtamen sub divina providentia constitutis et ordinatis monstruosa contingunt, quales sunt inusitati partus animalium et celo terraque rerum insolita facies sive tantum terrens sive etiam nocens, que procurari atque mitigari demonum ritibus fallacissima eorum astutia perhibentur; sed ea dico que vi ac potestate eorum fieri satis evidenter apparet, ut est quod effigies deorum penatium, quos de troia eneas fugiens advexit, de loco in locum migrasse referuntur; quod cotem tarquinius novacula secuit; quod epydaurius serpens esculapio naviganti romam comes adhesit; quod navim qua simulachrum matris frigie vehebatur, tantis hominum boumque conatibus immobilem redditam, una muliercula zona alligatam ad sue pudicitie testimonium movit et traxit; quod virgo vestalis de cuius corruptione questio vertebatur, aqua impleto cribro de tyberi neque perfluente abstulit controversiam. Hec ergo atque huiusmodi nequaquam illis que in populo dei facta legimus virtute ac magnitudine conferenda sunt. Quanto minus ea que illorum quoque populorum qui tales deos coluerunt legibus iudicata sunt prohibenda atque plectenda, magica scilicet et theurgica, quorum pleraque specietenus mortalium sensus ymaginaria et ludificatione decipiunt, quale est lunam deponere, donec suppositas ut ait lucanus propior despumet in herbas. Quedam vero etsi nonnullis piorum factis videantur opere coequari, finis ipse quo discernuntur incomparabiliter hec nostra ostendit excellere. Illis enim multi tanto minus sacrificiis colendi quanto magis hoc expetunt; his vero unus commendatur deus, qui se nullis talibus indigere et scripturarum suarum testificatione et eorundem postea sacrificiorum

Respondeat plathonici, respondeat quicumque philosophi

plotinus dicit quod qui caret visione dei et amore quod ille infelicissimus est nec curandum est quod dicant philosophi platonici vel theurgi potius perurgi

Quod auctoritas illorum preferenda est aliis qui expetunt ratione mentis dicit vero deo soli sacrificium fieri debere demonstrato sed partibus animalium effigie deorum penatum quos de troia eneas fugiens advexit

Quod tarquinius cotem novacula secuit; quod esculapio epydaurius serpens adhesit; quod miraculo in signum sue pudicitie simulachrum matris frigie traxit; et de virgine vestalis

Ad maius … dei contra … eligendum … cum … li bonis … sibi sed … bent

acmodo demonstrat. Si ergo angeli sibi expetunt
sacrificium, preponendi sunt eis qui non sibi sed deo
creatori omnium cui serviunt. Hinc
enim ostendunt quam sincero amore di
ligant nos. Quia per sacrificium non
sibi sed ei nos subdere volunt cui
et ipsi contemplatione beati
sunt, et ad eum nos pervenire a
quo ipsi non recesserunt. Si autem
angeli qui non unum sed plurimis

Quod angeli boni non sibi sed deo soli sacrificium offerri volunt et homines boni et demonibus seu angelis malis

sacrificia fieri volunt, non sibi sed eis diis volunt quorum
deorum angeli sunt. Etiam sic eis preponendi sunt illi
qui unius dei deorum angeli sunt, cui sacrificari sic iu
bent, ut aliam alteri vetent, cum eorum nullus huic
vetet cui unum isti sacrificari iubent. Porro si quod
magis indicat eorum superba fallacia, nec boni
nec bonorum deorum angeli sunt, sed demones mali
qui non unum solum ac summum deum sed se ipsos
sacrificiis coli iubent, sub sacrificio p\[illegible\] [illegible] unius
nos ipsi sacrificium esse debemus

Ad maius quod unus dei contra eos est eligendum est preciosum Cum sibi volunt angeli boni cum non sibi sed illi iubent

De archa testimonii miraculis atque signorum quod ad commendandam legis ac promissionis auctoritatem divinitus facta sunt xvii c.

Proinde lex dei que in edictis data angelorum, in qua
unus deus deorum religione sacrorum
iussus est coli, alii vero quilibet prohibiti, in ar
cha erat posita, que archa testimonii nuncupa
ta est, quo nomine satis significatur non deum qui
per illa omnia colebatur circumcludi solere vel con
tineri loco, cum responsa eius et quedam humanis sen
sibus darentur signa ex illius arche loco, sed volu
tatis eius hinc testimonia perhiberi, quod et ipsa lex
erat in tabulis conscripta lapideis et in archa
ut dixi posita, quam tempore peregrinationis in heremo
cum tabernaculo, quod similiter appellatum est tab
naculum testimonii, cum debita sacerdotes venera
tione portabant, signumque erat, quod per diem nubes
apparebat, que sicut ignis nocte fulgebat. Que nu
bes cum moveretur, castra movebant,
et ubi staret, castra ponebantur.
Reddita sunt illi legi magna mira
culi testimonia, preter ista que dixi et preter
voces que ex illius arche loco ede
bantur. Nam cum terram promissionis
intrantibus eadem archa transiret
Iordanem, fluvius ex parte superiore
subsistens et ex inferiore decurrens, et
ipsi et populo siccum prebuit locum transe
undi. Deinde civitatis que prima hos
tilis occurrit, more gentium deos plu
rimos colentis, septies eadem archa
circumacta, muri repente ceciderunt,
nulla manu oppugnati, nullo ari
ete percussi. Post hec etiam cum iam in terra
promissionis essent et eadem archa propter eorum peccata
fuisset ab hostibus capta, hii qui ceperant in templo
eam dei sui quem pre ceteris colebant honorifice col
locarunt, abeuntesque clauserunt, apertoque postea die
simulachrum cui supplicabant invenerunt collap
sum deformiter atque confractum. Deinde ipsi prodigiis

De archa testimonii de lege in tablis lapideis conscripta tabernaculo columpna ignis de nocte et de nube in die

Quod hebrei transierunt cum archa per Iordanem et septies circueundo Iericho muri corruerunt. De archa capta a philisteis propter peccata cum qua Dagon cecidit quam reiunxerunt in novo plaustro

acti deformiusque puniti, archam divini testimonii populo
unde ceperant reddiderunt. Ipsa autem redditio qua
lis fuit! Imposuerant eam plaustro eique iuvencas
a quibus vitulos sugentes traxerant subiunxerunt,
et eas quo vellent ire sinerunt, etiam hinc vim divinam
explorare cupientes. At ille sine duce homine
atque rectore ad hebreos via pertinaciter gradientes,
nec revocate mugitibus esurientium filiorum, mag
num sacramentum suis cultoribus reportarunt. Hec atque hu
ius modi deo parva sunt, sed magna terrendis salubriter
erudiendisque mortalibus. Si enim philosophi precipueque
platonici rectius ceteris sapuisse laudantur, sicut
paulo ante commemoravi, quod divinam providentiam
hec quoque rerum infima atque terrena administrare
docuerunt, innumerabilium testimonio pulchritudinum que non solum
in corporibus animalium, verum in herbis etiam atque feno gignuntur,
quanto evidentius hec attestantur divinitati que
ad horam predicationis eius fiunt, ubi ea religio com
mendatur que omnibus celestibus terrestribus infernis
sacrificari vetat, uni deo tantum iubens, qui solus dili
gens et dilectus beatos facit, eorumque sacrificiorum tempora
imperata prefiniens, eaque per meliorem
sacerdotem in melius mutanda
predicens, non ista se appetere, sed per
hec alia potiora significare testatus,
non ut ipse his honoribus sublimetur,
sed ut nos ad eum colendum eique ad
herendum igne amoris eius accensi,
quod nobis non illi bonum est, excitemur.

Quod philosophi platonici divinam providentiam preterius intellexerunt de miraculis dei et de numinibus et de historiis gentium

Contra eos qui de miraculis quibus dei populus eruditus est negant ecclesiasticis libris esse credendum xviii c.

Anne dicet aliquis ista falsa
esse miracula, nec fuisse
facta, sed mendaciter scripta? Quisquis hoc dicit, si de
his rebus negat omnino ullis litteris esse credendum,
potest etiam dicere nec deos ullos curare mortalia.
Non enim aliter se colendos esse persuaserunt, nisi mirabi
lium operum effectibus, quorum et historia gentium testis est,
quarum dii se ostentare mirabiles potius quam
utiles ostendere potuerunt. Unde hoc opere nostro, cuius hunc iam
decimum librum habemus in manibus, non eos suscepimus
refellendos qui vel ullam esse vim divinam ne
gant vel humana non curare contendunt, sed eos qui
nostro deo conditori sancte et gloriosissime civitatis
deos suos preferunt, nescientes eum ipsum esse mundi
huius visibilis et mutabilis invisibilem et in
commutabilem conditorem, et vite
beate non de his que condidit, sed de se ipso
verissimum largitorem. Eius enim propheta
veracissimus ait: Michi autem adherere
deo bonum est. De fine namque boni inter
philosophos queritur, ad quod adipiscendum officia
omnia referenda sunt. Nec dixit iste:
Michi autem divitiis abundare bonum
est, aut insignibus purpura et sceptro
vel dyademate excellere, aut quod nonnulli etiam philosophorum di
cere non erubuerunt: Michi voluptas corporis bonum est,
aut quod melius velut meliores dicere visi sunt: Michi
virtus animi mei bonum est; sed Michi inquit ad
herere deo bonum est. Hoc enim docuerat cui uni tantummodo

De gloriosa civitate dei et quod propheta dixit: Michi autem adherere deo bonum est, cui soli sacrificandum est

sacrificandum, sancti quoque angeli eius miraculorum contestatione monuerunt. Unde et ipsum sacrificium eius sanctus fuerat, cum igne intelligibili correptus ardebat, et in eius ineffabilem incorporeumque complexum sancto desiderio ferebatur. Porro autem si multorum deorum cultores, qualescumque deos suos esse arbitrentur, eorum ab eis facta esse miracula vel civilium rerum historie vel libris magicis, sive quod honestius putant theurgicis credunt, quid cause est cur illis litteris nolint credere ista facta esse, quibus tanto maior debetur fides, quanto super omnes est magnus, cui uni soli sacrificandum esse precipiunt?

corpora

Que ratio sit visibilis sacrificii, quod uni vero et invisibili deo offerre docet vera religio. XIX. c.

Qui autem putant hec visibilia sacrificia diis aliis congruere, illi vero tamquam invisibili invisibilia et maiora maiori meliorique meliora, qualia sunt pure mentis et bone voluntatis officia, profecto nesciunt hec ista signa esse illorum, sicut verba sonantia signa sunt rerum. Quocirca sicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus significantes voces, cui res ipsas in corde quas significamus offerimus, ita sacrificantes non alteri visibile sacrificium offerendum esse noverimus quam illi, cuius in cordibus nostris invisibile sacrificium nos ipsi esse debemus. Tunc nobis favent nobisque congaudent atque ad hoc ipsum nos pro suis viribus adiuvant angeli quique virtutesque superiores et ipsa bonitate ac pietate potentiores. Si autem illis hec exhibere voluerimus, non libenter accipiunt, et cum ad homines ita mittuntur ut eorum presentia sentiatur, apertissime vetant. Sunt exempla in litteris sanctis. Putaverunt quidam deferendum angelis honorem vel adorando vel sacrificando, qui debetur deo, et eorum sunt admonitione prohibiti iussique hoc ei deferre, cui uni fas esse noverunt. Imitati sunt angelos sanctos etiam sancti homines dei. Nam Paulus et Barnabas in Lycaonia facto quodam miraculo sanitatis putati sunt dii, eisque Lycaonii victimas voluerunt, quos a se humili pietate removentes eis in quem crederent annuntiaverunt deum. Nec ob aliud fallaces illi superbe sibi hoc exigunt, nisi quia vero deo deberi sciunt. Non enim revera, ut ait Porphirius et nonnulli putant, cadaverinis nidoribus sed divinis honoribus gaudent. Copiam vero nidorum magnam habent undique, et si amplius vellent, ipsi sibi poterant exhibere. Qui ergo divinitatem sibi arrogant spiritus, non cuiuslibet corporis fumo sed supplicantis animo delectantur, cui decepto subiectoque dominentur, intercludentes iter ad deum verum, ne sit homo illius sacrificium dum sacrificatur cuipiam preter illum.

Quare Paulus et Barnabas in Lycaonia dii esse putabantur, quod ipsi negabant. De Porphirio. Et quare ihesus xpistus in forma servi voluit esse sacrificium patris.

De summo veroque sacrificio quod ipse dei et hominum mediator effectus est. XX. capitulum

Unde verus ille mediator, in quantum formam servi accipiens mediator effectus est dei et hominum homo xpistus ihesus, cum in forma dei sacrificium cum patre sumat, cum quo et unus deus est, tamen in forma servi sacrificium maluit esse quam sumere, ne vel hac occasione quisquam existimaret cuilibet sacrificandum esse creature. Per hoc et sacerdos est ipse offerens, ipse et oblatio. Cuius rei sacramentum cottidianum esse voluit ecclesie sacrificium, que cum ipsius capitis corpus sit, se ipsam per ipsum discit offerre. Huius veri sacrificii multiplicia variaque signa erant sacrificia prisca sanctorum, cum hoc unum per multa figuraretur, tamquam verbis multis res una diceretur, ut sine fastidio multum commendaretur. Huic summo veroque sacrificio cuncta sacrificia falsa cesserunt.

De moderata potestate demonibus data ad glorificandos sanctos, qui pertulerant iam passionem, qui aereos spiritus non placando ipsos sed in deo permanendo vicerunt. XXI.

Moderatis autem prefinitisque temporibus etiam potestas permissa demonibus, ut hominibus quos possident excitatis inimicitias adversus dei civitatem tyrannicas exerceant, sibique sacrificia non solum ab offerentibus sumant et a volentibus expetant, verum etiam ab invitis persequendo violenter extorqueant, non solum perniciosa non est, sed etiam utilis invenitur ecclesie, ut martyrum numerus impleatur, quos civitas dei tanto clariores et honoratiores cives habet, quanto fortius adversus impietatis peccatum et usque ad sanguinem certant. Hos multo elegantius, si ecclesiastica loquendi consuetudo pateretur, nostros heroas vocaremus. Hoc enim nomen a Iunone dicitur tractum, quod Grece Iuno Hera appellatur, et ideo nescio quis filius eius secundum Grecorum fabulas Heros fuit nuncupatus, hoc videlicet veluti mysticum significante fabula, quod aer Iunoni deputetur, ubi volunt cum demonibus heroas habitare, quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Sed a contrario martyres nostri heroes nuncuparentur, si, ut dixi, usus ecclesiastici sermonis admitteret, non quo eis esset cum demonibus in aere societas, sed quod eosdem demones, id est aereas, vincerent potestates, et in eis ipsam, quidquid putatur significare, Iunonem, que non usquequaque inconvenienter a poetis inducitur inimica virtutibus et celum petentibus viris fortibus invida. Sed rursus ei succumbit infeliciter ceditque Virgilius, ut, cum apud eum illa dicat: vincor ab Enea, ipsum Eneam admoneat Helenus quasi consilio religioso et dicat: Iunoni cane vota libens dominamque potentem supplicibus supera donis. Ex qua opinione Porphirius, quamvis non ex sua sententia sed ex aliorum, dicit bonum deum vel genium non venire in hominem, nisi malus fuerit ante placatus, tamquam fortiora sint apud eos numina mala quam bona, quandoquidem mala impediunt adiutoria bonorum, nisi eis placata dent locum, malisque nolentibus bona prodesse non possunt; nocere autem mala possunt non sibi valentibus resistere bonis. Non est ista vere veraciterque sancte religionis via; sic

Quare ihesus xpistus est sacerdos offerens, oblacio sacrificii cottidiani, et cessent omnia alia sacrificia

Quare nostri martires heroes dici possent non inmerito heroas, si usus esset ecclesiasticorum sermonis admitteret, quia vincunt aereas potestates.

Quid dicat Virgilius de Enea, Helena, Iunone, et quod Porphirius dicat mala numina fortiora esse quam bona, et quomodo Scipio Africam vicit.

Iunone, hoc est aereas potestates, piorum virtutibus invidentes, nostri martyres vincunt. Non omnino, si divinitati posset, heroes nostri supplicationibus donis sed virtutibus divinis Heram superarent. Commodius quippe Scipio Africanus est cognominatus, quod virtute Africam vicit, quam si hostes donis placasset ut parcerent.

Unde sit sensus sanctis adversus demones potestas, unde cordis vera purgatio. xxii capitulum.

Vera pietate homines Dei aeream potestatem inimicam contrariamque pietati exorcizando eiciunt, non placando, omnesque temptationes adversitatis eius vincunt orando non ipsam sed Deum suum adversus ipsam. Non enim aliquem vincit aut subiugat nisi societate peccati. In eius nomine vincitur, qui hominem assumpsit egitque sine peccato, ut in ipso sacerdote ac sacrificio fieret remissio peccatorum, id est per mediatorem Dei et hominum hominem Christum Iesum, per quem facta purgatione peccatorum reconciliamur Deo. Non enim nisi peccatis homines separantur a Deo. Quorum in hac vita non fit nostra virtute sed divina miseratione purgatio, per indulgentiam illius, non per nostram potentiam. Quia et ipsa quantulacumque virtus, que dicitur nostra, illius est nobis bonitate concessa. Multum autem nobis in hac carne tribueremus, nisi usque ad eius depositionem sub venia viveremus. Propterea ergo nobis per mediatorem prestita est gratia, ut polluti carne peccati carnis peccati similitudine mundaremur. Hac Dei gratia, qua in nos ostendit misericordiam suam, et in hac vita per fidem regimur, et post hanc vitam per ipsam speciem incommutabilis veritatis ad perfectionem perducemur. [planissima]

[Quod homines fideles sua pietate vincunt aerea potestate et quod soli propter peccata homines separans a Deo qui per eum reconciliantur]

De principiis in quibus platonici purgationem anime esse profitentur. capitulum xxiii.

Dicit etiam Porphyrius divinis oraculis fuisse responsum, nos non purgari lune teletis atque solis, ut hinc ostenderetur nullorum deorum teletis hominem posse purgari. Cuius enim telete purgant, quos inter celestes deos precipuos habent? Denique eodem dicit oraculo expressum principia posse purgare. Ne forte, cum dictum esset non purgare teletas solis et lune, alicuius alterius dei de turba valere ad purgandum telete crederentur. Que autem dicat esse principia tamquam platonicus novimus. Dicit enim Deum Patrem et Deum Filium, quem grece appellat paternum intellectum vel paternam mentem; de Spiritu autem Sancto aut nichil aut non aperte aliquid dicit, quamvis quem alium dicat horum medium non intelligo. Si enim tertiam, sicut Plotinus ubi de tribus principalibus substantiis disputat, anime naturam etiam iste vellet intelligi, non utique diceret horum medium, id est Patris et Filii medium. Postponit quippe Plotinus anime naturam paterno intellectui; iste autem cum dicit medium, non postponit, sed interponit.

[Quod porphirius dicat divinitus esse et Deum filium visum non purgari lune theletis atque solis; quod patrem esse et Deum filium; de Spiritu sancto nichil dicitur etiam]

Et nimirum hoc dixit ut potuit sive ut voluit, quod nos Sanctum Spiritum, nec Patris tantum nec Filii tantum, sed utriusque Spiritum dicimus. Liberis enim verbis loquuntur philosophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum aurium pertimescunt. Nos autem ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia etiam de rebus que his significantur impiam gignat opinionem. Nos itaque ita non dicimus duo vel tria principia, cum de Deo loquimur, sicut nec duos deos vel tres nobis licitum est dicere, quamvis de uno quoque loquentes, vel de Patre vel de Filio vel de Spiritu Sancto, etiam singulum quemque Deum esse fateamur. Nec dicamus tamen, quod heretici Sabelliani, eundem esse Patrem qui est et Filius, et eundem Spiritum Sanctum qui est et Pater et Filius; sed Patrem esse Filii Patrem, et Filium Patris, et Filii et Patris Spiritum Sanctum, nec Patrem esse nec Filium. Verum itaque dictum est non purgari hominem nisi principio, quamvis pluraliter apud eos sint dicta principia.

[Quid dicat plotinus de tribus substantiis et quod aliud locuntur philozophi et quod catholici loquantur de trinitate et Sabellio]

De uno vero quoque principio quod solum naturam humanam purgat et renovat. xxiiii

Sed subditus Porphyrius invidis potestatibus, de quibus erubescebat et eas libere redarguere formidabat, noluit intelligere Dominum Christum esse principium, cuius incarnatione purgamur. Eum quippe in ipsa carne contempsit, quam propter sacrificium nostre purgationis assumpsit, magnum scilicet sacramentum ea superbia non intelligens, quam sua illa humilitate deiecit verus benignusque mediator, in ea se ostendens mortalitate mortalibus, quam maligni fallacesque mediatores non habendo se superbius extulerunt, miserisque hominibus adiutorium deceptorium velut immortales mortalibus promiserunt. Bonus itaque verusque mediator ostendit peccatum esse malum, non carnis substantiam vel naturam, quam cum anima hominis et suscipi sine peccato potuit et haberi, et morte deponi, et in melius resurrectione mutari. Nec ipsam mortem, quamvis esset pena peccati, quam tamen pro nobis sine peccato ipse persolvit, peccando esse vitandam, sed potius, si facultas datur, pro iustitia perferendam. Ideo enim solvere potuit moriendo peccata, quia et mortuus est et non pro suo. Hunc ille platonicus non cognovit esse principium; nam cognosceret purgatorium. Neque enim caro principium est aut anima humana, sed Verbum per quod facta sunt omnia. Non ergo caro per se ipsam mundat, sed per Verbum a quo suscepta est, cum Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Nam de carne sua manducanda mystice loquens, cum hi qui non intellexerunt offensi recederent dicentes: Durus est hic sermo, quis eum potest audire? respondit manentibus ceteris: Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest quicquam. Principium ergo suscepta anima et carne et animam credentium

[De porphirio quod ex superbia noluit intelligere Dominum Iesum Christum esse principium cuius incarnatione purgamus qui solvere potuit moriendo peccata]

[Quod verbum caro factum est per quod facta sunt omnia et quod est principium omnium et de manducatione eukaristie mundat]

mundat et carnem. Ideo credentibus Iudeis, quis esset, innuit se esse principium, quod utique carnalis infirmitatibus peccatis obnoxii et ignorantie tenebris obvoluti nequaquam percipere possemus, nisi ab eo mundaremur atque sanaremur, per hoc quod eramus et non eramus. Eramus enim homines, sed iusti non eramus; in illius autem incarnatione natura humana erat, sed iusta, non peccatrix erat. Hec est mediatio, qua manus lapsis iacentibus porrecta est; hoc est semen dispositum per angelos, in quorum edictis et lex dabatur, qua et unus deus coli iubebatur, et hic mediator venturus promittebatur.

Omnes sanctos et sub legis tempore et sub prioribus seculis ex fide Christi iustificatos fuisse. XXV ca.

Huius sacramenti fide etiam iusti antiqui mundari pie vivendo potuerunt. Non solum antequam lex populo hebreo daretur (neque enim eis predicator deus vel angeli defuerunt), sed ipsius quoque legis temporibus, quamvis in figuris rerum spiritualium habere videretur promissa carnalia, propter quod vetus dicitur testamentum. Nam et prophete tunc erant, per quos sicut per angelos eadem promissio predicata est. Et ex illorum numero erat, cuius tam magnam divinamque sententiam de bono humani finis paulo ante commemoravi: Michi autem adherere deo bonum est. In quo prorsus duorum testamentorum, quod dicitur vetus et novum, satis est declarata distinctio. Propter carnales enim terrenasque promissiones, cum eas impiis abundare conspiceret, dicit pedes suos pene fuisse commotos et effusos ad lapsum propemodum gressus suos, tamquam frustra deo ipse servisset, cum ea felicitate, quam de illo expectabat, contemptores eius florere prospiceret; seque in perquirendo hoc laborasse volentem cur ita esset apprehendere, donec intraret in sanctuarium dei et intelligeret in novissima eorum, qui felices videbantur erranti. Tunc ergo intellexit in eo, quod se extulerunt, sicut dicit fuisse deiectos et defecisse atque perisse propter iniquitates suas, totumque illud culmen temporalis felicitatis ita eis factum tamquam somnium evigilantis, qui se repente invenit suisque sopnia fallacibus gaudiis destitutum. Et quia in hac terra vel civitate terrena magni sibi videbantur, Domine, inquit, in civitate tua ymaginem illorum ad nichilum rediges. Quam sibi tamen utile fuerit etiam ipsa terrena non nisi ab uno vero deo querere, in cuius potestate sunt omnia, satis ostendit, ubi ait: Velut pecus factus sum apud te, et ego semper tecum. Velut pecus dixit utique non intelligens. Ea quippe a te desiderare debui, que mihi cum impiis non possunt esse communia. Quibus eos cum abundare cernerem, putavi me incassum tibi servisse, quando et illi hec haberent qui tibi servire noluissent. Tamen ego semper tecum, quia et in talium rerum desiderio deos alios non quesivi. Ac per hoc sequitur: Tenuisti manum dextere mee, et in voluntate tua deduxisti me, et cum gloria assumpsisti me.

Quod solus deus coli debet qui antequam lex daretur hebreis per angelos et per figuras innotuit ventura que promisit.

plane psalmo

Quid dicit David in psalmo Quam bonus Israel deus, quam malis floret in hac vita.

Tamquam ad sinistram cuncta illa pertineant, que abundare apud impios cum vidisset, pene collapsus est. Quid enim mihi est, inquit, in celo, et a te quid volui super terram? Reprehendit seipsum iuste, quia sibi displicuit, quod cum tam magnum haberet in celo (quod post intellexit) rem transitoriam fragilem et quodammodo luteam felicitatem a suo deo quesivit in terra. Defecit, inquit, cor meum et caro mea, deus cordis mei. Defectu utique bono ab inferioribus ad superna. Unde in alio psalmo dicitur: Desiderat et deficit anima mea in atria domini. Item in alio: Defecit in salutare tuum anima mea. Tamen cum de utroque dixisset, id est de corde et carne deficiente, non subiecit deus cordis et carnis mee, sed deus cordis mei. Per cor quippe caro mundatur. Unde dicit dominus: Mundate que intus sunt, et que foris sunt munda erunt. Partem deinde suam dicit ipsum deum, non aliquid ab eo, sed ipsum. Deus, inquit, cordis mei et pars mea deus in secula. Quod inter multa, que ab hominibus eliguntur, ipse illi placuit eligendus. Quia ecce, inquit, qui longe se faciunt a te peribunt; perdidisti omnem qui fornicatur abs te, hoc est, qui multorum vult deorum esse prostibulum. Unde sequitur illud, propter quod et cetera de eodem psalmo dicenda visa sunt: Michi autem adherere deo bonum est, non longe ire, non per plurima fornicari. Adherere autem deo tunc perfectum erit, cum totum quod liberandum est fuerit liberatum. Nunc vero fit illud, quod sequitur: Ponere in deo spem meam. Spes enim que videtur non est spes; quod enim videt quis, quid sperat? ait apostolus. Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. In hac autem spe nunc constituti agamus quod sequitur, et simus nosque pro modulo nostro angeli dei, id est nuntii eius, annuntiantes eius voluntatem et gloriam gratiamque laudantes. Unde cum dixisset: Ponere in deo spem meam, Ut annuntiem, inquit, omnes laudes tuas in portis filie Syon. Hec est gloriosissima civitas dei, hec unum deum novit et colit; hanc angeli sancti annuntiaverunt, qui nos ad eius societatem invitaverunt civesque suos in illa esse voluerunt; quibus non placet ut eos colamus nostros tamquam deos, sed cum eis et illorum et nostrum deum; nec eis sacrificemus, sed cum ipsis sacrificium simus deo. Nullo itaque dubitante, qui hec deposita maligna obstinatione considerat, omnes immortales beati, qui nobis non invident (neque enim si inviderent, essent beati), sed potius nos diligunt, ut et nos cum ipsis beati simus, plus nobis favent, plus adiuvant, quando unum deum cum illis colimus patrem et filium et spiritum sanctum, quam si eos ipsos per sacrificia coleremus.

Quid dicat David in psalmo Defecit in salutare et quod deo adherere bonum est de corde et de spe.

Quid dicat David de gloriosa civitate dei patris et filii et spiritus sancti quid angeli sancti colendum annuntiaverunt.

De inconstantia Porphirii inter confessionem dei veri et cultum demonum fluctuantis.

XXVI c.

Nescio quomodo quantum mihi videtur amicis suis theurgis erubescebat porphirius. nam ista utcumque sapiebat sed contra multorum deorum cultum non deum unum libere defendebat. et angelos quippe alios esse dixit qui deorsum descendentes hominibus theurgicis divina pronuntient. alios autem qui in terris ea que patris sunt et altitudinem eius profunditatemque declarent. Num igitur hos angelos quorum ministerium est declarare voluntatem patris credendum est velle nos subdi nisi ei cuius nobis annuntiant voluntatem. Unde optime ammonet etiam ipse platonicus imitandos eos potius quam invocandos. Non utique debemus metuere ne immortales et beatos uni deo subditos non eis sacrificando offendamus. Quod enim non nisi uni vero deo deberi sciunt cui et ipsi adherendo beati sunt procul dubio neque per aliquam figurantem neque per ipsam rem quam sacris significatur sibi exhiberi volunt. demonum est hec arrogantia superborum atque miserorum a quibus longe diversa est pietas subditorum deo nec aliunde quam illi coherendo beatorum. ad quod bonum percipiendum etiam nobis sincera benignitate oportet ut faveant neque sibi arrogent quo eis subiciamur sed eum annuntient sub quo eis in pace sociemur. Quid adhuc trepidas o philosophe quid adversus potestates et vere virtutibus et veri dei muneribus invidas habere liberam vocem. Iam distinxisti angelos qui patris annuntiant voluntatem ab eis angelis qui ad theurgicos homines nescio qua deductione descendunt. Quid adhuc eos honoras ut dicas pronuntiare divina. que tandem divina pronuntiant qui non voluntatem patris nuntiant. Nempe illi sunt quos sacris precibus invidus alligavit ne prestarent anime purgationem nec a bono ut dicis purgare cupiente ab illis vinculis absolvi et sue potestati reddi potuerunt. adhuc dubitas hec maligna esse demonia vel te fingis fortasse nescire dum non vis theurgos offendere et a quibus curiositate deceptus ista perniciosa et insana pro magno beneficio didicisti. Audes istam invidiam non potentiam sed pestilentiam et non dicam dominam sed quod tu fateris ancillam potius invidorum isto aere transcenso levare in celum et inter deos vestros etiam sidereos collocare vel ipsa quoque sidera his obprobriis infamare.

Quod dicat porphirius de theurgis et deductis officiis angelorum et de arrogantia demonum superborum

Increpatio beati Augustini porphirii qui dicit angelos hominibus theurgicis nuntiare divina deos et alios multos errores

beneficio

De impietate porphirii qua et apulei transcendit errorem. xxvii. c.

Quanto humanius et tolerabilius consectaneus tuus platonicus appuleius erravit qui tantummodo demones a luna et infra ordinatos agitari morbis passionum mentisque turbelis honorans quidem eos sed volens nolensque confessus est. deos tamen celi superiores ad etherea spacia pertinentes sive visibiles quos conspiciebat lucere solem et lunam et cetera ibi lumina sive invisibiles quos putabat ab omni labe istarum perturbationum quanta potuit disputatione secrevit. tu autem hoc didicisti non a platone sed a chaldeis magistris ut in ethereas vel empirreas mundi sublimitates et firmamenta celestia extolleres vitia humana ut possent dii vestri theurgis pronuntiare divina. quibus divinis te tamen per intellectualem vitam facis altiorem ut tibi videlicet tamquam philosopho theurgice artis purgationes nequaquam necessarie videantur. sed aliis eas tamen importas ut hanc velut mercedem reddas magistris tuis quod eos qui philosophari non possunt ad ista seducis que tibi tamquam superiorum capaci esse inutilia confiteris. ut videlicet quicumque a philosophie virtute remoti sunt que ardua nimis atque paucorum est te auctore theurgos homines a quibus non quidem in anima intellectuali verum saltem in anima spiritali purgentur inquirant. et quoniam istorum quos philosophari piget incomparabiliter maior est multitudo plures ad secretos et illicitos magistros tuos quam ad scolas platonicas venire cogantur. Hoc enim tibi inmundissimi demones deos ethereos se esse fingentes quorum predicator et angelus factus es promiserunt. quod in anima spiritali theurgica arte purgati ad patrem quidem non redeunt sed super aereas plagas inter deos ethereos habitabunt. non audit ista hominum multitudo propter quos a demonum dominatu liberandos xpistus advenit. In illo enim habent misericordissimam purgationem et mentis et spiritus et corporis sui. propterea quippe totum hominem sine peccato ille suscepit ut totum quo constat homo a peccatorum peste sanaret. quem tu quoque utinam cognovisses eique te potius quam vel tue virtuti que humana fragilis et infirma est vel perniciosissime curiositati sanandum tutius commisisses. Non enim te decepisset quem vestra ut tu ipse scribis oracula sanctum immortalemque confessa sunt. de quo poeta nobilissimus poetice quidem quia in alterius adumbrata persona veraciter tamen si ad ipsum referas dixit. Te duce si qua manent sceleris vestigia nostri irrita perpetua solvent formidine terras. Ea quippe dixit que etiam multum proficientium in virtute iustitie possunt propter huius vite infirmitatem et si non scelera scelerum tamen manere vestigia que non nisi ab illo salvatore sanantur. de quo iste versus expressus est. Nam utique non hoc a se ipso dixisse virgilius in egloge ipsius quarto ferme versu indicat ubi ait. Ultima cumei venit iam carminis etas. Unde hoc a cumea sibilla dictum esse incunctanter apparet. Theurgi vero illi vel potius demones deorum species figurasque fingentes inquinant potius quam purgant humanum spiritum falsitate fantasmatum et deceptoria vanitate ludificatorum formarum. Quomodo enim purget hominis spiritum qui inmundum habent proprium. Alioquin nullo modo carminibus invidi hominis ligarentur ipsique inane beneficium

Quod apuleius platonicus humanius errat loquendo de demonibus quam porphirius qui non a platone sed a chaldeis et malis precatoribus superstitiones didicit

Quod veniens [illegible] totum hominem [illegible] spiritum purgaret [illegible] de quo etiam loquitur virgilius in eglogo [illegible] ubi ultra [illegible] et ibi [illegible]

qd' pstatu videbantur/ aut metu
premeret/ aut simili in uidencia
denegarent/ suffiat q purgatoe
theurgica neqz intellectualem
aiam hoc e mentem nram dicis
posse purgari/ et ipam spitalem
i. nre aie ptem mentem inferiore
/quam tali arte purgari posse asseris/ inmortale
ti eternamqz no posse/ at arte fieri. gfiteris/ xps
aut vitam promittit eternam/ Vnde ad eum inui
dis/ vobis quide stomachantibus mirantibus
ti stupentibus qz concurrit/ Quid prodest quia
negare no potuisti/ errare homines theurgica
disciplina/ et qm plimos falle/ p cecam insipiete
qz sinam/ atqz ee certissimu errorem agendo
et supplicando ad pncipes angelos qz ptantes
Et rursum qsi ne opam pdidisse videris/ ista
dicendo mittis homines ad theurgos/ ut p eos
aia spitalis purgetur/ illoz qui no scdm in
tellectualem aiam viuunt

Adhuc aug9 con disputatem dede mombus porphirius disputat et qrit contra purgacom theurgica et d a et dt q x t sequndos

Quibus psuasionibus porphirius obcecatus no potuit veram sapienciam que e xps agnosce XXVIII

Mittis go homines in errorem certissimu neqz h tm malu te pudet/ tu vtutis et sapie te profitearis amatorem/ quasi ve ac fideliter amasses/ xpm dei vtute/ et di sapiam cognouisses nec ab eius saluberrima humilitate/ tumore inflatus vane scie resiluisses/ Confiteris tn et spitalem animam sine theurgicis artibus/ et sine theletis/ quibus frustra discendis elaborasti/ posse gtinencie virtute purgari/ Aliqn etiam dicis q thelete post mortem no eleuat aiam ut nec iam eidem ipi quam spitalem vocas aliquid post huius vite finem prodesse videantur/ et tn hec multis modis et repetis/ ad nichil aliud quantum existimo/ nisi ut talium quoqz rerum qsi peritus appareas/ et placeas illicitaz artium curiosis/ uel ad eas facias ipe curiosos/ Sed bene est q metuendam dicis hanc artem uel legum piculis uel ipius actionis atqz vtinam h' saltem abste miseri audiant/ et inde ne illic absorbeantur abscedant aut eo penitus non accedant Ignoranciam certe et ppter multa vitia p nullas theletas purgari dicis s; p solum patrikon noyn. i. paternam mentem siue intellectum q paterne e conscius voluntatis/ Hunc aut xpm esse no credis/ contempnis enim eum ppter corpus ex femina acceptum/ et ppter crucis obprobrium excelsam vero sapiam spretis atqz abiectis infimis ydoneus desup roibus carpere/ At ille implet qd' pphe sci de illo vacinati dixerunt/ pdam sapiam sapientium et prudenciam prudentium reprobabo Non enim suam in eis pdit et reprobat/ quam ipe donauit/ sed quam sibi arrogant qui no habent ipius/ Vnde commemorato/ isto ppheticoo testimonio sequitur/ et dicit aplus/ vbi sapiens vbi scriba vbi conquisitor huius seculi/ nonne stultam fecit deus sapiam huius mundi Nam qm in dei sapia no cognouit mundus p sapiam deum/ placuit deo p stulticiam pdicationis saluos face credentes/ Qm quide iudei signa petunt et greci sapiam querunt/ Nos aut inquit pdicamus xpm crucifixum iudeis quidem scandalum gentibus aut stulticiam ipis vo vocatis iudeis et grecis xpm di vtute/ et dei sapiam qm stultum di sapiencius est hominibus et infirmum di/ fortius e hominibus

Item porphirius qui dicit spitalem aiam sine theurgis et sine theletis posse pgari sed p patricon noyn. i. paternum q negat i tellum ee xpm

hoc qsi stultum et infirmum/ tamquam sua vtute p sapientes fortesqz contempnunt/ Sz hec est gra que sanat infirmos no supbe iactantes/ falsam beatitudine sua sed humili- potius veram miseriam confitentes

Porphirius cum alijs stultis plus spreuit summa sapiam xpi de qua dicitur perdam sapiam sapientium &c et a plus vir sapiens &c

De incarnatione dni nri ihu xpi quam confiti platonicoz erubescit impietas XXIX capitulum

Predicas prem et eius filium/ quem vocas paternum intellectum/ seu mentem et horum medium/ quem putamus te dicere spm stm et more vrō appellas tres deos/ Vbi et si verbis indisciplinatis vteris/ videtis tn qualitercumqz/ et qsi p quedam tenuis ymaginacionis vmbracula q nitendum sit/ sz incarnatoz in commutabilis filij di/ qua saluamur ut ad illa q credimus uel ex quantulacumqz pte intelligimus venire possimus/ no vultis agnoscere/ Itaqz videtis utcumqz et si delonginquo et si acie caligante patriam in qua manendum/ s; viam qua eundum est no tenetis Confiteris tn gram qm quidem ad deum p vtutem intelligencie puenire paucis dicis ee concessum/ Non enim dicit placuit uel pauci uoluerunt sz

Porphirius sine vera cognitione appellat tres deos prem et filium eius quem vocat paternum intellectum uel mentem et horum medium que catholici putat eum dicere velle spm stm

cum dicis ee concessum/ procul dubio di gram no hois sufficienciam confiteris Vteris et hoc vbo apertius/ ubi platonis sinam sequens/ nec ipe dubitas in hac vita hoiem nullo mo ad pfectionem sapie puenire/ s; m intellectum tn viuentibus omne qd deest/ prouidencia di et gra post hanc vitam posse cpleri/ O si cognouisses dei gram p ihm xpm dnm nrm/ ipamqz eius incarnatonem q hois aiam corpusqz suscepit/ summum ee exemplum gre vide potuisses/ Sed quid faciam scio me frustra loqui mortuo/ sed qntum ad te attinet/ quantum aut ad eos qui te magni pendunt/ et te uel qualiscumqz sapie uel curiositate artium quas no debuisti dicere diligunt quos potius in tua compellatoe alloquor fortassis no frustra gra di no potuit gracius commendari qm ut ipe vnicus dei filius in se incommutabilit manens/ indueretur hominem et spm dilectionis sue daret hominibus/ homine medio quo ad illum ab hominibus veniretur/ qui tam longe erat i mortalis/ amortalibus i commutabilis

ac commutabilibus iustis ab inpiis beatus a miseris. Et quia naturaliter indidit nobis ut beati immortales quoque esse cupiamus, manens beatus, suscipiens quoque mortalitatem ut nobis tribueret quod amamus, perpetiendo docuit contempnere quod timemus. Sed huic veritati ut possetis adquiescere humilitate opus erat, que cervicibus vestris difficillime persuaderi potest. Quid enim incredibile dicitur, presertim vobis, qui talia sapitis quibus ad hoc credendum vos ipsos admonere debeatis? Quid inquam vobis incredibile dicitur cum dicitur deus assumpsisse humanam animam et corpus? Vos certe tantum tribuitis anime intellectuali, que anima utique humana est, ut eam consubstantialem paterne illi menti, quem dei filium confitemini, fieri posse dicatis. Quid ergo incredibile est, si aliqua una intellectualis anima modo quodam ineffabili et singulari pro multorum salute suscepta est? Corpus anime vero coherere ut homo totus et plenus sit, natura nostra ipsa teste cognoscimus. Quod nisi usitatissimum esset, hoc profecto esset incredibilius. Facilius quippe in fidem recipiendum est, etsi humanum divino, etsi mutabile incommutabili, tamen spiritum spiritui, aut ut verbis utar que in usum habetis, incorporeum incorporeo, quam corpus incorporeo coherere. An forte vos offendit inusitatus corporis partus ex virgine? Nec hoc debet offendere, immo potius ad pietatem suscipiendam debet adducere, quod mirabiliter natus est. An vero quod ipsum corpus, morte depositum et in melius resurrectione mutatum, iam incorruptibile neque mortale, in superna subvexit? Hoc fortasse credere recusatis, intuentes Porphyrium in his ipsis libris, ex quibus multa posui, quos de regressu anime scripsit, tam crebro precipere omne corpus esse fugiendum, ut anima possit beata permanere cum deo. Sed ipse potius ista corrigendus sentiens fuit, presertim cum de anima mundi huius visibilis et tam ingentis corporee molis cum illo tam incredibilia sapiatis. Platone quippe auctore animal esse mundum et animal beatissimum, quod vultis esse sempiternum. Quomodo ergo nec umquam solvetur a corpore nec umquam carebit beatitudine, si ut beata sit anima, corpus est omne fugiendum? Solem quoque istum et cetera sidera non solum in libris vestris corpora esse fatemini, quod vobiscum homines omnes et conspicere non cunctantur et dicere, verum etiam altiore ut putatis peritia hec esse animalia beatissima perhibetis et cum his corporibus sempiterna. Quid ergo est quod cum vobis fides christiana suadetur, tunc obliviscimini aut ignorare vos fingitis quid disputare aut docere soleatis? Quid cause est cur propter opiniones vestras quas vos ipsi oppugnatis christianam esse nolitis, nisi quia Christus humilis venit et vos superbi estis? Qualia sanctorum

Quod porphirius dicat hominem nullo modo in hac vita perfectorum sapientie pervenire, sed post hanc vitam dei gratia conplere etc.

Augustinus contra sequaces porphirii qui misterium incarnationis et virginis partum propter superbia nullo modo suscipere voluerunt

[...]mirabit

Quod de porphirius de regressu anime plato et alii philosophi mundum dicunt esse animal et solem et lunam et alia sidera beatissima esse animalia sempiterna etc.

corpora in resurrectione futura sint, potest aliquanto scrupulosius inter christianarum scripturarum doctissimos disputari; futura tamen sempiterna minime dubitamus, et talia futura quale sua resurrectione Christus demonstravit exemplum. Sed qualiacumque sint, cum incorruptibilia prorsus et inmortalia nichilque anime contemplationem qua in deum figitur impedientia predicentur, vosque etiam dicatis esse in celestibus inmortalia corpora inmortalium beatorum, quid est quod ut beati simus omne corpus fugiendum esse opinamini, ut fidem christianam quasi rationabiliter fugere videamini, nisi quia illud est, quod iterum dico, Christus est humilis, vos superbi? An forte corrigi pudet? Et hoc vitium non nisi superborum est. Pudet videlicet doctos homines ex discipulis Platonis fieri discipulos Christi, qui piscatorem suo spiritu docuit sapere ac dicere: In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nichil. Quod factum est in ipso vita erat, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebre eam non comprehenderunt. Quod initium sancti evangelii, cui nomen est secundum Johannem, quidam platonicus, sicut a sancto sene Simpliciano, qui postea Mediolanensi ecclesie presedit episcopus, solebamus audire, aureis litteris conscribendum et per omnes ecclesias in locis eminentissimis proponendum esse dicebat. Sed ideo viluit superbis deus ille magister, quia verbum caro factum est et habitavit in nobis, ut parum sit miseris quod egrotant, nisi se in ipsa etiam egritudine extollant et de medicina qua sanari poterant erubescant. Non enim hoc faciunt ut erigantur, sed ut cadendo gravius affligantur.

Quod catholici homines dicunt corpora sanctorum resurgere et esse sempiterna et quod pudet platonicos superbos ad hoc se humiliare ut Christi discipuli fiant qui docuit piscatorem dicere In principio erat verbum.

Quanta platonici dogmatis refutavit porphirius et dissentiendo correxit. XXX. c.

Si post Platonem aliquid emendare existimat indignum, nonnulla et non parva emendavit? Nam Platonem animas hominum post mortem revolvi usque ad corpora bestiarum scripsisse certissimum est. Hanc sententiam Porphyrii doctor tenuit et Plotinus; Porphyrio tamen iure displicuit. In homines sane sua que dimiserat, sed in alia nova corpora redire humanas animas arbitratus est. Puduit scilicet illud credere, ne mater fortasse filium in mulam revoluta vectaret; et non puduit hoc credere, ubi revoluta mater in puellam filio forsitan nuberet. Quanto creditur honestius quod sancti et veraces angeli docuerunt, quod prophete dei spiritu acti locuti sunt, quod ipse quem venturum salvatorem premissi nuntii predixerunt, quod missi apostoli qui orbem terrarum evangelio repleverunt. Quanto inquam honestius creditur animas semel ad corpora propria, quam redire totiens ad diversa. Verumtamen, ut dixi, ex magna parte in hac opinione Porphyrius correctus est, ut saltem in solos homines humanas animas precipitari posse sentiret, beluinos autem carceres evertere minime dubitaret. Dicit etiam ad hoc deum

Cur ipse porphirius

Quod quidem platonicus evangelium Johannis In principio erat verbum etc. a beato simpliciano dicebat litteris aureis conscribi vel depingi debere.

animam mundo dedisse, ut materie cognoscens mala ad patrem recurreret, nec aliquando iam talium polluta contagione teneretur. Ubi etsi aliquid inconvenienter sapit (magis enim data est corporibus ut bona faceret; non enim mala disceret, si non faceret), in eo tamen aliorum platonicorum opinionem et non in re parva emendavit, quod mundatam ab omnibus malis animam et cum patre constitutam numquam iam mala mundi huius passuram esse confessus est. Qua sententia profecto abstulit quod esse platonicum maxime perhibetur, ut mortuos ex vivis, ita vivos ex mortuis semper fieri; falsumque esse ostendit quod platonice videtur dixisse virgilius in campos elysios purgatas animas missas, quo nomine tamquam per fabulam videtur significare gaudia beatorum, ad fluvium letheum evocari, hoc est ad oblivionem preteritorum, scilicet ut immemores supera ut convexa revisant rursus et incipiant in corpora velle reverti.

Error platonis qui dicit humanas animas in nova corpora redire et beatarum contrarium decreto porphirii et plotinis quod mirum erat in hac parte contra platonis

Merito displicuit hoc porphirio, quoniam revera credere stultum est ex illa vita que beatissima esse non poterit nisi de sua fuerit eternitate certissima desiderare animas corruptibilium corporum labem et inde ad ista remeare, tamquam hoc agat summa purgatio ut inquinatio requiratur. Si enim quod perfecte mundantur hoc efficit ut omnium obliviscantur malorum, malorum autem oblivio facit corporum desiderium, ubi rursus implicentur malis, profecto erit infelicitatis causa summa felicitas et stultitie causa perfectio sapientie et inmunditie causa summa mundatio. Nec veritate beata erit ibi anima quamdiucumque erit, ubi oportet ut fallatur, ut beata sit. Non enim beata erit nisi secura. Ut autem secura sit, falso putabit se semper fore beatam, quoniam aliquando erit et misera. Cui ergo gaudendi causa falsitas erit, quomodo de veritate gaudebit? Vidit hoc porphirius purgatamque animam ob hoc reverti dixit ad patrem, ne aliquando iam malorum polluta contagione teneatur.

Quod virgilius in campis elysiis animas purgandas platonice dixit et de fluvio letheo quod porphirio displicuit

De argumentorum platonicorum quos animam humanam deo asserunt esse coeternam. XXXI capitulum.

Falso igitur a quibusdam est platonicis creditus necessarius orbis ille ab eisdem abeundi et ad eadem redeundi. Quod etiam si verum esset, quid hoc scire prodesset? Nisi forte inde se nobis audent preferre platonici, quia nos id in hac vita iam nesciremus quod ipsi in alia meliore vita purgatissimi et sapientissimi futuri erant nescituri et falsum credendo beati futuri. Quod si absurdissimum et stultissimum est dicere, porphirii profecto est preferenda sententia his qui animarum circulos alternante semper beatitudine et miseria suspicati sunt. Quod si ita est, ecce platonicus in melius a platone dissentit, ecce vidit quod ille non vidit, nec post talem ac tantum [magistrum] refugit correptionem, sed homini preposuit veritatem. Cur ergo non potius divinitati credimus de his rebus, quas humano ingenio pervestigare non possumus, que animam quoque ipsam non deo coeternam, sed creatam dicit esse, que non erat?

Quod porphirius purgatam animam reverti dixit ad patrem et de eterna beatitudine

Ut enim hoc platonici nollent credere, hanc utique causam idoneam sibi videbantur afferre: Quia nisi quod semper antea fuisset, sempiternum deinceps esse non posset; quamquam et de mundo et de his quos in mundo deos a deo factos scribit plato, apertissime dicat eos esse cepisse et habere initium, finem tamen non eos habituros, sed per conditoris potentissimam voluntatem in eternum mansuros perhibeat. Verum id quo intelligant invenerunt, non esse hoc videlicet temporis sed substitutionis initium. Sicut enim, inquiunt, si pes ex eternitate semper fuisset in pulvere, semper ei subesset vestigium, quod tamen vestigium a calcante factum nemo dubitaret, nec alterum altero prius esset, quamvis alterum ab altero factum esset; sic, inquiunt, et mundus atque in illo dii creati et semper fuerunt semper existente qui fecit, et tamen facti sunt. Numquid ergo si anima semper fuit, et miseria eius semper fuisse dicenda est? Porro si aliquid in illa quod ex eterno non fuit esse cepit ex tempore, que antea non fuisset, deinde beatitudo quoque eius post experimentum malorum firmior et sine fine mansura, sicut iste confitetur, procul dubio cepit ex tempore, et tamen semper erit, cum ante non fuerit. Illa igitur omnis argumentatio dissoluta est, qua putatur nihil esse posse sine fine temporis nisi quod initium temporis non habuerit. Quapropter divine auctoritati humana cedat infirmitas, eisque beatis et immortalibus de vera religione credamus, qui sibi honorem non expetunt quem deo suo qui etiam noster est deberi sciunt. Nec iubent ut sacrificium faciamus nisi ei tantum, cuius et nos cum illis, ut sepe dixi et sepe dicendum est, sacrificium esse debemus, per eum sacerdotem offerendi, qui in homine quem suscepit, secundum quem et sacerdos esse voluit, etiam usque ad mortem sacrificium pro nobis dignatus est fieri. Hec est religio, que universalem continet viam anime liberande, quoniam nulla nisi hac liberari potest. Hec est enim quodammodo regalis via que una ducit ad regnum non temporali fastigio nutabundum, sed eternitatis firmitate securum. Cum autem dicat porphirius in primo iuxta finem de regressu anime libro nondum receptum in unam quandam sectam quod universalem contineat viam anime liberande, vel a philosophia verissima aliqua vel ab indorum moribus ac disciplina aut inductione chaldeorum aut alia qualibet via, nondumque in suam notitiam eandem viam historiali cognitione perlatam, procul dubio confitetur esse aliquam, sed nondum in suam venisse notitiam. Ita ei non sufficiebat quidquid de anima liberanda studiosissime didicerat sibique et potius aliis nosse ac tenere videbatur. Sentiebat enim adhuc sibi deesse aliquam prestantissimam auctoritatem quam de re tanta sequi oporteret. Cum autem dicit ex philosophia verissima aliquam nondum in suam notitiam pervenisse sectam que universalem contineat viam anime liberande, satis quantum arbitror ostendit vel eam philosophiam in qua ipse philosophatus est non esse verissimam, vel ea

Quod sentiat platonica de initio mundi vel eius sempiternitate et corporibus et anime argumentatione

non habet temporis initium perfecta est enim anime beatitudo que tamen initium

Quod catholici sacrificium esse debemus deo sacerdoti qui pro nobis usque ad mortem sacrificium dignatus est fieri

non contineret talem viam et quod potest esse verissima
qua non continetur hec via. Nam que alia est via
universalis anime liberande nisi qua universe anime liberantur
ac per hoc sine illa nulla anima liberatur. Cum autem
addit et dicit vel ab indutione caldeorum vel ab
indorum moribus vel alia qualibet
via manifestissima voce testatur
voce testatur neque illis que ab indis
neque illis que a chaldeis didicerat hanc
universalem viam anime liberande contineri et
utique se a chaldeis oracula divina supprimere
sisse quorum assiduam commemorationem
facit tacere non potuit. Quam vult ergo in-
telligi anime liberande universalem viam nondum
receptam vel ex aliqua nobilissima
philosophia vel ex earum gentium doctrinis que magne
velut in divinis rebus habebantur, quia plus apud
eos curiositas valuit, quorumque angelorum cognos-
cendorum et colendorum nondum in suam notitiam
historiali cognitione perlatam? Que nam ista est
universalis via, que non suo cuique genti sed universis gen-
tibus quod commune esset divinitus impertita est? Quam certe
iste homo non mediocri ingenio preditus esse non
dubitat, providentia quippe divina sine ista universali via
liberande anime genus humanum relinqui potuisse
non credit. Neque enim non esse, sed hoc
tantum bonum tantumque adiutorium nondum
receptum, nondum in suam noticiam esse perlatum
dicit. Nec mirum, tunc
enim porphirius erat in rebus huma-
nis, quando ista liberande anime universalis via,
que non est alia quam religio christiana,
oppugnari permittebatur ab ydo-
lorum demonumque cultoribus regibusque
terrenis propter asserendum et consecran-
dum numerum martirum, hoc est testium veritatis, per quos
ostenderetur omnia corporalia mala pro fide pietatis
et commendatione veritatis esse toleranda. Vide-
bat ergo ista porphirius et per huiusmodi persecutiones
cito istam viam perituram et propterea non esse
ipsam liberande anime universalem putabat, non intelli-
gens hoc quod eum movebat et quod in eius ele-
ctione perpeti metuebat, ad eius confirmationem
robustioremque commendationem potius pertinere.
Hec est igitur anime liberande universalis via, id est universis genti-
bus divina miseratione concessa, cuius profecto
notitia ad quoscumque iam venit et ad quoscumque
ventura est, nec debuit nec debebit ei dici: quare
modo, et quare tam sero, quoniam mittentis consilium non est huma-
no ingenio penetrabile. Quod sensit etiam iste cum
dixit nondum receptum hoc donum dei et nondum in
suam notitiam esse perlatum. Neque enim propterea verum non
esse iudicavit, quia nondum in fidem suam receptum
fuerat, vel in notitiam nondum pervenerat. Hec est inquam
liberandorum credentium universalis via, de qua fidelis Abra-
ham divinum accepit oraculum: In semine tuo benedicentur
omnes gentes. Qui fuit quidem
gente chaldeus, sed ut talia
promissa perciperet et ex illo propa-
garetur semen dispositum

per angelos in manu mediatoris,
in quo esset ista liberande anime universalis,
id est omnibus gentibus
data, iussus est discedere a terra
sua et de cognatione sua et
de domo patris sui. Tunc ipse primi-
tus a chaldeorum superstitionibus liberatus unum verum
deum sequendo coluit, cui promittenti fideliter credi-
dit. Hec est universalis via, de qua in sancta prophetia dicitur:
Deus misereatur nostri et benedicat nobis, illuminet
vultum suum super nos, ut cognoscamus in terra viam
tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. Unde tanto
post ex Abrahe semine carne suscepta de se ipso
ait ipse salvator: Ego sum via, veritas et vita. Hec
est universalis via, de qua tanto ante prophetatum est: Erit
in novissimis diebus manifestus mons domus domini preparatus in cacu-
mine montium, et extolletur super colles, et venient
ad eum universe gentes, et ingredientur in eum nationes
multe et dicent: Venite, ascendamus in montem
domini et in domum dei Iacob, et annuntiabit nobis vi-
am suam, et ingrediemur in ea.
Ex Syon enim prodiet lex, et verbum domini
de Ierusalem. Via ergo ista non est unius
gentis, sed universarum gentium, et
lex verbumque domini non in Syon et Ierusalem
remansit, sed inde processit, ut
se per universa diffunderet. Unde
ipse post resurrectionem suam dis-
cipulis trepidantibus ait: Opor-
tebat impleri que scripta sunt in
lege et prophetis et psalmis de me.
Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent
scripturas, et dixit eis: Quia oportebat Christum pa-
ti et resurgere a mortuis tertia die, et predicari in no-
mine eius penitentiam et remissionem peccatorum per omnes gen-
tes, incipientibus ab Ierusalem. Hec est universalis anime liberande
via, quam sancti angeli sanctique prophete prius in paucis
hominibus, ubi potuerunt dei gratiam reperientes, et max-
ime in Hebrea gente, cuius erat ipsa quodam-
modo sacrata res publica in prefigurationem et prenun-
tiationem civitatis dei ex omnibus gentibus congre-
gande, et tabernaculo et templo et sacerdotio et
sacrificiis significaverunt, et eloquiis quibusdam
manifestis, pluribus mysticis predixerunt; presens
autem in carne ipse mediator et beati eius
apostoli iam testamenti novi gratiam revelantes apertius in-
dicaverunt, que aliquanto occultius superioribus
sunt significata temporibus, pro etatum generis humani
distributione, sicut eam deo sapienti placuit ordinare,
mirabilium operum divinorum, quorum superius pauca
iam posui, contestantibus signis. Non enim appa-
ruerunt tantummodo visiones angelice et celestium ministrorum
sola verba sonuerunt, verum etiam
hominibus dei verbo simplicis pi-
etatis agentibus spiritus immun-
di de hominum corporibus ac sensi-
bus pulsi sunt, vitia corporis,
languores sanati sunt, fera anima-
lia terrarum et aquarum volatilia

Quando dicit porphirius de regressu anime de philosophia indorum caldeorum et de verissima philosophia inquit non dum perlatus est, id est anime universalem

Quod religio christiana est universalis via liberande anime, hoc est universis gentibus divina miseratione concessa, et quare hoc modo vel sero fiat solius dei est

Quod porphirius se sit fidelem abraham chaldeum gente per divinum oraculum accepisse

de via universali anime liberande qua liberatus a superstitionibus chaldeorum unum verum deum coluit

Quod de ipso salvatore per prophetam dictum est in psalmo deus misereatur etc. ut cognoscamus in omnibus gentibus etc. Item alius propheta de ipsa erit in novissimis etc.

Quod in hebraica gente prenuntiatio facta fuit de gloriosa civitate dei de tabernaculo templo sacerdotio et de aliis que in lege corporis et prophetis de Christo scripta sunt

Marginal notes: vt disciplina — etiam hoc — manifesta — quia — sero — in quo habitabat tempus prophetia et similiter anime beatitudinis [illegible]

celi signa elementa sydera, diuina iussa fecerunt, in
ferna cesserunt, mortui reuixerunt. Exceptis ipsius
saluatoris Christi singularibus que miraculis, nisi quod
natiuitatis et resurrectionis, in uno quorum ma
tris uirginitatis tantum commendatum est sacramentum, in altero autem etiam
eorum, qui in fine resurrecturi sunt, demonstrauit ex
emplum. Hec est uia, que totum hominem mundat et inmor
talitati mortalem ex omnibus quibus constat partibus
preparat. Ut enim non alia purgatio ei parti que
retur, quam uocat intellectualem Porphirius,
alia ei quam uocat spiritualem, alia que ipsi corpori,
propterea totum suscepit ueracissimus potentissimusque munda
tor atque saluator. Preter hanc uiam, que partim
cum hec futura prenuntiantur, partim cum facta nuntiantur,
numquam generi humano defuit, nemo liberatus est,
nemo liberatur, nemo liberabitur.

Quod non solum apparuerit angelice uisiones uiri et spiritus in mundi de hominibus dei uel mox bene expulsi sunt et clementa iussa eorum fecerunt, preter ea que facta sunt tempore diuine incarnationis.

Quod autem Porphirius uniuersalem
uiam anime liberande non dicit in
suam notitiam historiali cognitione
uenisse, quid hac historia uel illustrius inueniri potest, que uniuersum orbem tanto apice auctoritatis obtinuit, uel fidelius,
in qua ita narrantur preterita, ut
futura etiam predicantur, quorum mul
ta uidemus impleta, ex quibus ea que restant sine
dubio speremus implenda? Non enim potest Porphirius
uel quicumque Platonici etiam in hac uia quasi terre
narum rerum et ad uitam istam mortalem perti
nentium diuinationem predicationemque contempnere, quod in
aliis uaticinationibus
et quorumlibet modorum uel artium
diuinationibus faciunt. Negant
enim hec uel magnorum hominum uel
magni esse pendenda et recte.

Quid Porphirius senserit de purgatione partis intellectualis uel spiritalis uel de uia uniuersali anime liberande

Nam uel inferiorum fiunt presen
sione causarum, sicut arte me
dicina quibusdam antece
dentibus signis plurima cuenture ualitudini pro
uidentur, uel inmundi demones sua disposita facta
prenuntiant, quorum ius et in mentibus atque in cupidi
tatibus iniquorum ad queque congruentia facta du
cendis quodammodo sibi uendicant, et materiam
infimam fragilitatis humane. Non talia sancti homines
in ista uniuersali animarum liberandarum uia
gradientes tamquam magna prophetare curarunt. Quamuis et
ista eos non fugerint, et ab
eis sepe predicta sint ad eorum
fidem faciendam, que mortalium sensibus non poterant inti
mari nec ad experimentum ce
leri facilitate perduci, sed alia
erant uere magna atque diuina,

Quod homines sancti adeo inspirati prenuntiabant Christum uenturum in carne de cuius diuinitate temptationes excitatione purgatione et liberatione ab omni malo per eum fienda

que quantum uidebatur cognita dei uoluntate futura
nuntiabant. Christus quippe in carne uenturus
et que in illa tam clare perfecta sunt, atque in eius
nomine impleta, penitentia hominum et ad deum conuersio uo
luntatum, remissio peccatorum, gratia iustitie, fides pi
orum et per uniuersum orbem in ueram diuinitatem multitudo
credentium, cultus simulachrorum demoniumque sub
uersio et temptationibus exercitatio, proficientium pur
gatio et liberatio ab omni malo, iudicii dies, re
surrectio mortuorum, societatis impiorum eterna
dampnatio, regnumque eternum gloriosissime ciui
tatis dei conspectu eius inmortaliter perfruentis, in
huius uite scripturis predicta atque promissa sunt.
Quorum tam multa impleta
conspicimus, ut recta pieta
te futura esse certa confidamus.

Multaque promissa sunt in scripturis impleta conspicimus, ut recta pietate futura esse certa confidamus.

Huius uite rectitudinem usque ad
deum uidendum, eique in eternum
coherendum in sanctarum
scripturarum, qua predicatur atque asseritur ueritate, qui
cumque non credunt, et ob hoc nec intelligunt, oppug
nare possunt, sed expugnare non possunt. Quapropter in de
cem istis libris, et si minus quam nonnullorum de
nobis expectabat intentio, tamen quorundam studio
quantum uerus deus et dominus adiuuare
dignatus est, satisfecimus, refutando contradic
tiones impiorum, qui conditori sancte ciuitatis de
qua disputare instituimus, deos suos preferunt.
Quorum .x. librorum quinque superiores aduersus eos con
scripti sunt, qui propter bona uite huius deos colen
dos putant. Quinque autem posteriores aduersus eos
qui cultum deorum propter uitam que post mortem futura
est seruandam existimant. Deinceps itaque uelut
in primo libro polliciti sumus, de duarum ciuitatum que
in hoc seculo perplexas diximus inuicemque permix
tas, exortu et procursu et debitis finibus que
dicenda arbitror, quantum diuinitus adiuua
bor expediam.

Pacator appellatus est in regis amicus
Nicasius iustus, primus resplenduit horis,
lucifer ut mane radians orientis ab axe.
Hic a romano papa clemente beato
antistites sedis sacratur rothomagensis.
Antistites sanctus mellonis in ordine primus
extolluit plebem doctrina rothomagensem.
Post hunc deuotus et clemens audianus
optinuit regimine, curam quoque plebis herilem.
Successit presul fulgens uirtute seuerus.
Moribus insignis, consiliis ac sibi dulcis
Eusebius dulcis, et in ordine pontificali
Constans eminuit uirtutum floribus almus.
Marcellinus huic successit munere Christi
pastor precipuus, morum bonitate decorus.
Pugil in populo petrus, dignus quoque custos
sancte commissum sibi rexit pontificatum.
Victricius uictor uitiorum, fortis et ultor,
ecclesiam curauit diu, plebemque reformans.
Eloquiis plenus sancte successit innodus
fortis et innocuus, prudens pius atque modestus.
Prefuit ecclesie siluester sanctus honeste,
quam iuste rexit prudenter et amplificauit.
Presul malsonus diuino dogmate fultus
extitit in populo uenerabilis undique pastor.
Inclitus antistites populi custos que perpes
suscepit sedem germanus pontificalem.
Commissas coluit crescentius atque decorauit.

Versus interpositi continent nomina pontificum
Rothomagensium. Et superflue positi sunt
nec pertinent ad librum de ciuitate dei

X

Moribus egregius / virtute quoque inclite fecit
Fulsit gildardus pastor / sacer atque benignus
Dapsilis et constans / ubi quoque lumine flagrans
Flavius insignis virtutum virtutum flore refulsit /
Commissos quoque sibi divina lege replevit
Occubuit martir pretextatus firdegundis
Regine monitu / per christi nomine ihesu
Ecclesiam multis rexit melancius annis
Subiectos docuit / iuste quoque vivere fecit
Nobilis hildulphus per statu pontificatu
Dedit et extolluit divini dogmate verbi
Pius romanus / preclaro nobilis ortu
Moribus emicuit / sacer quoque lumine verbi
Audoenus hinc successit pontificali
Ordine / splendescens virtutibus atque refulgens
Inclitus ausbertus / probitatis lumine clarus
Ecclesiam rexit quam sancte nobilitavit /
Insignis griffo successit in ordine sancto
Actibus egregius / meritis pastor mirandus
Iustus et insignis / ranulandus cordie fluxit
Conpactis meritis / meritisque refertus opimis
Prefuit in populo domini / venerabilis hugo
Et prebuit sancte subiectis dogmata vite
Sedem robertus / digne pastoris adeptus
Viribus emicuit / sanctis iste quoque vixit
Grimo devotus pastor / pius inclitus actu
Suscepit ecclesiam / divino iure regendam
Culmine pastoris / micuit raginfridus in omni
Actu / magnificus constructor pontificatus
Remigius presul / regali stirpe creatus
Vixit devote / populo dans dogmata vite
Presul menardus bonitatis odore refertus
Subiectos docuit / viciorum sorde piavit
Presul successit / qui gilbertus in omni
Constans et clemens populi / pastor quoque fidelis
Remuardus hinc successit in ordine felix
Hic acuit mites / conpescuit atque rebelles
Gombaldus iuste tenuit moderamina vite
Prospiciens populo / venerabilis utpote pastor
Insignis paulus / pastoris culmine dignus
Verbo doctrine fulsit / probitate quoque vite
Wenalo vir prudens / divino dogmate pollens
Ecclesie docuit commissos iura salutis
Indole precipuus bonitate virens / adolandus
Iura sacerdotis tenuit / pia pastor herilis
Felix atque probus / preclara stirpe reclusus
Contulit ecclesie / quamvis plurima predia terre
Nobilis antistites / divino iure johannes
Ordine pontificis / virtutum lampade fulsit
Witto commissum conscendens pontificatum
Claruit in populo / vir prudens dogmate sancto
Successit franco / plebis bonus auxiliator
Quem lavacri sancti rollonem fonte saciuit /
Eidem pontificis gothardus in ordine supsit
Utilis in populo / prudens quoque consiliator
Post hunc hugo fuit / legis divine violator
Clara stirpe satis / sed christi lumine cassus /
Insignis presul / clarus natalibus ortus
Robertus felix / devoto fine quievit
Malgerius iuvenis sedem suscepit honoris
Nathali clerus sed nullis nobilis actu
Presul maurillus / doctrine luce refertus
Moribus eximius / prefulsit et actibus almis
Pervigil antistes / in eadem sede johannes
Legis apostolice studuit documenta tenere
Post hunc   vir nobilis atque benignus
Catholica plebem tractavit rothomagensem
Catholico more / Gaufridus fultus honore
Ecclesie multa contulit / intus et extra
Hunc successit amor plebis tremor hugo potentum
Clarus avus clerus / studiis tractator egentum
Presul rotroldus sequitur / sanctus pietate
Refulgens genus / et nobilis nobilitate
Hunc sequitur dignus / walcherus lincoliensis
Rothomagi summus factus de presule presul
Robertus presul / nec cognomine pullus
Doluit hunc vere subeundus pascua vite

Secuntur tytuli libri undecimi sequitur

Decima parte operis / que duarum civitatum
i. celestis ac terrene initia / et
fines incipiunt demonstrari. I. De cog
noscendo deo / ad cuius notitiam nemo hominum pervenit
nisi per mediatorem dei et hominum christum ihesum II. De
auctoritate canonice scripture divino spiritu condite III.
De conditione mundi / que nec intemporalis sit nec novo
dei ordinata consilio quasi postea voluit quod ante noluerit IIII
Tam non esse cogitandum de infinitis temporum spa
ciis ante mundum quam nec de infinitis locorum
mundi et temporum unum esse principium nec aliud alio
preveniri V. De qualitate primorum dierum qui
antequam sol fieret vesperam et mane traduntur
habuisse / VI. Que qualis vel intelligenda
sit dei requies / qua post opera sex dierum requie
vit in septimo / VII. De angelorum conditione
quid secundum divina testimonia sentiendum sit VIII
De simplici et incommutabili trinitate dei patris
et filii et spiritus sancti unius dei / cui non est aliud qualitas
aliud substantia / IX. An eius beatitudinis quam sancti an
geli ab initio sui semper habuerunt et illos spiritus
qui in veritate non steterunt / participes fuisse cre
dendum sit X. De comparatione beatitudinis iustorum
nec dum tenentium promissionis divine premium
et primorum in paradiso hominum ante peccatum XI.
An ita omnes felicitatis omnes angeli sint crea
ti ut neque lapsuros se possent nosse qui lap
si sunt et post ruinam labentium perseverantie sue
prescienciam acceperint qui steterunt XII. Quo
genere locutionis dictum sit de dyabolo et in veritate
non stetit quia veritas non est in eo XIII. Quid senci
endum sit de eo quod scriptum est / ab initio dyabolus
peccat XIIII. De gradibus et differentiis creaturarum
quas aliter pendit usus utilitatis aliter ordo rationis XV
Vicium malitie non naturam esse / sed contra naturam cui ad pec
candum non conditor causa est / sed voluntas XVI
De pulchritudine universitatis / que per ordinationem dei
etiam sit ex contrariorum oppositione luculentior XVII Quid
sentiendum videatur de illo divisit deus inter lucem
et tenebras XVIII. De eo quod post distinctionem lu
cis atque tenebrarum dictum est et vidit deus lucem
quia bona est XIX De eterna et incommutabili

di sciã/ ac voluntate/ quia semper illi visum sit quod
fecit sit placuerit faciendã/ quemadmodum sciã
XX. De his quibus in uniuersitate rerum a bono
creatore bene conditarum quedam displicent et
putant ullam malam esse naturam XXI De er-
rore in quo origenis doctrina inculpatur XXII De ciui
tate diuina quod per omnia opa sua/ signa ficationis
sue sparsit indicia XXIII De expolita totius phie di
sciplina XXIIII De ymagine summe trinitatis/ que sum
quedam modum in natura et nondum beatificati ho
minis invenitur XXV. De essentia et sciã et utriusque
amore XXVI An et ipsum amorem/ quo et esse et
scire diligimus/ diligere debeamus/ quo magis diuine
trinitatis ymaginem propinquamus XXVII De statu
angelorum sciã/ qua trinitatem ipã eius deitate
nouerunt qua operum causas prius in operante arte quam
in ipsis operibus artificis inveniunt XXVIII De senarii
numeri perfectione/ qui partium suarum quantitate com-
pletur XXIX De die septimo/ in quo plenitudo et
requies commendantur XXX De opinione eorum qui
angelorum creationem antiquiorem volunt esse quam
mundi XXXI De duabus angelorum societatibus
diuisis atque disparibus/ que non incongrue in
telliguntur lucis et tenebrarum nominibus nuncupate
XXXII De eo quod quidam putant in conditione fir
mamenti/ aquarum disiunctarum nomine angelos sig
nificatos/ et quod quidam aquas existimant non
creatas Incipit liber undecimus de Ciuitate
dei de ea parte operis qua duarum ciuitatum i. ce
lestis ac terrene initia et fines tractare incipit demo

Ciuitatem dei dicimus
cuius ea scriptura testis est/ quod non
fortuitis motibus animorum sed plane
summe dispositionis prouidencie super
omnes/ omnium gentium litteras/ omnia sibi
genera ingeniorum humanorum/
diuina excellens auctoritate subiecit/ Ibi quippe scriptum/
Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei/ Et alio psalmo legimus
Magnus dominus et laudabilis nimis/ in ciuitate
dei nostri in monte sancto eius dilatans exultationes vniuerse
terre/ Et paulo post in eodem psalmo Sicut audiuimus
sic vidimus in ciuitate domini virtutum in ciuitate dei nostri deus
fundauit eam in eternum/ Item in alio/ Fluminis impetus
letificat ciuitatem dei/ sanctificauit tabernaculum suum altissimus/
deus in medio eius non commouebitur/ His atque huiusmodi
testimoniis/ quod omnia commemorare nimis longum
est/ didicimus esse quandam ciuitatem dei cuius esse ciues
concupiuimus illo amore/ quem nobis illius condi
tor inspirauit/ Huic conditori sancte ciuitatis/ ciues
terrene ciuitatis/ deos suos preferunt/ ignorantes
eum esse deum deorum/ non deorum falsorum hoc est impiorum
et superborum/ qui eius incommutabili omnibus communi/
priuati luce/ et ob hoc ad quandam egenam redac
ti/ suas quodammodo priuatas potencias/ consectantur
honores que diuinos a deceptis subditis querunt/ sed
deorum piorum atque sanctorum/ qui pocius se ipsos vni subde
quam multos sibi/ pociusque deum colere quam pro deo
delectantur/ coli. Sed huius sancte ciuitatis inimicis/ decem
superioribus libris/ quantum potuimus/ deo et rege nostro

adiuuante respondimus/ Nunc vero quid a me iam
expectetur agnoscens/ meique non immemor de
biti/ de duarum ciuitatum/ terrene scilicet et celestis
quas in hoc interim seculo/ perplexas quodammodo
diximus/ inuicemque permixtas/ exortu et excur
su et debitis finibus/ quantum valuero
disputare/ eius ipsius domini et regis nostri ubique opitulacione fretus
aggrediar/ primumque dicam quemadmodum
exordia duarum istarum ciuitatum in angelorum diuersitate precesserint/

De exortu excursu et perplexitate duarum ciuitatum scilicet terrene et celestis

De cognoscendo deo ad cuius noticiam nemo hominum peruenit nisi per mediatorem dei et hominum xpm ihm. ij. c.

Magnum est et admodum rarum/ vniuersam crea
turam corpoream/ consideratam/ con
spicatam que mutabilem/ intencione mentis excede
atque ad incommutabilem substantiam dei peruenire/ et
illic discere quod cunctam naturam/ que non est quod ipse non fecit
nisi ipse. Sic enim deus cum homine non per aliquam
creaturam loquitur corporalem/ corporalibus instrepens
auribus ut inter sonantem et audientem aeria spatia
uerberentur/ neque per eiusmodi spiritualem/ que corporum
similitudinibus figuratur/ sicut
in sompnis uel quo alio tali modo
Nam et sic velut corporis auri
bus loquitur/ quia velut per corpus
loquitur/ et velut interposito cor
poralium locorum interuallo/ multum
enim similia sunt visa/ talia cor
poribus/ sed loquitur ipsa veritate
si quis sit ydoneus ad audiendum mente/ non
corpore/ Ad illud enim hominis ita loquitur quod in ho
mine ceteris quibus homo constat est melius/ et quo
ipse solus deus est melior/ Cum enim homo rec
tissime intelligatur/ uel si hoc non potest/ saltem
credatur factus ad ymaginem dei profecto
ea sui parte est propinquior superiori deo/ qua su
perat inferiores suas/ quas cum pecoribus commu
nes habet/ Sed quia ipsa mens/ cui ratio et intelligencia natura
liter est/ viciis quibusdam tenebrosis/ et
veteribus inualida est non solum ad inherendum
fruendo/ verum etiam ad perferendum incommutabi
le lumine/ donec de die in diem renouata atque se
renata fiat tante felicitatis capax/ fide primum
fuerat imbuenda/ atque purganda/ in qua ut fi
dencius ambularet ad veritatem/ ipsa veritas
deus/ dei filius homine assumpto non deo consump
to/ eandem constituit atque fundauit fidem/ ut
ad deum iter esset homini per hominem deum/ hic est enim
dei mediator/ et hominum/ homo xpus ihesus/ Per hoc enim
mediator/ per quod homo/ per hoc et
via/ quia si inter eum qui tendit
et illud quo tendit via media
est/ spes est perueniendi/ Si autem
desit/ aut ignoretur qua eundum sit/ quid pro
dest nosse/ quo eundum sit/ So
la est autem aduersus omnes errores munitissima/
ut idem ipse sit deus et homo/ quo itur/ deus/ qua

Quomodo deus omnia fecit et quomodo cum homine loquitur/ ad eius ymaginem factus est

Quod homo xpus ihesus est mediator dei et hominum et via

it homo/ hoc prius per prophetas/ deinde per seipsum/ pos
tea per apostolos quantum satis esse iudicauit locutus/
etiam scripturam condidit/ que canonica nomi
natur/ eminentissime auctoritatis/ cui fidem habe
mus de hiis rebus/ quas ignorare non expedit/ nec
per nos ipsos nosse ydonei sumus/ Nam si ea scire
possunt testibus/ que remota non sunt/ a sensibus nostris/ siue
interioribus/ siue etiam exterioribus/ Vnde et presentia nun
cupantur/ quod ea ita dicimus pre sensibus/ sicut presentia
lis que presto sunt oculis/ Profecto ea que remota
sunt a sensibus nostris/ que nostro testimonio scire non possumus
de hiis alios testes requirimus/ eisque credimus/
a quorum sensibus/ remota esse/ uel fuisse non cre
dimus/ Sicut ergo de uisibilibus/ que non vidimus eis cre
dimus/ qui viderunt/ atque ita de ceteris que ad suum quem
que sensum corporis pertinent/ ita de hiis que animo et
mente sentiuntur/ quia et ipse rectissime dicitur sensus
Vnde et sententie vocabulum accepit/ hoc est de inuisi
bilibus/ que a nostro interiore sensu remota
sunt/ hiis nos oportet credere
qui hec in illo incorporeo lumine disposi
ta didicerunt/ uel manentia conti
nentur/

Sensit (margin)

De auctoritate canonice scripture diuino spiritu condite iii

Visibilium omnium maximus mundus est inuisibilium autem deus qui omnia sua creauit sapientia

Visibilium omnium maximus mundus
est/ inuisibilium omnium
maximus est deus/ Sed mundum esse conspicimus
/ deum esse credimus/ Quod autem deus mundum fecerit
nulli tutius credimus/ quam ipsi deo/ Vbi eum au
diuimus/ Nusquam interim uspiam melius quam in scrip
turis sanctis/ vbi dixit propheta eius/ In principio
fecit deus celum et terram/ Numquid nam ibi fuit
iste propheta/ quando fecit deus celum et terram/ Non/
sed ibi fuit sapientia dei/ per quam facta sunt omnia/ que et in a
nimas etiam sanctas transfert/ Amicos dei et prophetas
constituit/ eisque opera sua sine strepitu intus e
narrat/ loquuntur eis quoque angeli dei/ qui semper
vident faciem patris/ voluntatemque eius quibus
oportet annunciant/ Ex hiis vnus erat iste propheta
qui dixit et scripsit/ In principio fecit deus celum
et terram/ Qui tam ydoneus testis est/ per quem deo
credendum sit/ ut eodem spiritu dei/ quo hec sibi re
uelata cognouit/ etiam ipsam fidem futuram
tanto ante predixerit/

De conditione mundi que intemporalis sit nec nouo dei ordinata consilio quasi postea voluerit quod ante voluerit non iiii seque

Sed quid placuit deo eterno/ tunc facere/
que antea non fecisset/ Qui hoc
dicunt/ si mundum eternum sine ullo initio/ et
ideo nec a deo factum videri non volunt/
nimis auersi sunt a veritate/ et letali
morbo impietatis insaniunt/ Ex
ceptis enim propheticis vocibus/ mun
dus ipse ordinatissima sua mu
tabilitate/ et nobilitate/ et visibi
lium omnium pulcherrima specie/ quo
dammodo tacitus/ et factum se esse/ et non nisi a deo ineffa
biliter atque inuisibiliter/ magno/ et ineffabiliter/ atque
inuisibiliter/ pulchro/ fieri se potuisse proclamat/ Qui
autem a deo quidem factum fatentur/ non tamen eum volunt

Contra errores illorum qui dicunt mundum semper fuisse et contra eos qui fortuitu tamen dicunt eum euenisse

temporis habere/ sed sue creationis initium/ ut quodammodo
vix intelligibili semper sit factus/ dicunt quidem aliquid
Vnde sibi deum videntur/ velut a fortuita temerita
te defendere/ ne subito illi venisse credatur/ quod in
nullo sit ergo mutabilis/ Sed non video quo eis possit
in ceteris rebus ratio ista subsistere/ maxime in anima/
quam si deo coeternam esse contenderint/ Vnde illi acci
derit/ noua miseria que numquam/ antea per eternum/ nullo
modo poterunt explanare/ Si enim alternasse semper eius mi
seriam et beatitudinem dixerint/ necesse est/ dicant etiam
semper alternasse naturam/ Vnde illa eos sequitur ab
surditas/ ut etiam cum beata dicitur/ in hoc utique
quod non sit beata/ si futuram suam et turpitudinem
prudet/ Si autem non prudet/ nec se turpem ac mi
seram/ fore sed beatam semper existimat/
semper falsa opinione sit beata/
quo dici stultius nichil potest/ Si
autem semper quidem per secula retro
infinita/ cum beatitudine alter
nasse animé miseriam putant/ Sed nunc iam decetero
cum fuit liberata/ ad miseriam non esse redituram/ nichi
lominus conuincuntur/ numquam eam fuisse vere beatam
sed deinceps esse incipere/ noua quadam/ nec fallaci
beatitudine/ ac per hoc fatebuntur accidere illi/ aliquid
noui/ et hoc magnum atque preclarum/ quod numquam retro
per eternitatem acciderat/ Cuius nouitatis causam/ si deum
negabunt in eterno habuisse consilio/ simul eum negabunt
beatitudinis eius auctorem/ quod nephande impietatis
est/ Si autem dicent etiam ipsum nouo consilio/ excogitas
se/ ut decetero sit anima in eternum beata/ quo eum alienum
ab ea/ que illis quoque displicet mutabilitate mon
strabunt/ Porro si ex tempore creatam sed nullo ulterius
tempore perituram/ tamquam numerum habere fine fatentur/
et eo semel expertam/ miserias si ab eis fuit
liberata/ numquam miseram postea futuram/ non utique
dubitabunt/ hoc fieri manente incommutabilitate/ con
silij dei/ Sic ergo credant/ et mundum ex tempore fieri/
potuisse/ nec tamen ideo deum/ in eo faciendo
eternum consilium voluntatemque mutasse

Contra illos errores qui dicunt animam semper fuisse deo coeternam

in mente quod numquam ante venisset facere mundum
Et tamen ideo ipse illi voluntatem renouam (margin)

miseriam (margin)

Tam non esse cogitandum de infinitis temporum spatiis ante mundum quam nec de infinitis locorum mundi et temporum vnum esse principium nec aliud alio precedit v capitulum

Quo de mundo et de mundi tempore
Quo demu
do et de
mundi
tem
pori

Deinde videndum est/ isti qui de
um conditorem mundi esse
consentiunt/ et tamen querunt/ de mundi tempore
quid respondeamus/ quid ipsi respondeant de mundi loco/ Ita
enim queritur cur potius/ et non antea factus sit/ quem
admodum queri potest/ Cur hic potius et non alibi.
Nam si infinita temporis/ ante mundum cogitant
in quibus eis non videtur deus ab opere cessare/
potuisse/ similiter cogitent/ extra mundum infinita spa
tia locorum/ In quibus si quisquam dicat/ non potuisse
similiter cogitent extra mundum infinita/ vacare
omnipotentem/ non ne consequens erit/ ut innume
rabiles mundos/ cum epicuro sompniare cogantur
ea tamen differentia/ quod eos ille fortuitis motibus/ atho
morum gigni asserit et resolui/ Isti autem opere
dei factos/ dicturi sunt/ si eum per interminabilem in
mensitatem locorum/ extra mundum circumquaque

vbi est (margin)

sed (margin)

differentia (margin)

paternam/ vacare voluerit nec eosdem mundos quos etiam de isto senserunt/ ulla causa posse dissolui/ Cum his enim agimus/ qui et deum incorporeum et omnium naturarum que non sunt quod ipse/ creatorem nobiscum sentiunt/ alios nimis indignum est/ ad istam disputationem religionis admittere/ maxime quia apud eos qui multis diis sacrorum obsequium deferendum putant

De qualitate primorum dierum quia antequam sol fieret vesperam et mane tra[…]

Isti philosophos ceteros dicuntur habuisse vi[…] nobilitate atque auctoritate vicerunt/ non ob aliud/ nisi quia longo interuallo/ verum tamen reliquis propinquiores sunt veritati/ An forte substantiam dei/ quam nec includunt/ nec determinant nec distendunt loco/ sed eam sicut de deo sentire dignum est/ fatentur/ incorporea presentia ubique totam/ a tantis locorum/ extra mundum spaciis/ absentem esse/ dicturi sunt/ et uno tantum atque in comparatione illius infinito/ aut isto exiguo loco/ in quo mundus est/ occupatam/ non opinor eos in hec vaniloquia progressuros/ Cum igitur unum mundum ingenti quidem mole corporea/ finitum tamen et loco suo determinatum/ et operante deo factum esse dicant/ quod respondent de infinitis extra mundum locis/ cur ab eis in opere deus cessauit/ hoc sibi respondeant de infinitis ante mundum temporibus/ cur in eis ab opere deus cessauit/ Et sicut non est consequens/ ut fortuitu potius/ quam ratione diuina/ deus non alio/ sed isto in quo est loco/ mundum constituerit/ cum pariter infinitis ubique patentibus/ nullo excellentiore merito posset iste eligi/ quamuis eandem diuinam rationem qua id factum est/ nulla possit humana comprehendere natura/ ita non est consequens/ ut deo aliquid existimemus accidisse fortuitu/ quod illo potius quam anteriore tempore condidit mundum/ cum equaliter anteriora tempora/ per infinitum retro spacium preteriissent/ nec fuisset aliqua differentia/ unde tempus tempori eligendo preponeretur/ Quod si dicunt inanes esse hominum cogitationes/ quibus infinita ymaginantur loca/ cum locus nullus sit/ preter mundum/

Quomodo epicurei senciant et alii de mundo et de deo

Quam docte de tempore dicit augustinus de mobilitate creatione mutatione eius de dei eternitate et hominis formatione

Respondetur eis isto modo/ inaniter homines cogitare/ preterita tempora/ vacationis dei/ cum nullum tempus sit ante mundum/ Si enim recte discernuntur eternitas/ et tempus/ quod tempus sine aliqua mobili et mobilitate/ non est/ in eternitate autem nulla mutatio est/ quis non videat quod tempora non fuissent/ nisi creatura fieret que aliquid aliqua mutatione mutaret/ cuius motionis et mutationis cum aliud atque aliud/ quod simul esse non potest/ cedit atque succedit/ in breuioribus vel productioribus morarum interuallis/ tempus sequeretur/ Cum igitur deus in cuius eternitate nulla est omnino mutatio/ creator sit temporum et ordinator/ quomodo post temporum spacia mundum creasse dicatur non video nisi dicatur ante mundum iam aliquam fuisse creaturam/ cuius motibus tempora currerent/ Porro si littere sacre/ maxime veraces ita dicunt/ In principio fecisse celum et terram/ ut nichil antea fecisse intelligatur/ quia hoc potius in principio fecisse diceretur si quid fecisset ante cetera cuncta que fecit/ procul dubio non est mundus factus in tempore/ sed cum tempore/ Quod enim fit in tempore/ et post aliquid fit/ et ante aliquid tempus/ post id quod preteritum est/ ante id quod futurum est/ Nullum autem posset esse preteritum/ quia nulla erat creatura/ cuius mutabilibus motibus ageretur/ Cum tempore autem factus est mundus/ si in eius conditione factus est mutabilis motus/ sicut videtur habere etiam ordo ille primorum sex vel septem dierum in quibus et vespera nominatur et mane donec omnia que in his diebus deus fecit/ sexto perficiantur die/ septimoque in magno mysterio dei vacatio commendetur/

Non quid dicit augustinus de ortu et occasu solis et de diebus et quid sit lux

Qui dies cuiusmodi sint/ aut perdifficile nobis aut etiam impossibile cogitare est/ quanto magis dicere/ Videmus quippe istos dies notos/ non habere vesperam nisi de solis occasu/ nec mane/ nisi de solis ortu

Que qualisve intelligenda sit dei requies qua post opera sex dierum requieuit in septimo

Illorum autem priores tres dies sine sole peracti sunt/ qui die quarto factus refertur/ Et primitus quidem lux verbo dei facta/ atque inter ipsam et tenebras/ deus separasse narratur/ et eandem lucem vocasse diem/ tenebras autem noctem/ Sed qualis illa sit lux/ et quo alternante motu/ qualemque vesperam/ et mane fecerit/ remotum est a sensibus nostris/ nec ita ut est/ intelligi a nobis potest/ Quod tamen sine ulla hesitatione credendum est/ Aut enim aliqua lux corporea est/ siue in superioribus mundi partibus longe a conspectibus nostris/ unde sol postmodum accensus est/ Aut lucis nomine significata est sancta ciuitas/ in sanctis angelis/ et spiritibus beatis de qua dicit apostolus/ Que sursum est ierusalem mater nostra/ eterna in celis/ Ait quippe in alio loco/ Omnes vos enim filii lucis estis/ et filii diei/ non sumus noctis neque tenebrarum/ Si tamen et vesperam diei huius et mane/ aliquatenus congruenter intelligere valeamus/ quoniam creature scientia in comparatione creatoris quodammodo vesperascit/ Item lucescit et mane fit cum et ipsa refertur/ ad laudem dilectionemque creatoris/ nec in noctem vergitur/ ubi non creator creature dilectione relinquitur/ Denique scriptura cum illos dies in ordine enumeraret/ et nusquam interposuit noctis vocabulum/ Non enim ait alicubi/ factum est nox/ sed factum est vespere et mane dies unus/ Ita dies secundus et ceteri/

Quare deus dixit fiat lux et non dixit factum est nox sed factum est vespere et mane dies unus

Cognitio quippe creature in se ipsa decolorata est/ ut ita dicam/ quam cum in dei sapientia cognoscitur/ sicut in arte qua facta est/ ideo vespera/ quam nox congruentius dici potest/ que tamen ut dixi/ cum ad laudandum et amandum refertur creatorem/ recurrit in mane/ et hoc faciens in cognitione sui ipsius/ dies unus est/ Cum in cognitione firmamenti/ quod inter aquas inferiores et superiores/ celum appellatum est/ fit dies secundus/ Cum in cognitione terre/ aut maris/ omniumque gignentium que radicibus continuata sunt terre/ dies tercius/ Cum in cognitione luminarium maioris et minoris omniumque siderum/ dies quartus/ Cum in cognitione omnium ex aquis animalium/ natatilium atque volatilium/ dies quintus/ Cum in cognitione omnium animalium terrenorum/ atque ipsius hominis/ dies sextus De angelorum

sibi

quod tempus

dicatur

scriptura

facta est mutabilis motus sicut se videtur habere etiam ordo ille primorum sex vel septem dierum

ut alter[…] tra[…]

angel[…]

condicione quid sedm diua testioma sentie

Cum vero in di dum. sit. viij. e septimo requiescat deus ab omnibꝰ opibus suis sanctificauit eam. Nequaquam est accipiendum pueriliter tanquam deus laborauit operando qui dixit et facta sunt uerbo intelligibili et sempiterno non sonabili et temporali. Sed requies dei requiem significat eorum qui requiescunt in deo. Sicut leticia domus leticiam significat eorum qui letantur in domo. Etiam si non eos domus ipsa sed alia res aliqua letos faciat quanto magis si eadem domus pulchritudine sua faciat letos habitatores ut non solum eo loquendi modo leta dicatur quo significamus per id quod continet sicut theatra plaudunt prata mugiunt cum in illis homines plaudant in his boues mugiant sed et illo quo significatur per efficientem id quod efficitur sicut leta epistola dicitur significans eorum leticiam quos legentes efficit letos. Conuenientissime itaque cum deum requieuisse prophetica auctoritas narrat significatur requies eorum qui in illo requiescunt et quos ipse facit requiescere hoc etiam hominibus quibus loquitur et propter quos utique conscripta est promittente prophetia quod et post bona opera que in eis et per eos operatur deus si ad illum prius in ista per fidem quodammodo accesserint in illo habebunt requiem sempiternam. Hoc enim et sabbatizatione ex precepto legis in vetere dei populo figuratum est. Unde suo loco diligentius arbitror disserendum. De simplici et incommutabili trinitate dei patris et filii et spiritus sancti unius dei cui non est aliud qualitas aliud substantia. ix.

Nunc quoniam de sancte ciuitatis exortu dicere institui et prius quod ad sanctos angelos attinet dicendum putaui que huius ciuitatis et magna pars est et eo beatior quod nunquam peregrinata que hinc diuina testimonia suppetant quantum satis videbitur deo largiente explicare curabo. Ubi de mundi constitucione sacre lre loquuntur non euidenter dicitur utrum uel quo ordine creati sint angeli. Sed si pretermissi non sunt uel celi nomine ubi dictum est In principio fecit deus celum et terram uel potius lucis huius de qua loquor significati sunt. Non autem esse pretermissos hinc estimo quod scriptum est requieuisse deum die septimo ab omnibus operibus suis que fecit cum liber ipse ita sit exorsus In principio creauit deus celum et terram ut ante celum et terram nichil aliud fecisse videatur. Cum ergo a celo et a terra cepit atque ipsa terra quam primitus fecit sicut scriptura eloquitur inuisibilis et incomposita non dumque luce facta utique tenebre fuerint super abissum id est super quandam terre et aque indistinctam confusionem ubi enim lux non est tenebre sint necesse est deinde omnia creando disposita sint que per sex dies consummata narrantur quomodo angeli pretermitterent tanquam non essent in operibus dei a quibus in die septimo requieuit. Opus autem dei esse quamuis et si non pretermissum non tamen euidenter expressum est sed alibi hec sancta scriptura clarissima voce testatur. Nam et ympno trium in camino virorum

cum predictum esset Benedicite omnia opera domini domino in exequutione autem eorundem operum et angeli nominati sunt. Et in psalmo cantatur Laudate dominum de celis laudate eum in excelsis laudate eum omnes angeli eius laudate eum omnes virtutes eius laudate eum celi celorum et aque que super celos sunt laudent nomen domini. Quia ipse dixit et facta sunt ipse mandauit et creata sunt. Etiam hic apertissime a deo factos angelos diuinitus dictum est cum eis interceteris celestibus commemoratis infertur ad omnia ipse dixit et facta sunt. Quis porro audebit opinari post omnia ista que sex diebus enumerata sunt angelos factos. Sed et si quis ita desipit redarguit istam vanitatem illa scriptura paris auctoritatis ubi deus dicit Quando facta sunt sydera laudauerunt me voce magna omnes angeli mei. Iam ergo erant angeli quando facta sunt sidera facta sunt autem quarto die. Nunquid ergo die tercio facta esse dicemus absit. In promptu est enim quod illo die facta sunt quo ab aquis utique terra discreta est et distinctas sui generis species duo ista elementa susceperunt. Et produxit terra quicquid ei radicitus inheret. Nunquid nam secundo. Nec hoc quidem tunc enim firmamentum factum est inter aquas superiores et inferiores celumque appellatum est in quo firmamento facta sunt sydera quarto die. Nimirum ergo si ad istorum dierum pertinent opera dei angeli ipsi sunt lux illa que diei nomen accepit. Cuius vnitas ut commendaretur non est dictus dies primus sed dies vnus nec alius est dies secundus aut tercius aut ceteri. Sed idem ipse vnus ad implendum senarium numerum uel septenarium repetitus est propter cognitionem senariam scilicet operum que fecit deus et septenariam quietis dei. Cum enim dixit deus Fiat lux et facta est lux si recte in hac luce creatio intelligitur angelorum profecto facti sunt participes lucis eterne quod est ipsa incommutabilis sapientia dei per quam facta sunt omnia quem dicimus vnigenitum dei filium ut ea luce illuminati qua creati fierent lux et vocaretur dies participatione incommutabilis lucis et diei quod est verbum dei per quod et ipsi et omnia facta sunt. Lumen quippe verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum hoc illuminat et omnem angelum mundum ut sit lux non in seipso sed in deo a quo si auertitur angelus fit inmundus sicut sunt omnes qui vocantur inmundi spiritus nec iam lux in domino sed in se ipsis tenebre priuati participacione lucis eterne. Mali enim nulla natura est sed amissio boni et mali nomen accepit. An eius beatitudinis quam sancti angeli ab initio sui habuerunt et illos spiritus qui in veritate non steterunt participes fuisse credendum sit. x.

Est itaque bonum solum simplex ob hoc solum incommutabile quod est deus. Ab hoc bono facta sunt omnia bona sed non simplicia et ob hoc mutabilia. Creata sane inquam id est facta non genita. Quod enim de simplici bono genitum est pariter simplex est et hoc est quod illud de quo genitum est que duo patrem et filium dicimus et utrumque hoc cum spiritu sancto vnus est deus. Qui spiritus et

Marginal notes: deus die septimo requiescere intelligendus est per mothoris / requiescit in deo sicut leticia domus leticiam significat eorum / id quod atinet / b / ut ante celum et terram / angelos hic / de creatione et laude angelorum et de distinctione operum dei / sidera / senaria ut septenaria cognitio / Quid sit dies vnus non primus non alius sed secundus etc. / a

pr̄s et filiꝰ spūs scūs/ q̄ p̄a quadā ꝯ spūs scūs alius est a p̄re alius a filio nō aliud et de opinione sabelli
vocatione huiꝰ nominis insatis
lr̄is nūcupatur/ Alius est autē
q̄m pat͛ et filius/ q̄r nec pater
est/ nec filius/ s; alius/ dixi nō a
liud/ q̄r et h̄ p̄r simplex/ pariť
q; bonū est/ inconmutabile et coet͛nū/ et h̄ trinitas
vnus deus est/ nec ideo nō simplex/ quia trinitas
Neq; eīn ꝓp hoc naturam istam boni simplicem
dicimꝰ/ quia p̄r in ea solus/ aut solus filius/ aut
solus spūs scūs/ Aut v͛o sola est ista nominis trini
tas/ sine suba p̄sonarum/ sicut Sabelliani heretici pu
tant/ s; ideo simplex dicit͛/ q̄m q̄d h̄t/ hoc ē excepto
q̄ relatiue queq; p̄sona ad alteram dicatur/ Nam
vtiq; p̄r h̄t filiū/ nec tn̄ ipe est filius/ et filius h̄t p̄rem nec tn̄ ipe est p̄r/ In quo ergo
ad seipm̄ dicit͛/ nō ad alterum/ h̄ est q̄d h̄t/ sicut ad se
ipm̄ dicitur/ viuus habendo utiq; vitam et ea
dem vita ipe est/ ꝓpter hoc itaq; natura dicitur
simplex/ cui nō sit aliquid h̄re/ q̄d uel possit a
mitte͛/ uel aliud sit habens aliud q̄d habet sit/ sicut vas liquorem/ aut corpꝰ
colorem/ aut aer lucem/ siue feruorem/ aut aīa
sapiam/ Nichil enī horum est id q̄d h̄t/ nā neq;
vas liquor ē/ neq; corpus color/ neq; aer lux siue
feruor/ neq; aīa sapia est/ Hinc est/ q̄ et p̄uari
p̄nt rebus/ quas hn̄t/ et in alios habitus/ uel
qualitates v͛ti atq; mutari/ ut et vas euacuetur
humore/ quo plenū est/ et corpus decoloretur/ et
aer tenebrescat/ siue frigescat/ et aīa desipiat
Qz et si sit corpus incorruptibile/ q̄d p̄mittitur
h̄t quidem ipius incorruptionis inamissibilem
qualitatem s; manente suba corporali/ nō est
hoc q̄d ipa incorruptio/ Nam illa ꝗuomodo sit intelligendum q̄ aliquis est simplex trinus et vnus
etiam p̄ singulas p̄tes corpis tota
est/ nec alibi maior/ alibi minor
nec enī nulla pars incorruptior
q̄m altera/ Corpus uo ipm̄ maiꝰ
est in toto q̄m in parte et cū alia
ps̄ est in eo amplior/ alia minor/ nō ea que ampli
or est incorruptior est q̄m ea que minor/ Aliud est
itaq; q̄d nō vbiq; sui totū est/ alia incorruptio q̄
ubiq; eius tota est/ quia omnis pars incorrupti
bilis corpis/ etiā ceteris inequalis/ equalit͛ incor
rupta est/ Neq; enī v.bi gr̄a quia digitus minor
est q̄m tota manus/ ideo digitus/ ita etiā sit inequales est eū
incorruptibilitas/ manus et digitus inequalis
est tn̄ incorruptibilitas manus et digiti/ Ac p
hoc q̄muis in corpe incorruptibili inseparabilis
et incorruptibilitas sit/ aliud ē tn̄ suba/ qua cor
pus dicit͛/ alia qualitas eius/ qua incorrupti
bile nūcupatur/ Et ideo etiā sic homo nō est q̄d h̄t/
Aīa quoq; ipa/ etiam si semp͛ sit sapiens/ sicut
erit cū liberabit͛ in et͛nū/ p̄ticipatione tn̄ inconmuta
bilis sapie sapiens erit q̄ nō est q̄d ipa/ Neq;
enī/ si aer infusa luce nunq̄ deseratur/ ideo nō aliud
est ipe/ aliud lux qua illuīatur/ Neq; hoc ita
dixerim/ q̄si aer sit aīa/ q̄d putauerunt quidam/ qui
nō potuerunt incorporeā aut͛ cogitare/ ꝗ sit potentia et sapia aīe q̄ nō est aer ut quidam putauerunt
naturā/ s; h̄t hec ad illa etiam in
magna dispilitate/ de spūalitate
quandam similitudinem/ ut non
incouenient͛ p̄dicatur sic illuīari aīam incor
poream/ luce incorpea simplicis sapie dei sicut
illuīatur aeris corpus luce corpea et sicut aer
tenebrescit ista luce desertus/ nam nichil sunt
aliud q̄ dicunt͛ loca quorumq; corpalium tene
bre/ q̄m aer carens luce/ ita tenebrescit aīam sa
pie luce p̄uatā/ Sedm̄ hoc enī dicunt͛ illa sim
plicia/ que p̄ncipalit͛ v͛eq; diuina sunt/ q̄ nō aliud
est in eis qualitas/ aliud suba/ nec aliorum p
ticipacione uel diuina sapia uel bt̄a sunt/ Ceterum
dictus est in scripturis scīs/ spūs sapie multiplex
eo q̄ multa in se heat/ s; que h̄et h̄ et est/ et ea
omnia vnus est/ Neq; enī multe s; vna sapiencia
est/ in qua sunt infiniti quidem/ eiq; finiti thezau
ri rerum intelligibilium/ in quibus sunt omēs inui
sibiles atq; inconmutabiles rōnes rerum/ etiam
visibilium et mutabilium/ que p̄ ipam̄ facta sunt
q̄m deus nesciens nō aliquid fecit/ q̄ nec de quo
libet homine artifice recte dici p̄t/ Porro si sci
ens fecit omnia/ ea utiq; fecit que nouerat/ Ex
quo occurrit aīo/ quoddam mirum s; tn̄ verum q̄ iste
mundus nobis notus ee nō posset/ nisi esset ideo autem nisi
notus esset/ ee nō posset De ꝑpa[r]acione beatitudinis iustorum nec dum confirmatorum/ primis ꝓnis dñmc primum et p̄mo[rum] in paradiso hominum ante peccatum XI c
Que cum ita sint nō quedam sedm̄
spaciū aliquod tp̄is/ spūs erant
spūs illi/ tenebre/ quos angelos dicim
s; simul ut facti sunt/ lux facti sunt ꝺe ortu angelice nature bone et male
nō tn̄ tm̄ ita creati/ ut quoquomodo
ita essent/ et quoquomodo viuerent
s; et illuīati/ ut sapienter bt̄e
q; viuerent/ ab hac illuīacione auersi/ quidam an
geli/ nō obtinuerunt excellenciā/ sapientis bt̄eq; vite
que procul dubio/ nō nisi et͛na est et͛nitatis sue
certa atq; secura/ s; r̄onalem vitam licet insipiente
sic hn̄t/ ut eam nō possint amitte͛/ nec si velit
q̄ts aut antequam peccassent/ illius sapie fuisset
p̄ticipes/ diffinire quis p̄t/ In eius tn̄ p̄ticipatione
equales fuisse istos/ illis/ qui ꝓptea v͛e pleneq;
bt̄i sunt/ q̄m nequaquam de sue bt̄itudinis et͛nita
te falluntur/ quo dicturi sumꝰ/ q̄m quidem/ si equa
les in ea fuissent/ iam isti in eius et͛nitate man
sissent/ p̄iter beati/ quia p̄it͛ et͛ni/ Neq; enī sicut
vita/ q̄ diuicius fuit/ ita et͛na vita dici v͛aciter
potest/ si finem habitura sit/ siquidem vita tm̄ ꝯ
viuendo/ et͛na vo finem nō habendo/ nominata ē
Quapropter quamuis nō quicquid et͛num continuo bt̄m sit/ dici
enī etiam/ penalis ignis et͛nus/ tn̄ si uere p̄fecteq;
bt̄a vita/ nō nisi et͛na est/ nō erat talis istorum
quiq; destituta/ et ꝓptea nō et͛na/ siue id scirent/ siue
nescientes putauerunt/ quia scientes tiorum nescientes
erroris tos utiq; nō sinebat/ Si aut hoc ita nes
ciebant/ ut falsis incertis vere confiderent/ sed utrū
sempitnū/ an q̄n; finem h̄itum esset bonum suum
in neutram partem firma assensione ferebantur
Ipa de tanta in felicitate cunctatio/ ꝗ angli boni bti ee dicunt͛ et p̄mi parentes dū ī paradiso fuerant
etiā bt̄e vite plenitudine/ quam in illis
angelis ee credimꝰ/ nō hebat/ Ne
q; enī beate vite vocabulum/ ita contrahi

ad quasdam significationis angustias, ut solum deum dicamus beatum, qui tam vere beatus est, ut maior beatitudo esse non possit; in eius comparatione quod angeli beati sunt sua quadam summa beatitudine que esse in angelis potest, quid aut quantum est? An ita unius feliciter omnes angeli sint creati ut neque lapsuros se possent nosse qui lapsi sunt, et post ruinam labentium perseverantie sue prescientiam acceperint qui steterunt. XII

Nec ipsos tantum quod attinet ad rationalem vel intellectualem creaturam beatos nuncupandos putamus. Quis enim primos illos homines in paradiso negare audeat beatos fuisse ante peccatum, quamvis sua beatitudo quam diuturna vel utrum eterna esset incerti essent, aut eterna esset nisi peccassent? Cum hodie non impudenter beatos vocemus quos videmus iuste atque pie cum spe future immortalitatis hanc vitam ducere sine crimine vastante conscientiam, facile impetrantes peccatis huius infirmitatis divinam misericordiam. Qui licet de sue perseverantie premio certi sint, de ipsa tamen perseverantia sua reperiuntur incerti. Quis enim hominum se in actione profectuque iustitie perseveraturum usque in finem sciat, nisi aliqua revelatione ab illo fiat certus, qui de hac re iusto latentique iudicio non omnes instruit sed neminem fallit? Quantum itaque pertinet ad delectationem presentis boni, beatior erat primus homo in paradiso quam quilibet iustus in hac infirmitate mortali; quantum autem ad spem futuri boni, beatior quilibet in quibuslibet cruciatibus corporis, cui non opinione sed certa manifestatione compertum est sine fine habiturum omni molestia carentem societatem angelorum in participatione summi dei, quam erat ille homo sui casus incertus in magna felicitate paradisi.

Equales erant felicitate omnes angeli boni et mali cum primo creati sunt

Quocirca cuivis iam non difficulter occurrit utroque coniuncto effici beatitudinem quam recto proposito intellectualis natura desiderat, hoc est ut et in bono incommutabili quod deus est sine ulla molestia perfruatur et in eo se in eternum esse mansuram nec ulla dubitatione cunctetur nec ullo errore fallatur. Hanc habere angelos lucis pia fide credimus; hanc nec antequam caderent habuisse angelos peccatores, qui sua pravitate illa luce privati sunt, consequenti ratione colligimus; habuisse tamen aliquam, etsi non prescia beatitudinem, si vitam egerunt ante peccatum, profecto credendi sunt. Quo genere locutionis dictum sit de dyabolo quod in veritate non stetit quia veritas non est in eo. XIII

Aut si durum videtur, quando facti sunt angeli, alios credere ita factos ut non acciperent prescientiam perseverantie vel casus sui, alios ~~crede ita~~ autem ita ut veritate certissima eternitatem sue beatitudinis nossent, sed equalis felicitatis omnes ab initio creati sunt et ita fuerunt, donec isti qui nunc mali sunt ab illo beatitudinis lumine sua voluntate cecidissent: procul dubio multo est durius nunc putare angelos sanctos eterne sue beatitudinis incertos, et ipsos de semetipsis ignorare quod de illis per scripturas sanctas nosse potuimus. Quis enim catholicus christianus ignoret nullum novum dyabolum ex bonis angelis ultius futurum, sicut nec istum in societatem bonorum angelorum ultius rediturum? Veritas quippe in evangelio sanctis fidelibusque promittit quod erunt equales angelis dei; quibus etiam promittitur quod ibunt in vitam eternam. Porro autem si nos certi sumus numquam nos ex illa immortali felicitate casuros, illi vero certi non sunt, iam potiores non equales eis erimus. Sed quia nequaquam veritas fallit et equales eis erimus, profecto et ipsi certi sunt sue felicitatis eterne.

Ex angelis bonis nullus malus creabitur nec malus ad bonos redibit

Cuius illi alii quia certi non fuerunt (non enim erat eorum eterna felicitas cuius certi essent, que finem fuerat habitura), restat ut aut impares fuerint, aut si pares fuerunt, post illorum ruinam illis certa scientia sue sempiterne felicitatis accesserit. Nisi forte quis dicat id quod dominus ait de dyabolo in evangelio: Ille homicida erat ab initio et in veritate non stetit, sic esse accipiendum, ut non solum homicida fuerit ab initio, id est initio humani generis, ex quo utique homo factus est quem decipiendo posset occidere, verum etiam ab initio sue conditionis in veritate non stetit, et ideo numquam beatus cum sanctis angelis fuit, suo recusans esse subditus creatori et per suam superbiam velut privata potestate letatus, ac per hoc falsus et fallax, quia neque quisquam potestatem omnipotentis evadit, et qui per piam subiectionem noluit tenere quod vere est, affectat per superbie elationem simulare quod non est, ut sic intelligatur etiam quod beatus Iohannes apostolus ait: Ab initio dyabolus peccat, hoc est ex quo creatus est iustitiam recusavit, quam nisi pia deoque subdita voluntas habere non posset.

Quid manichei et eius modi senciant de angelis malis

Huic sententie quisquis acquiescit, non cum illis hereticis sapit, id est manicheis, et si que alie ita senciunt, quod suam quandam propriam tamquam ex adverso quodam principio dyabolus habeat naturam mali, qui tanta vanitate desipiunt, ut cum verba ista evangelica in auctoritate nobiscum habeant, non attendant non dixisse dominum: A veritate alienus fuit, sed: In veritate non stetit, ubi a veritate lapsum intelligi voluit, in qua utique si stetisset, eius particeps factus beatus cum sanctis angelis permaneret. Quid sentiendum de eo quod scriptum est de dyabolo quod in veritate non steterit. XIIII

Subiecit ante indicium quasi quesissemus unde ostenderetur quod in veritate non stetit, atque ait: quia non est veritas in eo. Esset autem in eo si in illa stetisset. Locutione autem dictum est minus usitata. Sic enim videtur sonare: In veritate non stetit quia veritas non est in eo, tamquam ea sit causa ut in veritate non steterit quod in eo veritas non sit, cum potius ea sit causa ut in eo veritas non sit quod in veritate non stetit. Ista locutio est et in psalmo: Ego clamavi quoniam exaudisti me deus, quoniam clamavi. Sed cum dixisset: Ego clamavi, tamquam ab eo quereretur unde se clamasse monstraret, ab effectu exauditionis dei clamoris sui ostendit affectum, tamquam diceret: Hinc ostendo clamasse me quoniam exaudisti me. De gradibus et de differentiis creaturarum quas aliter pendit usus utilitatis aliter ordo rationis. XV capitulum sequitur.

Illud etiam quod ait de diabolo Johannes, ab initio diabolus peccat, non intelligentes si naturale est, nullo modo esse peccatum. Sed quid respondetur propheticis testimoniis, sive quod Ysaias ait, sub figurata persona principis Babilonie, dyabolum notans, quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur, sive quod Ezechiel, in deliciis paradisi dei fuisti, omni lapide preciosiori ornatus es. Ubi intelligitur aliquando fuisse sine peccato. Nam expressius ei paulo post dicitur: Ambulasti in diebus tuis sine vitio. Que si aliter convenientius intelligi nequeunt, oportet etiam et illud quod dictum est, in veritate non stetit, sic accipiamus, quia in veritate fuit, sed non permansit. Et illud quod ab initio dyabolus peccat, non ab initio peccare quod ab initio, ex quo creatus est, peccare putandus est, sed ab initio quo superbia cepit esse peccatum. Nec illud quod scriptum est in libro Job, cum de dyabolo sermo esset, hoc est initium figmenti domini, quod fecit ad illudendum angelis suis; cui consonare videtur et psalmus, ubi legitur: draco hic quem finxisti ad illudendum ei, sic intelligendum est, ut existimemus talem ab initio creatum, cui angelis illuderet, sed in hac pena post peccatum ordinatum. Initium ergo eius figmentum est domini. Non enim est ulla natura etiam in extremis infimisque bestiolis, quam non ille constituerit, a quo est omnis modus, omnis species, omnis ordo, sine quibus nichil rerum inveniri vel cogitari potest. Quanto magis angelica creatura, que omnia cetera que deus condidit, naturae dignitate precedit.

Quando sit dictum de diabolo in veritate non stetit, et quod ab initio peccat. Ubi legitur: draco hic quem finxisti ad illudendum ei.

Vitium malitie non naturam esse, sed contra naturam, cui ad peccandum non conditor causa est, sed voluntas. XVI capitulum.

In hiis enim que quoquomodo sunt et non sunt quod deus est, a quo facta sunt, preponuntur viventia non viventibus, sicut ea que vim gignendi vel etiam appetendi hiis que isto motu carent. Et in hiis que vivunt, preponuntur sentientia non sentientibus, sicut arboribus animalia. Et in hiis que sentiunt preponuntur intelligentia non intelligentibus, sicut homines pecoribus. Et in hiis que intelligunt, preponuntur immortalia mortalibus, sicut angeli hominibus. Sed ista preponuntur naturae ordine. Est autem alius atque alius pro suo cuiusque usu estimationis modus, quo fit ut quedam sensu carentia quibusdam sentientibus preponamus, in tantum ut si potestas esset, prorsus de natura rerum auferre vellemus, sive quem in ea locum habeant ignorantes, sive etiam sciamus nostris incommodis preponentes. Quis enim non domui sue panem habere quam mures, nummos quam pulices malit? Sed quid mirum, cum in ipsorum etiam hominum estimatione, quorum certa natura tante est dignitatis, plerumque carius comparetur equus quam servus, gemma quam famula? Ita libertate iudicandi plurimum distat ratio considerantis a necessitate indigentis seu voluptate cupientis, cum ista quid per se ipsum in rerum gradibus pendat, necessitas autem quid propter quid expediat cogitat, et ista quid verum luce mentis appareat, voluptas vero quid iocundum corporis sensibus blandiatur exspectat. Sed tantum valet in naturis rationabilibus quoddam veluti pondus voluntatis et amoris, ut cum ordine naturae angeli hominibus, tamen lege iustitie boni homines malis angelis preferantur.

Quod adeo sunt omnes creature facte et minime bestiole.

Ordine nature angeli hominibus, boni homines malis angelis preferuntur.

De pulchritudine universitatis, que per ordinationem dei etiam ex contrariorum fit oppositione luculentior. XVII.

Propter naturam igitur, non propter malitiam dyaboli, dictum recte intelligimus: hoc est initium figmenti domini; quia sine dubio ubi est vitium malitie, natura non vitiata precessit. Vitium autem ita contra naturam est, ut non possit nisi nocere nature. Non itaque esset vitium recedere a deo, nisi nature, cuius id vitium est, potius competeret esse cum deo. Quapropter etiam voluntas mala grande testimonium est nature bone. Sed deus sicut naturarum bonarum optimus creator est, ita malarum voluntatum iustissimus ordinator, ut cum ille utuntur naturis bonis male, ipse bene utatur etiam malis voluntatibus. Itaque fecit ut dyabolus institutione illius bonus, voluntate sua malus, in inferioribus ordinatus, illuderetur ab angelis eius, id est, ut prosint temptationes eius, quibus nocere desiderat. Et quoniam deus, cum eum conderet, future malignitatis eius non erat utique ignarus, et previdebat que bona de malo eius esset ipse facturus, propterea psalmus ait: draco hic quem finxisti ad illudendum ei, ut in eo ipso quod eum finxit, licet per suam bonitatem bonum, iam per suam prescientiam preparasse intelligatur quomodo illo uteretur et malo.

praecessit, vitium autem ita

Quomodo sentiendum videatur dixisse deum: lux, et terre. Capitulum XVIII.

Neque enim deus ullum, non dico angelorum, sed vel hominum crearet, quem malum futurum esse prescisset, nisi pariter nosset quibus eos bonorum usibus commodaret, atque ita ordinem seculorum tamquam pulcherrimum carmen etiam ex quibusdam antithetis honestaret. Antitheta enim que appellantur ornamenta elocutionis sunt decentissima, que latine ut appellentur opposita, vel quod expressius dicitur contraposita, non est apud nos huius vocabuli consuetudo, cum tamen eisdem ornamentis locutionis etiam sermo latinus utatur, ymmo lingue omnium gentium. Hiis antithetis etiam Paulus apostolus in secunda ad Chorinthios epistola illum locum suaviter explicat, ubi dicit: per arma iustitie a dextris et sinistris, per gloriam et ignobilitatem, per infamiam et bonam famam, ut seductores et veraces, ut qui ignoramur et cognoscimur, quasi morientes et ecce vivimus, ut coherciti et non mortificati, ut tristes semper autem gaudentes, sicut egeni multos autem ditantes, tamquam nichil habentes et omnia possidentes. Sicut ergo ista contraria contrariis opposita sermonis pulchritudinem reddunt, ita quadam non verborum sed rerum eloquentia contrariorum oppositione seculi pulchritudo componitur. Apertissime hoc positum est in libro ecclesiastico isto modo: Contra malum bonum est, et contra mortem vita; sic contra pium peccator. Et sic intuere in omnia opera altissimi, bina et bina, unum contra unum. Quamvis itaque divini sermonis obscuritas etiam ad hoc sit utilis, quod plures sententias veritatis parit et in lucem notitie producit, dum alius eam sic, alius sic intelligit

Quod deus anthitetorum ornavit in creatione angelorum et hominum.

Quod pulchro ordine deus creavit bonum

et verba lux ... dies et tenebre ...

id est bina

ita tamen ut quod in obscuris loco intelligit, ut attestatione rerum manifestarum vel aliis locis minime dubiis asseratur; sive tamen multa tractantur ad id quoque perveniatur quod sensit ille qui scripsit, sive id lateat, sed ex occasione tractande obscuritatis alia quedam vera dicantur. Non inconveniens michi videtur ab operibus dei absurda sententia, si cum lux prima illa facta est, angeli creati intelliguntur, inter sanctos angelos et inmundos fuisse discretum, ubi dictum est: Et divisit deus inter lucem et tenebras.

[margin: Et vocavit lucem diem et tenebras noctem]

Solus quippe ille ista discernere potuit, qui potuit etiam prius quam caderent prescire casuros, et privatos lumine veritatis in tenebrosa superbia remansuros. Nam inter istum nobis notissimum diem et noctem, id est inter hanc lucem et has tenebras, vulgatissima sensibus nostris luminaria celi ut dividerent imperavit: Fiant, inquit, luminaria in firmamento celi, ut luceant super terram, et dividant inter diem et noctem. Et paulo post: Fecit, inquit, deus duo magna luminaria, luminare maius in principio diei, luminare minus in principio noctis, et stellas; et posuit illa deus in firmamento celi lucere super terram, et preesse diei et nocti, et dividere inter lucem et tenebras. Inter illam vero lucem que sancta societas angelorum est illustratione veritatis intelligibiliter fulgens, et ei contrarias tenebras, id est malorum angelorum aversorum a luce iustitie teterrimas mentes, ipse dividere potuit, cui etiam futurum non nature sed voluntatis malum occultum aut incertum esse non potuit.

[margin: Deus fecit duo luminaria in firmamento celi]

De eo quod post discretionem lucis ac tenebrarum dictum est: Et vidit deus lucem quia bona est. xix. capitulum

Denique illud non est pretereundum silentio, quod dixit deus: Fiat lux, et facta est lux, continuo subiectum est: Et vidit deus lucem quia bona est; non postea quam separavit inter lucem et tenebras, et vocavit lucem diem et tenebras noctem, ne simul cum luce etiam talibus tenebris testimonium placiti sui perhibuisse videretur. Nam ubi tenebre inculpabiles sunt, inter quas et lucem istam his oculis conspicuam luminaria celi dividunt, non ante sed post infertur: Et vidit deus quia bonum est. Posuit, inquit, ea in firmamento celi lucere super terram et preesse diei et nocti, et separare inter lucem et tenebras; et vidit deus quia bonum est. Et postmodum infertur: Et separavit deus inter lucem et tenebras, et vocavit lucem diem et tenebras noctem. Non hoc loco additum est: Et vidit deus quia bonum est, ne utrumque appellaretur bonum, cum esset horum alterum malum vitio proprio, non natura. Et ideo sola lux ibi placuit conditori; tenebre autem angelice, etsi fuerant ordinande, non tamen fuerant approbande.

De eterna et incommutabili dei scientia et voluntate, qua semper illi universa que fecit sic placuerunt facienda quemadmodum facta. xx.

Quid enim aliud intelligendum est in eo quod per omnia dicitur: Vidit deus quia bonum est, nisi operis approbatio secundum artem facti, que sapientia dei est? Deus autem usque adeo non cum factum est tunc didicit bonum, ut nichil eorum factum fuisset si ei fuisset incognitum. Dum ergo videt quod bonum est, quia nisi vidisset antequam fieret, non utique fieret, docet bonum esse, non discit. Et Plato quidem plus ausus est dicere, elatum esse scilicet deum gaudio mundi universitate perfecta; ubi et ipse non usque adeo desipiebat, ut putaret deum sui operis novitate factum beatiorem; sed sic ostendere voluit artifici suo placuisse iam factum

[margin: De errore platonis qui deum sui nomine operis factum esse beatiorem dicit]

quod placuerat in arte faciendum; non quod ullo modo dei scientia varietur, ut aliud in ea faciant que facta non sunt, aliud que iam sunt, aliud que fuerunt. Non enim more nostro ille vel quod futurum est prospicit, vel quod presens est aspicit, vel quod preteritum est respicit; sed alio modo quodam a nostrarum cogitationum consuetudine longe alteque diverso. Ille quippe non ex hoc in illud cogitatione mutata, sed omnino incommutabiliter videt; ita ut illa quidem que temporaliter fiunt, et futura nondum sint et presentia iam sint et preterita iam non sint, ipse vero hec omnia stabili ac sempiterna scientia comprehendat; nec aliter oculis, nec aliter mente; neque enim ex animo constat et corpore; nec aliter nunc, aliter antea, aliter postea; quoniam non sicut nostra, ita eius quoque scientia trium temporum, presentis videlicet et preteriti vel futuri, varietate mutatur, apud quem non est inmutatio nec momenti obumbratio. Neque enim eius intentio de cogitatione in cogitationem transit, in cuius incorporeo contuitu simul adsunt cuncta que novit; quoniam tempora ita novit nullis suis temporalibus notionibus, quemadmodum temporalia movet nullis suis temporalibus motibus. Ibi ergo vidit bonum esse quod fecit, ubi bonum esse vidit ut faceret. Nec quia factum vidit, scientiam duplicavit vel ex aliqua parte auxit, tamquam minoris approbationis fuerit prius quam faceret quod videret, qui tam perfecte non operaretur, nisi tam perfecta scientia, cui nichil ex eius operibus adderetur.

[margin: Deus vidit bonum esse quod fecit ubi bonum esse vidit et faceret]

Quapropter si tantummodo nobis insinuandum esset quis fecerit lucem, sufficeret dicere: Fecit deus lucem. Si autem non solum quis fecerit, verum etiam per quid fecerit, satis esset intimari: Et dixit deus: Fiat lux, et facta est lux, ut non tantum deum sed etiam per verbum lucem fecisse nossemus. Quia vero tria quedam maxime scienda de creatura nobis oportuit intimari, quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit: Dixit deus, inquit, Fiat lux, et facta est lux; et vidit deus lucem quia bona est. Si ergo querimus quis fecerit, deus est; si per quid fecerit, dixit Fiat, et factum est; si quare fecerit, quia bona est. Nec auctor est excellentior deo, nec ars efficacior dei verbo, nec causa melior quam ut bonum crearetur a bono. Hanc etiam Plato causam condendi mundi iustissimam dicit, ut a bono deo bona opera fierent; sive ista legerit, sive ab his qui legerant forte cognoverit, sive acerrimo ingenio invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspexerit, sive ab his qui ista conspexerant et ipse didicerit. Hanc tamen causam, id est ad bona creanda bonitatem dei

[margin: Plato dicit a bono deo bona opera esse facta, quod est contra quosdam hereticos]

De his quibus non placuit in universitate rerum a bono creatore bene conditarum quedam displicent et putant nullam malam esse naturam. xxi

Hanc inquam causam tam iustam atque idoneam, que diligenter considerata, hanc

[margin: tamen causam id est ad bona creanda bonitatem dei]

et pie cogitata / omnes controversias querentium mundi originem terminat. quidam heretici non viderunt, quia egenam carnis huius fragilemque mortalitatem iam de iusto supplicio venientem, dum ei non conveniunt, plurima offendunt, sicut ignis aut frigus aut fera bestia aut quid eiusmodi; nec attendunt quantum vel in suis locis naturisque vigeant, pulchroque ordine disponantur, quantumque universitati rerum pro suis portionibus decoris tamquam in communem rem publicam conferant, vel nobis ipsis, si eis congruenter atque scienter utamur, commoditatis attribuant, ita ut venena ipsa, que per incongruentiam perniciosa sunt, congruenter adhibita in salubria medicamenta vertantur; quamquam contra hec et his quibus delectantur, sicut cibus et potus et ista lux, immoderato et importuno usu noxia sentiantur. Unde nos admonet divina providentia, non res insipienter vituperare, sed utilitatem rerum diligenter inquirere, et ubi nostrum ingenium vel infirmitas deficit, ita credere occultam, sicut erant quedam que vix potuimus invenire, quia et ipsa utilitatis occultatio aut humilitatis exercitatio est aut elationis attritio; cum omnino natura nulla sit malum, nomenque hoc non sit nisi privationis boni. Sed a terrenis usque ad celestia et a visibilibus usque ad invisibilia sunt aliis alia bona meliora; ad hoc inequalia, ut essent omnia. Deus autem ita est artifex magnus in magnis, ut minor non sit in parvis; que parva non sua granditate, nam nulla est, sed artificis sapientia metienda sunt; sicut in specie visibilis hominis, si unum radatur supercilium, quam propemodum nihil corpori et quam multum detrahitur pulchritudini, quoniam non mole constat, sed parilitate membrorum atque dimensione. Nec sane multum mirandum est quod hi, qui nonnullam putant malam esse naturam suo quodam exortam propagatamque principio, nolunt accipere istam causam creationis rerum, ut bonus Deus conderet bona, credentes potius ad hec mundana moliminam rebellantis adversum se mali extrema necessitate perductum, suamque naturam bonam coercendo superandoque miscuisse, quam turpissime pollutam et crudelissime captivatam et oppressam vix mundet labore magno, ac liberet, non tamen totam, sed quod eius non potuit ab illa inquinatione purgari, tegimen atque vinculum futurum hostis victi et inclusi. Sic autem manichei non desiperent vel potius desanirent, si Dei naturam, sicut est, immutabilem atque omnino incorruptibilem crederent, cui nocere nulla res possit; animam vero, que voluntate mutari in deterius et peccato corrumpi potuit atque ita incommutabilis veritatis luce privari, non Dei partem nec eius nature, que Dei est, sed ab illo conditam longe imparem conditori, christiana sanitate sentirent.

Contra manicheos qui animam a deo conditam dicunt sed susceptam

De errore in quo origenis doctrina inculpatur. capitulum xxiii.

Sed multo est mirandum amplius quod etiam quidam, qui unum nobiscum credunt omnium esse principium ullamque naturam, que non est quod Deus est, nisi ab illo conditore esse noluerunt, istam tamen mundi fabricandi tam bonam ac simplicem causam, ut bonus Deus conderet bona, et esset post Deum que non essent quod est Deus, bona tamen, que non faceret nisi bonus Deus, non bene ac simpliciter credere voluerunt; sed animas dicunt, non quidem partes Dei, sed factas a Deo peccasse a conditore recedendo et diversis progressibus pro diversitate peccatorum a celis usque ad terras diversa corpora quasi vincula meruisse, et hunc esse mundum eamque causam mundi fuisse faciendi, non ut conderentur bona, sed ut mala cohiberentur. Hinc Origenes iure culpatur. In libris enim, quos appellat περὶ ἀρχῶν, id est de principiis, hoc sensit, hoc scripsit. Ubi plus quam dici potest miror hominem in ecclesiasticis litteris tam doctum et exercitatum non attendisse primum, quam hoc esset contrarium scripture huius tante auctoritatis intentioni, que per omnia opera Dei subiungens: Et vidit Deus quia bonum est, completisque omnibus infert: Et vidit Deus omnia que fecit, et ecce bona valde, nullam aliam causam faciendi mundi intellegi voluit, nisi ut bona fierent a bono Deo. Ubi si nemo peccasset, tantum naturis bonis esset mundus ornatus et plenus; et quia peccatum est, non ideo cuncta sunt impleta peccatis, cum bonorum longe maior numerus in celestibus sue nature ordinem servet; nec mala voluntas, quia nature ordinem servare noluit, ideo iusti Dei leges omnia bene ordinantis effugit, quoniam sicut pictura cum colore nigro loco suo posito, ita universitas rerum, si quis possit intueri, etiam cum peccatoribus pulchra est, quamvis per seipsos consideratos sua deformitas turpet. Deinde vidEre debuit Origenes et quicumque ista sapiunt, si hec opinio vera esset, mundum ideo factum, ut anime pro meritis peccatorum suorum tamquam ergastula, quibus penaliter includerentur, corpora acciperent, superiora et leviora que minus, inferiora vero et graviora que amplius peccaverunt; demones, quibus deterius nihil est, terrena corpora, quibus inferius et gravius nihil est, potius quam homines etiam bonos habere debuisse. Nunc vero, ut intellegeremus animarum merita non qualitatibus corporum esse pensanda, aerium pessimus demon, homo autem, et nunc licet malus longe mitioris minorisque malitie, et certe ante peccatum tamen luteum corpus accepit. Quid autem stultius dici potest, quam isto sole, ut in uno mundo unus esset, non decori pulchritudinis vel etiam saluti rerum corporalium consuluisse artificem Deum, sed hoc potius evenisse, quia una anima sic peccaverat, ut tali corpore mereretur includi? Ac per hoc si contigisset, ut non una, sed due, immo non due, sed decem vel centum similiter equaliterque peccassent, centum soles haberet hic mundus? Quod ut non fieret, non opificis mirabili provisione ad rerum corporalium salutem decoremque consultum est, sed contigit potius tam unius anime progressione peccantis, ut sola corpus tale mereretur. Non plane animarum, de quibus nesciunt quid loquantur, sed eorum ipsorum, qui talia sapiunt, multum longe a veritate, et merito est coercenda progressio. Hec igitur tria, que superius commendavi, cum in unaquaque creatura requiritur, quis eam fecerit, per quid fecerit, quare fecerit, ut respondeatur Deus, per Verbum, quia bona est, utrum

Deus autem tantus artifex est in magnis ut minor non sit in parvis

Contra errores origenis qui sensit in libris suis peri archon

Quis causam fecerit per quid quare fecerit videt deus per verbum

altitudine mysterii nobis ipsa trinitas intimetur, hoc est pater et filius et spiritus sanctus. An aliquid occurrat quod hoc loco scripturarum sanctarum accipiendum esse prohibeat, multi sermonis est quaestio, nec omnia nos uolumus ut explicemus urgendum est. De trinitate diuina que per omnia opera sua significationis sue sparsit iudicia. xxiii.

Credimus et tenemus et fideliter praedicamus quod pater genuerit uerbum, hoc est sapientiam, per quam facta sunt omnia, unigenitum filium, unus unum, aeternus coaeternum, summe bonus aeque bonum; et quod spiritus sanctus simul et patris et filii sit spiritus, et ipse consubstantialis et coaeternus amborum; atque hoc totum et trinitas sit propter proprietatem personarum, et unus deus propter inseparabilem diuinitatem, sicut unus omnipotens propter inseparabilem omnipotentiam; ita tamen ut etiam, cum de singulis quaeritur, unusquisque eorum et deus et omnipotens esse respondeatur; cum uero de omnibus simul, non tres dii uel tres omnipotentes, sed unus deus omnipotens. Tanta ibi est in tribus inseparabilis unitas, que sic se uoluit praedicari. Utrum autem boni patris et boni filii spiritus sanctus, quia communis ambobus est, recte bonitas dici possit amborum, non audeo temerariam praecipitare sententiam; uerumtamen amborum eum dicere sanctitatem facilius ausus fuero, non amborum quasi qualitatem, sed ipsam quoque substantiam et tertiam in trinitate personam. Ad hoc enim me probabilius ducit, quod, cum sit et pater spiritus et filius spiritus, et pater sanctus et filius sanctus, proprie tamen ipse uocatur spiritus sanctus tamquam sanctitas substantialis et consubstantialis amborum. Sed si nihil est aliud bonitas diuina quam sanctitas, profecto et illa diligentia rationis est, non praesumptionis audacia, ut in operibus dei secreto quodam loquendi modo, quo nostra exerceatur intentio, eadem nobis insinuata intelligatur trinitas, unamquamque creaturam quis fecerit, per quid fecerit, propter quid fecerit. Pater quippe intelligitur uerbi, qui dixit ut fiat. Quod autem illo dicente factum est, procul dubio per uerbum factum est. In eo uero quod dicitur: Vidit deus quia bonum est, satis significatur deum nulla necessitate, nulla sue cuiusquam utilitatis indigentia, sed sola bonitate fecisse quod factum est, id est quia bonum est. Quod ideo postea quam factum est dicitur, ut res que facta est congruere bonitati, propter quam facta est, indicetur. Que bonitas si spiritus sanctus recte intelligitur, uniuersa nobis trinitas in suis operibus intimatur. Inde est ciuitatis sancte, que in sanctis angelis sursum est, et origo et informatio et beatitudo. Nam si queratur unde sit, deus eam condidit; si unde sit sapiens, a deo illuminatur; si unde sit felix, deo fruitur; subsistens modificatur, contemplans illuminatur, inherens iocundatur; est, uidet, amat; in eternitate dei uiget, in ueritate dei lucet, in bonitate dei gaudet.

De partitione totius doctrine disciplina. ca. xxiiii.

Quantum intelligi datur, hinc philosophi sapientie disciplinam tripartitam esse uoluerunt, immo tripartitam esse animaduertere potuerunt; neque enim ipsi instituerunt ut ita esset, sed ita esse potius inuenerunt. Cuius una pars appellatur physica, altera logica, tertia ethica; quarum nomina latina iam multorum litteris frequentata sunt, ut naturalis, rationalis moralisque uocarentur; quas etiam in viii. libro breuiter perstrinximus. Non quo sit consequens, ut isti in his tribus aliquid secundum deum de trinitate cogitauerint, quamuis Plato primus istam distributionem repperisse et commendasse dicatur; cui neque naturarum omnium auctor nisi deus uisus est, neque intelligentie dator, neque amoris, quo bene beateque uiuitur, inspirator. Sed certe cum et de natura rerum et de ratione indagande ueritatis et de boni fine, ad quem cuncta que agimus referre debemus, diuersi diuersa sentiant, in his tamen tribus magnis et generalibus questionibus omnis eorum uersatur intentio. Ita cum in unaquaque earum quid quisque sectetur multiplex discrepantia sit opinionum, esse tamen aliquam nature causam, scientie formam, uite summam nemo cunctatur. Tria etiam quoque sunt que in unoquoque homine artifice spectantur, ut aliquid efficiat: natura, doctrina, usus; natura ingenio, doctrina scientia, usus fructu diiudicandus est. Nec ignoro quod proprie fructus fruentis, usus utentis sit, atque hoc interesse uideatur, quod ea re frui dicimur que nos non ad aliud referenda per se ipsam delectat; uti uero ea re quam propter aliud querimus. Unde temporalibus magis utendum est quam fruendum, ut frui mereamur eternis; non sicut peruersi, qui frui uolunt nummo, uti autem deo; quoniam non nummum propter deum impendunt, sed deum propter nummum colunt. Verumtamen eo loquendi modo, quem plus obtinuit consuetudo, et fructibus utimur et usibus fruimur. Nam et fructus iam proprie dicuntur agrorum, quibus utique omnes temporaliter utimur. Hoc itaque more usum dixerim in his tribus que in homine spectanda commonui, que sunt natura, doctrina, usus. Ex his propter obtinendam beatam uitam tripartita, ut dixi, a philosophis inuenta est disciplina: naturalis propter naturam, rationalis propter doctrinam, moralis propter usum. Si ergo natura nostra esset a nobis, profecto et nostram nos genuissemus sapientiam, nec eam doctrina, id est aliunde discendo, percipere curaremus; et noster amor a nobis profectus et ad nos relatus et ad beate uiuendum sufficeret, nec bono alio quo frueremur ullo indigeret. Nunc uero quia natura nostra ut esset deum habet auctorem, procul dubio ut uera sapiamus ipsum debemus habere doctorem, ipsum etiam ut beati simus suauitatis intime largitorem.

De ymagine summe trinitatis que secundum quendam modum in natura est etiam necdum beatificati hominis inuenitur. xxv.

Et nos quidem in nobis, tametsi non equalem, immo ualde longeque distantem, neque coeternam et, quo breuius totum dicitur, non eiusdem substantie cuius deus est, tamen qua deo nihil sit in rebus ab eo factis propinquius, imaginem dei, hoc est illius summe trinitatis, agnoscimus, adhuc reformatione perficiendam, ut sit etiam similitudine proxima. Nam et sumus et nos esse nouimus et id esse ac nosse diligimus. In his autem tribus que dixi nulla nos falsitas ueri similis turbat. Non enim ea sicut illa

Margin and interlinear notes (approximate readings):

pater genuit uerbum et spiritus sanctus filii et patris et filii spiritus. totum et trinitas et unus deus.

coeternum

propter inseparabilem diuinitatem et omnipotentiam

sanctitas substantialis et consubstantialis amborum. Sed si nihil est aliud bonitas diuina quam

licet pater sit sanctus, filius sanctus, spiritus tamen dicitur spiritus sanctus

spiritus

Ciuitatis sancte que in sanctis angelis sursum est et origo et informatio et beatitudo

amoris

Trinitas intelligitur in philosophia tripartita que est physica, logica et ethica

natura, doctrina, usus: trinitas

una

q̄ foris sūt/sensu ullo corporis tangim⁹/velut colores videndo/sonos audiendo/odores olfaciendo/sapores gustando/dura et mollia contrectando/sentim⁹/quor qʒ uero est dis sensibiliū/et ymagines eis simillimas/nec iam corporeas cogitatione versamus/memoria tenemus/et per ipsas in istorum desideria concitamur/sʒ sine ulla fantasiarum uel fantasmatum ymaginatione ludificatoria/michi esse me idqʒ nosse et amare certum est. Nulla hys veris achademicorum argumenta formidant⁹ dicentium/qd si falleris/si enī fallor/sum. Nam qui nō est/utiqʒ nec falli pt/ac per hoc sum si fallor/qui ergo sum/quō esse me fallor/qn certum ē me esse si fallor/Quia igitur essem qui fallerer/procul dubio in eo quod me esse nō fallor. Consequens autē est/ut et in eo qd me noui nosse/nō fallor/sicut enī noui me esse/ita noui etiā hoc ipm nosse me. Eaqʒ duo/cum amo/eundem quoqʒ amorem/quidam tertiū in pis estimacionis/eis quas noui rebus/adiungo/nā neqʒ fallor/amare me/cum in hys q̄ amo/nō fallor/quamqʒ et si illa falsa essent falsa me amare verū esset/Nam quo pacto/recte reprehenderer/et recte prohiberer/ab amore falsorum/si me illa amare falsum esset/cum vero et illa vera atqʒ certa sint/quis dubitaret/quod eorum cum amatur/et ipse amor verus est/et certus est/tam porro nemo est/qui esse se nollet/quam nemo est/qui nō se beatum esse velit. Quō enim pt beatus esse/si nichil sit/Ita uero vi quadam naturali ipm esse iocundum est/nō ob aliud/et hij qui miseri sunt/nolunt interire/et cum se miseros esse sentiant/nō se ipsos de rebus/sed miseriam suam potius auferri velint. Illis etiā/sibi miserrimi appareant/et plene sint/et nō solum a sapientibus quia stulti/uerum et ab hys/qui se beatos putant miseri iudicantur/quia pauperes et mendici sunt. Si quis i mortalitatem daret/quo nec ipa miseria moretur/proposito sibi quod si in eadem miseria semper esse nollent/et nusquam essent futuri/sed omnino perituri profecto exultarent letitia/et sic semper eligerent esse/quam omnino nō esse. Huius rei testis ē notissimus illorum sensus/Vnde enim mori metuunt/et malunt in illa erumpna viuere/quam eam morte finire/nisi qr satis apparet quantum refugiat natura/nō esse/atqʒ ideo cum se nouerint esse morituros/pro magno beneficio sibi hanc in se pendi miseriam/desiderant/ut quanto productius/in eadem miseria viuant/tardius qz moriantur/procul dubio ergo/esse indicant in mortalitatem/saltem talem q̄ nō habeat finem mendicitatis/quanta gratulacione suscipient. Quid animalia et irrationabilia/quibus datum nō est/ista cogitare/ab immensis draconibus/usqʒ ad exiguos vermiculos/nonne se esse uelle/atqʒ ob hoc interitū fugere omnibus quibus pūt motibus indicant/quid arbusta/quid omnes frutices/quibus nullus est sensus/ad vitandum manifesta motione perniciem/nonne ut in auras tutum/acacumine germine emittat/aliud terra

dicitus affigūt/quo alimentū trahant/atqʒ sui quodammodo esse conseruet. Ipa postremo corpora/quibus nō solum nō sensus/nec ulla saltem seminalis est vita/ita tñ uel exsiliunt/in superiora uel in yma descendunt/vel librantur in medijs/ut essentiam suam/ubi secundum suam naturam/pūt esse/custodiant. Iam uero nosse/quantum ametur/quamqʒ falli nolit humana natura uel hinc intelligi pt/quod lamentari quisqʒ sana mente mauult/quam letari in amentia/quibus magna atqʒ mirabilis mortalibus/preter homines animantibus nulla est/licet eorum quibusdam/ad istam lucem contuendam multo quam nobis sit acrior sensus oculorum/sʒ lucem illam incorpoream contingere nequeūt/qua mens nostra quodammodo radiatur/ut de hys omnibus recte iudicare possimus. Verumptamen in sensibus irrationabilium animantium/est scientia/in illo nō/at certe similitudo quedam similitudo/cetera autē rerum corporalium/nō quia sentiunt/sʒ quia sentiuntur/sensibilia nuncupata sunt/quorum in arbustis/hoc simile est sensibus/quod aluntur/et gignunt. Verumptamen et hec omnia corporalia latentes in natura causas habent/sʒ formas varias/quibus mundi huius visibilis structura/formosa est/sentiendas sensibus prebent/ut pro eo quod nosse nō pūt/quasi innotescere uelle videantur. Sʒ nos ea sensu corporis ita capimus/ut de hys nō sensu corporis iudicemus. Habemus enim alium/interioris hominis sensum/isto longe prestantiorem/quo iusta uel iniusta sentimus/iusta per intelligibilem speciem/iniusta per eius priuacionem. Ad hunc sensus officium/nō acies pupille/nō foramen auricule/nō spiramen narium/nō gustus faucium/nō ullus corporeus tactus/accedit. Ibi me et esse et hoc nosse certus sum/et hoc amo atqʒ amare me similiter certus sum.

De essentia et sciencia et utriusqʒ amore XXVI.

Sed de duobus illis/essentia scʒ et noticia/quantum amentur in nobis/et quemadmodum et in ceteris rebus/q̄ infra sunt eorum reperiantur/et si differens/quedam tñ similitudo/quantum suscepti huius operis ro visa est postulare/satis diximus. De amore autē quo amatur/utrum et ipse amor ametur/nō dictum est. Amatur autem et hinc probamus/quo in hominibus qui rectius amantur/ipe magis amatur. Neqʒ enim vir bonus merito dicitur/qui scit qd bonum est/sʒ qui diligit. Cur ergo et in nobis ipis/nō et ipm amorem/nos amare sentimus/quo amamus quicquid boni amamus. Est enim et amor quo amatur qd amandum nō est/et istum amorem odit in se qui illum amat/quo id amatur/qd amandum est. Pūt enim ambo esse in vno homine/et hoc bonum est homini/ut illo proficiente/quo bene viuimus/iste deficiat/quo male viuimus/donec ad perfectum sanetur/et in bonum commutetur/omne qd viuimus. Si enim pecora essemus/carnalem vitam/et quod secundum sensum eius amarem

Marginal notes (left column): Ad cognitionem trinitatis facit quod uera est dis cyplina nāhs per naturam/ronal per doctrīna/moral per usum. — Ad cognitionem trinitatis qd sumus et nos esse nominus et esse at nosse diligimus Item de sui et con achademicos. — hanc totam paginam notabilem nota diligenter.

Marginal notes (right column): De vero amore de irratione sensu intellectu vegetatoe esse et huius. — De recto amore quod bonus vir est qui scit qd bonum ē et hoc diligit de agro irracionabilium et vegetabilium.

Outer margin: esse ... et ... — ... uita ... futura

quod esset sufficiens bonum nostrum et secundum hoc esset nobis bene, nichil aliud quereremus. Item si arbores essemus, nichil quidem sentire et motu ullo appetere possemus, verumtamen id appetere videremur quo feracius essemus uberiusque fructuose. Si essemus lapides aut fluctus aut ventus aut flamma aut quid eiusmodi sine ullo quidem sensu atque vita, non tamen nobis deesset quasi quidam nostrorum locorum atque ordinis appetitus. Nam velut amores corporum momenta sunt ponderum sive deorsum gravitate sive sursum levitate nitantur. Ita enim corpus pondere sicut animus amore fertur quocumque fertur. Quoniam igitur homines sumus ad nostri creatoris ymaginem creati, cuius est eternitas vera, eterna veritas, eterna et vera caritas, estque ipse eterna et vera et cara trinitas neque confusa neque separata, in hiis quidem rebus que infra nos sunt, quoniam et ipsa nec aliquo modo essent nec aliqua specie continerentur nec aliquem ordinem vel appeterent vel tenerent nisi ab illo facta essent qui summe est, qui summe sapiens est, qui summe bonus est, tamquam per omnia que fecit mirabili stabilitate currentes, quasi quedam eius alibi magis alibi minus impressa vestigia colligamus; in nobis autem ipsis eius ymaginem contuentes tamquam minor ille evangelicus filius ad nosmetipsos reversi surgamus et ad illum redeamus a quo peccando recesseramus. Ibi esse nostrum non habebit mortem, ibi nosse nostrum non habebit errorem, ibi amare nostrum non habebit offensionem. Hec autem tria ista nostra quamvis certa teneamus nec aliis ea credamus testibus, sed nos ipsi presentia sentiamus atque interiore veracissimo cernamus aspectu, tamen quamdiu futura vel utrum numquam defutura et quo si bene, quo autem si male perventura sint, quoniam per nos ipsos nosse non possumus, alios hinc testes vel querimus vel habemus; de quorum fide cur nulla debeat esse dubitatio, non est iste sed posterior erit diligentius disserendi locus. In hoc autem libro de civitate dei, que non peregrinatur in huius vite mortalitate sed immortalis semper in celis est, id est de angelis sanctis deo coherentibus, qui nec fuerunt umquam nec futuri sunt desertores, inter quos et illos qui eternam lucem deserentes tenebre facti sunt deum primitus divisisse iam diximus, illo adiuvante quod cepimus explicemus.

Quod deus qui summe sapiens est summe bonus qui fecit omnia summe diligendus est.

An esse ipsum amorem quo est esse et scire diligimus diligi debeat, quo magis divine trinitatis ymagini propinqua[mus].

Illi quippe angeli sancti non per verba sonantia deum discunt, sed per ipsam presentiam immutabilis veritatis, hoc est verbum eius unigenitum, et ipsum verbum et patrem et eorum spiritum sanctum, eamque esse inseparabilem trinitatem singulasque in ea personas esse substantiam, et tamen omnes non tres deos esse sed unum deum, ita noverunt, ut eis magis ista quam nos ipsi nobis cogniti sumus. Ipsam quoque creaturam melius ibi, hoc est in sapientia dei, tamquam in arte qua facta sunt, quam in ea ipsa sciunt; ac per hoc et se ipsos ibi melius quam in se ipsis, verumtamen et in se ipsis. Facti sunt enim et aliud sunt quam ille qui fecit. Ibi ergo tamquam in diurna cognitione, in se ipsis autem tamquam in vespertina, sicut iam supra diximus. Multum enim differt utrum in ea ratione cognoscatur aliquid secundum quam factum est, an in se ipso; sicut aliter scitur rectitudo linearum seu veritas figurarum cum intellecta conspicitur, aliter cum in pulvere scribitur; et aliter iustitia in veritate incommutabili, aliter in anima iusti. Sic deinde cetera, sicut firmamentum inter aquas superiores et inferiores quod celum vocatum est; sicut deorsum aquarum congeries terreque nudatio et herbarum institutio atque lignorum; sicut solis ac lune stellarumque conditio; sicut ex aquis animalium, volucrum scilicet atque piscium beluarumque natantium; sicut quorumque in terra gradientium atque repentium et ipsius hominis qui cunctis in terra rebus excelleret. Omnia hec aliter in verbo dei cognoscuntur ab angelis, ubi habent causas rationesque suas, id est secundum quas facta sunt, incommutabiliter permanentes, aliter in se ipsis: illa clariore, hac obscuriore cognitione, velut artis atque operum; que tamen opera cum ad ipsius creatoris laudem venerationemque referuntur, tamquam mane lucescit in mentibus contemplantium.

Quod angeli sancti non per verba sonantia deum discunt sed per ipsam presentiam incommutabilis veritatis de celo effluentis et clementis.

De sanctorum angelorum scientia qua trinitatem in ipsa eius deitate noverunt, qua operum causas prius in operantis arte quam in ipsis operibus artificis intuentur. XXVIII.

Hec autem propter senarii numeri perfectionem eodem die sexies repetito sex diebus perfecta narrantur, non quia deo fuerit necessaria mora temporum, quasi qui non potuerit creare omnia simul, que deinceps congruis motibus peragerent tempora, sed quia per senarium numerum est operum significata perfectio. Numerus quippe senarius primus completur suis partibus, id est sexta sui parte et tertia et dimidia, que sunt unum et duo et tria, que in summam ducta sex fiunt. Partes autem in hac consideratione numerorum ille intelligende sunt que quote sint dici potest, sicut tertia, quarta et deinceps ab aliquo numero denominate. Neque enim verbi gratia quia in novenario numero quattuor pars aliqua eius est, ideo dici potest quota eius sit; unum autem potest, nam nona eius est, et tria potest, nam tertia eius est. Coniuncte vero iste due partes eius, nona scilicet atque tertia, id est unum et tria, longe sunt a tota summa eius quod est novem. Itemque in denario quaternarius est aliqua pars eius, sed quota sit dici non potest; unum autem potest, nam decima pars eius est; habet et quintam, que sunt duo; habet et dimidiam, que sunt quinque. Sed hee tres partes eius, decima et quinta et dimidia, id est unum et duo et quinque, simul ducte non complent decem; sunt enim octo. Duodenarii vero numeri partes in summam ducte transeunt eum; habet enim duodecimam, quod est unum; habet sextam, que sunt duo; habet quartam, que sunt tria; habet tertiam, que sunt quattuor; habet et dimidiam, que sunt sex; unum autem et duo et tria et quattuor et sex non duodecim sed amplius, id est sedecim, sunt. Hoc breviter commemorandum putavi ad commendandam senarii numeri perfectionem, qui

De sex diebus misterio et perfectione numeri senarii.

De novenario denario et duodenario.

[Marginal notes: estque ipse eterna veritas; tenerent; vel utrum numquam futura; sicut; Sicut quorumque in terra gradientium]

qui primus ut dixi partibus suis in summam reductus est, ipse perficitur in quo perfecit deus opera. Unde contempnenda non est, que in multis scripturarum locis septenariorum quam magne estimanda sit, liquet diligenter intuentibus. Nec frustra in laudibus dei dictum est: omnia in mensura et in numero et pondere disposuisti.

De senarii numeri perfectione qui per partes suarum quantitate completur. XXIX capitulum.

In septimo autem die, id est eodem die septies recensentes, qui numerus et ipse alia ratione perfectus est, dei requies commendatur, in qua primum sanctificatio sonat. Ita voluit istum diem in nullis suis operibus sanctificare, sed requie sua, que non habet vesperam, neque enim ulla creatura est ut etiam ipsa aliter in se cognitam faciat, aliam velut diurnam, aliud velut vespertinam notitiam. De septenarii porro numeri perfectione dici quidem plurima possunt, sed liber iam iste prolixus est. Et vereor ne occasione comperta scientiolam meam iactare velle videar magis quam utiliter. Habenda est itaque ratio moderationis atque gravitatis, ne forte cum de numero multum loquimur, mensuram et pondus negligere iudicemur. Hoc itaque satis sit admonere, quod totus impar primus numerus ternarius est, totus par quaternarius, ex quibus duobus septenarius constat. Ideo pro universo sepe ponitur, sicut est: Septies cadit iustus et resurget, id est quotienscumque ceciderit non peribit; quod non de iniquitatibus sed de tribulationibus intelligi voluit ad humilitatem perducentibus. Et septies in die laudabo te, quod alibi alio modo dictum est: Semper laus eius in ore meo. Et multa huiusmodi in divinis auctoribus reperiuntur, in quibus septenarius numerus, ut dixi, pro cuiusque universitate poni solet. Propter hoc eodem septenario numero significatur spiritus sanctus, de quo dominus ait: Docebit vos omnem veritatem. Ibi requies dei, qua requiescitur in deo. In toto quippe, id est in plena perfectione requies, in parte autem labor. Ideo laboramus, quamdiu ex parte scimus, sed cum venerit quod perfectum est, quod ex parte est evacuabitur. Hinc est quod etiam scripturas istas cum labore rimamur. Sancti vero angeli, ad quorum societatem et congregationem in hac peregrinatione laboriosissima suspiramus, sicut habent permanendi eternitatem, ita cognoscendi facilitatem et requiescendi felicitatem. Sine difficultate quippe nos adiuvant, quoniam spiritualibus motibus securis et liberis non laborant.

De numero septenario eius perfectione et mysterio et implectate

De die septimo in quo plenitudo et requies commendatur XXX

Nequis autem contendat et dicat non sanctos angelos esse significatos in eo quod scriptum est: Fiat lux, et facta est lux, sed quamlibet lucem tunc primum factam esse corpoream aut opinetur aut doceat; angelos autem prius esse factos non tantum ante firmamentum, quod inter aquas et aquas factum appellatum est celum, sed ante illud de quo dictum est: In principio fecit deus celum et terram, atque illud quod dictum est In principio non itaque dictum est tamquam primum hoc factum sit, cum ante fecit angelos,

Quod sancti angeli ad quorum eternitatem suspiramus nos adiuvant sine labore

sed quia omnia in sapientia fecit, quod est verbum eius, et ipsum scriptura principium nominavit, sicut ipse in evangelio Iudeis querentibus quis esset respondit se esse principium. Non e contrario referam contentionem, maxime quia hoc delectat plurimum, quod in summo exordio sancti libri geneseos trinitas commendatur. Cum enim ita dicitur: In principio fecit deus celum et terram, ut pater fecisse intelligatur in filio, sicut testatur psalmus ubi legitur: Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Convenientissime paulo post commemoratur et spiritus sanctus. Cum enim dictum esset qualem terram primitus fecerit, vel quam molem materiamve future constructionis mundi celi et terre nomine nuncupavit, subiciendo: Terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebre erant super faciem abyssi, mox ut trinitatis commemoratio compleretur: Spiritus, inquit, dei ferebatur super aquas. Proinde ut volet quisque accipiat, quod ita profundum est ut ad exercitationem legentium a fidei regula non aberrantes plures possit generare sententias, dei tamen angelos sanctos in sublimibus sedibus non quidem deo coeternos, sed tamen de sua sempiterna et vera felicitate securos et certos esse nemo ambigat, ad quorum societatem pertinere pusillos suos dominus docens non solum illud ait: Erunt equales angelis dei, verum ipsi quoque angeli qua contemplatione fruantur ostendit, ubi ait: Videte ne contempnatis unum ex pusillis istis; dico autem vobis quia angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est.

Quod deus omnia in sapientia fecit, quod est verbum, et quod dicitur spiritus dei ferebatur, ubi trinitas intelligitur. c.

De opinione eorum qui angelorum creationem anteriorem volunt esse quam mundi XXXI

Peccasse autem quosdam angelos et in huius mundi yma detrusos, qui eis velut carcer est usque ad futuram in die iudicii ultimam dampnationem, apostolus Petrus apertissime ostendit dicens quod deus angelis non pepercit peccantibus, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos reservari. Inter hos ergo et illos deum et opere vel prescientia divisisse quis dubitet? Illosque lucem merito appellari quis contradicat, quando quidem nos adhuc in fide viventes et eorum equalitatem sperantes utique nondum tenentes iam lux dicti ab apostolo sumus: Fuistis enim aliquando, inquit, tenebre, nunc autem lux in domino. Istos vero desertores tenebras aptissime nuncupari profecto advertunt qui peiores esse hominibus infidelibus sive intelligunt sive credunt. Quapropter et si alia lux in isto huius libri loco intelligenda est, ubi legimus: Dixit deus fiat lux, et alie tenebre significate sunt in eo quod scriptum est: Divisit deus inter lucem et tenebras, nos tamen has duas angelicas societates, unam fruentem deo, alteram tumentem typo, unam cui dicitur: Adorate eum omnes angeli eius, aliam cuius princeps dicit: Hec omnia tibi dabo si prostratus adoraveris me; unam dei sancto amore flagrantem, alteram proprie celsitudinis

De angelis quod quidam peccaverunt qui perpetuo perierunt et quidam steterunt qui in spe gloriabuntur

in mundo amore fumantem; et quam sicut scriptum est, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, illam in celis celorum habitantem, istam inde deiectam in hoc infimo aereo celo tumultuantem; illam luminosa pietate tranquillam, istam tenebrosis cupiditatibus turbulentam; illam nutu dei clementer subvenientem, iuste ulciscentem, istam suo fastu subdendi et nocendi libidine estuantem; illam ut quantum vult consulat dei bonitati ministram, istam ne quantum vult noceat dei potestate frenatam; illam huic illudentem, ut nolens prosit persecutionibus suis, hanc illi invidentem, cum peregrinos colligit suos. Nos ergo has duas societates inter se dispares atque contrarias, unam et natura bonam et voluntate rectam, aliam vero natura bonam sed voluntate perversam, aliis manifestioribus divinarum scripturarum testimoniis declaratas, quas etiam in hoc libro cui nomen est Genesis lucis tenebrarumque vocabulis significatas existimavimus, etiam si aliud hoc loco sensit forte qui scripsit, non est inutiliter obscuritas huius pertractata sententie, quia et si voluntatem auctoris libri huius indagare nequivimus, a regula tamen fidei, que per alias eiusdem auctoritatis sacras litteras satis fidelibus nota est, non abhorruimus. Et si enim corporalia commemorata sunt opera dei, habent procul dubio nonnullam similitudinem spiritalium, secundum quam dicit apostolus: Omnes enim vos filii lucis estis et filii diei; non sumus noctis neque tenebrarum. Si autem hoc sensit etiam ille qui scripsit, perfectiorem disputationis ordine nostra pervenit intentio, ut homo dei tam eximie divineque sapientie, immo per eum spiritus dei, in commemorandis operibus dei, que omnia sexto die dicit esse perfecta, nullo modo angelos pretermisisse credatur, sive quod convenientius intelligitur in principio, quia primo fecit deus celum et terram; quibus nominibus universalis est significata creatura, vel spiritalis vel corporalis, quod est credibilius, vel magne due partes mundi, quibus omnia que creata sunt continentur, ut primitus eam totam proponeret ac deinde partes eius secundum misticum dierum numerum exequeretur.

[Left margin: sive in principio quia primo fecit. / in principio quia in verbo unigenito fecit sive plurimum sit]

[Boxed margin note: Quod angeli mali non possunt nocere nobis quantum vellent et angeli boni nobis consulunt quantum deus vult]

De duabus angelorum societatibus diversis atque disparibus que non inconvenienter intelliguntur lucis et tenebrarum nominibus nuncupate. XXXIII

Quamquam nonnulli putaverint aquarum nomine significatos quodammodo populos angelorum, et hoc esse quod dictum est: Fiat firmamentum inter aquam et aquam, ut supra firmamentum angeli intelligantur, infra vero vel aque iste visibiles vel malorum angelorum multitudo vel omnium hominum gentes. Quod si ita est, non illic apparet ubi facti sint angeli, sed ubi discreti; quamvis et aquas, quod pessime et impie vanitatis est, negent quidam factas a deo, quoniam nusquam scriptum est: Dixit deus: Fiat aqua. Quod possunt simili vanitate de terra dicere; nusquam enim legitur: Fiat terra. Sed, inquiunt, scriptum est: In principio fecit deus celum et terram. Illic ergo et aqua intelligenda est; uno enim nomine utrumque comprehensum est. Nam ipsius est mare, sicut in psalmo legitur, et ipse fecit illud, et aridam terram manus eius finxerunt. Sed hii qui nomine aquarum que super celos sunt angelos intelligi volunt, ponderibus elementorum moventur, et ideo non putant aquarum fluidam gravemque naturam in superioribus mundi locis potuisse constitui; qui secundum rationes suas si ipsi hominem facere possent, non ei pituitam, quod grece flegma dicitur et tamquam in elementis corporis nostri aquarum vicem optinet, in capite ponerent. Ibi enim sedes est flegmatis, secundum dei opus utique aptissime, secundum istorum autem coniecturam tam absurde, ut si hoc nesciremus et in hoc libro similiter scriptum esset, quod deus humorem fluidum et frigidum ac per hoc gravem in superiore omnibus ceteris humani corporis parte posuit, isti trutinatores elementorum nequaquam crederent et auctoritati eius scripture subditi essent, aliquid aliud ex hoc intelligendum esse censerent. Sed quoniam si diligenter singula scrutemur atque tractemus, que in illo divino libro de constitutione mundi scripta sunt, et multa dicenda et a proposito constituti operis longe digrediendum est, iamque de duabus istis diversis inter se atque contrariis societatibus angelorum, in quibus sunt quedam exordia duarum etiam in rebus humanis civitatum, de quibus deinceps dicere institui, quantum satis esse visum est disputavimus, hunc quoque librum aliquando claudamus.

[Margin notes in red, left column: Quomodo intelligendum sit in primo fecit ... fiat lux ... et tenebre erant ... fiat firmamentum ... de angelis et aquis factis]

[Margin note in red, right column: Contra illos qui nolunt aquas esse positas in superioribus celis, ipsis tamen videatur quod pituita vel flegma ponatur in capite hominis]

Explicit liber XI. Incipiunt tituli libri XII sancti Augustini de civitate dei.

De una bonorum malorumque angelorum natura. I Nullam essentiam deo esse contrariam, quia ab eo qui summe et semper est, hoc in totum videtur diversum quod non est. II De inimicis dei non per naturam sed per contrariam voluntatem, que cum ipsis noceat et bone utique nature nocet, quia vitium si non nocet non est. III De natura irrationabilium et vita carentium, que in suo genere atque ordine ab universitatis decore non discrepat. IIII Quod in omni natura specie ac modo laudabilis sit creator. V Que causa sit beatitudinis angelorum bonorum et que causa sit miserie angelorum malorum. VI Causam efficientem male voluntatis non esse querendam. VII De amore perverso quo voluntas ab incommutabili bono ad mutabile bonum deficit. VIII An sancti angeli, quem habent creatorem nature, eundem habeant bone voluntatis auctorem per spiritum sanctum in eis caritate diffusa, sicut fuisse existimatur. IX De falsitate eius historie que multa milia annorum preteritis temporibus ascribit. X De his qui hunc quidem mundum non sempiternum putant, sed aut innumerabiles aut eundem unum certa conclusione seculorum semper nasci et resolvi opinantur. XI

Quid respondendum sit hiis qui primam conditionem hominis tardam esse censentur. xij. De revolutione seculorum, quibus certo fine conclusis universa semper in eundem ordinem eandemque speciem reditura quidam philosophi crediderunt. xiij. De temporali conditione generis humani, quam deus nec novo consilio constituit nec mutabili voluntate. xiiij. An ut deus semper etiam dominus fuisse semper intelligatur credendum sit creaturam quoque numquam defuisse cui dominaretur, et quomodo dicatur semper creatum quod dici non potest coeternum. xv. Quomodo intelligendum sit promissa homini a deo vita eterna. xvj. Quod de inconmutabili consilio atque voluntate fides sana defendat contra ratiocinationes eorum qui opera dei ex infinitate repetita per eosdem semper volunt seculorum redire circuitus. xvij. Contra eos qui dicunt ea que infinita sunt nec dei posse scientia comprehendi. xviij. De seculis seculorum. xix. De impietate eorum qui asserunt animas summe vereque beatitudinis participes iterum atque iterum per circuitus temporum ad easdem miserias laboresque redituras. xx. De conditione primi hominis atque in eo generis humani. xxj. Quod presciverit deus hominem quem primum condidit peccaturum, simulque previderit quantum piorum populum ex eius genere in angelicum consortium sua esset gratia translaturus. xxij. De natura anime humane create ad ymaginem dei. xxiij. An ullius vel minime creature possint dici angeli creatores. xxiiij. Omnem naturam et omnem speciem universe creature non nisi opere dei formari. xxv. De platonicorum opinione qua putaverunt angelos quidem a deo conditos, sed ipsos esse humanorum corporum conditores. xxvj. In primo homine exortam fuisse omnem plenitudinem generis humani, in qua previderit deus que pars honoranda esset premio, que dampnanda supplicio. xxvij.

Incipit liber xij S. Aug. epi de civitate dei de una bonorum malorumque angelorum natura. j.

Antequam de institutione hominis dicam, ubi duarum civitatum, quantum ad rationale mortalium genus attinet, apparebit exortus, sicut superiori libro apparuisse iam videtur in angelis, prius mihi de ipsis angelis video esse quedam dicenda, quibus demonstretur, quantum a nobis potest, quam non inconveniens neque incongrua dicatur hominibus angelisque societas, ut non quatuor, due scilicet angelorum totidemque hominum, sed due potius civitates, hoc est societates, merito dicantur esse, una in bonis, altera in malis, non solum angelis, verum etiam hominibus constitute.

Nullam essenciam deo esse contrariam, quia ab eo qui summe et semper hoc est, omnino videtur diversum quod non est. ij.

Angelorum bonorum et malorum inter se contrarios appetitus non naturis principiisque diversis, cum deus omnium substantiarum bonus auctor et conditor utrosque creaverit, sed voluntatibus et cupiditatibus extitisse dubitare fas non est, dum alii constanter in communi omnibus bono, quod ipse illis deus est, atque in eius eternitate, veritate, caritate persistunt, alii sua potestate potius delectati, velut bonum suum sibi ipsi essent, a superiore communi omnium beatifico bono ad propria mala defluxerunt, et habentes elationis fastum pro excellentissima eternitate, vanitatis astutiam pro certissima veritate, studia partium pro individua caritate, superbi, fallaces, invidi facti sunt. Beatitudinis igitur illorum causa est adherere deo. Quocirca istorum miserie causa ex contrario est intelligenda, quod est non adherere deo. Quamobrem si, cum queritur quare illi beati sint, recte respondetur, quia deo adherent, et cum queritur cur isti sint miseri, recte respondetur, quia non adherent deo, non est creature rationalis vel intellectualis bonum quo beata sit nisi deus. Itaque quamvis non omnis beata possit esse creatura (neque enim hoc munus adipiscuntur aut capiunt fere ligna, saxa, et si quid eiusmodi est), que tamen potest, non ex se ipsa potest, quia ex nichilo creata est, sed ex illo a quo creata est. Hoc enim adepto beata, quo amisso misera est. Ille vero qui non ab alio sed ex se ipso bono beatus est, ideo miser non potest esse, quia non se potest amittere. Dicimus itaque inmutabile bonum non esse nisi unum verum beatum deum; ea vero que fecit bona quidem esse, quod ab illo, verumtamen mutabilia, quod non de illo sed de nichilo facta sunt. Quamvis ergo summa non sint, quibus est deus maius bonum, magna sunt tamen ea mutabilia bona, que adherere possunt, ut beata sint, inmutabili bono, quod usque adeo bonum eorum est, ut sine illo misera esse necesse sit. Nec ideo cetera in hac creature universitate meliora sunt, quia misera esse non possunt. Neque enim cetera membra corporis nostri ideo dicenda sunt oculis esse meliora, quia ceca esse non possunt. Sicut autem melior est natura sentiens et cum dolet quam lapis qui dolere nullo modo potest, ita rationalis natura prestancior etiam misera quam illa que rationis vel sensus est expers, et ideo in eam non cadit miseria. Quod cum ita sit, huic nature, que in tanta excellentia creata est, ut, licet sit ipsa mutabilis, inherendo tamen incommutabili bono, id est summo deo, beatitudinem consequatur, nec expleat indigentiam suam nisi utique beata sit, eique explende non sufficiat nisi deus, profecto non illi adherere vicium est. Omne autem vicium nature nocet ac per hoc contra naturam est. Ab illa igitur que adheret deo non natura differt ista, sed vicio; quo tamen etiam vicio valde magna multumque laudabilis ostenditur ipsa natura. Cuius enim recte vituperatur vicium, procul dubio natura laudatur. Nam recta vicii vituperatio est, quod illo dehonestatur natura laudabilis. Sicut ergo cum vicium oculorum dicitur cecitas, id ostenditur, quod ad naturam oculorum pertinet visus; et cum vicium aurium dicitur surditas, ad earum naturam pertinere demonstratur auditus: ita vicium creature angelice dicitur quo non adheret deo, hinc apertissime declaratur eius nature ut deo adhereat convenire. Quam porro magna sit laus adherere deo, ut ei

De oppositio duarum civitatum angelorum et hominum de angelis et hominibus

Quod causa beatitudinis est adherere deo, causa miserie est non adherere ipsi

Quod natura sentiens melior est cum dolet quam lapis qui dolere non potest, et huius quoque vicium nature nocet

XII

inhiat, inde sapiat, illo gaudeat, tantoque bono sine morte, sine errore, sine molestia perfruatur. Quis digne cogitare possit, quis eloqui? Quapropter etiam vitio malorum angelorum, quo non adherent deo, quoniam omne vitium nature nocet, satis manifestatur deum tam bonam creasse naturam, cui noxium sit non esse cum deo.

De immunitate dei a pravitate, non per naturam sed per propriam voluntatem, et quod cum ipsis noceat bone utique nature noceat, quia vitium si non noceret non est. i capitulum.

Hec dicta sunt, ne quisquam, cum de angelis apostaticis loquimur, existimet eos aliam velut ex alio principio habere potuisse naturam, nec eorum nature deum auctorem. Cuius erroris impietate tanto quisque carebit expeditius et facilius, quanto perspicacius intelligere potuerit, quod per angelum deus dixit, quando Moysen mittebat ad filios Israel: Ego sum qui sum. Cum enim deus summa essentia sit, hoc est summe sit, et ideo immutabilis sit, rebus quas ex nichilo creavit esse dedit, sed non summe esse, sicut est ipse; et aliis dedit esse amplius, aliis minus, atque ita naturas essentiarum gradibus ordinavit. Sicut enim ab eo quod est sapere vocatur sapientia, sic ab eo quod est esse vocatur essentia, novo quidem nomine, quo usi veteres non sunt latini sermonis auctores, sed iam nostris temporibus usitato, ne deesset etiam nostre lingue, quod greci appellant usiam. Hoc enim verbum e verbo expressum est, ut diceretur essentia. Ac per hoc ei nature, que summe est, qua faciente sunt quecumque sunt, contraria natura non est, nisi que non est. Ei quippe quod est, non esse contrarium est. Et propterea deo, id est summe essentie et auctori omnium qualiumcumque essentiarum, essentia nulla contraria est. Dicuntur autem in scripturis inimici dei, qui non natura, sed vitiis adversantur eius imperio, nichil ei valentes nocere, sed sibi. Inimici enim sunt resistendi voluntate, non potestate ledendi. Deus namque inmutabilis est et omnimodis incorruptibilis. Ideo vitium, quo resistunt deo, qui eius appellantur inimici, non est deo, sed ipsis malum; neque hoc ob aliud nisi quia corrumpit in eis bonum nature. Natura igitur non est contraria deo, sed vitium, quia malum est, contrarium est bono. Quis autem neget deum summe bonum? Vitium ergo contrarium est deo, tamquam malum bono. Porro autem bonum est et natura quam vitiat. Unde et huic bono utique contrarium est; sed deo tantummodo tamquam bono malum, nature vero quam vitiat, non tantum malum, sed etiam noxium. Nulla quippe mala deo noxia, sed mutabilibus corruptibilibusque naturis, tamen bonis ipsorum quoque testimonio vitiorum. Si enim bone non essent, eis vitia nocere non possent. Nam quid eis nocendo faciunt, nisi adimunt integritatem, pulchritudinem, salutem, virtutem, et quicquid bono nature per vitium detrahi sive minui consuevit? Quod si omnino desit, nichil boni adimendum non nocet, et per hoc nec vitium est. Nam esse vitium et non nocere non potest. Unde colligitur, quamvis non possit vitium nocere incommutabili bono, non tamen posse nocere nisi bono, quia non inest nisi ubi nocet. Sed isto modo dici potest vitium esse nec in summo posse bono, nec nisi in aliquo bono. Sola ergo bona alicubi esse possunt, sola mala nusquam, quoniam nature etiam ille, que ex male voluntatis initio viciate sunt, in quantum viciate sunt, male sunt; in quantum autem nature sunt, bone sunt. Et cum in penis est natura vitiosa, excepto eo quod natura est, etiam hoc ibi bonum est, quod impunita non est. Hoc enim est iustum, et omne iustum procul dubio bonum. Non enim quisquam de vitiis naturalibus, sed voluntariis penas luit. Nam et quod vitium consuetudine nimioque progressu roboratum velut naturaliter inolevit, a voluntate sumpsit exordium. De vitiis quippe nunc loquimur eius nature, cui mens inest capax intelligibilis lucis, qua discernitur iustum ab iniusto.

De natura irrationabilium aut vita carentium, que in suo genere atque ordine ab universitatis decore non discrepat. ii capitulum.

Ceterum vitia pecorum et arborum, aliarumque rerum mutabilium atque mortalium, vel intellectu vel sensu vel vita omnino carentium, quibus eorum dissolubilis natura corrumpitur, dampnabilia putare ridiculum est, cum iste creature eum modum nutu creatoris acceperint, ut cedendo ac succedendo peragant infimam pulchritudinem temporum in genere suo istius mundi partibus congruentem. Neque enim celestibus fuerant terrena coequanda, aut ideo universitati deesse ista debuerunt, quoniam sunt illa meliora. Cum ergo in his locis ubi esse talia competebat, aliis alia deficientibus oriuntur et succumbunt minora maioribus, atque in qualitates superantium superata vertuntur, rerum est ordo transeuntium. Cuius ordinis decus propterea nos non delectat, quoniam parti eius pro conditione nostre mortalitatis intexti, universum, cuius particule que nos offendunt satis apte decenterque conveniunt, sentire non possumus. Unde nobis, in quibus eam contemplari minus ydonei sumus, rectissime credenda precipitur providentia conditoris, ne tanti artificis opus in aliquo reprehendere vanitate humane temeritatis audeamus. Quamquam et vitia rerum terrenarum non voluntaria neque penalia naturas ipsas, quarum omnino nulla est, cuius non sit auctor et conditor deus, si prudenter attendamus, eadem ratione commendant, quia et in eis hoc nobis per vitium tolli displicet, quod in natura placet; nisi quia hominibus etiam ipse nature plerumque displicent, cum eis fiunt noxie, non eas considerantibus, sed utilitatem suam, sicut illa animalia, quorum abundantia Egyptiorum superbia vapulavit. Sed isto modo possunt et solem vituperare, quoniam quidem peccantes vel debita non reddentes puniri a iudicibus iubentur ad solem. Non itaque ex commodo vel incommodo nostro, sed per se ipsam considerata natura dat artifici suo gloriam. Sic

Cum deus summa essentia sit, hoc est summe sit, creature summe esse non dedit, sed amplius aliis, minus aliis.

De ulla sive essentia dei et quod inimici sunt dei resistendi voluntate non potestate ledendi. i c.

Contrarium

Quod vitium est contrarium deo tamquam malum bono, et quod vitium non est nisi ubi nocet, et omne iustum bonum.

De vitiis pecorum rerum mutabilium atque mortalium. i c.

Cum minus simus ydonei universa contemplari, credamus providentia conditoris; nemo vituperare potest.

est et natura ignis eternus sine ulla dubitatione laudabi
lis, quamvis damnatis impiis natura penalis.
Quid enim igne flammante vigente lucente pulchri
us? Quid calefaciente curante coquente utilius,
quamvis eo urente nichil sit molestius? Idem igitur
ipse aliter appositus perniciosus, qui convenienter adhibi
tus commodissimus invenitur. Nam eius in uni
verso mundo commoda verbis explicare qui sufficiat?
Nec audiendi sunt qui laudant in igne lucem, ardo
rem autem vituperant, videlicet non ex vi nature sed ex
suo commodo et incommodo. Videre enim
volunt, sed ardere nolunt, sed parum attendunt eandem lucem, que et illis ipsis placet, o
culis infirmis per inconvenientiam no
cere, et in illo ardore qui eis displicet
nonnulla animalia per convenientiam salubriter
vivere.

Quod omnia non vituperari possit cum ignis pulchre luceat et dure ardeat

Quod in omni natura specie atque modo laudandus sit creator vc.

Nature igitur omnes
quia sunt et ideo habent modum
suum, speciem suam, et quandam secum pacem suam, profecto bone sunt, et cum
ibi sunt ubi esse per nature ordinem debent, quantum acce
perunt suum esse custodiunt, et que sunt semper esse non acce
perunt, pro usu motuque rerum quibus creatoris
lege subduntur in melius deteriusve mutantur, in eum
divina providentia tendentes exitum quem ratio
gubernande universitatis includit, ita ut nec tanta
corruptio, quanta usque ad interitum naturas mutabi
les mortalesque perducit, sic faciat non esse quod
erat, ut non inde fiat consequenter quod esse
debebat. Que cum ita sint, deus qui summe est,
atque ob hoc ab illo facta omnis essentia que non sum
me est (quia nec illi equalis esse debebat que de nichilo
esset, neque ullo modo esse posset si ab illo facta non esset),
nec illorum vitiorum offensione vituperandus, et omnium
naturarum consideratione laudandus est.

Que causa sit beatitudinis angelorum bonorum et que causa sit miserie angelorum malorum. vi

Proinde causa beatitudinis angelorum bonorum
ea verissima reperitur, quod ei adherent qui
summe est. Cum vero causa miserie malorum querit
ur, ea merito occurrit, quod ab illo qui summe est aversi ad
se ipsos conversi sunt, qui non summe sunt; et hoc vitium
quid aliud quam superbia nuncupatur? Initium omnis
peccati superbia. Noluerunt ergo ad illum
custodire fortitudinem suam, et qui magis
essent si ei qui summe est adhererent, se
illi preferendo id quod minus est pretulerunt.
Hic primus defectus et prima inopia
primumque vitium eius nature, que ita creata
est ut nec summe esset, et tamen ad
beatitudinem habendam eo qui summe est
frui posset, a quo aversa non quidem
nulla, sed tamen minus esset, atque ab hoc misera fieret.
Huius porro voluntatis male causa efficiens si queratur, nichil
invenitur. Quid est enim quod facit voluntatem ma
lam, cum ipsa faciat opus malum? Ac per hoc mala
voluntas efficiens est mali operis, male autem voluntatis efficiens nichil est. Quoniam
si res aliqua est, aut habet aut non habet aliquam voluntatem;
si habet, aut bonam profecto habet aut malam. Quis si bonam
ita desipiat ut dicat bona voluntas faciat malam?

Quod deus qui summe bonus est non vituperandus est licet privat viciosas et si bi adherentes commune

Erit enim si ita est bona voluntas
causa peccati, quo absurdius nichil pu
tari potest et dici. Si autem res ista, que
putatur facere voluntatem malam, et
eam atque ut sit aliquis ingerendi
modus, tamen prime voluntatis ma
le in quo? Non est enim prima voluntas
quam fecit voluntas mala, sed illa prima est
quam nulla fecit. Nam precessit a qua fieret illa
prior est que alteram fecit. Si respondetur quod eam nulla
res fecit et ideo semper fuit, quero utrum in aliqua natura
fuerit. Si enim in nulla fuit, omnino non fuit. Si autem
in aliqua, vitiabat eam et corrumpebat eratque
illi noxia, atque per hoc bono privabat, et ideo in ma
la natura voluntas mala esse non poterat, sed in bono
mutabili tamen, cui vitium hoc posset nocere. Si enim
non nocuit, non utique vitium fuit, ac per hoc nec
mala voluntas fuisse dicenda est. Porro si no
cuit, bonum auferendo vel minuendo utique no
cuit. Non igitur esse potuit sempiterna voluntas
mala in ea re in qua bonum naturale precesserat, quod
mala voluntas nocendo posset adimere. Si ergo
non erat sempiterna, quis eam fecit? quero. Restat
ut dicatur quod ea res fecit malam voluntatem in qua
nulla voluntas fuit. Hec utrum superior sit requiro, an
equalis an inferior. Sed si superior, utique melior; quo
modo ergo nullius ac non potius bone voluntatis? Hoc idem
profecto et equalis. Duo quippe quamdiu sunt
pariter voluntatis bone, non facit alter in altero voluntatem malam. Relinquitur ut inferior res, cui nulla
voluntas fecit angelice nature que prima peccavit
voluntatem malam. Sed et eam res ipsa quecumque
que inferior est usque ad infimam
terram, quoniam natura et essentia est, pro
culdubio bona est, habens modum
et speciem suam in genere atque or
dine. Quomodo ergo bona res efficiens est voluntatis male? Quomodo, inquam,
bonum est causa mali? Cum enim
se voluntas relicto superiore ad inferiora convertit,
efficitur mala, non quia malum est quo se con
vertit, sed quia perversa est ipsa conversio. Idcirco non res
inferior voluntatem malam fecit, sed rem inferi
orem prave atque inordinate ipsa que facta est ap
petivit. Si enim duo aliquem equaliter affecti animo et corpore
videant unius corporis pulchritudinem, qua visa
unus eorum ad illicite fruendum moveatur, alter in
voluntate pudica stabilis perseveret, quid putamus
esse causam ut in illo fiat, in illo non fiat voluntas ma
la? Que illam rem fecit in qua facta est? Neque
enim pulchritudo illa corporis, non eam fecit in
ambobus, quandoquidem amborum non dispariter
occurrit affectibus. An caro intuentis in causa est?
Cur non et illius? An animus? Cur non utriusque? Ambos
enim et animo et corpore equaliter affectos fuisse prediximus. An dicendum est
alterum occulta eorum maligni spiritus
suggestione temptatum, quasi non
eidem suggestioni et qualicumque
suasioni propria voluntate consenserit?

De vicio sibi omnis peccati malis et defectu voluntatis bone et male

Quod nichil hoc nocere potest per vicium et bona voluntas quod dicitur malum non faciat

Quid faciat affectum diversorum voluntatem in duobus una complexionibus

hanc igitur consensionem / voluntatem malam / quam mala suadente / que in ea res fecit / querimus. Nam ut hoc quoque impedimentum / ab ista questione tollatur / si eadem temptatione / ambo temptentur et unus ei cedat / atque consentiat / alter idem qui fuerat perseveret / quid aliud apparet / nisi unum noluisse se / alterum voluisse a castitate deficere / Unde nisi propria voluntate / ubi eadem fuerat corporis et animi affectio amborum / oculis pariter visa est / eadem pulchritudo / ambobus pariter institit occulta temptatio / Propria igitur in uno corrupto voluntate mala rem que fecerat / scire volentibus / si bene intueantur / nichil occurrit / Si enim dixerimus / quod ipse eam fecerit / quid erat ipse / ante voluntatem nisi natura bona / cuius auctor deus / qui est immutabile bonum / Qui ergo dicit eum qui consensit temptanti / atque suadenti / cui non consensit alius / ad illicite utendum / pulchro corpore quod videndum ambobus pariter affuit / Cum ante illam visionem ac temptationem / similes ambo animo et corpore fuerint / ipsum sibi fecisse voluntatem malam / qui utique bonus ante voluntatem malam fuerat / querat cur eam fecerit / utrum quia natura est / an quia ex nichilo facta est / inveniet voluntatem malam non ex eo esse incipere / quod natura est / sed ex eo quod de nichilo facta natura est / Nam si natura causa est voluntatis male / quid aliud cogimur dicere / nisi a bono fieri malum / et bonum esse causam mali / Siquidem a natura bona fit voluntas mala / Quod utique fieri potest / ut natura bona / quamvis mutabilis / antequam habeat voluntatem malam / faciat aliquid mali / hoc est ipsam voluntatem malam

Quod nature non est causa male voluntatis

Causam efficientem male voluntatis non esse querendam vii

quod bonus et verus deus fecit [illegible]

Nemo igitur querat efficientem causam male voluntatis / non enim est efficiens / sed deficiens / quia nec illa effectio est sed defectio / Deficere namque ab eo / quod summe est / ad id quod minus est / hoc est incipere habere voluntatem malam / Causas porro defectionum istarum / cum efficientes non sint / ut dixi / sed deficientes / velle invenire / tale est ac si quisquam velit videre tenebras / et audire silentium / quod tamen utrumque nobis notum est / neque illud / nisi per oculos / neque hoc nisi per aures / non sane in specie sed in speciei privatione / Nemo ergo ex me scire querat / quod me nescire scio / nisi forte / ut nescire discat / quod sciri non posse sciendum est / Ea quippe / que non in specie / sed in eius privatione sciuntur / si dici aut sciri potest / quodammodo nesciendo sciuntur / ut sciendo nesciantur / Cum enim acies etiam oculi corporalis currit per species corporales / nusquam videt tenebras / nisi ubi ceperit non videre / ita etiam non ad aliquem alium sensum / sed solas aures pertinet / sentire silentium / quod tamen nullo modo nisi non audiendo sentitur / Sic species intelligibiles / mens quidem nostra intelligendo conspicit / sed ubi deficiunt / nesciendo condiscit / Delicta enim quis intelligit / Hoc scio / naturam dei nullam ... ex parte posse deficere / et ea posse deficere / que ex nichilo facta sunt / que tamen et quanto magis

Marginal notes: istud nisi — nesciendo — corporalis — et ea posse deficere

Quod non effectio nature sed defectio facit malam voluntatem sicut videre tenebras oculis non est in specie sed in speciei privatione et sic est de silencio

sunt / et bona faciunt / causas habent efficientes / In quantum autem deficiunt / et ex hoc mala faciunt / vana causas habent deficientes.

Marginal note: quid enim sunt faciunt nisi vana

De amore perverso quo voluntas ab incommutabili bono ad mutabile bonum deficit viii

Item scio / in quo sit mala voluntas / id in eo fieri / quod si nollet / non fieret / et ideo non necessarios / sed voluntarios defectus / iusta pena consequitur / Deficitur enim non ad mala / sed ad male / id est non ad malas naturas / sed ideo male / quia contra ordinem naturarum / ab eo / quod summe est / ad id quod minus est / Neque enim auri vitium est / avaritia / sed hominis perverse amantis aurum / iustitia derelicta / que incorporaliter auro debuit anteponi / Nec luxuria vitium est / pulchrorum suaviumque corporum / amantis corporeas voluntates / neglecta temperantia / qua rebus spiritualiter pulchrioribus / et incorruptibiliter suavioribus coaptamur / Nec iactantia vitium est laudis humane / sed animi perverse amantis laudari ab hominibus / spreto testimonio conscientie / nec superbia vitium est dantis potestatem / et ipsius etiam potestatis / sed animi perverse amantis potestatem suam / potentioris iustitia contempta / Ac per hoc / qui perverse amat cuiuslibet nature bonum / etiam si adipiscatur / ipse fit in bono malus / et miser meliore privatus

Marginal note: sed anime perverse

Quod mala voluntas non accidit nolenti ex natura necessitate sed voluntarium defectum iusta pena consequitur. Neque enim vicium avaricia sed hominis perverse amantis aurum pot[ius] sic de aliis

An sancti angeli quem habent creatorem nature eundem habeant bone voluntatis auctorem per spiritum sanctum caritate diffusa semper fuisse existiant. ix. ca.

Cum enim male voluntatis efficiens naturalis / vel si dici potest essentialis / nulla sit causa / ab ipsa quippe incipit spirituum mutabilium / malum / nec eam voluntatem facit nisi defectio / qua deseritur deus / cuius defectionis etiam causa / utique deficit / si dixerimus nullam esse efficientem causam / etiam voluntatis bone / Cavendum est / ne voluntas bona / bonorum angelorum non facta / sed deo coeterna credatur / Cum enim ipsi facti sint / quomodo illa facta non esse dicetur / Porro quia facta est / utrum cum ipsis facta est / an sine illa fuerunt prius / sed si cum ipsis / non dubium / quod ab illo facta sit / a quo et ipsi / simulque ut facti sunt / ei a quo facti sunt / amore / cum quo facti sunt / adheserunt / Eoque sunt isti ab illorum societate discreti / quod illi in eadem voluntate bona manserunt / isti ab ea deficiendo mutati sunt / mala scilicet voluntate / hoc ipso quod a bono defecerunt / a quo non defecissent / si utique voluissent / Si autem boni angeli fuerunt prius sine bona voluntate / eamque in se ipsis deo non operante fecerunt / Ergo meliores a se ipsis / quam ab illo facti sunt / Absit / Quid enim erant / sine bona voluntate nisi mali / Aut si propterea non mali / quia nec mala voluntas eis inerat / neque enim ab ea / quam nondum ceperant / hi defecerant / Certe nondum tales / nondum tam boni / quam esse cum voluntate bona ceperunt / Aut si non potuerunt / se ipsos facere

Marginal note: quo minuitur atque depravatur nature bonum

De angelis bonis et malis et de eorum voluntate bona et mala [illegible] creatore casu et [illegible]

meliores quam eos ille fecerat quo nemo se melius facit quicquam? Profecto et bonam voluntatem qua meliores essent, nisi operante nisi adiutorio creatoris habere non possent. Et cum id agit eorum voluntas bona et non ad se ipsos fiat meliores quam eos ille fecerit quo nemo se melius facit quicquam. Profecto et bonam voluntatem qua meliores essent nisi operante nisi adiutorio creatoris habere non posset creat.

Et cum id agit eorum voluntas, qui minus erant, sed ad illum qui summe est convertuntur eique adherentes magis essent eiusque participatione sapienter beateque viverent, quid aliud ostenditur nisi voluntatem quamlibet bonam inopem fuisse in solo desiderio mansuram, nisi ille qui bonam naturam ex nichilo sui capacem fecerat, ex se ipso faceret implendo meliorem, prius faciens excitando avidiorem? Nam et hoc discutiendum est, si boni angeli ipsi in se fecerunt voluntatem bonam, utrum aliqua eam an nulla voluntate fecerunt. Si nulla, utique nec fecerunt. Si aliqua, utrum bona an mala. Si mala, quomodo esse potuit mala voluntas bone voluntatis effectrix? Si bona, iam ergo habebant. Et istam quis fecerat nisi ille qui eos cum bona voluntate, id est cum amore casto quo illi adhererent, creavit, simul eis et condens naturam et largiens gratiam? Unde sine bona voluntate, hoc est dei amore, numquam sanctos angelos fuisse credendum est. Isti autem qui cum boni creati essent tamen mali sunt mala propria voluntate, quam bona natura non fecit, ut mali tamen non sit bonum, sed defectus a bono; aut minorem amoris divini gratiam acceperunt quam illi qui in eadem perstiterunt; aut utrique boni equaliter creati sunt, istis mala voluntate cadentibus illi amplius adiuti ad eam beatitudinis plenitudinem, unde se numquam casuros certissimi fierent, pervenerunt, sicut in libro etiam iam quem sequitur iste tractavimus. Confitendum est igitur cum debita laude creatoris non ad solos sanctos homines pertinere, verum etiam de sanctis angelis posse dici, quod caritas dei est in eis per spiritum sanctum qui datus est; nec tantum hominum, sed primitus precipueque angelorum bonum esse quod scriptum est: Michi autem adherere deo bonum est. Hoc bonum quibus commune est, habent et cum illo cui adherent et inter se sanctam societatem, et sunt una civitas dei, eademque vivum sacrificium eius vivumque templum eius. Cuius pars que coniungenda immortalibus ex mortalibus hominibus congregatur et mortaliter peregrinatur in terris vel in eis qui in mortem abierunt secretis animarum receptaculis sedibusque requiescit, eodem deo creante quemadmodum exorta sit, sicut de angelis dictum est, iam video esse dicendum. Ex uno quippe homine quem primum deus condidit genus humanum sumpsit exordium secundum sancte scripture fidem, que mirabilem auctoritatem non immerito habet in orbe terrarum atque in omnibus gentibus quas sibi esse credituras inter cetera que dixit vera divinitate predixit. Omittamus igitur coniecturas hominum nescientium quid loquantur de natura vel institutione generis humani. Alii namque sicut de ipso mundo crediderunt semper fuisse homines opinantur. Unde ait et Apuleius cum hoc animantium

Item disputatio Augustini de angelis bonis et malis, bona bonorum voluntate et de malorum propria et mala voluntate.

nisi cum a bono sponte defecit

si

diffusa

nunc

genus describit: singillatim mortale, cuncti tamen universo genere perpetui. Et cum illis dicitur: Si semper humanum genus fuit, quo modo verum est quod loquitur eorum historia narrans qui fuerint quarumque rerum inventores, qui primi liberalium disciplinarum aliarumque artium institutores, vel a quibus primum illa vel illa regio parsque terrarum, illa atque illa insula incoli ceperit? Respondent diluviis et conflagrationibus per certa intervalla temporum non quidem omnia sed plurima terrarum ita vastari, ut redigantur ad exiguam paucitatem, ex quorum progenie rursus multitudo pristina reparetur, atque sic identidem reperiri et institui quasi prima, cum restituantur potius que fuerant illis nimiis vastationibus interrupta et extincta; ceterum hominem nisi ex homine existere omnino non posse. Dicunt autem quod putant, non quod sciunt.

De errore Apuleii de ortu hominis et mundi

De falsitate eius historie que multa milia annorum preteritis temporibus ascribit. capitulum x.

Fallunt eos etiam quedam mendacissime littere que perhibent in historia temporum multa annorum milia continere, cum ex litteris sacris ab institutione hominis nondum completa annorum sex milia computemus. Unde ne multa disputem quemadmodum illarum litterarum, in quibus longe plura annorum milia referuntur, vanitas refellatur et nulla in illis rei huius idonea reperiatur auctoritas: in epistula Alexandri magni ad Olympiadem matrem suam, quam scripsit narrationem cuiusdam Egyptii sacerdotis insinuans, quam protulit ex litteris que sacre apud illos haberentur, continet etiam regna que Greca novit historia; in quibus regnum Assyriorum in eadem epistula Alexandri quinque milia excedit annorum; in Greca vero historia mille ferme et trecentos habet et ab ipsius Beli principatu, quem regem et ille Egyptius in eiusdem regni ponit exordio. Persarum autem et Macedonum imperium usque ad ipsum Alexandrum, cui loquebatur, plus quam octo milia annorum ille constituit, cum apud Grecos Macedonum usque ad mortem Alexandri quadringenti octoginta quinque reperiantur anni, Persarum vero, donec ipsius Alexandri victoria finiretur, ducenti triginta tres computentur. Longe itaque minores isti numeri annorum illis Egyptiis fuerunt minores, nec eis, etiamsi ter tantum computarentur, equarentur. Perhibentur enim Egyptii quondam tam breves annos habuisse, ut quaternis mensibus finirentur; unde annus plenior et verior, qualis nunc et nobis et illis est, tres eorum annos complectebatur antiquos. Sed ne sic quidem, ut dixi, Greca Egyptie numero temporum concordat historia. Et ideo Grece potius fides habenda est, quia veritatem non excedit annorum, qui litteris nostris, que vere sacre sunt, continentur. Porro si hec epistula Alexandri, que maxime innotuit, multum abhorret in spatiis temporum a probabili fide rerum, quanto minus credendum est illis litteris, quas plenas fabulosis velut antiquitatibus proferre voluerunt contra auctoritatem notissimorum divinorumque librorum

annorum

De computatione annorum ab exordio mundi secundum sacras litteras et grecorum historias

qui toti orbem sibi traditurum ee pdixit et cui totius orbis sci ut abeo pdictus est tradidit que va se narrasse ptita ex hijs que futura pnunctiauit tum tanta veritate impleuntur ondit

de regno assyriorum per saram mutacionem egipciorum et victoria alexandri

de hijs qui huc quidem mundum non sempiternum putant sed aut innumerabiles aut eundem quidem etiam tonclose seculorum semper nasci et resolui opinantur xj

Alij vero qui mundum istum existimant sempiternum sive non eum solum sed innumerabiles opinantur sive solum quidem esse sed certis seculorum interuallis innumerabiliter oriri et occidere necesse est fateantur hominum genus prius sine hominibus gignentibus extitisse Neque enim sicut alluuionibus incendijsque terrarum quas illi non putant toto prorsus orbe contingere et ideo paucos homines ex quibus multitudo pristina reparetur semper remanere contendunt ita et hij possunt putare quod aliquis hominum pereunte mundo relinquatur sed sicut ipsum mundum ex materia sua renasci existimant ita in illo ex elementis eius genus humanum ac deinde a parentibus progeniem pullulare sicut aliorum animalium

de falsa opinione phylosophorum etiam mundi et etiam deo pioc platonis

Quid respondendum sit hijs qui primam conditionem hominis tardam esse causantur xij

Quod autem respondimus cum de mundi origine questio versaretur eis qui nolunt credere non eum semper fuisse sed cepisse sicut etiam plato apertissime confitetur quamuis a nonnullis contra quod loquitur sensisse [^et alias] credatur hoc et de prima hominis condicione responderim propter eos qui similiter mouentur Cur homo per innumerabilia atque infinita retro tempora creatus non sit tamque sero creatus sit ut minus quam [^sex] milia sint annorum ex quo cepisse in sacris literis inuenitur Si enim breuitas eos offendit temporis quod tam paruum eis videntur anni ex quo institutus homo in nostris auctoribus legitur consideret nichil esse diuturnum in quo est aliquid extremum et omnia seculorum spacia diffinita si eternitati interminate conponantur non exigua estimanda esse sed nulla Ac per hoc si quinque [^non] vel sex vel etiam quinquaginta milia vel sexcenta aut sexagies aut sexcenties milies dicerentur annorum et itidem per tottidem totiens multiplicaretur haec summa ubi iam nullum numeri nomen haberemus ex quo deus hominem fecit similiter queri posset cur ante non fecit Dei quippe ab hominis creatione retrorsus eterna sine [^cessacio] initio tanta est ut si ei conferatur qualibet magna et ineffabilis numerositas temporum que tamen sic conclusa certi spatij terminatur nec saltem tanta videri debeat quanta si humoris breuissimam guttam vniuerso mari etiam quantum oceanus circumfluit conparemus quoniam istorum duorum quidem perexiguum est alterum incomparabiliter magnum sed vtrumque finitum Illud

disputacio b. augustini contra phylosophos disputantes institucionis mundi et eius numerum annorum

vero temporis spacium quod ab aliquo initio [^progreditur] et aliquo non coercetur magnitudine quantacumque tendatur comparatum ad id quod initium non habet nescio vtrum pro minimo an potius pro nullo deputandum est Hinc enim si a fine vel breuissima singillatim momenta detrahantur decrescente numero licet tam ingenti ut vocabulum non inveniat retrorsum redeundo tamquam si hominis dies ab illo in quo nunc viuit usque ad illum in quo natus est detrahas quandoque ad initium illa detractione peruenietur Si autem detrahantur retrorsus in spatio quod a nullo cepit exordio non dico singillatim minuta momenta vel horarum aut dierum aut mensium aut annorum etiam quantitates [^sed] tam magna spacia quanta illa summa comprehendit annorum que iam dici a quibuslibet computatoribus non potest Que tamen momentorum minutatim detractione consumitur et detrahuntur haec tanta spacia non semel atque iterum vel sepius sed semper Quid fit quid agitur quod numquam ad initium peruenitur Quapropter

Item de eo quod ortio nullum est

quod nos modo querimus post quinque milia annorum et quod excurrit annorum possent et posteri post annorum sexcenties milies eadem curiositate requirere Si mortalitas haec mortalitas hominum exoriendo et occumbendo et imperita perseueret infirmitas potuerunt et qui fuerunt ante nos ipsis recedentibus hominibus creati temporibus istam mouere questionem Ipse denique primus homo et post tridie vel eodem die postea quam factus est potuit inquirere cur non ante sit factus et quandocumque ante factus esse non vires tunc alias nunc vel etiam postea istius de initio rerum temporalium controuersia reperiret

De reuolucione seculorum quibus certo fine conclusis vniuersa semper in eadem ordinem eandemque speciem reditura quidam phylosophi crediderunt c. xiij.

Hanc autem se phylosophi mundi huius non aliter putauerunt posse vel debere dissolui nisi ut circuitus temporum inducerent quibus eadem semper fuisse renouata atque repetita in rerum natura atque deinceps fore sine cessacione assenerarent volumina venientium et preterieuntium seculorum siue mundo permanente isti circuitus fierent siue certis interuallis oriens et occidens mundus eadem semper quasi noua que transacta et ventura sunt exhibent a quo ludibrio prorsus inmortalem animam etiam cum sapientiam perceperit liberare non possunt euntem sine cessacione ad falsam beatitudinem et ad veram miseriam sine cessacione redeuntem Quo non enim beatitudo est de cuius numquam eternitate confiditur dum anima venturam miseriam aut inperitissime in veritate nesciat aut falsissime in beatitudine pertimescat At si ad miseriam numquam ulterius reditura ex hijs ad beatitudinem pergit fit ergo aliquid noui in tempore quod finem non habet temporis Cur non ergo et mundus Cur non et homo factus in mundo ut illi nescio qui falsi circuitus a falsis sapientibus

Item disputacio b. augustini contra errores phylosophorum de mundi circuitu et beatitudine non eterna

fallaciabusque decepti, in doctrina sana tramite recti
itineris incedere. Nam quidam per illud, quod le-
gitur in libro Salomonis qui vocatur Ecclesiastes: Quid
est quod fuit? ipsum quod erit. Et quid est quod factum
est? ipsum quod fiet; et non est omne recens sub sole;
qui loquitur et dicit: Ecce hoc novum est; iam fuit in
seculis que fuerunt ante nos; propter hos circuitus in
eadem redeuntes et in eadem cuncta revocantes
dictum intelligi volunt; quod ille aut de his rebus
dixit de quibus superius loquebatur. Hoc est de
generationibus aliis euntibus, aliis venientibus,
de solis anfractibus, de torrentium lapsibus; aut
certe de omnium rerum generibus que oriuntur atque occidunt.
Fuerunt enim homines ante nos, sunt et nobiscum,
erunt et post nos; ita quoque animantia vel arbusta.
Monstra quoque ipsa que inusitata nascuntur,
quamvis inter se diversa sint, et quedam eorum
semel facta narrentur; tamen secundum id, quod ge-
neraliter miracula et monstra sunt, utique fuerunt
et erunt; nec recens et novum est ut monstrum sub
sole nascatur; quamvis hec verba quidam sic
intellexerint, tamquam in predestinatione Quod sint in-
dei iam facta fuisse omnia sapiens telligenda verba
ille voluisset intelligi; et eo nichil ecclesiastes
recens fuisse sub sole. Absit autem Quid est quod fuit
a recta fide, ut his Salomonis ipsum quod erit et quid
verbis illos circuitus significatos quod factum est
esse credamus, quibus illi putant sic eadem temporum
et temporalium rerum volumina repeti, ut, ubi gratia
exempli, sicut isto seculo Plato philosophus in urbe Atheniensi
se et in ea scola que Achademia dicta est, disci-
pulos docuit; ita per innumerabilia retro secula mul-
to quidem prolixis intervallis, sed tamen certis, et idem Plato
et eadem civitas, et eadem scola, et idem disci-
puli repetiti, et per innumerabilia deinde secula repeten-
di sint; absit inquam, ut nos ista credamus. Semel
enim Christus mortuus est pro peccatis nostris; resurgens
autem iam a mortuis non moritur, et mors illi ultra non
dominabitur. Et nos post resurrectionem semper cum
domino erimus; cui modo dicimus, quod sacer ammonet psalmus:
Tu domine servabis nos, et custodies nos a generatione
hac in eternum. Satis autem huic existimo convenire, quod
sequitur: In circuitu impii ambulant; non quia
per circulos quos opinantur, eorum vita est recur-
sura; sed quia modo talis est erroris eorum via, id est falsa
doctrina. An ut deus semper eciam dominus fuisse in-
telligatur credendum sit creaturam quoque num-
quam defuisse cui dominaretur et
quo dicatur quod dici non potest cre-
Quid fide-
les catholici
credere debeant
abiecta opinione
philosophorum et dis-
cipulorum
suorum de academia villa iuxta
athenas

Quid

[rubric:] ... xiiii capitulum

autem mirum est si in his circuitibus errantes
nec aditum nec exitum inve-
niunt; quia genus humanum atque
ista nostra mortalitas, nec quo
initio cepta sit sciunt, nec quo fine
claudatur; qui quidem altitudinem dei penetrare
non possunt; quia cum ipse sit eternus et sine initio, ab aliquo
tamen initio exorsus est; ipsa et hominem quem
numquam ante fecerat, fecit in tempore; non tamen novo et
repentino, sed immutabili et eterno consilio. Quis
hanc valeat altitudinem investigabilem in-
vestigare, et inscrutabilem perscrutari, secundum quam deus
hominem temporalem, ante quem nemo umquam hominum
fuit, non mutabili voluntate in tempore condidit, et
genus humanum ex uno multiplicavit? Quandoqui-
dem psalmus, cum premisisset atque dixisset: Tu domine ser-
vabis nos, et custodies nos a generatione hac
in eternum; ac deinde repercussisset eos, in quorum stul-
ta et impia doctrina nulla liberationis et bea-
titudinis anime servatur eternitas, continuo subiecit:
In circuitu impii ambulant; tamquam
ei diceretur: Quid ergo tu credis Quid dicat
sentis intelligis? Numquid iam psalmus In circuitu
existimandum est subito deo pla- impii etc. Et
cuisse hominem facere, quem numquam inferius Tu domine
ante per infinitam retro eternitatem servabis
fecisset, cui nichil novi accidere potest nos
in quo mutabile aliquid non est? continuo redit
ad ipsum deum loquens: Secundum altitudinem tuam
multiplicasti filios hominum. Sentiant inquit ho-
mines quod putant, et quod eis placet opinentur et
disputent: Secundum altitudinem tuam, quam nullus
potest nosse hominum, multiplicasti filios hominum.
Valde quippe altum est, et semper fuisse et hominem quem
numquam ante fecerat facere voluisse, nec consilium
voluntatemque mutasse. Quod intelligendum
sit promissa hominis a deo ante tempora eterna vita xvi

Ego

quidem sicut dominum deum ali-
quando dominum non fuisse dicere non audeo,
ita hominem numquam ante fuisse, et ex
quodam tempore primum hominem creatum fuisse, certus et
dubitare non debeo; sed cum cogito cuius rei dominus
semper fuit, si creatura non fuit, sic affirmare
aliquid pertimesco; quia et me ipsum intueor, et
scriptum esse recolo: Quis hominum potest scire consi-
lium dei? aut quis potest cogitare quid Quid deus
velit dominus? Cogitationes enim mor- semper fuit et homo a
talium timide et incerte adinventi- deo creatus
ones nostre; corruptibile enim corpus in tempore et quod
aggravat animam, et deprimit terrena nullus morta-
habitatio sensum multa cogitan- lium potest scire
tem. Ex his igitur que in hac terrena vel cogitare
habitatione multa cogito, ideo utique quid velit deus
multa, quia unum quod ex illis, vel preter illa quod forte non
cogito, verum est, invenire non possum. Si dixero semper fuis-
se creaturam, cuius dominus esset, qui semper est dominus, nec dominus
umquam non fuit; sed nunc illam, post aliam atque aliam tem-
porum spatia, nec aliquam creatori coeternam esse dicimus,
quod fides ratioque sana condempnat; Cavendum
est ne sit absurdum, et a luce veritatis alienum,
mortalem quidem per vices temporum semper fuisse
creaturam, decedente alia succedentem; immor-
talem vero non esse cepisse, nisi cum ad nostra secula ve-
nimus, cum et angeli creati sunt, si eos recta lux
illa primum facta significat, aut illud potius ce-
lum, de quo dictum est: In principio fecit deus celum
et terram; cum tamen non fuerint antequam fierent, ne immor-
tales sed semper fuisse dicantur, qui coeterni esse credantur.
Si autem dixero non in tempore creatos angelos, sed ante

et
omnia tpa ~~p~~pos fuisse/ quorum dns esset/ qm nunqm
n dns fuit/ Queritur et si ante omnia tpa/ facti
sunt/ utrum semp potuerunt ee/ qm facti sunt/ hic re
spondendum forte videtur/ quo no semp cu id
qd est omi tpe/ no incongruent sp ee dicatur
usque adeo aut/ isti di tempore ~~fuit~~ fu
erit/ si tm a celo ceperunt/ et illi ~~facti~~ fuerat
ante celum/ fuit/ no quidem in horis
et in diebus et mensibus et annis/ Na
et iste dimensiones tpalium spaciorum
/ que usitate at pprie dicunt tpa/ manni
festo ~~a~~ a motu siderum ceperunt
Unde et deus/ cum hec institueret
dixit/ Et sint in tpa et in dies et annos
sed in aliquo mutabili motu/ cuius al
iud prius aliud posterius preterit/ eo qd simul esse no possit
Si go cum celum et angelici motibus tale aliquid
fuit/ Et id tpus iam fuit/ angeli ex quo facti sunt
tpalit movebantur/ etiam sic omni tpe fuerat
qnquidem cu illis/ facta sunt tpa/ Quis autem
dicat/ no semp fuit/ qd si hoc responderem di
mchi/ Quo go non coeterni creatori/ si semp ille
/ semp illi fuerunt/ Quo et creati/ dicendi sunt
si semp fuisse intelligunt/ Ad hoc quid respon
debit/ An dicendum est/ et eos sp fuisse/ qm omni
tpe fuerunt/ qui cu tpe facti sunt/ aut cu quibus
facta sunt tpa/ et tm creatos/ Neque enim et ipsa tpa
creata ee negamus/ quamvis oi tpe/ tpus fuisse
nemo ambigat/ Nam si ~~non~~ oi tpe fuit tpus/
erat go tpus/ qn nullum erat
tpe/ Quis hoc stultissimus
dixit/ possimus enim recte dicere
erat tpus/ qn no erat roma/
erat tpus qn no erat ierlm/ E
rat tpus/ qn no erat abraham/
Erat tpus/ qn no erat ho/ et si
quid huiusmodi/ Postremo si no cu initio tpis/ sed post
aliqd tpus/ factus est mundus/ dicere erat tpus/ qn
no erat mundus/ At no erat tpus/ qn no erat tps/
tam inconvenient dicimus/ ac si quis scp dicat/ Erat
ho/ qn nullus erat homo/ aut erat iste mundus/
qn no erat iste mundus/ Si enim de alio atque alio in
telligatur/ pt dici aliquo mo/ h est/ erat aliquis ho
qn no erat iste homo/ Sic go erat aliud tpus/ qn
no erat hoc tpus/ Recte possumus dicere/ at no erat
tpus/ qn nullum erat tpus/ quis vel insipientissimus
dixerit/ Sicut enim dicimus/ creatum tpus/ cu id semp
fuisse dicatur/ qr omi tpe/ tpus fuit/ ita no est
consequens/ ut si sp fuerunt angeli/ ideo no sint crea
ti/ ut pp hoc fuisse dicant/ qr omi tpe fuerunt
et ppterea omi tpe fuerunt/ qr nullo mo sine hys
ipa tpa esse potuerunt/ Ubi enim nulla creatura
est/ cuius mutabilibus motibus tpa peragantur/ tpa
omino ee no pnt/ at p hoc et si semp fuerunt/ creati
coeterni sunt/ Ille enim semp fuit/ eternita
tate immutabilis/ isti aut facti sunt/
Sed ideo semp fuisse dicunt/ quia omi
tpe fuerunt/ sine quibus tpa nullo mo
ee potuerunt/ Tpus autem/ qm mu
tabilitate transcurrit/ eternitati in

Quo quo an
geli sim
qsdam sp
ee potuerunt
ante tpa qui
facti sunt Et
quo ab aliq
sta respon
estimant

Quo intelligendum
sit tempora esse
creata nunc tamen
tpus sem
per fu
it et
creata

Qd de angelis
quo quidam
intelligat eos
sp fuisse cu tu
facta sunt qsi et
ut dicit eoru
deo coeterni

/ fuerunt ut etiam ante oia tpa
/ Et si tempus no a celo vero et ante celum
/ fuit
/ qd omi tpe fuit
/ possimus
/ creati sunt n si sp fuerunt deo

mutabili/ no pt esse coeternum/ Et p hoc etiam/ si in
mortalitas angelorum no transit in tpa/ nec pterita e
qsi iam no sit/ nec futura/ qsi nondum sit/ tn eorum
motus/ quibus tpa peragunt/ ex futuro in pteritum
transeunt/ Et ideo creatori ~~cuius~~ cuius motu/ dicendum
no est vel fuisse/ qd iam no sit/ no e futurum ee/ qd
no dum sit/ coeternum ee no pnt/ Quapropter si deus
semp deus fuit/ sp habuit creaturam suo dominatui
servientem/ Verumptn no de ipso genitam/ sed ab ipso
de nichilo factam nec ei coeternam/ erat quippe an
illam/ quamvis nullo tpe/ sine illa/ no eam spa
cio transeunte/ sed manente ppetuitate precedens
Sed h si rudeo eis/ qui requirunt/ quo sp creator sp
dns fuit/ si creatura serviens no sp fuit/ aut quo
no creata e/ et no potius creatori coeterna e/ sp fuit
vereor ne facilius iudicer affir
mare qd nescio/ qm ~~...~~ docere
qd scio/ Redeo igitur ad id/ quod
creator nr/ scire nos voluit/ illa
vo q vel sapientioribus in hac
vita scire pmisit/ vel oio pfectis
in alia vita sciendā pservavit/ ult
vires meas/ ee confiteor/ Sed eo
putavi sine affirmatoe tractan
da/ ut qui hoc legunt videant
a quibus qonem periculis deant temperare/ nec poia
se ydoneos arbitrent/ potius qz intelligant/ ob
temperandum pcepto apostoli salubri/ ubi ait/ Dico autem
p gram dei/ que data est m/ oibus qui sunt in
vobis/ no plus sapere qm oportet sapere/ Sed sa
pere ad sobrietatem/ sicut unicuique deus partitus
est mensuram fidei/ Si enim pueri sunt alatur
infans fiet crescendo plus capiat/ Si autem
vires sue capacitatis excedat/ deficiat anteqm
crescat/ Contra eos qui dicunt ea q infinita sunt
nec dei posse sciencia comphendi. xvj capi

Responsio beati
augustini contra
qui dicit qd aplm
no plus sape qm
oportet re~~s~~ et tu
no dubitandu
nichil esse creatu
re creatori ee
coeternum

/ qm sit culpa

Quq

Que sotula pterierit/ anteqm genus insti
tueretur humanum/ me fateor ignora
re/ no tam dubito/ omino creature/ creatori
esse coeternum/ dicit et aptus/ tpa eterna nec futura
sed qd magis est mirandum pterita/ Sic enim ait
in spe vite eterne/ qua promisit no mendax deus
ante tpa eterna/ manifestavit aut tpibus suis
verbum suum/ Ecce dixit retro/ qd fuerint tpa/ q tn no
fuerunt deo coeterna/ Si quidem ille
an tpa eterna/ no solum erat/ verum etiam
promisit vitam eternam/ quam ma
nifestavit tpibus suis/ ~~l~~ congruis
/ quid aliud/ qm verbum suum/ h est enim
vita eterna/ Quo aut promisit cu ho
minibus utique promissum/ qui no dum erant
ante tpa eterna/ qr in eius eternitate atque
in ipso vbo/ eidem coeterno iam p desti
natoe fixum erat/ qd suo tpe futurum
erat Contra eos qui dicunt ea que infinita sunt nec
dei posse sciencia comprehendi xvij capitulu

Contra phos ac
tanos tree no
dent p que q
vident deo
~~ni~~ eternitate ipo
ne sim sim
sensum
destituta
tpm et a ore
qd suolu e

/ nichil
/ insi

Illud quoque no dubito anteqm homo
primus creatus eet/ nunqm quemqm
fuisse hominem/ nec eundem ipm/ nescio q
bus circuitibus/ nescio quotiens revolutum/ nec

aliu aliquem natura similem/ neqz ab hac fide me phorz argumenta deterreant/ Quorz acutissimu illud putatur/ qd dicunt/ nulla infinita/ posse comphendi/ at p hoc deus inquiunt rerz quas facit/ omiu finitarz/ oms finitas apud se rones hz/ bonitas aut eius unqua vacua fuisse credenda est/ ne sit tpalis eius opatio/ cuius retro fuerit eterna cessatio/ quasi penituerit eum/ priore sine initio vacationis/ ac ppterea sit operis aggressus initiu Et ido nece est inquiunt/ eadem sp repeti/ eademqz sp repetenda/ transitura uel manente mundo mutabiliter/ qui licet unqua no fuerit/ et sine initio tpis sit factus est/ uel eius quoqz ortu et occasu/ sp illis circuitibus repetito/ sempqz repetendo ne videlz si aliqn primu dei opa cepta dicuntur/ priorem suam sine initio vacationem/ tamqz inertem ac desidiosam et ideo sibi displicentem dampnasse/ quodamo/ atqz ob hoc mutasse credatur/ Si aut semper quidem tpalia/ sz alia atqz alia phibetur operatus/ ac sic aliqn et ad hominem faciendu/ quem nunqua ante fecerat/ puenisse/ no scientia qua putant/ non posse quaqz infinita comphendi/ sz quasi ad horam sicut veniebat in mentem/ fortuita quadam inconstantia videatur fecisse/ que fecit/ porro si illi circuitus admittuntur inquiunt quibz eadem manente mundo/ et ipos quoqz revolubiles ortus suos/ et occasus eisdem circuitibus inserentur/ eadem tpalia/ repetuntur/ nec ignaui ocium/ pbetur tam longe/ sine initio diuturnitatis/ deo tribuitur/ nec improuida temeritas operz suorz/ quia si no eadem repetantur/ no pnt infinita diuersitate variata/ ulla eius scientia/ uel prescientia comphendi/ has argumentationes/ quibz impii nram simplicem pietatem ut cum illis in circuitu ambulemus/ de via recta conantur auertere/ si ro refutare no posset/ fides irridere deberet/ Huc accedit qd adiutorio dni/ hos volubiles circulos/ quos opinio confingit/ ro manifesta confringit/ Hinc enim maxime isti errant/ ut in circuitu falso ambulare/ qm vero et recto itinere malint qz mentem diuinam omnino inmutabilem/ cuiuslibet infiniti capacem/ et innumera omnia/ sine cogitationis alternatione numerantem/ de sua humana mutabili angustaqz mente metiuntur/ et fit illis qd ait aplus/ comparantes enim semetipsos/ no intelligunt/ Nam quia illis quidqd noui faciendum venit in mentem/ nouo consilio faciunt/ mutabiles quippe mentes gerunt/ profecto no deum/ quem cogitare no pnt/ sz semetipsos/ pro illo cogitantes/ no illum/ sz seipos/ nec illi/ sz sibi comparant/ Nobis aut fas non est credere/ aliter deum affici/ cu vacat/ aliter cum operatur/ qz nec afficiendus est/ tamqz in eius fiat natura aliquid/ qd an no fuerit/ patitur quippe qui afficitur/ et mutabile est omne/ qd aliquid patitur/ Non itaqz in eius vacatione/ cogitetur ignauia/ desidia/ inertia/ sicut in eius opere labor/ conatus/ industria/ nouit quiescens agere/ et agens quiescere/ pt ad opus nouum/ no nouum

[Margin: sciencia] [Margin: inertez] [Margin: A semetipsis semetipsos]

[Margin box: Qz fidelibus no e fas crede deu alit affici cu vacat et alit cu opatur tu patiatur qm afficit]

sz sempiternu adhibere consiliu/ nec penitendo qz prius cessauerat/ cepit facere qd no fecerat/ sz et si prius cessauit/ posterius operatus est/ qd nescio/ quemadmodu/ ab homine possit intelligi/ hoc procul dubio qd dicitur/ prius et posterius/ in rebus prius no existentibus/ et postea existentibus/ In illo aut no alteram precedentem/ altera subsequens mutauit/ aut abstulit voluntatem/ sz vna eademqz sempiterna et inmutabili voluntate/ res quas condidit/ et ut prius no essent/ egit/ quamdiu no fuerunt/ et ut posterius essent/ qn esse ceperunt/ Hinc eis/ qui talia videre possunt/ mirabiliter fortassis ostendens quam no eis indiguerit/ sz eas gratuita bonitate condidit/ cu sine illis ex eternitate initio carente in no minore beatitudine pmansit

[Margin: et posterius existentibus]

De scientia dei … xviii

Illud aliud qd dicunt/ nec dei scientia/ que infinita sunt/ posse comphendi/ restat eis/ ut dicere audeant/ atqz huic se voragini profunde impietatis immergant/ qz oms numeros deus non nouerit/ eos quippe infinitos esse certissimu est/ qm in quocumqz numero finem faciendum putaueris/ idem ipe non dico uno addito augeri/ sz quamlibet sit magnus/ et quamlibet ingentem multitudinem continens/ in ipa rone atqz scientia numerorum no solum duplicari verum et multiplicari pt/ Ita uero suis quisqz numerus ppetatibus terminatur/ ut nullus eorum par esse ulli cuiqz alteri possit/ ergo et dispares inter se atqz diuersi sunt/ et singuli quiqz finiti sunt/ et cuncti infiniti sunt/ Ita ne numeros ppter infinitatem nescit deus omnes/ et usqz ad quandam summam numerorum scientia dei peruenit/ ceteros ignorans/ Quis hoc etiam dementissimus dixerit/ Nec audebunt isti contempnere numeros/ et eos dicere ad dei scientiam no ptinere/ apud quos plato deum magna auctoritate comendat mundum fabricantem numeris Et apud nos deo dictum legimus/ Omnia in mensura et numero et pondere disposuisti/ de quo dicit et ppheta Qui profert numero seculum/ Et saluator in euangelio/ Capilli inquit capitis vestri/ oms numerati sunt/ Absit itaqz ut dubitemus qz ei sit notus omnis numerus/ No est tamen incomprehensibilis ei numerus sapientie eius no est numerus/ Et in intelligencie sicut in psalmo cantatur no est numerus/ Quia ppter si quidqd scientia comprehenditur scientis comprehensione finitur/ Profecto et omnis infinitas quodamodo ineffabili modo deo finita est/ Quae si infinitas numerorum/ scientie dei/ qua comphenditur/ esse no pt infinita Qui tandem nos sumus homunculi/ qui eius scientie limites figere presumimus/ dicentes/ qz nisi eisdem circuitibus tpm eadem tpa repetantur no pt deus/ que fecit/ uel prescire ut faciat/ uel scire cu fecerit/ Cuius sapientia simpliciter multiplex et uniformiter multiformis/ tam incomphensibili comphensione

[Margin box: Qz sunt stes qui dicunt qz in pscia dei q infinita sunt comphendi no posse/ qz oms lz infiniti sint numeros nouerit eu tu ipe oia possit et nouit]

[Margin: Quia sapientie eius no est numerus … infinitorum … nulla sit numerus]

[Margin box, red: Qz plato corporis … comendat dm mundu fabricantem nuis et q ppheta dicit Qui profert nuo seculum:]

omnia incomprehensibili comprehensione, ut quecumque nova et dissimilia consequentia precedentibus si semper facere vellet, inordinata et improvisa habere non posset. Nec ea provideret ex proximo tempore, sed eterna prescientia contineret.

De impietate eorum qui asserunt animas summe vereque beatitudinis participes iterum atque iterum per circuitus temporum ad easdem miserias laboresque redituras. XIX.

Quod utrum ita faciat, et continuata sibi connexione que appellentur secula seculorum, alia tamen atque alia ordinata dissimilitudine procurrentia, eis dumtaxat qui ex miseria liberantur in sua beata immortalitate sine fine manentibus; an ita dicantur secula seculorum, ut intelligantur secula in sapientia dei inconcussa stabilitate manentia, istorum que cum tempore transeunt tamquam efficientia seculorum, diffinire non audeo. Fortassis enim possit dici seculum quod sunt secula, ut nichil aliud perhibeatur seculum seculi quam secula seculorum, sicut nichil aliud dicitur celum celi quam celi celorum. Nam celum deus vocavit firmamentum super quod sunt aque, et tamen psalmus dicit: et aque que super celos laudent nomen domini. Quid ergo istorum duorum sit, an preter hec duo aliud aliquid de seculis seculorum possit intelligi, profundissima questio est, neque hoc quod nunc agimus impedit, si indiscussa interim differatur, sive aliquid in ea diffinire valeamus, sive nos faciat cautiores diligentior ipsa tractatio, ne in tanta obscuritate rerum affirmare temere aliquid audeamus. Nunc enim contra opinionem disputamus, qua illi circuitus asseruntur, quibus semper eadem per intervalla temporum necesse esse repeti existimantur. Quelibet autem illarum de seculis seculorum vera sit, ad hos circuitus nichil pertinet, quoniam sive secula seculorum sint non eadem repetita, sed alterum ex altero connexione ordinatissima procurrentia, liberatorum beatitudine sine ullo recursu miseriarum certissima permanente, sive secula seculorum eterna sint temporalium tamquam dominantia subditorum, circuitus illi eadem revolventes locum non habent, quos maxime refellit eterna vita sanctorum.

[margin: utrum idem sit quod dicitur seculum seculi et secula seculorum et celum celi et celi celorum]

De conditione unius primi hominis atque in eo generis humani. XX. capitulum.

Quorum enim aures piorum ferant, post emensam tantis que calamitatibus vitam, si tamen vita ista dicenda est que potius mors est, ita gravis ut mors que ab hac liberat mortis huius amore timeatur; post tam magna mala tamque multa et horrenda, tamen aliquando per veram religionem atque sapientiam expiata atque finita, sic pervenire ad conspectum dei, atque ita fieri beatum contemplatione incorporee lucis per participationem immutabilis immortalitatis eius, cuius adipiscende amore flagramus, ut eam quandoque necesse sit deseri, et eos qui deserunt ab illa eternitate veritate felicitate deiectos tartaree mortalitati turpi stultitie et miseriis execrabilibus implicari, ubi deus amittatur, ubi odio veritas habeatur, ubi per immundas nequitias beatitudo queratur; et hoc itidem atque itidem sine ullo fine priorum et posteriorum certis intervallis et dimensionibus seculorum

[margin: Quod per veram religionem atque sapientiam pervenitur]

factum et futurum, et hoc propterea ut possint deo circuitibus diffinitis, euntibus semper et redeuntibus, per varias falsas beatitudines et veras miserias alternatim quidem, sed revolutione incessabili sempiterna nota esse opera sua, quoniam neque a faciendo quiescit neque sciendo potest ea que infinita sunt indagare. Quis hoc audiat? quis credat? quis ferat? Que si vera essent, non solum tacerentur prudentius, verum etiam ut quo modo valeam dicam quod volo, satius nescirentur. Nam si hec illic in memoria non habebimus et ideo beati erimus, cur hic per eorum scientiam gravatur amplius nostra miseria? Si autem ibi necessario scituri sumus, hic saltem nesciamus, ut hic felicior sit expectatio quam illic adeptio summi boni, quando hic vita eterna consequenda expectatur, ibi autem beata sed non eterna quandoque amittenda cognoscitur. Si autem neminem dicunt posse ad illam beatitudinem pervenire, nisi hos circuitus, ubi beatitudo et miseria vicissim alternant, in huius eruditione cognoverit, quo modo ergo fatentur quanto plus quisque amaverit deum, tanto eum facilius ad beatitudinem perventurum, qui ea docent quibus amor ipse torpescat? Nam quis non remissius et tepidius amat eum quem se cogitat necessario deserturum et contra eius veritatem sapientiamque sensurum, et hoc cum ad eius plenam pro sua capacitate notitiam beatitudinis perfectione pervenerit? quando nec hominem amicum quisque possit amare fideliter, cui se futurum novit inimicum. Sed absit ut vera sint que nobis minantur veram miseriam numquam finiendam, sed interpositionibus false beatitudinis sepe ac sine fine rumpendam. Quid enim illa beatitudine falsius atque fallacius, ubi nos futuros miseros aut in tanta veritatis luce nesciamus, aut in summa felicitatis arce timeamus? Si enim venturam calamitatem ignoraturi sumus, peritior est hic nostra miseria, ubi venturam beatitudinem novimus. Si autem nos illic clades imminens non latebit, beatius tempora transigit anima misera, quibus transactis ad beatitudinem sublevatur, quam beata, quibus transactis in miseriam revolvatur. Atque ita spes nostre infelicitatis est felix, et felicitatis infelix. Unde fit, ut quia hic mala presentia patimur, ibi metuimus imminentia, verius semper miseri quam beati aliquando esse possimus. Sed quoniam hec falsa sunt, clamante pietate, convincente veritate, ab illo enim nobis vera promittitur vera felicitas, cuius erit semper retinenda et nulla infelicitate rumpenda certa securitas, viam rectam sequentes, quod nobis est Christus, eo duce ac salvatore a vano et inepto impiorum circuitu iter fidei mentemque avertamus. Si enim de istis circuitibus et sine cessatione alternantibus itionibus et reditionibus animarum Porphirius platonicus suorum opinionem sectari noluit, sive ipsius rei vanitate permotus, sive iam tempora christiana reveritus, et quod in libro decimo commemoravi, dicere maluit animam propter cognoscenda mala traditam

[margin: ad conspectum dei et non permittis temporum ut quidam volunt]

[margin: Contra eos qui neminem posse pervenire dicunt ad illam beatitudinem nisi per hos circuitus]

[margin: Quod Christus est nobis via securitatis et felicitatis et non circuitus temporum ut quidam philosophi voluerunt contra quorum opinionem est Porphirius]

L

mundo, ut a beis liberata atque purgata, cum ad parentem redierit, nichil ulterius tale patiatur, quanto magis nos istam inimicam christiane fidei falsitatem detestari ac vitare debemus. His autem circuitibus evacuatis atque frustratis, nulla necessitas nos compellit ideo putare non habere inicium temporis, ex quo esse cepit genus humanum, quia per nescio quos circuitus nichil sit in rebus novi, quod non et antea certis intervallis temporum fuit, et postea sit futurum. Si enim liberatur anima non reditura ad miserias, sicut numquam antea liberata est, fit in illa aliquid quod antea numquam factum est, et hoc quidem valde magnum, id est que numquam desinat eterna felicitas. Si autem in natura immortali fit tanta novitas nullo repetenda circuitu, cur in rebus mortalibus fieri non posse contenditur? Si dicunt non fieri in anima beatitudinis novitatem, quoniam ad eam revertitur in qua semper fuit, ipsa certe liberatio nova fit, cum de miseria liberatur in qua numquam fuit, et ipsa miserie novitas in ea facta est, que numquam fuit. Hec autem novitas si non rerum que divina providencia gubernantur ordine venit, sed casu potius evenit, ubi sunt illi determinati dimensique circuitus, in quibus nulla nova fiunt, sed repetuntur eadem que fuerunt? Si autem et hec novitas ab ordinatione divine providencie non excluditur, sive data sit anima, sive lapsa sit, possunt fieri nova que neque antea facta sunt, nec tamen a rerum ordine aliena sint. Et si potuit anima facere per imprudenciam sibi novam quod non esset improvisa divine providencie, ut hanc quoque in rerum ordinem includeret et ab hac eam non improvide liberaret, qua tandem temeritate humane vanitatis audemus negare divinitatem facere posse res, non sibi sed mundo, novas, quas nec antea fecit nec umquam habuit improvisas? Si autem dicunt liberatas quidem animas ad miserias non reversuras, sed etiam cum hoc fit in rebus nichil novi fieri, quoniam semper alie atque alie liberate sunt et liberantur [et liberabuntur], hoc certe concedunt, si ita est, novas fieri, quibus sit nova miseria et nova liberatio. Nam si antiquas eas esse dicunt et retrorsum sempiternas, ex quibus cottidie novi fiant, de quorum corporibus, si sapienter vixerint, ita liberentur, ut numquam ad miserias revolvantur, consequenter dicturi sunt infinitas. Quantumlibet enim finitus numerus fuit si animarum, infinitis retro seculis sufficere non valeret, ut ex illo semper fierent homines, quorum essent anime ab ista semper mortalitate liberande, numquam ad eandem deinceps rediture; nec ullo modo explicabunt, quo in rebus quas, ut deo note esse possent, finitas volunt, infinitus sit numerus animarum. Quapropter quoniam circuitus illi iam explosi sunt, quibus ad easdem miserias necessario putabatur anima reditura, quid restat convenientius pietati, quam credere non esse impossibile deo et ea que numquam fecit nova facere, et ineffabili presciencia voluntatem mutabilem non habere? Porro autem utrum animarum

Adhuc augustinus confutat opiniones disputancium de circuitibus temporum et iniciis temporum vel miseriis anime et vanitatibus

Qua temeritate humane vanitatis audemus negare divinitatem facere posse res non sibi sed mundo novas quas neque antea fecit nec umquam habuit previsas

Quod credendum est non esse impossibile deo ea que numquam fecit facere

liberandarum vel liberatarum, nec ulterius ad miseriam rediturarum numerus possit semper augeri, ipsi viderint qui de rerum infinitate cohibenda tam subtiliter disputant; nos vero ratiocinationem nostram ex utroque latere terminamus. Si enim potest, quid cause est, cur negetur creari potuisse quod numquam antea creatum esset, si liberatarum [animarum] numerus, qui numquam antea fuit, non factus solum est semel, sed fieri numquam desinit? Si autem oportet ut certus sit liberatarum aliquis numerus animarum, que ad miseriam numquam redeant, neque iste numerus ulterius augeatur, etiam ipse sine dubio quicumque erit, ante utique numquam fuit. Qui profecto crescere et ad sue quantitatis terminos pervenire sine aliquo non posset inicio. Quod inicium eo modo antea numquam fuit. Hoc ergo ut esset creatus est homo, ante quem nullus fuit.

Quod placuit hominem quem primum deus condidit peccaturum simulque previderit quantum piorum populum ex eius genere in angelicum consorcium sua esset gratia translaturus. XXI capitulum.

Hac igitur questione difficillima propter eternitatem dei nova creantis sine novitate aliqua voluntatis quantum potuimus explicata, non est arduum videre multo fuisse melius, quod factum est, ut ex homine uno quem primum condidit multiplicaret genus humanum, quam si id inchoasset a pluribus. Nam cum animantes alias solitarias et quodammodo solivagas, id est que solitudinem magis appetunt, sicut aquile, milvi, leones, lupi, et quecumque ita sunt, alias congreges constituit, que congregate atque in gregibus malunt vivere, ut sunt columbi, sturni, cervi, damule, et cetera huiusmodi, utrumque tamen genus non ex singulis propagavit, sed plura simul iussit existere. Hominem vero, cuius naturam quodammodo mediam inter angelos bestiasque condidit, ut si creatori suo tamquam vero domino subditus preceptum eius pia obediencia custodiret, in consorcium transiret angelorum sine morte media beatam immortalitatem absque ullo termino consecuturus; si autem dominum deum suum libera voluntate superbe atque inobedienter usus offenderet, morti addictus bestialiter viveret, libidinis servus, et eterno post mortem supplicio destinatus, unum ac singulum creavit, non utique solum sine humana societate deserendum, sed ut eo modo vehemencius ei commendaretur ipsius societatis unitas vinculumque concordie, si non tantum inter se nature similitudine, verum etiam cognacionis affectu homines necterentur; quando nec ipsam quidem feminam copulandam viro sicut ipsum creare illi placuit, sed ex ipso, ut omnino ex homine uno diffunderetur genus humanum.

Quod homo creatus fuit ante quem nullus et inter angelos et bestias medius sit

De natura humane creature ad ymaginem dei. XXII capitulum.

Nec ignorabat deus hominem peccaturum, et morti iam obnoxium morituros propagaturum, eosque progressuros peccandi immanitate mortales, ut tucius atque pacacius inter se rationales voluntatis expertes bestie sui generis viverent, quarum ex aquis et terris pullulavit exordium, quam homines, quorum genus ex uno

Quod deus non ignorabat peccaturum et morti iam obnoxium quem cum angelis in eterna pace sociaturus erat

est/ ad commendandam concordiam propagatum/ Neque enim unquam inter se leones/ aut inter se dracones/ qualia homines bella gesserunt/ sed preuidebat etiam/ gratia sua populum piorum in adoptionem vocandum/ remissisque peccatis iustificatum/ in spiritu sancto/ sanctis angelis in eterna pace sociandum/ nouissima inimica morte destructa/ cui populo esset huius rei consideratio profutura/ quod ex uno homine deus/ ad commendandum hominibus quam ei grata sit/ etiam in pluribus vnitas/ genus instituisset humanum

A nullis uel minime creature possint dici angeli creatores/ xxiiij capitulum

Fecit ergo deus hominem/ ad ymaginem suam talem quippe illi animam creauit/ qua per rationem et intelligentiam omnibus esset prestantior/ animalibus terrestribus/ et natatilibus/ et volatilibus/ que mentem huiusmodi non habent/ et cum virum terrenum formasset ex puluere/ eique animam qualem dixi/ siue quam iam fecerat sufflando indidisset/ siue potius sufflando fecisset/ eumque flatum quem sufflando fecit/ non quid est aliud sufflare/ quam flatum facere/ animam hominis esse voluisset/ Etiam coniugem illi adiutorium/ generande/ ex eius latere osse tracto fecit/ ut deus/ Neque enim sic ista carnea consuetudine/ cogitanda sunt/ ut videre solemus/ opifices ex materia/ quacumque terrena/ corporalibus membris/ quod artis industria potuerint/ fabricantes/ Manus dei potentia est/ que etiam visibilia inuisibiliter operatur/ Sed hec fabulosa potius quam vera esse arbitrantur/ qui virtutem ac sapientiam dei/ qua nouit et potest etiam sine seminibus/ ipsa certa facere semina/ ex hys usitatis et cottidianis/ metiuntur operibus/ ea vero que primitus instituta sunt/ quia non nouerunt infideliter cogitant/ quasi non hec/ que cogitant de humanis conceptibus/ atque partubus/ si inexpertis narrarentur/ incredibiliora viderentur/ quamuis et ea ipsa plerique magis nature corporalibus causis/ quam operibus diuine mentis assignent/ Sed cum hys/ nullum nobis est in hys libris negocium/ qui diuinam mentem facere/ vel curare/ ista non credunt/ Illi autem qui platoni suo credunt/ non ab illo summo deo/ qui fabricatus est mundum/ sed ab alys minoribus/ quos quidem ipse creauerit permissu/ siue iussu eius/ animalia facta fuisse cetera mortalia/ in quibus homo precipuum/ dysque ipsis cognatum/ tenet locum/ si superstitione careant qua querant/ Vnde iuste videantur sacra et sacrificia facere/ quasi conditoribus suis/ facile carebunt etiam huius opinionis errore/ Neque enim fas est ullius nature qualibet minime/ mortalisque creatorem/ nisi deum credere/ et dicere/ et antequam possit intelligi/ angelis quidem quos illi deos de angelis libencius appellant etiam si adhibent/ et iussi uel permissi operationem suam rebus/ que gignuntur in mundo/ tam non eos dicimus creatores animalium/ quam nec agricolas frugum atque arborum

Nota deus hominem fecit ad ymaginem suam et similitudinem et coniugem ex latere in adiutorium simile sibi quibus animam inflauit etc.

Quod dicit plato de summo deo qui fabricatus est mundum et de alys minoribus diis

Omnem naturam et omnem speciem uniuerse creature non nisi ipse creauit nisi/ opere dei formari/ capitulum xxv

Cum enim alia sit species/ que adhibetur extrinsecus cuicumque materie corporali sicut operantur homines figuli et fabri/ atque id genus opifices/ qui etiam pingunt atque effingunt formas similes corporibus animalium/ alia vero que intrinsecus efficientes causas habet/ de secreto et occulto nature viuentis atque intelligentis/ que non solum naturales corporum species/ verum etiam ipsas animantium animas/ dum non fit/ facit/ supradicta illa species/ artificibus quibusque tribuatur/ hec autem altera/ non nisi artifici creatori et conditori deo/ qui mundum ipsum/ et angelos/ sine ullo mundo/ et sine ullis angelis fecit/ Qua enim diuina vi/ et ut ita dicam effectiua/ que fieri nescit sed facere accepit/ speciem/ cum mundus fieret/ rotunditas celi et rotunditas solis/ eadem vi diuina et effectiua que fieri nescit/ sed facere accepit speciem/ rotunditas oculi et rotunditas pomi/ et cetere figure naturales/ quas videmus in rebus quibusque nascentibus/ non extrinsecus adhiberi/ sed intima creatoris potentia/ que dixit/ celum et terram ego impleo/ et cuius sapientia est que attingit a fine usque ad finem fortiter/ et disponit omnia suauiter/ Proinde facti primitus angeli/ cuius modi ministerium prebeant creatori/ cuncta facienti/ nescio/ nec tribuere illis audeo/ quod forte non possunt/ nec debeo derogare quod possunt/ Creationem tamen conditionemque omnium naturarum/ qua fit ut omnino nature sint/ eis quoque fauentibus/ illi deo tribuo/ cui se etiam ipsi debere/ quod sunt/ cum gratiarum actione nouerunt/ Non solum igitur agricolas non dicimus fructuum quorumque creatores/ cum legamus neque qui plantat est aliquid/ neque qui rigat sed qui incrementum dat deus/ sed ne ipsam quidem terram quamuis mater omnium videatur/ que semina erumpentia promouet/ et fixa radicibus continet/ cum itidem legamus/ deus illi dat corpus/ quomodo voluit/ et vnicuique seminum proprium corpus/ ita nec feminam sui puerperij creatricem appellare debemus/ sed potius illum qui cuidam famulo suo dixit/ priusquam te formarem in utero noui te/ et quamuis anima sic uel sic affecta pregnantis valeat aliquibus velut induere qualitatibus/ fetum sicut de virgis variatis/ fecit iacob ut pecora colore varia gignerentur/ naturam tamen illam que gignitur tam ipsa non fecit quam nec ipsa se fecit/ Quelibet igitur corporales uel seminales cause gignendis rebus/ adhibeantur/ siue operationibus angelorum/ aut hominum aut quorumque animalium/ siue marium feminarumque mixtionibus/ quelibet etiam desideria/ motusue animi matris valeat aliquid liniamentorum aut colorum aspergere teneris mollibusque conceptibus/ ipsas omnino naturas que sic uel sic in suo genere afficiantur/ non facit nisi summus deus/ cuius occulta sapientia/ cuncta penetrans/ incontaminabili presentia/ facit esse quidquid aliquo modo est/ et quantumcumque est/ quia nisi faciente nec illo/ non tale uel tale esset sed prorsus esse non posset/ Qua propter si ...

De summo deo creando qui angelos creauit species corporum naturales animantium animas mundi rotunditate poli oculi et aliorum

Nota non ille deus qui plantat neque qui rigat sed qui incrementum dat/ vnde nec feminam sui puerperij creatricem appellare debemus sed illum qui dixit priusquam te formarem

speciem, quam forinsecus corporalibus opificas rebus imponit. Urbem Romam et urbem Alexandriam non fabros et architectos, sed reges, quorum voluntate, consilio, imperio fabricatae sunt, istam Romulum, illam Alexandrum habuisse dicimus conditores, quanto potius non nisi deum debemus conditorem dicere naturarum, qui neque ex ea materia facit, quam ipse non fecit, nec operarios habet, nisi quos ipse creavit, et si potentiam suam, ut ita dicam, fabricatoriam rebus subtrahat, ita non erunt, sicut antequam fierent non fuerunt. Sed ante dico et antiquitate non tempore. Quis enim alius creator est temporum, nisi qui fecit ea, quorum motibus currerent tempora?

Quod summus deus vario colore pecora facit, ut Iacob ostendit; et de conditoribus Romulo Romae et Alexandro Alexandrie, ut deo placuit.

De Platonicorum opinione, qua putaverunt angelos quidem a deo conditos, sed ipsos esse humanorum corporum conditores. XXVI.

Ita sane Plato minores et a summo deo factos deos effectores esse voluit animalium ceterorum, ut immortalem partem ab ipso sumerent, ipsi vero mortalem attexerent. Proinde animarum nostrarum creatores noluit esse, sed corporum. Unde Porphyrius propter animae purgationem dicit corpus omne fugiendum, simulque cum suo Platone aliisque Platonicis sentit eos, qui immoderate atque inhoneste vixerint, propter luendas penas ad corpora redire mortalia, Plato quidem etiam bestiarum, Porphyrius tantummodo hominum; sequitur eos, ut dicant deos istos, quos a nobis volunt quasi parentes et conditores nostros coli, nihil aliud esse quam fabros compedum carcerumque nostrorum, nec institutores, sed inclusores alligatoresque nostros ergastulis erumnosis et gravissimis vinculis. Aut ergo desinant Platonici penas animarum ex istis corporibus comminari, aut eos nobis deos colendos non predicent, quorum in nobis operationem ut quantum possimus et evadamus hortantur, cum tamen sit utrumque falsissimum.

Quod deus creator est corporum, quod senserunt Plato et Porphirius de creatore corporum.

Nam neque ita luunt penas anime, cum in istam vitam denuo revolvuntur, et omnium viventium sive in celo sive in terra nullus est conditor, nisi a quo facti sunt celum et terra. Nam si nulla causa est vivendi in hoc corpore, nisi propter pendenda supplicia, quomodo dicit idem Plato aliter mundum fieri non potuisse pulcherrimum atque optimum, nisi animalium, id est immortalium et mortalium, generibus impleretur? Si autem nostra institutio, qua vel mortales conditi sumus, divinum munus est, quomodo pena est ad ista corpora, id est ad divina beneficia, (et) si deus, quod assidue commemorat Plato, sicut universi mundi, ita omnium animalium species eterna intelligentia continebat, quomodo ipse cuncta condebat? An aliquorum esse artifex nollet, quorum efficiendorum artem in ineffabili eius et ineffabiliter laudabili mente haberet?

Quod nullus est conditor nisi deus a quo facti sunt celi et terra; de opinione Platonis.

Merito igitur vera religio, quem mundi universi, animalium quoque universorum, hoc est et animarum et corporum conditorem cognoscit et predicat. In quibus terrenis precipuus ab illo ad eius ymaginem homo propter eam causam, quam dixi, et si qua forte alia maior latet, factus unus, sed non relictus est solus. Nihil enim est quam hoc genus tam discordiosum vitio, tam sociale natura. Neque commodius contra vitium discordie vel cum cavendum existeret vel sanandum cum extitisset, natura loqueretur humana, quam recordationem illius parentis, quem propterea deus creare voluit unum, de quo multitudo propagaretur, ut hac commonitione etiam in multis concors unitas servaretur. Quod vero illi femina ex eius latere facta est, etiam satis hinc significatum est, quam cara mariti et uxoris debeat esse coniunctio. Hec opera dei propterea sunt utique inusitata, quia prima. Qui autem ista non credunt, nulla facta prodigia debent credere. Neque enim et ipsa, si usitato nature curriculo gignerentur, prodigia dicerentur. Quid autem sub tanta gubernatione divine providentie, quamvis eius causa lateat, frustra gignitur? Ait quidam psalmus sacer: Venite videte opera domini, que posuit prodigia super terram. Cur ergo ex latere viri femina facta sit, et hoc primum quodammodo prodigium quid prefiguraverit, dicetur alio loco, quantum me deus adiuverit.

Quod homo unus factus est unus et non relictus solus, de quo uno voluit multitudinem propagari.

In primo homine exortam fuisse omnem plenitudinem generis humani, in qua previderit deus que pars honoranda esset, que pars damnanda supplicio. XXVII.

Nunc quoniam libere iste claudendus est, in hoc primo homine, qui primitus factus est, nondum quidem secundum evidentiam, iam tamen secundum dei prescientiam exortas fuisse in genere humano existimemus societates tamquam civitates duas. Ex illo enim futuri erant homines, alii angelis malis in supplicio, alii bonis in premio sociandi, quamvis occulto dei iudicio, sed tamen iusto. Cum enim scriptum sit: Universe vie domini misericordia et veritas, nec iniusta eius gratia nec crudelis potest esse iustitia.

De prodigio quod femina ex latere viri facta est; de duabus civitatibus et quid sit universe vie dictum.

Explicit liber XII. Tituli libri XIII incipiunt.

De lapsu primorum hominum, per quem est contracta mortalitas. I.

De ea morte, que anime semper victure accidere potest, et ea, cui corpus obnoxium est. II.

Utrum mors, que per peccatum primorum hominum in omnes homines pertransiit, etiam sanctis pena peccati sit. III.

Cur ab his, qui per gratiam regenerationis sunt absoluti a peccato, non auferatur mors, id est pena peccati. IIII.

Quod sicut iniqui male utuntur lege, que bona est, ita iusti bene utuntur morte, que mala est. V.

De generali mortis malo, quo anime et corporis societas separatur. VI.

De morte, quam non regenerati pro Christi confessione susceperunt. VII.

Quod in sanctis primae mortis pro veritate susceptio secunde sit mortis absolutio. VIII.

Tempus mortis, quo vite sensus aufertur, in morientibus an in mortuis esse dicendum est. IX.

De vita mortalium, que mors

potius quam vita dicenda est. X. An quisquam simul et viuens esse possit et mortuus. XI. Qua morte primis hominibus deus si mandatum eius transgrederentur fuerit comminatus. XII. Preuaricatio primorum quam primam senserit penam. XIII. Qualis homo sit factus a deo, et in quam sortem deciderit sue voluntatis arbitrio. XIIII. Quod adam peccans prius ipse relinqueret deum quam relinqueretur a deo, et primam fuisse mortem a deo recessisse. XV. De philosophis qui anime separacionem a corpore non putant esse penalem, cum plato inducat summum deum diis minoribus promittentem quod nunquam sint corporibus exuendi. XVI. Contra eos qui asserunt terrena corpora incorruptibilia fieri et eterna non posse. XVII. De terrenis corporibus que philosophi firmant in celestibus esse non posse, quia quod terrenum est naturali pondere vocetur ad terram. XVIII. Contra eorum dogmata qui primos homines si non peccassent immortales futuros fuisse non credunt. IXX. Quod caro sanctorum que nunc requiescit in spe, in meliorem reparanda sit qualitatem quam fuit priorum hominum ante peccatum. XX. De paradiso in quo primi homines fuerant, quod recte possit significatione eius spiritale aliquid intelligi salua veritate narrationis historie de corporali loco. XXI. De corporibus sanctorum post resurrectionem que sint spiritualia ita ut non in spiritum vertatur. XXII. Quid intelligendum sit de corpore animali et de corpore spiritali, vel qui moriuntur in adam, qui vero viuificantur in christo. XXIII. Qualiter accipienda sit vel illa insufflatio in qua primus homo factus est in animam viuentem, vel illa quam dominus fecit dicens: Accipite spiritum sanctum. XXIIII.

Incipit liber XIII de lapsu primorum hominum per quem est contracta mortalitas. capitulum i.

Expeditis de mundi seculi exortu et de initio generis humani difficillimis questionibus, nunc iam de lapsu primi hominis, ymmo primorum hominum, et de origine ac propagine mortis humane disputationem a nobis institutam ordo rerum deposcit. Non enim eo modo quo angelos condiderat deus homines, ut etiam si peccassent mori non possent, sed ita ut perfuncto obediencie munere sine interuentu mortis angelica immortalitas et beata eternitas sequeretur; inobedientes autem mors plecteret dampnatione iustissima, quod etiam in libro superiore iam diximus.

[margin: officio] [margin: insi]

Vtrum

De ea morte que anime semper victure accidere potest, et ea cui corpus obnoxium est. ii capitulum.

Sed de ipso genere mortis video michi paulo diligentius disserendum. Quamuis enim anima humana veraciter immortalis perhibeatur, habet tamen quandam etiam ipsa mortem suam. Nam ideo dicitur immortalis quia modo quodam quantulocunque non desinit viuere atque sentire; corpus autem ideo mortale, quoniam deseri omni vita potest, nec per se ipsum aliquatenus viuit. Mors igitur anime fit cum eam deserit deus, sicut corporis cum id deserit anima. Ergo utriusque rei, id est totius hominis, mors est cum anima a deo deserta deserit corpus. Ita enim nec ex deo viuit nec corpus ex ipsa. Huiusmodi autem totius hominis mortem illa sequitur quam secundam mortem diuinorum eloquiorum appellat auctoritas. Hanc saluator significauit

[margin box: de lapsu primi hominis de morte corporis et anime]

ubi ait: Eum timete qui habet potestatem et corpus et animam perdere in gehennam. Quod cum non ante fiat quam cum anima sit corpori copulata ut nulla direptione separentur, mirum videri potest quomodo corpus ea morte dicatur occidi qua non ab anima deseritur, sed animatum sentiensque cruciatur. Nam in pena illa ultima ac sempiterna, de qua suo loco diligencius disserendum est, recte mors anime dicitur quia non viuit ex deo. Mors autem corporis quonam modo, cum viuat ex anima? Non enim aliter potest ipsa corporalia que post resurrectionem futura sunt sentire tormenta. An quia vita qualiscunque aliquod bonum est, dolor autem malum, ideo nec viuere corpus est dicendum in quo anima non viuendi causa est sed dolendi? Viuit itaque anima ex deo cum viuit bene; non enim potest bene viuere nisi deo operante in se quod bonum est. Viuit autem corpus ex anima cum anima viuit in corpore, seu viuat ipsa seu non viuat ex deo. Impiorum namque in corporibus vita non animarum sed corporum vita est, quam possunt eis etiam anime mortue, hoc est deo deserte, quantulacunque propria vita ex qua et immortales sunt non desistente conferre. Verum in dampnatione nouissima, quamuis homo sentire non desinat, tamen quia sensus ipse nec voluptate suauis nec quiete salubris, sed dolore penalis est, non immerito mors est potius appellata quam vita. Ideo autem secunda, quia post illam primam est qua fit coherentium direptio naturarum, siue dei et anime, siue anime et corporis. De prima igitur corporis morte dici potest quod bonis bona sit et malis mala. Secunda vero sine dubio sicut nullorum bonorum est, ita nulli bona.

[margin box: de vera vita et mala corporis et anime]

Vtrum mors que per peccatum primorum hominum in omnes pertransiit etiam sanctis pena peccati sit. iii capitulum.

Non autem dissimulanda nascitur questio, utrum revera mors qua separantur anima et corpus bonis sit bona; quia si ita est, quomodo poterit obtineri quod etiam ipsa sit pena peccati? Hanc enim primi homines nisi peccauissent perpessi utique non fuissent. Quo pacto igitur bona esse possit bonis, que accidere non posset nisi malis? Sed rursus si non posset [nisi] malis accidere, debebat bonis bona esse, sed nulla. Cur enim esset ulla pena in quibus non essent ulla punienda? Quapropter fatendum est primos quidem homines fuisse ita institutos ut si non peccassent nullum mortis experirentur genus; sed eosdem primos peccatores ita fuisse morte multatos ut etiam quicquid de eorum stirpe esset exortum eadem pena teneretur obnoxium.

Cur de his qui per gratiam regenerationis sunt absoluti a peccato non auferatur mors, id est pena peccati. capitulum iiii.

Non enim aliud est ex eis quam quod ipsi fuerant nasceretur. Pro magnitudine quippe illius culpe naturam dampnatio mutauit in peius, ut quod penaliter precessit in peccantibus hominibus primis, etiam naturaliter sequeretur in nascentibus ceteris. Neque enim ita homo ex homine sicut homo ex puluere. Puluis namque hominem faciendo materies fuit; homo autem hominem gignendo parens. Proinde quod est terra non est caro, quamuis ex terra facta sit caro; quod est autem parens homo, hoc est proles homo. In primo igitur homine per feminam in progeniem transiturum vniuersum genus humanum fuit, quando

illa coniugum copula diuinam sententiam sue dampnationis excepit, et quod homo factus est, non quod creatus est cum peccaret et puniretur, hoc genuit, quantum quidem attinet ad peccati originem et mortis. Non enim ad infantilem hebetudinem et infirmitatem animi et corporis, quam videmus in paruulis, vel peccato vel pena ille redactus est, que Deus voluit esse tamquam primordia catulorum, quorum parentes in bestialem vitam mortemque deiecerat, sicut enim scriptum est: Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est pecoribus non intelligentibus et similis factus est illis; nisi quod infantes infirmiores etiam cernimus in usu motuque membrorum et sensu appetendi atque vitandi, quam sunt tenerrimi aliorum fetus animalium, tamquam se tanto attollat excellencius supra cetera animancia vis humana, quanto magis impetum suum velut sagitta, cum arcus extenditur, retrorsum reducta distulerit. Non ergo ad istam infantilia rudimenta presumptione iusta prolapsus et impulsus est primus homo, sed hactenus in eo natura humana viciata atque mutata est, ut repugnantem pateretur in membris inobedienciam concupiscendi et obstringeretur necessitate moriendi, atque ita id quod vicio penaque factus est, obnoxius peccato mortique generaret. A quo peccati vinculo si per mediatoris Christi graciam soluuntur infantes, hanc solam mortem perpeti possunt, que animam seiungit a corpore; in secundam vero illam sine fine penalem liberati a peccati obligatione non transeunt. Si quem vero mouet, cur vel ipsam paciantur, si et ipsa peccati pena est, quorum per graciam reatus aboletur, iam ista questio in alio nostro opere, quod scripsimus de baptismo paruulorum, tractata ac soluta est, ubi dictum est ad hoc relinqui anime experimentum separationis a corpore, quamuis ablato iam criminis nexu, quoniam si regenerationis sacramentum continuo sequeretur inmortalitas corporis, ipsa fides eneruaretur, que tunc est fides, quando expectatur in spe quod in re nondum videtur. Fidei autem robore atque certamine, in maioribus dumtaxat etatibus, eciam mortis fuerat superandus timor, quod in sanctis martiribus maxime eminuit. Cuius profecto certaminis esset nulla victoria, nulla gloria, quia nec ipsum omnino posset esse certamen, si post lauacrum regenerationis iam sancti non possent mortem perpeti corporalem. Cum paruulis autem baptizandis quis non ad Christi graciam propter hoc potius curreret, ne a corpore solueretur? Atque ita non in inuisibili premio probaretur fides, ac per hoc nec iam fides esset, confestim sui operis querendo et sumendo mercedem. Nunc vero maiore et mirabiliore gracia saluatoris in usus iusticie peccati pena conuersa est. Tunc enim dictum est homini: Morieris, si peccaueris; nunc dicitur martiri: Morere, ne pecces. Tunc dictum est: Si mandatum transgressi fueritis, morte moriemini; nunc dicitur: Si mortem recusaueritis, mandatum transgrediemini. Quod tunc timendum fuerat, ut non peccaretur, nunc suscipiendum est, ne peccetur. Sic per ineffabilem Dei misericordiam et ipsa pena viciorum transit in arma virtutis et fit iusti meritum et supplicium peccatoris. Tunc enim mors est acquisita peccando, nunc impletur iusticia moriendo. Verum hoc in sanctis martiribus, quibus alterutrum a persecutore proponitur, ut aut deserant fidem aut sufferant mortem. Iusti enim malunt perpeti credendo, quod sunt primi iniqui non credendo perpessi. Nisi enim peccassent illi, non morerentur; peccabunt autem isti, nisi moriantur. Mortui sunt ergo illi, quia peccauerunt; non peccant isti, quia moriuntur. Factum est per illorum culpam, ut veniretur in penam, non quia mors bonum aliquid factum est, quod antea malum fuit, sed tantum Deus fidei prestitit graciam, ut mors, quam vite constat esse contrariam, instrumentum fieret, per quod transiretur ad vitam.

Quod sicut iniqui male utuntur lege, que bona est, ita iusti bene utuntur morte, que mala est. V capitulum

Apostolus cum vellet ostendere quantum peccatum gracia non subueniente ad nocendum valeret, etiam ipsam legem, qua prohibetur peccatum, non dubitauit dicere virtutem esse peccati. Aculeus, inquit, mortis peccatum est, virtus autem peccati lex est. Verissime omnino. Auget enim prohibitio desiderium operis illiciti, quando iusticia non sic diligitur, ut peccandi cupiditas eius delectatione vincatur. Ut autem diligatur et delectet vera iusticia, non nisi diuina subuenit gracia. Sed ne propterea lex putaretur malum, quoniam virtus est dicta peccati, ideo ipse alio loco versans huiusmodi questionem: Itaque, inquit, lex quidem sancta, et mandatum sanctum et iustum et bonum. Quod ergo bonum est, inquit, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Supra modum dixit, quia et preuaricatio additur, cum peccandi aucta libidine et lex ipsa contempnitur. Cur hoc commemorandum putauimus? Quia sicut lex non est malum, quando auget peccancium concupiscenciam, ita nec mors bonum est, quando auget paciencium gloriam, cum vel illa pro iniquitate deseritur et efficit preuaricatores, vel ista pro veritate suscipitur et efficit martires. Ac per hoc quidem lex bona, quia prohibitio est peccati, mors autem mala, quia stipendium est peccati. Sed quemadmodum iniusticia male utitur non tantum malis, sed etiam bonis, ita iusticia bene non tantum bonis, sed et malis. Hinc fit ut mali male lege utantur, quamuis sit lex bonum, et boni bene moriantur, quamuis mors sit malum.

De generalis mortis malo, quo anime et corporis societas separatur. VI

Quapropter quod attinet ad corporis mortem, id est separationem anime a corpore, cum eam paciuntur, qui morientes appellantur, nulli bona est. Habet enim asperum sensum et contra naturam vis ipsa, qua utrumque coniunctum atque consertum, quamdiu moratur, donec omnis adimatur sensus, qui ex ipso inerat anime carnisque complexu. Quod totam molestiam nonnumquam unus ictus corporis vel anime raptus intercipit nec eam sentiri preueniente celeritate permittit. Quidquid tamen illud est in morientibus, quod cum [illegible] admittit sensu

Marginal notes:

de hoc

De institucione et condicione primi hominis

illicita et dapnatione

De vicio nature hominis propter peccatum inobediencie

Sed nec iam fides

maiore

Quod primi parentes mortem meruerunt peccando et nunc iusticia impletur moriendo

fit per istorum penam ne veniatur in culpam

Quod peccatum non potest vitari nisi subueniat diuina misericordia

Quod lex bona est prohibitio peccati et mors mala stipendium est peccati

pie fideliterque tolerando auget meritum patientie, non aufert vocabulum pene. Ita cum ex hominis primi perpetua propagine procul dubio sit mors pena nascentis, tamen si pietate iustitiaque pendatur, fit gloria nascentis; et cum sit mors peccati retributio, aliquando impetrat ut nichil retribuatur peccato.

De morte quam non regenerati pro Christi confessione suscipiunt. Capitulum vii

Nam quicumque etiam non percepto regenerationis lavacro pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismatis. Qui enim dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non intrabit in regnum celorum, alia sententia istos fecit exceptos, ubi non minus generaliter dixit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram patre meo qui in celis est. Et alio loco: Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. Hinc est quod scriptum est: Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Quid est pretiosius quam mors, per quam fit ut delicta omnia dimittantur, et merita cumulatius augeantur? Neque enim tanti sunt meriti, qui cum mortem differre non possent baptizati sunt, deletisque omnibus peccatis ex hac vita migrarunt, quanti sunt hii qui mortem cum differre possent, ideo non distulerunt, quia maluerunt Christum confitendo finire vitam quam eum negando ad eius baptismum pervenire. Quod utique si fecissent, etiam hoc eis in illo lavacro dimitteretur, quod timore mortis negaverunt Christum, in quo lavacro et illis facinus, tam immane dimissum est, qui occiderunt Christum. Sed quando sine habundanti gratia spiritus illius, qui ubi vult spirat, tantum Christum amare possent, ut eum in tanto vite discrimine sub tanta spe venie negare non possent? Mors igitur pretiosa sanctorum, quibus cum tanta gratia est premissa et propagata mors Christi, ut ad adquirendum eum suam non cunctarentur impendere, in eos usus redactum esse monstravit, quod ad penam peccantis antea fuerat constitutum, ut inde iustitie fructus uberior nasceretur. Mors ergo non ideo bonum videri debet, quia in tantam utilitatem non vi sua, sed divina opitulatione conversa est, ut que tunc metuenda proposita est, ne peccatum committeretur, nunc suscipienda proponatur, ut peccatum non committatur, commissumque deleatur, magneque victorie debita iustitie palma reddatur.

Quod illa mors est pretiosa que sit pro morte Christi c. [viii]

Si enim diligentius consideremus, etiam cum quisque fideliter et laudabiliter moritur pro veritate, mortem cavet. Ideo quippe aliquid eius suscipit, ne totum contingat, et accedat insuper secunda, que nunquam finiatur. Suscipit enim anime a corpore separationem, ne deo ab anima separato etiam ipsa separetur a corpore, atque ita totius hominis prima morte completa secunda excipiat sempiterna. Quocirca mors quidem, ut dixi, cum eam morientes patiuntur, cumque in eis ut moriantur facit, nemini bona est, sed laudabiliter toleratur pro tenendo vel adipiscendo bono. Cum vero in ea sunt qui iam mortui nuncupantur, non absurde dicitur malis mala et bonis bona. In requie sunt enim anime piorum a corpore separate, impiorum autem penas luunt, donec istarum ad eternam vitam, illarum vero ad eternam mortem,

que secunda dicitur, corpora revivescant.

Utrum tempore mortis [...] suscepto pro vel tamen de sit mortis absolute viii

Sed id tempus, quo anime a corpore separate aut in bonis sunt aut in malis, utrum post mortem potius aut in morte dicendum est? Si enim post mortem, iam non ipsa mors, que transacta atque preterita est, sed post eam vita, que nunc anime est, seu bona seu mala est. Mors autem tunc eis mala erat, quando erat, hoc est quando eam patiebantur cum morerentur, quoniam gravis et molestus eis inerat sensus, quo malo bene utuntur boni. Peracta autem mors est quonam modo vel mala vel bona est, que iam non est? Porro si adhuc diligentius attendamus, nec illa mors esse apparebit, cuius gravem atque molestum in morientibus diximus sensum. Quam diu enim sentiunt, adhuc utique vivunt; et si adhuc vivunt, ante mortem quam in morte potius esse dicendi sunt, quia illa cum venerit aufert omnem corporis sensum, qui ea propinquante molestus est. Ac per hoc quomodo dicamus eos morientes, qui nondum mortui sunt, sed iam imminente morte extrema et mortifera afflictione iactantur, explicare difficile est. Etiam si recte isti appellantur morientes, quia cum mors, que iam impendet, advenerit, non morientes, sed mortui nuncupantur. Nullus ergo moriens nisi vivens, quandoquidem cum in tanta est extremitate vite, in quanta sunt quos animam agere dicimus, profecto qui nondum animam amisit, adhuc vivit. Idem igitur ipse simul et moriens est et vivens, sed morti accedens, vita decedens, adhuc tamen in vita, quia inest anima corpori; nondum autem in morte, quia nondum abscessit. Sed si cum abscesserit nec tunc in morte, sed post mortem potius erit, quando sit in morte, quis dixerit? Nam neque ullus moriens erit, si moriens et vivens simul esse nullus potest. Quam diu quippe anima in corpore est, non possumus negare viventem. Aut si moriens potius dicendus est, in cuius iam corpore agitur ut moriatur, nec simul potest esse quisque vivens et moriens, nescio quando sit vivens.

Tempus mortis quo vite sensus aufertur in morientibus an in mortuis esse dicendum est ix

Ex quo enim quisque in isto corpore morituro esse ceperit, nunquam in eo non agitur ut mors veniat. Hoc enim agit eius mutabilitas toto tempore vite huius, si tamen vita dicenda est, ut veniatur in mortem. Nemo quippe est, qui non ei post annum sit quam ante annum fuit, et cras quam hodie, et hodie quam heri, et paulo post quam nunc, et nunc quam paulo ante propinquior. Quoniam quidquid temporis vivitur, de spatio vivendi demitur, et cotidie fit minus minusque quod restat, ut omnino nichil sit aliud tempus vite huius quam cursus ad mortem, in quo nemo vel paululum stare vel aliquanto tardius ire permittitur, sed urgentur omnes pari motu, nec diverso impelluntur accessu. Neque enim cui vita brevior fuit, celerius diem duxit, quam ille cui longior, sed cum equaliter et equalia momenta raperentur ambobus, alter habuit propius, alter remotius, quo non impari velocitate ambo currebant.

Licet pro Christo mori sit amarum, requies tamen fit anime que amore Christi data habetur c.

O homo vives? nichil aliud est quam cursus ad mortem c. x

Marginalia: si · sit pro sanctorum [...] · quod peccatum non committatur · procedente · separato etiam ipsa · quia iam est anima corpori, non dum autem in morte, quia non dum recessit a corpore · non

aliud autem est amplius vite peregisse, aliud tardius ambulasse. Quisquis ergo usque ad mortem productiora spacia temporis agit, non lenius pergit, sed plus itineris conficit. Porro si ex illo quisque incipit mori, hoc est esse in morte, ex quo in illo agi cepit ipsa mors, id est vite detractio, quia cum detrahendo finita fuerit, post mortem iam erit, non in morte, profecto ex quo esse incipit in corpore, in morte est. Quid enim aliud diebus horis momentisque singulis agitur, donec ea consumpta mors, que agebatur, impleatur et incipiat iam tempus esse post mortem, quod cum vita detrahebatur, erat in morte? Numquam igitur in vita homo est, ex quo est in corpore isto moriente potius quam vivente, si et in vita et in morte simul esse non potest. An potius et in vita et in morte simul est: in vita scilicet, in qua vivit, donec tota detrahatur; in morte autem, quia iam moritur, cum vita detrahitur? Si enim non est vita, quid est quod detrahitur, donec eius fiat perfecta consumatio? De vita mortalium, que mors potius quam vita dicenda est. c. x.

Si autem non est in morte, quid est vite ipsa detractio? Non enim frustra, cum vita fuerit corpori tota detracta, post mortem iam dicitur, nisi quia mors erat, cum detrahebatur. Nam si ea detracta non est homo in morte, sed post mortem, quando nisi cum detrahitur, erit in morte? Si autem absurdum est, ut hominem, antequam ad mortem perveniat, iam esse dicamus in morte (cui enim propinquat peragendo vite sue tempora, si iam in illo est?), maxime quia nimis est insolens, ut simul et vivens esse dicatur et moriens, cum vigilans et dormiens simul esse non possit, querendum est, quando erit moriens. Etenim antequam mors veniat, non est moriens, sed vivens; cum vero mors venerit, mortuus erit, non moriens. Illud ergo est adhuc ante mortem, iam hoc post mortem. Quando ergo in morte? Tunc enim erit moriens, ut, quemadmodum tria sunt, cum dicimus ante mortem, in morte, post mortem, ita tria singulis, singula vivens, moriens, mortuusque, reddantur. Quando itaque sit moriens, id est in morte, ubi neque sit vivens, quod est ante mortem, neque quod est post mortem, sed moriens, id est in morte, difficillime diffinitur. Quamdiu quippe est anima in corpore, maxime si etiam sensus assit, procul dubio vivit homo, qui constat ex anima et corpore, ac per hoc adhuc ante mortem, non in morte esse dicendus est. Cum vero anima abscesserit omnemque abstulerit corporis sensum, iam post mortem mortuusque perhibetur. Quid sit dicere ante mortem et in morte et post mortem. Perit igitur inter utrumque quo moriens vel in morte sit, quoniam si adhuc vivit, ante mortem est; si vivere iam cessavit, iam post mortem est. Numquam ergo moriens, id est in morte, comprehenditur. Ita etiam in transcursu temporum queritur presens, nec invenitur, quia sine ullo spacio est, per quod transitur ex futuro in preteritum. Nonne ergo videndum est, ne ista ratione mors corporis nulla esse dicatur? Si enim est, quando est, que in ullo et in qua ullus esse non potest? Quandoquidem si vivitur, adhuc non est, quia hoc ante mortem, non in morte; si autem vivere iam cessatum est, iam non est, quia et

hoc post mortem est, non in morte. Sed rursus si nulla mors est ante vel post, quid est quod dicitur ante mortem vel post mortem? Hoc inane dicitur, si mors nulla est. Atque utinam in paradiso bene vivendo egissemus, ut revera nulla mors esset! Nunc autem non solum est, verum etiam tam molesta est, ut nec ulla explicari locutione possit nec ulla ratione vitari. Loquamur ergo secundum consuetudinem — non enim aliter debemus — et dicamus ante mortem, quam mors accidat, sicut scriptum est: Ante mortem ne laudes hominem quemquam. Dicamus etiam, cum accidit: Post mortem illius vel illius factum est illud et illud. Dicamus et preteriti temporis, ut possumus: Factum est velud cum loquimur: Moriens ille testatus est et illis atque illis et illud atque illud moriens dereliquit, quamvis hoc quisquam nisi vivens omnino facere non posset, et potius hoc ante mortem fecit, non in morte. Loquimur etiam sicut loquitur scriptura divina, que mortuos quoque non post mortem, sed in morte esse non dubitat dicere. Hinc est enim illud: Quoniam non est in morte qui memor sit tui. Donec enim revivescant, recte esse dicuntur in morte, sicut in sompno esse quisque, donec evigilet, dicitur; quamvis in sompno positos dicamus dormientes, nec tamen eo modo possimus dicere eos, qui iam sunt mortui, morientes. Non enim adhuc moriuntur, quia, quantum attinet ad corporis mortem, de qua nunc disserimus, iam sunt a corpore separati. Sed hoc est quod dixi explicari aliqua ratione non posse, quonam modo vel morientes dicantur vivere vel iam mortui etiam post adhuc etiam dicantur in morte. Quid enim post mortem, si adhuc in morte? Presertim cum eos nec morientes dicamus, sicut eos qui in sompno sunt, dicimus dormientes, et qui in languore, languentes utique, et qui in dolore, dolentes utique, et qui in vita, viventes. At vero mortui, prius quam resurgant, esse dicuntur in morte, nec tamen possunt morientes appellari. Unde non importune neque incongrue, etsi non humana industria, iudicio fortasse divino, ut hoc verbum, quod est moritur, in latina lingua nec grammatici declinare potuerunt ea regula, qua cetera talia declinantur. Namque ab eo quod est oritur, fit verbum preteriti temporis ortus est, et si qua similia sunt, que per preteriti temporis verba declinantur participio. Ab eo vero quod est moritur, si queratur preteriti temporis verbum, responderi assolet mortuus est, u littera geminata. Sic enim dicitur mortuus, quomodo fatuus, arduus, carduus, conspicuus et si qua similia, que non sunt preteriti temporis, sed quoniam nomina sunt, sine tempore declinantur. Illud autem, quasi ut declinetur quod declinari non potest, pro participio preteriti temporis ponitur nomine. Convenienter itaque factum est, ut quemadmodum id quod significat non potest agendo, ita ipsum verbum loquendo non possit declinari. Agi tamen potest in adiutorio redemptoris nostri gratie, ut saltem secundam mortem declinare possimus. Illa est enim gravior et omnium malorum gravissima, que non fit separatione anime et corporis, sed in eternam penam potius utriusque complexu. Ibi e contrario non erunt homines ante mortem atque post mortem, sed semper in morte; ac per hoc numquam viventes, numquam mortui, sed sine fine morientes. Numquam enim erit

hominum peius est in morte, quam ubi erit mors ipsa sine morte. An quisquam simul et viuens esse possit et mortuus. xi capitulum.

Cum ergo requiritur, quam mortem deus primis hominibus fuerit comminatus, si ab eo mandatum transgrederentur acceptum, nec obedientiam custodirent, utrum anime et corporis an totius hominis an illam que secunda dicitur, respondendum est: omnes. Prima enim constat ex duabus, ex omnibus tota. Sicut enim universa terra ex multis constat, ex duabus una anime, altera corporis, ut sit prima totius hominis mors, cum anima sine deo et sine corpore ad tempus penas luit; secunda vero, ubi anima sine deo cum corpore luit penas eternas. Quando ergo dixit deus primo illi homini, quem in paradiso constituerat, de cibo vetito: Quacumque die ederitis ex illo, morte moriemini, non tantum prime mortis partem priorem, ubi anima privatur deo, nec tantum posteriorem, ubi corpus privatur anima, nec solum ipsam totam primam, ubi anima et a deo et a corpore separata punitur, sed quicquid mortis est usque ad novissimam, que secunda dicitur, qua nulla est posterior, comminatio illa complexa est.

Terris universa terra ex multis constat ecclesiis. Sic universa mors ex omnibus quarum prima

Quam mortem deus commi-natus fuerit primis parentibus si mandati obedientiam transgrederentur

Quam mortem primis hominibus deus si mandatum eius transgrederentur sit comminatus. xii.

Nam postea quam precepti facta transgressio est, confestim gratia deserente divina de corporum suorum nuditate confusi sunt. Unde et foliis ficulneis, que forte a perturbatis prima comperta sunt, pudenda texerunt, que prius eadem membra erant, sed pudenda non erant. Senserunt ergo novum motum inobedientis carnis sue, tamquam reciprocam penam inobedientie sue. Iam quippe anima libertate in perversum propria delectata et deo dedignata servire, pristino corporis servitio destituebatur, et quia superiorem dominum suo arbitrio deseruerat, inferiorem famulum ad suum arbitrium non tenebat, subditam carnem sicut semper habere potuisset, si deo subdita ipsa mansisset. Tunc ergo cepit caro concupiscere adversus spiritum, cum qua controversia nati sumus, trahentes originem mortis et in membris nostris viciataque natura contentionem eius sine victoria de prima prevaricatione gestantes.

post precepti transgressionem de propria nuditate confusi sunt

Prevaricatio primorum in primam quam senserit penam. xiii. c.

Deus enim creavit hominem rectum, naturarum auctor, non utique viciorum, sed sponte depravatus iusteque dampnatus depravatos dampnatosque generavit. Omnes enim fuimus in illo uno, quando omnes fuimus ille unus, qui per feminam lapsus est in peccatum, que de illo est facta ante peccatum. Nondum erat nobis singillatim creata et distributa forma, in qua singuli viveremus, sed iam erat natura seminalis, ex qua propagaremur. Qua scilicet propter peccatum viciata et vinculo mortis obstricta iusteque dampnata, non alterius condicionis omnis homo ex homine nasceretur.

Deus omnium creavit hominem rectum auctor nature sed propter transgressionem precepti caro cepit concupiscere contra spiritum

ac per hoc liberi arbitrii malo usu series huius calamitatis exorta est, que humanum genus origine depravata, velut radice corrupta, usque ad secunde mortis exitium, que non habet finem, solis exceptis qui per dei gratiam liberantur, miseriarum conexione perducit. Qualis homo sit factus a deo et in quam sortem deciderit sue voluntatis arbitrio. c. xiiii.

Quam obrem etsi eo dicamus morte moriemini, quam non duabus mortibus, eam solum intelligamus qua fit cum anima deseritur sua vita, que illi deus est; non enim deserta est ut desereret, sed ut desereretur deseruit; ad malum quippe eius prior est voluntas eius, ad bonum vero eius prior est voluntas creatoris eius, sive ut eam faceret, que nulla erat, sive ut reficiat, quia lapsa perierat. Etiam si hanc intelligamus deum denunciasse mortem in eo quod ait: Qua die ederitis ex illo, morte moriemini, tamquam diceret: Qua die deserueritis me per inobedientiam, deseram vos per iusticiam, profecto in ea morte et cetere denunciate sunt, que procul dubio fuerant secuture. Nam in eo quod inobediens motus in carne anime inobedientis exortus est, propter quem pudenda texerunt, sensa est mors una, in qua deseruit animam deus. Ea significata est verbis eius, quando timore dementi se abscondenti homini dixit: Adam, ubi es? Non utique ignorando inquirens, sed increpando admonens, ut attenderet ubi esset, in qua deus non esset. Cum vero corpus anima ipsa deseruit etate corruptum et senectute confectum, venit in experimentum mors altera, de qua deus peccatum adhuc puniens homini dixerat: Terra es et in terram ibis, ut ex his duabus mors illa prima, que totius hominis est, compleretur, quam secunda in ultimo sequitur, nisi per gratiam liberetur. Neque enim corpus quod de terra est rediret in terram, nisi sua morte, que illi accidit, cum deseritur sua vita, id est anima. Unde constat inter christianos veraciter catholicam tenentes fidem etiam ipsam nobis corporis mortem non lege nature, qua nullam mortem homini deus fecit, sed merito inflictam esse peccati, quia peccatum vindicans dixit homini deus, in quo tunc omnes eramus: Terra es et in terram ibis.

Exortu liberi arbitrii radicem origine primeva mortis que usque ad secundam mortem provenit propter inobedientiam

Quod adam peccans prius deseruerit deum quam ipse relinqueretur a deo et primam fuisse mortem a deo recepisse. xv. capitulum.

Sed philosophi contra quorum calumpnias defendimus civitatem dei, hoc est eius ecclesiam, sapienter sibi videntur irridere quod dicimus anime a corpore separationem inter penas esse eius deputandam, quia videlicet eius perfectam beatitudinem tunc illi fieri existimant, cum omni prorsus corpore exuta ad deum simplex et sola et quodam modo nuda redierit. Ubi si nichil quo ista refelleretur opinio in litteris eorum invenirem, operosius mihi disputandum esset, quo demonstrarem non corpus grave esse anime, sed corruptibile corpus onerosum. Unde illud est quod de scripturis sanctis in superiore libro commemoravimus: Corpus enim corruptibile

Separationem ab anima esse mortem anime sed vitam anime esse gratiam dei infusam anime rep

II

aggravat animam / addendo utique corruptibile / qualecumque corpus / sed quale factum est ex peccato consequente vindicta / animam prohibuit aggravari / quod et si non addidisset / nichil aliud debemus intelligere / Sed cum apertissime plato deos a summo deo factos habere immortalia corpora predicet / eisque ipsum deum a quo facti sunt inducat pro magno beneficio pollicentem / quod in eternum cum suis corporibus permanebunt / nec ab eis ulla morte solventur / Quid est quod isti ad exagitandam christianam fidem fingunt se nescire quod sciunt / aut etiam sibi repugnantes / adversus se ipsos malunt dicere / dum nobis non desinant contradicere / Nempe platonis hec verba sunt sicut ea cicero in latinum vertit / quibus inducit summum deum deos quos fecit alloquentem et dicentem / Vos qui deorum satu orti estis / attendite / quorum operum ego parens effectorque sum / hec sunt indissolubilia me invito / quamquam omne colligatum solvi potest / sed haud quaquam boni est ratione vinctum dissolvere velle / Sed quoniam orti estis / immortales vos quidem esse et indissolubiles non potestis / neutiquam tamen dissolvemini / neque vos ulla mortis fata periment / nec [erunt valentiora] quam consilium meum / quod magis vinclum ad perpetuitatem vestram quam illa quibus estis [tum cum gignebamini] colligati / Ecce deos plato dicit / et corporis et anime colligatione mortales / et tamen immortales dei / a quo facti sunt voluntate atque consilio / Si autem anime pena est in qualicumque corpore colligari / quid est quod eos alloquens deus tamquam sollicitos ne forte moriantur id est dissolvantur a corpore / de sua facit immortalitate securos / non propter eorum naturam / que tamen est composita / non simplex / sed propter suam invictissimam voluntatem / qua potens est facere / ut nec orta [occidant] / nec conexa solvantur / sed incorruptibiliter perseverent / Et hoc quidem utrum plato verum de syderibus dicat / alia questio est / Neque enim continuo concedendum est globos istos luminum sive orbiculos luce corporea super terram seu die seu nocte fulgentes / suis quibusdam propriis animis vivere / eisque intellectualibus et beatis / quod etiam de ipso universo mundo tamquam uno animali maximo quo cuncta cetera continentur animalia / instanter affirmat / Sed hec ut dixi alia questio est / quam nunc discutiendam non suscepimus / Hoc tantum contra istos commemorandum putavi / qui se platonicos vocari vel esse gloriantur / cuius superbia nominis christiani esse erubescunt / ne commune illis cum vulgo vocabulum vilem faciat palliatorum tanto magis inflatam / quanto magis exiguam paucitatem / et querentes quid in doctrina christiana reprehendant / exagitant eternitatem corporum / tamquam hec sint inter se contraria / ut et beatitudinem queramus / et eam semper velimus esse in corpore / velut erumnoso vinculo colligatam / cum eorum auctor et magister plato donum a deo summo diis ab illo factis dicat esse concessum / ne aliquando moriantur id est a corporibus quibus eos conexuit dissolvantur.

De philosophis qui anime separationem a corpore non putant esse [penam] cum plato inducat summum deum diis immortalitatem permittentem quod numquam sint [exuendi]

Margin notes (left column): Nec erunt valentiora — cum gignebamini — et — vincta — conexa — perseverent

Boxed notes (left column): De corporibus [deorum] philosophorum contra ecclesiam quos plato dicat deos a summo deo factos habere corpora immortalia ut transtulit cicero — Si anima pena sit in qualicumque corpore colligari ut platonici dicunt [dicitur]

Contendunt etiam isti terrestria corpora sempiterna esse non posse

Cum ipsam universam terram dei sui non quidem summi / sed tamen magni / id est totius istius mundi membrum in medio positum et sempiternum esse non dubitent / Cum ergo deus ille summus fecerit alterum quem putant deum id est istum mundum ceteris diis qui infra eum sunt [preferendum] / eumque existiment esse animantem anima scilicet [sicut asserit] rationali vel intellectuali in tam magna mole corporis eius inclusa / ipsiusque corporis tamquam membra locis suis posita atque digesta / quatuor constituerit elementa / Quorum iuncturam / ne umquam deus eorum tam magnus moriatur / insolubilem ac sempiternam velit / Quid cause est ut in corpore maioris animantis tamquam medium membrum eterna sit terra / et aliorum animantium terrestrium corpora / si deus sicut illud velit / eterna esse non possint / Sed terra inquiunt terre reddenda est / unde animalium terrestria sumpta sunt corpora / ex quo fit inquiunt ut ea sit necesse dissolvi et emori / et eo modo terre stabili sempiterneque unde sumpta sunt reddi / Si quis hoc etiam de igne similiter affirmet / et dicat reddenda esse universali igni corpora / que inde sumpta sunt ut celestia fiant animalia / nonne immortalitas que [talibus] diis velut deo summo loquente promissa est / tamquam violentia disputationis huius intercidet / An ideo propterea non fit / quia deus non vult / cuius voluntatem ut ait plato nulla vis vincit / Quid ergo prohibet / ut hoc etiam de terrestribus corporibus deus possit efficere / quandoquidem ut [nec ea que orta sunt occidant] / nec ea que iuncta sunt solvantur / nec ea que sunt ex elementis sumpta reddantur / atque ut anime in corporibus constitute nec umquam ea deserant / et cum eis immortalitate ac sempiterna beatitudine perfruantur / posse deum facere confitetur plato / Cur ergo non possit ut nec terrestria moriantur / An deus non est potens usque quo credunt christiani / sed usque quo platonici volunt / Nimirum quippe consilium dei et potestatem nosse philosophi potuerunt / nec potuerunt nosse prophete / cum potius econtrario dei spiritus prophetas eius ad enunciandum eius quantum dignatus est voluntatem / philosophos autem in ea cognoscendi coniectura humana decepit / Verum non usque adeo decipi debuerunt / non solum ignorantia / verum etiam pertinacia ut et sibi apertissime contradicant / magnis disputationum viribus asserentes anime / ut beata esse possit / non terrenum tantum / sed omne corpus esse fugiendum / et deos rursus dicentes beatissimas animas / et tamen eternis corporibus illigatas / celestes quidem igneis / ipsius autem animam que mundum istum volunt / omnibus omnino corporibus elementis quibus hec tota moles a terra in celum surgit inclusam / Hanc enim animam plato ab intimo terre medio quod geometre centrum vocant / per omnes partes eius usque ad celi summa ad extrema diffundi et extendi putat / ut sit mundus animal maximum / beatissimum sempiternum / [cuius anima et] perfectam sapientie teneret / et corpus proprium non relinqueret

Boxed notes (right column): Quid dicat plato de deo nostro summo et de immortalitate corporis celestis et de mundo utrorum maneant — Disputatio beati Augustini contra platonicos de corporibus celestis et quid deus facere possit vel non possit

animusque corpus, et in ethere ex illa vivet, et certe quamvis non simplex, sed tot corporibus tantisque compactum hebetare atque tardare non posset. Cur igitur suspicionibus suis ista permittant? Cur nolunt credere divina voluntate atque potentia inmortalia corpora fieri posse terrena, in quibus anime nulla ab eis morte separate, nullis eorum oneribus aggravate sempiterne ac feliciter vivant, quod deos suos posse asserunt in corporibus igneis, Jovemque ipsum eorum regem in omnibus corporeis elementis? Nam si anime ut beata sit, corpus est omne fugiendum, fugiant dii eorum de globis siderum, fugiat Jupiter de celo et terra; aut si non possunt, miseri iudicentur. Sed neutrum isti volunt, qui neque a corporibus separationem audent dare diis suis, ne eos mortales colere videantur, nec beatitudinis privationem, ne infelices eos esse fateantur. Non ergo ad beatitudinem consequendam omnia fugienda sunt corpora, sed corruptibilia, molesta, gravia, moribunda, non qualia fecit primis hominibus bonitas dei, sed qualia esse pena peccati compulit.

Quod philosophi non potuit comprehendere consilium dei enunciatum [illegible] quanti eos spiritus docuit et quod dicit philosophia et geometria de hominis et diversa corporea mundi

Contra philosophos qui dicunt ut anima sit beata de corpore esse fugiendum quod si verum esset sequeretur aut Jupiter et dii de celo et de terra fugerent aut miseri iudicarentur

Contra eos qui asserunt terrena corruptibilia fieri eterna non posse. XVII

Sed necesse est, inquiunt, ut terrena corpora naturale pondus vel in terra teneat vel cogat ad terram, et ideo in celo esse non possunt. Primi quidem illi homines in terra erant nemorosa atque fructuosa, que paradisi nomen obtinuit. Sed quia ad hoc respondendum est vel propter Christi corpus, cum quo ascendit in celum, vel propter sanctorum, qualia in resurrectione futura sunt, intueantur paulo attentius pondera ipsa terrena. Si enim ars humana efficit, ut ex metallis, que in aquis posita continuo submerguntur, quibusdam modis vasa fabricata ^ceras natare possint, quanto credibilius et efficacius occultus aliquis modus operationis dei, cuius omnipotentissima voluntate Plato dicit nec orta interire nec colligata posse dissolvi, cum multo mirabilius incorporea corporeis quam quecumque corpora quibuscumque corporibus copulentur, potest molibus prestare terreis, ut nullo in ima pondere deprimantur, ipsisque animis perfectissime beatis, ut quamvis terrena, tamen incorruptibilia iam corpora ubi voluerint ponant et quo voluerint agant, situ motuque facillimo. An vero si hoc angeli faciant, et quelibet animalia terrestria rapiant unde libet ^constituantque ubi libet, aut eos non posse aut onera sentire credendum est? Cur ergo sanctorum perfectos atque beatos divino munere spiritus sine ulla difficultate posse ferre quo voluerint et sistere ubi voluerint sua corpora non credamus? Nam cum terrenorum corporum sicut onera in gestando sentire consuevimus, quanto maior quantitas est, tanto fit maior et gravitas, ita ut plura pondo quam pauciora plus premant, membra tamen sua leviora portat anima, cum in sanitate robusta sunt, quam in languore cum macra sunt. Et cum aliis gestantibus onerosior est salvus et validus quam exilis et morbidus, ipse tamen ad suum corpus movendum atque portandum agilior est, cum in bona valitudine plus habet molis, quam cum in peste vel fame minimum roboris. Tantum valet in habendis etiam terrenis corporibus, quamvis adhuc corruptibilibus atque mortalibus, non quantitatis pondus, sed temperationis modus. Et quis verbis explicet, quantum distet inter presentem, quam dicimus, sanitatem et inmortalitatem futuram? Non itaque nostram fidem redarguunt philosophi de ponderibus corporum. Nolo enim querere, cur non credant terrenum esse corpus in celo, cum terra universa libretur in nichilo. Fortassis enim ipso medio mundi loco eo quod in eum coeant quecumque graviora sunt, etiam argumentatio verisimilior habeatur. Illud dico: si dii minores, quibus inter animalia terrestria ceterum hominem faciendum commisit, sicut dicit Plato, potuerunt ab igne amovere urendi qualitatem, lucendi relinquere, que per oculos emicaret, itane deo summo concedere dubitamus, cuius ille voluntati potestatique concessit, ne moriantur que orta sunt, et tam diversa, tam dissimilia, id est corporea ^et incorporea sibimet connexa nulla possint dissolutione seiungi, ut de carne hominis, cui donat inmortalitatem, corruptionem auferat, naturam relinquat, congruentiam figure membrorumque detineat, detrahat ponderis tarditatem? Sed de fide resurrectionis mortuorum et de corporibus eorum inmortalibus diligentius, si deus voluerit, in fine huius operis disserendum est.

Quod corpora in paradiso facta ante peccatum corruptibilia gravia non erant, ut corpus Christi cum quo ascendit et corpora sanctorum que surgent tamquam ex metallo vasa fiunt que natare possunt

Quod spiritus beatorum divino munere sine difficultate ferri possit quo velit, et anima in sanitate robusta gravia membra levius ferret quam macra

Quantum distet inter presentem sanitatem et inmortalitatem futuram, et quid dicat Plato de diis minoribus quibus verus deus dedit hoc quod sunt

De terrenis corporibus que philosophi firmant in celestibus esse non posse, quia quod terrenum est naturali pondere vocetur ad terram. XVIII

Nunc de corporibus primorum hominum, quod instituimus, explicemus. Quoniam nec mors ista, que bona perhibetur bonis, nec tantum paucis intelligentibus sive credentibus, sed omnibus nota est, qua fit a corpore separatio anime, qua deserta corpus animantis, quod evidenter vivebat, evidenter moritur, eis potuisset accidere, nisi peccati meritum sequeretur. Licet enim iustorum ac piorum animas defunctorum quod in requie vivant dubitare fas non sit, usque adeo tamen eis melius esset cum suis corporibus bene valentibus vivere, ut etiam illi, qui omnimodo esse sine corpore beatissimum existimant, hanc opinionem suam sententia repugnante convincant. Neque enim quisquam audebit illorum sapientes homines, sive morituros sive iam mortuos, id est aut carentes corporibus aut corpora relicturos, diis inmortalibus anteponere, quibus deus summus apud Platonem munus ingens, indissolubilem scilicet vitam, id est eternam cum suis corporibus

consortium polliceretur. Optime autem cum hominibus agi arbitrabatur idem Plato, si tamen hanc vitam pie iusteque peregerint, ut a suis corporibus separati in ipsorum deorum, qui sua corpora numquam deserunt, recipiantur sinum; scilicet immemores supera ut convexa revisant, rursus et incipiant in corpora velle reverti. Quod Vergilius ex Platonico dogmate dixisse laudatur. Ita quippe animas mortalium nec in suis corporibus semper esse posse existimant, sed mortis necessitate dissolvi, nec sine corporibus durare perpetuo, sed alternantibus indesinenter vicibus vivos ex mortuis et ex vivis mortuos fieri putant; ut a ceteris hominibus hoc videantur differre sapientes, quod post mortem feruntur ad sydera, ut aliquanto diutius in astro sibi congruo quisque requiescat, atque inde rursus miserie pristine oblitus et cupiditate habendi corporis victus redeat ad labores erumpnasque mortalium; illi vero qui stultam duxerunt vitam, ad corpora suis meritis debitam sive hominum sive bestiarum de proximo revolvantur. In hac itaque durissima condicione constituit etiam bonas atque sapientes animas, quibus non talia corpora distributa sunt, cum quibus semper atque immortaliter viverent, ut neque in corporibus permanere neque sine his possint in eterna puritate durare. De quo Platonico dogmate iam in libris superioribus diximus christiano tempore erubuisse Porphyrium et non solum ab animis humanis removisse corpora bestiarum, verum etiam sapientium animas ita voluisse de corporeis nexibus liberari, ut corpus omne fugientes beate apud Patrem sine fine teneantur. Itaque ne a Christo vinci videretur vitam sanctis pollicente perpetuam, etiam ipse purgatas animas sine ullo reditu ad miserias pristinas in eterna felicitate constituit; et ut Christo adversaretur, resurrectionem incorruptibilium negans corporum non solum sine terrenis, sed sine ullis omnino corporibus eas asseruit in sempiternum esse victuras. Nec tamen ista qualicumque sententia precepit saltem ne diis corporatis religionis obsequio subderentur. Quid ita, nisi quia eas, quamvis nulli corpori sociatas, non credidit illis esse meliores? Quapropter si non audebunt, sicut eos ausuros non esse arbitror, diis beatissimis et tamen in eternis corporibus constitutis humanas animas ponere, cur eis videtur absurdum quod fides christiana predicat, et primos homines ita fuisse conditos, ut si non peccassent, nulla morte a suis corporibus solverentur, sed pro meritis obedientie custodite immortalitate donati cum eis viverent in eternum, et talia sanctos in resurrectione habituros ea ipsa in quibus hic laboraverunt, ut nec eorum carni aliquid corruptionis vel difficultatis nec eorum beatitudini aliquid doloris et infelicitatis possit accidere?

Contra eorum dogmata qui primos homines si non peccassent inmortales futuros fuisse non credunt. XIX. capitulum.

[Margin: De corporibus deorum, de opinione hominum mortalium et vita, et quid dixit Plato de animabus et de opinione Virgilii]

[Margin: De opinione Porphyrii maledicti tempore christiano de purgatione et reditu et aliis fidei adversantibus]

[Margin: Item de opinione de corpore primorum hominum, de morte et vita, resurrectione sanctorum et erronea opinione Platonis]

Proinde nunc sanctorum anime defunctorum ideo non habent grave mortem qua separate sunt a corporibus suis, quia caro eorum requiescit in spe, quaslibet sine ullo iam sensu contumelias accepisse videatur. Non enim sicut Platoni visum est, corpora oblivione desiderant, sed potius quia meminerunt quid sibi ab eo sit promissum qui neminem fallit, qui eis etiam de capillorum suorum integritate securitatem dedit, resurrectionem corporum in quibus multa dura perpessi sunt, nihil in eis ulterius tale sensuri, desiderabiliter et patienter expectant. Si enim carnem suam non oderant, cum eam sue mentis infirmitati resistentem spirituali iure cohercebant, quanto magis eam diligunt, etiam ipsam spiritualem futuram! Sicut enim spiritus carni serviens non incongrue carnalis, ita caro spiritui serviens recte appellatur spiritualis, non quia in spiritum convertetur, sicut nonnulli putant ex eo quod scriptum est: Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale; sed quia spiritui summa et mirabili obtemperandi facilitate subdetur usque ad implendam immortalitatis indissolubilis securissimam voluntatem, omni molestie sensu, omni corruptibilitate et tarditate detracta. Non solum enim non erit tale quale nunc est in quavis optima valitudine, sed nec tale quidem quale fuit in primis hominibus ante peccatum; qui licet morituri non essent nisi peccassent, alimentis tamen ut homines utebantur, nondum spiritualia sed adhuc animalia corpora terrena gestantes. Que licet senio non veterescerent, aut necessitate perducerentur ad mortem (qui status eis de ligno vite, quod in medio paradiso cum arbore vetita simul erat, mirabili Dei gratia prestabatur), tamen et alios sumebant cibos preter unam arborem que fuerat interdicta, non quia ipsa erat malum, sed propter commendandum pure et simplicis obedientie bonum, que magna virtus est rationalis creature sub Creatore Domino constitute. Nam ubi nullum malum tangebatur, profecto si prohibitum tangeretur, sola inobedientia peccabatur. Alebantur ergo aliis que sumebant, ne animalia corpora molestie aliquid esuriendo ac sitiendo sentirent; de ligno autem vite propterea gustabatur, ne mors eis undecumque subreperet, vel senectute confecti decursis temporum spaciis interirent; tamquam cetera essent alimento, illud sacramento; ut sic fuisse accipiatur lignum vite in paradiso corporali, sicut in spirituali, hoc est intellegibili paradiso, sapientia Dei, de qua scriptum est: Lignum vite est amplectentibus eam.

De carne sanctorum que nunc requiescit in spe in meliorem reparanda sit qualitatem quam fuit primorum hominum ante peccatum. XX.

[Margin: Quiddam sit spiritus carnalis et caro spiritualis et de conditione utriusque]

Unde nonnulli totum ipsum paradisum, ubi primi parentes generis humani sancte scripture veritate fuisse narrantur, ad intellegibilia referunt, arboresque illas et ligna fructifera in virtutes vite moresque convertunt, tamquam visibilia et corruptibilia illa non fuerint, sed intellegibilium significandorum causa eo modo dicta sint vel scripta. Quasi propterea non potuit

esse paradisum corporalem, quia potest et spiritalis intelligi; tamquam ideo non fuerint due mulieres Agar et Sara, et ex eis duo filii Abrahe, unus de ancilla, alius de libera, quia duo testamenta in eis figurata dicit apostolus; aut ideo de petra Moyse percutiente aqua non defluxerit, quia potest illic designata significatione etiam Christus intelligi, eodem apostolo dicente: Petra autem erat Christus. Nemo itaque prohibet intelligere paradisum vitam beatorum, quatuor flumina quatuor virtutes, prudentiam, fortitudinem, temperantiam atque iustitiam, et ligna eius omnes disciplinas, et lignorum fructus mores piorum, et lignum vite ipsam bonorum omnium matrem sapientiam, et lignum scientie boni et mali transgressi mandati experimentum. Penam enim peccatoribus bene utique, quoniam iuste, constituit Deus, sed non suo bono experitur homo. Possunt hec etiam in ecclesia intelligi, ut ea melius accipiamus tamquam prophetica indicia precedentia futurorum: paradisum scilicet ipsam ecclesiam, sicut de illa legitur in Cantico canticorum; quatuor autem paradisi flumina quatuor evangelia, ligna fructifera sanctos, fructus autem opera eorum, lignum vite sanctum sanctorum utique Christum, lignum scientie boni et mali proprium voluntatis arbitrium. Nec se ipso homo divina voluntate contempta nisi perniciose uti potest, atque ita discit quid intersit, utrum inhereat communi omnibus bono, an proprio delectetur. Se quippe amans donatur sibi, ut inde timoribus meroribus cantet in psalmo, si tamen mala sua sentit: Ad me ipsum anima mea turbata est; correctusque iam dicat: Fortitudinem meam ad te custodiam. Hec et si qua alia commodius dici possunt de intelligendo spiritaliter paradiso, nemine prohibente dicantur, dum tamen illud historie veritas fidelissima rerum gestarum narratione commendarit.

De paradiso in quo primi homines fuerant, quod recte possit significatione eius spiritale aliquid intelligi salva veritate narrationis historice.

De corporali loco. XXI

Corpora ergo iustorum, que in resurrectione futura sunt, neque ullo ligno indigebunt, quo fiat ut nullo morbo vel senectute inveterata moriantur, neque ullis aliis corporalibus alimentis, quibus esuriendi ac sitiendi qualiscumque molestia devitetur; quoniam certo et omnino inviolabili munere immortalitatis induentur, ut nisi velint possibilitate non necessitate vescantur. Quod angeli quoque visibiliter et tractabiliter apparentes, non quia indigebant, sed quia volebant et poterant, ut hominibus congruerent sui ministerii quadam humanitate fecerunt. Neque enim in fantasmate angelos edisse credendum est, quando eos homines hospitio susceperunt, quamvis utrum angeli essent ignorantibus cum simili nobis indigentia vesci viderentur. Unde est quod ait angelus in libro Thobie: Videbatis me manducare, sed visu vestro videbatis; id est necessitate reficiendi corporis, sicut vos facitis, me cibum sumere putabatis. Sed forte de angelis aliud credibilius disputari

potest; certe fides christiana de ipso Salvatore non dubitat, quod etiam post resurrectionem iam quidem spiritali carne, sed tamen vera, cibum ac potum cum discipulis sumpsit. Non enim potestas sed egestas edendi ac bibendi talibus corporibus auferetur. Unde et spiritalia erunt, non quia corpora esse desistent, sed quia spiritu vivificante subsistent.

De corporibus sanctorum post resurrectionem que sic spiritalia erunt ut non in spiritum caro vertatur. XXII

Nam sicut ista, que habent animam viventem, nondum spiritum vivificantem, animalia dicuntur corpora, nec tamen anime sunt sed corpora, ita illa spiritalia vocantur corpora. Absit tamen ut spiritus ea credamus futura, sed corporalia carnis habitura substantiam, sed nullam tarditatem corruptionemque carnalem spiritu vivificante passura. Tunc iam non terrenus sed celestis homo erit, non quia corpus, quod de terra factum est, ipsum non erit, sed quia dono celesti iam tale erit, ut etiam celo incolendo non amissa natura, sed mutata qualitate conveniat. Primus autem homo de terra terrenus in animam viventem factus est, non in spiritum vivificantem, quod ei post obedientie meritum servabatur. Ideo corpus eius, quod cibo ac potu egebat, ne fame afficeretur ac siti, et non immortalitate illa absoluta atque indissolubili, sed ligno vite a mortis necessitate prohibebatur atque in iuventutis flore tenebatur, non spiritale sed animale fuisse non dubium est; nequaquam tamen moriturum, nisi in Dei predicentis minantisque sententiam delinquendo corruisset, et alimentis quidem etiam extra paradisum non negatis, a ligno tamen vite prohibitus, traditus esset tempori vetustatique finiendus, et in ea dumtaxat vita, quam in corpore licet animali, donec spiritale obedientie merito fieret, posset in paradiso, nisi peccasset, habere perpetuam. Quapropter etiam si mortem istam manifestam, que fit anime a corpore separatio, intelligamus simul significatam in eo quod Deus dixerat: Qua die ederitis ex eo, morte moriemini, non ideo debet absurdum videri, quia non ea prorsus die a corpore sunt soluti, qua cibum interdictum mortiferumque sumpserunt. Ea quippe die mutata in deterius vitiataque natura atque a ligno vite separatione iustissima mortis in eis iam corporalis necessitas facta est, cum qua nos necessitate nati sumus. Propter quod apostolus non ait: Corpus quidem moriturum est propter peccatum, sed ait: Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita propter iustitiam. Deinde subiunxit: Si autem spiritus eius, qui suscitavit Christum a mortuis, habitat in nobis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in nobis. Tunc ergo erit corpus in spiritum vivificantem, quod nunc est in animam viventem; quod tamen mortuum dicit apostolus, quia iam moriendi necessitate constrictum est. Tunc autem ita erat in animam viventem, quamvis non in spiritum vivificantem, ut tamen mortuum dici non recte posset, quia nisi perpetratione peccati necessitatem moriendi habere non posset. Cum vero Deus et dicendo ad Adam: Ubi es? mortem significavit anime, que facta est deserente illo, et dicendo: Terra es, et in terram ibis, mortem significavit, que

De cibis prothoplastorum et de paradiso et de intelligibili sapientia dei

Misterium paradisi et quatuor fluminum eius et lignorum omnium

De Agar et Sara

Quid sit quod angeli cibo in hominibus manducabant

Quod homo terrenus celestis erit sed dono celesti et mutata qualitate

De verbis apostoli ubi ait: Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita propter iustitiam

ba est corpis / q illi fit aia discedente / pp tuā demor
te scda / michil credendus est dixisse / — Q primus
quia occultam ee voluit / pp dispen / homo nō
sacom testamenti noui / vbi scda mors / potuit hēe
aptissime declaratur / Vt pus ista / necitatem
mors pma q cois est omibus / prode / moriendi n
retur / ex illo venisse / pcco / qm p vno / pperacione
comune fcm est omibus / mors vō scda / peccati
nō vtiq cois est omibs / pp eos / qui scdm ppositū
vocati sut sancti / quos an psciuit / et pdestinauit /
sicut ait aplus / conformes fieri ymagines filij di
/ ut sit ipe pmo genitus i multis fribus / quos ha
morte p mediatore / di gra libauit / In corpe g
aiali / pmu hominem fcm / sicut aplus loquitur /
/ volens cm a spitali quod in resurrectoe futurz /
Surget in incorrupcioe. Seminatur in contumelia hoc qd inuit est aiale / distīnc / Seminatur inquid in corrupcoe / sur-
get in gloria / Seminatur i infirmitate / surget i vir
tute / Seminatur corpus aiale / surget corpus spuale /
Deinde ut hoc pbaret / si est inquit corpus aiale /
est et spuale / ut quid eet aiale corpus / ondēret /
Sic inquit et scriptum est / factus est pmus homo
i aiam viuentem / Isto igitur mō voluit ondē / qd
sit corpus aiale / qmuis scptura nō dixerit de hoie
pmo / qui est appellatus adam / qm illi aia fla
tu di est creata / et fcus est homo in corpe aiali / Sz
fcus est in aiam viuentem / In eo g qd scriptum
est / pmus g homo / in aiam viuentem / voluit —
Aplus intelligi / corpus hoins aiale / Spitale aut
quēadmodum intelligendum eet / ondit addē
do / nouissimus adam / in spm viuificantem / pcul
dubio significans xpm / q iam ex mortuis ita
resurrexit / ut mori deinceps omo nō possit / Dein
qz sequit et dicit / Sz nō pmu qd spitale est / sed
qd aiale / postea spitale / Vbi multo apcius
declarauit / se aiale corpus insinuasse / in eo qd
scriptum est / fcm ee / pmu hominem — Quid sit
in aiam viuentem / spitale autez — dictum
in eo / qd ait / nouissimus adaz in spm vi — mors ha
uificantem / Prius ē em aiale cor — et mors
pus / quale hiut pior adam / qmuis — pma
nō moriturz / n peccasset / quale nūc habemus
et nos / hactenus / eius mutata viciataq nā
qntus in illa / postea q peccauit / est / vnde haberet / effectū
tam moriendi necitatem / Tale pro nobis et
habē xpus / dignatus est / nō quidem necitate sed
ptate / postea vō spitale / quale iam pcessit in
xpo / tamq i capite nro / secuturz est aut i mebris
eius / vltima resurrectoe mortuorz / Adiungit dein
de aplus / duorz istorz hoim / euidentissima decaz /
dicens . pmus homo de terra terenus / Scdus hō
de celo celestis / Qualis terenus / tales terreni / q
lis celestis / tales et celestes / Et quo induimus yma
ginē terreni / induamus et ymaginē — Quid sit
eius / qui in celis est / hoc aplus ita — dam fcus ē
posuit / ut nūc quidem i nobis scdm — pmus homo
sacrm regeneracionis fiat / sicut a — in aiam vi
libi dicit / Quotquot in xpo baptizati es — uentem et
tis / xpm induistis / re aut ipa pficiet — qd sit generaco
tur / cum et in nobis qd est aiale nas — terreni hois ul
cendo / spitale fcm fuit / resurgendo / — regnatio celes
tis homis

Vt em eius itidem sibus vtraz spe salui fcti sumus /
Induimus aut ymaginem — terreni hominis / p pagacoe pvari
et mortis / quam nobis intulit generacio / sed induimus cacionis
ymaginem celestis hominis / gra indulgenae / vite
qz ppetue / qd nobis pstat regeneracio / nō nisi p
mediatorem dei et hoim xpm ihm / que celeste
hominem vult intelligi / q de celo venit / ut terrene
mortalitatis corpe vestiretur / qd celesti i morta
litate vestiret / Celestes uō eō appellat / et alios /
quia fiunt p gram mebra eius / ut cu illis sit v
nus xpus / velut caput et corpus / hoc in eade
epla euidencius ita ponit / p hominez mors / et
p hominem resurrectio mortuorz / Sicut em in
adam / oms moriuntur / ita et in xpo oms viuifica
buntur / Iam vtiq in corpe spitali / qd erit in spm
viuificantem / nō q oms qui in adam / oms
moriuntur / mebra erunt xpi / ex illis em multo plēs
scda in eternu morte plectentur / Sed eo dcm est
oms atq oms / q sicut nēo corpe aiali / nisi ab
adam moritur / ita nemo spitali n in xpo viui
ficatur / Proinde nequaqua putandu nos / in resur
rectioe tale corpus hituros / quale hiut homo p
mus / an pctm / nec illud qd dictum est / qualis
terrenus / tales terreni / scdm hoc intelligendu / qd fcm
est commissione pcti / nō em estimandu est / cu
antequa peccasset / spitale corpus huisse / et pcti
merito / in aiale mutatu / Vt em hoc putetur /
parz attendunt / tanti vba doctoris / qui ait / Si
est corpus aiale / ē et spitale / Sic et factus ē
pmus homo adam i aiam viuentem / Nunquid
hoc post pctm fcm est / cu sit ista hoins pma
condicio / de qua beatissimus aplus / ad corpus
aiale monstrandu / hoc testimom legis assupserat /
Vnde illud parz considerate / quibusdam visum est
in eo qd legitur / Inspirauit deus in faciem hois
spm vite / et fcus ē homo i aiam viuentem / nō
tūc anima hoim pmo datam / sed eam q iam
erat spu sco viuificata / Mouet em eos / q dns
ihus / postea q resurrexit a mortuis / insufflauit
dicens discipulis suis / Accipite spm scm / Vnde ta
le aliquid fcm existimat / quale tūc fcm est / q
et hoc secutus / euangelista dixit / et facti sunt in aiaz
viuentem / Qd quidem si dcm esset / intelligemus
q aiarum quedam / i vita / sit spus di / sine quo aie
ronales / mortue / deputande sunt / quamuis earu
pncia viuere corpa videantur / Sz nō ita fcm / qm est
conditus homo / satis ipa libri uba testantur /
q ita se hnt / Et formauit deus hominez puluc
rem de terra / Qd quidam planius interptandum
putantes / dixerunt / et finxit hominem de limo terre
quam supius dcm fuerat / fons aut descendebat
de terra / et irrigabat omem faciem terre / ut ex hoc
limus intelligendus videretur / huo s terra / concretus
Vbi em hoc dcm est / continuo sequitur / et formauit
deus hominez puluerem de terra / sicut greci codices
hnt / vnde in latina linguam scriptura — Debet qd dr sicut
ipa conuersa est / Siue aut formauit / siue — i adā omes mo
finxit / quis dicere voluit / qd grece — riuntur ita et in
dicitur / eplassen / ad rem nichil interest — xo oms viui
magis ppe dicitur finxit / Sz ambi — ficabuntur i p

guitas visa est de vitanda eis qui formavit dicere maluerunt, cum in latina lingua illud magis obtinuit consuetudo, ut hi dicantur fingere, qui aliquid simulando mendacio componunt. Hunc igitur formatum hominem de terre pulvere sive limo (erat enim pulvis humectus), hunc inquam ut expressius dicam, sicut scriptura loquitur, pulverem de terra animale corpus factum esse docet apostolus, cum animam accepit. Et factus est iste homo in animam viventem, id est formatus iste pulvis factus est in animam viventem. Iam inquiunt habebat animam, alioquin non appellaretur homo, quoniam homo non est corpus solum vel anima, sed qui ex anima constat et corpore. Hoc quidem verum est, non totus homo, sed pars melior hominis anima est, nec totus homo corpus, sed inferior hominis pars est, sed cum est utrumque coniunctum simul, habet hominis nomen, quod tamen et singula non amittunt, etiam cum de singulis loquimur. Quis enim dicere prohibeatur cotidiani quadam lege sermonis: Homo ille defunctus est et nunc in requie est vel in penis, cum de anima sola possit hoc dici, et: Illo aut illo loco homo ille sepultus est, cum hoc nisi de solo corpore non possit intelligi? An dicturi sunt sic loqui scripturam non solere divinam? Immo vero illa nobis in hoc attestatur, ut et cum ista duo coniuncta sunt et vivit homo, tamen etiam singula hominis vocabulo appelletur, animam scilicet interiorem hominem, corpus autem exteriorem hominem vocans, tamquam duo sint homines, cum simul utrumque sit homo unus. Sed intelligendum est, secundum quid dicatur homo ad ymaginem dei et homo de terra atque iturus in terram. Illud enim secundum animam rationalem dicitur, qualem deus insufflando vel si commodius dicitur inspirando indidit homini, id est hominis corpori; hoc autem secundum corpus, qualem hominem deus ex pulvere finxit, cui data est anima, ut fieret corpus animale, id est homo in animam viventem. Quapropter in eo quod dominus fecit, quando insufflavit dicens: Accipite spiritum sanctum, nimirum hoc intelligi voluit, quod spiritus sanctus non tantum sit patris, verum etiam ipsius unigeniti spiritus. Idem ipse est quippe patris et filii, cum quo est trinitas pater et filius et spiritus sanctus, non creatura sed creator. Neque enim flatus ille corporeus de carnis ore procedens substantia erat spiritus sancti atque natura, sed potius significatio, qua intelligeremus ut dixi spiritum sanctum patri esse filioque communem, quia non sunt eis singulis singuli, sed unus amborum est. Semper autem iste spiritus in scripturis sanctis greco vocabulo pneuma dicitur, sicut eum et in hoc loco ihesus appellavit, quando eum corporali oris sui flatu significans discipulis dedit; et locis omnibus divinorum eloquiorum non aliter michi umquam nuncupatus occurrit. Hic vero ubi legitur: Et finxit deus hominem pulverem de terra et insufflavit sive inspiravit in faciem eius spiritum vite, non ait grecus pneuma, quo solet dici spiritus sanctus, sed pnoen, quod nomen in creatura quam in creatore frequentius legitur. Unde nonnulli etiam latini propter differentiam hoc vocabulum non spiritum sed flatum appellare maluerunt. Hoc enim est et in greco et in illo loco apud ysaiam, ubi deus dicit: Omnem flatum ego feci, omnem animam sine dubitatione significans. [Quid sit quod deus inspiravit in facie hominis spiritum vite etc.]

Quod utique grece pnoen dicitur, nostri alii flatum, alii spiritum, alii spirationem, quando etiam deus dicitur, interpretati sunt. Pneuma vero numquam nisi spiritum, sive hominis, de quo ait apostolus: Quis enim scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est? sive pecoris, sicut in salomonis libro scriptum est: Quis scit si spiritus hominis ascendat sursum in celum et spiritus pecoris descendat deorsum in terram? sive corporeum istum, qui et ventus dicitur; nam eius hoc nomen est, ubi in psalmo canitur: Ignis, grando, nix, spiritus tempestatis; sive iam non creaturam sed creatorem, sicut est de quo dicit dominus in evangelio: Accipite spiritum sanctum, eum corporeo sui oris significans flatu; et ubi ait: Ite baptizate omnes gentes in nomine patris et filii et spiritus sancti, ubi ipsa trinitas excellentissime et evidentissime commendata est; et ubi legitur: Deus spiritus est; et aliis plurimis sacrarum litterarum locis. In his quippe omnibus testimoniis scripturarum, quantum ad grecos attinet, non pnoen videmus scriptum esse, sed pneuma; quantum autem ad latinos, non flatum sed spiritum. Quapropter in eo quod scriptum est: Inspiravit, vel si magis proprie dicendum est: Insufflavit in faciem eius spiritum vite, si grecus non pnoen sicut ibi legitur, sed pneuma posuisset, nec sic esset consequens, ut creatorem spiritum qui proprie deus in trinitate spiritus sanctus intelligere cogeremur, quandoquidem pneuma ut dictum est non solum de creatore sed et de creatura dici solere manifestum est. Sed cum dixisset, inquiunt, spiritum, non adderet vite, nisi illum spiritum vellet intelligi, et cum dixisset: Factus est homo in animam viventem, non adderet viventem, nisi anime vitam significaret, que illi divinitus impartitur dono spiritus dei. Cum enim vivat anima, inquiunt, proprio sue vite modo, quid opus erat addere viventem, nisi ut ea vita intelligeretur, que illi per spiritum sanctum datur? Hoc quid est aliud nisi diligenter pro humana suspitione contendere et scripturas sanctas negligenter attendere? Quid enim magnum erat non ire longius, sed in eodem ipso libro paulo superius legere: Producat terra animam viventem, quando animancia terrestria cuncta creata sunt? Deinde aliquantis interpositis in eodem tamen ipso libro quid magnum erat advertere quod scriptum est: Et omnia que habent spiritum vite, et omnis qui erat super aridam mortuus est, cum insinuaret omnia que vivebant in terra perisse diluvio? Si ergo et animam viventem et spiritum vite etiam in pecoribus invenimus, sicut scriptura consuevit loqui, et cum hoc quoque loco, ubi legitur: Omnia que habent spiritum vite, non grecus pneuma sed pnoen dixit: cur non dicimus: Quid opus erat animam viventem dicere, cum anima nisi vivens non possit? aut quid opus erat addere vite, cum dixisset spiritum? Sed intelleximus spiritum vite et animam viventem scripturam suo more dixisse, cum animalia id est animata corpora vellet intelligi.

[Margin notes:]
Quod homo non solum est corpus vel anima sed simul corpus et anima.
Quod spiritus sanctus non tantum est patris spiritus sed et ipsius unigeniti spiritus, a patre et filius et spiritus sanctus est una sancta individua trinitas.
Quid sit dicere pneuma vel pnoen vel spiratio vel aspiratio vel spiritus.

quibus in eſſet p aīam / ꝑ ſpiritus etiam iſte corporis
ſenſus / p̄ hoīs aut condicione obliuiſcam̄ᵘ / q̄ ad
modū loqui ſc̄ptura cōſueuit / cum ſuo prorſus mo
re locuta ſit / quo inſinuaret hominem / etiam racio
nali aīa accepta / q̄ta nō ſicut aliaꝝ carniū aq̄s
et t̄ram producentibus / ſed deo flante creatam / vo
luit intelligi / ſic tn̄ factam / ut in corpore aīali / qd̓
fit aīa viuente / ſicut illa aīalia viuent / de quibꝰ
dixit / producat t̄ra aīam / viuentem /
et que itidem dixit habuiſſe in ſe
ſpm̄ vite / ū etiā in greco nō dixit
pneuma / ſed pnoen / nō vtiqꝫ ſpm̄
ſcm̄ ſed eoꝝ aīas / tali exp̄mens no
mine Sꝫ et enim dei flatus in quit /
di ore exiſſe / intelligitᵘ / quem ſi
aīmaꝫ crediderimꝰ / conſequens erit
ut eiuſdem fateamᵘ eſſe ſbē / ꝑ̄te qꝫ illius ſapie /
/ que dicit / Ego ex ore altiſſimi prodiui / nō quidem
dixit / ſapiam in ore dei afflatam fuiſſe / ſed ex
eius ore ꝑ̄diſſe / Sicut aūt nō poſſimꝰ / nō de nr̄a
natura / qua homines ſumꝰ / ſed de iſto aere / quem
ſpirando / ducimꝰ / at reducimꝰ / flatum face
re ſufflamꝰ / ita omp̄s deus / nō de ſua nr̄a / neqꝫ / eſſet ſi
ſubiacenti creatura / Sꝫ et de nichilo potuit flaᵗᵘ illos
tum facere / quē corpi hoīs / inſerendo / inſpraſſe
/ ſeu et inſufflaſſe / cōueniētiſſime dicꝰ eſt / incor
poreus incorporeū / ſꝫ inmutabilis mutabilem
/ quia nō creatus / creatum / Verum tn̄ ſi ut au
iſti / qui de ſc̄pturis loqui volūt / et ſc̄pturaꝝ locu
tiones / ut ad ūtur / nō ſolū hoc dici exire / ex ore
dei / qd̓ eſt equalis / eiuſdem qꝫ nature / audiant
uel legant / qd̓ deo dicente ſc̄ptum ē / q̄ꝛ tepidꝰ / neqꝫ
es neqꝫ calidus / neqꝫ frigidus / incipiam te e
uomere ex ore meo / Nulla itaqꝫ cā eſt / cur aptiſ
ſime loquente / reſiſtamꝰ aplō / ubi a ſpiritali corꝰ
corpus aīale diſcernens / i ab illo in quo futuri ſu
mus / hoc in quo nūc ſumꝰ / ait Seiaᵘ
corpus aīale / ſurgit corpus ſpiritale / ſicut ſc̄p
tū eſt / Factus eſt p̄mꝰ homo adam in aīam vi
uentem nouiſſimꝰ adam in ſpm̄ viuificante
/ ſed nō p̄mū / qd̓ ſpiritale eſt / ſed qd̓
aīale / poſtea qd̓ ſpiritale / p̄mꝰ hō
de t̄ra terrenus / ſcdꝰ de celo celeſtis
qualis terrenus / tales et terreni / et
qualis celeſtis / tales et celeſtes / et
quō induimꝰ ymaginē eius terreni /
induamꝰ et ymaginē eius / qui de
celo eſt / De quibꝰ omnibꝰ aplicis v̓bis / ſupius
locuti ſumꝰ / Corpus igitᵘ aīale / in quo p̄mū
hoīem adam / fcm̄ eſſe dicit aplꝰs / ſic erat
fcm̄ / nō ut moꝛ oīo nō poſſit / ſꝫ nō ut moreret̓
niſi hō peccaſſet / Nam illud qd̓ ſpū viuificante
ſpiritale erit / et inmortale / moꝛ oīo nō poterit / ſicut
aīa creata eſt inmortalis / que licꝫ pc̄o mortua
a ꝑhibeatur / carens quadam vita ſua hoc ē
ſpū dī / qua et ſempit̄na ſapienter et beate viuē
poterat / tn̄ ꝓp̄a quadam lꝫ miſera / vita ſua nō
deſinit viuere / quia inmortalis eſt creata / ſic
etiam de p̄uaricatores angeli / licꝫ ſcdm̄ modum quē
dam / mortui ſint peccando / q̄ꝛ fontē deſeruerūt

Quid ſit
dcm̄ aīa vi
uens et ſpꝰ
vite cū ſpm̄
vite eē inpe
corībus in
ueniamus
ſcrīā

at reſpirādo

Si corpꝰ eſt animale
eſt et ſpiritale

Quid eſt
qd̓ dicit in
libro Sapie
Ego ex ore
altiſſimi
prodiui
etc.

vite qui deus eſt / que potando ſapient̓ beateqꝫ
poterant viuē / tn̄ ſic mori non potue
rūt / ut oīmo nō deſiſtent viuē
atqꝫ ſentire / q̄m inmortales cāti
ſūt / atqꝫ ita in ſcdām mortem pꝰ
ultimū p̄cipitabūtᵘ iudiciū / nec illic vita carebūt
q̄m quidem etiam ſenſu cū doloribus futuris
tuc nō carebūt / Sꝫ hoīes ad dei grām ꝑtinē
tes / ciues ſcōꝝ angeloꝝ / in beata vita manē
tibus / ita ſpiritalibus corporibꝰ induentur / ut ne
qꝫ peccent amplius / neqꝫ moriantur / ea tn̄
inmortalitate veſtiti / que ſicut angeloꝝ / nec
pc̄ō poſſit auferri / nā quidem manēte car
nis / ſed nulla oīo carnali corruptibilitate
et tarditate manente / Sequitᵘ aūt q̄o neccio
ꝑ t̄ctanda / et dnō deo veritatis adiuuante ſol
uenda / ſi libido mēbroꝝ inobedienciā expectato
in obediē / in illis p̄mis homībꝰ / cū illos diuina
grā deſeruiſſet / exorta eſt / vnde in ſuā inobedi
entiam / oculos aperuerūt / i curioſius aduerterūt
Et quia inpudens motus / uolū
tatis arbitrio reſiſtebat / pudenda
texerūt / quō ꝓpagati ſint / creati fue
rant / ſi ſine p̄uaricatione manſiſ
ſent / Sꝫ quia et liber iſte claudendꝰ
eſt / nec tanta iſta queſtio eſt / ſmōīs
anguſtia coartanda / in eū qui ſe
quitᵘ / cōmodiore diſpoſitione differᵘ

Explicit liber xiij de ciuitate dī In
cipiunt Tytuli libri / xiiij de c. d.

Per inobedienciā p̄mi ho
minis / in ſcdē mortis ꝑpetuitate ru
ituros fuiſſe / n̄ multos dī grā libera
ret i · de vita carnali / que nō ex corpis tm̄ ſed
etiam ex aīm̄ intelligenda ſit vicijs / ij · pecca
ti cām ex aīa nō ex corde ꝓdiiſſe et corruptōm
ex pc̄ō ꝯtractam nō pc̄m̄ iij · Quid ſit ſm hoī
em quid ue ſcdm̄ deū viuere iiij · Quod de corporis
aīe qꝫ natura tollerabilioꝛ quidem platonicoꝝ
q̄ꝛ manicheoꝝ ſit opinio ſed et ipi reꝓbāt qui
vicioꝝ cās natura carnis aſcribūt v · de qualitate
volūtatis hūane ſub cuiꝰ iudicio affectꝰ aīi
aut praui heñtᵘ aut recte vj · Amorem et di
lectionē indiferᵘ et in bono et in malo apud ſa
cras lr̄as inueniri vij · de t̄bus ꝑturbationibꝰ
quas in aīo ſapientis ſtoyci eē voluerūt ex
cluſis dolore ſiue t̄ſticia quā v̓tus aī ſentire
nō debeat viij · de ꝑturbationibꝰ aī quaꝝ af
fectus rectos hʒ vita iuſtoꝝ ix · An p̄mos ho
mines in padiſo ꝯſtitutos nullis ꝑturbationibus
p̄us q̄ꝛ delinq̄ret affectos fuiſſe credendū ſit
x · de lapſu p̄mi hoīs in quo bene condita
natura nec pōt n̄ a ſuo auctoꝛe reparari xj · de q̄
litate p̄mi hoīs peccati admiſſi xij · Quod in
p̄uaricatione ade ad opus malū volūtas p̄ceſ
ſit mala xiij · de ſupbia tranſgreſſionis que ipa
fuit t̄ſgreſſione deterioꝛ xiiij · de iuſticia retribu
tionis q̄ꝛ p̄mi homines ꝑ ſua inobediā recepe
rūt xv · de libidinis malo cuiꝰ nomē cū multoꝝ
vicijs congruat ꝓp̄e tn̄ motibus obſcenis corpis

Qualitᵘ aīale
corpus p̄mi
hoīs ade
ſcm̄ fuerit

Queſtio ſi
libido mēbroꝝ
inobedienti
expectō in obeie
p̄mis homībꝰ
cū illo diuina
grā deſeruiſſꝫ
exorta ē unde
in ſuā inobedientiam
oculos a
peruerūt

ascribitur XVI de nuditate primorum hominum quam post
peccatum turpem pudendamque viderunt XVII de pudore
concubitus non solum vulgari sed etiam coniugali XVIII
Quod partes ire atque libidinis moveantur tam vitiose ut
eas necesse sit frenis sapientie cohiberi quod nulla ante
peccatum nature sanitate non fuerunt XIX de vanissima
turpitudine cynicorum XX. de benedictione mul
tiplicande fecunditatis humane ante peccatum quam pre
varicatio non ademit cui libidinis morbus accessit
XXI. de copula coniugali adeo primitus instituta
atque benedicta XXII An etiam in paradiso generandum
fuisset si nemo peccasset XXIII Utrum contra estum li
bidinis pugnatura fuisset tradicio castitatis
XXIIII Quod insontes homines et merito inobediencie
in paradiso permanentes ita genitalibus membris fu
issent usuri ad generationem prolis sicut ceteris
ad arbitrium voluntatis XXV de vera beatitudine
quam temporalis vita non obtinet XXVI. Quod felicitas
in paradiso viventium sine erubescendo appetitu ge
nerandi officium credenda sit implere potuisse
XXVII de peccatoribus et angelis et hominibus quorum
perversitas non perturbat providenciam dei XXVIII de qua
litate duarum civitatum terrene atque celestis XXIX
Incipit liber xiiii⁹ de civitate dei. quod per inobedientiam
primi hominis in se de mortis perpetuitate ruituros
fuisse nisi multos dei gratia liberaret ca. I.

PRIMUS iam in superiori
bus libris/ adhu
manum genus non solum nature
similitudine sociandum/ verum etiam
quadam cognacionis necessi
tudine in unitatem concordem
pacis vinculo colligandum/ ex ho
mine uno/ deum voluisse instituere
homines/ neque hoc genus fuisse in singulis quibusque
moriturum/ nisi duo primi/ quorum creatus est unus/ ex
nullo/ alter ex illo/ id inobedientia meruissent/ a quibus
admissum est/ tam grande peccatum/ ut in deterius
eo natura mutaretur humana/ etiam in posteros
obligatione peccati et mortis necessitate transmissa/
mortis autem regnum/ in homines usque adeo dominatum est
ut omnes in secundam quoque mortem/ cuius nullus est fi
nis/ pena debita preciperes ageret nisi inde quosdam
indebita dei gratia liberaret/ ac per hoc factum est ut cum tot
tanteque gentes/ per terrarum orbem diversis ritibus
moribusque viventes/ multiplici linguarum/ armorum
vestiumque sint varietate distincte/ non tamen amplius
quam duo quedam genera/ humane societatis existe
rent/ quas civitates duas secundum scripturas nostras/ me
rito appellare possemus/ Una quippe est hominum secundum
carnem/ altera secundum spiritum vivere/ in sui cuiusque generis
pace volencium/ de vita carnali que non ex corporis
tantum sed etiam ex animi intelligenda sit viciis ii

Et cum id quod expe
tunt assequuntur in sui
cuiusque pace vive
runt

PRIUS ergo videndum est/ quid sit secundum car
nem vivere/ quid secundum spiritum vivere/
Quisquis enim hoc quod diximus/ prima fronte
inspicit/ vel non recolens/ vel minus advertens/ que
admodum scripture sancte loquantur/ potest putare/ philos
quidem epicureos/ secundum carnem vivere/ quia
summum bonum hominis/ in corporis voluptate posuerunt
et si qui alii sunt/ qui quomodo corporis bonum summum
bonum esse hominis opinati sunt/ et
eorum omne vulgus/ qui non aliquo
dogmate/ vel eo modo philoso
phantur/ sed proclives ad libi
dinem/ nisi ex voluptatibus/ quas
corporeis sensibus capiunt/ gau
dere nesciunt/ stoycos autem/ qui summum bonum hominis
in animo posuerunt/ secundum spiritum vivere/ quia et hominis animus
quid est/ nisi spiritus. sed sicut loquitur scriptura divina/ secundum
carnem vivere utrique monstrantur/ carnemque ap
pellat/ non solum corpus terreni atque mortalis
animantis/ velut cum dicit non omnis caro/ eadem caro
Alia quidem hominis. alia autem caro pecoris
alia volucrum/ alia piscium. sed aliis multis nominis
significacione huius nominis utitur/ inter quos vari
os locutionis modos/ sepe etiam ipsum hominem id est
naturam hominis/ carnem nuncupat/ modo locutionis
a parte totum significans/ quale est/ ex operibus
non iustificabitur omnis caro/ quid enim voluit in
telligi/ nisi omnis homo/ quod apercius paulo post
ait/ in lege nemo iustificabitur/ et ad Galathas
Scientes autem/ quia non iustificabitur omnis ex operibus legis
caro/ et verbum caro factum est/ id est homo/ quod non recte ac secundum hoc intelligitur
cipientes quidam/ putaverunt christo
humanam animam defuisse/ Sicut enim a
toto pars accipitur/ ubi marie mag
dalene verba in ewangelio dicitur/ dicen
tis/ Tulerunt dominum meum/ et nescio
ubi posuerunt eum/ cum de sola christi car
ne loqueretur/ quam sepultam/ de mo
numento/ putabat ablatam/ ita et
a parte totus/ carne nominata/ intelligitur
homo/ sicut sunt ea/ que supra commemoravimus/ Cum
igitur multis modis/ quos perscrutari et colligere
longum est/ divina scriptura nuncupet carnem/ quid
sit secundum carnem vivere/ quod profecto malum est
cum ipsa carnis natura non sit malum/ ut indaga
re possimus/ inspiciamus diligenter illum locum
epistole pauli apostoli/ quam scripsit ad Galathas
ubi ait/ Manifesta sunt autem opera carnis/ que sunt
fornicationes inmundicie luxuria ydolorum servitus
veneficia inimicicie contentiones emulaciones
animositates dissensiones hereses invidie ebrie
tates comessationes/ et his similia/ que predico
vobis sicut predixi/ quia qui talia agunt reg
num dei non possidebunt/ Iste totus epistole apostolice lo
cus/ quantum ad rem presentem/ satis esse videbitur
consideratus/ poterit hanc dissolvere
questionem/ quid sit secundum carnem vivere/
In operibus namque carnis/ que manifesta
esse dixit/ eaque commemorata damp
navit/ non illa tantum invenimus/ que ad vo
luptatem pertinent carnis/ sicut sunt
fornicationes/ inmundicie luxurie
ebrietates. comessationes/ verum etiam illa/ quibus
illa animi vitia demonstrantur a voluptate carnis
aliena/ Quis enim servitutem que ydolis exhibetur
veneficia/ inimicicias contentiones animositates
dissensiones hereses invidias non potius ~~non~~ potius

de duabus civita
tibus et quid sit
secundum carnem
vivere et
secundum
spiritum

id est

De opinione
philosophorum epi
cureorum
stoycorum
vel aliorum
et quid sit
dominum verbum
caro factum est

de intellectu
epistole
pauli quam scrip
sit ad Ga
lathas ubi
ait manifes
ta sunt opera carnis

intelligat ai vitia ee quā carnis/ quē ad eam fieri pt/
ut p[ro]p[ter] ydolatriam uel heresis aliaque/ a volup tati
bus corporis tempet et castigat hoc/ cuius carnis
libidines continere/ atque cohibere videatur/ secundum
carnem viuere/ hac aplica auctoritate conuincitur/ et in eo
quod abstinet a voluptatibus carnis/ dampnabi
lia opa carnis agere demonstratur/ Quis inimici
as non in aīo habeat/ aut quis ita loquitur/ ut inimi
co suo/ uel quem putat inimicum dicat malam car
nem ac non potius malum animum hēs/ aduersum me/
Postremo sicut carnalitates/ ut ita dicam/ si quis
audisset/ non dubitaretur carni tribuere/ ita nemo
dubitat aīositates ad animum ptinere/ Cur ergo
omnia et hiis similia/ doctor gentium in fide et
veritate opa carnis appellat/ nisi quia eo locutionis
modo/ quo totum significatur a parte/ ipsum hominem
vult nomine carnis intelligi/ Quod si quisque dicat
carnem causam esse in malis operibus/ quorumcumque
viciorum/ eo quod aīa carne affecta sic viuit/ profecto
non vniuersam hominis naturam diligenter aduertit.
Nam corpus quidem corruptibile/ aggrauat
aīam/ Unde etiam idem aplus agens/ de hoc
corruptibili corpore/ de quo paulo ante dixerat
Et si exterior homo noster corrumpitur/ scimus inquit quia si terre
na nostra domus habitacionis dissoluatur/ edificacionem
habemus ex deo/ non manufactam eternam in celis/ Et
enim in hoc ingemiscimus habitaculum nostrum/ quod de celo
est/ superindui cupientes/ si tamen in
duti/ non nudi inueniamur/ Et enim
qui sumus in hac habitacione ingemi
miscimus grauati/ in quo nolumus spoliari sed su
peruestiri/ ut absorbeatur mortale a vita/ et ag
grauamur ergo corruptibili corpore/ et ipsius aggrauaci
onis causam/ non naturam substanciamque corporis/ sed eius cor
rupcionem scientes/ nolumus corpore spoliari/ sed eius in
mortalitate vestiri/ et tunc enim erit/ sed quia cor
ruptibile non erit/ non aggrauabit/ Aggrauat ergo nunc
aīam corpus corruptibile/ et deprimit terrena in
habitacio sensum multa cogitantem/ Verumptamen
qui aestimant omnia mala aīe/ ex corpore putant accidisse in
errore sunt pcti

Que sint opa carnis secundum apostolum

Peccatum carnis ex aīa non ex corde processisse et corrupcionem ex peccato generatam/ non peccatum. C. iii

Quamuis enim virgilius platonicam videatur luculentis versibus explicare sentenciam dicens/ Igneus est ollis vigor et celestis origo/ seminibus quantum non noxia corpora tardant/ Terreni hebetant artus moribundaque membra/ Omnesque illas notissimas quatuor aīe perturbaciones/ cupiditatem timorem leticiam tristiciam/ quasi origines omnium peccatorum atque viciorum/ volens intelligi/ ex corpore accidere subiungat et dicat/ Hinc metuunt/ cupiuntque/ dolent gaudentque/ nec auras suspiciunt/ clause tenebris/ et carcere ceco. Tamen aliter se habet fides nostra/ Nam corrupcio corporis/ que aggrauat aīam/ non peccati primi est causa/ sed pena/ nec caro corruptibilis aīam peccatricem/ sed

Quid senserit plato quod virgilius exequitur versibus de affectionibus aīe hinc metuunt cupiunt gaudent que dolent que

aīa peccatrix fecit ee corruptibilem carnem/ ex qua corrupcione carnis licet existant quedam incitamenta viciorum/ et ipsa desideria viciosa/ non tamen omnia vite iniquē vicia tribuenda sunt carni/ ne ab hiis omnibus purgemus dyabolum/ qui non habet carnem/ Et si enim dyabolus fornicator uel ebriosus/ uel siquid huiusmodi est mali/ quod ad carnis ptinet voluptates/ non potest dici/ cum sit eciam talium peccatorum suasor/ et instigator occultus/ Est tamen maxime superbus atque inuidus/ que illum viciositas sic optinuit/ ut propter hanc esset in carceribus caliginosis/ huius aeris/ eterno supplicio destinatus/ Hec autem vicia/ que tenent in dyabolo principatum/ carni tribuit apostolus/ quam certum est dyabolum non habere/ dicit enim inimicicias contenciones/ emulaciones/ aīositates/ inuidias/ opa esse carnis/ quorum omnium malorum/ caput atque origo/ superbia est/ que sine dubio regnat in dyabolo/ Quis autem illo est inimicior sanctis/ Quis aduersus eos contenciosior/ aīositatior/ et magis emulus/ atque inuidus inuenitur/ et hec omnia cum habeat/ sine carne

Quod dyabolus vicia carnis non habet sed suasor et instigator est ad ea

quomodo sunt ista opa carnis/ nisi quia opa sunt ista hominis/ quem sicut dixi nomine carnis appellat/ Non enim habendo carnem/ quam non habet dyabolus/ sed viuendo secundum seipsum/ hoc est secundum hominem/ factus est similis dyabulo/ quia ille secundum seipsum viuere voluit/ quando in veritate non stetit/ ut non de dei sed de suo/ mendacium loqueretur/ qui non solum mendax/ verum eciam mendacii pater est/ primus mentitus quippe est/ et a quo peccatum/ ab illo cepit ee mendacium/

Quid est secundum hominem viuere et quid ue secundum deum viuere

Cum ergo viuit homo secundum hominem/ non secundum deum/ similis est dyabolo/ quia nec angelo secundum angelum/ sed secundum deum viuendum fuit/ ut staret in veritate/ et veritatem de illius/ non de suo/ mendacium loqueretur/ Nam et de homine alio loco idem aplus ait/ Si autem veritas dei in meo mendacio habundauit/ meum dixit mendacium/ veritatem dei/ Cum ergo viuit homo secundum veritatem/ non viuit secundum seipsum/ sed secundum deum/ deus est qui dixit/ Ego sum veritas/ Cum ergo viuit secundum seipsum/ hoc est secundum hominem/ non secundum deum/ profecto secundum mendacium viuit/ non quia homo ipse mendacium est/ cum sit eius auctor et creator deus/ qui non est utique auctor creator que mendacii/ sed quia homo ita factus est rectus/ ut non secundum seipsum/ sed secundum eum/ a quo factus est viueret/ id est illius pocius quam suam faceret voluntatem/ non ita viuere/ quemadmodum factus est ut viueret/ hoc est mendacium/ Beatus quippe vult esse/ eciam non sic viuendo ut possit ee quidque ista voluntate/ mendacius/ Unde non frustra dici potest/ omne peccatum ee mendacium/ Non enim fit peccatum/ nisi ea voluntate/ qua volumus ut bene sit nobis/ uel nolumus ut male sit nobis/ Ergo mendacium est/ quod cum fiat ut bene sit nobis/ uel cum fiat ut melius sit nobis/ hinc male pocius est nobis/ Vnde hoc nisi de deo potest peius

Hinc pocius quam male nobis

Ollis sit illis/ pro magnis eloquencie

bene ee hominis

bene esse homini/ que delinquendo deseruit/ non de se ipso secundum quem vivendo delinquit. Quod itaque diximus hinc extitisse duas civitates/ diversas inter se atque contrarias quod alii secundum carnem/ alii secundum spiritum viverent/ potest et isto modo dici/ quod alii secundum hominem/ alii secundum deum vivat/ Apertissime quippe ad Corinthios dixit/ Cum enim in vos sint emulatio et contentio nonne carnales estis/ et secundum hominem ambulatis/ Quod ergo est ambulare secundum hominem hoc est esse carnalem/ quod a carne id est a parte hominis intelligitur homo/ Eosdem ipsos quippe/ dixit superius animales quos postea carnales/ ita loquens Quis enim scit inquit hominum/ que sunt hominis [margin: nisi spiritus hominis] qui in ipso est/ sic et que dei sunt/ nemo scit/ nisi spiritus dei Nos autem inquit/ non spiritum huius mundi accepimus/ sed spiritum qui ex deo est/ ut sciamus/ que a deo donata sunt nobis/ que et loquimur non in sapientie humane doctis verbis/ sed docti spiritu/ spiritualibus spiritualia comparantes/ Animalis autem non percipit/ que sunt spiritus dei/ stultitia est enim illi/ Talibus igitur id est animalibus/ paulo post dixit/ Et ego fratres non potui loqui vobis/ quasi spiritualibus et illud/ et hoc eodem loquendi modo id est a parte totum/ et ab anima namque et a carne/ que sunt partes hominis potest totum significari/ quod est homo/ sicut non aliud quam homines significantur/ sive ubi legitur/ Ex operibus legis/ non iustificabitur omnis caro/ sive quod scriptum est Septuaginta quinque anime descenderunt cum iacob in egyptum/ et ibi enim per omnem carnem omnis homo/ et ibi per septuaginta quinque animas/ septuaginta quinque homines intelliguntur/ Et quod dictum est non in sapientie humane doctis verbis/ potuit dici non in sapientie carnalis/ sicut quod dictum est secundum hominem ambulatis/ potuit dici secundum carnem/ magis autem hoc apparuit in hiis/ que subiunxit/ Cum enim quis dicat/ Ego quidem sum pauli/ alius autem Ego appollo/ nonne homines estis/ quod dicebat animales estis/ et carnales estis/ expressius dixit/ homines estis/ quod est secundum hominem vivitis/ non secundum deum secundum quem/ si viveretis/ dii essetis

[margin: Aliter ita non est aliud animalis homo aliud carnalis sed idem ipsum est utrumque id est secundum hominem vivens homo]

[red, lines 4–10: Quod dyabolus est primus peccator et primus mendax et quid sit vivenda carnem et sequi]

[box: De duabus civitatibus et quid sit vivere vel ambulare secundum carnem et secundum spiritum]

Quod de corporis atque anima natura melior quidem platonicorum quam manicheorum sit opinio sed et ipsi reprobat qui vicia eorum carnis nature ascribunt ca. v.

Non igitur opus est in peccatis viciisque nostris ad creatoris iniuriam/ carnis accusare naturam que in genere atque ordine sua bona est/ Sed deserto creatore bono/ vivere secundum creatum bonum non est bonum/ quisquis secundum carnem/ sive secundum animam [margin: sive] sive secundum totum hominem/ qui ex anima constat et carne/ Unde et nomine solius anime/ et nomine solius carnis/ significari potest/ eligat vivere/ Nam qui velut summum bonum laudat anime naturam/ et tamquam malum naturam carnis accusat/ profecto et animam carnaliter [margin: Et carnem carnaliter] appetit/ fugit/ quoniam id vanitate sentit humana/ non veritate divina. Non quidem platonici sicut manichei desipiunt/ ut tamquam mali naturam/ terrena corpora detestentur/ cum omnia elementa quibus iste mundus visibilis contrectabilisque compactus est/ qualitatesque eorum deo artifici tribuat/ Verum tamen ex terrenis [margin: artubus] moribundisque membris sic affici animas opinantur/ ut hinc eis sint morbi cupiditatum et timorum et leticie sive tristitie/ quibus quattuor vel perturbationibus/ ut cycero appellat/ vel passionibus/ ut plerique verbum e greco exprimunt/ omnis humanorum morum viciositas continetur/ Quod si ita est quid est quod eneas apud virgilium/ cum audisset a patre apud inferos/ animas rursus ad corpora reversuras/ hanc opinionem miratur exclamans/ O pater anne aliquas ad celum hinc ire putandum est sublimes animas/ iterumque ad tarda reverti corpora/ que lucis miseris/ tam dira cupido. Numquid nam hec tam dira cupido/ ex terrenis artubus moribundisque membris/ adhuc inest animarum/ illi predicatissime puritati. Nonne ab huiusmodi corporeis/ ut dicit pestibus omnibus/ eas asserit esse purgatas/ cum rursus incipiunt in corpora velle reverti/ Unde colligitur et si ita se haberet/ quod omnino vanissimum est/ euntium redeuntiumque animarum mundatio et inquinatio/ non potuisse veraciter dici omnes culpabiles/ atque viciosos motus/ animarum ex terrenis corporalibus inolescere/ siquidem secundum ipsos illa/ ut locutor nobilis ait/ dira cupido usque adeo/ non est ex corpore/ ut ab omni corporea peste purgatam/ et extra omne corpus animam constitutam ipsa esse compellat in corpore/ Unde etiam illis fatentibus non ex carne tantum afficitur anima/ ut cupiat metuat letetur [margin: egrescat]/ verum etiam ex se ipsa hys potest motibus agitari

[margin box: Quod sit intelligendum quod Iacob descendit cum in egiptum cum LXX quinque animabus]

[margin: De opinione platonicorum manicheorum et virgilii circa animam]

De qualitate voluntatis humane sub cuius iudicio affectiones aut prave habentur aut recte vi.

Interest autem/ qualis sit voluntas hominis/ quia si perversa est perversos habebit hos motus/ si autem recta est/ non solum inculpabiles/ verum etiam laudabiles erunt/ Voluntas quippe est in omnibus/ immo omnes/ nichil aliud quam voluntates sunt/ Nam quid est cupiditas/ et leticia/ nisi voluntas in eorum consensione que volumus/ Et quid est motus atque tristicia/ nisi voluntas in dissensione/ ab hiis/ que nolumus/ Sed cum consentimus appetendo ea/ que volumus cupiditas est/ cum autem consentimus fruendo hys que volumus/ leticia vocatur/ Itemque cum dissentimus ab eo quod accidere nolumus/ leticia vocatur/ Item cum autem dissentimus ab eo quod accidere nolumus talis voluntas metus est/ nolentibus/ cum autem dissentimus/ ab eo quod accidit/ talis voluntas tristicia est/ et omnino pro varietate rerum que appetuntur atque fugiuntur/ sicut allicitur vel offenditur voluntas hominis/ ita vel hos vel illos affectus mutatur et vertitur/ Quapropter homo/ qui secundum deum non secundum hominem vivit/ oportet ut sit amator boni/ unde fit consequens/ ut malum oderit/ et quoniam nemo natura/ sed quisquis malus est vicio malus est/ perfectum

[box: Qualis sit voluntas hominis et de affectionibus]

odium, et quam nemo natura, sed quisquis malus est vitio malus est, perfectum odium debet malis, qui secundum deum vivit, ut nec propter vitium oderit hominem, nec amet vitium propter hominem, sed oderit vitium, amet hominem. Sanato enim vitio totum quod amare, nichil autem quod debeat odisse remanebit.

Amorem et dilectionem indifferenter et in bono et in malo apud sacras litteras inveniri. VII capitulum

Nam cuius propositum est amare deum, et non secundum hominem, sed secundum deum amare proximum, sicut etiam se ipsum, procul dubio propter hunc amorem dicitur voluntatis bone, que usitatius in scripturis sanctis caritas appellatur, sed amor quoque secundum easdem sacras litteras dicitur. Nam et amatorem boni apostolus dicit esse debere, quem regendo populo precipit eligendum. Et ipse dominus Petrum apostolum interrogans, cum dixisset: Diligis me plus his? Ille respondit: Domine tu scis quia amo te. Et iterum dominus quesivit, non utrum amaret, sed utrum diligeret eum Petrus. At ille respondit iterum: Domine tu scis quia amo te. Tertia vero interrogatione et ipse Ihesus non ait: Diligis me, sed: Amas me? Ubi secutus ait evangelista: Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio: Amas me? Cum dominus non tertio, sed semel dixerit: Amas me, bis autem dixerit: Diligis me. Unde intelligimus quod etiam cum dicebat dominus: Diligis me, nichil aliud dicebat quam: Amas me? Petrus autem non mutavit huius unius rei verbum, sed et tertio dicit: Domine tu omnia scis, tu scis quia amo te. Hoc propterea commemorandum putavi, quia nonnulli arbitrantur aliud esse dilectionem sive caritatem, aliud amorem. Dicunt enim dilectionem accipiendam esse in bono, amorem in malo. Sic autem nec ipsos auctores secularium litterarum locutos esse certissimum est. Sed viderint philosophi utrum vel qua ratione ista discernant, amorem tamen eos in bonis rebus et erga ipsum deum magnipendere libri eorum satis loquuntur. Sed scripture religionis nostre, quarum auctoritatem ceteris omnibus litteris anteponimus, non aliud dicere amorem, aliud dilectionem et caritatem insinuandum fuit. Nam et amorem in bonis dici iam ostendimus. Sed ne quis existimet amorem quidem et in bono et in malo, dilectionem autem non nisi in bono esse dicendam, illud attendat quod in psalmo scriptum est: Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Et illud apostoli Iohannis: Si quis dilexerit mundum, non est dilectio patris in illo. Ecce in uno loco dilectio et in bono et in malo. Amorem autem in malo, quia in bono iam ostendimus, ne quisquam flagitet, legat quod scriptum est: Erunt enim homines se ipsos amantes, amatores pecunie. Recta itaque voluntas est bonus amor et voluntas perversa malus est amor. Amor ergo inhians habere quod amatur cupiditas est, id autem habens eoque fruens leticia, fugiens quod ei adversatur timor est, idque si acciderit sentiens tristicia est. Proinde mala sunt ista, si malus amor est, bona si bonus. Quod dicimus de scripturis probamus. Concupiscit apostolus dissolui et esse cum Christo. Et: Concupivit anima mea desiderare iudicia tua, vel si accommodatius dicitur: Desideravit anima mea concupiscere iudicia tua. Et: Concupiscentia sapientie perducit ad regnum.

Hoc tamen loquendi obtinuit consuetudo, ut si cupiditas vel concupiscentia dicatur, nec addatur cuius rei sit, non nisi in malo possit intelligi. Leticia in bono est: Letamini in domino et exultate iusti. Et: Dedisti leticiam in corde meo. Et: Adimplebis me leticia cum vultu tuo. Timor in bono est apud apostolum, ubi ait: Cum timore et tremore vestram ipsorum salutem operamini. Et: Noli altum sapere, sed time. Et timeo autem ne sicut serpens Evam seduxit astucia sua, sic et vestre mentes corrumpantur a castitate que in Christo est. De tristicia vero, quam Cicero magis egritudinem appellat, dolorem autem Virgilius, ubi ait: Dolent gaudentque, sed ideo malui tristiciam dicere, quia egritudo vel dolor usitatius in corporibus dicitur, scrupulosior questio est utrum inveniri possit in bono.

De tribus perturbationibus quas in animo sapientis stoici esse voluerunt, exclusis dolore sive tristicia, quam virtus animi sentire non debeat. VIII

Quas enim greci appellant eupathias, latine autem Cicero constantias nominavit, stoici tres esse voluerunt pro tribus perturbationibus in animo sapientis, pro cupiditate voluntatem, pro leticia gaudium, pro metu cautionem, pro egritudine vero vel dolore, quam nos vitandi ambiguitatis gratia tristiciam maluimus dicere, negaverunt esse posse aliquid in animo sapientis. Voluntas quippe, inquiunt, appetit bonum, quod faciat sapiens. Gaudium de bono adepto est, quod ubique adipiscitur sapiens. Cautio devitat malum, quod debet sapiens devitare. Tristicia porro quia de malo est quod iam accidit, nullum autem malum existimant posse accidere sapienti, nichil in eius animo pro illa esse posse dixerunt. Sic ergo illi loquuntur, ut velle, gaudere, cavere negent nisi sapientem, stultum autem non nisi cupere, letari, metuere, contristari, et illas tres esse constantias, has autem quatuor perturbationes, secundum Ciceronem, secundum autem plurimos passiones. Grece autem ille tres, sicut dixi, appellantur eupathie, iste autem quatuor pathe. Hec locutio utrum scripturis sanctis congruat, cum quererem quantum potui diligenter, illud inveni quod ait propheta: Non est gaudere impiis, dicit dominus, tamquam impii letari possint potius quam gaudere de malis, quia gaudium proprie bonorum est et piorum. Item illud in evangelio: Quecumque vultis ut faciant vobis homines, hec et vos facite illis, ita dictum videtur, tamquam nemo possit aliquid male vel turpiter velle, sed cupere. Denique propter consuetudinem locutionis nonnulli interpretes addiderunt bona, et ita interpretati sunt: Quecumque vultis ut faciant vobis homines bona. Cavendum enim putaverunt ne quisquam inhonesta velit sibi fieri ab hominibus, ut de turpioribus

Rubricated side notes in the text: Quomodo sit caritas et dilectio sequantur. — Quod quidam faciunt distanciam inter dilectionem, caritatem et amorem. — Quatuor amor, timor, concupiscencia, leticia diverse in scriptura accipiantur, et vel[le] et qualiter Cicero ea accipiat, Terencius, Virgilius. — Qualiter accipiatur tristicia apud Ciceronem et Virgilium, et quod appellet eupathias constancias et alias passiones. — De sentencia stoycorum quatuor perturbationibus sive [pertur]bationibus passionibus.

Marginal notes: sed oderit vitium amet hominem — vel si accommodatius dicitur desideravit anima mea concupiscere iudicia tua — nos vitandi — vero vel dolore — hec facite illis

facta m[?]ete luxuriosa convivia in quibus si et ipse il
lis faciat hoc preceptum existimet impleturum/
Sed in greco evangelio unde in latinum translatum
est non legitur bona sed quecumque vultis ut faciant
vobis homines/ et vos facite illis/ credo
propterea quia in eo quod vultis iam voluit
intelligi bona/ non enim ait cupitis/ non
tamen semper his proprietatibus locucio nostra
frenanda est/ sed interdum hys utendum
est/ et cum legimus eos quorum auctoritati
resultare fas non est/ ubi sunt intellige
da/ ubi ~~sunt intelligenda~~ rectus sensus/ alium exi
tum non potest invenire/ sicut ista sunt que exempli
gratia partim ex propheta/ partim ex evangelio commemo
ravimus/ Quis enim nescit impios exultari leticia/
et tamen non est gaudere impiis dicit dominus/ Unde nisi
quia gaudere aliud est tamen proprie signate quod hoc verbum
ponitur/ Item quis negaverit non recte precipi
hominibus ut quecumque ab alys sibi fieri cupiunt/
hoc eis et ipsi faciant/ ne se invicem turpitudine
illicite voluptatis oblectent/ et tamen saluberrimum
verissimumque preceptum est/ Quecumque vultis ut faciant
vobis homines/ eadem et vos facite illis/ similiter/
Et hoc unde/ quia nisi hoc loco proprio quodam modo voluntas
posita est/ que in malo accipi non potest/ locucione vero usi
tatiore/ quam frequentat maxime consuetudo ser
monis non utique diceretur/ Noli velle
mentiri omne mendacium/ nisi esset et volun
tas mala/ a cuius pravitate illa distingu
eretur/ quam predicaverunt angeli dicentes
pax in terra hominibus bone voluntatis
Nam ex habundantia additum est bone
si esse non potest nisi bona/ quid magnum in caritatis
laudibus dixisset apostolus/ quod non gaudeat super ini
quitate/ nisi quia ita malignitas gaudet/ et aput
auctores secularium litterarum talis istorum verborum indifferentia
reperitur/ Ait enim cicero orator amplissimus/ Cupio
patres conscripti me esse clementem/ quia id verbum in bo
no posuit/ quis tam perverse doctus existat/ qui
non cupio/ sed volo potius dicere debuisse conten
dat/ Porro aput terencium flagiciosus adolescens
insana flagrans cupidine/ nichil volo inquit
nisi philomenam/ quam voluntatem fuisse libidinem/
responsio que ibi servi eius sannionis inducitur sa
tis indicat/ Ait namque domino suo/ quanto sacius est te
id dare operam/ quo istum amorem ex animo amove
as tuo/ quam id loqui/ quo magis libido frustra accen
datur tua/ Gaudium vero eos et in malo posuisse/ ille
ipse virgilianus testis est versus/ ubi has quatuor per
turbaciones/ summa brevitate complexus est/ Hinc
metuunt cupiuntque dolent gaudentque/ Dixit enim
idem auctor/ Mala mentis gaudia/ Proinde vol
unt gaudent et boni et mali/ atque ut eadem
alys verbis enunciemus cupiunt timent letantur et
boni et mali/ sed illi bene isti male sicut hominibus
seu recta seu perversa voluntas est/
Ipsa quoque tristicia/ pro qua stoyci
nichil in animo sapientis inveniri
posse putaverunt/ reperitur in bo
no/ et maxime aput nostros/ Nam

Quod in greco evangelio est scriptum Quecumque vultis et faciant vobis homines facite hec illic

testis

differencia voluntatis bone et male [?]

Differencia verborum cupere et velle et qualiter cicero ea accipit terencius virgilius et stoyci

laudat apostolus chorinthios quod contristati fuerint secundum
deum/ Sed fortasse quis dixerit illis fuisse apostolum con
gratulatum quod contristati fuerint penitendo/ Qualis
tristicia nisi eorum qui peccaverunt esse non potest/ Ita enim dicit
video quod epistola illa et si ad horam vos contristavit/ nunc
vero gaudeo/ non quia contristati estis/ sed quia contrista
ti estis ad penitenciam/ Contristati enim estis secundum deum/ ut in
nullo detrimentum paciamini ex nobis/ que enim secundum de
um est tristicia/ penitenciam in salutem stabilem peni
tendo operatur/ Ecce enim idipsum secundum deum contristari
quantam perficeat in nobis industriam/ Ac per hoc possunt
stoyci pro suis partibus respondere/ ad hoc videri utilem
esse tristiciam ut peccasse peniteat
in animo autem sapientis ideo esse non pos
se quia nec peccatum in eum cadit/ cuius
penitencia contristetur/ nec ullum aliud
malum quod perpeciendo et senciendo
sit tristis/ Nam et alcibiadem ferunt
si me de nomine hominis memoria non fallit/ cum
sibi beatus videretur/ socrate disputante et ei quam
miser esset quia stultus esset demonstrante flevisse/
Huic ergo stulticia fuit causa/ et huius utilis optande
que tristicie/ qua homo esse dolet quod esse non debet/ Stoyci
autem non stultum sed sapientem aiunt tristem
esse non posse/ Verum hys philosophis quod ad istam questionem
de animi perturbacionibus attinet/ Iam respondimus in no
no huius operis libro/ ostendentes eos non tam de rebus
quam de verbis cupidiores esse contencionis quam veritatis//

Quidam at tristicia mortez operatur

Item de passionibus animi secundum philosophos et secundum theologos

De perturbacionibus animi quarum affectus rectos habet vita iustorum c ix

Aput nos autem iuxta scripturas sanctas sanamque doctrinam cives sancte civitatis/ In huius
vite peregrinacione secundum deum viventes metuunt
dolentque cupiuntque gaudentque/ et quia rectus est amor
eorum/ istas omnes affectiones eorum rectas habent
metuunt penam eternam/ cupiunt vitam eternam/ dole
nt in re/ quia ipsi in semetipsis adhuc gemiscunt
adopcionem expectantes/ redempcionem corporis
sui/ gaudent in spe quia fiet sermo qui scriptus est Ab
sorpta est mors in victoria/ Item metuunt pecca
re/ cupiunt perseverare/ dolent in peccatis/ gaudent
in operibus bonis/ Ut enim metuant peccare/ audi
unt quoniam habundavit iniquitas refrigescet cari
tas multorum/ ut cupiant perseverare audiunt quod
scriptum est Qui perseveraverit usque in finem hic
salvus erit/ ut doleant in peccatis/ audiunt Si dixerimus quia
peccatum non habemus nosmetipsos seducimus et
veritas in nobis non est/ Ut gaude
ant in operibus bonis/ audiunt hy
larem datorem diligit deus/ Item
sicut se infirmitas eorum fortitu
dove habet/ cupiunt temptari/ dolent in
temptacionibus/ gaudent illis/ ut enim
metuant temptari/ audiunt Si quis
preoccupatus fuerit in aliquo delicto/ vos qui spiri
tales estis instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis/
intendens te ipsum ne et tu tempteris/ ut autem
cupiant temptari/ audiunt quendam virum for
tem civitatis dicentem/ Proba me domine
et tempta me/ ure renes meos et cor meum

audiunt

de alcibyade socrate stoycis et de exposicione versus virgilii hinc metuunt etc.

metuunt temptari

ut doleant in temptationibus, vident Petrum flere;
ut gaudeant in temptationibus, audiunt Iacobum
dicentem: Omne gaudium existimate fratres mei, cum
in temptationes varias incideritis. Non solum autem
propter se ipsos his moventur affectibus, verum etiam propter
eos, quos liberari cupiunt et ne pereant metuunt, et
dolent si pereunt et gaudent si liberantur. Illum quippe
optimum et fortissimum virum, qui in suis infirmi-
tatibus gloriatur, ut eum potissimum commemoremus
qui in ecclesiam Christi ex gentibus venimus, doctorem
gentium in fide et veritate, qui et plus omnibus suis
coapostolis laboravit et pluribus
epistulis populos Dei non eos tantum qui
presentes ab illo videbantur, verum
etiam illos qui futuri previdebantur,
instruxit, illum, inquam, virum athletam Christi, doctum ab illo, unctum
de illo, crucifixum cum illo, gloriosum
in illo, theatro huius mundi, cui spectaculum factus est
et angelis et hominibus, legitime magno agone certantem et palmam superne vocationis in anteriora
sectantem, oculis fidei libentissime spectant
gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus, foris
habentem pugnas, intus timores, cupientem dissolvi et esse cum Christo, desiderantem videre Romanos, ut aliquem fructum habeat et in illis sicut et in
ceteris gentibus, emulantem Corinthios et ipsa
emulatione metuentem ne seducantur eorum
mentes a castitate que in Christo est, magnam tristitiam
et continuum dolorem cordis de Israhelitis habentem,
quod ignorantes Dei iustitiam et suam volentes constituere, iustitie Dei non essent subiecti, nec solum
dolorem verum etiam luctum suum
denuntiantem quibusdam qui
ante peccaverunt et non egerunt
penitentiam super inmunditia et fornicationibus suis. Hi motus, hi affectus
de amore boni et de sancta caritate venientes si vitia
vocanda sunt, sinamus ut ea que vere vitia sunt virtutes vocentur. Sed cum rectam rationem sequantur iste
affectiones, quando ubi oportet adhibentur, quis eas
tunc morbos seu vitiosas passiones audeat dicere?
Quam ob rem etiam Dominus ipse in forma servi agere vitam
dignatus est humanam, sed nullum omnino habens
peccatum, adhibuit eas ubi adhibendas esse iudicavit. Neque enim in quo verum erat hominis corpus et
verus hominis animus, falsus erat humanus affectus. Cum ergo in eius evangelio ista referuntur, quod super
duritia cordis Iudeorum cum ira contristatus sit, quod dixit: Gaudeo propter vos, ut credatis; et
Lazarum suscitaturus etiam lacrimas
fuderit, quod concupierit cum discipulis suis manducare pascha,
quod appropinquante passione tristis
fuit anima eius, non falso utique
referuntur. Verum ille hos motus
certe dispensationis gratia ita
cum voluit suscepit animo humano, sicut factus est homo
cum voluit. Proinde quod fatendum est, etiam cum rectas et secundum Deum
habemus has affectiones, huius vite sunt, non
illius quam futuram speramus; et sepe illis etiam
inviti cedimus. Itaque aliquando quamvis non culpabili cupiditate, sed laudabili caritate moveamur, etiam
dum nolumus, flemus. Habemus ergo has ex humane
conditionis infirmitate. Non autem ita Dominus Ihesus,
cuius et infirmitas fuit ex potestate. Sed dum vitae huius
infirmitatem gerimus, si eas omnino nullas habeamus,
tunc potius non recte vivimus. Vituperabat enim et detestabatur apostolus quosdam, quos etiam esse dixit sine affectione. Culpavit etiam illos sacer psalmus, de quibus ait: Sustinui qui simul contristaretur, et non fuit.
Nam omnino non dolere dum sumus in hoc loco miserie, profecto, dum quidam etiam apud seculi huius litteratos sensit et dixit, non sine magna mercede
contingit inmanitatis in animo, stuporis in corpore. Quocirca illa que apathia grece dicitur, que si latine
posset inpassibilitas diceretur, si ita intellegenda
est, in animo quippe, non in corpore accipitur, ut sine his
affectionibus vivatur, qui contra rationem accidunt mentemque
perturbant, bona plane et maxime optanda est,
sed nec ipsa huius est vite. Non enim qualiumcumque
hominum vox est, sed maxime piorum multumque iustorum
atque sanctorum: Si dixerimus quia
peccatum non habemus, nos ipsos
seducimus et veritas in nobis non
est. Tunc itaque apathia ista erit,
quando peccatum in homine nullum erit.
Nunc vero satis bene vivitur,
sine crimine; sine peccato autem qui se vivere existimat,
non id agit, ut peccatum non habeat, sed ut veniam non accipiat. Porro si apathia illa dicenda est, cum animum
contingere omnino non potest ullus affectus, quis hunc
stuporem non omnibus vitiis iudicet esse peiorem?
Potest ergo non absurde dici perfectam beatitudinem sine stimulo timoris et sine ulla tristitia futuram; non
ibi autem futurum amorem gaudiumque quis dixerit,
nisi omnimodo a veritate seclusus? Si autem apathia
illa est, ubi nec metus ullus exterret nec angit dolor, aversanda est in hac vita, si recte, hoc est secundum
Deum, vivere volumus; in illa vero beata, que sempiterna promittitur, plane speranda est. Timor namque est ille, de quo
dicit apostolus Iohannes: Timor non est in caritate, sed perfecta
caritas foras mittit timorem, quia timor penam habet;
qui autem timet, non est perfectus in caritate. Non est
eius generis timor ille, quo timebat apostolus Paulus ne
Corinthii serpentina seducerentur astutia. Hunc enim
timorem non habet nisi caritas, sed illius generis est timor
qui non est in caritate, de quo et ipse apostolus ait: Non
enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore. Timor vero
ille castus permanens in seculum seculi erit et in futuro
seculo. Nam quo alio modo potest in-
telligi permanere in seculum seculi?
Et in futuro seculo non est timor
exterrens a malo, malo quod accidere
potest, sed tenens in bono quod amitti
non potest. Ubi enim boni adepti amor
inmutabilis est, profecto, si dici potest, mali cavendi
timor securus est timoris, quippe casti nomine
ea voluntas significata est, qua nos necesse erit
nolle peccare, et non sollicitudine infirmitatis

ne forte peccemus, sed tranquillitate caritatis, peccati aut si nullius omnino generis timor esse poterit in illa certissima securitate perpetuorum feliciumque gaudiorum, sic est dictum: Timor domini castus in seculum seculi permanens, quemadmodum dictum est: Paciencia pauperum non peribit in eternum. Neque enim eterna erit ipsa paciencia, que necessaria non est, nisi ubi toleranda sunt mala, sed eternum erit, quo per pacienciam pervenitur. Ita fortasse timor castus in seculum seculi dictus est permanere, quia id permanebit, quo timor ipse perducit.

Quod est timor domini castus permanet in seculum

Que cum ita sint, quoniam recta via ducenda est, qua perveniendum sit ad beatam, omnes affectus istos vita recta rectos habet, perversa perversos. Beata vero eademque eterna amorem habebit et gaudium non solum rectum verum etiam certum, timorem autem ac dolorem nullum. Unde apparet iam utcumque quales esse debeant in hac peregrinatione cives civitatis dei viventes secundum spiritum, non secundum carnem, hoc est secundum deum, non secundum hominem, et quales in illa quo tendunt immortalitate futuri sint. Civitas porro, id est societas impiorum, non secundum deum, sed secundum hominem viventium, et in ipso cultu falso contemptuque vere divinitatis doctrinas hominum demonumve sectantium hiis affectibus pravis tamquam morbis et perturbationibus quatitur. Et si quos cives habet, qui moderari talibus motibus et eos quasi temperare videantur, sic impietate superbi et elati sunt, ut hoc ipso sint in eis maiores tumores, quo minores dolores. Et si nonnulli tanto immaniore quanto rariore vanitate hoc in se ipsis adamaverint, ut nullo prorsus erigantur et excitentur, nullo flectantur atque inclinentur affectu, humanitatem totam potius amittunt, quam veram assequantur tranquillitatem. Non enim quia durum aliquid, ideo rectum, aut quia stupidum est, ideo sanum.

Quod cives civitatis dei hic vivunt in peregrinatione et de civitate impiorum

Sed utrum primus homo vel primi homines, duorum quippe erat coniugium, habebant istos affectus in corpore animali ante peccatum, quales in corpore spirituali non habebimus omni purgato finitoque peccato, non immerito queritur. Si enim habebant, quomodo erant beati in illo memorabili beatitudinis loco, id est paradiso? Quis tandem absolute dici beatus potest, qui timore afficitur vel dolore? Quid autem timere aut dolere poterant illi homines in tantorum tanta affluencia bonorum, ubi nec mors metuebatur nec ulla corporis mala valitudo, nec aberat quicquam quod bona voluntas adipisceretur, nec inerat quod carnem animumve hominis feliciter viventis offenderet? Amor erat imperturbatus in deum atque inter se coniugum fida et sincera societate viventium, et ex hoc amore grande gaudium non desistente quod amabatur ad fruendum. Erat devitatio tranquilla peccati, qua manente nullum omnino aliunde malum quod contristaret irruebat. An forte cupiebant prohibitum lignum ad vescendum contingere, sed mori metuebant, ac per hoc et cupiditas et metus iam tunc illos homines etiam in illo perturbabat loco? Absit, ut hoc existimemus fuisse, ubi nullum erat omnino peccatum. Neque enim peccatum nullum est ea que lex dei prohibet concupiscere atque ab hiis abstinere timore pene, non amore iusticie. Absit, inquam, ut ante peccatum omne iam ibi fuerit tale peccatum, ut de ligno admitterent, quod de muliere dominus ait: Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Quam igitur felices erant primi homines et nullis agitabantur perturbacionibus animorum, nullis corporum ledebantur incommodis, tam felix universa societas esset humana, si nec illi malum, quod etiam in posteros traicerent, nec quisquam ex eorum stirpe iniquitate committeret, quod dampnatione reciperet, atque ista permanente felicitate, donec per illam benediccionem, qua dictum est: Crescite et multiplicamini, predestinatorum sanctorum numerus compleretur, alia maior daretur, que beatissimis angelis data est, ubi iam esset certa securitas peccaturum neminem neminemque moriturum, et talis esset vita sanctorum post nullum laboris doloris et mortis experimentum, qualis erit post hec omnia in incorrupcione corporum reddita resurreccione mortuorum.

Questio utilis si prothoplasti nostri in animali corpore affectus ante peccatum habuerunt

Quis absolute beatus dici possit

Quod futurum si prothoplasti non peccassent rei f

An primos homines in paradiso constitutos nullis perturbacionibus prius quam delinquerent affectos fuisse credendum sit. Capitulum X.

Sed quia deus cuncta prescivit et ideo quoque hominem peccaturum ignorare non potuit, secundum id quod prescivit atque disposuit civitatem sanctam debemus asserere, non secundum illud quod in nostram cognicionem vel religionem pervenire non potuit, quia in dei disposicione non fuit. Neque enim homo peccato suo divinum potuit perturbare consilium, quasi deum quod statuerat mutare compulerit, cum deus presciendo utrumque prevenerit, id est et homo, quem bonum ipse creavit, quam malus esset futurus et quid boni etiam sic de illo esset ipse facturus. Deus enim et statuta si dicitur futura mutare, unde tropica locucione in scripturis sanctis etiam penituisse legitur deum, iuxta id quod dicitur quod homo speraverat vel naturarum causarum ordo gestabat, non iuxta id quod se omnipotens facturum esse presciverat. Fecit itaque deus, sicut scriptum est, hominem rectum ac per hoc voluntatis bone. Non enim rectus esset bonam non habens voluntatem. Bona igitur voluntas opus est dei; cum ea quippe ab illo factus est homo. Mala vero voluntas prima, quoniam omnia opera mala precessit in homine, defectus potius fuit quidam ab opere dei ad sua opera quam opus ullum, et ideo mala opera, quia secundum se, non secundum deum, ut eorum operum tamquam fructuum malorum voluntas ipsa esset velut arbor mala aut ipse homo in quantum male voluntatis. Porro mala voluntas quamvis non sit secundum naturam sed contra naturam, quia vicium est, tamen eius nature est cuius est vicium, quod nisi in natura non potest esse, sed in ea quam creavit ex nichilo, non quam genuit creator de semetipso, sicut genuit verbum

De libero arbitrio voluntate bona et mala

Quod deus immutabilis est

De libero arbitrio voluntate bona et mala

per quod facta sunt omnia. Quia et si de terre puluere deus
finxit hominem, eandem terram omnemque terrenam materi-
em omnino de nichilo est, animamque de nichilo factam dedit
corpori cum factus est homo. Usque adeo autem mala ad
uincuntur a bonis, ut quamuis sinatur esse ad demonstran-
dum quam possit et ipsis bene uti iusticia prouidentis-
sima creatoris, bona tamen sine malis esse pos-
sint, sicut deus ipse uerus et summus, sicut omnis
super istum caliginosum aerem celestis inuisibilis
uisibilisque creatura. Mala uero sine bonis esse
non possint, quoniam nature in quibus sunt in quantum
nature sunt, utique bone sunt. Detrahitur porro
malum non aliqua natura que accesserat, uel ulla eius
parte sublata, sed ea que uiciata ac

De superbia primi angeli et de eius lapsu et de primis peccatis et eo libro

deprauata fuerat, sanata atque correcta.
Arbitrium igitur uoluntatis tunc est
uere liberum, cum uiciis peccatisque non seruit.
Tale datum est a deo, quod amissum
proprio uicio, nisi a quo dari potuit reddi non
potest. Unde ueritas dicit: Si uos filius
liberauerit, tunc uere liberi eritis. Id ipsum est autem ac si diceret: Si uos
filius saluos fecerit, tunc uere salui eritis. Inde
quippe liberator unde saluator. Uiuebat itaque
homo secundum deum in paradiso et corporali et spirituali.
Neque enim erat paradisus corporalis propter corporis bo-
na, et propter mentis non erat spiritalis. Aut uero spi-
ritalis, quo per interiores, et non erat corporalis quo
per exteriores sensus homo frueretur. Erat plane utrum-
que. Postea uero quam superbus ille angelus, ac per
hoc inuidus, per eandem superbiam, a deo ad semet
ipsum conuersus, et quodam quasi tyrannico fastu gau-
dere subditis, quam esse subditus eligens, de spirituali
paradiso cecidit (de cuius lapsu sociorumque eius, qui
ex angelis dei angeli eius effecti sunt, in libris
undecimo et duodecimo huius operis satis quantum po-
tui disputaui), male suada uersutia in hominis
sensum serpere affectans, cui utique stanti, quoniam ipse
ceciderat, inuidebat, colubrum in paradiso corporali,
ubi cum duobus illis hominibus masculo et femina animalia etiam terrestria cetera subdita et innoxia uersabantur, animal scilicet lubricum et tortuosis anfractibus mobile, operi suo congruum, per quem loqueretur, elegit, eoque per angelicam presentiam prestanti oremque naturam

Quomodo aaron consensit iudeis pro uitulo conflato et salomon ydolis adorandis

spirituali nequicia sibi subiecto et tamquam instrumento abutens, fallacia sermocinatus est femine, a parte scilicet ab inferiore illius humane copule incipiens, ut gradatim perueniret ad totum, non existimans uirum facile credulum, nec errando posse decipi, sed dum alieno cedit errori. Sicut enim aaron erranti populo ad ydolum fabricandum non consensit inductus, sed cessit obstrictus, nec salomonem credibile est errore putasse ydolis esse seruiendum, sed blandiciis femineis ad illa sacrilegia fuisse compulsum, ita credendum est illum uirum sue femine, uirum unum hominem homini, coniugem coniugi, ad dei legem transgrediendam, non tamquam ueritate loquenti credidisse seductum, sed sociali necessitudine paruisse. Non enim frustra dixit apostolus: Et adam non est seductus, mulier autem seducta est, nisi quia illa quod ei serpens locutus est tamquam uerum esse accepit, ille autem ab unico noluit consortio dirimi, nec in communione peccati, nec ideo minus reus, si sciens prudensque peccauit. Unde et apostolus non ait: non peccauit, sed non est seductus. Nam utique ipsum ostendit, ubi dicit: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, et paulo post apertius: In similitudine inquit preuaricationis ade. Hos autem seductos intelligi uoluit, qui id quod faciunt non putant esse peccatum. Ille autem sciuit. Alioquin quomodo uerum erit: Adam non est seductus? Sed inexpertus diuine seueritatis in eo falli potuit, ut ueniale crederet esse commissum. Ac per hoc in eo quidem quo mulier seducta est non est ille seductus, sed eum fefellit quo fuerat iudicandum quod erat dicturus: Mulier quam dedisti mihi sociam, ipsa mihi dedit, et manducaui. Quid ergo pluribus? Etsi credendo non ambo decepti, peccando tamen ambo capti sunt et dyaboli laqueis implicati.

Quod adam in esca pomi peccauit quia prohibita fuit

De lapsu primi hominis in quo bene condita natura est nec potest nisi a suo auctore reparari. XI

Si quem uero mouet cur aliis peccatis sic natura non mutetur humana, quemadmodum illa duorum primorum hominum preuaricatione mutata est, ut tante corruptioni, quantam uidemus atque sentimus, per hanc subiaceret et morti, ac tot et tantis tamque inter se contrariis perturbaretur et fluctuaret affectibus, qualis in paradiso ante peccatum, licet in corpore animali esset, utique non fuit: si quis hoc mouet, ut dico, non ideo debet existimare leue fuisse illud commissum, quia in esca factum est, non quidem mala nec noxia, nisi quia prohibita. Neque enim quicquam mali deus in illo tante felicitatis loco crearet atque plantaret. Sed obediencia commendata est in precepto, que uirtus in creatura rationali quodammodo est omnium custosque uirtutum. Quoniam quidem ita facta est, ut ei subditum esse sit utile, perniciosum autem suam, non eius a quo creata est, facere uoluntatem. Hoc itaque de uno cibi genere non edendo, ubi aliorum tanta copia subiacebat, tam leue preceptum ad obseruandum, tam breue ad memoria retinendum, ubi presertim nondum uoluntati cupiditas resistebat, quod de pena transgressionis postea subsecuta est, tanto maiore iniusticia uiolatum est, quanta modo ratione posset obseruancia custodiri.

Diffinicio superbie que est inicium male uoluntatis et quid sit elacio

Occulte autem mali esse ceperunt

De qualitate primi hominis peccati admissi XII c

In apertam inobedientiam laberentur. Non enim ad malum opus perueniretur, nisi precessisset uoluntas mala. Porro male uoluntatis inicium quid potuit esse nisi superbia? Inicium enim omnis peccati superbia est. Quid est autem superbia, nisi peruerse celsitudinis appetitus? Peruersa enim est celsitudo, deserto eo cui animus debet inherere, principio sibi quodammodo fieri atque esse principium. Hoc fit cum sibi nimis placet. Sibi uero ita placet, cum ab illo bono inmutabili deficit, quod ei magis placere

debuit/ quia ipse s. spontaneus
est aut defecis/ quia si voluntas
in amore superioris immutabilis
boni/ a quo illustrabatur ut videret
et attendebatur ut amaret/ stabilis
permaneret/ non inde ad sibi placendum averteretur/ et
ex hoc tenebresceret/ et frigesceret/ ut vel illa crederet/
verum dixisse serpentem/ vel ille dei mandato preponeret
uxoris voluntatem/ putaret quod se venialiter trans-
gressorem esse precepti/ si vite sue sociam non deserret
etiam in societatem peccati. Non ergo malum opus
factum est/ i. illa transgressio/ ut a cibo prohibito vescerentur
nisi ab eis/ qui iam mali erant. Neque enim fieret ille
fructus malus/ nisi ab arbore mala/ ut autem esset
arbor mala/ contra naturam factum est/ quia nisi vicio volun-
tatis/ quod contra naturam est/ non utique fieret/ sed vicio de-
pravari/ nisi ex nichilo facta natura/ non posset.
Ergo per hoc ut natura sit/ ex eo habet/ quod a deo facta
est/ ut ab eo quod est deficiat/ ex hoc quia de nichilo
facta. Nec sic defecit homo/ ut omnino nichil esset
sed ut inclinatus ad seipsum/ minus esset/ quam erat/
Cum ei — qui summe est inherebat/ relicto utique deo esse
in semetipso/ hoc est sibi placere/ non iam nichil esse est
sed nichilo propinquare. Unde superbi secundum scripturas
sanctas/ alio nomine appellantur/ sibi placentes
Bonum est enim sursum habere cor/ non tamen ad seipsum quod est
superbie sed ad deum quod est obediencie/ que nisi humilium non potest
esse. Est igitur aliquid humilitatis/ miro modo/ quod sur-
sum faciat cor/ et est aliquid ela-
tionis/ quod deorsum faciat cor. Et
humilitas sursum/ sed pia humilitas
facit subditum superiori. Nichil autem est
superius deo/ et ideo exaltat humili-
tas/ que facit subditum deo. Ela-
cio autem/ que in vicio est eo ipso respuit subiectionem/ et
cadit ab illo/ quo non est quicquam superius/ et ex hoc
erit inferius/ et fit quod scriptum est/ Deiecisti eos
cum extollerentur. Non enim ait/ cum elati fuissent/ ut
prius extollerentur/ et postea deicerentur/ sed cum ex-
tollerentur/ tunc deiecti sunt. Ipsum quippe extolli/
iam deici est. Quapropter quod nunc/ in civitate dei/
et civitati dei/ in hoc peregrinanti seculo/ maxime
commendatur humilitas/ et in eius rege/ qui est
Christus/ maxime predicatur/ contrarium huic v-
tutis/ elationis vicium/ in eius adversario/ qui est
dyabolus/ maxime dominari/ sacris litteris edocetur
profecto ista magna differentia/ qua civitas unde
loquimur utraque discernitur/ una scilicet societas impi-
orum hominum/ alia piorum/ singula quaeque cum angelis
ad se pertinentibus/ in quibus precessit hinc amor dei/
hinc amor sui. Manifesto ergo apertoque peccato/ ubi
factum est/ quod deus fieri prohibuerat/ dyabolus ho-
minem non cepisset nisi iam ille sibi placere cepisset.
Hinc enim delectavit/ quod dictum est/ eritis sicut dii
Quod melius esse possent/ summo veroque principio co-
herendo per obedientiam/ non suum sibi existendo principium
per superbiam/ dii enim creati non sua veritate sed dei
veri participatione sunt dii/ plus autem appetendo
minus est/ qui dum sibi sufficere delegit ab illo
qui ei vere sufficit/ deficit. Illud itaque malum

Cum superbi dicuntur sibi placentes bonum est cor sursum habere admodum non ad seipsum

de duabus civitatibus piorum hominum angelorum atque impiorum

hoc quidem quasi contrarium videtur ut elacio sit deorsum

vel crederetur

quo cum sibi homo placet/ tamquam et ipse sit
lumen/ avertitur ab eo lumine/ quod ei si placeat/ et
ipse fit lumen. Illud inquam malum precessit in abdito/ ut sequeretur
hoc malum quod perpetratum est
in aperto. Verum est enim quod scriptum
est. Ante ruinam exaltatur cor/ et ante gloriam
humiliatur. Illa prorsus ruina/ que fit in occulto
precedit ruinam/ que fit in manifesto/ dum illa rui-
na esse non putatur. Quis enim exaltationem ruinam
putat/ cum iam ibi sit defectus/ quod est relictus ex-
celsus/ Quis autem ruinam esse non videat/ quando
fit mandati evidens atque indubitata transgressio/
propter hoc deus illud prohibuit/ quod cum esset ad-
missum/ nulla defendi posset ymaginatione
iusticie/ et audeo dicere/ superbis esse utile cadere in
aliquod apertum manifestumque peccatum/ unde sibi
displiceant qui iam sibi placendo ceciderant. Salu-
brius enim petrus sibi displicuit quando flevit/ quam si-
bi placuit/ quando presumpsit/ hoc dicit et sacer psal-
mus. Imple facies eorum ignominia/ et querent
nomen tuum domine i. ut tu eis placeas querentibus
nomen tuum qui sibi placuerant/ querendo suum

De utilitate cadendi vel ruina superborum responsione ade et eve ad deum et excusatione

Quod in prevaricatione ade ad opus malum voluntas precessit mala/ xiii c.

Sed est peior dampnabiliorque superbia/ qua etiam
in peccatis manifestis suffugium excusatio-
nis inquiritur/ sicut illi primi homines/ quorum et
illa dixit serpens seduxit me et mandavi/ et ille dixit
Mulier quam dedisti michi mecum dedit michi de ligno et
edi. Nusquam hic sonat petitio venie/ nusquam
imploratio medicine. Nam licet isti non sicut
Cayn quod commiserunt negent/ adhuc
tamen superbia in aliud querit referre
quod perperam fecit/ superbia mulie-
ris in serpentem/ superbia viri in
mulierem/ sed accusatio potius
quam excusatio vera est/ ubi mandati divini est
aperta transgressio. Neque enim hoc propterea non fece-
runt/ quia id mulier serpente suadente/ vir mu-
liere imperciente commisit/ quasi quicquam deo cui
vel crederetur/ aut ponendum fuit.

de inobediencia ade et eve et obediencia abrahe.

De superbia transgressionis que ipsa fuit transgressione deterior

Quia ergo contemptus est deus xiiii
iubens/ qui creaverat/ qui ad
suam ymaginem fecerat/ qui ceteris
animalibus preposuerat/ qui in paradiso constitu-
erat/ qui rerum omnium copiam/ salutisque prestiterat
qui preceptis nec pluribus/ nec grandibus/ nec
difficilibus/ oneraverat/ sed uno brevissimo/ atque levissi-
mo ad obediencie salubritatem/ adminiculaverat
quo eam creaturam/ cui libera servitus expediret
se esse dominum commonebat/ iusta dampnacio sub-
secuta est/ talisque dampnacio/ ut homo qui cus-
todiendo mandatum futurus fuerat/ etiam carne
spiritualis/ fieret etiam mente carnalis/ et qui sua su-
perbia sibi placuerat/ dei iusticia sibi donaretur/ nec sic ut in
sua esset omnimodis potestate/ sed a
se ipso quoque dissenciens sub

Quod homini inscia et vanitas nichil aliud est quam inobediencia et peccatum

illo in peccando consensit, pro libertate quam concupivit durans miseram quam ageret servitutem, mortuus spiritu volens et corpore moriturus invitus, desertor eterne vite et eterna nisi gratia liberet morte dampnatus. Quisquis autem huiusmodi dampnationem vel nimiam vel iniustam putat, metiri profecto nescit quanta fuerit iniquitas in peccando, ubi tanta erat non peccandi facilitas. Sicut enim Abrahe non immerito magna obediencia predicatur, quia ut occideret filium res difficillima est imperata, ita in paradiso tanto maior inobediencia fuit, quanto id quod preceptum est nullius difficultatis fuit. Et sicut obediencia secundi hominis eo predicabilior, quo factus est obediens usque ad mortem, ita inobediencia primi hominis eo detestabilior, quo factus est obediens usque ad mortem. Ubi enim magna est inobediencie pena proposita, et res a creatore facilis imperata, quisnam satis explicet quantum malum sit non obedire in re facili et tante potestatis imperio et tanto terrente supplicio. Denique ut breviter dicatur, in illius peccati pena quid inobediencie nisi inobediencia retributa est. Nam que hominis est alia miseria nisi adversus eum ipsum inobediencia eius ipsius, ut quoniam noluit quod potuit, quod non potest velit. In paradiso enim etiam si non omnia poterat ante peccatum, quicquid tamen non poterat non volebat, et ideo poterat omnia que volebat. Nunc vero sicut in eius stirpe cognoscimus et divina scriptura testatur, homo vanitati similis factus est. Quis enim enumerat quam multa que non potest velit, dum sibi ipse, id est voluntati eius ipse animus eius et eo inferior caro eius non obtemperat. Ipso namque invito et animus plerumque turbatur, et caro dolet et veterascit et moritur, et quicquid aliud patimur, quod non pateremur inviti, si voluntati nostre nostra natura omni modo atque ex omnibus partibus obediret. At enim aliquid caro patitur quo servire non sinitur. Quid interest unde, dum tamen per iusticiam dominantis Dei, cui subditi servire noluimus, caro nostra nobis que subdita fuerat non serviendo molesta sit, cum tamen nos Deo non serviendo molesti nobis potuerimus esse, non illi. Neque enim sicut ille nostro, ita nos indigemus servicio corporis nostri; et ideo nostra est quod recepimus, non illius pena quod fecimus. Dolores porro qui dicuntur carnis, anime sunt in carne et ex carne. Quid enim caro per se ipsam sine anima vel dolet vel concupiscit. Sed quod caro concupiscere dicitur vel dolere, aut ipse homo est sicut disseruimus, aut aliquid anime quod carnis afficit passio, vel aspera ut faciat dolorem, vel lenis ut voluptatem. Sed dolor carnis tantummodo offensio est anime ex carne, et quedam ab eius passione dissensio, sicut animi dolor, que tristicia nuncupatur, dissensio est ab hiis rebus que nobis nolentibus acciderunt. Sed tristiciam plerumque precedit metus, qui et ipse in anima est, non in carne. Dolorem autem carnis non precedit ullus quasi metus carnis, qui ante dolorem carnis sentiatur. Voluptatem vero precedit appetitus quidam, qui sentitur in carne quasi cupiditas eius, sicut fames et sitis, et ea que in genitalibus usitatius libido nominatur, cum sit generale vocabulum omnis cupiditatis. Nam et ipsam iram nichil aliud esse quam ulciscendi libidinem veteres diffinierunt, quamvis nonnumquam homo ubi vindicte nullus est sensus, etiam in rebus inanimis irascatur, et male scribentem stilum collidat et calamum frangat iratus. Verum et ista licet irrationabilior, quedam tamen ulciscendi libido est, et nescio que, ut ita dixerim, quasi umbra retribucionis, ut qui mala faciunt mala paciantur. Est igitur libido ulciscendi que ira dicitur; est libido habendi pecuniam que avaricia; est libido quomodocumque vincendi que pervicacia; est libido gloriandi que iactancia nuncupatur. Sunt multe varieque libidines, quarum nonnulle habent etiam vocabula propria, quedam vero non habent. Quis enim facile dixerit quid vocetur libido dominandi, quam tamen plurimum valere in tyrannorum animis etiam civilia bella testantur.

natura (margin) · hoc (margin)

Quid sit dolor passio fames sitis cupiditas voluptas ita libido et talia (margin)

Quod libido pro eo se extenderet ad multas et varias res et contrarias etc. (margin)

De iusticia retribucionis quam primi homines pro sua inobediencia receperunt. XV.

Cum igitur sint multarum libidines rerum, tamen cum libido dicitur neque cuius rei libido sit additur, non fere assolet animo occurrere nisi illa qua obscene partes corporis excitantur. Hec autem sibi non solum totum corpus nec solum extrinsecus, verum etiam intrinsecus vendicat, totumque commovet hominem animi simul affectu cum carnis appetitu coniuncto atque commixto, ut ea voluptas sequatur qua maior in corporis voluptatibus nulla est, ita ut momento ipso temporis quo ad eius pervenitur extremum, pene omnis acies et quasi vigilia cogitationis obruatur. Quis autem amicus sapiencie sanctorumque gaudiorum coniugalem agens vitam, et sicut apostolus monuit, sciens suum vas possidere in sanctificatione et honore, non in morbo desiderii, sicut et gentes que ignorant Deum, non mallet si posset sine hac libidine filios procreare, ut etiam in hoc serendo prolis officio sic eius menti ea que ad hoc opus data sunt, quemadmodum et cetera suis queque operibus distributa membra servirent, nutu voluntatis acta, non estu libidinis incitata. Sed neque ipsi amatores huius voluptatis sive ad concubitus coniugales sive ad immundicias flagitiorum cum voluerint commoventur, sed aliquando importunus est ille motus poscente nullo, aliquando autem destituit inhiantem, et cum in animo concupiscencia ferveat, friget in corpore. Atque ita mirum in modum non solum generandi voluntati, verum etiam lasciviendi libidini libido non servit, et cum tota plerumque menti cohibenti adversetur, nonnumquam et adversus se ipsam dividitur, commotoque animo in commovendo corpore se ipsa non sequitur.

Quod libido aliquando in potentiam motui animi desit et in corpore friget cum contraria fuerit in animo (margin)

Si adversen... quod vetitu... excare nom... (margin)

De libidinis malo cuius nomen multis vitiis congruat, proprie tamen motibus obscenis corporis ascribitur. XVI.

Merito huius libidinis maxime pudet, merito et ipsa membra, que suo quodam, ut ita

dixerim fure / no omnio ad arbitriu nrm mouet /
aut no mouet / pudenda dicunt quod an peccatu hois
no fuerut / Nam sicut scriptum est / nudi erant
et no confundebantur / no qd eis sua nuditas esset in
cognita / sed turpis nuditas no dum erat / quia no dum
libido mebra illa pter arbitriu commouebat / nodum
ad hominis inobedientiam redarguendam / suam sua
inobedientia caro / quodammodo testimonium phibebat / Neque
enim ceci creati erant ut inperitum vulgus opinatur / quando
quidem et ille vidit animalia / quibus nomina impo
suit / et de illa legitur / Vidit mulier quia bonum lignum
in escam / et quia placet oculis ad videndum / pa
tebant ergo oculi / sed ad hoc no erant aperti hoc est
no attenti ut cognoscerent / quid eis indumento
gratie pstaretur / quando mebra corporis voluntati repugnare
nesciebant / Qua gratia remota ut pena reciproca
inobedientia plecteretur / extitit in motu corporis quedam
impudens nouitas / unde esset indecens nuditas
et fecit attentos redditque confusos / hec est quod pos
tea / quam mandatum dei aperta transgressione
violarunt / scriptum est de illis / Et aperti
sunt oculi amborum / et agnouerunt quia
nudi erant / et consuerunt folia fici
et fecerunt sibi campestria / Aperti sunt
(amborum) inquit oculi / no ad videndum / nam
antea videbant / sed ad discernendum
inter bonum quod amiserant et malum
in quod ceciderant / Vnde et ipsum lignum / eo quod inde fe
cit dinoscentiam / accepit ut appellaretur lignum
sciendi boni et mali / Experta enim morbi molestia
euidentior fit etiam iocunditas sanitatis / Cognoue
runt ergo quia nudi erant / nudati scilicet ea gratia / qua fiebat
ut nuditas corporis / nulla eos lege peccati menti eorum
repugnante / confunderet / Hoc itaque cognouerunt / quod fe
licius ignoraret / si deo credentes / et obedientes
no committerent / quod eos cogeret experiri / infidelitas et
inobedientia / quid noceret / proinde confusi inobedientia
carnis sue / tamquam teste pena inobedientie sue
consuerunt folia fici / et fecerunt sibi campestria /
id est succinctoria genitalium / nam ut quidam interpretes
posuerunt / porro autem campestria latinum quidem
verbum est / sed ex eo dictum quod iuuenes qui succinctoria nu
di exercebant in campo pudenda operiebant / Vnde
qui ita succincti sunt / campestratos vulgus
appellat / Quod autem aduersus eam natam culpa
inobedientie voluntatem / libido inobediens moue
bat verecundiam / pudenter tegebat / ex hoc omnes
gentes / quoniam ab illa stirpe procreati sunt / usque a
deo tenent insitum / pudenda velare / ut quidam
barbari illas corporis partes nec in balneis nudas
habeant / sed cum earum tegumentis lauent / per opacas
quoque indie solitudines / cum quidam nudi
philosophantur / unde gignosophiste / adhi
bent tamen genitalibus tegimina / quibus per cetera
membrorum carent De nuditate primorum hominum quod
post peccatum turpem pudendamque viderent XVII

Opus vero quod libidine tali peragitur
non solum in quibusque stu
pris / ubi latebre ad subterfugienda hu
mana iudicia requiruntur / verum etiam
in usu scortorum / quam terrena ciuitas
licitam turpitudinem fecit / quamuis
id agitur / quod eius ciuitatis nulla
lex vindicat / deuitat tamen publicum
etiam permissa atque inpunita libi
do conspectum / et verecundia natu
rali habent prouisum lupana
ria ipsa secretum / facilius que potuit inpudici
tia non habere vincula prohibitionis / quam inpuden
tia remouere latibula illius feditatis / Sed hanc
etiam ipsi turpes turpitudinem vocant / cuius licet
sint amatores / ostentatores esse non audent /
Quid concubitus coniugalis / qui secundum matrimonio
rum prescripta tabularum / procreandorum fit causa li
berorum / nonne et ipse quamquam sit licitus et honestus
remotum ab arbitris cubile conquirit / Nonne
omnes famulos / atque ipsos etiam paranymphos / et
quoscumque ingredi qualibet necessitudo permise
rit / ante mittit foras / quam vel blandiri coniunx co
niugi incipiat / Et quoniam sicut ait / et quidam ro
mani maximus auctor eloquii / omnia recte fac
ta in luce se collocari volunt / idem se appetunt sci
ri / Hoc recte factum sic appetit sciri / ut tamen erube
scat videri / Quis enim nescit / ut filii procreentur /
quid inter se coniuges agant / quando quidem ut id a
gatur tanta celebritate ducuntur uxores / et tamen
cum agitur / ut filii nascantur / nec ipsi filii / si qui inde
iam nati sunt / testes fieri permittuntur / Sic enim hoc
recte factum ad sui notitiam lucere appetit / animorum
ut tamen refugiat oculorum / Vnde hoc nisi quia sic
geritur / quod deceat ex natura / ut etiam quod pudeat
comitetur ex pena De pudore concubitus
non solum vulgari sed etiam coniugali c xviii

Hinc est / quod et illi philosophi / qui veritati propi
us accesserunt / iram atque libidinem
vitiosas animi partes esse confessi sunt / eo quod tur
piter atque inordinate mouerentur ad
ea etiam / que sapientia perpetrari ve
tat / ac per hoc opus habere moderatrice
mentem atque rationem / quam partem a
nimi / tertiam velut in arce qua
dam / ad istas regendas perhibent
collocatam / ut illa imperante / istis seruientibus
possit in homine iustitia / ex omni animi parte seruari / Ne igitur
partes / quas in homine sapiente / ac temperante fa
tentur esse vitiosas / ut eas ab his rebus / ad quas
iniuste mouentur mens / conpescendo et cohibendo re
frenet ac reuocet / atque ad ea permittat / que sapientie lege
concessa sunt / sicut iram ad exercendam iustam cohercionem /
sicut libidinem ad propagande prolis
officium / Hec inquam partes in para
diso ante peccatum vitiose non e
rant / Non enim contra rectam volun
tatem / ad aliquid mouebantur
Vnde necesse est eas regentibus tamquam
frenis regentibus abstinere / Nam
quod nunc ita mouentur / et ab eis qui temperanter et iu
ste et pie viuunt / alias facilius / alias difficilius
tamen cohibendo et repugnando modificantur / non est
utique sanitas ex natura / sed languor ex culpa

Marginal notes:
Quid sit ligni vetitum et quid sit dum cum postre et de pudendis membris etc.
Quod primi parentes ceci non erant creati ut vulgus opinabatur cum ad dam omnibus quod vidit nomina inponeret
Et ad vestendum quod vetitum tangere excare nomen
Quod ratio dicitur eo moderatrix et refrenatrix ire libidinis et aliorum vitiorum
De pudore et verecundia gimnosophistarum parami / nymphorum et aliorum rectam

Cum autem irae opera aliarumque affectionum in quibusque dictis atque factis non sic abscondit verecundia ut opera libidinis que fiunt genitalibus membris, quid cause est nisi quia in ceteris membra corporis non ipse affectiones sed cum eis consenserit voluntas movet, que in usu eorum omnino dominatur? Nam quisquis verbum emittit iratus vel etiam quemquam percutit non posset hoc facere nisi lingua et manus iubente quodammodo voluntate moverentur. Que membra etiam cum ira nulla est moventur eadem voluntate. At vero genitales corporis partes ita libido suo iuri quodammodo mancipavit ut moveri non valeant si ipsa defuerit et nisi ipsa vel ultro vel excitata surrexerit. Hoc est quod pudet, hoc est quod intuentium oculos erubescendo devitat, magisque fert homo spectantium multitudinem quando iniuste irascitur homini quam vel unius aspectum etiam quando iuste miscetur uxori.

Quod partes irae atque libidinis tam vitiose moventur ut eas necesse sit frenis sapientiae que in illa ante peccatum naturae sanitate non fuerunt. XIX c.

cohiberi

Hec illi canini philosophi, hoc est cynici, non viderunt, proferentes contra humanam verecundiam quid aliud quam caninam, hoc est inmundam impudentemque sententiam, ut scilicet quoniam iustum est quod fit in uxore palam non pudeat id agere nec in vico aut platea qualibet coniugalem concubitum devitare. Vicit tamen pudor naturalis opinionem huius erroris. Nam et si perhibent hoc aliquando gloriabundum fecisse Dyogenem, ita putantem sectam suam nobiliorem futuram si in hominum memoria insignior eius impudentia figeretur, postea tamen a cynicis fieri cessatum est, plusque valuit pudor ut erubescerent homines hominibus quam error ut homines canibus similes esse affectarent. Unde et illum vel illos qui hoc fecisse referuntur potius arbitror concumbentium motus dedisse oculis hominum nescientium quid sub pallio gereretur quam humano premente conspectu potuisse illam peragi voluptatem. Ibi enim philosophi non erubescebant videri se velle concumbere ubi libido ipsa erubesceret surgere. Et nunc videmus adhuc esse philosophos cynicos. Hi enim sunt qui non solum amiciuntur pallio verum etiam clavam ferunt. Nemo tamen eorum audet hoc facere. Quod si aliqui essent, ut non dicam ictibus lapidantium, certe conspuentium salivis obruerentur. Pudet igitur huius libidinis humanam sine ulla dubitatione naturam, et merito pudet. In eius quippe inobedientia, que genitalia corporis membra solis suis motibus subdidit et potestatem voluntatis eripuit, satis ostenditur quid sit hominis illius prime retributum inobedientie; quod in ea parte maxime oportuit apparere qua generatur ipsa natura, que illo primo et magno in deterius est

ausi

Quod licet iniuste irasci sit vicium, maior tamen pudor quam iuste misceri uxori in publico, quod est contra cynicos.

De Dyogene et de cynicis philosophis qui non erubescunt in publico ut quodammodo res caninos exercere.

140

mutata peccato, a cuius nexu nullus eruitur nisi id quod cum omnes in uno essent in communem perniciem perpetratum est et Dei vindicatum iustitia Dei gratia in singulis expietur.

De vanissima turpitudine cynicorum. XX. capitulum.

Absit itaque ut credamus illos coniuges in paradiso constitutos per hanc libidinem, de qua erubescendo eadem membra texerunt, impleturos fuisse quod in sua benedictione Deus dixit: Crescite et multiplicamini et replete terram. Post peccatum quippe orta est hec libido. Post peccatum eam natura non impudens, amissa potestate cui corpus ex omni parte serviebat, sensit, attendit, erubuit, operuit. Illa vero benedictio nuptiarum, ut coniugati crescerent et multiplicarentur et implerent terram, quamvis et in delinquentibus mansit, tamen antequam delinquerent data est, ut cognosceretur procreationem filiorum ad gloriam conubii non ad penam pertinere peccati. Sed nunc homines, profecto illius que in paradiso fuit felicitatis ignari, nisi per hoc quod experti sunt, id est per libidinem de qua videmus etiam ipsam honestatem erubescere nuptiarum, non potuisse gigni filios opinantur. Alii scripturas divinas, ubi legitur post peccatum puduisse nuditatis et pudenda esse contecta, prorsus non accipientes sed infideliter irridentes. Alii vero quamvis eas accipiant et honorent, illud tamen quod dictum est: Crescite et multiplicamini, non secundum carnalem fecunditatem volunt intelligi, quia et secundum animam tale aliquid dictum: Multiplicabis me in anima mea in virtute; ut quod in Genesi sequitur: Et implete terram et dominamini eius, terram intelligant carnem, quam presentia sua implet anima eiusque maxime dominatur cum in virtute multiplicatur. Carnales autem fetus sine libidine, que post peccatum exorta, inspecta, confusa, velata est, nec tunc potuisse nasci sicut nunc nec in paradiso futuros sed foris, sicut et factum est. Nam postea quam inde dimissi sunt ad gignendos filios coierunt eosque genuerunt.

legitur

Quod libido post peccatum orta est et de illis qui divinam scripturam infideliter solent irridere.

fuisse

De benedictione multiplicande fecunditatis ante peccatum, quam prevaricatio non ademit et cui libidinis morbus accessit. XXI capitulum.

Nos autem nullomodo dubitamus secundum benedictionem Dei crescere et multiplicari et implere terram donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit creando masculum et feminam, qui sexus utique evidens in carne est. Huic quippe operi Dei etiam benedictio ipsa subiuncta est. Nam cum scriptura dixisset: Masculum et feminam fecit eos, continuo subdidit: Et benedixit eis Deus dicens: Crescite et multiplicamini et replete terram et dominamini eius etc. Que omnia quamquam non inconvenienter possint etiam ad intellectum spiritalem referri, masculum tamen et feminam non sic simile aliquid et in homine uno intelligi potest, quia videlicet in eo aliud est regit aliud quod regitur. Sed sicut evidentissime apparet, diversi sexus corporibus

Quod sit intelligendum masculum et feminam fecit eos et benedixit eos crescite et multiplicamini.

masculum et feminam ita creatos ut prolem generando crescerent et multiplicarentur et implerent [terram]. Magne absurditatis est reluctari. neque enim de spiritu qui imperat et carne que obtemperat aut de animo rationali [qui regit et irrationali] que regitur aut de virtute contemplativa que excellit et de activa que subditur aut de intellectu mentis et sensu corporis sed aperte de vinculo coniugali quo invicem sibi utique sexus obstringitur dictum est. dominus interrogatus utrum liceret quacumque causa dimittere uxorem quoniam propter duritiam cordis israhelitarum Moyses dari permisit libellum repudii, respondit atque ait. Non legistis quia qui fecit ab initio masculum et feminam fecit eos et dixit propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adherebit uxori sue et erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo sed una caro. Quod ergo deus coniunxit homo non separet. Certum est igitur masculum et feminam ita primitus institutos ut nunc homines duos diversi sexus videmus et novimus. Unum autem dici vel propter coniunctionem vel originem femine que de masculi latere creata est. Nam et apostolus per hoc primum quod deo instituente precessit exemplum singulos quosque admonet ut viri uxores suas diligant.

De libello repudii quod Moyses dabat Israhelitis propter duritiam cordis

De copula coniugali ad primitus instituta atque benedicta c. xxv

Quisquis autem dicit non fuisse coituros nec generaturos nisi peccassent, quid dicit nisi propter peccatum hominis numerum fuisse sanctorum necessarium? Si enim non peccando soli remanerent, quia sicut putant nisi peccassent generare non possent, profecto ut non soli duo iusti homines possent esse sed multi necessarium fuit peccatum. Quod si credere absurdum est, illud potius est credendum quod sanctorum numerus quantus complende illi sufficit beatissime civitati tantus existeret etsi nemo peccasset, quantus nunc per dei gratiam de multitudine colligitur peccatorum quousque filii seculi huius generant et generantur. Et ideo ille nuptie digne felicitate paradisi si peccatum non fuisset. [Ille nuptie digne felicitate paradisi si peccatum non fuisset] et diligendam prolem generarent et pudendam libidinem non haberent. Sed quo id fieri posset modo nunc non est quo demonstretur exemplo. Nec ideo tamen incredibile debet videri etiam illud unum sine ista libidine voluntati potuisse servire cui tot membra nunc serviunt. An vero manus et pedes movemus cum volumus ad ea que his membris agenda sunt sine ullo renisu tanta facilitate quanta et in nobis et in aliis videmus maxime in artificibus quorumque operum corporalium ubi ad exercendam infirmiorem tardioremque naturam agilior accessit industria, et non credimus ad opus generationis filiorum si libido non fuisset que peccato inobedientie retributa est

Credendum est quod numerus sanctorum tantus existeret si nemo peccasset quantus nunc colligitur per dei gratiam de multitudine peccatorum

obedienter hominibus ad voluntatis nutum similiter ut cetera potuisse illa membra servire? Nonne Cicero in libris de re publica, cum de imperiorum differentia disputaret et huius rei similitudinem ex natura hominis assumeret, ut filiis dixit imperari corporis membris propter obediendi facilitatem, vitiosas vero animi partes ut servos asperiore imperio coherceri. Et utique ordine naturali animus anteponitur corpori [Et tamen ipse animus imperat corpori] facilius quam sibi. Verumtamen hec libido de qua nunc disserimus eo magis erubescenda extitit quod animus in ea nec sibi efficaciter imperat ut omnino non libeat nec omni modo corpori ut pudenda membra voluntas potius quam libido commoveat, quod si ita esset pudenda non essent. Nunc vero pudet animum resisti sibi a corpore quod ei natura inferiore subiectum est. In aliis quippe affectionibus cum sibi resistit ideo minus pudet quia cum a se ipso vincitur ipse se vincit, et si inordinate atque vitiose quia ex his partibus que rationi subici debent, tamen a partibus suis ac per hoc ut dictum est a se ipso vincitur. Nam cum ordinate se animus vincit ut irrationabiles motus eius menti rationique subdantur, si tamen et illa subdita est deo, laudis atque virtutis est. Minus tamen pudet cum sibi animus ex vitiosis suis partibus non obtemperat, quam cum ei corpus quod alterum ab illo est atque infra illum est et cuius sine illo natura non vivit volenti iubentique non cedit. Sed cum alia membra retinentur imperio voluntatis sine quibus illa que contra voluntatem libidine concitantur id quod appetunt implere non possunt, pudicitia custoditur non amissa sed non permissa delectatione peccati. Hunc renisum, hanc repugnantiam, hanc voluntatem et libidinis rixam vel certe ad voluntatis sufficientiam libidinis indigentiam procul dubio nisi culpabilis inobedientia penali inobedientia plecteretur, in paradiso nuptie non haberent, sed voluntati membra ut cetera ita cuncta servirent. Ita genitale arvum vas in hoc opus creatum seminaret ut nunc terram manus, et quod modo de hac re nobis volentibus diligentius disputare verecundia resistit et compellit veniam honore prefato a pudicis auribus poscere, cur id fieret nulla causa esset, sed in omnia que de huiusmodi membris sentienti cogitanti attingerent sine ullo timore obscenitatis liber sermo ferretur, nec ipsa verba essent que vocarentur obscena, sed quicquid inde diceretur tam honestum [esset] quam de aliis cum loquimur corporis partibus. Quisquis ergo ad has litteras impudicus accedit culpam refugiat non naturam, facta denotet sue turpitudinis non verba nostre necessitatis, in quibus mihi facillime pudicus et religiosus lector aut auditor ignoscit donec infidelitatem refellam non de fide rerum inexpertarum sed de sensu expertarum argumentantem. Legit enim hec sine offensione qui non exhorret apostolum horrenda feminarum flagitia reprehendentem

Quid dicat Tullius in libris de re publica

lector non abhorreat legere sacras litteras de hac materia

quod inmutaverunt naturalem usum qui est contra naturam, propterea quia nos non dampnabilem obscenitatem, sicut ille commemorando atque reprehendendo, sed in explicandis quantum possumus humane generationis affectibus, sicut ille obscena vitamus. An etiam in paradiso generandum fuisset, si nemo peccasset. xxiii ca.

Seminaret igitur prolem vir, susciperet femina, genitalibus membris, quando id opus esset et quantum opus esset, voluntate motis, non libidine concitatis. Neque enim ea sola membra movemus ad nutum que compactis articulata sunt ossibus, sicut manus et pedes et digitos, verum etiam illa que mollibus remissa sunt nervis, cum volumus movemus agitando, et porrigendo producimus, et torquendo flectimus, et constringendo duramus, sicut ea sunt que in ore ac facie, quantum potest, voluntas movet. Pulmones denique ipsi omnium nisi medullarum mollissimi viscerum et ob hoc antro pectoris communiti ad spiritum ducendum atque emittendum vocemque emittendam seu modificandam, sicut folles fabrorum vel organorum, flantis respirantis loquentis clamantis cantantis serviunt voluntati. Omitto quod animalibus quibusdam naturaliter inditum est, ut tegmine quo corpus omne vestitur, si quid in quocumque loco eius senserint abigendum, ibi moveant ubi sentiunt, nec solum insidentes muscas, verum etiam herentes hastas cutis tremore discutiant. Numquid quia id non potest homo, potuit obedientiam etiam inferiorum habere membrorum quam sua inobedientia perdidit? Neque enim deo difficile fuit sic illum condere, ut in eius carne etiam illud non nisi eius voluntate moveretur. Nam et hominum quorundam naturas novimus multum ceteris dispares et ipsa raritate mirabiles, nonnulla ut volunt de corpore facientes, que alii nullo modo possunt et audita vix credunt. Sunt enim qui et aures moveant, vel singulas vel ambas simul. Sunt qui totam cesariem capite immoto, quantum capilli occupant, deponunt ad frontem revocantque cum volunt. Sunt qui eorum que devoraverint incredibiliter plurima et varia paululum precordiis contrectatis tamquam de sacculo quod placuerit integerrimum proferunt. Et quidam voces avium pecorumque et aliorum quorumlibet hominum sic imitantur atque exprimunt, ut nisi videantur discerni omnino non possint. Nonnulli ab imo sine pudore ita numerosos pro arbitrio sonitus edunt, ut ex illa etiam parte cantare videantur. Ipse sum expertus sudare hominem cum vellet. Notum est quosdam flere cum volunt atque ubertim lacrimas fundere. Iam illud multo est incredibilius, quod plerique fratres memoria recentissima experti sunt. Presbyter fuit quidam Restitutus nomine in parrochia Calamensis ecclesie, qui quando ei placebat (rogabatur autem ut hoc faceret ab eis qui rem mirabilem coram scire cupiebant) ad imitatas quasi lamentantis cuiuslibet hominis voces ita se auferebat a sensibus et iacebat simillimus mortuo, ut non solum vellicantes atque pungentes minime sentiret, sed aliquando etiam igne ureretur admoto sine ullo doloris sensu nisi postmodum ex vulnere. Non autem obnitendo sed non sentiendo non movere corpus eo probabatur, quod tamquam in defuncto nullus inveniebatur anhelitus. Hominum tamen voces, si clarius loquerentur, tamquam de longinquo se audisse postea referebat. Cum itaque corpus etiam nunc quibusdam licet in carne corruptibili erumnosam vitam ducentibus ita plerisque motionibus et affectionibus ultra usitatum nature modum mirabiliter serviat, que causa est ut non credamus ante inobedientie peccatum corruptionisque supplicium ad propagandam prolem sine ulla libidine servire voluntati humane humana membra potuisse? Donatus est itaque homo sibi, quia deseruit deum placendo sibi, et non obediens deo non potuit obedire nec sibi. Hinc evidentior miseria, qua homo non vivit ut vult. Nam si sicut vellet viveret, beatum se putaret; sed nec sic tamen esset, si turpiter viveret. Verum continentium libidinis pugnatura fuisset [illegible] xxiiij capitulum

Quamquam si diligentius attendamus, nisi beatus non vivit ut vult, et nullus beatus nisi iustus. Sed etiam ipse iustus non vivit ut vult, si eo pervenerit ubi mori falli offendi omnino non possit, eique sit certum ita semper futurum. Hoc enim natura expetit, nec plene atque perfecte beata erit, nisi adepta quod expetit. Nunc vero quis hominum potest ut vult vivere, quando ipsum vivere non est in potestate? Vivere enim vult, mori cogitur. Quomodo igitur vivit ut vult, qui non vivit quamdiu vult? Quod si mori voluerit, quomodo potest ut vult vivere qui non vult vivere? Et si ideo mori velit, non quo nolit vivere, sed ut post mortem melius vivat, nondum ergo ut vult vivit, sed cum ad id quod vult moriendo pervenerit. Verum ecce vivat ut vult, quoniam sibi extorsit sibique imperavit non velle quod non potest, atque hoc velle quod potest, sicut ait Terentius: Quoniam non potest id fieri quod vis, id velis quod possis; num ideo beatus est quia patienter miser est? Beata quippe vita si non amatur, non habetur. Porro si amatur et habetur, ceteris omnibus rebus excellentius necesse est ametur, quoniam propter hanc amandum est quidquid aliud amatur. Porro si tantum amatur quantum amari digna est (non enim beatus est a quo ipsa vita beata non amatur ut digna est), fieri non potest ut eam qui sic amat non eternam velit. Tunc igitur beata erit, quando eterna erit. Quod si omnes homines et nullo inobediencie in paradiso permanentes, ita genitalibus membris fuissent usui ad generationem prolis sicut ceteris ad arbitrium voluntatis. xxv.

Vivebat itaque homo in paradiso sicut volebat, quamdiu hoc volebat quod deus iusserat. Vivebat fruens deo, ex quo bono erat bonus. Vivebat

Ideo creator quibus voluit animantibus donare non potuit? Si ergo et ipse homo

Solere

Res mira de quodam presbitero

ducentibus

Demencia homini propter peccatum et quod nemo est beatus nisi iustus

sine ulla egestate, sicut semper vivere habens in potestate. Cibus aderat ne esuriret, potus ne sitiret, lignum vite ne illum senectus dissolveret. Nichil corruptionis in corpore vel ex corpore ullas molestias ullis eius sensibus ingerebat. Nullus intrinsecus morbus, nullus ictus metuebatur extrinsecus. Summa in carne sanitas, in anima tota tranquillitas. Sicut in paradiso nullus estus aut frigus, ita in eius habitatore nulla ex cupiditate vel timore accidebat bone voluntatis offensio. Nichil omnino triste, nichil erat inaniter letum. Gaudium verum quippe perpetuabatur ex deo, in quem flagrabat caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, atque inter se coniugum fida ex honesto amore societas, concors mentis corporisque vigilia et mandati sine labore custodia. Non lassitudo fatigabat ociosum, non sompnus premebat invitum. In tanta facilitate rerum et felicitate hominum absit ut suspicemur non potuisse prolem seri sine libidinis morbo, sed eo voluntatis nutu moveri membra illa quo cetera, et sine ardoris illecebroso stimulo cum tranquillitate animi et corporis nulla corruptione integritatis infunderetur gremio maritus uxoris. Neque enim quia experientia probari non potest, ideo credendum non est, quando illas corporis partes non ageret turbidus calor, sed spontanea potestas, sicut opus esset, adhiberet, ita tunc potuisse utero coniugis salva integritate feminei genitalis virile semen immitti, sicut nunc potest eadem integritate salva ex utero virginis fluxus menstrui cruoris emitti. Eadem quippe via posset illud inici, qua potest hoc eici. Ut enim ad pariendum non doloris gemitus, sed maturitatis impulsus feminea viscera relaxaret, sic ad fetandum et concipiendum non libidinis appetitus, sed voluntarius usus naturam utramque coniungeret. De rebus enim loquimur nunc pudendis, et ideo, quamvis, antequam earum puderet, quales esse potuissent coniciamus ut possumus, tamen necesse est ut nostra disputatio magis frenetur ea que nos revocat verecundia, quam eloquentia, que nobis parum suppetit, adiuvetur. Nam cum id quod dico nec ipsi experti fuerint qui experiri potuerunt, quoniam preoccupante peccato exilium de paradiso ante meruerunt, quam sibi in opere serende propaginis tranquillo arbitrio convenirent, quomodo nunc, cum ista commemorantur, sensibus occurrit humanis nisi experientia libidinis turbide, non coniectura placide voluntatis? Hinc est quod impedit loquentem pudor, etsi non deficiat ratio cogitantem. Verumtamen omnipotenti deo, summo ac summe bono creatori omnium naturarum, voluntatum autem bonarum adiutori et remuneratori, malarum autem relictori et dampnatori, utrarumque ordinatori, non defuit utique consilium, quo certum numerum civium in sua sapientia predestinatum etiam ex dampnato genere humano sue civitatis impleret, non eos iam meritis, quandoquidem universa massa tamquam in viciata radice dampnata est, sed gratia discernens et liberatis non solum de ipsis, verum etiam de non liberatis, quid eis largiatur ostendens. Non enim debita, sed gratuita bonitate tunc se quisque agnoscit esse erutum malis, cum ab eorum hominum consortio fit immunis, cum quibus illi iusta esset pena communis. Cur ergo non crearet deus quos peccaturos esse prescivit, quandoquidem in eis et ex eis et quid eorum culpa mereretur et quid sua gratia donaretur posset ostendere, nec sub illo creatore ac dispositore perversa inordinatio delinquentium rectum perverteret ordinem rerum? De vera beatitudine quam temporalis vita non continet xxvi capitulum

Quod homines sine libidine filios procreassent si in paradiso non peccasset

Homines propter peccatum ante exilium promeruerunt quam in opere serende propaginis convenirent

Quare creavit deus quos peccaturos esse prescivit

PRoinde peccatores et angeli et homines nichil agunt quo impediantur magna opera domini, exquisita in omnes voluntates eius, quoniam qui providenter atque omnipotenter sua cuique distribuit, non solum bonis, verum etiam malis bene uti novit. Ac per hoc propter meritum prime male voluntatis ita dampnato atque obdurato angelo malo, ut iam bonam voluntatem ultra non haberet, bene utens deus cur non permitteret ut ab illo primus homo, qui rectus, hoc est bone voluntatis, creatus fuerat, temptaretur? Quandoquidem sic erat institutus, ut si de adiutorio dei fideret bonus homo, malum angelum vinceret; si autem creatorem atque adiutorem deum superbe sibi placendo desereret, vinceretur; meritum bonum habens in adiuta divinitus voluntate recta, malum vero in deserendo deum voluntate perversa. Quia et ipsum fidere de adiutorio dei non quidem esse posset sine adiutorio dei, nec tamen ideo ab his divine gratie beneficiis sibi placendo recedere non habebat in potestate. Nam sicut in hac carne vivere sine adiumentis alimentorum in potestate non est, non autem in ea vivere in potestate est, quod faciunt qui se ipsos necant, ita bene vivere sine adiutorio dei etiam in paradiso non erat in potestate; erat autem in potestate male vivere, sed beatitudine non permansura et pena iustissima secutura. Cum igitur huius futuri casus humani deus non esset ignarus, cur eum non sineret invidi angeli malignitate temptari? Nullo modo quidem quod vinceretur incertus, sed nichilominus prescius quod ab eius semine adiuto sua gratia idem ipse dyabolus fuerat sanctorum gloria maiore vincendus. Ita factum est, ut nec deum aliquid futurorum lateret, nec presciendo quemquam peccare compelleret, et quid interesset inter propriam cuiusque presumptionem et suam tuitionem, angelice et humane rationali creature consequenti experientia demonstraret. Quis enim audeat credere aut dicere, ut neque angelus neque homo caderet, in dei potestate non fuisse? Sed hoc eorum potestati maluit non auferre, atque ita et quantum mali eorum superbia et quantum boni sua gratia valeret ostendere.

Quod peccata et casus et peccatis angelis et hominibus voluntate eadem dei providentiam non impediat

Quod felicitas in paradiso vivencium sine erubescendo appetitu generandi officium credenda sit implere. XXVIII.

Fecerunt itaque civitates duas amores duo, terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum dei, celestem vero amor dei usque ad contemptum sui. Denique illa in se ipsa, hec in domino gloriatur. Illa enim querit ab hominibus gloriam; huic autem deus conscientie testis maxima est gloria. Illa in gloria sua exaltat caput suum; hec dicit deo suo: Gloria mea et exaltans caput meum. Illi in principibus eius vel in nationibus quas subiugat dominandi libido dominatur; in hac serviunt invicem in caritate, et preposit consulendo, et subditi obtemperando. Illa in suis potentibus diligit virtutem suam; hec dicit deo suo: Diligam te domine virtus mea. Ideoque in illa sapientes eius secundum hominem viventes aut corporis aut animi sui bona aut utriusque sectati sunt, aut qui potuerunt cognoscere deum non ut deum glorificaverunt vel gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum; dicentes enim se esse sapientes, id est dominante sibi superbia in sua sapientia sese extollentes, stulti facti sunt, et inmutaverunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis, et volucrum et quadrupedum et serpentium. Ad huiusmodi enim simulachra adoranda vel duces populorum vel sectatores fuerunt, et coluerunt atque servierunt creature potius quam creatori, qui est benedictus in secula. In hac autem nulla est hominis sapientia nisi pietas, qua recte colitur verus deus, id expectans premium in societate sanctorum, non solum hominum verum etiam angelorum, ut sit deus omnia in omnibus. amen

Duo amores scilicet amor sui et contemptus sui duas fecerunt civitates scilicet terrestrem et celestem

Explicit liber XIIII. Incipiunt tituli XV libri.

De duobus ordinibus generationis humane in diversos fines ab initio procurrentis. I. De filiis carnis et filiis promissionis. II. De sterilitate Sare quam dei gratia fecundavit. III. De terrene civitatis accione, seu facta cuius inpietati ratione urbis conditor germanum cede fuderit. IIII. De languoribus quos ex pena peccati etiam cives civitatis dei in huius vite peregrinatione paciuntur et a quibus deo medente sanantur. V. De causa et pertinacia sceleris Cayn, quem a facinore concepto nec dei sermo revocavit. VI. Que racio fuit ut Cayn inter principia generis humani conderet civitatem. VII. De longa vita hominum que fuit ante diluvium et de ampliorum humanorum corporum forma. VIII. De distancia que inter hebreos et nostros codices videtur annorum numero dissonare. VIIII. De annis Matusale, cuius etas XIIII annis videtur diluvium excedere. X. De opinione eorum qui primorum temporum homines tam longevos quam inscribitur fuisse non credunt. XI. An in dinumeratione annorum hebreorum magis quam LXX interpretum sit sequenda auctoritas. XII. De parilitate annorum, qui isdem quibus nunc spaciis et in prioribus seculis currerunt. XIII. An credibile sit primi seculi viros usque ad eam etatem qua filios generasse referuntur a continuitate continuisse. XIIII. De fine coniugiorum, quod dissimile a subsequentibus matrimoniis habuerunt connubia. XV. De duobus ex uno genitore procreatis duorum patribus atque principibus. XVI. Quid significatum sit in Abel et Seth et Enos, quod appareat ad Christum et ad corpus eius id est ecclesiam pertinere. XVII. De significatione que in Enoch translacione monstratur. XVIII. De eo quod Cayn successio in octava ab Adam generatione clauditur, et in posteris et ab eodem patre Adam Noe decimus invenitur. XVIIII. Qua ratione commemorato Enoch qui fuit filius Cayn, totius generationis eius usque ad diluvium sit continuata narratio. XX. Commemorato autem Enos, qui fuit filius Seth, ad conditionis humane principium sit reditum. XXI. De lapsu filiorum dei alienigenarum mulierum amore captorum. XXII. Unde et omnes exceptis octo hominibus diluvio perire meruerunt. XXIII. An credendum sit angelos substancie spiritualis amore speciosarum mulierum captos earundem iniisse coniugia ex quibus gygantes sunt creati. XXIIII. Quomodo intelligendum sit quod eos qui diluvio perdendi erant dixit, erunt dies eorum centum viginti annorum. XXV. De ira dei, qui inmutabilem tranquillitatem nulla inflammatione perturbat. XXVI. Quod archa quam Noe iussus est facere in omnibus Christum ecclesiamque significet. XXVII. De archa atque diluvio nec illis consenciendum qui solam historiam recipiunt sine allegorica significatione, nec illis qui solas figuras defendunt repudiata historica veritate. XXVIII. De duobus ordinibus generationis humane in diversos fines ab initio procurrentis. c. I.

De felicitate paradisi vel de ipso paradiso, et de vita ibi primorum hominum eorumque peccato atque supplicio multi multa senserunt, multa dixerunt, multa litteris mandaverunt. Nos quoque secundum scripturas sanctas, vel quod in eis legimus, vel quod ex eis intelligere potuimus, earum congruentes auctoritati de hiis rebus in superioribus libris diximus. Enucleatius autem si ista querantur, multiplices atque multimodas pariunt disputationes, que pluribus intexende sint voluminibus quam hoc opus tempusque deposcat. Quod non ita largum habemus, ut in omnibus que possunt requirere ociosi (et scrupulosi) paratiores ad interrogandum, quam capaciores ad intelligendum, nos oporteat immorari. Arbitror tamen satis nos iam fecisse magnis et difficillimis questionibus de inicio vel mundi vel anime vel ipsius generis humani, quod in duo genera distribuimus, unum eorum qui secundum hominem, alterum eorum qui secundum deum vivunt; quas etiam mistice appellamus civitates duas, hoc est duas societates hominum, quarum una est que predestinata est in eternum regnare cum deo, altera eternum supplicium subire cum dyabolo. Sed iste finis est earum, de quo post loquendum est. Nunc autem quoniam de exortu earum, sive in angelis, quorum numerus ignoratur a nobis, sive

in duobus primis hominibus / satis dictum est / iam
mihi videtur / esse aggrediendus excursus / ex quo
illi duo generare ceperunt / donec homines gene
rare cessabunt / Hoc enim universum tempus sive secu
lum in quo cedunt morientes / succeduntque nascen
tes / istarum duarum civitatum de quibus disputamus
excursus est / De filiis carnis et filiis promissionis ii

Natus est itaque prior Cayn ex illis
duobus generis humani paren
tibus / pertinens ad hominum civitatem / pos
terior Abel ad civitatem dei / Sicut enim in uno homine
quod dixit apostolus experimur / quia non primum quod spirituale
est sed quod animale / postea quod spirituale / unde unus
quisque quoniam ex dampnata propagine exoritur / pri
mo sit necesse est ex Adam malus atque carnalis / quod
si in Christo renascendo profecerit / post erit bonus
et spiritualis / Sic in universo genere humano / cum pri
mum due iste ceperunt / nascendo atque moriendo pro
currere civitates / prior natus civis huius seculi / pos
terior autem isto peregrinus in seculo / et pertinens ad civi
tatem dei / gratia predestinatus / gratia electus / gratia pere
grinus deorsum / gratia civis sursum / Nam quantum
ad ipsum attinet / ex eadem massa oritur / que origina
liter est tota dampnata / sed tamquam figulus deus /
hanc enim similitudinem non impudenter / sed prudenter
introducit apostolus / Ex eadem massa fecit / aliud
vas in honorem / aliud in contumeliam / Prius autem factum
est / vas in contumeliam / post vero aliud in hono
rem / quia et in ipso uno sicut iam dixi homine / pri
us est reprobum / unde necesse est incipiamus / et ubi
non est necesse ut remaneamus / Posterius vero pro
bum / quo proficientes veniamus / et quo pervenientes
maneamus / Proinde non quidem omnis
homo malus erit / qui erat malus / Sed quanto
citius quisque mutatur in melius / hoc in se facit no
minari / quod apprehendit celerius / et posteriora rece
perit / vocabulum prius / Scriptum est itaque de Cayn
quod condiderit civitatem / Abel autem tamquam peregrinus
non condidit / Superna est enim sanctorum civitas / quamvis
hic pariat cives / in quibus peregrinatur / donec regni eius
adveniat tempus / cum congregatura est omnes in suis cor
poribus resurgentes / quando eis promissum dabitur regnum
ubi cum suo principe rege seculorum / sine ullo temporis
fine regnabunt / De sterilitate Sare quam dei gratia fecundavit iii

Umbra sane quedam civitatis
eius et ymago / prophetice significan
de potius quam presentande / servivit in terris / quo eam
in tempore demonstrari oportebat / et dicta est etiam
ipsa civitas sancta / merito significantis ymaginis / non
expressa sicut futura est veritatis / De hac ymagine
serviente et de illa quam significat libera civitate
sic apostolus ad Galatas loquitur / Dicite mihi inquit sub
lege volentes esse / legem non audistis / Scriptum est
enim quod Abraham duos filios habuit / unum de an
cilla / et unum de libera / Sed ille quidem qui de ancil
la secundum carnem natus est / qui autem de libera
per repromissionem / Que sunt in allegoria / Hec enim sunt
duo testamenta / unum quidem a monte Syna in
servitutem generans / que est Agar / Syna enim mons
est in Arabia / que coniuncta est huic / que nunc est Iherusalem
servit enim cum filiis suis / Que autem sursum est Iherusalem
libera est / que est mater nostra / Scriptum est enim / Letare
sterilis que non paris / erumpe et exclama que non par
turis / quoniam multi filii deserte / magis quam eius que habet
virum / Nos autem fratres secundum Ysaac promissionis filii
sumus / Sed sicut tunc qui secundum carnem natus fuerat
persequebatur eum qui secundum spiritum ita et nunc / Sed quid
dicit scriptura / Eice ancillam et filium eius / Non enim
heres erit filius ancille / cum filio libere / Nos autem
fratres / non sumus ancille filii / sed libere / qua libertate Christus
nos liberavit / Hec forma intelligendi de apostoli
ca auctoritate descendens / locum nobis aperit / quemad
modum scripturas duorum testamentorum / veteris et
novi / accipere debeamus / Pars enim quedam terrene
civitatis / et ymago celestis civitatis / effecta est
non se significando / sed alteram / et ideo serviens / non enim
propter se ipsam / sed propter aliam significandam est
instituta / et precedente alia significatione / et
ipsa prefigurans prefigurata est / Namque Agar ancilla Sare
eiusque filius / ymago quedam huius ymaginis fuit /
Et quoniam transiture erant umbre / luce veniente
ideo dixit libera Sara / que significat liberam
civitatem / cui rursum alio modo significande / et illa
umbra serviebat / Eice ancillam et filium eius /
non enim heres erit / filius ancille / cum filio meo Y
saac / quod ait apostolus / cum filio libere / Invenimus
ergo in terrena civitate / duas formas / unam suam
presentiam demonstrantem / alteram celesti civita
ti significande sua presentia servientem / Parit autem
cives terrene civitatis / peccato viciata natura / celestis
vero civitatis cives parit / a peccato naturam liberans gratia /
Unde illa vocantur vasa ire / ista vasa misericor
die / Significatum est hoc etiam / in duobus filiis Abra
he / quod unus de ancilla que dicebatur Agar / secundum carnem
natus est Ysmahel / Alter est autem de Sara libera / secundum
promissionem natus Ysaac / Uterque quidem de semine
Abrahe / sed illum genuit demonstrans consuetu
do naturam / illum promissio significans gratiam / Ibi
humanus usus ostenditur / hic divinum beneficium commendatur /
Sara quippe sterilis erat / et desperatione prolis sal
tim de ancilla sua concupiscens habere / quod de ipsa non
se posse cernebat / dedit eam fetandam viro / de quo
parere voluerat / nec potuerat / Exegit itaque etiam
sic debitum de marito / utens iure suo in utero alieno /
Natus est ergo Ysmahel / sicut nascuntur homines / permixtione
sexus utriusque / usitata lege nature / Ideo dictum
est secundum carnem / non quia ista beneficia dei non sunt / aut
non illa operatur deus / cuius opifex sapientia attingit sicut
scriptum est / A fine usque in finem fortiter et dispo
nit omnia suaviter / Sed ubi significandum fuerat dei do
num / quod indebitum hominibus gratis gratia largiretur /
sic oportuit dari filium / quemadmodum nature non de
bebatur excursibus / Negat enim natura iam filios tali
commixtioni maris et femine / qualis esse poterat Abra
he et Sare / in illa iam etate / etiam mulieris acce
dente sterilitate / que nec tunc parere potuit / quando non e
tas fecunditati / sed etati fecunditas defuit / Quod ergo
nature sic affecte / fructus posteritatis non debebatur / sig
nificat quod natura generis humani / peccato viciata / ac per hoc

iure dampnata, in eternum felicitatis in posterorum memoria. Recte igitur significat ysaac per promissionem natus, filios gratie, cives civitatis libere, socios pacis eterne, ubi sit non amor proprie ac privatae quodammodo voluntatis, sed communi eodemque immutabili bono gaudens, atque ex multis unum cor faciens, id est, perfecte concors obediencia caritatis. De terrene civitatis vel concertatione vel pace iiij

Terrena porro civitas, que sempiterna non erit, neque enim cum extremo supplicio dampnata fuerit, iam civitas erit, hic habet bonum suum, cuius societate letatur, qualis esse de talibus leticia rebus potest. Et quoniam non est tale bonum, ut nullas angustias faciat amatoribus suis, ideo civitas ista adversus seipsam est plerumque litigando divisa, bellando, atque pugnando, et aut mortiferas aut certe mortales victorias requirendo. Nam ex quacumque sui parte adversus alteram sui partem bellando surrexit, querit esse victrix gentium, cum sit captiva viciorum. Et si quidem cum vicerit, superbius extollitur, et mortifera. Si vero condicionem cogitans casusque communes magis affligitur (?) eis que provenire possunt adversis, quam eis que provenerunt secundis rebus inflatur, tantummodo mortalis est ista victoria. Neque enim semper dominari poterit permanendo eis, quos potuerit subiugare vincendo. Non autem recte dicuntur ea bona non esse, que concupiscit hec civitas, quando est et ipsa in suo humano genere melior. Concupiscit enim terrenam quandam pro rebus infimis pacem, ad eam namque desiderat pervenire bellando, quoniam si vicerit, et qui resistat non fuerit, pax erit, quam non habebant partes in invicem adversantes, et pro hiis rebus, quas simul habere non poterant, infelici egestate certantes. Hanc pacem requirunt laboriosa bella, hanc adipiscitur que putatur gloriosa victoria. Quando autem vincunt, qui causa iustiore pugnabant, quis dubitat gratulandam victoriam esse, et provenisse optabilem pacem? Hec bona sunt, et sine dubio dei dona sunt. Sed si neglectis melioribus, que ad supernam pertinent civitatem, ubi erit victoria eterna et summa pace secura, bona ista sic concupiscuntur, ut vel sola esse credantur, vel hiis que meliora creduntur amplius diligantur, necesse est, miseria consequatur, et que inerat augeatur. De primo terrene civitatis auctore fratricida, cuius impietati Romane urbis conditor germani cede responderit. v c.

Primus itaque fuit terrene civitatis conditor fratricida. Nam suum fratrem, civem civitatis eterne, in hac terra peregrinantem, invidencia victus occidit. Unde mirandum non est, quod tanto post in ea civitate condenda, que futura erat huius terrene civitatis de qua loquimur caput, et tam multis gentibus regnatura, huic exemplo primo, et ut greci appellant archetypo, quedam sui generis ymago respondit. Nam et illic sicut ipsum facinus quidam lucanus poeta commemoravit: Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Sic enim condita est roma, quam occisum remum a fratre romulo Romana testatur historia, nisi quod isti terrene civitatis ambo cives erant, ambo gloriam de romane rei publice institucione querebant, sed ambo eam tantam quantam si unus esset habere non poterant. Qui enim volebat dominando gloriari, minus utique dominaretur, si eius potestas vivo consorte minueretur. Ut ergo totam dominacionem haberet unus, ablatus est socius, et scelere crevit in peius, quod innocencia minus esset et melius. Hii autem fratres cayn et abel non habebant inter se similem rerum terrenarum cupiditatem, nec in hoc alter invidit alteri, quod eius fieret angustior, quo alter occidit, si ambo dominarentur. Abel quippe non amabat dominacionem in ea civitate, que condebatur a fratre, sed invidencia illa dyabolica, qua invident bonis mali, nulla alia causa, nisi quia illi boni sunt, illi mali. Nullo enim modo fit minor, accedente seu permanente consorte, possessio bonitatis, quam tanto latius, quanto concordius individua sociorum possidet caritas. Non habebit denique istam possessionem, qui eam noluerit habere communem, et tanto eam reperiet ampliorem, quanto amplius ibi potuerit amare consortem. Illud igitur quod inter remum et romulum exortum est, quemadmodum adversum seipsam terrena civitas dividatur ostendit. Quod autem inter cayn et abel, inter duas ipsas civitates dei et hominum inimicicias demonstravit. Pugnant ergo inter se mali et mali. Item pugnant inter se mali et boni. Boni vero et boni, si perfecti sunt, inter se pugnare non possunt. Proficientes autem, nondum perfecti ita possunt, ut bonus quisque ex ea parte pugnet contra alterum, qua eciam contra seipsum. Et in uno quippe homine caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. Concupiscencia ergo spiritualis contra alterius potest pugnare carnalem, vel concupiscencia carnalis contra alterius spiritualem, sicut inter se pugnant boni et mali. Vel certe ipse concupiscencie carnales inter se duorum bonorum, nondum utique perfectorum, sicut inter se pugnant mali et mali, donec eorum qui curantur ad ultimam victoriam sanitas perducatur.

De pugna malorum et malorum et bonorum bonorum et bonorum inter proficientium et nondum perfectorum

De languoribus quos ex pena peccati eciam cives civitatis dei in huius vite peregrinacione paciuntur et a quibus deo medente sanantur. vj

Languor quippe iste, id est, illa inobediencia de qua in libro xiiij disseruimus, prime inobediencie supplicium est, et ideo non natura, sed vicium est, propter quod dicitur proficientibus bonis et ex fide peregrinacione viventibus: Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis legem christi. Item alibi dicitur: Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, pacientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat. Item alio loco: Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, intendens teipsum, ne et tu tempteris. Et alibi: Sol non occidat super iracundiam vestram. Et in evangelio: Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te et ipsum solum

Ideo quippe de peccatis, in quibus nullus vivit sine peccato, offensionibus, apostolus dicit: Peccantes coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant. Propter hoc etiam de venia invicem danda multa precipit et magna cura propter tenendam pacem, sine qua nemo poterit videre Deum; ubi ille terror est, quo iubetur servus decem milium talentorum reddere debita, que illi fuerant relaxata, quoniam debitum denariorum centum conservo suo non relaxavit. Qua similitudine proposita Dominus Ihesus adiecit atque ait: Sic et vobis faciet Pater vester celestis, si non dimiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Hoc modo curantur cives civitatis Dei in hac terra peregrinantes et paci superne patrie suspirantes. Spiritus autem sanctus operatur intrinsecus, ut valeat aliquid medicina, que adhibetur extrinsecus. Alioquin etsi Deus ipse utens creatura sibi subdita in aliqua specie humana sensus alloquatur humanos, sive istos corporis sive illos, quos istis simillimos habemus in somnis, nec interiore gratia mentem regat atque agat, nichil prodest homini omnis predicatio veritatis. Facit autem hoc Deus a vasis ire discernens vasa misericordie dispensatione qua ipse novit multum occulta, sed tamen iusta. Ipso quippe adiuvante mirabilibus et latentibus modis, cum peccatum quod habitat in membris nostris, que potius iam pena peccati est, sicut apostolus precepit, non regnat in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, nec ei membra nostra velut iniquitatis arma exhibemus, convertitur ad mentem non sibi ad mala Deo regente consentientem, et eam regens tranquillius nunc habebit, postea sanitate perfecta atque immortalitate percepta homo sine ullo peccato in eterna pace regnabit.

De causa et pertinacia sceleris Cayn, quem a facinore concepto nec divinus sermo revocavit. capitulum vii

Sed hoc ipsum, sicut potuimus, exposuimus, quod locutus est Deus ad Cayn eo more, quo cum primis hominibus per creaturam subiectam velut eorum socius forma congrua loquebatur, quid ei profuit? Nonne conceptum scelus in necando fratre etiam post verbum divine admonitionis implevit? Nam cum sacrificia discrevisset amborum, in illius respiciens, huius despiciens, quod non dubitandum est potuisse cognosci signo aliquo attestante visibili, et hoc ideo fecisset Deus, quia mala erant opera huius, fratris vero eius bona: contristatus est Cayn valde et concidit facies eius. Sic enim scriptum est: Et dixit Dominus ad Cayn: Quare tristis factus es, et quare concidit facies tua? Nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti? Quiesce; ad te enim conversio eius, et tu dominaberis illius. In hac admonitione vel monitu, quem Deus protulit ad Cayn, illud quidem quod dictum est: Nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti? quia non elucet cur vel unde sit dictum, multos sensus peperit eius obscuritas, cum divinarum scripturarum quisque tractator secundum fidei regulam id conatur exponere. Recte quippe offertur sacrificium, cum offertur Deo vero, cui uni tantummodo sacrificandum est. Non autem recte dividitur, dum non discernuntur recte vel loca vel tempora vel res ipse que offeruntur, vel qui offert, vel cui offertur, vel hii quibus ad vescendum distribuitur quod oblatum est, ut divisionem hic discretionem intelligamus; sive cum offertur ubi non oportet aut quod non ibi, sed alibi oportet; sive cum offertur quod nusquam et numquam penitus debuit; sive cum electiora sibi eiusdem generis tenet homo, quam sunt ea que offert Deo; sive eius rei oblate fit particeps prophanus aut quilibet, quem fas non est fieri. In quo autem horum Deo displicuerit Cayn, facile non potest inveniri. Sed quoniam Iohannes apostolus, cum de his fratribus loqueretur: Non sicut Cayn, inquit, ex maligno erat et occidit fratrem suum. Et cuius rei gratia occidit? Quia opera illius maligna fuerunt, fratris autem eius iusta: datur intelligi propterea Deum non respexisse in munus eius, quia hoc male dividebat, dans Deo aliquid suum, sibi autem se ipsum. Quod omnes faciunt, qui non Dei, sed suam sectantes voluntatem, id est non recto, sed perverso corde viventes, offerunt tamen Deo munus, quo putant eum redimi, ut eorum non opituletur sanandis pravis cupiditatibus, sed explendis. Et hoc est terrene proprium civitatis, Deum vel deos colere, quibus adiuvantibus regnet in victoriis et pace terrena, non caritate consulendi, sed dominandi cupiditate. Boni quippe ad hoc utuntur mundo, ut fruantur Deo; mali autem contra, ut fruantur mundo, uti volunt Deo; qui tamen eum vel esse vel res humanas curare iam credunt. Sunt enim multo deteriores, qui nec hoc quidem credunt. Cognito itaque Cayn, quod super eius germani sacrificium, nec super suum respexerat Deus, utique fratrem bonum mutatus imitari, non elatus debuit emulari; sed contristatus est et concidit facies eius. Hoc peccatum maxime arguit Deus, tristitiam de alterius bonitate, et hoc fratris. Hoc quippe arguendo interrogavit dicens: Quare tristis es, et quare concidit facies tua? Quia enim fratri invidebat, Deus videbat et hoc arguebat. Nam hominibus, quibus absconditum est cor alterius, posset esse ambiguum et prorsus incertum, utrum illa tristitia malignitatem suam, qua se Deo displicuisse didicerat, an fratris doluerit bonitatem, qua Deo placuit, cum in sacrificium eius aspexit. Sed rationem Deus reddens, cur eius oblationem accipere noluit, ut sibi ipse potius merito, quam ei frater immerito displiceret, cum esset iniustus non recte dividendo, hoc est non recte vivendo, et indignus cuius approbaretur oblatio, quam esset iniustior, quod fratrem iustum gratis odisset, ostendit. Non tamen eum dimittens sine mandato sancto, iusto et bono: Quiesce, inquit; ad te enim conversio eius, et tu dominaberis illius. Numquid fratris? Absit. Cuius igitur, nisi peccati? Dixerat enim: Peccasti; tunc deinde addidit: Quiesce; ad te enim conversio eius, et tu dominaberis illius. Potest quidem ita intelligi, ad ipsum hominem esse conversionem peccati, ut nulli alii quam sibi sciat tribuere debere, quod peccat. Hec est enim salubris penitentie medicina et venie petitio non incongrua, ut, ubi ait: Ad te enim conversio eius, non subaudiatur erit, sed sit, precipientis videlicet, non predicentis modo. Tunc enim dominabitur quisque peccato, si id sibi non defendendo preposuerit, sed penitendo subiecerit; alioquin et illi serviet dominanti, si patrocinium adhibuerit

[Margin: sive cum offertur quando non oportet aut quod non tunc sed alias oportet]

[Margin: Contristatus factus]

[Margin, red: Quid sit recte offerre et recte dividere]

accidentis est, ut peccatum intelligatur concupiscentia ipsa carnalis, de qua dicit apostolus: Caro concupiscit adversus spiritum, in cuius carnis fructibus et invidiam commemorat, qua utique cayn stimulabatur et accendebatur in fratris excidium, bene subauditur erit, id est ad te enim conversio eius erit. Et tu dominaberis illius. Cum enim commota fuerit pars ipsa carnalis, quam peccatum appellat apostolus, ubi dicit: non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, quam partem animi etiam philosophi dicunt esse vitiosam, non que mentem debeat trahere, sed cui mens debeat imperare eamque ab illicitis operibus ratione cohibere. Cum ergo commota fuerit ad aliquid perperam agendum, si quiescatur et obtemperetur dicenti apostolo: Nec exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, ad mentem domita et victa convertitur, ut subdita ratio dominetur. Hoc precepit deus huic, qui facibus invidie inflammabatur in fratrem, et quem debebat imitari cupiebat auferri. Quiesce inquid, id est manus a scelere cohibe; non regnet peccatum in tuo mortali corpore ad obediendum desideriis eius, nec exhibeas membra tua iniquitatis arma peccato. Ad te enim conversio eius, dum non adiuvatur relaxando, sed quiescendo frenatur. Et tu dominaberis illius, ut cum foris non permittitur operari, sub potestate mentis regentis et bene volentis assuescat etiam intrinsecus non moveri. Dictum est tale aliquid in eodem divino libro et de muliere, quando post peccatum deo interrogante atque iudicante dampnationis sententias acceperunt, in serpente dyabolus, et in se ipsis illa et maritus. Cum enim dixisset ei: Multiplicans multiplicabo tristicias tuas et gemitum tuum, et in tristiciis paries filios, deinde addidit: et ad virum tuum conversio tua, et ipse tui dominabitur. Quod dictum est ad cayn de peccato vel de vitiosa carnis concupiscentia, hoc isto loco de peccatrice femina. Ubi intelligendum est virum ad regendam uxorem tamquam animum carni regenti similem esse oportere, propter quod dicit apostolus: Qui diligit uxorem suam se ipsum diligit. Nemo enim umquam carnem suam odio habuit. Sananda sunt enim hec sicut nostra, non sicut aliena dapnanda. Sed illud dei preceptum cayn sicut prevaricator accepit. Invalescente quippe invidie vitio fratrem insidiatus occidit. Talis erat terrene conditor civitatis. Quod autem significaverit cayn iudeos, a quibus Christus occisus pastor ovium hominum, quem pastor ovium pecorum prefigurabat abel, quia in allegoria prophetica res est, parco nunc dicere, et quedam hinc adversus faustum manicheum dixisse me recolo.

Que ratio fuit ut cayn in principio generis humani condet civitatem. ca. viij

Nunc autem defendenda mihi videtur historia, ne sit scriptura incredibilis, que dicit edificatam ab uno homine civitatem eo tempore quo plusquam viri quatuor vel potius tres, postea quam fratrem frater occidit, fuisse videntur in terra, id est primus homo pater omnium et ipse cayn et filius eius enoch, ex cuius nomine hec ipsa civitas nuncupata est. Sed hoc quos movet, parum considerant non omnes homines qui tunc

Quomodo a cayn potuit civitas edificari. De abel et de misterio Christi et de filio cayn enoch.

esse potuerunt, scriptorem sacre huius historie necesse habuisse nominare, sed eos solos quos suscepti operis ratio postulabat. Propositum quippe scriptoris illius fuit, per quem spiritus sanctus id agebat, per successiones certarum generationum ex uno homine propagatarum pervenire ad abraham, ac deinde ex eius semine ad populum dei, in quo distinctus a ceteris gentibus prefigurarentur et prenunciarentur omnia que de civitate cuius eternum est regnum et de rege eius eodemque conditore Christo in spiritu previdebantur esse ventura, ita ut nec de altera societate hominum taceretur, quam terrenam dicimus civitatem, quantum eius commemorande satis esset, ut civitas dei etiam sue adversarie comparatione clarescat. Cum igitur scriptura divina, ubi et numerum annorum quos illi homines vixerunt commemorat, ita concludat ut dicat de illo de quo loquebatur: Et genuit filios et filias, et fuerunt omnes dies illius quos vixit anni tot, et mortuus est. Numquid quia eosdem filios et filias non nominat, ideo intelligere non debemus per tam multos annos, quibus tunc in seculi huius prima etate vivebant, nasci potuisse plurimos homines, quorum cetibus condi possent etiam plurime civitates? Sed pertinuit ad deum, quo ista inspirante conscripta sunt, has duas societates suis diversis generationibus primitus digerere atque distinguere, ut seorsum hominum, id est secundum hominem viventium, seorsum autem filiorum dei, id est hominum secundum deum viventium, generationes contexerentur usque diluvium, ubi amborum societatum discretio concretioque narratur: discretio quidem quod amborum separatim generationes commemorantur, unius fratricide cayn, alterius autem qui vocabatur seth; natus quippe fuerat et ipse de adam pro illo quem frater occidit; concretio autem quia bonis in deterius declinantibus tales universi facti fuerant ut diluvio delerentur, excepto uno iusto, cuius nomen erat noe, et eius coniuge et tribus filiis totidemque nuribus, qui homines octo ex illa omnium vastatione mortalium per archam evadere meruerunt. Quod igitur scriptum est: Cognovit cayn uxorem suam, et concipiens peperit enoch, et erat edificans civitatem in nomine filii sui enoch, non est quidem consequens ut istum primum filium genuisse credatur; neque enim hoc ex eo putandum est quia dictum est cognovisse uxorem suam, quasi tunc se illi primitus concubendo miscuisset. Nam et de ipso patre omnium adam non tunc solum hoc dictum est, quando conceptus est cayn, quem primogenitum videtur habuisse, verum etiam posterius eadem scriptura: Cognovit, inquid, adam evam uxorem suam, et concepit et peperit filium, et nominavit illum seth. Unde intelligitur ita solere scripturam illam loqui, quamvis non semper cum in ea loquitur, quamvis non semper cum in ea legitur factos hominum fuisse conceptus, non tamen solum cum primum sibi sexus uterque miscetur. Nec illud necessario est argumento, ut primogenitum existimemus enoch, quod nomine eius illa civitas nuncupata est. Non enim abest ut propter aliquam causam, cum et alios haberet, diligeret eum pater ceteris amplius. Neque enim et iudas primogenitus fuit, a quo iudea cognominata est et iudei. Sed etiam si conditori civitatis illius iste filius primus est natus, non ideo

regnum

putandum est ut a patre condite civitati nomen eius imponeretur qui natus est, quia nec constitui ab uno poterat civitas, que nihil est aliud quam hominum multitudo aliquo societatis vinculo colligata; sed cum illius hominis familia tanta numerositate cresceret, ut haberet etiam populi quantitatem, tunc potuit utique fieri, ut et constitueret et nomen primogeniti sui constitute imponeret civitati. Tam longa quippe vita illorum hominum fuit, ut illic memoratorum, quorum et anni taciti non sunt, qui vixerit minimum ante diluvium ad septingentos quinquaginta tres perveniret. Nam plures nongentos annos etiam transierunt, quos nemo attigit post diluvium. Quis itaque dubitaverit per unius hominis etatem tantum multiplicari potuisse genus humanum, ut esset unde constituerentur non una sed plures civitates? Quod ex hoc conici facillime potest, quia ex uno Abraham non multo amplius quadringentis annis numerositas hebree gentis tanta procreata est, ut in exitu eiusdem populi ex Egypto sexcenta hominum milia fuisse referantur iuventutis bellice; ut omittamus gentem Ydumeorum non pertinentem ad populum Israel, quam genuit frater eius Esau, nepos Abrahe, et alias gentes natas ex semine ipsius Abrahe, non per Saram coniugem procreatas.

De longa vita hominum que fuit ante diluvium et de ampliori humanorum corporum forma capitulum ix.

Quam ob rem nullus prudens rerum existimator dubitaverit Cayn non solum aliquam, verum etiam magnam potuisse condere civitatem, quando in tam longum tempus protendebatur vita mortalium, nisi forte infidelium quispiam ex ipsa numerositate annorum nobis ingerat questionem, quam vixisse homines scriptum est in auctoribus nostris, et hoc neget esse credendum. Ita quippe non credunt et magnitudines corporum longe ampliores tunc fuisse quam nunc sunt. Unde et nobilissimus eorum poeta Virgilius de ingenti lapide, quem in agrorum limitem fixum vir fortis illorum temporum et rapuit et cucurrit et intorsit et misit: Vix illum, inquit, lecti bis sex cervice subirent, Qualia nunc hominum producit corpora tellus; significans maiora tunc corpora producere solere terram. Quanto magis igitur temporibus recentioribus mundi ante illud nobile diffamatumque diluvium? Sed de corporum magnitudine plerumque incredulos nudata per vetustatem sive per vim fluminum variosque casus sepulcra convincunt, ubi apparuerunt vel unde ceciderunt incredibilis magnitudinis ossa mortuorum. Vidi ipse non solus, sed aliquot mecum in Uticensi litore molarem hominis dentem tam ingentem, ut si in nostrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum nobis videretur facere potuisse. Sed illum gygantis alicuius fuisse crediderim. Nam preter quod erant omnium multo quam nostra maiora tunc corpora, gygantes longe ceteris anteibant; sicut aliis deinde nostrisque temporibus rari quidem, sed numquam ferme defuerunt, qui modum aliorum plurimum excederent. Plinius Secundus doctissimus homo, quanto magis magisque procurrit seculi excursus, minora corpora naturam ferre testatur; quod etiam Homerum

commemorat sepe carmine fuisse conquestum, non hec velut poetica figmenta deridens, sed in historiam fidem tamquam miraculorum naturalium scriptor assumens. Verum ut dixi antiquorum magnitudines corporum inventa plerumque ossa, quoniam diuturna sunt, etiam multo posterioribus seculis produnt. Annorum autem numerositas cuiusque hominis, que temporibus illis fuit, nullis nunc talibus documentis venire in experimentum potest. Nec ideo tamen fides sacre huius historie deroganda est, cuius tanto impudentius narrata non credimus, quanto impleri certius prenunciata conspicimus. Dicit tamen et idem Plinius esse adhuc gentem, ubi ducentos annos vivitur. Si ergo humanarum vitarum diuturnitates, quas experti non sumus, hodie habere creduntur incognita nobis loca, cur non habuisse credantur et tempora? An vero credibile est alicubi esse quod hic non est, et incredibile est aliquando fuisse quod nunc non est?

De dissonantia que inter hebreos et nostros codices videtur annorum numeri dissonare capitulum x.

Quocirca etsi inter hebreos et nostros codices de ipso numero annorum nonnulla videtur esse distantia, quod ignoro qua ratione sit factum, non tamen tanta est, ut illos homines tam longevos fuisse dissentiant. Nam ipse homo primus Adam, antequam gigneret filium qui est appellatus Seth, ducentos triginta annos vixisse reperitur in codicibus nostris, in hebreis autem centum triginta perhibetur. Sed postea quam eum genuit, septingentos vixisse legitur in nostris, in hebreis vero octingentos; atque ita in utrisque universitatis summa concordat. Ac deinde per consequentes generationes antequam gignatur qui gigni commemoratur, minus vixisse apud hebreos invenitur pater eius centum annos; sed postea quam est genitus, idem ipse centum minus quam in hebreis invenitur in nostris. Atque ita et hinc et inde numeri universitas consonat. In sexta autem generatione nusquam utrique codices discrepant. In septima vero, ubi ille qui natus est Enoch non mortuus, sed quod Deo placuerit translatus esse narratur, eadem dissonantia est, que in superioribus quinque de centum annis ante quam gigneret eum qui ibi commemoratus est filium; atque in summa similis consonantia. Vixit enim annos antequam transferretur secundum utrosque codices trecentos lxv. Octava generatio habet quidem nonnullam diversitatem, sed minorem et dissimilem ceteris. Matusalem quippe, quem genuit Enoch, antequam gigneret eum qui in ipso ordine sequitur, secundum hebreos non centum minus, sed xx amplius vixit annos; qui rursus in nostris reperiuntur additi, postea quam eum genuit, et in utrisque sibi summa universitatis occurrit. In sola nona generatione, id est in annis Lameth filii Matusalem patris autem Noe, summa universitatis discrepat, sed non plurimum. Viginti enim et quatuor annis plus vixisse in hebreis quam in nostris codicibus invenitur. Nam antequam gigneret filium, qui vocatus est Noe, sex minus habet in hebreis quam in nostris; postea vero quam eum genuit, xxx amplius in eisdem quam in nostris. Unde sex illis detractis restant xxiiij, ut dictum est.

De annis Matusalem cuius etas xiiij annos diluvium videtur excedere xi cap.

Per hanc autem discrepantiam hebreorum

L

codicum, atque inde exoritur illa famosissima questio, ubi Matusalem xiiii annos vixisse post diluvium computatur, cum scriptura ex omnibus qui in terra tunc fuerant solos viii homines in archa exitium evasisse diluvii in-

famosissima questio

commemorat

non fuit. Secundum codices enim nostros Mathusalem, prius quam genuit quem vocaverunt Lamech, vixit annos centum lxvii. Deinde ipse Lamech antequam ex illo esset Noe

quibus Matusalem pater eius non fuit. Matusalem prius quam gigneret illum Lamech, vixit annos centum octoginta octo, qui simul fiunt ccclv. His adduntur sexcenti Noe, quoto anno diluvium factum est, qui fiunt nongenti quinquaginta quinque, ex quo Matusalem natus est usque ad annum diluvii. Omnes autem anni vite Matusalem dcccclxix computantur, quia cum vixisset annos clxvii et genuisset filium qui Lamech est appellatus, post eum genitum vixit annos nongentos duos, qui omnes, ut diximus, nongenti sexaginta novem fiunt. Unde detractis nongentis quinquaginta quinque ab ortu Matusalem usque ad diluvium remanent xiiii, quibus vixisse creditur post diluvium. Propter quod eum nonnulli, etsi non in terra, ubi omnem carnem quam vivere in aquis natura non sinit constat fuisse deletam, cum patre suo, qui translatus fuerat, aliquantum fuisse atque ibi donec diluvium preteriret vixisse arbitrantur, nolentes derogare fidem codicibus quos in auctoritatem celebriorem suscepit ecclesia, et credentes Iudeorum potius quam istos non habere quod verum est. Non enim admittunt, quod magis hic esse potuerit error interpretum quam in ea lingua esse falsum, unde in nostram per Grecam scriptura ipsa translata est. Sed inquiunt non esse credibile lxx interpretes, qui simul uno tempore unoque sensu interpretati sunt, errare potuisse aut ubi nichil eorum interesset voluisse mentiri; Iudeos vero, dum nobis invident quod lex et prophete ad nos interpretando transierunt, mutasse quedam in codicibus suis, ut nostris minueretur auctoritas. Hanc opinionem vel suspicionem accipiat quisque ut putaverit. Certum est tamen non vixisse Matusalem post diluvium, sed eodem anno fuisse defunctum, si verum est quod de numero annorum in Hebreis codicibus invenitur. De illis autem lxx interpretibus quid mihi videatur, suo loco diligentius inserendum est, cum ad ipsa tempora, quantum necessitas huius operis postulat, commemorando adiuvante domino venerimus. Presenti sufficit questioni secundum utrosque codices tam longas habuisse vitas illius evi homines, ut posset etate unius, qui de duobus quos solos terra tunc habuit parentibus primus est natus, ad constituendam etiam civitatem multiplicari genus humanum.

De opinione eorum qui primorum temporum homines tam longevos quam scribitur fuisse non credunt. Ca. xii

Neque enim ullo modo audiendi sunt qui putant aliter annos illis temporibus computatos, id est tante brevitatis, ut unus annus noster decem illos habuisse credatur. Quapropter inquiunt, cum audierit quisque vel legerit nongentos annos quemque vixisse, debet intelligere nonaginta; decem quippe illi anni unus annus est noster, et decem nostri centum illi fuerunt. Ac per hoc, ut putant, viginti trium annorum fuit Adam, quando genuit Seth, xx agebat annos

et ipse Seth

et sex menses, quando ex illo natus est Enoch, quos appellat scriptura ducentos et quinque annos. Quoniam sicut isti suspicantur, quorum exponimus opinionem, unum annum, qualem nunc habemus, in decem partes illi dividebant et easdem partes annos vocabant. Quarum partium habet una quadratum senarium, eo quod sex diebus deus perfecerit opera sua, ut in septimo requiesceret, de qua re in libro decimo sicut potui disputavi. Sexies autem seni, qui numerus quadratum senarium facit, xxxvi dies sunt, qui multiplicati decies ad ccclx perveniunt, id est duodecim menses lunares. Propter quinque autem dies reliquos, quibus solaris annus impletur, et diei quadrantem, propter quem quater ducto eo anno quem bisextum vocant unus dies additur, addebant antiqui postea dies, ut occurreret numerus annorum, quos dies Romani vocant intercalares. Proinde et Enoch, quem genuit Seth, decem et novem agebat annos, quando natus est ex illo filius eius Caynan, quos annos dicit scriptura clxxx. Et deinceps per omnes generationes, in quibus hominum anni commemorantur ante diluvium, nullus fere in nostris codicibus invenitur, qui centum annorum vel infra vel etiam centum viginti aut non multo amplius genuerit filium; sed qui minima etate genuerunt, clx et quod excurrit fuisse referuntur; quia nemo, inquiunt, decem annorum homo potest gignere filios, qui numerus ab illis hominibus c appellatur anni; sed in annis xvi est iam pubertas et proli iam ydonea procreande, quos clx annos illa tempora nuncupabant. Ut autem aliter annum tunc fuisse computatum non sit incredibile, adiciunt quod apud plerosque scriptores historie reperitur, Egiptios habuisse annum quatuor mensium, Archades sex mensium, Plinius Secundus cum commemorasset relatum fuisse in litteris quendam vixisse clii annos, alios x amplius, alios ducentorum annorum habuisse vitam, alios ccc, quosdam ad d, alios ad dc, nonnullos ad octingentos etiam pervenisse, hec omnia inscitia temporum accidisse arbitratus est. Alii quippe, inquit, estate determinabant annum et alterum hieme, alii quadripertitis temporibus, sicut Archades, quibus anni trimenses fuerunt. Adiecit etiam aliquando Egiptios, quorum parvos annos quatuor mensium superius diximus, lune fine limitasse annos. Itaque apud eos, inquit, et singula milia annorum vixisse produntur. His velut probabilibus argumentis quidam non destruentes fidem sacre huius historie et astruere nitentes ne sit incredibile quod tam multos annos vixisse referuntur antiqui, persuaserunt sibi nec se suasisse impudenter existimant, tam exiguum spatium temporis tunc annum vocatum, ut illi x sint unus noster et x nostri c illorum. Hoc autem esse falsissimum documento evidentissimo ostenditur. Quod antequam faciam, non mihi tacenda videtur que credibilior possit esse suspicio. Poteramus certe hanc assertionem ex Hebreis codicibus redarguere atque convincere, ubi Adam non ducentorum xxx sed c xxx annorum fuisse reperitur, quando tertium genuit filium; qui si xiii nostri sunt, procul dubio primum quando genuit xi vel non multo amplius annorum fuit. Quis potest hac etate gignere usitata

sicut nos

reperiantur annorum hebreos septuaginta

Lavinios tredecim mensium

superstites erant

ista nobisque notissima lege natum. Sed huic omni tamen, qui fortasse etiam questionis tractatus est potius. Non enim eum tam parvum quam infantes nunc sunt fuisse credibile est. Seth filius eius non ccv, sed v fuit, quando genuit Enoch. Ac per hoc secundum istos nondum habebat xi annos etatis. Quid dicam de Caynan eius filio, qui cum apud nos clxx legitur fuisse, quando genuit Malalehel? Quis generat homo septennis, si tunc lxx nuncupantur, qui septem fuerunt? An in diminucione annorum hebreorum magis quam lxx interpretibus sit credendum

(sicut nos legimus)

(Acquis)

(Interpretacio annorum apud hebreos septenaria)

Sed cum hoc de auctoritate ... dixero, continuo refertur illud Iudeorum esse mendacium, de quo supra satis actum est. Nam lxx interpretes, laudabiliter celebratos viros, constat non potuisse mentiri. Ubi si queram quid sit credibilius, Iudeorum gentem tam longe lateque diffusam in hoc conscribendum mendacium uno consilio conspirare potuisse et, dum aliis invident auctoritatem, sibi abstulisse veritatem, an lxx homines, qui etiam ipsi Iudei erant, uno in loco positos, quoniam rex egipcius Ptolomeus eos in hoc opus asciverat, ipsam veritatem gentibus alienigenis invidisse et communicato istud fecisse consilio: quis non videat quid proclivius faciliusque credatur? Sed absit, ut prudens quispiam vel Iudeos cuiuslibet perversitatis atque malicie tantum potuisse credat in codicibus tam multis et tam longe lateque dispersis, vel lxx illos memorabiles viros hoc de invidenda gentibus veritate unum communicasse consilium. Credibilius ergo quis dixerit, cum primum de bibliotheca Ptolomei describi ista ceperunt, tunc aliquid tale potuisse fieri in codice uno, sed primitus inde descripto, unde iam latius emanaverat; ubi potuit quidem accidere etiam scriptoris error. Sed hoc in illa questione de vita Mathusalem non absurdum est suspicari, et in illo alio, ubi superantibus xxiiii annis summa convenit. In his autem, quibus non extimanda (?) apparet mendositatis similitudo, ut ante genitum filium, qui ordini inseritur, alibi supersint centum anni, alibi desint, post genitum autem ubi deerant, desint (?), ut summa conveniat, et hoc in prima, secunda, tercia, quarta, quinta, sexta (?), septima generatione inveniatur, videtur habere quandam, si dici potest, error ipse constanciam, nec casum redolet, sed industriam. Itaque illa diversitas numerorum aliter se habencium in codicibus grecis et latinis, aliter in hebreis, ubi non est ista de centum annis prius additis et postea detractis per tot generationes continua paritas, nec malicie Iudeorum nec diligencie vel prudencie lxx interpretum, sed scriptoris tribuatur errori, qui de bibliotheca supradicti regis codicem describendum primus accepit. Nam etiam nunc, ubi numeri non faciunt intentum ad aliquid quod facile possit intelligi vel quod appareat utiliter disci, et negligenter describuntur et negligencius emendantur. Quis enim sibi existimet esse discendum, quot milia hominum tribus Israel singillatim habere potuerunt? quoniam prodesse aliquid non putatur.

(Quod de lxx interpretibus dicunt)

(Superest ubi superant)

Et quotus quisque hominum est, cui profunditas utilitatis huius appareat? Hic vero, ubi per tot contextas generationes centum anni alibi assunt, alibi desunt, et post natum filium, qui commemorandus fuerat, desunt, ubi defuerunt, ut summa concordet, nimirum qui voluit persuadere, qui hoc fecit, ideo antediluvianos vixisse annos plurimos, quod eos brevissimos nuncupabat, et hoc de maturitate pubertatis, qua idonea filii gignerentur, conabatur ostendere, atque ideo in illis centum annis x nostros insinuandos putaret incredulis, ne homines tam diu vixisse recusarent credere, addidit centum ubi gignendis filiis habilem non invenit etatem, eosdemque post genitos filios, ut congrueret summa, detraxit. Sic quippe voluit credibiles facere idoneas generande proli convenientias etatum, ut tamen numero non fraudaret universas etates viventium singulorum. Quod autem id in sexta generatione non fecit, hoc ipsum est quod magis movet, id illum fecisse, cum res quam diximus postulavit, quia non fecit ubi non postulavit. Invenit namque in eadem generatione apud hebreos vixisse Iareth, antequam genuisset Enoch, clxii, qui secundum illas rationes brevium annorum fiunt anni xvi et aliquid minus quam menses duo, que iam etas apta est ad gignendum; et ideo addere c annos breves, ut nostri xxvi fierent, necesse non fuit, nec post natum Enoch eos detrahere, quos non addiderat ante natum. Sic factum est, ut nulla esset inter codices utrosque varietas. Sed rursus movet, cur in viii generatione, antequam de Mathusalem nascatur Lamech, cum apud hebreos legantur clxxxii anni, xx minus inveniuntur in codicibus nostris, ubi potius addi c solent, et post genitum Lamech ad complendam summam restituuntur, que in utrisque codicibus non discrepat. Si enim clxx annos propter pubertatis maturitatem x et vii volebat intelligi, sicut nichil addere, ita nichil detrahere iam debebat etati idonee generationi filiorum, propter quam in aliis c illos annos, ubi eam non inveniebat, addebat. Hoc autem de xx annis merito deputaremus casu mendositatis accidere potuisse, nisi eos, sicut prius, solent addi et postea detrahi, occultaretur industria, non quidem de c annis, verumtamen de quantulocumque numero prius detracto, post reddito, tale aliquid fieret. Sed quolibet istud accipiatur, sive credatur ita esse factum, sive non credatur, sive postremo ita sive non ita sit, recte fieri nullo modo dubitaverim, ut, cum diversum aliquid in utrisque codicibus invenitur, quandoquidem ad fidem rerum gestarum utrumque esse non potest verum, ei lingue potius credatur, unde est in aliam per interpretes facta translatio. Nam in quibusdam etiam codicibus grecis et uno latino et uno etiam syro inter se consentientibus inventus est Mathusalem sex annis ante diluvium fuisse defunctus.

(ubi affuerant assunt)

(detraxerat restituere postea curaret, ut summe conveniret integritas. An forte astucius factum existimandum est, ut illa qua centum annorum prius ...)

De prolixitate annorum qui isdem quibus nunc spaciis et in prioribus seculis currerent. XIIII

Nunc iam videamus, quo modo evidenter possit ostendi, non tam breves, ut illi x unus fuerit noster, sed tante prolixitatis

annos, quales nunc habemus, quos utique circuitus
conficit solis, in illorum hominum vita prolixissima
computatos. Sexcentesimo nempe anno vite Noe
scriptum est factum esse diluvium. Cur igitur aqua diluvii (ubi legitur)
facta est super terram sexcentesimo anno vite Noe, sep-
tima et vicesima die secundi mensis, si annus ille minimus,
quales x faciunt unum nostrum, xxxvi habebat di-
es? Tantillus quippe si antiquo more hoc nomen
accepit, aut non habet menses, aut mensis eius est tri-
duum, ut habeat xii menses. Quomodo igitur hic dictum est:
vi° anno, secundi mensis vii et xx die, requievit archa super
montes Ararath? Aqua autem minuebatur usque ad
xi mensem; in xi mense, prima die mensis, appa-
ruerunt capita montium. Si igitur tales menses erant,
tales profecto et anni erant, quales nunc habemus
menses; quippe ibi triduani xx et vii dies habere
non poterant. Aut si pars xxx triduani tunc appella-
bantur dies, ut omnia proportione minuantur, ergo nec toto
quadriduo nostro factum est illud tam grande dilu-
vium, quod memoratur factum xl diebus et xl noctibus.
Quis hanc absurditatem et vanitatem ferat?
Proinde amoveatur hic error, qui coniectura fal-
sa vult astruere scripturarum nostrarum fidem, ut alibi
destruat. Prorsus tantus et tunc dies fuit
quantus nunc est, quem xxiiii hore diurno circulo
nocturnoque determinant; tantus mensis quantus
et nunc est, quem luna cepta et finita concludit;
tantus annus quantus et nunc est, quem xii men-
ses lunares, additis propter cursum solarem quinque
diebus et quadrante, consummat; quanti an-
ni sexcentesimi vite Noe secundus erat mensis, eius-
que mensis vicesimus et septimus dies, quando cepit esse
diluvium, in quo dies xl continuate ingentes plu-
vie memorantur. Qui dies non binas, at paulo
(non) amplius horas habebant, sed vicesimas et
quaternas, die noctuque transactas. Ac per hoc tam
magnos annos vixerunt illi antiqui, usque am-
plius quam nongentos, quantos postea vixit Abra-
ham c lxxv, et post eum filius eius Ysaac c lx-
xx, et filius eius Iacob prope c l, et interposita ali-
quanta etate Moyses c xx, et quantos etiam nunc
vivunt homines lxx vel lxxx vel non multo amplius,
de quibus dictum est: et amplius eis labor. Illa vero
numerorum varietas, que inter codices Hebreos invenitur
et nostros, neque de hac antiquorum longevita-
te dissentit, et si quid habet ita diversum ut verum esse
utrumque non possit, rerum gestarum fides ab ea lin-
gua repetenda est, ex qua interpretatum est quod ha-
bemus. Que facultas cum volentibus ubique gen-
tium presto sit, non tamen vacat, quod lxx interpretes in pluri-
mis, que diversa dicere videntur, ex Hebreis codicibus
emendare ausus est nemo. Non enim est illa
diversitas putata mendositas, nec ego ullo modo
putandam existimo; sed ubi non est scriptoris
error, aliquid eos divino spiritu, ubi sensus consen-
taneus esset veritati et predicans veritatem, non inter-
pretantium munere, sed prophetantium libertate aliter dicere
voluisse credendum est. Unde merito non solum He-
breis verum etiam ipsis, cum adhibet testimonia de scrip-
turis, uti apostolica invenitur auctoritas. Sed hinc me

oportuno loco, si Deus adiuverit, promisi diligentius locuturum; nunc quod instat expediam.
Non enim ambigendum est ab homine, qui ex
primo homine natus est primus, quando tam diu vi-
vebant, potuisse constitui civitatem, sane terrenam,
non illam que dicitur civitas Dei, de qua ut scriberemus labo-
rem tanti huius operis in manus sumpsimus. An
credibile sit primi seculi viros usque ad eam etatem
qua filios generasse referuntur a concubitu
continuisse. xv.

Dicet ergo aliquis: Itane
credendum est hominem filios ge-
neraturum, nec habentem propositum continen-
tie, c et amplius vel secundum Hebreos non multo minus,
id est lxxx annos, a concubendi opere vacavisse, aut
si non vacaret, nichil prolis gignere potuisse? Hec
questio duobus modis solvitur. Aut enim tanto serior
fuit proportione pubertas, quanto totius vite maior
annositas, aut, quod magis video esse credibile, non
hic primogeniti filii commemorati, ad quos succes-
sionis ordo poscebat ut perveniret ad Noe, a
quo rursus ad Abraham videmus esse perventum,
ac deinde usque ad certum articulum temporis, quantum o-
portebat signari etiam generationibus commemo-
ratis cursum gloriosissime civitatis in hoc mundo
peregrinantis et superna patriam requirentis. Quod enim
negari non potest, prior omnibus Cain ex coniunctione ma-
ris et femine natus est. Neque enim illo nato dixisset
Adam quod dixisse legitur: Acquisivi hominem
per Deum, nisi illis duobus ipse fuisset homo nascendo
additus primus. Hunc secutus Abel, quem maior
frater occidit, prefigurationem quandam peregrinantis ci-
vitatis Dei, quod ab impiis et quodammodo terrigenis,
id est terrenam originem diligentibus, et terrene civita-
tis terrena felicitate gaudentibus, persecutiones
iniquas passura fuerat, primus ostendit. Sed quot
annorum erat Adam, cum eos genuit, non apparet.
Exinde digeruntur generationes alie de Cain, alie de
illo quem genuit Adam et eius successorem, quem
frater occidit. Et appellavit nomen illius Seth, di-
cens, ut scriptum est: Suscitavit enim mihi Deus se-
men aliud pro Abel, quem occidit Cain. Has duas
de quibus agit distinctis ordinibus in se invicem civi-
tates, unam celestem in terris peregrinantem, alte-
ram terrenam terrenis tamquam sola sint gaudiis inherentem
vel inhiantem, nullius de progenie Cain, dinumera-
to sit commemorato Adam, usque ad octavum genera-
tionem, quot annorum fuisset expressus est, quando
genuit, qui commemoratur post eum. Noluit enim Spiritus
Dei in terrene civitatis generationibus tempora notare
ante diluvium, sed in celestis, maluit tamquam essent me-
moria digniores. Porro autem Seth, quando natus est,
non quidem taciti sunt anni patris eius, sed iam ge-
nuerat alios; et utrum solus Cain et Abel affir-
mare quis audeat? Non enim, quia soli nomi-
nati sunt propter ordines generationum, quas commemora-
re oportebat, ideo consequens videri debet solos
fuisse tunc generatos ex Adam. Cum enim silencio co-
opertis omnium nominibus ceterorum legatur eum genuisse fi-
lios et filias, quota fuit ista proles eius, quis
presumat asserere, si culpam temeritatis evitat?

Dies mensis nisi quales nunc sunt etiam tunc erant menses. Nam quo pacto aliter vicesimo et septimo die secundi mensis diceret cepisse esse diluvium, deinde post ea in fine diluvii ita legitur: Et in mense septimo, septima et vicesima die mensis.

Potuit quippe adam divinitus admonitus dicere, postea quam seth natus est, suscitavit mihi deus semen aliud pro abel, qui implet illius sanctitatem, quia ipse prior post eum temporis ordine nasceretur. Deinde quod septimum est: Vixit autem seth v et cc annos, vel secundum hebreos v et c annos, et genuit enoch, quis posset nisi inconsideratus asseverare hunc eius primogenitum fuisse, ut admirantes merito requiramus, quomodo per tot annos immunis fuit a connubio sine ullo proposito continentie, vel non genuerit coniugatus, cum quidem et de ipso legitur: et genuit filios et filias, et fuerunt omnes dies xii et dccc anni, et mortuus est. Atque ita deinceps quorum anni commemorantur, nec filios filiasque genuisse reticentur. Ac per hoc non apparet omnino utrum qui nominatur genitus ipse fuerit primogenitus; immo vero quia credibile non est patres illos etate tam longa aut impuberes fuisse aut coniugibus caruisse vel fetibus, nec illos eorum filios primos eis natos fuisse credibile est. Sed cum sacre scriptor historie ad ortum vitamque noe, cuius tempore diluvium factum est, per successiones generationum notatis temporibus intenderet pervenire, eas utique commemoravit, non que prime suis parentibus fuerunt, sed que in propagationis ordinem venerunt. Exempli gratia, quo fiat apertius, aliquid interponam, unde nullus ambigat fieri potuisse quod dico. Evangelista matheus generationem dominice carnis per seriem parentum volens commendare memorie, ordiens a patre abraham atque ad david primitus ut perveniret intendens: Abraham, inquit, genuit ysaac; cur non dixit ismahel, quem primitus genuit? Ysaac autem, inquit, genuit iacob; cur non dixit esau, qui eius primogenitus fuit? Quia scilicet per illos ad david pervenire non posset. Deinde sequitur: iacob autem genuit iudam et fratres eius. Numquid iudas primogenitus fuit? Iudas, inquit, genuit phares et zara. Nec istorum geminorum aliquis fuit primogenitus iude, sed ante illos iam tres genuerat. Eos itaque tenuit in ordine generationum, per quos ad david atque inde quo intendebat perveniret. Ex quo intelligi potest patres quoque homines ante diluvium non primogenitos, sed eos fuisse commemoratos, per quos succedentium ordo generationum ad noe patriarcham duceretur, ne sere pubertatis illorum obscura et non necessaria nos questio fatiget.

De iure coniugiorum quod dissimile a subsequentibus matrimoniis habuerunt prima connubia. xvi

Cum igitur genus humanum post primam copulam viri facti ex pulvere et coniugis eius ex viri latere marium feminarumque coniunctione opus haberet, ut gignendo multiplicaretur, nec essent ulli homines nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas coniuges acceperunt. Quod profecto quanto antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est dampnabilius religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima caritatis, ut homines quibus est utilis atque honesta concordia diversarum necessitudinum vinculis necterentur, nec unus in uno multas haberet, nec singule spargerentur in singulos, ac sic ad socialem vitam diligentius colligendam plurime plurimos obtinerent. Pater quippe et socer duarum sunt necessitudinum nomina. Ut ergo alium quisque habeat patrem, alium socerum, numerosius se caritas porrigit. Utrumque autem unus adam esse cogebatur et filiis et filiabus suis, quando fratres sororesque connubio iungebantur. Sic et eva uxor eius utrique sexui filiorum fuit et socrus et mater. Que si due femine fuissent, mater altera et socrus altera, copiosius se socialis dilectio colligaret. Ipsa denique iam soror, quia et uxor fiebat, duas tenebat una necessitudines, quibus per singulas distributis, ut altera esset soror, altera uxor, hominum numero socialis propinquitas augeretur. Sed hoc unde fieret tunc non erat, quando nisi fratres et sorores ex illis duobus primis nulli homines erant. Fieri ergo debuit quando potuit, ut existente copia inde ducerentur uxores que non erant iam sorores. Et non solum illud quod fieret nulla necessitas esset, verum etiam si fieret nephas esset. Nam et si nepotes primorum hominum, qui iam consobrinas poterant accipere coniuges, sororibus matrimonio iungerentur, non iam due sed tres in homine uno necessitudines fierent, que propter caritatem numerosiore propinquitate nectendam disseminari per singulos singule debuerunt. Esset enim unus homo filiis suis, fratri scilicet sororique coniugibus, et pater et socer et avunculus. Ita et uxor eiusdem eisdem communibus filiis et mater et amita et socrus. Idem inter se et filii eorum non solum essent fratres atque coniuges, verum etiam consobrini, quia et fratrum filii. Omnes autem iste necessitudines, que uni homini tres homines conectebant, novem conecterent, si essent in singulis singule, et unus homo haberet alteram sororem, alteram uxorem, alteram consobrinam, alterum patrem, alterum avunculum, alterum socerum, alteram matrem, alteram amitam, alteram socrum, atque ita se non in paucitate coartatum, sed latius atque numerosius propinquitatibus crebris vinculum sociale diffunderet. Quod humano genere crescente et multiplicato etiam inter impios deorum multorum falsorumque cultores sic observari cernimus, ut etsi perversis legibus permittantur fraterna coniugia, melior tamen consuetudo ipsam malit exhorrere licentiam. Et cum sorores accipere in matrimonium primis humani generis temporibus omnino licuerit, sic aversatur, quasi numquam licere potuit. Ad humanum enim sensum vel alliciendum vel offendendum mos valet plurimum; qui cum in hac causa immoderationem concupiscentie coherceat, eum designari atque corrumpi merito esse nepharium iudicatur. Si enim iniquum est aviditate possidendi transgredi limitem agrorum, quanto est iniquius libidine concumbendi subvertere limitem ~~agrorum quanto~~ morum. Experti autem sumus in connubiis consobrinarum etiam nostris temporibus propter gradum propinquitatis fraterno gradui proximum quam raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat, quia id nec divina prohibuit et nondum prohibuerat lex humana. Verumtamen factum etiam licitum propter vicinitatem horrebatur illiciti, et quod fiebat cum consobrina, pene cum sorore fieri videbatur; quia et ipsi inter se propter tam propinquam consanguinitatem fratres vocantur et pene germani sunt. Fuit autem

Quod commune sit cognatis non copulari

antiquis patribus religiose cure, ne ipsa propinquitas se paulatim propaginum ordinibus dirimens longius abiret et propinquitas esse desisteret, eam nondum longe positam rursus matrimonii vinculo colligare et quodammodo revocare fugientem. Unde iam pleno hominibus orbe terrarum, non quidem sorores ex patre vel matre vel ex ambobus suis parentibus natas, sed tamen amabant de suo genere ducere uxores. Verum quis dubitet honestius hoc tempore etiam consobrinarum prohibita esse coniugia? non solum secundum ea, que disputavimus, propter multiplicandas affinitates, ne habeat duas necessitudines una persona, cum due possint eas habere, et numerus propinquitatis augeri; sed etiam quia nescio quomodo inest humane verecundie quiddam naturale atque laudabile, ut cui debet causa propinquitatis verecundum honorem, ab ea contineat, quamvis generatricem, tamen libidinem, de qua erubescere videmus et ipsam pudicitiam coniugalem. Copulatio igitur maris et femine, quantum attinet ad genus mortalium, quoddam seminarium est civitatis; sed terrena civitas generatione tantummodo, celestis autem etiam regeneratione opus habet, ut noxam generationis evadat. Utrum autem aliquod fuerit, vel si fuit, quale fuerit corporale atque visibile regenerationis signum ante diluvium, sicut Abrahe circumcisio postea est imperata, sacra historia tacet. Sacrificasse tamen deo etiam illos antiquissimos homines non tacet; quod et in duobus primis fratribus claruit, et Noe post diluvium, cum de archa fuisset egressus, hostias deo legitur immolasse; de qua re in precedentibus libris iam diximus non ob aliud demones arrogantes sibi divinitatem deosque se credi cupientes sibi expetere sacrificium et gaudere huiusmodi honoribus, nisi quia verum sacrificium vero deo deberi sciunt.

[margin: erat tibi] [margin: octo annumerato ipso Ada] [margin: speratur]

De duobus ex uno genitore procreatis duorum patribus atque principibus XVII

Cum ergo esset Adam utriusque generis pater, id est et cuius series ad terrenam et cuius series ad celestem pertinet civitatem, occiso Abel atque in eius interfectione commendato mirabili sacramento, facti sunt duo patres singulorum generum, Cayn et Seth, in quorum filiis, quos commemorari oportebat, duarum istarum civitatum in genere mortalium evidentius indicia clarere ceperunt. Cayn quippe genuit Enoch, in cuius nomine condidit civitatem, terrenam scilicet, non peregrinantem in hoc mundo, sed in eius temporali pace ac felicitate quiescentem. Cayn autem interpretatur possessio; unde dictum est, quando natus est, sive a patre sive a matre eius: Acquisivi hominem per deum. Enoch vero interpretatur dedicatio. Hic enim terrena civitas dedicatur. Ubi interpretatur dedicatio hic enim terrena civitas dedicatur. Ubi conditur, quia hic habet eum quem intendit et appetit finem. Porro ille Seth resurrectio interpretatur, et Enoch filius eius interpretatur homo, non sicut Adam. Et ipsum enim nomen homo interpretatur, sed communiter esse perhibetur in illa lingua, id est hebrea, masculo et femine. Nam sic de illo scriptum est: Masculum et feminam fecit illos et benedixit illos et cognominavit nomen eorum Adam. Unde non ambigitur sic appellatam fuisse feminam Evam proprio

[margin: De interpretatione nominum]

nomine, ut tamen Adam, quod interpretatur homo, nomen esset amborum. Enoch autem sic interpretatur homo, ut hoc non posse feminam nuncupari periti lingue illius asseverent, tamquam filius resurrectionis, ubi non nubent neque uxores ducent. Non enim generatio, cum illuc perduxerit regeneratio. Quare et hoc non incassum notandum arbitror, quod in eis generationibus, que propagantur ex illo, qui est appellatus Seth, cum genuisse filios filiasque dicatur, nulla ibi genita nominatim femina expressa est; in his autem, qui propagantur ex Cayn, in ipso fine, quousque pretendunt, novissima femina genita nominatur. Sic enim legitur: Matusalem genuit Lamech, et sumpsit sibi Lamech uxores duas, nomen uni Ada et nomen secunde Sella. Et peperit Ada Iobel; hic erat pater habitantium in tabernaculis pecuariorum. Et nomen fratris eius Iobal; qui fuit, qui ostendit psalterium et citharam. Sella autem peperit et ipsa Tobel, et erat malleator et erarius eramenti et ferri; soror autem Tobel Noema. Hucusque porrecte sunt generationes ex Cayn, que sunt omnes ab Adam septem, inclusa usque ad Lamech, qui duarum maritus uxorum fuit. Et octava est generatio in filiis eius, in quibus commemoratur et femina; ubi eleganter significatum est terrenam civitatem usque in finem carnales habituram generationes, que marium et feminarum coniunctione proveniunt. Unde et ipse qui pater est eorum, nusquam reperitur ante diluvium, nominibus propriis exprimuntur uxores illius hominis, qui nominatur hic novissimus pater. Sicut autem Cayn, quod interpretatur possessio, terrene conditor civitatis, et filius eius, in cuius nomine condita est, Enoch, quod interpretatur dedicatio, indicat istam civitatem et initium et finem habere terrenum, ubi nichil amplius speratur quam in hoc seculo cerni potest. Ita Seth, quod interpretatur possessio [vacat], terrene conditor civitatis, et filius eius, in cuius nomine condita est Enoch, quod interpretatur dedicatio, indicat istam civitatem et initium et finem habere terrenum, ubi nichil amplius speratur quam in hoc seculo cerni potest. Ita Seth, quod interpretatur resurrectio, cum sit generationum seorsum commemoratarum pater, quid de filio eius sacra hec historia dicat intuendum est.

Quid significatum sit in Abel et Seth et Enoch, quod appareat ad Christum et corpus eius, id est ecclesiam, pertinere XVIII

Et Seth, inquit, natus est filius, et vocavit nomen eius Enoch; hic speravit invocare nomen domini dei. Nempe clamat attestatio veritatis. Spe igitur vivit homo, filius resurrectionis; in spe vivit, quamdiu peregrinatur, hec civitas dei, que gignitur ex fide resurrectionis Christi. Ex duobus namque illis hominibus, Abel, quod interpretatur luctus, et eius fratre Seth, quod interpretatur resurrectio, mors Christi et vita eius ex mortuis figuratur. Ex qua fide gignitur civitas dei, hic est homo, qui speravit invocare nomen domini dei. Spe enim salvi facti sumus, ait apostolus. Spes autem que videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Nam quis vacare hoc existimet ab altitudine sacramenti? Numquid enim Abel non speravit invocare nomen domini dei, cuius sacrificium

[margin: Quod Abel et Seth Christum figurant]

sacrificium tam

scriptura/ tam acceptum deo fuisse commemorat/
Numquid ipse Seth/ non sperauit inuocare nomen domini
/ de quo dictum est/ suscitauit enim mihi deus semen
aliud pro abel/ Cur ergo hinc proprie tribuitur/ quod prior
omnium intelligitur esse eius/ nisi quia oportebat in eo
qui de patre generationum/ in meliorem partem/ hoc
est superne ciuitatis separatarum/ prius commemoratur
exortus prefigurari hominem uel hominum societatem/ que non secundum hominem in rerum felicitati
terrene/ Nec dictum est/ hic sperauit in dominum deum
aut hic inuocauit nomen domini dei/ Quid sibi
hoc uult/ sperauit inuocare/ nisi quia prophecia est
exorturum populum qui secundum electionem gratie inuo
caret nomen domini dei/ hoc est quod per alium prophetam
dictum/ apostolus de hoc populo intelligit/ addi gratiam
pertinentem/ Et erit omnis quicumque inuocauerit
nomen domini/ saluus erit/ hoc ipsum enim quod dicitur
et nominauit nomen eius Enoch/ quod interpretatur
homo/ Ac deinde additur/ hic sperauit inuocare no
men domini dei/ hoc est quod per alium prophetam dictum
apostolus de hoc populo intelligit addi gratiam
pertinentem/ Et erit omnis/ quicumque inuocauerit no
men domini saluus erit/ hoc ipsum enim quod dicitur/ sa
tis ostendit/ quod non in seipso/ spem ponere debeat
homo/ Maledictus enim omnis/ sicut alibi legitur
qui spem suam ponit in homine/ Ac per hoc [illegible] in se ut
sit ciuis alterius ciuitatis/ que non secundum filium cayn
deditur hoc tempore uel mortalis huius seculi la
bente transitu/ sed illa in mortalitate beati
tudinis eterne/ De significatione/ que in Enoch
translatione monstratur. xix. De eo quod cayn
successio intra [illegible] abraham generationes clau
ditur et in posteris et ab eodem patre [illegible]/ noe
[illegible] Qua ratione commemorato E
noch qui fuit filius cayn totius generationis
eius usque ad diluuium sit continuata narratio
Commemorato autem enoch qui fuit filius Seth
ad conditionis humane principium sit redditum ca. xix

Nam et ista propagatio/ cuius est pater Seth/
in ea generatione/ habet nomen de
dicationis/ qua septimus ab illo natus
est enoch/ quod interpretatur dedicatio/ sed ipse est trans
latus/ quia placuit deo/ et insigni numero in ordine
generationum/ quo sabbatum consecratum est/
septimo scilicet ab adam/ ab ipso enim patre istarum generati
onum/ quod discernitur a propagine cayn uel a Seth sextus
est/ quo die factus est homo/ et consummauit deus
omnia/ Sed huius enoch translatio dedicationis
est prefigurata dilatio/ Que quidem facta est iam in
christo capite nostro/ qui sic resurrexit/ ut non moriatur
ultius/ sed etiam ipse translatus est/ Restat autem altera de
dicatio/ uniuerse domus/ cuius ipse christus est fundamen
tum/ que differtur in finem/ quando erit omnium resurrectio
non moriturorum amplius/ Siue autem domus dei di
catur/ siue templum dei/ siue ciuitas dei/ id ipsum
est/ nec abhorret a latini eloquii consuetudine/
Nam et virgilius imperiosissimam ciuitatem/ domum
appellat assaraci/ Romanos uolens intelligi/
qui de assaraco/ per troyanos originem ducunt/
et domum enee/ eosdem ipsos/ quia eo duce troyani
cum ytaliam venissent/ ab eis condita est Roma
Imitatus namque est poeta ille/ sacras litteras/ in quibus
dicitur/ domus iacob/ tam ingens populus hebreorum/ Di
cit aliquis/ Si hoc intendebat scriptor huius historie/ in
commemorandis generationibus/ ex adam per filium eius
Seth/ ut per illas perueniret ad noe/ sub quo factum est
diluuium/ a quo rursus contexitur ordo nascentium/ quo
perueniret ad abraham/ a quo matheus euangelista incipit generationes/ quibus ad christum peruenit eternum Regem ciuitatis/
dei/ quid intendebat in generationibus ex cayn/ et quo
eas perducere uolebat/ Respondetur/ usque ad diluuium/ quo
totum genus illud terrene ciuitatis/ absumptum e
st et reparatum ex filiis noe/ Neque enim deesse poterit
hec terrena ciuitas/ societasque hominum secundum hominem
uiuentium/ usque ad huius seculi finem/ de quo dominus ayt
/ filii huius seculi/ generant et generantur/ Ciuitatem
vero dei peregrinantem in hoc seculo/ regeneratio per
ducit ad alterum seculum/ cuius filii/ nec generant nec
generantur/ Hic ergo generari et generare/ ciuitati
utrique commune est/ quamuis dei ciuitas habeat et hic/ multa
milia ciuium/ qui ab opere generandi se abstineant
sed habet etiam illa/ ex imitatione quadam licet errantium/
/ ad eam namque pertinent/ etiam qui deuiantes ab hac
de/ diuersas hereses condiderunt/ Secundum hominem quippe
uiuunt/ non secundum deum/ Et indorum gymnosophis
te/ qui nudi perhibentur philosophari in solitu
dinibus indie/ ciues eius sunt/ et a generando se
cohibent/ Non est enim hoc bonum/ nisi cum fit secundum
fidem summi boni/ qui deus est/ Hoc enim nemo fecis
se ante diluuium reperitur/ quandoquidem etiam ipse e
noch septimus ab adam/ qui translatus est
fertur esse non mortuus/ genuit filios et filias
antequam transferretur/ in quibus fuit matusalem/
per quem generationum ordo memorandarum trans
currit/ Cur autem tanta paucitas successionum
commemoratur/ in generationibus ex cayn/ si eas
usque ad diluuium perduci oportebat/ nec erat diutur
na etas/ perueniens ad pubertatem/ que centum uel am
plius annos uacaret a fetionibus/ Nam si non
intendebat auctor libri huius/ aliquem ad quem
necessario perduceret/ seriem generationum sicut in illis que
ueniunt de semine Seth/ intendebat peruenire/ ad
noe/ a quo rursus ordo necessarius sequeretur/ quid opus
erat pretermittere/ primogenitos filios/ ut perueniret
ad lamech/ in cuius filiis finitur illa connexio/ octaua
generatione/ scilicet ex adam septima/ et cayn/ sicut esset
qui aliud deinceps connectendum/ Vnde perueniretur
uel ad israheliticum populum/ in quo celesti ciuitati
etiam terrena ierusalem/ figuram propheticam prebuit/ uel
ad christum secundum carnem/ qui est super omnia deus bene
dictus in secula/ superne ierusalem fabricator/ atque reg
nator/ cum tota progenies cayn/ sit in diluuio
deleta/ Vnde uideri potest/ in eodem ordine generationum
primogenitos fuisse commemoratos/ Cur ergo tam
pauci sunt/ non enim usque ad diluuium tot esse non potuerunt
non uacantibus usque ad centenariam pubertatem
patribus/ ab officio generandi/ si non erat tunc pro por
tione longeuitatis illius/ etiam sera pubertas/ Vt enim per
eque triginta annorum fuerint/ cum filios genera
re ceperunt/ octies triceni/ quoniam octo sunt gene
rationes/ cum adam et cum eis quos genuit lamech

sed secundum deum viuit in spe felicitatis eterne
sed sperauit inuocare nomen domini dei

ducenti quadraginta sunt anni. Numerus itaque toto de
inde tempore usque ad diluvium non generationum, Qua
tuordecim enim quibus constitit generatio, commemorare
voluit quam scriptor. Nam ab adam usque ad dilu
vium computantur anni secundum codices
nostros duo milia ducenti sexaginta
duo, secundum hebreos autem mille sex
centi quinquaginta sex. Ut ergo istum
numerum minorem credamus esse veriorem,
de mille sexcentis quinquaginta
sex annis ducenti xl. detrahebantur. numquid credibi
le est, per mille quadringentos et quod excurrit an
nos qui restant usque ad diluvium, progeniem cayn
generationibus vacare potuisse? Sed qui ex hoc movetur,
meminerit, cum quererem, quomodo credendum sit antiquos
illos homines per tam multos annos a gignendis
filiis cessare potuisse, duobus modis istam solutam
esse questionem: Aut de sera pubertate proportione
tam longe vite, aut de filiis qui commemorantur
in generationibus, quod non fuerint primogeniti, sed
hii per quos ad eum, quem tendebat, auctor libri
poterat pervenire, sicut enoch in generationibus
seth. proinde in generationibus cayn, si non occurrit
debet intendi, ad quem pretermissis primogenitis per
eos qui commemorati sunt pervenire oportebat,
sera pubertas intelligenda restabat, ut aliquanto plus
centum annos pubes habilesque ad gignendum fac
ti sint, ut ordo generationum per primogenitos usque
ad diluvium ad numerum annorum tante quantitatis oc
curreret. Quamvis fieri possit, ut propter aliquam secretio
rem causam que me latet, usque ad lamech et eius
filios generationum perveniente contextu, commen
daretur hec civitas, quam dicimus esse terrenam,
ac deinde cessaret scriptor libri commemorare cete
ras que ad diluvium esse potuerunt. Potest et illa esse
causa, cur non ordo generationum per primogenitos
ducetur, ut necesse non sit in illis hominibus tam se
ram credere pubertatem, quod scilicet eadem civitas, quam
cayn in nomine enoch filii sui condidit, longe
lateque regnare potuit, et reges habere non simul
plures, sed suis etatibus singulos, quos genuis
sent sibi successuros quicumque regnassent. horum
regum primus esse potuit ipse cayn, secundus filius
eius enoch, in cuius nomine, ubi regnaretur, con
dita est civitas, tercius gaid, quem genuit enoch,
quartus maiael, quem genuit gaid, quintus matu
sael, quem genuit maiael, sextus lamech, quem
genuit matusalem, qui est septimus ab adam
per cayn. Non autem erat consequens, ut primogeniti
in regno regnantibus succederent patribus, sed quos
regnandi meritum propter virtutem terrene utilem civi
tati, vel sors aliqua reperisset, vel ille potissi
mum succederet patri hereditario quodam iure reg
nandi, quem pre ceteris filiis dilexisset. potuit autem
vivente lamech atque regnante fieri diluvium, ut ipsum
cum aliis omnibus hominibus exceptis qui in archa
fuerunt, quem perderet inveniret. Neque enim miran
dum est, si varia quantitate numerositatis anno
rum interposita per tam longam etatem ab adam
usque ad diluvium non equales numeros generationes

habuit utraque progenies, sed per cayn septem, per
seth autem decem. Septimus est enim, ut iam dixi,
ab adam filius lamech, sicut in ceteris supius
sed plures commemorati sunt, quod incertum erat, quis
ei fuisset mortuo successurus, si regnandi tempus
inter ipsum et diluvium remansisset. Sed quoquomodo
se habeat sive per primogenitos sive per reges de
cayn generationum ordo decurrens, illud mihi nul
lo pacto pretermittendum silentio videtur, quod
cum lamech septimus ab adam fuisse invenc
tus, tot eius adnumerati sunt filii, donec undena
rius numerus impleretur, quo significatur peccatum. Ad
duntur enim tres filii et una filia. Uxores autem
aliud possunt significare, non hoc quod nunc commen
dandum videtur. Nunc enim de generationibus
loquimur, ille vero unde sint genite tacitum est. Quo
niam ergo lex denario numero predicatur, Unde est memora
bilis ille decalogus, profecto numerus undenarius,
quoniam transgreditur denarium, transgressionem le
gis ac per hoc peccatum significat. Hinc est quod in taber
naculo testimonii, quod erat in itinere populi dei
velut templum ambulatorium, undecim vela
ciliciana fieri precepta sunt. In cilicio quidem recor
datio est peccatorum propter edos ad sinistram futuros,
quod confitentes in cilicio prosternimur, tamquam di
centes, quod in psalmo scriptum est: Et peccatum meum
ante me est semper. Progenies ergo ex adam
per cayn sceleratum undenario numero finitur, quo
peccatum significatur, et ipse numerus femina clauditur, a qua
sexu initium factum est peccati, per quod omnes morimur.
Commissum autem est, ut et voluptas carnis que spiritui
resisteret sequeretur. Nam et ipsa filia lamech
noema voluptas interpretatur. Per seth autem ab
adam usque ad noe denarius insinuatur legitimus
numerus, cui noe tres adiciuntur filii, unde et uno lap
so duo benedicuntur a patre, ut remoto reprobo et
probatis filiis ad numerum additis, etiam duode
narius numerus intimetur, qui et in patriarcharum et in
apostolorum numero insignis est, propter septenarii partes
alteram per alteram multiplicatas. Nam ter qua
terni vel quater terni ipsum faciunt. His ita se haben
tibus, video considerandum et commemorandum, ista u
traque progenies, que distinctis generationibus
duas insinuat civitates, unam terrigenarum, alteram
regeneratorum, quomodo postea sic commixta fuerit atque
confusa, ut universum genus humanum, exceptis oc
to hominibus, diluvio perire mereretur. Primo autem
intuendum est, quemadmodum, cum ex cayn generationes
enumerarentur, commemorato ante ceteros posteros eius
illo, in cuius nomine condita est civitas, id est enoch, con
texti sunt ceteri usque ad illum finem de quo locutus
sum, donec illud genus atque universa propago illa
diluvio deleretur. Cum vero filius seth unus commemo
ratus fuisset enoch, nondum usque ad diluvium
additis ceteris, articulus quidem interponitur et dicitur:
Hic liber nativitatis hominum, qua die fecit deus adam,
ad ymaginem dei fecit illum, masculum et feminam
fecit illos, et benedixit illos, et cognominavit nomen
eorum adam, qua die fecit illos. Quod mihi videtur
ad hoc interpositum, ut hinc rursus inciperet ab ipso

Numerus annorum ab adam usque ad diluvium iuxta etatem

[margin:] currerit

[margin:] tertium

[margin:] lamech decimus noe et ideo non unus

adam dinumeracio temporum quam uoluit facere/ qui h(ic) sup-
sit in ciuitate terrena tamquam deus eam sic comme-
moraret ut non computaret/ Sed quare huic re-
ditur ad istam recapitulacionem/ postea quam memoratus est filius seth/ homo/ qui sperauit
inuocare nomen domini dei/ nisi quia sic oportebat/ istas
duas proponere ciuitates/ unam per homicidam Naz | usque ad homicidam
et lamech duabus uxoribus suis se perpetrasse
homicidium confitetur/ alteram per eum/ qui sperauit
inuocare nomen domini dei/ Hoc est quippe in hoc
mundo peregrinantis ciuitatis dei/ totum atque summum
in hac mortalitate negocium/ quod per unum hominem
que sane/ occisi resurreccio genuit/ commenda-
dum fuit/ homo quippe ille unus/ totius super-
ne ciuitatis est unitas/ non dum quidem com-
pleta sed promissa/ ista prophetica prefiguracione
complenda/ Filius ergo caym/ hoc est filius pos-
sessionis/ cuius/ nisi terrene/ habeat nomen in ciuitate
terrena/ quia in eius nomine condita est/ De his
est enim de quibus cantatur in psalmo/ Inuocabunt
nomina eorum in terris ipsorum/ propter quod sequitur eos/ quod
in alio psalmo scriptum est/ Domine in ciuitate tua
ymaginem eorum/ ad nichilum rediges/ Filius autem
seth/ hoc est filius resurreccionis/ speret inuo-
care nomen domini dei/ Eam quippe societatem
hominum prefigurat/ que dicit/ Ego autem sicut olyua
fructifera/ in domo dei speraui/ in misericordia dei/ Vanas
autem glorias famosi in terra nominis/ non requirat/ Beatus
est enim uir/ cuius est nomen domini/ spes eius/ et
non respexit in vanitates et insanias falsas
· positis itaque duabus ciuitatibus/ una in re huius
seculi/ altera in spe dei/ tamquam ex communi/ que aperta
est in adam ianua mortalitatis/ egressis ut pro-
currerent et excurrant/ ad discretos propriosque ac debi-
tos fines/ incipit dinumeracio temporum/ in qua et
alie generaciones adiciuntur/ facta recapitulacione/ ex adam/
ex cuius origine dampnata velud massa/ vna
morte dampnacioni tradita/ fecit deus in con-
tumeliam/ alia vasa ire/ alia in honorem/ vasa
misericordie/ illis reddens/ quod debetur in pena/ istis donans
quod non debetur in gracia/ ut ex ipsa etiam comparacione
vasorum ire/ superna ciuitas discat/ que peregrinatur
in terris/ non fidere libertate arbitrii sui/ sed speret
inuocare/ nomen domini dei/ quoniam voluntas in natura
que facta est bona/ a deo bono/ sed mutabilis ab
inmutabili/ quia ex nichilo/ et a bono/ potest declina-
re ut faciat malum/ quod fit libero arbitrio/ et a malo
vt faciat bonum/ quod non fit sine diuino adiutorio De
lapsu filiorum dei/ alienigenarum mulierum amore
captorum/ unde et omnes exceptis octo hominibus
diluuio perire meruerunt/ capitulum xxii

HOc utique libero voluntatis arbitrio/ genere
humano progrediente atque crescente facta est permixtio/ et iniquitate parti-
cipata/ quedam vtriusque confusio ciuitatis/ quod
malum ex sexu femineo/ causam rursus inuenit/ non
quidem illo modo/ quo ab inicio/ | Tractatus de ingressu
Non enim cuiusquam/ etiam tunc | filiorum dei ad
fallacia seducte/ ille femine | filias ho-
persuaserunt peccatum viris/ sed ab | minum

inicio/ sed prauis moribus fuerant/ in terrena ciui-
tate/ id est in terrenorum societate/ amate sunt/ a filijs dei/ ci-
uibus scilicet peregrinantibus/ in hoc seculo/ alterius ciui-
tatis/ propter pulchritudinem corporis/ quod bonum dei quidem
donum est/ Sed propterea id largitur/ etiam malis/ ne
magnum bonum videatur bonis/ deserto itaque bono
magno/ et bonorum proprio/ lapsus est factus/ ad bonum
minimum/ non bonis proprium/ sed bonis malisque commune/
ac sic filij dei/ filiarum hominum amore sunt capti/ atque
ut eis coniugibus fruerentur/ in mores societatis ter-
rene/ defluxerunt/ deserta pietate/ quam in sancta
societate seruabant/ Sic enim corporis pulchritudo
/ a deo quidem facta/ sed temporale carnale infirmum bonum/
male amatur/ postposito deo eterno/ interno sempiter-
no bono/ quemadmodum iusticia deserta/ et aurum
amatur ab auaris/ nullo peccato auri/ sed hominis ita se
habet omnis creatura/ Cum enim bona sit/ et bene a-
mari potest/ et male/ bene scilicet ordine custodito/ male
ordine perturbato/ Quod in laudem | Versus sancti
quandam cerei breuiter versibus dixi | Augustini
/ Hec tua bona sunt/ quia tu deus bona | episcopi a beato
ista creasti/ Nichil nostrum est in eis/ nisi | posita in cere-
quod peccamus amantes/ ordine neglec- | rei
to/ pro te/ quod conditur abs te/ Creator autem si
veraciter ametur/ hoc est/ si ipse/ non aliud pro illo/
quod non est ipse/ ametur/ male non potest amari/ Nam
et ipse amor/ ordinate amandus est/ quo bene a-
matur/ quod amandum est/ ut sit in nobis virtus qua vi-
uitur bene/ Vnde michi videtur/ quod diffinicio bre-
uis et vera/ virtutis ordo est amoris/ propter quod
in sancto cantico canticorum/ cantat sponsa christi ci-
uitas dei/ Ordinate in me caritatem/ huius igitur
caritatis/ hoc est dilectionis et amoris/ ordine
perturbato/ deum filij dei neglexerunt/ et filias hominum
dilexerunt/ Quibus duobus nominibus/ satis ciui-
tas utraque discernitur/ Neque enim et illi non erant
filij hominum per naturam/ sed aliud nomen ceperant habere
per graciam An credendum est angelos substancie spiritualis
amore speciosarum mulierum captos/ earundem inisse
coniugia ex quibus gygantes sunt creati/ xxiii

NAM in eadem scriptura/ ubi dicti sunt dilex-
isse filias hominum/ filij dei/ idem dicti
sunt etiam angeli dei/ Vnde illos multi
putant/ non homines esse/ sed angelos/ Quam questionem nos
transeunter memoratam/ in tercio huius operis libro re-
liquimus insolutam/ utrum possint angeli cum spiritus
sint/ corporaliter coire cum feminis/ Scriptum est enim/ Qui
facit angelos suos spiritus/ id est qui natura spiritus sunt
facit esse angelos suos/ iniungendo eis officium nun-
ciandi/ Qui enim grece dicuntur angeli/ quod nomen
latina declinacione/ angelus perhibetur/ latina
lingua nuncius interpretatur/ Sed utrum eorum corpora
consequenter adiunxerit/ dicendo/ et ministros suos
ignem ardentem/ An quia caritate/ tamquam igne
spirituali feruere debeant ministri eius/ Ambiguum non
est tamen/ apparuisse hominibus angelos/ in talibus
corporibus/ quod non solum videri/ verum etiam tangi
possint/ eadem verissima scriptura testatur/ Et
quoniam creberrima fama est/ multique se expertos/ uel
ab eis/ qui experti essent/ de quorum/ Fides minime

fide dubitandum esse, audisse, confirmat Siluanos et Faunos, quos vulgo incubos vocant, improbos extitisse mulieribus et earum appetisse ac peregisse concubitum, et quosdam demones, quos dusios Galli nuncupant, assidue hanc immundiciam et temptare et efficere plures talesque asseuerant, ut hoc negare impudencie videatur. Non hic aliquid audeo diffinire utrum aliqui spiritus elemento aereo corporati (nam hoc est elementum, etiam cum agitur flabello, sensu corporis tactuque sentitur) possint hanc pati libidinem, ut quo possunt sencientibus feminis misceantur. Dei tamen angelos sanctos nullo modo crediderim nec de hiis dixisse apostolum Petrum: Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis inferni retrudens tradidit in iudicio puniendos reseruari, sed potius de illis qui primum apostatantes a deo cum dyabolo suo principe ceciderunt, qui primum hominem per inuidiam serpentinam fraude decepit. Angelos autem fuisse etiam dei homines nuncupatos eadem scriptura sancta locupletissima testis est. Nam et de Iohanne scriptum est: Ecce mitto angelum meum ante faciem meam, qui preparabit viam tuam. Et Malachiel propheta propria quadam, id est proprie sibi impertita gratia, dictus est angelus. Verum hoc monet quosdam quod ex illis qui dicti sunt angeli dei et ex mulieribus quas amauerunt non quasi homines generis nostri, sed gigantes legimus esse natos, quasi vero corpora hominum modum nimium longe excedencia, quod etiam supra commemoraui, non etiam nostris temporibus nata sint. Nonne ante paucos annos, cum Rome urbis, quod a Gothis factum est, appropinquaret excidium, Rome fuit femina cum suo patre et sua matre, que corpore quodammodo giganteo longe ceteris preeminet? Ad quam visendam mirabilis fiebat usquequaque concursus. Et hoc maxime erat admiracioni, quod ambo parentes eius nec saltem tam longi homines erant quales longissimos videre consueuimus. Potuerunt ergo gygantes nasci et prius quam filii dei, qui et angeli dei dicti sunt, filiabus hominum, hoc est secundum hominem viuencium, miscerentur, filii scilicet Seth filiis Cayn. Nam et canonica scriptura sic loquitur, in quo libro hec legimus, cuius verba ista sunt: Et factum est postquam ceperunt homines multi fieri super terram, et filie nate sunt illis, videntes filii dei filias hominum quia bone sunt, sumpserunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. Et dixit dominus deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus hiis in eternum, propter quod caro sunt. Erunt autem dies eorum centum viginti anni. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Et post illud cum intrarent filii dei ad filias hominum et generabant sibi. Illi erant gigantes, a seculo homines nominati. Hec libri verba diuini satis indicant illis iam diebus fuisse gygantes super terram, quando filii dei acceperunt uxores filias hominum, cum eas amarent bonas, id est pulchras. Consuetudo quippe scripture huius est etiam speciosos corpore

[margin: sepe]

[margin: in illo tempore sic labi potuisse]

[margin, boxed: Nota quod dicit de filiis dei vel angelis dei et filiabus hominum]

bonos vocare. Sed et postquam hoc factum est nati sunt gygantes. Sic enim ait: Gygantes autem erant super terram in diebus illis. Et post illud cum intrarent filii dei ad filias hominum. Ergo et ante in illis diebus et post illud. Quod autem ait: Et generabant sibi, ibi satis ostendit quod prius, antequam sic caderent, filii dei deo generabant, non sibi, id est non dominante libidine coeundi, sed seruiente officio propagandi, non familiam fastus sui, sed ciues ciuitatis dei, quibus annunciarent tamquam angeli dei ut ponerent in deo spem suam, similes illius qui natus est de Seth, filius resurreccionis, et sperauit inuocare nomen domini, in qua spe essent cum suis posteris coheredes eternorum bonorum et sub deo patre fratres filiorum. Non autem illos ita fuisse angelos dei ut homines non essent, sicut quidam putant, sed homines procul dubio fuisse scriptura ipsa sine ulla ambiguitate declarat. Cum enim premissum esset quod videntes angeli dei filias hominum quia bone sunt sumpserunt sibi uxores ex omnibus quas elegerunt, mox adiunctum est: Et dixit dominus deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus hiis in eternum, propter quod caro sunt. Spiritu dei quippe fuerant facti angeli dei et filii dei, sed declinando ad inferiora dicuntur homines nomine nature, non gracie; dicuntur et caro, desertores spiritus et deserendo deserti. Et lxx quidem interpretes et angelos dei dixerunt istos et filios dei, quod quidem non omnes codices habent. Aquila autem, quem interpretem Iudei ceteris anteponunt, non angelos dei sed filios deorum interpretatus est. Utrumque autem verum est. Nam et filii dei erant, sub quo patre suorum patrum etiam fratres erant, et filii deorum, quoniam diis geniti erant, cum quibus et ipsi dii erant, iuxta illud psalmi: Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes. Merito enim creduntur et lxx interpretes accepisse propheticum spiritum, ut si quid eius auctoritate mutarent atque aliter quam erat quod interpretabantur dicerent, neque hoc diuinitus dictum esse dubitaretur, quamuis in hebreo hoc esse perhibeatur ambiguum, ut et filii dei et filii deorum possent interpretari. Omittamus igitur earum scripturarum fabulas que apocrife nuncupantur, eo quod earum occulta origo non claruit patribus, a quibus usque ad nos auctoritas veracium scripturarum certissima et notissima successione peruenit. In hiis autem apocrifis etsi inuenitur aliqua veritas, tamen propter multa falsa nulla est canonica auctoritas. Scripsisse quidem nonnulla diuina illum Enoch septimum ab Adam negare non possumus, cum hoc in epistola canonica Iudas apostolus dicat. Sed non frustra non sunt in eo canone scripturarum qui seruabatur in templo hebrei populi succedencium diligencia sacerdotum, nisi quia ob antiquitatem suspecta fidei iudicata sunt, nec utrum hec essent que ille scripsisset poterat inueniri, non talibus proferentibus qui ea per seriem successionis reperirentur rite seruasse. Unde illa que sub eius nomine proferuntur et continent istas de gygantibus fabulas, quod non habuerint homines patres, recte a prudentibus iudicantur non ipsius

[margin: Nam quidam interpres filios dei non habent]

credenda, sicut multa sub nominibus et aliorum prophetarum, et recentiora sub nominibus apostolorum ab hereticis proferuntur, que omnia nomine apocriforum ab auctoritate canonica diligenti examinatione remota sunt. Igitur secundum scripturas canonicas hebreas atque christianas multos gygantes ante diluvium fuisse non dubium est, et eos fuisse cives terrigene societatis hominum; dei autem filios qui secundum carnem de Seth propagati sunt in hanc societatem deserta iusticia declinasse. Nec mirandum est quod etiam de ipsis gygantes nasci potuerunt. Neque enim omnes gygantes, sed magis utique multi tunc fuerunt quam post diluvium temporibus ceteris. Quos propterea creare placuit creatori, ut etiam hinc ostenderetur non solum pulchritudines verum etiam magnitudines et fortitudines corporum non magnipendendas esse sapienti, qui spiritalibus atque immortalibus longe melioribus atque firmioribus et bonorum propriis, non bonorum malorumque communibus, beatificatur bonis. Quam rem alius propheta commendans ait: Ibi fuerunt gygantes illi nominati, qui ab initio fuerunt staturosi, scientes prelium. Non hos elegit dominus, nec viam scientie dedit illis, sed interierunt, quia non habuerunt sapientiam; perierunt propter inconsiderantiam.

Quo intelligendum sit quod eos qui diluvio perdendi erant dixit erunt dies eorum C XX anni. XXIIII.

Quod autem dixit deus: Erunt dies eorum C XX anni, non sit accipiendum quasi prenunciatum sit post hec homines C XX annos vivendo non transgredi, cum et post diluvium etiam quingentos excessisse videamus; sed intelligendum est hoc deum dixisse cum circa finem quingentorum annorum esset Noe, id est quadringentos octoginta vite annos ageret, quos more suo scriptura quingentos vocat nomine totius maximam partem plerumque significans. Sexcentesimo anno quippe vite Noe, secundo mense, factum est diluvium; ac sic centum viginti anni predicti sunt futuri vite hominum periturorum, quibus transactis diluvio delerentur. Nec frustra creditur sic factum esse diluvium, iam non inventis in terra qui non erant digni tali morte defungi, qua in impios vindicatum est; non quo quicquam bonis, quandoque morituris, tale genus mortis faciat quod aliquid eis possit obesse post mortem. Verumptamen nullus eorum diluvio mortuus est quos de semine Seth propagatos sacra scriptura commemorat. Sic autem divinitus diluvii causa narratur: Videns, inquit, dominus deus quia multiplicate sunt malitie hominum super terram, et unusquisque cogitat in corde suo diligenter super maligna omnibus diebus. Et cogitavit deus quia fecit hominem super terram, et recogitavit et dixit deus: Deleam hominem quem feci a facie terre, ab homine usque ad pecus, et a repentibus usque ad volatilia celi, quia iratus sum quoniam feci eos.

De ira dei que incommutabilem tranquillitatem nulla inflammatione perturbat. XXV.

Ira dei non perturbatio animi eius est, sed iudicium quo irrogatur pena peccato. Cogitatio vero eius et recogitatio mutandarum rerum est immutabilis ratio. Neque enim sicut hominem, ita deum cuiusquam facti sui penitet, cuius est de omnibus omnino rebus tam fixa sententia quam certa prescientia. Sed si non utatur scriptura talibus verbis, non se quodammodo familiarius insinuabit omni generi hominum, quibus vult esse consultum, ut et perterreat superbientes et excitet negligentes et exerceat querentes et alat intelligentes. Quod non faceret, si non prius inclinaret et quodammodo descenderet ad iacentes. Quod autem etiam interitum omnium animalium terrenorum volatiliumque denunciat, magnitudinem future cladis effatur, non animantibus rationis expertibus tamquam et ipsa peccaverint minatur exitium.

Quod archa quam Noe iussus est facere in omnibus Christum ecclesiamque significat. XXVI.

Iam vero quod Noe homini iusto et sicut de illo scriptura veridica loquitur in sua generatione perfecto, non utique sicut perficiendi sunt cives civitatis dei in illa immortalitate qua equabuntur angelis dei, sed sicut esse possunt in hac peregrinatione perfecto, imperat deus ut archam faciat, in qua cum suis, id est uxore, filiis et nuribus, et cum animalibus que ad illum ex dei precepto in archam ingressa sunt, liberaretur a diluvii vastitate, procul dubio figura est peregrinantis in hoc seculo civitatis dei, hoc est ecclesie, que fit salva per lignum in quo pependit mediator dei et hominum, homo Christus Ihesus. Nam et mensura ipsa longitudinis et altitudinis et latitudinis eius significat corpus humanum, in cuius veritate ad homines prenunciatus est venturus et venit. Humani quippe corporis longitudo a vertice usque ad vestigia sexies tantum habet quam latitudo que est ab uno latere ad alterum latus, et decies tantum quam altitudo, cuius altitudinis mensura est in latere a dorso ad ventrem, velut si iacentem hominem metiaris supinum seu pronum, sexies tantum longus est a capite ad pedes quam latus a dextra in sinistram vel a sinistra in dextram, et decies quam altus a terra. Unde facta est archa trecentorum cubitorum in longitudine, et quinquaginta in latitudine, et triginta in altitudine. Et quod hostium accepit in latere, profecto illud est vulnus quando latus crucifixi lancea perforatum est. Hac quippe ad illum venientes ingrediuntur, quia inde sacramenta manarunt quibus credentes initiantur. Et quod de lignis quadratis fieri iubetur, undique stabilem vitam sanctorum significat; quacumque enim verteris quadratum, stabit. Et cetera que in eiusdem arche constructione dicuntur, et ecclesiasticarum signa sunt rerum. Sed ea nunc persequi longum est, et hoc iam fecimus in opere quod adversus Faustum Manicheum scripsimus, negantem in hebreorum libris aliquid de Christo esse prophetatum. Et fieri quidem potest ut et nobis quispiam et alius alio exponat hec aptius, dum tamen ea que dicuntur ad hanc de qua loquimur dei civitatem in hoc seculo maligno tamquam in diluvio peregrinantem omnia referantur, si ab eius sensu qui ista conscripsit non vult longe aberrare qui exponit. Exempli gratia, velut si quispiam quod hic scriptum est inferiora bicamerata et tricamerata, facies, ea

non ex eo nullo opere dixi, velit intelligi, quia ex omnibus gentibus ecclesia congregatur, bicameratam dixit propter duo genera hominum, circumcisionem scilicet et preputium, quos apostolus et alio modo dicit iudeos et grecos; tricamerata vero eo quod omnes gentes de tribus filiis noe post diluvium reparate sunt. Vel aliud dicat aliquis quod a fide regula non sit alienum. Nam quoniam non solas in inferioribus mansiones habere archam voluit, verum et in superioribus, et hoc dixit bicamerata, et in superioribus superiorum, et hoc appellavit tricamerata, ut ab imo sursum versus surgat habitatio, possunt hic intelligi et illa tria que commendat apostolus, fides, spes, caritas. Possunt etiam multo convenientius tres ille ubertates evangelice, tricena, sexagena, centena, ut in infimo habitet pudicitia coniugalis, supra vidualis, atque superior virginalis; et si quid aliud secundum fidem civitatis huius intelligi et dici potest. Hoc etiam de ceteris que hic exponenda sunt dixerim, quia et si non uno disseruntur modo, ad unam tamen catholice fidei concordiam revocanda sunt.

De archa noe iiii

Tria

De archa noe et diluvio, nec illis esse consentiendum qui solam historiam recipiunt sine allegorica significatione, nec illis qui solas figuras defendunt repudiata historica veritate.

XXVI

Non tamen quispiam putare debet aut frustra hec esse conscripta, aut tantummodo rerum gestarum veritatem sine ullis allegoricis significationibus esse querendam, aut e contrario omnia omnino gesta non esse sed solas esse verborum figuras, aut quidquid illud est nequaquam ad prophetiam ecclesie pertinere. Quis nisi mente perversus inaniter scriptos esse contendat libros per annorum milia tanta religione et tam ordinate successionis observantia custoditos, aut solas res gestas illic intuendas, ubi certe, ut alia omittam, si numerositas animalium cogebat arche tantam fieri magnitudinem, inmunda bina et munda septena intromitti animalia quid cogebat, cum equalibus numeris possent utraque servari? Aut vero deus, qui propter genus reparandum servanda precepit, eo modo illa quo instituerat restituere non valebat? Qui vero non esse gesta, sed solas rerum significandarum figuras esse contendunt, primum opinantur tam magnum fieri non potuisse diluvium ut altissimos montes quindecim cubitis aqua crescendo transcenderet, propter olimpi verticem montis, supra quem perhibentur nubes non posse concrescere, quod tam sublime iam celum sit ut non ibi sit aer iste crassior, ubi venti, nebule, imbresque gignuntur; nec attendunt omnium elementorum crassissimam terram ibi esse potuisse. An forte negant esse terram verticem montis? Cur igitur usque ad illa celi spatia terris exaltari licuisse, et aquis exaltari non licuisse contendunt, cum isti mensores et pensores elementorum aquas terris perhibeant superiores atque leviores? Quid itaque rationis afferunt, quare terra gravior et inferior locum celi tranquillioris invaserit per tot volumina annorum, et aqua levior atque superior permissa non sit hoc facere saltem ad tempus exiguum? Dicunt etiam non potuisse

e contrario

capere arche illius quantitatem animalium genera tam multa in utroque sexu, bina de inmundis, septena de mundis. Qui mihi videntur non computare trecenta cubita longitudinis et latitudinis quinquaginta, nec cogitare aliud tantum esse in superioribus, item aliud tantum in superioribus superiorum, ac per hoc ter ducta illa fieri nongenta per centum quinquaginta. Si autem cogitemus quod origenes non ineleganter astruxit, moysen scilicet hominem dei eruditum, sicut scriptum est, omni sapientia egyptiorum, qui geometricam dilexerunt, geometrica cubita significare potuisse, ubi unum quantum sex nostra valere asseverant, quis non videat quantum rerum capere illa potuit magnitudo? Nam illud quod disputant tante magnitudinis archam non potuisse compingi, ineptissime calumniantur, cum sciant inmensas urbes fuisse constructas, nec attendunt centum annos quibus archa illa est fabricata; nisi forte lapis lapidi adherere potest sola calce coniunctus, ut murus tot milia circumagatur, et lignum ligno per subscudines et epiros, clavos et gluten bituminis non potest adherere, ut fabricaretur archa non curvis sed rectis lineis longe lateque porrecta, quam nullus in mare mittat conatus hominum, sed levet unda cum venerit naturali ordine ponderum, magisque divina providentia natantem gubernet, ne incurrat ubicumque naufragium. Quod autem scrupulosissime queri solet de minutissimis bestiolis, non solum quales sunt mures et stelliones, verum etiam quales locuste et scarabei, musce denique et pulices, utrum non amplioris numeri in archa illa fuerint quam qui est diffinitus cum hoc imperaret deus, prius ammonendi sunt quos hec movet sic accipiendum esse quod dictum est: que repunt super terram, quia necesse non fuit conservari in archa que possunt in aquis vivere, non solum mersa, sicut pisces, verum etiam supernatantia, sicut multe alites. Deinde cum dicitur: masculus et femina erunt, profecto intelligitur ad reparandum genus dici; ac per hoc nec illa necesse fuerant ibi esse que possunt sine concubitu de quibusdam rebus vel rerum corruptionibus nasci; vel si fuerunt, sicut in domibus esse consueverunt, sine ullo numero diffinito esse potuisse; aut si misterium sacratissimum quod agebatur, et tante rei figura etiam veritate facti aliter non posset impleri, nisi ut omnia ibi certo illo numero essent que vivere in aquis natura prohibente non possent, non fuit ista cura illius hominis vel illorum hominum, sed divina. Non enim ea noe capta intromittebat, sed venientia et intrantia permittebat. Ad hoc enim valet quod dictum est: intrabunt ad te, non solum hominis actu, sed dei nutu, ita sane ut non illic fuisse credenda sint que sexu carent. Prescriptum enim atque diffinitum est: masculus et femina erunt. Alia sunt quippe que de quibusdam rebus sine concubitu ita nascuntur ut postea concumbant et generent, sicut musce; alia vero

Quid origenes sensit de archa noe quam dicit esse geometricam iiii

Agi[?] humana prudentia

De scrupulosissima de minutissimis bestiolis quo modo in archa fuerunt

in quibus non sit maris et femine sicut apes. Ea
porro que sic habent sexum ut non habeant fetum
sicut muli et mule, mirum si fuerunt ibi, ac non po-
cius parentes eorum ibi fuisse sufficeret, equinum videlicet
atque asininum genus, et si qua alia sunt que in com-
mixtione diversi generis genus aliud
gignunt. Sed et si hoc ad misterium pertine-
bant, ibi erant. Habet enim et hoc ge-
nus masculum et feminam. Solet
eciam movere nonnullos, genera esc-
arum que illic habere poterant animali-
a, que non nisi carne vesci putantur.
Utrum preter numerum ibi fuerint sine trans-
gressione mandati, que aliorum alendorum
necessitas illic coegisset includi. An vero quod pocius
est credendum preter carnes alimenta esse potuerunt
que omnibus convenirent. Novimus enim quam mul-
ta animalia quibus caro cibus est, frugibus pomis-
que vescantur et maxime fico atque castaneis. Quid
ergo mirum si vir ille sapiens et iustus, eciam
divinitus admonitus, quid cuique congrueret sine
carnibus, aptum cuique generi alimoniam para-
vit et recondidit. Quid est autem quo vesci non cogeret
fames, aut quid non suave aut salubre facere pos-
sit deus, qui eciam ut sine cibo viverent divina fa-
cilitate donaret, nisi ut pascerentur eciam hoc implende
figure tanti misterii conveniret. Non ergo ad prefigu-
randam ecclesiam pertinere tam multiplicia
rerum signa gestarum, nisi fuerit contenciosus, nemo per-
mittitur opinari. Iam enim gentes
ita ecclesiam repleverunt, mundique
et inmundi, donec certum veniatur ad
finem, ita eius unitate quadam
conpagine continentur, ut ex hoc
uno manifestissimo, de ceteris que
obscurius aliquanto dicta sunt, et diffi-
cilius agnosci queunt, dubitare phas non sit. Que
cum ita sint, si nec inanem ista esse conscripta putare
quisquam vel durus audebit, nec nichil significare
cum gesta sint, nec sola dicta significativa, non facta,
nec aliena esse ab ecclesia significanda proba-
biliter dici potest, sed magis credendum est et sapienter
esse memoriae litterisque mandata, et gesta esse, et sig-
nificare aliquid, et ipsum aliquid ad prefigurandam
ecclesiam pertinere. Iam usque adhuc articulum perductus
liber iste claudendus est, ut ambarum civitatum
cursus, terrene scilicet secundum hominem viventis, et celestis
secundum deum, post diluvium et deinceps in rebus con-
sequentibus requiratur. Explicit liber XV. Incipiunt ty-
tuli libri XVI.

An post diluvium a noe usque ad
abraham alique familie secundum deum
viventium reperiantur. I. Quid in filiis noe prophe-
tice fuit prefiguratum. II. De generacionibus trium
filiorum noe. III. De diversitate linguarum principioque
babilonis. IIII. De descensione domini ad confun-
dendam linguam edificancium turrim. V. Qua-
lis intelligenda sit locucio qua deus angelis
loquitur. VI. An omne bestiarum genus eciam remo-
tissime a terris insule ex eo numero acceperint qui
in archa diluvii inundacione servatus est. VII.
An ex propagine adam vel filiorum noe quedam
genera hominum monstruosa prodierint. VIII. An infe-
riorem partem terre que nostre habitacioni contraria est an-
tipodas habere credendum sit. IX. De generacione
Sem in cuius progenie tendens ad abraham ci-
vitatis dei ordo dirigatur. X. Que ea primitus ligu-
a in usu hominum fuit que postea hebrea ab heber
nuncupata est, et in cuius familia remanserit cum diver-
sitas esset facta linguarum. XI. De articulo temporis in
abraham a quo sancte religionis novus ordo con-
texitur. XII. Que racio fecisse videatur ut in transmi-
gracione thare qua caldeos deserens in me-
sopotaniam transiit, nulla sit filii eius nachor
facta sit mencio. XIII. De annis thare qui in carra
vite tempus inplevit. XIIII. De tempore promissionis a-
brahe secundum preceptum dei exiit de carra. XV. De or-
dine et qualitate promissionum dei que ad abraham
facte sunt. XVI. De tribus excellencioribus gencium
regnis, quorum assyriorum iam tunc abraham subli-
mius eminebat. XVII. De iterato eloquio dei ad abra-
ham quo ei et semini eius chanaan terra promit-
titur. XVIII. De sare pudicicia in egypto per deum custo-
dita, quam abraham non uxorem suam esse dix-
erat sed sororem. XIX. De secessione loth et a-
brahe, qua illis salva caritate conplacuit. XX.
De tercia promissione dei qua terram chanaan abra-
he et semini eius in perpetuum pollicetur. XXI. De
superatis abraham hostibus sodomorum quando loth
de captivitate eripuit et a melchizedech sacer-
dote benedictus est. XXII. De verbo domini ad abraham
quo ei promittitur secundum multitudinem stellarum
multiplicanda posteritas, quod credens iustifica-
tus est adhuc in preputio constitutus. XXIII. De sig-
nificacione sacrificii quod abraham offerre preceptus
tus est cum poposcisset ut de his que crederet
doceretur. XXIIII. De agar ancille sare, quam eadem
sara abrahe voluit esse concubinam. XXV. De tes-
tificacione ad abraham qua eidem seni de steri-
li sara filium spopondit, patremque eum gencium sta-
tuit, et promissi fidem sacramento circumcisionis ob-
signat. XXVI. De masculo qui si octavo die non
fuerit circumcisus, perit anima eius, quod testamentum
dei dissipaverit. XXVII. De commutacione nominum abra-
he et sare, qui cum ob unius sterilitatem, ob u-
triusque autem senectutem generare non possent
munus fecunditatis adepti sunt. XXVIII. De tribus vi-
ris et angelis in quibus ad quercum mambre appa-
ruisse abrahe dominus manifestatur. XXIX. De loth a
sodomis liberato, atque eisdem celesti igne consump-
tis, et de abymalech cuius concupiscencia castitati sare
nocere non potuit. XXX. De ysaac secundum promissi-
onem nato, cuius nomen ex risu utriusque parentis
est inditum. XXXI. De obediencia et fide abrahe, qua per
oblacionem ymolandi filii probatus est. XXXII.
De rebecca nepte nachor, quam ysaac accepit
uxorem. XXXIII. Quid intelligendum sit in eo quod
abraham post mortem sare accepit uxorem
cethuram. XXXIIII. De geminis adhuc in utero rebec-
ce matris inclusis, quid indicaverit divina responsio

Quod que fuerint genera escarum animalium que in archa erant in.

Responsio ad predicta quod deus providit eis de pane quod eciam sine cibo et bene vivere permisisset

XXXV. De oraculo et benedictione quam ysaac non alit' quam per ipius nutu eiusdem ac dilectione accepit XXXVI. De hiis que in esau et Iacob mistice prefigurantur XXXVII. De missione iacob in mesopotamiam ad accipiendam uxorem et de visione quam in itinere sompniauit et de quattuor ipius feminis cum unam petisset uxorem XXXVIII. Que ratio fecit ut etiam isrl' cognominaretur XXXIX. Quo animarum septuaginta quinque cum quibus egiptum narretur ingressus cum plerique ex hiis qui commorentur tempore posteriore sint geniti XL. De benedictione quam in Iudea filium suum promisit XLI. De filiis ioseph quos iacob prophetica manuum suarum transmutatione benedixit XLII. De temporibus moysi ihesu naue ac iudicum atque exinde regum quorum quidem saul primus est sed dauid precipuus et sacramento habetur et merito

Incipit liber sextus decimus sancti Augustini Episcopi de Ciuitate dei. An post diluuium a Noe usque ad Abraham aliquae familiae secundum deum viuentium reperiantur.

Post diluuium procurrentis sancte vestigia ciuitatis utrum continuata sint an intercurrentibus impietatis interrupta temporibus ita ut nullus hominum vel unus dei cultor existeret, ad liquidum scripturis loquentibus inuenire difficile, propterea quod in canonicis libris post noe qui cum coniuge ac tribus filiis totidemque nuribus suis meruit per archam vastatione diluuii liberari, non inuenimus usque ad abraham cuiusquam pietatem euidenti diuino eloquio predicatam, nisi quod noe duos filios suos Sem et Iaphet prophetica benedictione commendat intuens et prouidens quod longe fuerat post futurum. Unde factum est etiam ut filium suum medium, hoc est primogenito minorem, ultimoque maiorem, qui peccauerat in patrem, non in ipso sed in filio eius suo nepote malediceret his verbis: Maledictus chanaan puer famulus erit fratribus suis. Chanaan porro natus fuerat ex cham qui patris dormientis non texerat nuditatem. Unde etiam quod secutus adiunxit benedictionem duorum maximi et minimi filiorum dicens: Benedictus dominus deus Sem, et erit chanaan puer illius. Dilatet deus Iaphet et habitet in domibus Sem. Sicut ipsa eiusdem noe et vineae plantatio et ex eius fructu inebriatio et dormientis nudatio et que ibi cetera facta atque conscripta sunt propheticis sunt grauida sensibus et velata tegminibus.

Quod in filiis noe prophetice sint prefigurata.

Sed nunc rerum iam in posterum euentu consecuto que operta fuerunt satis aperta sunt. Quis enim diligenter haec et intelligenter aduertens non agnoscat in christo Sem, quippe de cuius semine in carne natus est christus, interpretatur nominatus. Quid autem nominatius christo, cuius nomen ubique iam flagrat, ita ut in cantico canticorum etiam ipsa procedente prophetia unguento comparetur effuso, in cuius domibus id est ecclesiis habitat gentium latitudo. Nam iaphet latitudo interpretatur. Cham porro interpretatur calidus, medius noe filius, tamquam se ab utroque discernens et inter utrumque remanens, nec in primitiis israhelitarum nec in plenitudine gentium, quid significat nisi hereticorum genus calidum non spiritu sapientiae sed impatientiae, quo solent hereticorum feruere precordia, et pacem perturbare sanctorum. Sed haec in usum cedunt proficientium iuxta illud apostoli: Oportet et hereses esse, ut probati manifesti fiant in nobis. Unde etiam scriptum est: Filius eruditus sapiens erit, imprudente autem ministro utetur. Multa quippe ad fidem catholicam pertinentia dum hereticorum callida inquietudine exagitantur, ut aduersus eos defendi possint, et considerantur diligentius et intelliguntur clarius et instantius predicantur, et ab aduersario mota questio discendi existit occasio. Quamuis non solum qui sunt apertissime separati, verum etiam omnes qui christiano vocabulo gloriantur et perdite viuunt non absurde possunt videri medio noe filio figurati. Passionem quippe christi que illius hominis nuditate significata est, et annunciant profitendo, et male agendo inhonorant. De talibus ergo dictum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ideo cham in filio suo maledictus est, tamquam in fructu suo, id est in opere suo. Unde conuenienter et ipse filius eius chanaan interpretatus motus eorum, quod aliud quid est quam opus eorum. Sem vero et Iaphet tamquam circumcisio et preputium, vel sicut alio modo eos appellat apostolus, iudei et greci, sed vocati et iustificati, cognita quodammodo nuditate patris, qua significabatur passio redemptoris, sumentes vestimentum posuerunt super duo dorsa sua, et intrauerunt auersi, et operuerunt nuditatem patris sui, nec viderunt quod reuerendo texerunt. Quodammodo enim in passione christi et quod pro nobis factum est honoramus, et iudeorum facinus auersamur. Vestimentum significat sacramentum, dorsa memoriam preteritorum, et passionem christi eo scilicet iam tempore quo habitabat iaphet in domibus Sem, et malus frater in medio eorum, transactam celebrat ecclesia, non adhuc prospectat futuram. Sed malus frater in filio suo, hoc est in opere suo, puer id est seruus est fratrum bonorum, cum ad exercitationem patientiae vel ad prouectum sapientiae sciencia utuntur malis boni. Sunt enim teste apostolo qui christum annunciant non caste, sed quoquo modo, siue occasione siue veritate christus annuncietur. Ipse quippe plantauit vineam de qua dicit propheta: Vinea domini sabaoth domus israhel est. Et bibit de vino eius, siue ille calix hic intelligatur de quo dicit: Potestis bibere calicem de quo ego bibiturus sum? Et pater si fieri potest transeat a me calix iste, quo sicut sine dubio significat passionem, siue quod vinum fructus est vineae, hoc potius illa significatum est, quod ex ipsa vinea, hoc est de genere israhelitarum, carnem pro nobis et sanguinem ut pati posset assumpsit, et inebriatus est id est passus, et nudatus

De dierum monitione noe maledictione cham qui de genus hereticorum significat et benedictione Sem et Iaphet

Quid sit maledictio cham in filio suo chanaan

Quid misticae significatur per Sem et Iaphet qui nuditatem patris vestimento auersi tegebant

est. Ibi namque nudatus est, ubi apparuit eius infirmitas, de qua dicit apostolus: Et si crucifixus est ex infirmitate. Unde idem dicit: Infirmum dei fortius est hominibus, et stultum dei fortius est hominibus. Cum vero cum dictum est: et nudatus est, addidit scriptura: in domo sua, eleganter ostendit, quod a sue carnis gente et domesticis sanguinis sui, utique iudeis, fuerat mortem crucis passurus. Hanc passionem (id est Christi) foris in sono tantum vocis reprobi annuntiant; non enim quod annuntiant intelligunt. Probi autem in interiore homine habent tam grande misterium atque honorant intus in corde infirmum et stultum dei, quia fortius et sapientius est hominibus. Huius rei figura est, quod Cham exiens hoc nuntiavit foris, Sem vero et Iaphet, ut hoc velarent, id est honorarent, ingressi sunt, hoc est interius id egerunt. Hec scripture secreta divine indagamus ut possumus, alius alio magis minusve congruenter, verumptamen fideliter certum tenentes non ea sine aliqua prefiguratione futurorum gesta atque conscripta, neque nisi ad Christum et eius ecclesiam, que civitas dei est, esse referenda; cuius ab initio generis humani non defuit predicatio, quam per omnia videmus impleri. Benedictis igitur duobus filiis Noe atque uno in medio eorum maledicto deinceps usque ad Abraham de iustorum aliquorum, qui pie deum colerent, commemoratione silentium est per annos amplius quam mille. Nec eos defuisse crediderim, sed si omnes commemorarentur, nimis longum fieret, et esset hec historica magis diligentia quam prophetica providentia. Illa itaque exequitur litterarum sacrarum scriptor, vel potius per eum dei spiritus, quibus non solum narrentur preterita, verum etiam prenuntientur futura, que tamen pertinent ad civitatem dei; quia et de hominibus qui non sunt cives eius, quicquid hic dicitur, ad hoc dicitur, ut ex illa comparatione contraria vel proficiat vel emineat. Non sane omnia que gesta narrantur aliquid etiam significare putanda sunt; sed propter illa que aliquid significant, etiam ea que nihil significant attexuntur. Solo enim vomere terra proscinditur; sed ut hoc fieri possit, etiam cetera aratri membra sunt necessaria; et soli nervi in citharis atque huiusmodi vasis musicis aptantur ad cantum; sed ut aptari possint, insunt et cetera in compagibus organorum, que non percutiuntur a canentibus, sed ea que percussa resonant his connectuntur. Ita in prophetica historia dicuntur et aliqua que nihil significant (sed quibus adhereant que significant) et quodammodo religentur.

Figura et passio Christi per Noe inebriatum et per derisum Cham iudei exprimuntur.

De generationibus trium filiorum Noe. capitulum iii.

Generationes ergo filiorum Noe deinceps intuende, et quod de his dicendum videtur attexendum est huic operi, quo civitatis utriusque, terrene scilicet et celestis, per tempora procursus ostenditur. Cepte sunt enim commemorari a minimo filio, qui vocatus est Iaphet; cuius filii nominati sunt (octo), nepotes autem septem de duobus filiis eius, tres ex uno, quatuor ex altero. Fiunt itaque omnes quindecim. Filii autem Cham, hoc est medii filii Noe, quatuor, et nepotes quinque ex uno eius filio, pronepotes duo ex nepote uno. Fit eorum summa undecim. Quibus enumeratis reditur tamquam ad caput et dicitur: Chus autem genuit Nemroth; hic cepit esse gigas super terram. Hic erat gigas venator contra dominum deum; et fuit initium regni eius Babilon, Oreg, Archad et Talenne in terra Sennaar. De terra illa exiit Assur et edificavit Niniven et Roboth civitatem et Chalath et Desem inter medium Niniue et Chalath; hec civitas magna. Iste porro Chus, pater gigantis Nemroth, primus nominatus est in filiis Cham, cuius quinque filii iam fuerant computati et nepotes duo; sed istum gigantem aut post nepotes suos natos genuit aut, quod est credibilius, seorsum de illo propter eius eminentiam scriptura locuta est; quandoquidem et regnum eius commemoratum est, cuius initium fuit illa nobilissima Babilon civitas et que iuxta commemorate sunt sive civitates sive regiones. Quod vero dictum est de terra illa, id est de terra Sennaar, que pertinebat ad regnum Nemroth, exisse Assur et edificasse Niniven et alias quas contexuit civitates, longe postea factum est; sed hoc occasione perstrinxit (id est quod ex) propter nobilitatem regni Assiriorum, quod mirabiliter dilatavit Ninus Beli filius, conditor Niniue civitatis magne; cuius civitatis nomen ex illius nomine derivatum est, ut a Nino Niniue vocaretur. Assur autem, unde Assirii, non fuit in filiis Cham, medii filii Noe, sed in filiis Sem reperitur, qui fuit Noe maximus filius. Unde apparet de progenie Sem exortos fuisse, qui postea regnum gigantis illius optinerent et inde procederent atque alias conderent civitates, quarum prima est a Nino appellata Niniue. Hinc reditur ad alium filium Cham, qui vocabatur Mesraym, et commemorantur quos genuit, non tamquam singuli homines, sed nationes septem; et de sexta velut de sexto filio gens commemoratur exisse, que appellatur Philistim. Unde fiunt octo. Inde iterum ad Chanaan reditur, in quo filio maledictus est Cham, et quos genuit undecim nominantur. Deinde usque ad quos fines pervenerint, commemoratis quibusdam civitatibus, dicitur. Ac per hoc filiis nepotibusque computatis de progenie Cham triginta unus geniti referuntur.

De ortu civitatum Niniue, Babilonis, et de terra Sennaar et Assur, Nemroth.

Quod gigantes orti sunt de Sem et origine Philistim.

De diversitate linguarum principioque Babilonis. capitulum iiii.

Restat commemorare filios Sem, maximi filii Noe; ad eum quippe gradatim generationum istarum pervenit a minimo exorsa narratio. Sed unde incipiunt commemorari filii Sem, habet quiddam obscuritatis, quod expositione illustrandum est, cum multum ad rem pertineat quam requirimus. Sic enim legitur: Et Sem natus est, et ipsi patri omnium filiorum Eber, fratri Iaphet maiori. Ordo verborum est: Et Sem natus est Eber, etiam ipsi Sem natus est Eber, qui Sem pater est omnium filiorum. Sem ergo

patriarcham intelligi voluit, omnium qui de stirpe eius
exorti sunt, quos commemoratus est, sive sint filii si-
itidem ve nepotes et deinceps exorti. Non sane istum Heber
genuit Sem, sed ab illo quintus in progenitorum serie
reperitur. Sem quippe inter alios filios genuit Arpha-
xat, Arphaxat genuit Chainam, Chainam genu-
it Sale, Sale genuit Heber. Non itaque frustra ipse
primus nominatus est in progenie de Sem veniente
et prelatus etiam filiis, cum sit quintus nepos, nisi quia
est verum est quod traditur ex illo Hebreos esse cognominatos
tanquam Hebreos, cum alia possit esse opinio, ut
ex Abraham tamquam Hebrei dicti
esse videantur. Sed nimirum hoc verum est
quod ex Heber Hebrei appellati, ac
deinde detracta una littera Hebrei, quam
linguam solus Israel populus potuit
obtinere, in quo dei civitas et in

Unde hebrei vocati sunt ab heber dicti hebreos probat vel abraham

sanctis peregrinata est, et in omnibus sacramento obumbra-
ta. Igitur filii Sem prius sex nominantur, deinde ex uno eorum
nati sunt quatuor nepotes eius, itidemque alter
filiorum Sem genuit eius nepotem, atque ex illo iti-
dem pronepos natus est, atque inde abnepos, qui est
Heber. Genuit autem Heber duos filios, quorum unum
appellavit Phalec, quod interpretatur dividens. Deinde
scriptura subiungens rationemque huius nominis reddens,
quia in diebus inquit eius divisa est terra. Hoc autem
quid sit postea apparebit. Alius vero qui natus est
ad Heber, genuit xii filios. Ac per hoc fiunt omnes
progeniti de Sem xxvii. In summa igitur omnes pro-
geniti de tribus filiis Noe lxxiii: quindecim de Iapheth,
xxxi de Cham, xxvii de Sem fiunt lxxiii. Deinde
sequitur dicens scriptura: Hii filii Sem in tribubus
suis secundum linguas in regionibus suis et in gentibus
suis. Item que de omnibus: Hec inquit tribus fili-
et secundum gentes eorum orum Noe secundum generationes eorum. Ab hiis disperse sunt
insule gentium super terram post diluvium. Unde col-
ligitur lxxiii vel potius (quod postea demonstrabitur)
lxx duas gentes tunc fuisse, non homines. Nam et prius
cum fuissent commemorati filii Iaphet, ita conclu-
sum est: Ex hiis segregate sunt insule
gentium descenderunt a filiis Noe
in terra sua, unusquisque secundum linguam suam
in tribubus suis et in gentibus suis. Iam
vero in filiis Cham quodam loco apertius

Septuaginta due gentes gentium descenderunt a filiis Noe

gentes commemorate sunt, sicut supra ostendi. Mesra-
him genuit eos qui dicuntur Ludiim, et eodem
modo ceteros usque ad septem gentes, et enumera-
tis omnibus postea concludens: Hii filii Cham inquit
in tribubus suis secundum linguas in regionibus suis suas
et in gentibus suis. Propterea ergo multorum filii non
sunt commemorati, quia gentibus aliis nascendo
accesserunt, ipsi autem gentes facere nequiverunt. Nam
qua alia causa, cum filii Iaphet octo enumerentur,
ex duobus eorum tantum filii nati commemorantur;
et cum filii Cham iiiior nominentur, ex tribus tantum qui
nati sunt adiciuntur; et cum filii Sem nominentur vi,
duorum tantum posteritas attexitur? Numquid ceteri
sine filiis remanserunt? Absit hoc credere, sed ge-
ntes propter quas commemorari digni essent non ut
quia fecerunt, quia sicut nascebantur aliis gentibus
addebantur.

De descensione domini ad confundendas linguas edificantium turrim. v.

Cum ergo in suis linguis iste gentes
fuisse referantur, redit tamen narrator
ad illud tempus, quando una lingua omnium fuit, et inde
iam exponit quid acciderit, ut linguarum di-
versitas nasceretur. Et erat inquit omnis labium terra
unum et vox una omnibus. Et factum est cum move-
rent ipsi ab oriente, invenerunt campum in terra
Sennaar, et habitaverunt ibi. Et dixit homo proxi-
suo mo: Venite faciamus lateres in lapide, et bitumen
erat illis lutum. Et dixerunt: Venite et edificemus
nobismetipsis civitatem et turrem, cuius caput
erit usque ad celum, et faciamus
nostrum nomen, antequam dispergamur
in faciem omnis terre. Et descen-
dit dominus deus videre civitatem
et turrem quam edificaverunt

Quia una lingua et labium erat omnibus hominibus

filii hominum. Et dixit dominus: Ecce genus unum et la-
bium unum omnium, et hoc inchoaverunt facere. Venite Et nunc non deficient ex illis omnia que conati fuerint facere
te et descendentes confundamus ibi linguam
eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi
sui Et dispersit eos dominus inde super faciem omnis terre,
et cessaverunt edificantes civitatem et tur-
rem. Propter hoc appellatum est nomen illius con-
fusio, quia confudit dominus labia omnis terre, et inde
illos dispersit dominus deus super faciem omnis terre. Ista ci-
vitas que appellata est confusio, ipsa est Ba-
bylon, cuius mirabilem constructionem etiam gen-
tium commendat historia. Babylon
quippe interpretatur confusio. Unde
colligitur gigantem illum Nem-
roth fuisse illius conditorem,
quod superius breviter fuerat intima-
tum. Ubi enim de illo scriptura loque-

De confusione linguarum et de fundatione Babilon

retur, ait initium regni eius fuisse Babylo-
Etiam nem, que civitatum ceterarum gereret principa-
tum, ubi esset tamquam in metropoli habitaculum
regni, quamvis perfecta non fuit usque in tantum modum,
usque superba cogitabat impietas. Nam nimi-
a disponebatur altitudo, que dicta est usque in
celum, sive unius turris eius, quam precipuam
moliebantur inter alias, sive omnium turrium, que
per numerum singularem ita significate sunt, ut
dicitur miles et intelliguntur milia militum, ut ra-
na et locusta; sic enim appellata est multi-
tudo ranarum et locustarum in plagis quibus
Egypti percussi sunt per Moysen. Quid autem fac-
tura erat humana et vana presumptio, cuius-
libet et quantumlibet in celum adversus deum
altitudinem molem se extolleret, quando montes trans-
cenderet omnes, quando spacium nebulosi aeris
huius evaderet? Quid denique noceret deo quantacumque
vel spiritalis vel corporalis elatio? Tutam veram-
que in celum viam molitur humilitas, sursum
levans cor ad dominum, non contra dominum, sicut dictus
est gigas iste venator contra dominum. Quod non in-
telligentes nonnulli, ambiguo greco falsi sunt,
et non interpretati sunt contra dominum, sed ante dominum;
enanthion quippe et ante et contra significat.

hoc enim verbum est in psalmo: Et ploremus ante dominum qui fecit nos. Et hoc verbum est etiam in libro Iob, ubi scriptum est: In furorem erexit pisti contra dominum. Sic ergo intelligendus est iste venator contra dominum. Quid autem hic significat hoc nomen quod est venator, nisi animalium terrigenarum deceptor, oppressor et extinctor? Erigebat ergo cum suis populis turrem contra dominum, qua est impia significata superbia. Merito autem malus punitur affectus, etiam cui non succedit effectus. Genus vero ipsum pene quale fuit? Quoniam dominatio imperantis in lingua est, ibi est dampnata superbia, ut non intelligeretur iubens homini, qui noluit intelligere ut obediret deo iubenti. Sic illa conspiratio dissoluta est, cum quisque ab eo quem non intelligebat abscederet, nec se nisi ei cum quo loqui poterat aggregaret; et per linguas divise sunt gentes dispersasque per terras, sicut deo placuit, qui hoc modis occultis nobisque incomprehensibilibus fecit.

Quid sit dominum nemroth robustum venatorem ante dominum

Qualis intelligenda sit locutio qua deus angelis loquitur

Quid sit descendit dominus videre civitatem et turrem

Quod enim scriptum est: Et descendit dominus videre civitatem et turrem quam edificaverunt filii hominum, hoc est non filii dei, sed illa societas secundum hominem vivens, quam terrenam dicimus civitatem: Non loco movetur deus, qui semper est ubique totus, sed descendere dicitur, cum aliquid facit in terra, quod preter usitatum nature cursum mirabiliter factum presentiam quodammodo eius ostendat; nec videndo discit ad tempus, qui numquam potest aliquid ignorare, sed ad tempus videre et cognoscere dicitur quod videri et cognosci facit. Non sic ergo videbatur illa civitas, quomodo eam deus videre facit quando sibi quod displiceret ostendit. Quamvis possit intelligi deus ad illam civitatem descendisse, quia descenderunt angeli eius in quibus habitat, ut quod adiunctum est: Et dixit dominus deus: Ecce genus unum et labium unum omnium, et cetera; ac deinde additum: Venite et descendentes confundamus ibi linguam eorum, recapitulatio sit, demonstrans quemadmodum factum sit quod dictum fuerat: Descendit dominus. Si enim iam descenderat, quid sibi vult: Venite et descendentes confundamus ibi linguam eorum, quod intelligitur angelis dictum, nisi quia per angelos descendebat, qui in angelis descendentibus erat? Et bene non ait: Venite et descendentes confundite, sed: confundamus ibi linguam eorum, ostendens ita se operari per ministros suos, ut sint etiam ipsi cooperatores dei, sicut apostolus dicit: Dei enim sumus cooperarii.

An omne bestiarum genus etiam remotissime atus insule ex eo numero acceperint qui in archa diluvii inundatione servatus est. vii capitulum.

Poterat et illud quod factus est homo de angelis intelligi, quod dictum est: Faciamus hominem, quia non dixit faciam; sed quia sequitur: ad ymaginem nostram, nec fas est credere ad ymaginem angelorum hominem factum aut eandem esse ymaginem angelorum et dei, recte illic intelligitur pluralitas trinitatis. Que tamen trinitas quia unus est deus, etiam cum dixisset: Faciamus, et fecit, inquit, deus hominem ad ymaginem dei. Non dixit: fecerunt dii, aut ad ymaginem deorum. Poterat et hic eadem intelligi trinitas, tamquam pater dixerit ad filium et spiritum sanctum: Venite et descendentes confundamus ibi linguam eorum, si aliquid esset quod angelos prohiberet intelligi, quibus potius congruit venire ad deum motibus sanctis, hoc est cogitationibus piis, quibus ab eis consulitur incommutabilis veritas tamquam lex eterna in illa curia superna. Neque enim sibi ipsi sunt veritas, sed creatricis participes veritatis ad illam moventur tamquam ad fontem vite, ut quod non habent ex se ipsis capiant ex ipsa. Et eorum stabilis est iste motus, quo veniunt qui non recedunt. Nec sic loquitur angelis deus, quomodo nos invicem nobis vel deo vel angelis vel ipsi angeli nobis sive per illos deus nobis, sed ineffabili suo modo; nobis autem hoc indicatur nostro modo. Dei quippe sublimior ante suum factum locutio ipsius sui facti est immutabilis ratio, que non habet sonum strepentem atque transeuntem, sed vim sempiterne manentem et temporaliter operantem. Hac loquitur angelis dei sanctis; nobis autem longe aliter positis. Quando autem etiam nos aliquid talis locutionis interioribus auribus capimus, angelis propinquamus. Non itaque michi assidue reddenda est ratio in hoc opere de locutionibus dei. Aut enim veritas incommutabilis per se ipsam loquitur ineffabiliter rationalis creature mentibus, aut per mutabilem creaturam loquitur, sive spiritalibus ymaginibus nostro spiritui sive corporalibus vocibus corporis sensui.

pulchra distinctio quo deus loquitur ipse et aliter angelis aliter aliis

Illud sane quod dictum est: Et nunc non deficient ex illis omnia que conati fuerint facere, non dictum est confirmando, sed tamquam interrogando, sicut solet a comminantibus dici, quemadmodum ait quidam: Non arma expedient totaque ex urbe sequentur? Sic ergo accipiendum est, tamquam dixerit: Nonne omnia deficient ex illis que conati fuerint facere? Sed si ita dicatur, non exprimit comminantem. Verum propter tardiusculos addidimus particulam, id est ne, ut diceremus nonne, quoniam vocem pronunciantis non possumus scribere. Ex illis igitur tribus filiis hominibus Noe septuaginta tres vel potius, ut ratio declarabit, septuaginta due gentes totidemque lingue per terras esse ceperunt, que crescendo et insulas impleverunt. Auctus est autem numerus gentium multo amplius quam linguarum. Nam et in Affrica barbaras gentes in una lingua plurimas novimus; et homines quidem multiplicato genere humano ad insulas inhabitandas navigio transire potuisse quis ambigat? An ex propagine Adam vel filiorum Noe quedam genera hominum monstruosa prodierint. viii.

Quod philosophus nationes hominum quam linguarum et quod de minutis animalibus

Sed questio est de omni genere bestiarum que sub cura hominum non sunt, neque sicut rane nascuntur ex terra, sed sola commixtione maris et femine propagantur, sicut lupi atque huiusmodi cetera, quomodo post diluvium, quo ea que in archa non erant cuncta deleta sunt, etiam in insulis esse potuerint, si reparata non sunt nisi ex hiis quorum genera in archa servavit. Possunt quidem credi ad insulas natando transisse, sed proximas. Sunt autem quedam tam longe posite a continentibus terris, ut ad eas nulla

videatur nature potuisse bestiarum. Que si homines eas captas secum adduxerunt, et eo modo ubi habitabant earum genera instituerunt, venandi studio fieri potuisse incredibile non est, cum iussu Dei sive permissu etiam opere angelorum negandum non sit potuisse transferri. Si vero e terra exorte sunt secundum originem primam, quando dixit Deus: Producat terra animam vivam, multo clarius apparet non tam reparandorum animalium causa quam figurandarum variarum gentium propter ecclesie sacramentum in archa fuisse omnia genera, si in insulis quo transire non possent multa animalia terra produxit.

Queritur etiam utrum ex filiis Noe vel potius ex illo uno homine, unde etiam ipsi extiterunt, propaganda esse credendum sit quedam monstruosa hominum genera que gentium narrat historia, sicut perhibentur quidam unum habere oculum in fronte media, quibusdam plantas versas esse post crura, quibusdam utriusque sexus esse naturam et dextram mammam virilem, sinistram muliebrem, vicibusque inter se coeundo et gignere et parere; aliis ora non esse eosque per nares tantummodo halitu vivere; alios statura esse cubitales, quos Pigmeos a cubito Greci vocant; alibi quinquennes concipere feminas et octavum [vite] annum non excedere. Item ferunt esse gentem ubi singula crura in pedibus habent nec poplitem flectunt, et sunt mirabilis celeritatis; quos Sciopodas vocant, quod per estum in terra iacentes resupini umbra se pedum protegant; quosdam sine cervice oculos habentes in humeris, et cetera hominum [vel quasi hominum] genera que in maritima platea Carthaginis musivo picta sunt, ex libris deprompta velut curiosioris historie. Quid dicam de Cenocephalis, quorum canina capita atque ipse latratus magis bestias quam homines confitetur? Sed omnia genera hominum que dicuntur esse credere non est necesse. Verum quisquis uspiam nascitur homo, id est animal rationale mortale, quamlibet nostris inusitatam sensibus gerat corporis formam seu colorem sive motum sive sonum sive qualibet [vi, qualibet] parte, qualibet qualitate naturam, ex illo uno prothoplasto originem ducere nullus fidelium dubitaverit. Apparet tamen quid in pluribus natura obtinuerit et quid sit ipsa raritate mirabile. Qualis autem ratio redditur de monstruosis hominum partubus, talis de monstruosis quibusdam gentibus reddi potest. Deus enim creator est omnium, qui ubi et quando creari quid oporteat vel oportuerit ipse novit, sciens universitatis pulchritudinem quarum partium vel similitudine vel diversitate contexat. Sed qui totum inspicere non potest, tamquam deformitate partis offenditur, quoniam cui congruat vel quo referatur ignorat. Pluribus quam quinis digitis in manibus et pedibus nasci homines novimus, et hec levior est quam ulla distantia; sed tamen absit ut quis ita desipiat ut existimet in numero humanorum digitorum errasse creatorem, licet nesciens cur hoc fecerit. Ita et si maior diversitas oriatur, scit ille quid egerit, cuius opera iuste nemo reprehendit.

[De monstruosis hominibus unde ortum habeant et cetera]

[Non est credendum quod creator omnium errauit quod voluit sed fecit]

Apud Hipponem Diarritum est homo quasi lunatas habens plantas et in eis binos tantum digitos, similes et manus. Si aliqua gens talis esset, illi curiose atque mirabili adderetur historie. Num igitur istum propter hoc negabimus ex illo uno, qui primus creatus est, esse propagatum? Androgenos, quos etiam hermofroditos nuncupant, quamvis admodum rari sint, difficile est tamen ut temporibus desint, in quibus sic uterque sexus apparet ut ex quo potius debeant accipere nomen incertum sit; a meliore tamen, hoc est a masculino, ut appellarentur loquendi consuetudo prevaluit. Nam nemo umquam androgenas aut hermofroditas nuncupavit. Ante annos aliquot, nostra certe memoria, in oriente duplex homo natus est superioribus membris, inferioribus simplex. Nam duo erant capita, duo pectora, quatuor manus, venter autem unus et pedes duo, sicut uni homini; et tamdiu vixit ut multos ad eum videndum fama [con]traheret. Quis autem omnes commemorare possit humanos fetus longe dissimiles his ex quibus eos natos esse certissimum est? Sicut ergo hec ex illo uno negari non possunt originem ducere, ita quecumque gentes in diversitatibus corporum ab usitato nature cursu, quem plures et prope omnes tenent, velut exorbitasse traduntur, si diffinitione illa includuntur ut rationalia animalia sint atque mortalia, ab eodem ipso uno primo patre omnium stirpem [trahere] confitendum est; si tamen vera sunt que de illarum nationum varietate et tanta inter se atque nobiscum diversitate traduntur. Nam et simeas et cynocephalos et spingas si nesciremus non homines esse sed bestias, possent illi historici de sua curiositate gloriantes velut gentes aliquas hominum nobis impunita vanitate mentiri. Sed si homines sunt de quibus illa mira conscripta sunt, quid si propterea Deus voluit etiam nonnullas gentes ita creare, ne in his monstris que apud nos oportet ex hominibus nasci eius sapientiam, qua naturam fingit humanam, velut artem cuiuspiam minus perfecti opificis putaremus errasse? Non itaque videri absurdum debet, ut quemadmodum in singulis quibusque gentibus quedam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quedam monstra sint gentium. Quapropter ut istam questionem pedetemptim [cauteque] concludam: aut illa que talia de quibusdam gentibus scripta sunt omnino nulla sunt, aut si sunt homines non sunt, aut ex Adam sunt si homines sunt.

[De androgenis hermofroditis et aliis monstruosis]

[De bestiis simeis cynocephalis spingis et aliis etc.]

An inferiorem partem terre que nostre habitationi contraria est antipedes habere credendum sit. ix. c.

Quod vero et antipedas esse fabulantur, id est homines a contraria parte terre, ubi sol oritur quando occidit nobis, adversa pedibus nostris calcare vestigia, nulla ratione credendum est. Neque hoc ulla historica

cognitione didicisse se affirmat, et quia ratiocinando coniectatur eo quod intra convexa celi terra suspensa sit, eundemque locum mundus habeat et infimum et medium; et ex hoc opinantur alteram terre partem que infra est habitatione hominum carere non posse. Nec attendunt etiamsi figura conglobata et rotunda mundus esse credatur sive aliqua ratione monstretur, non tamen esse consequens ut etiam ex illa parte ab aquarum congerie nuda sit terra; deinde etsi nuda sit, neque hoc statim necesse est ut homines habeat. Quoniam nullo modo scriptura ista mentitur, que narratis preteritis facit fidem eo quod eius predicta complentur; nimisque absurdum est ut dicatur aliquos homines ex hac in illam partem, oceani immensitate traiecta, navigare ac pervenire potuisse, ut etiam illic ex uno illo primo homine genus institueretur humanum. Quapropter inter illos tunc hominum populos, qui per septuaginta duas gentes et totidem linguas colliguntur fuisse divisi, queramus, si possumus invenire, illam in terris peregrinantem civitatem dei, que usque ad diluvium arcamque perducta est atque in filiis Noe per eorum benedictiones perseverasse monstratur, maxime in maximo, qui est appellatus Sem; quandoquidem Japhet ita benedictus est, ut in eius fratris domibus habitaret.

De generatione Sem in qua ordo progenie tendens ad Abraham civitatis dei dirigatur. X.

Tenenda est ergo series generationum ab ipso qui est appellatus Seth, ondebat ante diluvium. Propterea igitur scriptura divina, cum terrenam civitatem in Babylone, hoc est in confusione, monstrasset, ad patriarcham Sem recapitulando revertitur et orditur inde generationes usque ad Abraham, commemorato etiam numero annorum, quoto quisque ad hanc seriem pertinentem filium genuisset quantumque vixisset. Ubi utique agnoscendum est quod ante promiseram, ut appareat quare sit dictum de filiis Heber: Nomen unius Phaleth, quia in diebus eius divisa est terra. Quid enim aliud intelligendum est terram esse divisam nisi diversitatem linguarum? Omissis igitur ceteris filiis Sem ad hanc rem non pertinentibus, illi conectuntur in ordine generationum, per quos possit ad Abraham perveniri, sicut illi conectebantur ante diluvium, per quos perveniretur ad Noe generationibus, que propagate sunt ex illo Adam filio qui est appellatus Seth. Sic ergo incipit ista contexio: Et hee generationes Sem: Sem Noe filius erat centum annorum cum genuit Arfaxat secundo anno post diluvium. Et vixit Sem postquam genuit Arfaxat quingentos annos et genuit filios et filias et mortuus est. Sic exequitur et ceteros, dicens quoto quisque anno vite sue filium genuerit ad istum generationum ordinem pertinentem, qui protenditur ad Abraham, et quot annos post modum vixerit, intimans eum filios filiasque genuisse, ut intelligamus unde potuerint populi accrescere, ne in paucis qui commemorantur hominibus occupati pueriliter hesitemus, unde spatia terrarum atque regnorum repleri de genere Sem potuerint, maxime propter Assyriorum regnum, unde Ninus ille orientalium domitor usquequaque populorum ingenti prosperitate regnavit et latissimum regnum, quod diuturno tempore duceretur, suis posteris propagavit. Sed nos, ne diutius quam opus est immoremur, non quot annos unusquisque in ista generationum serie vixerit, sed quoto anno vite sue genuerit filium, hoc ordine memorando tantummodo ponimus, ut et numerum annorum a transacto diluvio usque ad Abraham colligamus, et propter illa in quibus nos cogit necessitas immorari, breviter atque cursim alia tangamus. Secundo igitur anno post diluvium Sem genuit Arphaxat; Arphaxat autem cum esset centum triginta quinque annorum genuit Caynan; qui cum esset centum triginta genuit Sala. Porro et ipse Sala totidem annorum erat quando genuit Heber. Centum vero et triginta quattuor agebat annos Heber cum genuit Phaleth, in cuius diebus divisa est terra. Ipse autem Phalet vixit centum triginta et genuit Ragau; et Ragau centum triginta duo et genuit Serach; et Serach centum triginta et genuit Nathor; et Nathor septuaginta novem et genuit Thare; Thara autem septuaginta et genuit Abram, quem postea deus mutato vocabulo vocavit Abraham. Fiunt itaque anni a diluvio usque ad Abraham mille septuaginta duo secundum vulgatam editionem, hoc est interpretum septuaginta. In hebreis autem codicibus longe pauciores annos perhibent inveniri, de quibus rationem aut nullam aut difficillimam reddunt. Cum ergo querimus in illis septuaginta duabus gentibus civitatem dei, non possumus affirmare illo tempore quo erat eis labium unum, id est loquela una, tunc iam genus humanum alienatum fuisse a cultu veri dei, ut in solis istis generationibus pietas vera remaneret, que descendunt de semine Sem per Arfaxat et tendunt ad Abraham; sed ab illa superbia edificande turris usque in celum, qua impia significatur elatio, apparuit civitas, hoc est societas, impiorum. Utrum ergo ante non fuit an latuerit, an potius utraque permanserit, pia scilicet in duobus filiis Noe qui benedicti sunt eorumque posteris, impia vero in eo qui maledictus est atque eius progenie, ubi exortus est etiam gigas venator contra dominum, non est diiudicatio facilis. Fortassis enim, quod credibilius est, profecto et in filiis illorum duorum, iam tunc antequam Babylonia cepisset institui, fuerunt contemptores dei, et in filiis Cham cultores dei; utrumque tamen hominum genus terris defuisse numquam credendum est. Nam et quando dictum est: Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum, in utroque psalmo, ubi hec verba sunt, etiam hoc legitur: Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam in cibo panis? Erat ergo et tunc populus dei. Unde illud quod dictum est: Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum, de filiis hominum dictum est, non de filiis dei. Nam premissum erat: Deus de celo prospexit super filios hominum, ut videret si est intelligens aut re

Marginal notes:

de monstruosis que antipodas dicitur

Quod hebrea lingua dum satis ab illis lxxii et ...

Iste est numerus annorum a diluvio usque ad abraham mlxxii et aliorum

In hebreis codicibus minor annorum numerus inveniatur quam in vulgata editione

potuerint

annos

invenire

Ubi ipso Sem ut ipsa ostendat post diluvium civitatem dei sicut eam series generationum

diversitatem

atque eius progenie ubi exortus est etiam gigas

Cham

quirens deum. At deinde illa subiuncta, qua omnes filios hominum ad civitatem pertinentes, qui vivunt secundum hominem, non secundum deum, reprobos esse demonstrat.

Quare primitus lingua in usu hominum fuit que postea hebrea a heber nuncupata est et in cuius familia remanserit cum diversitas esset facta linguarum. xi

Quamobrem si cum erat lingua una omnium, non ideo filii pestilentie defuerunt. Nam et ante diluvium una erat lingua, et tamen omnes preter unam noe iusti domum deleri diluvio meruerunt. Ita quando merito elatioris impietatis gentes linguarum diversitate punite atque divise sunt, et civitas impiorum confusionis nomen accepit, hoc est appellata est babilon, non defuit domus heber, ubi ea que antea fuit omnium lingua remaneret. Unde sicut supra memoravi, cum recenserentur enumerari filii sem, qui singuli gentes singulas procrearunt, primus est commendatus heber, cum sit abnepos ipsius, hoc est ab illo quintus in ueniatur exortus. Quia igitur in eius familia remansit hec lingua, divisis per alias linguas ceteris gentibus, que lingua prius humano generi non inmerito creditur fuisse communis, ideo deinceps hebrea est nuncupata. Tunc enim opus erat eam distingui ab aliis linguis nomine proprio, sicut alie quoque vocate sunt nominibus propriis. Quando autem erat una, nichil aliud quam humana lingua vel humana locutio vocabatur, qua sola universum genus humanum loquebatur. Dixerit aliquis: Si in diebus phaleth filii heber divisa est terra per linguas, id est homines qui tunc erant in terra, ex eius nomine potius debuit appellari lingua illa que fuit omnibus ante communis. Sed intelligendum est heber propterea tale nomen imposuisse filio suo, ut vocaretur phaleth, quod interpretatur divisio, quia tunc ei natus est, quando per linguas terra divisa est, id est ipso tempore, ut hoc sit quod dictum est: in diebus eius divisa est. Nam nisi adhuc heber viveret, cum linguarum facta est multitudo, non ex eius nomine nomen acciperet lingua que apud illum potuit permanere. Et ideo credenda est ipsa fuisse prima illa communis, quoniam de pena venit illa multiplicatio mutatioque linguarum, et utique preter hanc penam esse debuit populus dei. Nec frustra lingua hec est quam tenuit abraham, nec in omnes filios suos transmittere potuit, sed in eos tantum qui propagati per iacob et insignius atque eminentius in dei populum coalescentes dei testamenta et stirpem christi habere potuerunt. Nec heber ipse eandem linguam in universam progeniem suam refudit, sed in eam tantum cuius generationes perducuntur ad abraham. Quapropter etsi non evidenter expressum est fuisse aliquod piorum genus hominum, quando ab impiis babilonia condebatur, non ad hoc valuit hec obscuritas, ut querentis frustraretur, sed potius ut exerceret intentio. Cum enim legitur una fuisse lingua primitus omnium, et ante omnes filios sem commendatur heber, quamvis ex illo quintus oriatur, et hebrea vocatur lingua, quam patriarcharum et prophetarum non solum in sermonibus suis, verum etiam in litteris sacris custodivit auctoritas, profecto cum queritur ubi lingua illa remanere potuerit que fuit ante communis, cum sine ulla dubitatione ubi remansit, non ibi fuit illa pena que facta est mutatione linguarum, quid aliud occurrit, nisi quod in huius gentis remanserit, a cuius nomine nomen accepit, et hoc iusticie gentis huius non parvum apparuisse vestigium, quod cum alie gentes plecterentur mutatione linguarum, ad istam non pervenit tale supplicium. Sed adhuc illud movet, quomodo potuerint singulas gentes facere heber et filius eius phaleth, si una lingua permansit ambobus. Et certe una est hebrea gens ex heber propagata usque ad abraham et per eum deinceps, donec magnus fieret populus israel. Quomodo igitur omnes filii qui commemorati sunt trium filiorum noe singulas gentes fecerunt, si heber et phaleth singulas non fecerunt? Nimirum illud est probabilius, quod gigas ille nemroth fecerit etiam ipse gentem suam, sed propter excellentiam dominationis et corporis eminentius nominatus est, ut maneat numerus septuaginta duarum gentium atque linguarum. Phaleth autem propterea commemoratus est, non quia gentem fecit, nam eadem est ipsa gens hebrea eademque lingua, sed propter tempus insigne, quod in diebus eius terra divisa est. Nec movere nos debet quomodo potuit gigas nemroth ad illud tempus occurrere, quo babylon condita est et confusio gentium. Non enim quia heber sextus est a noe, ille autem quartus, ideo non potuerunt ad illud tempus convenire vivendo. Hoc enim contingit cum plus vivitur ubi pauciores sunt generationes, minus ubi plures, aut serius nati erant ubi pauciores, maturius ubi plures. Sane intelligendum est quando terra divisa est, non solum iam natos ceteros filios filiorum noe qui commemorantur patres gentium, sed etiam eius etatis fuisse, ut numerosas familias haberent, que digne fuissent nominibus gentium. Unde nequaquam putandum est eo ordine genitos qui commemorati leguntur. Alioquin xii filii iectan, qui erat alius filius heber, frater phaleth, non potuerit iam gentes facere, si post phaleth fratrem suum iectan natus est, sicut post eum commemoratus est, quandoquidem tempore quo natus est phaleth divisa est terra. Proinde intelligendum est, eum quidem nominatum prius, sed longe post fratrem suum iectan esse natum, cuius iectan xii filii tam grandes iam familias haberent, ut in linguas proprias dividi possent. Sic enim potuit prior commemorari, qui erat etate posterior, quemadmodum filiorum trium noe commemorati sunt ex tribus filiis noe priores filii iaphet, qui erat minimus eorum, deinde filii cham, qui erat medius, postremo filii sem, qui erat primus et maximus. Illarum autem gentium vocabula partim remanserunt, ita ut hodieque appareat unde fuerint derivata, sicut ex assur assirii, et ex heber hebrei, partim temporis vetustate mutata sunt, ita ut vix homines doctissimi antiquissimas historias perscrutantes, nec omnium, sed aliquarum ex istis origines gentium potuerint reperire. Nam quod ex filio cham qui

Marginal notes: Civitas confusionis nomen accepit babilon. — illa — Quid sonat phaleth filius heber scilicet divisio quando natus est tempore divisionis. — terra — frustra — linguarum — Hic ponit plures questiones de lingua hebrea et de divisione linguarum et de aliis. — gentes fecerunt si heber et phaleth singulas — tempus — phaleth — Que gentes per tractate sint ex tribus filiis noe et eorum filiis ex assur assyrii et heber hebrei etc. — Sem qui erat

vocabatur, mesraym egiptii perhibentur exorti, nulla hic resonat origo vocabuli, sicut nec ethyopum, qui dicuntur ad eum filium cham pertinere qui chus appellatus est. Et si omnia considerentur, plura mutata quam manentia nomina apparent.

De articulo temporis in abraham, a quo secundum religionis novus ordo contexitur. capitulum XII.

Nunc iam videamus procurrentis civitatis dei, etiam ab illo articulo temporis qui factus est in patre abraham, unde incipit esse notitia eius evidentior, et ubi clariora leguntur promissa divina, que nunc in christo videmus impleri. Sicut ergo scriptura sancta indicante didicimus, in regione chaldeorum natus est abraham, que terra ad regnum assyriorum pertinebat. Apud chaldeos autem iam etiam tunc superstitiones impie prevalebant, sicut per ceteras gentes. Una igitur thare domus erat, de qua natus est abraham, in qua unius veri dei cultus et, quantum credibile est, in qua iam sola etiam hebrea lingua remanserat, quamvis et ipse, sicut iam manifestior dei populus in egipto, ita in mesopotamia servisse diis alienis, ihesu naue narrante, referatur, ceteris ex progenie illius heber in linguas paulatim alias et in nationes alias defluentibus. Proinde sicut per aquarum diluvium una domus noe remanserat ad reparandum genus humanum, sic per diluvium multarum superstitionum per universum mundum una remanserat ad reparandum domus thare, in qua custodita est plantatio civitatis dei. Denique sicut illic enumeratis superius generationibus usque ad noe simul cum annorum numeris, et exposita diluvii causa, priusquam deus ad noe de archa fabricanda loqui inciperet, dicitur: Hee autem generationes noe; ita et hic enumeratis generationibus ab illo qui est appellatus sem, filio noe, usque ad abraham, deinde insignis articulus similiter ponitur, ut dicatur: Hee sunt generationes thare. Thare genuit abram et nathor et aran; et aran genuit loth. Et mortuus est aran coram thare patre suo in terra in qua natus est in regione chaldeorum. Et sumpserunt abram et nathor sibi uxores; nomen mulieris abram Sara, et nomen mulieris nathor melcha, filia aran. Qui aran pater melche fuit et pater iesce, que iesca creditur ipsa esse etiam sara, uxor abrahe.

Que ratio fecerit ut in transmigratione thare, qua chaldeos deserens in mesopotamiam transiit, nulla filii eius nathor fiat mentio. capitulum XIII.

Deinde narratur quemadmodum thare cum suis regionem chaldeorum reliquerit et venerit in mesopotamiam et habitaverit in charra. Tacetur autem de uno eius filio, qui vocabatur nathor, tamquam eum non duxerit secum. Nam ita narratur: Et sumpsit thare abram filium suum et loth filium aran, filium filii sui, et saram nurum suam, uxorem abram filii sui, et duxit illos de regione chaldeorum ire in terram chanaan; et venit in charran et habitavit ibi. Nusquam ibi nominatus est nathor et uxor eius melcha. Sed invenimus postea, cum servum suum mitteret abraham ad accipiendum uxorem filio suo ysaac, ita scriptum: Et accepit puer X camelos de camelis domini sui et de omnibus bonis domini sui secum, et exurgens profectus est in mesopotamiam in civitatem nathor. Isto et aliis sacre huius historie testimoniis ostenditur etiam nathor fratrem abrahe exisse de regione chaldeorum sedesque constituisse in mesopotamia, ubi cum patre suo habitaverat abraham. Cur ergo scriptura eum non commemoravit, quando ex gente chaldea cum suis profectus est thare et habitavit in mesopotamia, ubi non solum abraham filius eius, verum etiam sara nurus et loth nepos eius commemorantur, quod eos duxerit secum? Cur putamus, nisi forte quia paterna pietate et fraterna deseruerat et superstitioni adheserat chaldeorum, et postea inde sive penitendo sive persecutionem passus quo suspectus haberetur, et ipse migravit? Nam in libro cuius inscribitur Judith, cum quereret holofernes hostis israhelitarum, quenam illa gens esset, utrum adversus eam bellandum fuisset, sic ei respondit achior dux amonitarum: Audiat dominus noster verbum de ore pueri sui, et referam tibi veritatem de populo qui habitat iuxta montana hec, et non exibit mendacium de ore servi tui. Hec enim progenies est populi chaldeorum, ubi antea habitaverunt in mesopotamia, quia noluerunt sequi deos patrum suorum, qui fuerunt in terra chaldeorum gloriosi, sed declinaverunt de via parentum suorum et adoraverunt deum celi, quem cognoverunt; et proiecerunt eos a facie deorum suorum, et fugerunt in mesopotamiam et habitaverunt ibi dies multos. Et dixit illis deus eorum ut exirent de habitatione sua et irent in terram chanaan, et habitaverunt illic, et cetera, que narrat achior amonites. Unde manifestum est domum thare persecutionem passam fuisse a chaldeis pro vera pietate, qua unus et verus ab eis colebatur deus.

De annis thare, qui in charra vite eius tempus implevit. capitulum XIIII.

Defuncto autem thare in mesopotamia, ubi vixisse perhibetur ducentos et quinque annos, iam incipiunt indicari facte ad abraham promissiones dei, quod ita scriptum est: Et fuerunt dies thare in charra quinque et ducenti anni, et mortuus est in charra. Non sic autem accipiendum est tamquam omnes dies ibi egerit, sed quod dies vite sue, qui fuerunt anni ducenti quinque, ibi compleverit; alioquin nesciretur quot annos vixerit thare, quoniam non legitur quoto anno vite sue in charram venerit; et absurdum est existimare in ista serie generationum, ubi diligenter quot annos quisque vixerit commemoratur, solius huius annorum vite non commendatum esse memorie. Quod enim quorundam, quos eadem scriptura commemorat, tacentur anni, non sunt in hoc ordine in quo temporum dinumeratio decessione gignentium et genitorum successione contexitur. Iste autem ordo, qui digeritur ab adam usque ad noe et inde usque ad abraham, sine numero annorum vite sue neminem continet.

De tempore promissionis abrahe, qua secundum preceptum dei exivit de charra. capitulum XV.

Quod vero commemorata morte thare

Marginal notes:

De abraham nato in chaldea, de qua est exorta civitas dei

Quo sacra scriptura nathor esse situm abrahe qui habitavit in mesopotamia

Nota quod narrat achior dux amonitarum de abraham et nathore

De generatione de Sara uxore eius

Narratio promissionum factarum a deo ad abraham et eius

ab Adam

tempus

in mesopotamiam qui noluerunt

omnes hos dies ibi egerat sed quod

patris Abraham, de mandato Domini legimus: Et dixit Dominus ad Abraham: Exi de terra et cognatione tua, et de domo patris tui. Non quia hoc sequitur in sermone libri, hoc etiam in rerum gestarum tempore sequutum esse putandum est. Erit quippe si ita est insolubilis questio. Post hoc enim verba Dei que ad Abraham facta sunt, scriptura sic loquitur: Et exiit Abraham quemadmodum locutus est illi Dominus, et abiit cum eo Loth. Abraham quemadmodum locutus est illi Dominus et abiit cum eo Loth. Abraham autem erat quinque et septuaginta annorum cum exiit ex Charra. Quo modo potest hoc verum esse, si post mortem patris sui exiit de Charra? Cum enim esset Thare lxx annorum, sicut supra intimatum est, genuit Abraham, quo egressus, cui numero additis lxxv annis, quos agebat Abraham quando egressus est de terra, fiunt anni c xlv. Tot igitur annorum erat Thare, quando exiit Abraham de illa Mesopotamie civitate; agebat enim annum etatis sue septuagesimum quintum, ac per hoc pater eius, qui eum septuagesimo anno suo genuerat, agebat, ut dictum est, centesimum quadragesimum et quintum. Non ergo inde post mortem patris, id est post ducentos quinque annos, quibus pater eius vixit, egressus est; sed annus de illo loco profectionis eius, quoniam ipsius septuagesimus quintus erat, procul dubio patris eius, qui eum septuagesimo suo anno genuerat, centesimus quadragesimus quintus fuisse colligitur. Ac per hoc intelligendum est more suo scripturam redisse ad tempus, quod iam narratio illa transierat; sicut superius cum filios filiorum Noe commemorasset, dixit illos fuisse in linguis et in gentibus suis; et tamen postea, quasi hoc etiam in ordine temporum sequeretur, Et erat, inquit, omnis terra labium unum et vox una omnibus. Quo modo ergo secundum suas gentes et secundum suas linguas erant, si una erat omnibus, nisi quia ad illud, quod iam transierat, est recapitulando reversa narratio? Sic ergo et hic dictum est: Et fuerunt dies Thare in Charra, deinde scripturam redeundo ad id quod ideo pretermiserat, ut prius de Thare quod inchoatum fuerat compleretur: Et dixit Dominus ad Abraham: Exi de terra tua et cetera. Post que Dei verba subiungitur: Et exiit Abraham quemadmodum locutus est ei Dominus, et abiit cum eo Loth. Abraham autem erat quinque et septuaginta annorum cum exiit de Charra. Tunc itaque factum est, quando pater eius centesimum quadragesimum et quintum annum agebat etatis; tunc enim fuit huius lxxv quintus. Soluta est autem questio ista et aliter, ut lxxv quinque anni Abrahe, quando egressus est de Charra, ex illo computarentur, ex quo de igne Chaldeorum liberatus est, non ex quo natus est, tamquam tunc potius natus habendus sit. Sed beatus Stephanus in Actibus Apostolorum hec narrans: Deus, inquit, glorie apparuit Abrahe patri nostro cum esset in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charra, et ait ad illum: Exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui, et veni in terram quam tibi monstrabo. Secundum hec verba Stephani non post mortem patris eius locutus est Deus

Abrahe, qui utique in Charra mortuus est, ubi cum illo et ipse filius habitavit; sed priusquam habitaret in eadem civitate, iam tamen cum esset in Mesopotamia. Iam ergo exierat a Chaldeis. Quod vero adiungit Stephanus: Tunc Abraham egressus est de terra Chaldeorum et habitavit in Charra, non quod sit factum postea, quod locutus est illi Deus; neque enim post illa Dei verba egressus est de terra Chaldeorum, cum dicat ei locutum Deum in Mesopotamia; sed ad totum illud tempus pertinet quod ait: Tunc, id est ex quo egressus est a Chaldeis et habitavit in Charra. Item quod sequitur: Et inde postquam mortuus est pater eius. Intelligendum est igitur locutum Deum fuisse ad Abraham in Mesopotamia, priusquam habitaret in Charra; sed eum in Charram pervenisse cum patre, et retento apud se precepto Dei, et inde profectum in septuagesimo et quinto anno suo, patris autem sui centesimo quadragesimo et quinto anno. Collocationem vero eius in terra Chanaan, non profectionem de Charra, post mortem patris eius factam esse dicit; quia iam mortuus erat pater eius, quando emit terram, cuius ibi iam fuerat coepit esse possessor. Quod autem iam in Mesopotamia constituto, hoc est iam egresso de terra Chaldeorum, dicit Deus: Exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui, non ut inde corpus eiceret, quod iam fecerat, sed ut animum inde velleret, dictum est. Non enim exierat inde animo, si redeundi spe et desiderio tenebatur; que spes et desiderium Deo iubente atque iuvante et illo obediente fuerat amputanda. Non sane incredibiliter estimatur, cum postea secutus est Nachor patrem suum, tunc Abraham preceptum Domini implesse, ut cum Sara coniuge sua et Loth filio fratris sui exiret.

De ordine et qualitate promissionum Dei, que ad Abraham facte sunt. xvi.

Iam considerande sunt promissiones Dei facte ad Abraham; in his enim apertiora Dei nostri, hoc est Dei veri, oracula apparere ceperunt de populo piorum, quem prophetica prenuntiavit auctoritas. Harum prima ita legitur: Et dixit Dominus ad Abraham: Exi de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui, et vade in terram quam tibi monstravero; et faciam te in gentem magnam, et benedicam te et magnificabo nomen tuum, et eris benedictus; et benedicam benedicentibus te, et maledicentes te maledicam; et benedicentur in te omnes tribus terre. Advertendum est igitur duas res promissas Abrahe: unam scilicet, quod terram Chanaan possessurum fuerat semen eius, quod significatur ubi dictum est: Vade in terram quam tibi monstravero, et faciam te in gentem magnam. Aliam vero longe prestantiorem, non de carnali, sed de spirituali semine, per quod pater est non unius gentis Israhelitice, sed omnium gentium, que fidei eius vestigia consectantur, que promitti cepit his verbis: Et benedicentur in te omnes tribus terre. Hanc promissionem factam arbitratur Eusebius septuagesimo quinto anno etatis Abrahe, tamquam mox ut facta est, de Charra exierit Abraham; quia scripture contradici non potest

Margin rubrics: Questio de numero abrahe quando exiit de charra. — Solutio ad questiones dubitabiles supra positas. — Questio solucionis de exitu abrahe de charra et loth. — Solutio de superioribus quorum plura ibi ponuntur dubitationes habebant [?]. — De promissionibus duabus Dei factis ad abraham qui erat tunc Dei [?].

Margin notes: quinque et ducenti anni et mortuus est Thare in Charra. — de Charra. — et vade. — collocavit eum in terra hac in qua vos nunc habitatis et patres vestri; non ait postquam mortuus est pater eius exiit de charra, sed inde hic collocavit postquam mortuus est pater eius [?].

ubi legitur Abraham erat lxx et v annorum, cum ex
iit de charra. cum patre suo demorabatur abraham.
Neque enim inde exire posset, nisi prius ibi habitasset.
Numquidnam ergo contradicitur stephano
dicenti, deus glorie apparuit abrahe
patri nostro, cum esset in mesopotamia priusquam
usque habitaret in charra. sed intelligen
dum est, quod eodem anno facta sunt omnia
et dei promissio, antequam in charra habitaret
abraham, et in charra habitacio eius, et inde profectio
non solum quia Eusebius in cronicis ab anno huius
promissionis computat et ostendit, post quadringen
tos et xxx annos exitum esse de egipto, quando lex da
ta est. verum eciam quia id commemorat apostolus paulus. De
temporibus excellencioribus gencium regnis, quorum assyri
orum iam abraham sublimius eminebat xvii

(margin: Sed si eo anno facta est ista promissio iam utique in Charra)

(margin: Nota quod verba beati stephani supra posita intelligenda sunt)

(margin: tempore)

Per idem tempus eminencia regna erant gencium, in quibus
terrigenarum civitas, hoc est societas homi
num secundum hominem viventium, sub dominatu angelorum de
sertorum insignius excellebat, Regna videlicet
tria, sycioniorum, archadium, egipciorum, assyriorum
multo erat potencius atque sublimius. Nam rex illius Ninus
beli filius, excepta india, universe asye populum
subiugaverat. Asyam nunc dico non illam partem
que huius maioris asye una provincia est. sed eam
que universa asya nuncupatur. Quam quidam in
altera duarum, plerique autem in tercia totius orbis parte
posuerunt, ut sint omnes, asya, europa et affrica.
quod non equali divisione fecerunt. Namque ista que
asya nuncupatur, a meridie per orientem, atque in septen
trionem pervenit. Europa vero a septentrione
usque ad occidentem, atque inde usque ad meridiem. Unde
videntur orbem dimidium, due tenere Europa et affrica, alium vero dimi
dium, sola assya. Sed ideo ille due partes
Europa et affrica facte sunt, quia in
utramque ab occeano ingreditur quidquid
aquarum terram interluit et hoc mare magnum
nobis facit. Quapropter si in duas partes orbem di
vidas, orientis et occidentis, asya erit in una, in
altera vero europa et affrica. Quamobrem trium
regnorum que tunc precellebant, sycioniorum non erat sub
assyriis, quia in europa sunt. Egipciorum autem quo
modo eis subiaceret, a quibus tota asya tenebatur, solis in
dis ut perhibetur exceptis. In assyria igitur prevaluit
dominatus impie civitatis, huius caput erat illa ba
bilon, cuius terrigene civitatis nomen appellatum
est, id est confusio. Ibi iam Ninus regnabat, post
mortem patris sui beli, qui primus illic regnaverat
lxv annos. filius vero eius Ninus qui defuncto
patre successit in regnum, quinquaginta duos reg
navit annos. et habebat in regno xliii, quando natus
est abraham, qui erat annus, circiter millesimus ducentesimus
ante conditam Roma, veluti alteram in occidente
babiloniam. De iterato eloquio dei ad abraham
quo ei et semini eius chanaan terra promittitur xviii

(margin: Sed Assiriorum)

(margin: initio)

(margin: Affrica ab occidente)

(margin: De primo filio beli et de divisione urbis, scilicet asya affrica et europa)

Egressus est abraham de char
ra lxxv anno etatis
sue, centesimo autem xlv patris sui, cum
loth filio fratris sui, et Sara coniuge sua, pertransivit
in terram chanaan, et pervenit usque ad syche
ubi rursus accepit divinum oraculum de
quo ita scriptum est. Et apparuit dominus abra
he et dixit illi, Semini tuo dabo terram hanc.
Nichil de illo semine promissum est, in quo
pater factus est omnium gencium, sed de illo solo de quo
pater est unius israelitice gentis, ab hoc enim semine terra illa
possessa est. Deinde edificato ibi altari et invocato
deo abraham profectus est inde, et habitavit in heremo
atque inde ire in egiptum fames necessitate compulsus
est. ubi uxorem suam dixit sororem, nichil menti
tus. Enim erat et hoc, quia propinqua erat sanguine
sicut eciam loth eadem propinquitate, cum fratris eius esset
filius, frater eius est dictus. De Sare pudicicia per dominum cus
todita quam abraham non uxorem suam esse dixit sed soro
rem xix capitulum

(margin: hic)

(margin: De promissione dei abrahe facta in terra chanaan et eciam terra)

Itaque uxorem tacuit,
non negavit, coniugis tuendam
pudiciciam committens deo, et humanas in
sidias cavens ut homo, quoniam si periculum quantum
caveri poterat non caveret, magis temptaret deum quam speraret. De qua re contra
calumpniantem faustum manicheum, satis diximus.
Denique factum est quod de domino presumpsit abraham. Nam
pharao rex egipti qui eam sibi uxo
rem acceperat, graviter afflictus marito
reddidit. Ubi absit ut credamus
alieno concubitu fuisse pollutam, quia
multo est credibilius hoc pharaonem
facere afflictionibus magnis non
fuisse permissum. De discessione loth et abrahe que illis
salva caritate complacuit xx capitulum

(margin: Quomodo abraham venit ad egiptum fame compulsus cum Sara)

Recessio igitur abraham ex egip
to in locum unde venerat, tunc
loth fratris filius, ab illo in terram sodomo
rum, salva caritate discessit. Divites quippe facti
erant, pastoresque multos pecorum habere ceperant
quibus inter se rixantibus, eo modo familiarum
suarum pugnacione discordiam vitavere
runt. Poterat quippe hinc ut sunt humana
eciam inter ipsos aliqua rixa consurgere.
Proinde hoc malum precavens abraham
inter cetera ista sunt ad loth. Non sit rixa inter
me et te et inter pastores meos et pastores tuos. quia omnes
fratres nos sumus. Nonne ecce tota terra ante te est. dis
cede a me. si tu in sinistram, ego in dextram, vel si
tu in dextram, ego in sinistram. Hinc fortassis ef
fecta est inter homines pacifica consuetudo, ut quando terre
norum aliquid partiendum, maior dividat minor
eligat. De tercia promissione dei qua terra chana
an abrahe et semini eius in perpetuum pollicetur xxi

(margin: Quomodo loth venit ad terram zodomorum ab abraham ex egipto)

(margin: meos et pastores)

Cum ergo discessissent, separati
que habitarent, abra
ham et loth, necessitate sustentande fami
lie non feditate discordie, et abraham in terra cha
naan, loth autem esset in Sodomis, oraculo tercio dominus
dixit ad abraham. Respiciens oculis
tuis, vide a loco, in quo nunc es, ad aquilo
nem et affricum, et orientem et mare
quia omnem terram, quam tu vides, tibi da
bo et semini tuo usque in seculum, et faciam

(margin: tu nunc)

(margin: De tercia promissione quam fecit dominus abrahe in tercio loco)

semen tuum tamquam arenam terre. Si potest aliquis
dinumerare arenam terre, et semen tuum dinumerabitur.
Surgens perambula terram in longitudine eius [et latitudine]
quam tibi dabo eam. In hac promissione utrum et sit il-
la qua prefatus est omni generatio, non evidenter appa-
ret. potest enim videri ad hoc pertinere et faciam semen
tuum tamquam arenam terre, quod ea locutione dictum
est, quam greci vocant yperbolen, que utique tropica
est, non propria. Quo tamen modo, ut ceteris tropis, uti solere
scripturam nullus qui eam didicit ambigit. Iste
autem tropus id est modus locutionis fit, quando id quod di-
citur longe est amplius quam quod eo dicto significatur.
Quis enim non videat quam sit incomparabiliter ampli-
or arene numerus quam potest esse hominum omnium ab ipso adam
usque ad finem seculi. Quanto ergo magis quam semen
abrahe, non solum quod pertinet ad israheliticam
gentem, verum etiam quod est et futurum est secundum imi-
tationem fidei toto orbe terrarum in omnibus gentibus.
Quod semen in comparatione multitudinis impiorum
profecto in paucis est, quamvis et ipsi pauci faci-
ant innumerabilem multitudinem suam, que significata
est per yperbolen id est per arenam terre. Sane ista multitudo
que promittitur abrahe, non deo est innumerabilis, sed
hominibus; deo autem nec arena terre. Proinde quia
non tantum gens israhelitica, sed universum semen abra-
he, ubi est et promissio non secundum carnem sed secundum
spiritum plurimorum filiorum, convenientius arene multi-
tudini comparatur, potest hic intelligi utriusque rei facta
promissio. Sed ideo diximus quod non evidenter appareat, quia
et illius gentis multitudo que secundum carnem nata est
ex abraham per eius nepotem iacob in tantum crevit
ut pene omnes partes [orbis] impleverit, et ideo potuit et ipsa
per yperbolen arene multitudini comparari, quia
et hec sola innumera est homini. Terram certe illam
solam significatam que appellata est chanaan
nemo ambigit. Sed quod dictum est tibi dabo eam
et semini tuo usque in seculum, potest movere nonnullos si [usque in seculum]
usque in seculum intelligant in eternum.
va-Si autem seculum intelligant in eter-
-cat-num. Si autem seculum hoc loco sic acci-
piat, quemadmodum fideliter tenemus i-
nitium futuri seculi a fine presentis ordi-
ri, nichil eos movebit, quia et si expul-
si sunt israhelite de iherusalem, manent tamen in aliis civita-
tibus terre chanaan, et universa terra illa a christia- [Et usque in fine manebunt]
nis inhabitatur, etiam ipsum semen est abrahe.

[Quod sit dictum terram chanaan tibi dabo et semini tuo usque in seculum]

De superatis ab abraham hostibus sodomorum, quando loth de captivitate eripuit, et a melchizedech sacerdote benedictus.

Hac rursus promissionis ac- capitulum xxii
cepto, migravit abraham et man-
sit in alio eiusdem terre loco id est iuxta quercum
mambre, que erat in chebron. Deinde ab hostibus qui
sodomis irruerant, cum quinque reges adversus [quatuor] bellum
gererent, et victis sodomitis, etiam loth captus es-
set, liberavit eum abraham, adductis secum [in prelium] tre-
centis decem et octo vernaculis suis, et victoriam
fecit regibus sodomorum, nichilque spoliorum auferre
voluit, cum rex cui vicerat obtulisset. Sed plane
tunc benedictus est a melchizedech, qui erat sa-
cerdos dei excelsi, de quo —— in epistola que inscribitur
ad hebreos, quam plures apostoli pauli
esse dicunt, quidam vero negant, multa
et magna conscripta sunt. Ibi quip-
pe primum apparuit sacrificium quod nunc
a christianis offertur deo toto orbe
terrarum, impletur quod longe post
hoc factum per prophetam dicitur ad christum, qui fuerat ve-
nturus in carne: Tu es sacerdos in eternum secundum ordi-
nem melchizedech, non scilicet secundum ordinem aaron,
qui ordo fuerat auferendus, illucescentibus rebus
que illis umbris prenotabantur.

[De libacione loth per abraham et benedictione melchizedech et de eleazar]

De eo quod verbo domini ad abraham quo ei promittitur secundum multitudinem stellarum multiplicanda posteritas, quod credens deus iustificatus est, adhuc in preputio constitutus.

Factum tunc etiam est verbum xxiii
domini ad abraham in visu.
Qui cum ei protectionem mercedemque
promitteret, valde multam, ille de posteritate so-
licitus quendam eleazar vernaculum suum futurum
sibi dixit heredem. Continuoque illi promissus est
heres, non iste vernaculus, sed qui de illo abraham
fuerat exiturus. Rursusque semen innumerabile, non sicut
arena terre, sed sicut stelle celi promittitur. Ubi
mihi magis videtur promissa posteritas celesti fe-
licitate sublimis. Nam quantum ad multitudinem
pertinet, quid sunt stelle celi ad arenam terre? nisi quis
et istam comparationem in tantum esse similem dicat, in-
quantum etiam stelle dinumerari non valent,
quia nec omnes eas videri posse credendum est.
Nam quanto quisque acutius intuetur, tanto plures
videt. Unde et acerrime cernentibus aliquas oc-
cultas esse merito estimatur, exceptis eis syderibus
que in alia parte orbis a nobis remotissima
oriri et occidere perhibentur. Postre-
mo quicumque universum stellarum
numerum comprehendisse et scripsisse iac-
tant, sicut aratus vel eudoxus
vel si qui sunt alii, eos libri huius con-
tempnit auctoritas. Hic sane illa
sententia ponitur, cuius apostolus meminit propter
dei gratiam commendandam: Credidit abraham
deo, et deputatum est ei ad iusticiam. Ne circum-
cisio glorietur, gentesque incircumcisas nollet [ad fidem christi]
admitti, ut credenti abrahe deputaretur fides
ad iusticiam, nondum fuerat circumcisus ad fidem
christi.

[Augustinus non facit vim quid dicat aratus et eudoxus et alii de stellis, sed quod dicat sacra scriptura]

De significatione sacrificii quod abraham offerre preceptus est, cum postulasset ut de hiis que crederet doceretur. xxiiii

In eo-
dem visu, cum loqueretur ei deus, etiam
hec ait ad illum: Ego deus qui eduxi
te de regione chaldeorum, ut dem tibi terram hanc
ut heres eius sis. Ubi cum interrogasset abraham
secundum quid sciret quod heres eius —— esset, dixit
ei deus: Accipe mihi iuvencam trimam et capram [vaccam]
trimam, et arietem trimum, et turturem et co-
lumbam. Accepit autem ille hec omnia, et divisit
illa media, et posuit ea contra
faciem alteram alteri, aves autem
non divisit. Et descenderunt
sicut scriptum est aves super

[Quid significat sacrificium trimum divisum per medium, columba et quid aves etc.]

corpora que diuisa erant/ et consedit illis abraham/ Circa solis autem occasum pauor irruit super abraham/ et ecce timor tenebrosus magnus incidit ei et dictum est ad abraham Sciendo scies/ quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria/ et in seruitutem redigent eos/ et affligent eos quadringentis annis/ Gentem autem cui seruierint iudicabo ego/ Post hec vero exibunt huc cum supellectili multa/ Tu autem ibis ad patres tuos cum pace/ nutritus in senectute bona/ Quarta vero generatione conuertent se huc/ nondum enim impleta sunt peccata amorreorum usque adhuc/ Cum autem iam sol erat ad occasum/ flamma facta est/ et ecce fornax fumabunda/ et lampades ignis/ que pertransierunt/ per media diuisa illa/ In die illa disposuit dicens/ Semini tuo dabo terram hanc a flumine egipti usque ad flumen magnum eufraten/ Ceneos et Cenezeos et Cedmoneos et Cetheos et Ferezeos et Raphaim et Amorreos et Chananeos et Eueos et Gergeseos et Gebuseos/ Hec omnia in visu facta/ diuinitus atque dicta sunt/ de quibus singulis enucleate disserere/ longum est/ et intentionem huius operis excedit/ quod ergo satis est nosse debemus/ postea quam dictum est/ abraham credidisse deo et deputatum est illi ad iusticiam/ non eum insipide defecisse/ ut diceret/ dominator domine/ secundum quid sciam/ quia heres eius ero/ Terre quippe illius promissa erat hereditas/ Non enim ait/ Unde sciam/ quasi adhuc non crederet/ sed ait/ secundum quid sciam/ ut ei rei quam crediderat/ aliqua similitudo adhiberetur/ qua eius modus agnosceretur/ Sicut enim non est virginis Marie diffidencia quod ait/ Quomodo fiet istud/ quoniam virum non cognosco/ quod enim futurum esset certa erat/ modum quo fieret inquirebat/ et hoc cum quesisset audiuit/ denique et hec similitudo data est de animalibus/ iuuenca et capra et ariete/ et duobus volucribus/ turture et columba/ ut secundum hec futurum sciret/ quod futurum esse iam non ambigeret/ Siue ergo per iuuencam significata sit plebs posita sub iugo legis/ vel per capram eadem plebs peccatrix futura/ per arietem eadem plebs regnatura/ que animalia propterea trima dicuntur quia cum sint tres insignes articuli temporum/ ab adam usque ad noe et inde usque ad abraham/ et inde usque ad dauid/ qui reprobato saule/ primus in regno gentis israhelite domini est voluntate fundatus/ In hoc ordine tercio/ qui tenditur ex abraham/ usque ad dauid/ tamquam terciam etatem gerens/ ille populus adoleuit/ siue aliquid aliud conuenientius iste significet/ nullo tamen modo dubitauerim spirituales in ea prefiguratos/ additamento turturis et columbe/ Et ideo dictum est/ Aues autem non diuisit/ quoniam carnales inter se diuiduntur/ spirituales autem nullo modo/ siue a negotiosis conuersationibus hominum se remoueant/ sicut turtur/ siue inter illas degant/ sicut columba/ Utraque tamen auis est simplex et innoxia/ significans et in ipso israhelitico populo cui terra illa danda erat/ futuros indiuiduos filios promissionis et heredes regni/ in eterna felicitate mansuros/ Aues autem descendentes supra corpora que diuisa erant/ non bonum aliquid/ sed spiritus indicant aeris huius/ pastum quendam suum/ de carnalium diuisione querentes/ Quod autem illis consedit abraham/ signat etiam inter illas carnalium diuisiones usque in finem perseueraturos fideles/ Et circa solis occasum quod pauor irruit in abraham et timor tenebrosus magnus/ signat circa huius seculi finem magnam perturbationem/ futuram fidelium/ de qua dominus dixit in ewangelio/ Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio/ Quod vero dictum est ad abraham/ Sciendo scies/ quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria/ et in seruitutem redigent eos/ et affligent quadringentis annis/ de populo israhel qui fuerat in egipto seruiturus/ apertissime prophetatum est/ non quod in eadem seruitute/ sub egipciis affligentibus/ quadringentos annos/ ille populus fuit peracturus/ sed in ipsis quadringentis annis/ prenunciatum est hoc futurum/ Quemadmodum enim scriptum est de thare/ patre abraham/ Et fuerunt dies thare in charra quinque et ducenti anni/ non quia omnes ibi acti sunt/ sed quia ibi completi sunt/ ita et hic propterea interpositum est/ Et in seruitutem redigent eos/ et affligent eos/ quadringentis annis/ quoniam iste numerus in eadem afflictione completus est/ non quia ibi uniuersus peractus sit/ Quadringenti sane anni dicuntur/ propter numeri plenitudinem/ quamuis aliquanto amplius sint/ siue ex hoc tempore computentur/ quo ista promittebantur abrahe/ siue ex quo ysaac natus est propter semen abrahe/ de quo ista predicuntur/ Computantur enim sicut superius iam diximus/ ab anno lxxv. abrahe/ quando ad eum facta est prima promissio/ usque ad exitum israhel ex egipto Quadringenti et xxx anni/ quorum apostolus ita meminit/ Hoc autem dico/ inquit/ testamentum confirmatum a deo/ que post quadringentos et xxx annos facta est/ lex non infirmat/ ad euacuandam promissionem/ Iam ergo isti quadringenti et xxx/ quadringenti poterant nuncupari/ quia non sunt multo amplius/ Quanto magis cum aliquot iam ex isto numero preterissent/ quando illa in visu demonstrata et dicta sunt abrahe/ uel quando ysaac natus est/ centenario patri suo/ a prima promissione/ post viginti quinque annos/ cum iam ex istis quadringentis xxx/ quadringenti et quinque remanerent/ quos deus quadringentos uoluit nominare/ et cetera/ que sequuntur in verbis prenunciantis dei/ nullus dubitauerit ad israheliticum populum pertinere/ Quod vero adiungitur/ cum sol autem iam erat ad occasum/ flamma facta est/ et ecce fornax fumabunda/ et lampades ignis que pertransierunt per media diuisa illa/ signat iam in fine seculi/ per ignem iudicandos esse carnales/ Sicut enim afflictio ciuitatis dei/ qualis antea

Quo dubitauit abraham et quo credidit et de gentibus. xi

De animalibus trimis iuuenca capra ariete turture et columba et de diuisione eorum

De magna tribulatione que ventura est in docta fine seculi

Quid est quod prophetatum fuit semen abrahe peregrinum erat in terra et affligetur quadringentis annis

(dominus fedus ad Abrahaam

ac tribulatoz

ad fidem xpi

(siue ex quo natus est ysaac propter semen Abrahe

iniquitas fuit que sub antichristo futura speratur significatur tenebroso timore abrahe circa solis occasum et propinquitate iam finis seculi sicut ad solis occasum et adipsum iam finem, significatur isto igne dies iudicii dirimens carnales per ignem saluandos, et in igne dampnandos. Deinde testamentum factum ad abraham, iam terra chananeorum proprie manifestat, ex nominacione xi gencium a flumine egipti usque ad flumen magnum eufraten. hoc est nilo sed a paruo qui diuidit inter egiptum et palestinam ubi est ciuitas rinocorura

de tribulacione futura per prophetia que sub antichristo erit

seculi

nicola

Non ergo a flumine magno Egipti

De agar ancilla sare quam eadem abrahe uoluit esse concubinam. XXV. capitulum

Iam hinc tempora consequuntur filiorum abrahe, unius de agar ancilla, alterius de sara libera, de quibus in libro superiore iam diximus. Quod autem attinet ad rem gestam, nullo modo est inurendum de hac concubina crimen abrahe, usus est ea quippe ad generandam prolem, non ad explendam libidinem, nec insultans sed obediens coniugi que sue sterilitatis credidit esse solacium si fecundum ancille uterum, quem natura non poterat, uoluntate faceret suum, et eo iure quo dicit apostolus, Similiter et vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, uteretur muliere ad pariendum ex altera quod non poterat ex ipsa. Nulla est hic cupido lasciua, nulla turpitudo nequam. Ab uxore causa prolis ancilla marito traditur, a marito causa prolis accipitur, ab utroque non culpe luxus sed nature fructus exquiritur, denique cum ancilla grauida domine sterili superbiret, et hoc sara suspicione muliebri uiro potius imputaret, etiam ibi demonstrauit abraham non se amatorem seruum sed liberum fuisse genitorem et in agar sare coniugis pudiciciam custodisse, nec uoluntatem suam sed uoluntatem illius impleuisse, accepisse non hesisse, seminasse et non amasse. Ait enim, Ecce ancilla tua in manibus tuis, utere ea, quo tibi placuerit. O uirum uiriliter utentem feminis, coniuge temperanter, ancilla obtemperanter, nulla intemperanter.

Quomodo execesserit concubinatus abrahe cum concubina sua agar que genuit ei ysmahel.

esse illi deus

potius

hic lasciuie nulla nequam turpitudo

Ancilla marito traditur

A marito causa prolis

Accepisse non petisse

Ancilla obtemperanter

De testificacione ad abraham qua eidem seni de sterili sara filium spopondit, patremque eum gencium statuit et promissi fidem sacramento circumcisionis obsignat. XXVI.

Post hec natus est ysmahel ex agar, in quo putari posset impletum quod ei promissum fuerat cum sibi uernaculum suum adoptare uoluisset dicente, Non erit heres tuus hic sed qui exiet de te ille erit heres tuus. Hoc ergo promissum ne in ancille filio putaret impletum, iam cum esset annorum nonaginta et nouem apparuit ei deus et dixit illi, Ego sum deus, placeas in conspectu meo et esto sine querela. Et ponam testamentum meum inter me et inter te, et implebo te valde. Et procidit abraham in faciem suam, et locutus est illi deus dicens, Ecce testamentum meum tecum et eris pater multitudinis gencium, et non appellabitur nomen tuum adhuc abram sed erit nomen tuum abraham quia patrem multarum gencium posui te, et augeam te valde, et ponam te in gentes et reges ex te exibunt et statuam testamentum meum inter me et te, et inter semen tuum post te in generaciones eorum in testamentum eternum, et sim tibi deus, et semini tuo dabo terram in qua [illegible] es omnem terram chanaan in possessionem eternam, et ero illis deus. Et dixit dominus ad abraham, Tu autem testamentum meum conseruabis tu et semen tuum in generaciones suas. Circumcidetur omne uestrum masculinum, et circumcidemini in carne preputii uestri, et erit in signum testamenti inter me et uos. Et puer octo dierum circumcidetur uestrum omne masculinum in progenies uestras, uernaculus et empticius ab omni filio alieno qui non est de semine tuo, si non circumcisione circumcidetur carne preputii sui octauo die interibit anima illa de genere eius quia testamentum meum dissipauit. Et dixit deus ad abraham, Saray uxor tua non appellabitur nomen eius sed Sara erit nomen eius. Benedicam autem illam et dabo tibi ex ea filium et benedicam illum et erit in naciones et reges gencium ex eo erunt. Et procidit abraham super faciem suam et risit, et dixit in animo suo dicens, Si mihi centum annos habenti nascetur filius, et si sara annorum nonaginta pariet. Dixit autem abraham ad deum, ysmahel hic uiuat in conspectu tuo. Dixit autem deus ad abraham, Ita. Ecce sara uxor tua pariet tibi filium et uocabis nomen eius ysaac. Et statuam testamentum meum ad illum in testamentum eternum, et semini eius post illum. De ysmahel autem ecce audiui te, ecce benedixi eum et ampliabo illum in gentem magnam, testamentum autem meum statuam ad ysaac, quem pariet tibi sara, in tempore hoc ad annum sequentem. Hic apertiora promissa sunt de uocacione gencium in ysaac id est in filio promissionis, quo significatur gracia non natura, quia de sene et anu sterili promittitur filius, quamuis enim et naturalem procreacionis excursum deus operetur, ubi tamen euidens opus dei est uiciata et cessante natura, ibi euidencius intelligitur gracia, et quia hoc non per generacionem sed per regeneracionem futurum erat, ideo nunc imperata est circumcisio, quando de Sara promissus est filius, et quod omnes non solum filios uerum eciam seruos uernaculos et empticios circumcidi iubet, ad omnes istam graciam pertinere testatur. Quid enim aliud circumcisio significat, quam naturam exuta uetustate renouatam, et quid aliud quam Christum octauus dies, qui ebdomade completa, hoc est post sabbatum resurrexit, parentum mutantur et nomina omnia resonant nouitatem, et quid est, ut ait quidam, testamentum vetus nisi occultacio noui, et quid est aliud quod dicitur nouum nisi veteris reuelacio. Risus abrahe exultacio est gratulantis, non irrisio diffidentis. Verba quoque eius illa in animo suo, Si mihi centum annos habenti nascetur filius

Quod deus mutauit hic nomen abram et uocauit eum abraham quod interpretatur pater multarum gencium

Sed Sara erit nomen eius

Unde circumcisio ortum habuit et quomodo nomen saray mutatum sit in sara et de ortu ysaac.

illum et multiplicabo eum valde duodecim gentes generabit Et dabo

Ecce ego et

gra

Et in Testamento veteri obumbratum intelligitur nouum

et si Sara annorum nonaginta pariet, non sunt dubitantis, sed admirantis. Si quem uero mouet quod dictum est: Et dabo tibi et semini tuo post te terram, in qua tu peregrina es, omnem terram Chanaan in possessionem eternam, quomodo accipiatur impletum, siue adhuc expectetur implendum, cum possessio quecumque terrena eterna cuilibet genti esse non possit: sciat eternum a nostris interpretari, quod Greci appellant aionion, quod a seculo diriuatum est; aion quippe grece seculum nuncupatur. Sed non sunt ausi Latini hoc dicere seculare, ne longe in aliud mitterent sensum. Secularia quippe multa dicuntur, que in hoc seculo sic aguntur, ut etiam breui tempore transeant; aionion autem quod dicitur, aut non habet finem aut usque in huius seculi tenditur finem.

De circumcisione quid iustitie significet et quare Ysaac dicatur risus.

Sed iste mouere quod intelligi oporteat, quod hic dictum est: Masculus, qui non circumcidetur carne preputii sui octauo die, interibit anima illa de genere eius, quia testamentum meum dissipauit. Cum hec nulla culpa sit paruuli, cuius dixit animam perituram, nec ipse dissipauit testamentum Dei, sed maiores, qui eum circumcidere non curauerunt; nisi quia etiam paruuli non secundum sue uite proprietatem, sed secundum communem generis humani originem omnes in illo uno testamentum Dei dissipauerunt, in quo omnes peccauerunt. Multa quippe appellantur testamenta Dei exceptis illis duobus magnis, ueteri et nouo, quod licet cuique legendo cognoscere. Testamentum autem primum, quod factum est ad hominem primum, profecto illud est: Qua die ederitis, morte moriemini. Unde scriptum est in libro, qui Ecclesiasticus appellatur: Omnis caro sicut uestis ueterascat; testamentum enim a seculo: morte morieris.

Multa Dei sunt testamenta preter uetus et nouum.

Cum enim lex euidentior postea data sit, et dicat Apostolus: Ubi autem non est lex, nec preuaricatio: quo pacto, quod legitur in psalmo, uerum est: Preuaricatores estimaui omnes peccatores terre, nisi quia omnes legis alicuius preuaricatione sunt rei, qui aliquo peccato tenentur obstricti? Quamobrem si etiam paruuli, quod uera fides habet, nascuntur non proprie, sed originaliter peccatores, unde illis gratiam remissionis peccatorum necessariam confitemur, profecto eo modo, quo sunt peccatores, etiam preuaricatores legis illius, que in paradiso data est, agnoscuntur, ut uerum sit utrumque quod scriptum est: Preuaricatores estimaui omnes peccatores terre, et: Ubi lex non est, nec preuaricatio. Ac per hoc quia circumcisio signum regenerationis fuit, et non immerito paruulum propter originale peccatum, quo primum Dei dissipatum est testamentum, generatio disperdet, nisi regeneratio liberet. Sic intelligenda sunt hec diuina uerba, tamquam dictum sit: Qui non fuerit regeneratus, interibit anima illa de genere eius, quia testamentum meum dissipauit, quando in Adam cum omnibus etiam ipse peccauit. Si enim dixisset: Quia hoc testamentum meum dissipauit, non nisi de ista circumcisione intelligi cogeret. Nunc uero, quoniam non expressit cuiusmodi testamentum paruulus dissipauerit, liberum est intelligere de illo testamento dictum, cuius dissipatio pertinere possit ad paruulum. Si autem quisquam non nisi de ista circumcisione

Non de originali peccato paruulorum et remissione eius.

dictum esse contendit, quia in ea testamentum Dei, quoniam non est circumcisus, dissipauit paruulus, querat locutionis aliquem modum, quo non absurde possit intelligi ideo dissipasse testamentum, quia licet non ab illo, tamen in illo est dissipatum. Uerum sic quoque aduertendum est nulla in se negligentia sua iniuste interire animam paruuli, nisi originalis obligatione peccati.

De masculo qui si octauo die non fuerit circumcisus perit anima eius quia testamentum Dei dissipauit. XXVII.

Facta igitur promissione tam magna tamque dilucida ad Abraham, cum euidentissime dictum est: Patrem multarum gentium posui te, et augeam te ualde ualde, et ponam te in gentes magnas, et reges ex te exibunt, et dabo tibi ex Sara filium, et benedicam illum, et erit in nationes, et reges gentium ex eo erunt: quam promissionem nunc in Christo cernimus reddi, ex illo deinceps illi coniuges non uocantur in scripturis, sicut antea uocabantur, Abram et Sarai, sed sicut eos nos ab initio uocauimus, quoniam sic iam uocantur ab omnibus, Abraham et Sara.

Que promissio facta Abrahe completa est in Christo.

De mutatione nominis Abrahe et Sare, qui cum obtinuissent ad fecunditatem, uel sterilitatem aut senectute generare non possent, munus fecunditatis adepti sunt. XXVIII.

Quare autem mutatum sit nomen Abrahe, redditur ratio: Quia patrem, inquit, multarum gentium posui te. Hoc ergo significare intelligendum est Abraham; Abram uero, quod antea uocabatur, interpretatur pater excelsus. De nomine autem mutato Sare non est reddita ratio, sed sicut aiunt, qui scripserunt interpretationes nominum Hebreorum, que his sanctis litteris continentur, Sarai interpretatur princeps mea, Sara autem uirtus mea. Unde scriptum est in epistola ad Hebreos: Fide et ipsa Sara uirtutem accepit ad emissionem seminis. Ambo autem seniores erant, sicut scriptura testatur; sed illa etiam sterilis et cruore menstruo iam destituta, propter quod iam parere non posset, etiam si sterilis non fuisset. Porro si femina ita sit prouectioris etatis, ut ei solita mulierum adhuc fluant, de iuuene parere potest, de seniore non potest; quamuis possit adhuc ille senior, sed de iuuencula gignere, sicut Abraham post mortem Sare de Cetthura potuit, quia uiuidam eius inuenit etatem.

Femina tamen solita mulierum adhuc fluunt de iuuene parere potest, non de seniore, qui gignere non possit de iuuencula.

Hoc ergo est, quod mirum commendat Apostolus, et ad hoc dicit Abrahe iam fuisse corpus emortuum, quoniam non ex omni femina, cui adhuc esset et aliquod pariendi tempus extremum, generare ipse in illa etate adhuc posset. Ad aliquid enim emortuum corpus intelligere debemus, non ad omnia. Nam si ad omnia, non iam senectus uiui, sed cadauer est mortui. Quamuis etiam sic solui soleat ista questio, quod de Cetthura postea genuit Abraham, quia donum gignendi, quod a Domino accepit, etiam post obitum mansit uxoris. Sed propterea mihi uidetur illa, quam secuti sumus, huius questionis solutio preferenda, quia centenarius quidem senex, sed temporis nostri, de nulla potest femina gignere, non tunc, quando adhuc tam diu uiuebant, ut centum

nondum ~ facerent hominem decrepite senectutis.

De tribus uiris et angelis quibus ad quercum mambre apparuisse abrahe deus manifestatur. XXIX. c.

Item deus apparuit abrahe ad quercum mambre in tribus viris quos dubitandum non est angelos fuisse, quamuis quidam existimant unum in eis fuisse dominum christum, asserentes eum etiam ante indumentum carnis fuisse visibilem. Est quidem diuine potestatis et inuisibilis incorporalis inmutabilisque nature sine ulla sui mutatione etiam mortalibus aspectibus apparere non per id quod est sed per aliquid quod sibi subditum est. Quid autem illi subditum non est? Verumtamen si propterea confirmant horum trium aliquem fuisse christum quia cum tres vidisset ad dominum singulariter est locutus, sic enim scriptum est: Et ecce tres uiri stabant super eum et videns procucurrit in obuiam illis ab hostio tabernaculi sui et adorauit super terram et dixit: Domine si inueni gratiam ante te etc. cur non et illud aduertunt duos ex eis venisse ut sodomite delerentur, cum adhuc abraham loqueretur domino appellans et intercedens ne simul iustum cum impio in sodomis perderet; suscepit illos autem duos sic suscepit loth ut etiam ipse in colloquio cum illis suo singulariter dominum appellet. Nam cum eis pluraliter dixisset: Ecce domini declinate in domum pueri uestri etc. quod ibi dicitur, postea tamen ibi legitur: Et tenuerunt angeli manum eius et manum uxoris eius et manus duarum filiarum eius in eo cum parceret dominus ipsi. Et factum est mox ut eduxerunt illum foras, dixerunt: Saluam fac animam tuam; ne respexeris retro neque steteris in tota regione; in monte saluum te fac, ne quando comprehendaris. Dixit autem loth ad illos: Oro domine quia inuenit puer tuus misericordiam ante te et cetera que sequuntur. Deinde post hec uerba singulariter illi respondit et dominus cum duobus angelis esset dicens: Ecce miratus sum faciem tuam etc. Unde multo est credibilius quod et abraham in tribus et loth in duobus viris dominum agnoscebant, cui per singularem numerum loquebantur etiam cum eos homines esse arbitrarentur. Neque enim aliam ob causam sic eos susceperunt ut tamquam mortalibus et humana refectione indigentibus ministrarent. Sed erat profecto aliquid quo ita excellebant licet tamquam homines ut in eis esse dominum sicut esse solet in prophetis hii qui hospitalitatem illis exhibebant dubitare non possent, atque ideo et ipsos aliquando pluraliter et in eis dominum aliquando singulariter appellabant. Angelos autem fuisse scriptura testatur non solum in hoc genesis libro ubi hec gesta narrantur, uerum etiam in epistola ad hebreos, ubi cum hospitalitas laudaretur: Per hanc etiam quidam nescientes hospicio receperunt angelos. Per illos igitur tres uiros cum rursus filius ysaac de sara promitteretur abrahe, diuinum datum est etiam tale responsum, ut diceretur abraham erit

[Margin: Nota scilicet de tribus qui apparuerunt abrahe et de duobus quod loth et quod deus appareat]

[Margin: adonu]

[Margin: Quare angeli loth coegerunt de sodomis per tempus exire ne retro spiceret]

in magnam gentem et multam et benedicentur in eo omnes gentes terre. Et hic duo illa breuissime plenissimeque promissa sunt: gens israel secundum carnem et omnes gentes secundum fidem.

De loth a sodomis liberato atque eisdem celeste igne consumptis et de abymalech cuius concupiscentia castitati sare nocere non potuit. XXX.

Post hanc promissionem liberato de sodomis loth et ueniente igneo ymbre de celo tota illa regio impie ciuitatis in cinerem uersa est, ubi stupra in masculos in tantam consuetudinem inoleuerat quantam leges solent aliorum factorum prebere licentiam. Verum et hoc eorum supplicium specimen futuri iudicii diuini fuit. Nam quo pertinet quod prohibiti sunt qui liberabantur ab angelis retro respicere nisi quia non est animo redeundum ad ueterem vitam cui per gratiam regenerati exuimur, si ultimum euadere iudicium cogitamus? Denique uxor loth ubi respexit remansit et in salem conuersa hominibus fidelibus quoddam prestitit condimentum quo sapiant aliquid unde illud caueant exemplum. Inde rursus abraham fecit in gerariis apud regem ciuitatis illius abymalech quod in egypto de coniuge fecerat eique intacta similiter reddita est. Ubi sane abraham obiurganti regi cur tacuisset uxorem sororemque dixisset aperiens quid timuerit et hoc addidit: Et enim uere soror mea est de patre, sed non de matre; quia de patre suo soror erat abrahe de quo propinqua eius erat. Tante autem pulchritudinis fuit ut etiam in illa etate posset adamari.

[Margin: Quare sodoma cum aliis ciuitatibus fuit exusta igne et lot sic respicere prohibitus fuit loth et uxor eius]

[Margin: Quare abraham in geraris apud regem abymalech saram sororem nominauit sicut in egypto]

De ysaac secundum promissionem nato cui nomen ex risu utriusque parentis inditum. XXXI.

Post hec natus est abrahe secundum promissionem de sara filius, eique nomen imposuit ysaac, quod interpretatur risus. Riserat enim et pater cum ei promissus est admirans in gaudio; riserat et mater cum per illos tres uiros iterum promissus est dubitans in gaudio, quamuis exprobrante angelo quod risus ille etiam si gaudii fuit tamen plene fidei non fuit; post ab eodem angelo in fide etiam confirmata est. Ex hoc igitur puer nomen accepit. Nam quod risus ille non ad irridendum obprobrium sed ad celebrandum gaudium pertinebat nato ysaac et eo nomine vocato sara monstrauit; ait quippe: Risum mihi fecit deus; quicumque enim audierit congaudebit michi. Sed post aliquantum temporis ancilla de domo eicitur cum filio suo et duo secundum apostolum testamenta significantur, uetus et nouum, ubi sara illa superne ierusalem, hoc est ciuitatis dei, figuram gerit.

De obedientia et fide abrahe qua per oblationem ymmolandi filii probatus est. XXXII.

Inter que hec omnia commemorare nimis longum est temptatur

Abraham de ymolando dilectissimo filio ipso ysaac ut pia eius obediencia probaretur, seculo in noticiam proferendo non deo. Neque enim omnis est culpanda temptatio, quia et gratulanda est qua fit probatio. Et plerumque aliter humanus animus sibi ipsi innotescere non potest, nisi vires suas sibi non verbo sed experimento temptatione quodammodo interrogante respondeat. Ubi si dei munus agnoverit, tunc pius est, tunc solidatur firmitate gratie, non inflatur inanitate iactancie. Numquam sane crederet abraham quod victimis deus delectaretur humanis, quamvis divino intonante precepto obediendum sit, non disputandum. Verum abraham confestim filium, cum fuisset ymolatus, resurrecturum credidisse laudandus est. Dixerat namque illi deus, cum de ancilla et filio eius foras eiciendis voluntatem coniugis nollet implere: In ysaac vocabitur semen tibi. Et certe ibi sequitur ac dicitur: Filium autem ancille huius in magnam gentem faciam illum, quia semen tuum est. Quomodo ergo dictum est: In ysaac vocabitur semen tuum, cum et ysmahelem deus semen eius vocavit? Exponens autem apostolus quid sit: In ysaac vocabitur semen tibi, id est, inquit, non qui filii carnis, hii filii dei, sed filii promissionis deputantur in semine. Ac per hoc filii promissionis, ut sint semen abrahe, in ysaac vocantur, hoc est in christo vocante gratia congregantur. Hanc ergo promissionem pater pius fideliter tenens, quia per hunc oportebat impleri quem deus iubebat occidi, non hesitavit quod sibi reddi poterat ymolatus, qui dari potuit non speratus. Sic intellectum est et in epistola ad hebreos, et sic expositum. Fide, inquit, precessit abraham ysaac temptatus, et unicum obtulit, qui promissiones accepit, ad quem dictum est: In ysaac vocabitur semen tibi, cogitans quia et ex mortuis excitare potest. Proinde addidit: Pro hoc etiam eum et in similitudinem adduxit. Cuius similitudinem, nisi illius unde dicit apostolus: Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Propterea et ysaac, sicut dominus crucem suam, ita sibi ligna ad victime locum, quibus fuerat imponendus, ipse portavit. Postremo quia ysaac occidi non oportebat, postea quam est ferire prohibitus, quis erat ille aries quo ymolato impletum est significativo in sanguine sacrificium? Nempe quando eum vidit abraham, cornibus in frutice tenebatur. Quis ergo illo figurabatur nisi ihesus, antequam ymolaretur spinis iudaicis coronatus? Sed divina potius per angelum verba audiamus. Ait quippe scriptura: Et extendit manum suam sumere macheram ut occideret filium suum. Et vocavit illum angelus domini de celo et dixit: Abraham. Ille autem dixit: Ecce ego. Et dixit: Ne inicias manum tuam super puerum neque facias illi quicquam. Nunc etiam cognovi quia times deum tuum

> Dei sua abrahe eiectione ancille per quod significata duo testamenta et discipulus(?) ab hc [illegible]

> Quod quod dictum sit in ysaac vocabitur semen et ysmahele deus semen vocaverit

> De oblatione(?) per hyrcum ymolatorum per ysaac ymolatio veri ysaac i. xpi significabatur

et non pepercisti filio tuo dilecto propter me. Nunc scivi dictum est, nunc sciri feci; neque enim hoc nondum sciebat deus. Deinde ariete illo ymolato pro ysaac filio suo, vocavit ut legimus abraham nomen loci illius: Dominus vidit. Ut dicitur hodie: In monte dominus apparuit. Sicut dictum est: Nunc scivi pro eo quod est: nunc sciri feci, ita hic: Dominus vidit, pro eo quod est: dominus apparuit, hoc est videri se fecit. Et vocavit angelus domini abraham secundo de celo dicens: Per memetipsum iuravi, dicit dominus, propter quod fecisti verbum hoc et non pepercisti filio tuo dilecto propter me, nisi benedicens benedicam te et multiplicans multiplicabo semen tuum tamquam stellas celi et tamquam arenam maris que est iuxta labium maris. Et hereditate possidebit semen tuum civitates adversariorum, et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre, quia obaudisti vocem meam. Hoc modo est illa de vocatione gentium in semine abrahe post holocaustum, quo significatus est xpistus, etiam iuratione dei firmata promissio. Sepe enim promiserat, sed numquam iuraverat. Quid est autem dei veri veracisque iuratio nisi promissi confirmatio et infidelium quedam increpatio? Post hec sara mortua est centesimo vicesimo et vii anno vite sue, centesimo autem et xxxvii viri sui. Decem quippe annis eam precedebat etate, sicut ipse, quando sibi ex illa promissus est filius, ait: Si mihi annorum centum nascetur filius, et si sara nonaginta annorum pariet? Tunc emit agrum abraham in quo sepelivit uxorem. Tunc ergo secundum narrationem stephani in terra illa est collocatus, quia tunc in ea cepit esse possessor, post mortem scilicet patris sui, qui colligitur ante biennium fuisse defunctus.

> Quod ysaac duxit uxorem Rebeccam cur autem abraham post mortem sare chethuram duxerit

> De sepultura sare et de emptione agri sepulture eius(?)

De rebecca nepte nathor quam ysaac accepit uxorem XXXIII

Deinde Rebeccam neptem nathor patrui sui, cum annorum xl esset ysaac, duxit uxorem, centesimo et xl anno vite patris sui, tercio post mortem matris sue. Ut autem illam duceret, quando ab eius patre in mesopotamiam servus missus est, quid aliud demonstratum est, cum eidem servo dixit abraham: Pone manum tuam sub femore meo, et adiurabo te per dominum deum celi et dominum terre, ut non sumas filio meo ysaac uxorem a filiabus chananeorum; nisi dominum deum celi et dominum terre in carne que ex illo femore trahebatur fuisse venturum? Numquid hec parva sunt prenunciate indicia veritatis, quam completam videmus in xpisto?

Quid intelligendum sit in eo quod abraham post mortem sare accepit uxorem chanaã XXXIIII

Quid autem sibi vult quod abraham post mortem sare cethuram duxit uxorem? Ubi absit ut incontinenciam suspicemur, presertim in illa etate et in illa fidei sanctitate. An adhuc procreandi filii querebantur, cum iam deo promittente fidelissime teneretur multiplicatio filiorum ex ysaac per

> ~~Quod significet quod abraham hereditatem dedit ysaac sed filiis concubinarum dationes~~

> Cur ysaac duxit uxorem rebeccam cur autem abraham post mortem sare chethuram duxerit

p stellas celi et arenā t're/ fide pbatissima te-
netur/ Sz profecto si agar et ysmahel/ doctore
aplo significante/ carnales veteris testi/ Cur nō
etiam cheth-ura et filii eius significent carna
les/ qui se ad testm̄ nouū existimāt ptinē/ Am
bo quippe/ et vxores abrahe/ et concubine sunt/
appellate/ Sara aūt nūq̄ dcā ē cōcubina/ Nam
et qn̄ data est agar abrahe/ ita sc̄ptum est/
Sara Tulit g° vxor abraham agar egiptiam ancillā
suam/ post decem annos/ quā habitauit abram in
t'ra chanaan/ et dedit eam abram viro suo/ ipi
vxorem/ De ceth-ura aūt/ quā post obitum Sa
re accepit sic legit'/ Addiciens aūt abraham
sumpsit vxorem/ cui nomē erat ceth-ura/ Ecce h-
be dicunt' vxores abrahe/ Porro concubine fuisse ambe
se repim'/ postea dicēte sc̄ptura/ Dedit aūt abra
ham omnē censum suū ysaac filio suo/ et filiis
concubinarū suarū/ dedit abraham dationes
et dimisit eos/ ab ysaac filio/ adhuc se viuo/ ad
orientem/ in t'ra orientis/ habent g° nōnulla
munera filii cōcubinarū/ sed nō pueniūt ad reg
nū pmissum/ nec h'etici nec iudei
carnales/ q2 p't ysaac nullus est
heres/ et nō qui filii carnis/ hii filii
sed filii dei/ pmissionis deputant'/ in semine
de quo dcm̄ est/ in ysaac vocabit' tibi
semē/ Nec3 enī video/ cur etiā ce
th-ura/ post vxoris mortem ducta/ nisi p' hoc mis
dicta terium/ sit concubina/ Sz quisq̄s hec nō vult in
istis significationib' accipe/ nō calūpniet' abra
he/ Quid si enī et hoc puisum est/ contra hereti
cos futuros/ secundarū aduersarios nuptiarū/ ut in
ipso p're multarū gentiū/ post obitum cōiugis iterū
cōiugari demonstraretur/ nō ee pctm̄/ Et mortu
us est abraham cū eēt annorū C lxx/ ysaac filiū quinque Annorum ergo lxx quinque
suū dereliquit/ quē centenarius genuit/

De geminis adhuc in vtero rebecce inclusis/ quid indicauit diuina rñsio/ xxxv capi

Quid significet q' abrahā hereditate dedit ysaac et filiis cōcubinarū dationes

Iam ex h'c
quēadmodum per posteros abra
he ciuitatis dei procurrant tpa/ audiamus/
A pmo igitur anno vite ysaac/ usq3 ad sexagesimū
quo nati sūt illi filii/ illud est memorabile/ q' illi a
deū rogantī/ ut pareret vxor eius/ q̄ sterilis erat/ cō
cessisset dn̄s/ qd petebat/ atq3 illa cōcepisset/ ges
tiebant gemini adhuc in vtero eius inclusi/ Qua mo
lestia dum angeretur/ dn̄m interrogauit
accepitq3 rn̄sum/ due gentes in vtero tuo sūt/ et
duo ppli de ventre tuo spabunt'/ et pplus pplm
supabit/ et maior seruiet minori/ Quod paulus
aplus/ magnum vult intelligi grē documentum/ q2
nōdum illis natis/ nec aliquid agen
tibus/ boni seu mali/ sine ullis bonis
meritis/ eligit' minor/ maiore reprobato
/ qn̄ procul dubio/ quantū attinet ad o
riginale pctm̄/ ambo pares erant/
quantum aūt ad pprium/ ullius eorū
nullū erat/ Sz nūc de hac re dicere
aliquid latius/ instituti opis ratio nō sinit/ Vnde
in aliis iam multa diximus/ Quod autem dcm̄ ē/
maior seruiet minori/ nemo fere nostrorū aliter intellexit

De morte abrahe et cōceptu rebecce duorū vtero filiorū maior minori seruiete

quā maiorē pplm iudeorū/ minori xano pplo s
uiturū/ Et reuera quāquā in gente ydomeorū/
que nata est de maiore/ cui duo noīa erant/ Nam
et esau vocabat' et edom/ Vnde ydumea/ hoc
videri possit impletum/ quia postea superanda
erat a pplo/ qui ortus est de minore a israelitico/ eiq3
fuerat futura subiecta/ tn̄ in aliquid maius inte
tam fuisse/ istam prophetiam/ qua dcm̄ est/ pplus
pplm supabit/ et maior seruiet minori/ conuenienc'
creditur/ Et quid est hoc/ nisi q' iudeis et xanis eui
dent' impletur/

De oraculo et benedictōe quam ysaac nō aliter q̄ p'r eius merito eiusdem acceperat lectione accepit xxxvi

Accepit etiam ysaac oraculum
quale aliquotiens p'r eius acceperat/
De quo oraculo sic sc̄ptum est/ Facta est aūt
fames sup t'ram/ p't famem q̄ prius fc̄a ē in tē
pore abrahe/ abiit aūt ysaac/ ad abymalech
regem philistinorum in gerara/ Apparuit aūt
illi dn̄s/ et dixit/ Noli descendere in egiptum/ habita
aūt in t'ra quā tibi dixero/ et incole in t'ra hac
et ero tecū et benedicam te/ Tibi enī et semini tu
o/ dabo omnem t'ram hanc/ et statuam iura
mētū meū/ qd iuraui abrahe p'ri tuo/ et multi
plicabo semē tuū/ tanquā stellas celi/ et dabo
semī tuo t'ram hanc/ et benedicent' in semine tuo
oms gentes t're/ pro eo q' obaudiuit abrahā
p'r tuus vocem meam/ et custo
diuit pcepta mea/ et mādata
mea et iustificatiōes meas et
l'tima mea/ Iste patriarcha nec
vxorem habuit aliā/ nec aliam
concubinam/ sz posteritate duo
rum geminorū/ ex vno concubitu
pcreatorū/ contentus fuit/ Timuit sane etiā
ipse periculū de pulcritudine cōiugis/ cū habitaret
int' alienos/ fecitq3 q' p'r/ ut eam sororem diceret
/ vxorem taceret/ Erat enī ei ppinqua/ et paterno
et materno sanguine/ sed etiam ipa/ ab alienis cog
nita/ q' vxor eius eēt/ mansit intacta/ Nec ideo
tn̄ istum p'ri pferre debemus/ q2 iste nullam fe
minam p't vnam cōiugem nouerat/ Erāt enī pro
cul dubio/ paterne fidei et obedientie merita potiora/ in
tm̄ ut pp' illū dicat deus/ huic se facere bona
q̄ facit/ Benedicent' inquit in semine tuo oms
gentes t're/ pro eo q' audiuit p'r tuus Abraham vocē meā et custodiuit p'cepta et mādata
mea et iustificatiōes meas et l'tima mea/ Et
alio rursum oraculo/ Ego sum inquit deus
abraham p'ris tui/ noli timere/ tecum enī sum
et benedixi te/ et multiplicabo semē tuū/ pp' abra
ham patrem tuum/ ut intelligamus quam caste Abraham fecit qd hominibus impudicis/ et nequi
tie sue de sc̄ptris scīs/ pcinia requirētib'
videtur fecisse libidine/ deinde ut et h' nouim'
nō ex bonis singulis/ int' se homines cōparare
sed in vno quoq3 cōsiderare vni
uersa esse/ fieri enī pt/ ut
habeat aliquid in vita/ et mori
bus quispiam/ quo supat aliū
idq3 sit longe pstabilius/ q̄ e
illud vnde ab alio supatur/ Ac p hoc sano

De oraculo qd recepit ysaac a dō tpe famis de t'ra obtinenda semini suo

De secundo oraculo et quo vnus ho alteri prefera tur

vero coniugio, cum continentia coniugio prefertur, melior est tamen homo fidelis coniugatus quam continens infidelis; sed infidelis homo non solum minus laudandus, verum etiam maxime detestandus est. Constituamus ambos bonos; etiam sic profecto melior est coniugatus fidelissimus et obedientissimus deo quam continens minoris fidei minorisque obediencie. Si vero paria sint cetera, continentem coniugato preferri quis ambigat?

De hiis que in esau et iacob mistice prefigurantur. XXXVII c.

Duo igitur ysaac filii, esau et iacob, pariter crescunt. Primatus maioris transfunditur in minorem ex pacto et placito inter illos, eo quod lenticulam, quem cibum minor paraverat, maior inmoderatius concupivit eoque precio primogenita sua fratri iuratione interposita vendidit. Ubi discimus in vescendo non cibi genere, sed aviditate inmoderata quemque culpandum. Senescit ysaac, eique oculorum senectute visus aufertur. Vult benedicere filium maiorem, et pro illo nesciens benedicit minorem, qui pro fratre maiore, qui erat pilosus, se paternis manibus supponit, edinis sibi pellibus coaptatis, velut aliena peccata portantem. Iste dolus iacob ne putaretur fraudulentus, et non in eo magne rei misterium quereretur, superius prescriptus erat: Et erat esau homo sciens venari, agrestis; iacob autem homo simplex habitans domum. Hoc nostri quidam interpretati sunt sine dolo. Sive autem sine dolo, sive simpliciter, sive potius sine fictione dicatur, quod grece est aplastos, quis est iste in percipienda benedictione dolus hominis sine dolo? Quis est dolus simplicis, que fictio non mentientis, nisi profundum misterium veritatis? Ipsa autem benediccio qualis est? Ecce, inquit, odor filii mei tamquam odor agri pleni, quem benedixit dominus. Et det tibi dominus de rore celi et de ubertate terre, et multitudinem frumenti et vini; et serviant tibi gentes, et adorent te principes, et fiere dominus fratris tui, et adorabunt te filii patris tui. Qui maledixerit te, maledictus erit, et qui benedixerit te, benedictus erit. Benedictio igitur iacob predicatio christi est in omnibus gentibus. Hoc fit, hoc agit. Lex et prophetia ysaac, etiam per os iudeorum christus ab illa benedicitur tamquam a nesciente, quia ipsa nescitur. Odore nominis christi sicut ager mundus impletur; eius est benediccio de rore celi, hoc est de imbribus verborum divinorum, et de ubertate terre, hoc est congregatione populorum; eius est multitudo frumenti et vini, hoc est multitudo quam colligit frumentum et vinum in sacramento corporis et sanguinis eius. Ei serviunt gentes, ipsum adorant principes. Ipse dominus fratris sui, quia populus eius dominatur iudeis. Ipsum adorant filii patris eius, hoc est filii abraham secundum fidem, quia et ipse filius est abrahe secundum carnem. Ipsum qui maledixerit, maledictus, et qui benedixerit, benedictus est. Christus, inquam, noster etiam ex ore iudeorum, quamvis errancium, sed tamen legem prophetasque cantancium benedicitur, et alius benedici putatur, qui ab eis errantibus expectatur. Ecce benedictionem promissam repetente maiore expavescit ysaac, et alium pro alio benedixisse cognoscit. Miratur et querit quisnam ille sit, nec tamen se deceptum conqueritur; ymmo confestim revelato sibi intus in corde magno sacramento devitat indignacionem, confirmat benedictionem. Quis ergo, inquit, venatus est mihi venacionem et intulit mihi, et manducavi ex omnibus antequam tu venires, et benedixi eum, et sit benedictus? Quis non hic maledictionem potius expectaret irati, si hec non superna inspiracione, sed terreno more gererentur? O res gestas, sed prophetice gestas, in terra, sed celitus, per homines, sed divinitus! Si excuciantur singula tantis fecunda misteriis, multa sunt implenda volumina; sed huic operi modus moderate imponendus in alia festinare compellit.

Quod iacob primogenita esau pro lenticula emerit et ei benedictionem subripuerit

Quid hoc significet quod ysaac benedixit iacob ignorans et tamen ratificaverit

De missione iacob in mesopotamiam ad accipiendam uxorem et de visione quam in itinere sompniavit et de quatuor ipsius feminis cum unam peteret uxorem. XXXVIII capitulum

Mittitur iacob a parentibus in mesopotamiam ut ibi ducat uxorem. Patris mittentis hec verba sunt: Non accipias uxorem a filiabus chananeorum. Surge, fuge in mesopotamiam in domum batuel patris matris tue, et sume tibi inde uxorem de filiabus laban fratris matris tue. Deus autem meus benedicat te, et augeat te, et multiplicet te, et eris in congregaciones gencium; et det tibi benedictionem abraham patris tui, tibi et semini tuo post te, ut heres fias terre incolatus tui, quam dedit deus abraham. Hic iam intelligimus segregatum semen iacob ab alio semine ysaac, quod factum est per esau. Quando enim dictum est: In ysaac vocabitur tibi semen, quod pertinet utique ad civitatem dei, separatum est inde aliud semen abrahe, quod erat in ancille filio, et quod futurum erat in filiis cethure. Sed adhuc erat ambiguum de duobus geminis filiis ysaac, an ad utrumque an ad unum illorum benedictio pertineret; et si ad unum, quisnam esset illorum. Quod nunc declaratum est, cum prophetice a patre benediciтur iacob et dicitur ei: Et eris in congregaciones gencium, et det tibi benedictionem abraham patris tui. Pergens itaque in mesopotamiam iacob in sompnis accepit oraculum, de quo sic scriptum est: Et exiit iacob a puteo iuracionis et profectus est in charran, et devenit in locum, et dormivit ibi; occiderat enim sol; et sumpsit ex lapidibus loci, et posuit ad caput suum, et dormivit in loco illo, et sompniavit. Et ecce scala stabilita super terram, cuius caput pertingebat ad celum, et angeli dei ascendebant et descendebant per illam, et dominus incumbebat super eam et dixit: Ego sum deus abraham patris tui et deus ysaac. Noli timere; terram in qua tu dormis super eam tibi dabo illam et semini tuo; et erit semen tuum sicut arena terre, et dilatabitur super mare, et in affricum, et in aquilonem, et in orientem; et benedicentur in te omnes tribus terre

Quod iacob in mesopotamiam mittitur a parentibus pro uxore ducenda

De oraculo iacob quod recepit in sompnis ubi vidit scalam et angelos

[margin: Et hec est porta celi. Et surrexit iacob et sumpsit lapidem quem supposuerat sibi sub capite et statuit illum titulum et perfudit oleum in cacumine eius et vocavit iacob nomen loci illius domus dei]

et in semine tuo. Et ecce ego sum tecum custodiens te
in omni via quacumque ibis, et reducam te in terram
hanc, quia non te delinquam donec faciam omnia que te-
cum locutus sum. Et surrexit iacob de sompno suo
et dixit: quia dominus est in loco hoc, ego autem nesciebam,
et timuit et dixit: Quam terribilis locus hic, non est
hic nisi domus dei. Hoc ad prophetiam pertinet, nec mo-
re ydolatre lapidem perfudit oleo iacob, velut faci-
ens illum deum. neque enim adoravit eundem lapidem,
vel ei sacrificavit. Sed quia christi nomen a crismate i.
ab unctione, profecto figuratum est hic aliquid
quod ad magnum pertineat sacramentum. Scalam vero
istam intelligitur ipse salvator nobis in memoriam
revocare in ewangelio, ubi cum dixisset de natha-
naele: Ecce vere israhelita in quo dolus [margin: Allegoria scale et lapidis quem iacob oleo perfudit]
non est, quia israhel viderat istam visionem,
ipse est enim iacob, eodem loco ait: Amen
amen dico vobis videbitis celum
apertum et angelos dei ascendentes et descen-
dentes super filium hominis. Perrexit ergo iacob in meso-
potamiam ut inde acciperet uxorem. Unde autem
illi acciderit quatuor habere feminas, de quibus
duodecim filios et unam filiam procreavit,
cum earum nullam concupisset illicite, indicat divina
scriptura. Ad unam quippe accipiendam venerat,
sed cum illi altera pro altera supposita fuisset, nec ipsam
dimisit, quia nesciens illa usus fuerat in nocte, ne lu-
dibrio videretur habuisse, et eo tempore, quo multipli-
cande posteritatis causa plures uxores lex nulla
prohibebat. Accepit etiam illam cui uni iam
futuri coniugii fidem fecerat. Que cum esset sterilis, an-
cillam suam de qua filios ipsa susciperet marito
dedit. Quod etiam maior soror eius, quamvis peperis-
set, imitata, quoniam multiplicare prolem cupiebat,
effecit. Nullam iacob legitur petisse preter unam,
nec usus pluribus nisi gignende prolis officio, coniuga-
li iure servato, ut neque hoc faceret nisi uxores eius
id fieri flagitassent, que corporis viri sui
habebant legitimam potestatem. Genuit ergo xii
filios et unam filiam ex quatuor mulieribus. [margin: Quod iacob iiij uxores duxit de quibus genuit xii filios et unam filiam]

Quare vero fecit ut etiam israhel cognominaretur

Deinde ingressus est in egiptum XXXIX c.

ad filium suum
ioseph, qui venditus a [pre]invidentibus [margin: pre]
fratribus, eo perductus fuit atque ibi sublimatus. Ia-
cob autem [etiam] israhel sicut paulo ante dixi vocabatur,
quod nomen magis populus ex illo procreatus ob-
tinuit. Hoc nomen autem illi ab angelo impositum
est, qui cum illo fuerat in itinere de mesopotamia re-
deunte luctatus, typum christi evidentissime gerens.
Nam quod ei prevaluit iacob, utique volenti, ut mis-
terium figuraret, significat passionem christi, ubi ei
visi sunt prevalere iudei. Et tamen benedictionem
ab eodem angelo quem superaverat impetravit, at-
que huius nominis impositio benedictio fuit. Israhel
autem videns deum, quod erit in fine premium om-
nium sanctorum. Tetigit porro illi idem angelus
velut prevalenti latitudinem femoris, eumque isto
modo claudum reddidit. Erat itaque unus atque idem
iacob et benedictus [et claudus. Benedictus] in eis qui in christum ex eodem populo
crediderunt, atque in infidelibus claudus. Nam
femoris latitudo generis est multitudo, plures
quippe sunt in ea stirpe de quibus prophetice pre-
dictum est: et claudicaverunt a semitis suis.

Quomodo cum lxxv animabus egiptum narretur ingres-
sus, cum plerique ex hiis quos commemorat ipse postmodo
sunt geniti XL capitulum

Ingressi

itaque referuntur in egiptum
simul cum ipso iacob lxxv homines, an-
numerato ipso et filiis suis. In quo numero duo tantum
commemorantur, una filia, neptis altera. Sed res
diligenter considerata non indicat quod tantus numerus fuit
in progenie iacob die vel anno
quo ingressus est. Commemorati sunt
quippe in eis et pronepotes io-
seph, qui nullo modo iam tunc esse potu-
erunt, quoniam tunc cxxx annorum erat
iacob, filius vero eius ioseph xx-
xix, quem accepisse xxx° anno suo vel amplius
constat uxorem, quo potuit per novem annos
habere pronepotes de filiis quos ex eadem ux-
ore accepit? Cum igitur nec filios haberent effrem
et manasses filii ioseph, sed eos pueros infra
quam novennes iacob egiptum ingressus invenit.
[margin: Quod iacob claudus factus fuit per angelum et in egiptum venit cum lxxv hominibus]
Quo pacto eorum non solum filii sed etiam ne-
potes in illis lxxv numerantur, qui tunc egiptum
ingressi sunt cum iacob? Nam commemoratur
ibi machir filius i. galaad nepos manasse [margin: filius manasse et nepos ioseph et eiusdem machir]
pronepos ioseph. Ibi est et quem genuit effrem
alter filius ioseph i. utalaam nepos ioseph, et [margin: Ibi est et zareth filius ipsius utalaam i. nepos effrem pronepos ioseph]
nullo modo esse potuerunt, quando iacob in egiptum
venit et filios ioseph nepotes suos, avos
istorum, minores quam novem annorum pueros invenit.
Sed nimirum introitus iacob in egiptum, quando
eum [cum] in lxxv hominibus scriptura commemorat, non unus
dies vel unus annus, sed totum est illud tempus
quamdiu vixit ioseph, per quem factum est ut intraret.
Nam de ipso ioseph eadem scriptura sic loquitur:
Et habitavit ioseph in egipto ipse et fratres eius
et omnis cohabitatio patris eius, et vixit annos
c x. Et vidit ioseph filios effrem usque in terti-
am generationem. Ipse est ille pronepos eius
ab effrem tertius. Generationem quippe tertiam
dicit filium nepotem [pronepotem]. Deinde sequitur: et filii machir
filii manasse, qui nati sunt supra femora io-
seph. Et hic ille ipse est nepos ma- [margin: de filiis ioseph effrem et manasses et eius nepotibus machir et aliis]
nasse, pronepos ioseph. Sed plu-
raliter appellati sunt, sicut scriptura
consuevit, que unam quoque filiam
iacob filias nuncupavit, sicut
in latine lingue consuetudine
ne liberi dicantur pluraliter filii etiam si non sint uno
amplius. Cum ergo ipsius ioseph predicetur
felicitas, quia videre potuit pronepotes, nullo modo
putandi sunt iam fuisse xxxix anno proavi sui
ioseph, quando ad eum in egiptum pater eius ad-
venit. Illud autem quod fallit minus ista diligenter
intuentes, hec autem nomina filiorum israhel qui intra-
verunt in egiptum cum iacob patre suo, hoc autem
dictum est, quia simul iam erant omnes quando egiptum [intravit]
[margin: quia simul cum illo computantur octuaginta quinque non]

ingressus est ipse, sicut dixi, totum tempus habet eorum ingressus, quo uixit Ioseph, per quem uidetur ingressus.

De benedictione quam in Iudam filium suum promisit Iacob. xli.

Igitur si propter populum Christianum, in quo Dei ciuitas peregrinatur in terris, si carnem Christi in Abrahe semine requiramus, remotis concubinarum filiis occurrit Ysaac; si in semine Ysaac, remoto Esau, qui est etiam Edom, occurrit Iacob, qui est et Israel; si in semine ipsius Israel, remotis ceteris occurrit Iudas, quia de tribu Iuda exortus est Christus. Ac per hoc in Egipto moriturus Israel suos filios benedicens, quemadmodum Iudam prophetice benedixerit, audiamus: Iuda, te laudabunt fratres tui; manus tue super dorsum inimicorum tuorum; adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda; ex germinatione, fili mi, ascendisti; recumbens dormisti ut leo et ut catulus leonis; quis suscitabit eum? Non deficiet princeps ex Iuda et dux de femoribus eius, donec ueniant que reposita sunt ei; et ipse erit expectatio gentium; alligans ad uitem pullum suum et cilicio pullum asine sue. Lauabit in uino stolam suam et in sanguine uue amictum suum; fului oculi eius a uino, et dentes candidiores lacte. Exposui hec aduersus Manicheum Faustum disputans et satis esse arbitror, quantum ueritas prophetie huius elucet; ubi et mors Christi predicta est uerbo dormitionis, et non necessitas, sed potestas in morte nomine leonis. Quam potestatem in euangelio ipse predicat dicens: Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo eam tollit a me, sed ego eam pono a me et iterum sumo eam. Sic leo fremuit, sic quod dixit impleuit. Ad eam namque pertinet potestatem, quod de resurrectione eius adiunctum est: Quis suscitabit eum? hoc est, quia nullus hominum nisi se ipse, qui etiam de corpore suo dixit: Soluite templum hoc, et in triduo reedificabo illud. Ipsum autem genus mortis, hoc est sublimitas crucis, in uno uerbo intelligitur, quod ait: Ascendisti. Quod uero addidit: Recumbens dormisti, euangelista exponit dicens: Et inclinato capite tradidit spiritum; aut certe sepultura eius agnoscitur, in qua recubuit dormiens, et unde illum nullus hominum, sicut prophete aliquos uel sicut ipse alios, suscitauit, sed sicut a somno ipse surrexit. Stola porro eius, quam lauat in uino, id est mundat a peccatis in sanguine suo, cuius sanguinis sacramentum baptizati sciunt (unde et adiungit: Et in sanguine uue amictum suum), que est ecclesie? Et fului oculi eius, spiritales eius inebriati poculo eius, de quo canit psalmus: Et calix tuus inebrians quam preclarus est! Et dentes eius candidiores lacte, quod potant apud apostolum paruuli, uerba scilicet nutrientia, nondum idonei solido cibo. Ipse est in quo reposita erant promissa Iude, que donec uenirent, numquam principes, hoc est reges Israel, ex illa stirpe defuerunt. Et ipse expectatio gentium, quod clarius uidendo quam fit exponendo.

Benedictio de Iuda de cuius tribu exortus est Christus.

Allegorica expositio facte benedictionis.

Iudas ex germinatione, fili mi, ascendisti; recumbens dormisti ut leo ut catulus leonis.

a uino spiritales

De filiis Ioseph quos Iacob prophetica manuum suarum transmutatione benedixit. xlii capitulum.

Sicut autem duo Ysaac filii, Esau et Iacob, figuram prebuerunt duobus populis in Iudeis et Christianis (quamuis quod ad carnis propaginem pertinet, nec Iudei uenerint de semine Esau, sed Ydumei, nec Christiane gentes de Iacob, sed potius Iudei; ad hoc enim tantum figura ualuit, quod dictum est: Maior seruiet minori), ita factum est etiam in duobus filiis Ioseph. Nam maior gessit typum Iudeorum, Christianorum autem minor. Quos cum benediceret Iacob, manum dexteram ponens super minorem, quem habebat ad sinistram, sinistram uero super maiorem, quem habebat ad dexteram, graue uisum est patri eorum, et admonuit patrem uelut corrigens eius errorem et quisnam eorum esset maior ostendens. At ille mutare manus noluit, sed dixit: Scio, fili, scio. Et hic erit in populos, et exaltabitur; sed frater eius minor maior illo erit, et semen eius erit in multitudine gentium. Quid euidentius quam his duabus promissionibus contineri populum Israelitarum orbemque terrarum in semine Abrahe, illum secundum carnem, istum secundum fidem?

Quomodo sit intelligendum maior seruiet minori et quod Iacob cancellauit manus dando benedictionem filiis Ioseph.

Etiam hic illa duo promissa demonstrat. Nam ille in populum, iste in multitudine gentium erit.

Defuncto Iacob, defuncto etiam Ioseph, per reliquos centum xliiii annos, donec exiret de terra Egipti, in modum incredibilem illa gens creuit, et tantis attrita persecutionibus, ut quodam tempore nati masculi necarentur, cum mirantes Egiptios nimia populi illius incrementa terrerent. Tunc Moyses subtractus furto trucidatoribus paruulorum ad domum regiam, magna Deo per eum parante, peruenit nutritusque et adoptatus a filia Pharaonis (quod nomen in Egipto omnium regum fuit) in tantum peruenit uirum, ut ipse illam gentem mirabiliter multiplicatam ex durissimo et grauissimo, quod ibi ferebat, iugo seruitutis extraheret, immo per eum Deus, qui hoc promiserat Abrahe. Namque prius inde fugiens, eo quod, cum Israelitam defenderet, Egiptium occiderat et territus fugerat, postea diuinitus missus in potentia spiritus Dei superauit resistentes Pharaonis magos. Tunc per eum Egiptiis illate sunt decem memorabiles plage, cum dimittere populum Dei nollent: aqua in sanguinem uersa, rane et sciniphes, cinomia, mors pecorum, ulcera, grando, locuste, tenebre, mors primogenitorum. Ad extremum Israelitas, quos plagis tot tantisque perfracti tandem aliquando dimiserant, Egiptii in mari Rubro persecuti extincti sunt. Illis quippe abeuntibus diuisum mare uiam fecit, hos autem insequentes redeuntibus undis submersit. Deinde sub annis quadraginta duce Moyse Dei populus in deserto actus est, quando tabernaculum testimonii nuncupatum est, ubi Deus sacrificiis futura promittentibus colebatur, cum scilicet iam lex data fuisset in monte multum terribiliter; attestabatur enim euidentissima mirabilibus signis uocibusque diuinitas. Quod factum est de Egipto et mox ut exitum est.

Egipti

De electione Moysi et quod Israel liberauerat de Egipto per decem plagas.

in deserto populus esse cepit quinquagesimo die post celebratum pascha per ovis immolacionem cuius usque adeo Christi typus est prenuncians eum per victimam passionis de hoc mundo transiturum ad patrem. pascha quippe hebrea lingua transitus interpretatur, ut etiam cum revelaretur testamentum novum, postea quam pascha nostrum ymolatus est Christus, quinquagesimo die veniret de celo spiritus sanctus, qui dictus est in ewangelio digitus dei, ut recordacionem nostram in primi prefigurati memoriam revocaret, quia et legis ille tabule digito dei scripte referuntur. De temporibus moysi et ihesu nave ac iudicum atque exinde regum, quorum saul primus est sed david precipuus et sacramento habetur et merito. xliii

Defuncto ergo moyse populum rexit ihesus nave et in terram promissionis introduxit eamque populo divisit. ab his duobus mirabilibus ducibus bella etiam prosperrime ac mirabiliter gesta sunt, deo contestante non tam propter merita hebrei populi quam propter peccata earum, que debellabantur gencium, illas eis provenisse victorias. post istos duces iudices fuere, iam in terra promissionis populo collocato ut inciperet interim reddi abrahe prima promissio de gente una id est hebrea, et de terra chanaan, non dum de omnibus gentibus et toto orbe terrarum, quod Christi adventus in carne, et non veteris legis observaciones sed ewangelii fides fuerat impletura. Cuius rei prefiguracio facta est, quod non moyses, qui legem populo acceperat in monte syna, sed ihesus, cui etiam nomen deo precipiente mutatum fuerat ut ihesus vocaretur, populum in terram promissionis induxit. Temporibus autem iudicum sicut se habebant et peccata populi et misericordia dei, alternaverunt prospera et adversa bellorum. Inde ventum ad regum tempora, quorum primus regnavit saul. Cui reprobato et bellica clade prostrato, eiusdem stirpe proiecta, ne inde reges orirentur, david successit. Cuius maxime Christus dictus est filius. In quo articulus quidam factus est, et exordium quodammodo iuventutis populi dei, cuius generis quedam velut adolescencia ducebatur ab ipso abraham usque adhuc david. Neque enim frustra matheus ewangelista sic generaciones commemoravit, ut hoc primum intervallum xiiii generacionibus commendaret, ab abraham scilicet usque ad david. Adolescencia quippe incipit homo posse generare, propterea generacionum ex abraham sumpsit exordium qui etiam pater gencium constitutus est quando mutatum nomen accepit. Ante hunc ergo velut puericia fuit huius generis populi dei a noe usque ad abraham et ideo lingua inventa est id est hebrea. A puericia namque homo incipit loqui post infanciam que hinc appellata est quod fari non potest. Quam profecto etatem primam demergit oblivio, sicut etas prima generis humani est deleta diluvio. Quotus enim quisque est qui suam recordetur infanciam. Quam

obrem in isto procursu civitatis dei, sicut superior una eademque prima, ita duas etates secundam et terciam liber iste continet. In qua tercia propter vaccam trimam, capram trimam, arietem trimum et impositum est legis iugum, et apparuit abundancia peccatorum, et regni terreni surrexit exordium, ubi non defuerunt viri spirituales quorum in turture et columba figuratum est sacramentum. Explicit liber XVI. Incipiunt tytuli libri decimi septimi sancti augustini episcopi de civitate dei.

De temporibus prophetarum. i. Quo tempore sit impleta promissio dei de terra chanaan, quam in possessionem israel carnalis accepit. ii. de tripartitis significacionibus prophetarum que nunc ad terrenam, nunc ad celestem, nunc ad utramque referuntur. iii. de prefigurata commutacione israhelitici regni et sacerdocii, et de hiis que anna mater samuelis personam gerens ecclesie prophetavit. iiii. de hiis que ad hely sacerdotem homo dei prophetice locutus est, significans sacerdocium, quod secundum aaron institutum fuerat auferendum. v. de iudaico sacerdocio et regno, que in eternum dicantur statuta non permanent ut alia intelligantur. vi. de dirupcione regni israhelitici, qua prefiguratur perpetua divisio israhelis spiritualis ab israheli carnali. vii. de promissionibus ad david, in filio eius que nullatenus in salomone, sed plenissime in Christo inveniuntur. viii. quod similis in psalmo lxxxviii sit prophecia de Christo, hiis que in regnorum libris nathan prophetante promittuntur. viiii. quam diversa acta sint in regno terrene ierusalem ab hiis que promiserat deus ut intelligeretur promissionis veritas ad alterius regis et regni gloriam pertinere. x. de suba prophetie que per susceptionem carnis in Christo est, qui solus eruendi animam suam ab inferis habuit potestatem. xi. Ad quorum personam pertinere intelligenda sit flagitacia promissorum, de quibus in psalmo dicitur ubi sunt miseraciones antique tue domine. xii. An promisse pacis veritas illis temporibus possit ascribi que sub salomone fluxerunt. xiii. de studio david in disposicione psalmorum. xiii. An omnia que in psalmis de Christo et ecclesia prophetantur ad contextum huius operis coaptanda sint. xiiii. de hiis que in xliiii psalmo ad Christum et ecclesiam pertinencia aut aperte dicuntur aut tropice. xv. de hiis que ad sacerdocium Christi in psalmo centesimonono et de hiis que in psalmo xxi ad passionem ipsius spectant. xvi. de psalmo tercio et xl et xv et lxvii in quibus mors et resurrectio domini prophetantur. xvii. de psalmo lxviii in quo iudeorum pertinax infidelitas declaratur. xviii. de regno ac merito david et de filio ipsius salomone, eaque prophecia que ad Christum pertinens in eius vel in eis libris qui scriptis ipsius copulantur vel in eis quos ipsius esse non dubium est. xix. de regibus post salomonem sive in iuda sive in israel. Et de yeroboam qui pietate ydolatrie subditum sibi populum prophanavit, in quo tamen non destitit deus et prophetas inspirare, et multos ab ydolatrie crimine custodire. xx. de vario vero usque regni hebreorum

Marginal notes: facti; prima; ipsum

De transitu maris rubri et celebratione pasche et lege data moysi et de eius morte

De ihesu nave qui induxit populum in terram promissionis et post iudices saul rex electus et reprobatus sed david electus confirmatur

13

statu donec ambo ppli in captiuitate diuso tempore ducerent' reuocato postea iuda in regno suo qd nouissime in Romanorum iri sit ptatem XXI. de pphetis qui uel aput iudeos postremi fuerunt/ uel quos circa tpus natiuitatis xpi ecclesiastica pdit historia XXII Incipit liber XVII de temporibus prophetarum c. i.

P

romissiones

dei/ que facte sunt abraham/ cuius semini et gentem isrl'itam scdm carnem/ et omnes gentes deberi/ scdm fidem/ deo pollicente didicimus/ quemadmodum complicantur/ et per ordinem temporum procurrens di ciuitatis indicarent/ | modo. Lum go superioris libri usqz ad regnum dauid/ factus est finis/ nunc ab eodem regno/ quantum suscepto opi uidetur sufficere/ ceteraqz sequuntur attingimus. Hoc itaqz tpus/ ex quo scus samuel/ pphetare cepit/ et deinceps/ donec pplus isrl' captiuus in babiloniam ducetur atqz inde scdm scam scrpturam pphetiam/ post lxx annos reuersis isrl'itis/ di domus instauraretur/ totum tpus est pphetarum/ Quamuis enim et ipm noe patriarcham/ in cuius diebus vniusa diluuio terra deleta sit/ et alios supra et infra/ usqz ad hoc tpus/ quo reges iudei ppulo esse ceperunt/ ppter quedam pcos futura/ quoquo modo significata/ siue predicta/ que ptinent ad ciuitatem di/ regnumqz celorum/ non inmerito possimus appellare pphetas/ pstim qz nonnullos eorum id expssius legimus nuncupatos/ sicut abraham et sicut moysen/ Tamen pphetarum dies/ precipue maximeqz hii dicti sunt/ ex quo cepit pphetare samuel/ qui et saulem prius/ et eo reprobato/ ipm dauid deo precipiente vnxit in regem/ de cuius ceteri stirpe succedentes/ quousqz illos succedere sic oporteret/ Que igitur a pphetis sunt predicta de xpo/ et corpore ciuitatis dei/ | Tempus quo samuel et alii pphete prophetauerunt ... cum moriendo decedentibus/ et nascendo succedentibus suis membris/ ciuitas dei/ per ista currerent tpa/ si omnia uelim commemorare/ in immensum pgitur/ primum quia ipsa scriptura que per ordinem reges/ eorumqz facta/ et euenta dirigere uidetur/ tamquam historica diligentia rebus gestis occupata/ enarrandis/ si adiuuante dei spu considerata/ tractetur/ uel magis etiam/ uel certe non minus predicandis futuris/ quam preteritis enuntiandis inuenietur intenta/ Et hoc perscrutando indagasse ac disserendo monstrare/ quam sit operosum atqz prolixum/ et quam multis indigeat uoluminibus/ quis ignorat/ qui hoc uel mediocriter cogitat/ Deinde quia hec ipsa/ que ad pphetiam non ambigitur ptinere/ ita qz sunt multa/ de xpo regnoqz celorum/ que ciuitas dei est/ ut ad hoc aperiendum/ maior sit disputatio necessaria/ quam huius opis modus flagitat/ proinde/ ita si potuero/ stilo moderabor meo/ ut huic opi in dei uoluntate peragendo/ nec ea que satis sunt pretermittam/ [margin: Uel ea que superflua sunt dicam] Quo tpe sit impleta promissio di de terra chanaan quam in possessionem etiam israhel carnalis accepit capitulum ii sequitur.

In precedenti libro diximus/ ab initio/ abraham promissione dei/ duas res fuisse pmissas/ unam scilicet quod terram chanaan/ possessurum foret semen eius/ qd significatur ubi dictum est/ Vade in terram/ quam tibi demonstrauero/ et faciam te in gentem magnam. Aliam uero longe prestanciorem/ non de carnali/ sed de spuali semine/ per quod pater est/ non unius gentis israhelitice/ sed omnium gentium/ que de fide eius uestigia consequuntur/ qd promitti cepit/ his uerbis/ Et benedicentur in te omnes tribus terre/ Et deinceps aliis multis admodum testimoniis/ hec duo promissa esse monstrauimus/ Erat igitur iam in terra promissionis/ semen abrahe/ id est pplus isrl'/ scdm carnem/ atqz non solum tenendo ac possidendo ciuitates aduersariorum/ uerum etiam reges habendo regnare/ iam ceperat/ impletis de ipso pplo promissionibus dei/ magna iam ex parte/ non solum/ que illis tribus patribus/ abraham/ ysaac et iacob/ et quecumqz alie/ temporibus eorum/ Verum etiam que per ipm moysen/ per quem pplus idem de seruitute egypti liberatus/ et per quem cuncta preterita reuelata sunt/ temporibus eius/ cum pplm per heremum duceret/ facte fuerant. Neqz autem per insignem ducem ihesum naue/ per quem pplus ille in terram promissionis inductus est/ terram/ expugnatis qz gentibus/ eam duodecim tribubus quibus deus iusserat/ diuisit/ et mortuus est/ neqz post illum/ tanto tpe iudicum/ impleta fuerat promissio di de terra chanaan/ a quodam flumine egypti/ usqz ad flumen magnum eufraten/ nec tamen adhuc pphetabatur futurum/ sed expectabatur implendum/ Impletum est autem per dauid et eius filium salomonem/ cuius regnum tanto quantum promissum fuerat/ spacio dilatatum est/ Vniuersos quippe illos subdiderunt/ tributariosqz fecerunt/ Sic go in terra promissionis scdm carnem hoc est in terra chanaan sub his regibus/ semen abrahe fuerat constitutum/ ut nichil deinde superesset/ quo terrena di promissio compleretur/ nisi ut in ea terra quantum ad prosperitatem attinet temporalem per posteritatis successionem/ inconcusso statu/ usqz ad mortalis seculi huius finem gens permaneret hebrea/ si dm dei sui legibus obediret/ Sed quoniam deus nouerat hoc non esse futurum/ usus est eius etiam temporalibus penis/ ad exercendos in ea paucos fideles suos/ et monendos qui postea futuri erant/ in omnibus gentibus/ quos oportebat admoneri/ in quibus alteram promissionem/ reuelato nouo testamento/ per incarnationem xpi fuerat impleturus/ De triplicis significationibus pphetarum que nunc ad terrenam nunc ad celestem ierusalem nunc ad utramqz referuntur ca. iii

[Q]uocirca sicut oracula illa diuina ad abraham/ ysaac et iacob/ et quecumqz alia signa/ uel dicta pphetica/ in sacris litteris precedentibus facta sunt/ ita etiam cetere ab isto regum tpe pphetie/ partim ptinent/ ad gentem carnis abrahe/

Right-column margin note: de omnibus rebus seu pmissionibus pmissis abrahe a deo ysaac iacob et moysi

Right-column margin note: Quo promissio di de terra chanaan impleta est per dauid et salomone

pertinet vero ad illud semen eius in quo benedicentur omnes gentes tamquam heredes per testamentum novum ad possidendam vitam eternam regnumque celorum. Pertinet ergo ad ancillam que in servitutem generat id est terrenam Iherusalem que servit cum filiis suis; pertinet vero ad liberam civitatem Dei id est veram Iherusalem eternam in celis cuius filii homines secundum Deum viventes peregrinantur in terris. Sed sunt in eis quedam que ad utramque pertinere intelliguntur, ad ancillam proprie, ad liberam figurate. Tripartita ita que intelliguntur eloquia prophetarum; siquidem aliqua sunt ad terrenam Iherusalem spectancia, aliqua ad celestem, nonnulla ad utramque. Exemplis video probandum quod dico. Missus est Nathan propheta qui regem David argueret de peccato gravi et ea que consecuta sunt mala futura prediceret. Hec atque huiusmodi sive publice id est pro salute populi sive privatim, cum pro suis quisque rebus divina promeretur eloquia, quibus pro usu temporalis vite futurum aliquid nosceretur, ad terrenam civitatem pertinuisse quis ambigat? Ubi autem legitur: Ecce dies veniunt dicit Dominus et consummabo domui Israel et domui Iuda testamentum novum non secundum testamentum quod disposui patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra Egipti; quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo et ego neglexi eos dicit Dominus. Quia hoc est testamentum quod constituam domui Israel post dies illos dicit Dominus, dando leges meas in mentem eorum et super corda eorum scribam eas; et videbo eos et ero illis in Deum et ipsi erunt michi in plebem; Iherusalem sine dubio superna prophetatur, cuius premium Deus ipse est, eumque habere atque ipsius esse summum illic est atque totum bonum. Ad utramque vero pertinet hoc ipsum quod Iherusalem dicitur civitas Dei et in ea prophetatur futura domus Dei, eaque prophetia videtur impleri cum Salomon rex edificat illud nobilissimum templum. Hec enim et in terrena Iherusalem secundum historiam contigerunt et celestis Iherusalem figure fuerunt. Quod genus prophetie ex utroque veluti compactum atque commixtum in libris veteribus canonicis quibus rerum gestarum narrationes continentur valde plurimum multumque exercuit et exercet ingenia scrutancium litteras sacras, ut quod historice predictum completumque legitur in semine Abrahe secundum carnem, etiam in semine Abrahe secundum fidem quid impleatur allegorice significet inquiratur, in tantum ut quibusdam visum sit nichil esse in eisdem libris vel prenunciatum et effectum vel effectum quamvis non prenunciatum, quod non insinuet aliquid ad supernam civitatem Dei eiusque filios in hac vita peregrinos figurata significatione referendum. Sed si hoc ita est, iam bipartita non tripartita erunt eloquia prophetarum, vel potius illarum scripturarum omnium que veteris instrumenti appellatione censentur. Nichil enim erit illic quod ad Iherusalem terrenam tantum pertineat, si quidquid ibi de illa vel propter illam dicitur atque completur significat aliquid quod et ad Iherusalem celestem allegorica prefiguratione referatur; sed erunt sola duo genera, unum quod ad liberam Iherusalem, alterum quod ad utramque pertineat. Michi autem sicut multum videntur errare qui nullas res gestas in eo genere litterarum aliud aliquid preter id quod eo modo geste sunt significare arbitrantur, ita multum audere qui prorsus ibi omnia significationibus allegoricis involuta esse contendunt. Ideo tripartita non bipartita esse dixi. Hoc enim existimo, non tamen culpans eos qui potuerint illic de quacumque re gesta sensum intelligencie spiritualis exsculpere, servata dumtaxat primitus historie veritate. Ceterum que ita dicuntur ut rebus humanitus seu divinitus gestis sive gerendis convenire non possint, quis fidelis dubitet non inaniter dicta? Quis ea non ad intelligenciam spiritualem revocet, si possit, aut ab eo qui potest revocanda esse fateatur?

Eloquia prophetarum tripartita sunt intelligenda scilicet ad terrenam, ad celestem et ad utrumque

Quod quidam dicunt bipartita debent intelligi eloquia prophetarum

De figurata commutacione israelitici regni et sacerdocii et de hiis que Anna mater Samuelis pro[phetavit] personam gerens ecclesie prophetavit

Procursus igitur civitatis Dei, ubi pervenit ad regum tempora, quando David Saule reprobato ita regnum primus obtinuit ut eius deinde posteri in terrena Iherusalem diuturna successione regnarent, dedit figuram rebus gestis significans atque prenuncians quod non est pretereundum silencio, de rerum mutacione futurarum quod attinet ad duo testamenta vetus et novum, ubi sacerdocium regnumque mutatum est per sacerdotem eundemque regem novum ac sempiternum qui est Christus Ihesus. Nam et Hely sacerdote reprobato substitutus in Dei ministerium Samuel simul officio functus sacerdotis et iudicis, et Saule abiecto rex David fundatus in regno hoc quod dico figuraverunt. Mater quoque ipsa Samuelis Anna, que prius fuit sterilis et posteriore fecunditate letata est, prophetare aliud non videtur, cum gratulacionem suam Domino fundit exultans, quando eundem puerum natum et ablactatum Deo reddidit eadem pietate qua voverat. Dicit enim: Confirmatum est cor meum in Domino et exaltatum est cornu meum in Deo meo; dilatatum est super inimicos meos os meum, letata sum in salutari tuo. Quoniam non est sanctus sicut Dominus et non est iustus sicut Deus noster; non est sanctus preter te. Nolite gloriari et nolite loqui excelsa, neque procedat magniloquium de ore vestro, quoniam Deus scienciarum Dominus et Deus preparans adinvenciones suas. Arcum potentium fecit infirmum, et infirmi accincti sunt virtute. Pleni panibus minorati sunt, et esurientes transierunt terram; quia sterilis peperit septem, et multa in filiis infirmata est. Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit. Dominus pauperem facit et ditat, humiliat et sublimat. Suscitat a terra pauperem et de stercore erigit inopem, ut collocet eum cum principibus populi, et sedem glorie hereditatem dans eis; dans votum voventi et benedixit annos iusti, quia non in virtute potens est vir. Dominus infirmum faciet adversarium suum, Dominus sanctus. Non glorietur

Quod duo testamenta significentur per reprobacionem Hely et Saul et Samuelis et David substitucionem

De cantico exultacionis Anne matris Samuelis

prudens in prudencia sua, et potens in potencia sua, et non glorietur dives in divitiis suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur intelligere et scire dominum et facere iudicium et iusticiam in medio terre. Dominus ascendit in celos et tonuit, ipse iudicabit extrema terre, quia iustus est, et dat virtutem regibus nostris et exaltabit cornu Christi sui. Itane vero una hec unius putabitur esse mulierculę de nato sibi filio gratulantis? Usque adeo mens hominum a luce veritatis aversa est, ut non senciat supergressa modum femine huius verba que fudit? Porro qui rebus ipsis, que iam ceperunt etiam in hac terrena peregrinacione compleri, convenienter movetur, nonne intendit et aspicit et agnoscit per hanc mulierem, cuius etiam nomen, id est Anna, gratia eius interpretatur, ipsam religionem christianam, ipsam civitatem dei, cuius rex est et conditor Christus, ipsam postremo dei gratiam prophetico spiritu sic locutam, qua superbi alienantur ut cadant, qua humiles implentur ut surgant, quod maxime ympnus iste personuit? Nisi quisquam forte dicturus est nichil istam prophetasse mulierem, sed deum tantummodo propter filium, quem precata impetravit, exultanti predicacione laudasse. Quid ergo sibi vult quod ait: Arcum potencium fecit infirmum, et infirmi accincti sunt virtute; pleni panibus minorati sunt, et esurientes transierunt terram; quia sterilis peperit septem, et multa in filiis infirmata est? Numquid septem ipsa pepererat, quamvis sterilis fuerit? Unicum habebat, cum ista dicebat; sed nec postea septem peperit, sive sex, quibus septimus esset ipse Samuel, sed tres mares et duas feminas. Deinde in illo populo cum adhuc nemo regnaret, quod in extremo posuit: Dat virtutem regibus nostris et exaltabit cornu Christi sui, unde dicebat, si non prophetabat? Dicat ergo ecclesia Christi, Civitas regis magni, gracia plena, prole fecunda, dicat quod tanto ante de se prophetatum per os huius pie matris agnoscit: Confirmatum est cor meum in domino, et exaltatum est cornu meum in deo meo. Vere confirmatum est cor et cornu vere exaltatum, quia non in se, sed in domino deo suo. Dilatatum est super inimicos meos os meum, quia et in angustiis pressurarum sermo dei non est alligatus, nec in preconibus alligatis. Letata sum, inquit, in salutari tuo. Christus est iste Ihesus, quem Symeon, sicut in ewangelio legitur, senex amplectens parvum, agnoscens magnum: Nunc dimittis, inquit, domine, servum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Dicat itaque ecclesia: Letata sum in salutari tuo, quoniam non est sanctus sicut dominus, et non est iustus sicut deus noster, tamquam sanctus et sanctificans, iustus et iustificans. Non est sanctus preter te, quia nemo fit nisi abs te. Denique sequitur: Nolite gloriari et nolite loqui excelsa, neque exeat magniloquium de ore vestro, quoniam deus scienciarum dominus. Ipse vos scit, et ubi nemo scit, quoniam

[margin, left:] cornu

[margin, beside the column:] Quod de hoc quod Anna dixit quod sterilis peperit septem et cetera iterum vide

[margin, right:] gentibus

[margin, beside the column:] Letata sum in salutari tuo iste est Christus Ihesus quem senex Symeon rogavit dominus Nunc dimittis domine servum tuum

[margin, right:] nunc

qui putat se ipsum aliquid esse, cum nichil sit, se ipsum seducit. Hec dicuntur adversariis civitatis dei ad Babiloniam pertinentibus, de sua virtute presumentibus, in se, non in domino gloriantibus; ex quibus sunt etiam carnales Israhelite, terrene Ierusalem cives terrigene, qui, ut dicit apostolus, ignorantes dei iusticiam, id est quam dat homini deus, qui solus est iustus atque iustificans, et suam volentes constituere, id est velut a se sibi partam, non ab illo impertitam, iusticie dei non sunt subiecti, utique quia superbi, de suo putantes, non de dei posse placere se deo, qui est deus scienciarum atque ideo arbiter conscienciarum, ibi videns cogitaciones hominum, quoniam vane sunt, si hominum sunt et ab illo non sunt. Et preparans, inquit, adinvenciones suas. Quas adinvenciones putamus, nisi ut superbi cadant et humiles surgant? Has quippe adinvenciones putamus quas exequitur dicens: Arcus potencium infirmatus est et infirmi precincti sunt virtute. Infirmatus est arcus, id est intencio eorum qui tam potentes sibi videntur, ut sine dei dono atque adiutorio humana sufficiencia divina possint implere mandata; et precinguntur virtute quorum intra vox est: Miserere mei, domine, quoniam infirmus sum. Pleni panibus, inquit, minorati sunt, et esurientes transierunt terram. Qui sunt intelligendi pleni panibus nisi idem ipsi quasi potentes, id est Israhelite, quibus credita sunt eloquia dei? Sed in eo populo ancille filii minorati sunt; quo verbo minus quidem latino, bene tamen expressum est quod ex maioribus minores facti sunt; quia et in ipsis panibus, id est divinis eloquiis, que Israhelite soli tunc ex omnibus acceperunt, terrena sapiunt. Gentes autem, quibus lex illa non erat data, postea quam per novum testamentum ad eloquia illa venerunt, multum esuriendo terram transierunt, quia in eis non terrena, sed celestia fuerunt. Et hoc velut quereretur causa cur fiat: Quia sterilis, inquit, peperit septem, et multa in filiis infirmata est. Hic totum quod prophetabatur eluxit agnoscentibus numerum septenarium, quo est universe ecclesie significata perfectio. Propter quod et Iohannes apostolus ad septem scribit ecclesias, eo modo se ostendens ad unius plenitudinem scribere; et in proverbiis Salomonis hoc ante prefigurans Sapiencia edificavit sibi domum, et suffulsit columpnas septem. Sterilis enim in omnibus gentibus dei civitas, antequam iste fetus quem cernimus oriretur. Cernimus eciam que multa in filiis erat infirmata Ierusalem terrenam, quoniam quicumque filii libere in ea erant, virtus eius erat; nunc ibi quoniam littera est et spiritus non est, amissa virtute infirmata est. Dominus mortificat et vivificat. Mortificat illam que multa erat in filiis, et vivificat hanc sterilem que peperit septem; quamvis commodius possit intelligi eosdem vivificare quos mortificavit. Id enim velut repetivit addendo: Deducit ad inferos et reducit. Quibus enim dicit apostolus: Si mortui estis cum Christo, que sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera dei sedens, salubriter utique mortificantur a domino, quibus adiungit

[margin, above:] sit

[margin, right:] 1a

[margin, beside the column:] Quid sit arcus potencium superatus et pleni panibus

[margin, right:] et sapuerunt

[margin, left:] et

[margin, right:] erat

[margin, right:] vero

[margin, beside the column:] Quid sit dominus mortificat et vivificat

qui sursum sunt sapite, non que super terram; ut ipsi sint
illi qui esurientes transierunt. Mortui enim estis, in-
quit. Ecce quo salubriter mortificat deus. Deinde se-
quitur: Et vita vestra abscondita est cum Christo in deo.
Ecce quo eosdem ipsos vivificat deus. Sed numquid eosdem
deduxit ad inferos, et reduxit? hoc utrumque sine
controversia fidelium, in illo potius videmus impletum
capite scilicet nostro, cum quo vitam nostram in deo apostolus
dixit absconditam. Nam qui proprio filio non pe-
percit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, isto modo
utique mortificavit eum; et quia resuscitavit eum
a mortuis, eundem rursus vivificavit. Et quia
in prophetia vox eius agnoscitur: Non derelinques
animam meam in inferno, eundem deduxit ad infe-
ros, et reduxit. Hac eius paupertate nos ditati sumus;
dominus enim pauperem facit et ditat. Nam quid hoc
est ut sciamus, quod sequitur audiamus: humiliat
et exaltat; utique superbos humiliat, humiles exaltat.
Quod enim alibi legitur: Deus superbis resistit, humili-
bus autem dat gratiam, hoc totus habet sermo cuius nomine
pretitulatur gratia eius. Iam vero quod adiungitur: Suscitat
a terra pauperem, de illo melius
quam de illo intelligo, qui propter nos
pauper factus est, cum dives esset; ut eius
paupertate, sicut paulo ante dictum
est, ditaremur. Ipsum enim de terra
suscitavit tam cito, ut caro eius
non videret corruptionem. Nec illud ab illo alienabo
quod dictum est: et de stercore erigit inopem. Inops
quippe idem qui pauper; stercus vero unde erectus
est, rectissime intelliguntur persecutores Iudei; in
quorum numero cum se dixisset apostolus ecclesiam persecu-
tum, que mihi fuerunt inquit lucra, hec propter Christum
dampna esse duxi; nec solum detrimenta, verum
etiam stercora. De terra ergo suscitatus est ille super
omnes divites pauper, et de stercore erectus est super
omnes opulentior ille inops, ut sedeat cum po-
tentibus populi, quibus ait: Sedebitis super xii se-
des; et sedem glorie hereditatem dans eis.
Dixerunt enim potentes illi: Ecce dimisimus omnia
et secuti sumus te. Hoc votum potentissime vo-
verant. Sed unde hoc eis nisi ab illo de quo hoc con-
tinuo dictum est: dans votum voventi; alioquin ex illis
essent potentibus, quorum infirmatus est arcus. Dans
inquit votum voventi. Non enim domino quisquam quidquam
rectum voveret nisi qui ab illo acciperet quod voveret. Sequitur:
et benedixit annos iusti; cum illo utique scilicet sine fine
vivat, cui dictum est: et anni tui non deficient. Ibi enim
stant anni; hic autem transeunt, immo pereunt. Antequam
veniant enim non sunt; cum autem venerint, non erunt,
quia cum suo fine veniunt. Horum autem duorum, id est dans
votum voventi, et benedixit annos iusti, unum est quod
facimus, alterum quod sumimus. Sed hoc alterum deo lar-
gitore non sumitur, nisi cum ipso adiutore prius illud
efficiatur; quia non in virtute potens est vir; dominus infir-
mum faciet adversarium eius, illum scilicet qui homini
voventi invidet et resistit, ne valeat implere
quod vovit. Potest ex ambiguo greco intelligi et
adversarium suum. Cum enim dominus possidere nos ceperit,
profecto adversarius, qui noster fuerat, ipsius fit

et vincetur a nobis, sed non viribus
nostris; quia non in virtute potens
est vir. Dominus ergo infirmum faciet
et adversarium suum; dominus sanctus,
ut vincatur a sanctis, quos dominus
sanctus sanctorum efficit sanctos. Ac per hoc
non glorietur prudens in prudentia sua, po-
tens in potentia, et non glorietur dives in divitiis suis; sed
in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere et scire dominum
et facere iudicium et iusticiam in medio terre. Non
parva ex parte intelligit et scit dominum qui intel-
ligit etiam hoc a domino sibi dari ut intelligat
et sciat dominum. Quid enim habes, ait apostolus, quod non
accepisti? quid gloriaris quasi non acceperis, id est quasi a
te ipso sit tibi unde gloriaris? Facit autem iudicium et
iusticiam qui recte vivit. Qui obtemperat preci-
pienti deo, et finis precepti, id est ad quod refertur
preceptum, caritas est de corde puro, et conscientia bona
et fide non ficta. Porro ista caritas, sicut Joha-
nnes apostolus testatur, ex deo est. Facere igitur iudi-
cium et iusticiam ex deo est. Sed quid est in medio
terre? neque enim debent facere iudicium et iusticiam
qui habitant in extremis terre. Quis hoc dixerit?
Cur ergo additum est in medio terre? quod si non adde-
retur, et tantummodo diceretur: facere iudicium et iusticiam,
magis hoc preceptum ad utrosque homines per-
tineret, et mediterraneos et maritimos? Sed ne
quisquam putaret post finem
vite, qui in hoc agitur corpore,
superesse tempus iudicium iusticiamque
faciendi, quam cum esset in car-
ne non fecit, et sic divinum eva-
di posse iudicium, in medio terre
mihi videtur dictum, cum quisque vivit in corpore.
In hac quisque vitam suam terram quisque circum-
fert, quam moriente homine recipit terra
communis, resurgenti utique redditur. Proinde in medio
terre, id est cum anima nostra isto terreno clauditur corpore,
faciendum est iudicium atque iusticia, quod nobis pro-
sit in posterum, quando recipit quisque secundum ea que
per corpus gessit, sive bonum sive malum. Per cor-
pus quippe ibi dixit apostolus, per tempus quo vixit
in corpore. Neque enim si quis maligna mente
atque impia cogitatione blasphemet, neque id
ullis membris corporis operetur, ideo non erit reus, quia
non motu corporis gessit, cum hoc per illud tempus ges-
serit quo gessit et corpus. Isto modo congruenter
intelligi potest etiam illud quod in psalmo legitur:
Deus rex noster ante secula operatus est salutem
in medio terre. Ut dominus deus accipiatur deus
noster, qui est ante secula, quia per ipsum facta sunt
secula. Operatur salutem nostram in medio terre,
cum verbum caro factum est, et terreno habitavit in corpore.
Deinde postea quam prophetatum est in his verbis
Anne, quomodo gloriari debeat qui gloriatur,
non in se utique, sed in domino, propter retributionem que in die
iudicii futura est: Dominus ascendit inquit in ce-
los, et tonuit; ipse iudicabit extrema terre, quia
iustus est. Prorsus ordinem tenuit confessionis
fidelium. Ascendit enim in celum dominus Christus, et

Quid sit dari dominus pauperem facit et ditat

Quid sit dominus infirmum faciet et adversarium eius

Quid sit dictum dominus faciet salutem in medio terre

a terra

Si at accepisti

nomine

at additur

existimavi esse ut Christum lucrifacerem

aut

est ad
in venturus vivos et mortuos iudicandos. Nam quis ascen-
dit sicut dicit apostolus, nisi qui et
descendit in inferiores partes terre?
qui descendit, ipse est et qui as-
cendit super omnes celos, ut adim-
pleret omnia. Per nubes ergo suas tonuit, quas
sancto spiritu cum ascendit implevit. De quibus an-
cille Ierusalem, hoc est ingrate vinee, comminatus est
apud Ysayam prophetam, ne pluant super eam ym-
brem. Sic autem dictum est: Ipse iudicabit fines ter-
re, tamquam diceret: etiam extrema terre. Non enim alias partes non iudicabit, qui
omnes homines procul dubio iudicabit. Sed melius
intelliguntur extrema terre extrema hominis; quoniam non
iudicabuntur que in melius vel in deterius medio
tempore commutantur, sed in quibus extremis
inventus fuerit, qui iudicabitur. Propter quod dictum est:
Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.
Qui ergo perseverat facere iudicium et iustitiam
in medio terre, non dampnabitur, cum iudicabuntur
extrema terre. Et dat, inquit, virtutem regibus
nostris, ut non eos iudicando condempnet. Dat vir-
tutem, qua carnem sicut reges regant, et in illo
mundum, qui propter eos fudit sanguinem,
vincant. Et exaltabit cornu christi sui. Quomodo Christus
exaltavit cornu christi sui? De quo enim supra dic-
tum est: Ascendit in celos, et intellectus est dominus
Christus ipse, sicut hic dicitur: Exaltabit cornu christi
sui. Quis ergo est christus Christi sui? An cornu exaltabit
uniuscuiusque fidelis sui, sicut
ista ipsa in principio huius ymni ait:
Exaltatum est cor meum in
deo meo? Omnes quippe unc-
tos eius crismate recte pos-
sumus christos dicere; quod tamen totum est cum suo capite
corpus, unus est Christus. Hec Anna prophetavit
Samuelis mater, sancti viri et multumque laudati; in quo qui-
dem tunc figurata est mutatio veteris sacerdo-
tii et nunc impleta est, quoniam infirmata est que
multa erat in filiis, ut novum haberet in Christo sacer-
dotium sterilis, que peperit septem.

Quid sit dominus ascendit in celos et iudicabit et tonabit

Quid sit christus exaltabit cornu christi sui

De hiis que ad Hely sacerdotem homo dei prophetice locutus est significans sacerdotium quod secundum Aaron institutum fuerat auferendum esse.

Sed hoc evidentius ad ipsum Hely sacerdotem
missus loquitur homo dei, cuius quidem
nomen tacetur, sed intellegitur officio ministerioque suo
sine dubitatione propheta. Sic enim scriptum est:
Et venit homo dei ad Hely, et dixit: Hec dicit
dominus: Revelatus sum ad domum patris tui, cum essent
in terra Egipti servi in domo Pharaonis. Et elegi
domum patris tui ex omnibus sceptris Israel michi
sacerdotio fungi, ut ascenderet ad altare meum
et incenderet incensum, et portaret ephot.
Et dedi domui patris tui omnia que sunt ignis
filiorum Israel in escam. Et ut quid respexisti in ince-
sum meum in inpudenti oculo, et glori-
ficasti filios tuos super me, benedicere
primicias omnis sacrificii in Israel? Dixi:
Domus tua et domus patris tui transibunt

Prophetia viri dei ad Hely mutationem sacerdotii figurat

Nunquam non apte

Et in sacrificium meum

coram me usque in eternum. Et nunc dicit dominus: Nequaquam, sed
glorificantes me glorificabo, et qui spernit me sper-
netur. Ecce dies veniunt, et exterminabo semen tuum
et semen domus patris tui, et non erit tibi senior in domo
tua omnibus diebus, et virum exterminabo tibi ab altari
meo, ut deficiant oculi eius et defluat anima eius, et
omnis qui superit domus tue decidat in gladio
virorum. Et hoc tibi signum, quod veniet super duos fili-
os tuos hos, Ophin et Finees: una die morientur
ambo. Et suscitabo michi sacerdotem fidelem, qui
omnia que in corde meo et que in anima mea sunt faciat, et edifi-
cabo ei domum fidelem, et transibit coram christo meo omnibus
diebus. Et erit qui superaverit in domo tua, veniet
adorare in obulo argenti dicens: Iacta me in u-
nam partem sacerdotii tui manducare panem. Non
est ut dicatur ista prophetia, ubi sacerdotii veteris
tanta manifestatione prenuntiata mutatio est, in
Samuele fuisse completa. Quamquam enim non esset de a-
lia tribu Samuel, quam que constituta fuerat a domino ut
serviret altari, tamen non erat de filiis Aaron, cuius pro-
genies fuerat deputata, unde fierent
sacerdotes. Ac per hoc in ea quoque re
gesta eadem mutatio, que per Christum
Ihesum futura fuerat, obumbrata est,
et adventus eius proprie figurate non pertinebat ad no-
vum, prophetia facti, ceterum ipsius, non verbi, sed facto
significans quod verbo ad Hely sacerdotem dictum est. Nam
fuerunt postea sacerdotes ex genere Aaron, sicut Sa-
doch et Abiethar regnante David, et alii deinceps
antequam tempus veniret, quo ista que de sacerdotio mutan-
do tanto ante predicta sunt effici per Christum oportebat.
Quis autem nunc fideli oculo hec intuens non videat
esse completa? Quandoquidem nullum tabernaculum, nullum
templum, et ideo nec ullus sacerdos remansit Iudeis,
quibus ut de semine Aaron ordinarentur Iudei fuerat
legem datum. Quod et hic commemoratum est illo dicen-
te propheta: Hec dicit dominus deus Israel: Domus tua et
domus patris tui transibunt coram me usque in eternum.
Et nunc dicit dominus: Nequaquam, sed glorificantes me
nunc glorificabo, et qui me spernit spernetur. Quod
enim nominat domum patris eius, non eum de proximo
patre dicit, sed de illo Aaron, qui primus sacerdos est in-
stitutus, de cuius progenie ceteri sequerentur, superiora
demonstrant, ubi ait: Revelatus sum ad domum patris
tui, cum essent in terra Egipti servi in domo Pharaonis,
et elegi domum patris tui ex omnibus sceptris Israel mi-
chi sacerdotio fungi. Quis patrum fuit huius in illa e-
gipcia servitute, unde cum liberati essent, electus est ad
sacerdotium, nisi Aaron? De huius ergo stirpe isto loco
dixit futurum fuisse, ut non essent
ulterius sacerdotes; quod iam vide-
mus impletum. Vigilat fides:
presto sunt res, cernuntur, tenentur
et videre volentium oculis inge-
runtur. Ecce, inquit, dies veniunt, et
exterminabo semen tuum et semen
domus patris tui, et non erit tibi
senior in domo tua omnibus diebus, et virum ex-
terminabo tibi ab altari meo, ut deficiant oculi eius
et defluat anima eius. Ecce dies que prenuntiati sunt

Mutatio sacerdotii per Christum Ihesum figurata erat obumbrata est in ...

Prophetia contra Iudeos hodie impleta est quia nec habent templum nec tabernaculum nec sacerdotes secundum ordinem Aaron

iam venerunt. Nullus sacerdos est secundum ordinem Aaron. Et quicumque ex eius genere est homo, cum videt sacrificium christianorum toto orbe pollere, sibi autem honorem illum magnum esse subtractum, deficiunt oculi eius, et defluit anima eius tabe meroris. Proprie autem ad huius domum Hely, cum hec dicebantur, quod sequitur pertinet: Et omnis qui superaverit domus tue decidet gladio virorum. Et hoc tibi signum quod veniet super duos filios tuos Ofni et Phinees: die una morientur ambo. Hoc ergo signum factum est mutandi sacerdotii de domo eius, quo signo significatum est. Mors quippe filiorum eius significavit mortem non hominum, sed ipsius sacerdotii de filiis Aaron. Quod autem sequitur ad illum iam pertinet sacerdotem, cuius figuram gessit huic succedendo Samuel. Proinde que sequuntur de Christo Ihesu novi testamenti vero sacerdote dicuntur: Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui omnia que in corde meo et que in anima mea faciat. Et edificabo ei domum fidelem. Ipsa est eterna et superna Ierusalem. Et transibit, inquit, coram christo meo omnibus diebus. Transibit dixit conversabitur, sicut superius dixerat de domo Aaron: Dixi: domus tua et domus patris tui transibunt coram me in eternum. Quod autem ait: coram christo meo transibit, de ipsa domo utique intelligendum est, non de illo sacerdote, qui est Christus ipse mediator atque salvator. Domus ergo eius coram illo transibit. Transibit intelligi de morte ad vitam omnibus diebus quibus agitur usque in finem seculi huius ista mortalitas. Quod autem ait Deus: qui omnia que in corde meo et que in anima mea faciat, non arbitremur habere animam Deum, cum sit conditor anime; sed ita hoc de Deo tropice, non proprie dicitur, sicut manus et pedes et alia corporis membra. Et ne secundum hoc credatur homo in carne huius effigie factus ad ymaginem Dei, adduntur et ale, quas utique non habet homo, et dicitur Deo: Sub umbra alarum tuarum protege me, ut intelligant homines de illa ineffabili natura non propriis, sed translatis rerum vocabulis ista dici. Quod vero adiungitur: Et erit qui superaverit in domo tua, veniet adorare, non proprie de domo dicitur huius Hely, sed illius Aaron, de qua usque ad adventum Ihesu Christi homines remanserunt; de quo genere etiam nunc usque non desunt. Nam de illa domo huius Hely iam superius dictum erat: Et omnis qui superaverit domus tue decidet in gladio virorum. Quomodo ergo hic vere dici potuit: Et erit qui superaverit in domo tua, veniet et adorare ei, si illud verum est, quod ultore gladio nemo inde superest, nisi quia illos intelligi voluit qui pertinent ad stirpem, sed illius totius sacerdotii secundum ordinem Aaron? Ergo si de illis est predestinatis reliquiis, de quibus alia prophetia dixit: Reliquie salve fient; unde et apostolus: Sicut ergo, inquit, et in hoc tempore reliquie per electionem gratie facte sunt; quia de talibus reliquiis bene intelligitur esse de quo dictum est: Qui superaverit in domo tua, profecto credidit in Christum; sicut temporibus apostolorum ex ipsa gente plurimi crediderunt; neque nunc desunt, qui licet rarissime tamen credant, et impletur in eo quod hic iste homo Dei continuo secutus adiunxit: Veniet adorare ei obulo argenti. Cui adorare nisi illi summo sacerdoti, qui et Deus est? Neque enim in illo sacerdotio secundum ordinem Aaron ad hoc veniebant homines ad templum vel altare Dei, ut sacerdotem adorarent. Quid est autem quod ait obulo argenti, nisi brevitate verbi fidei, de quo commemorat apostolus dictum: Verbum consummans et brevians faciet Dominus super terram? Argentum autem pro eloquio poni psalmus testis est, ubi canitur: Eloquia Domini casta, argentum igne examinatum. Quid ergo dicit iste qui venit adorare sacerdoti Dei et sacerdoti Deo? Iacta me in parte sacerdotii tui manducare panem. Nolo in patrum meorum collocari honore, qui nullus est; iacta me in parte sacerdotii tui. Sacerdotium quippe hic ipsam plebem dixit, cuius plebis ille sacerdos est mediator Dei et hominum homo Christus Ihesus. Cui plebi dicit apostolus Petrus: Plebs sancta, regale sacerdotium. Quamvis nonnulli sacrificii tui sunt interpretati, non sacerdotii tui, quod nichilominus eundem significat populum christianum. Unde dicit apostolus Paulus: Unus panis, unum corpus multi sumus. Quod ergo addidit: manducare panem, etiam ipsius sacrificii genus eleganter expressit, de quo dicit sacerdos ipse: Panis quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Ipsum est sacrificium non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchizedech; qui legit intelligat. Brevis itaque ista confessio et salubriter humilis, qua dicitur: Iacta me in partem sacerdotii tui manducare panem, ipse est obulus argenti, quia breve et eloquium Domini est habitantis in corde credentis. Quia enim dixerat superius dedisse cibos Aaron de victimis veteris testamenti, ubi ait: Dedi domui patris tui omnia que sunt ignis filiorum Israel in escam, hec quippe sacrificia fuerant Iudeorum, ideo hic dixit manducare panem, quod est in novo testamento sacrificium christianorum.

De iudaico sacerdotio et regno quod cum in eternum dicantur statuta non permanent, ut alia intelligantur. vi c.

Cum igitur hec tunc tanta altitudine prenunciata sint, quanta nunc manifestatione clarescunt, non frustra tamen moveri quispiam potest atque dicere: Quomodo confidimus ventura omnia que in libris illis ventura predicta sunt, si hoc ipsum quod ibi divinitus dictum est: Domus tua et domus patris tui transibunt coram me in eternum, effectum habere non potuit, quoniam videmus illud sacerdotium fuisse mutatum, et quod illi domui promissum est, nec sperare aliquando complendum, quia illud quod ei reprobato mutatoque succedit, hoc potius predicatur eternum?

Mors Ofni et Phinees mortis sacerdotii de filiis Aaron signum fuerat.

De Christo Ihesu vero sacerdote novi testamenti prophetia tropice intelligenda est.

Quid sit dictum veniet adorare ei obulo argenti.

Christus est sacerdos et sacrificium non secundum ordinem Aaron sed secundum ordinem Melchizedech.

eloquia

pertransibit

proprie

Elegi enim abiectus esse in domo Dei qualecumque et quantulumcumque membrum esse sacerdotii tui

Et iterum ex hiis ... corpora vera hostia vivax

hoc qui dicit non omnino intellegitur, nisi recolitur, et ipsum secundum ordinem Aaron sacerdotium tamquam umbram futuri sacerdotii, etiam constitutum ac per hoc quando eternitas ei promissa est, non ibi umbre ac figure, sed ei quod per ipsam adumbratur figuraturque promissum est. Verum ne putaretur ipsa umbra esse mansura, ideo etiam mutatio eius debuit prophetari. Regnum quoque isto modo, etiam Saulis ipsius qui certe reprobatus atque eiectus est, futuri regni erat umbra in eternitate mansuri. Oleum quippe illud, quo unctus est, et ab eo crismate christus est dictus, mistice accipiendum et magnum sacrum intellegendum est, quod in eo tantum veneratus est ipse David, ut percusso corde paviderit, quando in tenebroso occultatus antro, quo et Saul urgente intravit necessitate nature, exiguam particulam vestis eius, retro sibi latenter abscidit, ut haberet unde monstraret, quo ei pepercerit cum posset occidere, atque ita suspicionem de corde eius, qua sanctum David persequens inimicum suum vehementer persequebatur, auferret. Ne itaque reus esset tanti sacramenti in Saule violati, quia vel indumentum eius sic tractaverit, extimuit. Ita enim scriptum est: Et percussit cor David super eum, quia abstulit pinnulam clamidis eius. Viris autem qui cum illo erant, et Saulem in manus suas traditum interimeret, suadebant: Non michi inquit contingat a domino, sic facere hoc verbum domino meo christo domini, inferre manum meam super eum, quia christus domini est hic. Huic ergo umbre futuri, non propter ipsam sed propter illud, quod prefigurabat tanta veneratio exhibebatur. Unde et illud quod ait Sauli Samuel: Quoniam non servasti mandatum meum, quod mandavit tibi dominus, quemadmodum nunc paraverat dominus regnum tuum usque in eternum super Israel, et nunc regnum tuum non stabit tibi, et queret sibi dominus hominem secundum cor suum, et mandavit ei dominus esse principem super populum suum, quia non custodisti que mandavit tibi dominus, non sic accipiendum est, ac si ipsum Saulem deus in eternum preparavit regnaturum, et hoc postea noluit servare peccanti, neque enim eum peccaturum esse nesciebat, sed preparaverat regnum eius in quo figura regni esset eterni. Ideo addidit: Et nunc regnum tuum non stabit tibi. Stetit ergo et stabit quod in illo significatum est, sed non huic stabit quia non in eternum ipse fuerat regnaturus, nec progenies eius, ut saltem per posteros alterum alteri succedentes, videretur impleri quod dictum est in eternum. Et queret inquit dominus sibi hominem, sive David sive ipsum mediatorem, significans testamenti novi, qui prefigurabatur in crismate, etiam quo unctus est ipse David, et progenies eius. Non autem quasi nesciat ubi sit, ita sibi hominem deus querit, sed per hominem, more hominum loquitur, qui et sic loquendo nos querit. Non solum enim deo patri, verum ipsi quoque unigenito eius, qui venit querere quod perierat, usque adeo iam eramus noti, ut in ipso essemus electi, ante constitutionem mundi. Queret ergo sibi dixit, suum habebit. Unde in latina lingua hoc verbum accipit prepositionem, et acquiret dicitur, satis aptum est quid significet. Quamquam et sine additamento prepositionis querere intellegatur acquirere, ex quo lucra vocantur et questus.

Quare David Sauli regi pepercit cum pre manu clamidis ei abscisit

pinnula

In illo significatum est sed non hic stabit quia

De prophetia quam fecit Samuel Sauli pro eo quod transgressus est mandata dei et quod David electus est

Verba Samuelis ad Saul: Sprevit te dominus ut non sis rex super Israel

De diruptione regni Israelitici qua perfigurata est perpetua divisio Israelis spiritalis ab Israeli carnali. VII capitulum

Rursus peccavit Saul per inobedientiam, et rursus Samuel in verbo domini: Sprevit te dominus, ut non sis rex super Israel. Et rursus pro eodem peccato, cum id confiteretur Saul, et veniam precaretur, rogaretque Samuelem, ut reverteretur cum illo, ad placandum deum: Non revertar inquit tecum, quia sprevisti verbum domini, et sprevit te dominus ne sis rex super Israel. Et convertit Samuel faciem suam ut abiret, et tenuit Saul pinnulam diploidis eius, et dirupit eam. Et dixit ad eum Samuel: Dirupit dominus regnum ab Israel de manu tua hodie, et dabit proximo tuo bono super te, et dividetur Israel in duo, et non convertetur neque penitebit, quoniam non est sicut homo ut peniteat, ipse comminatur et non permanet. Iste autem cui dicitur: Sprevit te dominus ne sis rex super Israel, et dirupit dominus regnum ab Israhel de manu tua hodie, quadraginta annos regnavit super Israel, tanto scilicet spacio temporis quanto et ipse David, et audivit hoc primo tempore regni sui, ut intellegamus ideo dictum, quia nullus de stirpe eius fuerat regnaturus, et respiciamus ad stirpem David, unde exortus est secundum carnem mediator dei et hominum homo Christus Ihesus. Non autem habet scriptura quod in plerisque latinis codicibus legitur: Dirupit dominus regnum Israel de manu tua, sed sicut a nobis positum est, inventum in grecis: Dirupit dominus regnum ab Israel de manu tua, ut hoc intellegatur de manu tua, quod est ab Israel. Populi ergo Israel personam figurate homo iste gerebat, qui populus regnum fuerat amissurus, Christo Ihesu domino nostro per novum testamentum non carnaliter sed spiritaliter regnaturo, de quo cum dicitur: Et dabit illud proximo tuo, ad carnis cognationem id refertur. Ex Israel enim Christus secundum carnem, unde et Saul. Quod vero additum est bono super te, potest quidem intellegi meliori te. Nam et quidam sic sunt interpretati, sed melius sic accipitur bono super te, ut quia ille bonus est, ideo sit super te, iuxta illud aliud propheticum: Donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis, in quibus est et Israel, cui suo persecutori regnum abstulit Christus, quamvis fuerit illic et Israel, in quo dolus non erat, quoddam quasi frumentum illarum palearum. Nam utique inde erant apostoli, inde tot martires, quorum prior Stephanus, inde tot ecclesie, quas apostolus Paulus commemorat, in conversione eius magnificantes deum. De quare non dubito intellegendum esse quod sequitur: Et dividetur Israel in duo, in Israel scilicet inimicum Christo, et Israel adherentem Christo, in Israel ad ancillam, et Israel ad liberam pertinentem. Nam ista duo genera primum simul erant, velut Abraham adhuc ad

Quid est quod Saul XL annis spretus a domino regnavit sicut David electus

Quid est quod dicatur dividetur Israhel in duo scilicet inimicum Christo et adherentem Christo

fecundata

heret ancille donec stellis per Christum gratiam clamaret Eice ancillam et filium eius. **De promissionibus ad David in filio eius que nullatenus in Salomone sed plenissime inveniuntur in Christo. viii c.**

Propter peccatum quidem Salomonis regnante filio eius Roboam scimus Israel in duo fuisse divisum atque perseverasse temporibus singulis partibus reges suos donec illa gens tota a Chaldeis esset ingenti vastatione subversa atque translata. Sed hoc quid ad Saulem cum si tale aliquid comminandum esset ipsi David fuit potius comminandum cuius erat filius Salomon. Postremo nunc inter se gens hebrea divisa non est, sed indiscrete in eiusdem erroris societate dispersa per terras. Divisio vero illa quam deus sub persona Saulis illius regni et populi figuram gerentis eidem regno populoque comminatus est, eterna atque immutabilis significata est per hoc quod adiunctum est: et non convertetur neque penitebit, quoniam non est sicut homo ut peniteat; ipse minatur et non permanet. Non autem deus quem non penitet sicut hominem. Ubi enim legitur quod peniteat eum mutatio rerum significatur immutabili presciencia manente divina. Ubi ergo non penitere dicitur non mutare intelligitur. Prorsus insolubilem videmus per hec verba prolatam divinitus fuisse sententiam de ista divisione populi Israel et omnino perpetuam. Quicumque enim ad Christum transierunt vel transibunt inde non erant secundum prescientiam non secundum generis humani unam eandemque naturam. Prorsus quicumque ex Israelitis, qui eius inimici usque in finem vite huius esse persistunt, sed in divisione que hic prenunciata est perpetuo permanebunt. Nichil enim prodest testamentum vetus de monte Sina in servitutem generans nisi quia testimonium perhibet testamento novo. Alioquin quamdiu legitur Moyses velamen super corda eorum positum est. Cum autem quisque inde transierit ad Christum auferetur velamen. Transeuntium quippe intentio ipsa mutatur de vetere ad novum, ut iam non quisque intendat accipere carnalem sed spiritualem felicitatem. Propter quod ipse magnus propheta Samuel, antequam unxisset regem Saul, cum exclamavit ad dominum pro Israel et exaudivit eum, et cum offerret holocaustum, similiter accedentibus alienigenis ad pugnam contra populum dei, tonuit dominus super eos et confusi sunt et ceciderunt vel offenderunt coram Israel atque superati sunt, assumpsit lapidem unum statuitque illum inter Masphat novam et veterem et vocavit nomen eius Abenezer, quod est latine lapis adiutoris, et dixit: Usque huc adiuvit nos dominus. Masphat interpretatur intentio. Lapis ille adiutoris mediatoris est salvatoris, per quem transeundum est a Masphat vetere ad novam, id est ab intentione qua expectabatur in carnali regno beatitudo falsa carnalis, ad intentionem qua per novum testamentum expectatur in regno celorum beatitudo verissima

[Margin: id est homo minatur et non permanet]

[Margin: vel transeunt]

[Margin: adherentes Christo perseverant in illo usque erunt cum eis Israhelitis]

[Margin: carnale]

[Gloss: Cum deus dicitur penitere significatur mutatio rerum in hominibus; in essentia non penitet, non mutari intelligitur]

[Gloss: Mutatio veteris testamenti in novum, carnalem in spiritualem felicitatem vel mutationem significat]

spiritualis, qua quoniam nihil melius huc usque adiuvit nos deus. **Quomodo similiter in psalmo lxxxviii sit prophetia de Christo sicut in regnorum libris. ix c.**

Iam nunc Nathan prophetate promittere video esse monstrandum, que ipsi David qui Sauli successit in regnum, mutatione finalis illa mutatio figurata est propter quam divinitus cuncta dicta cuncta conscripta sunt. Quidem deus promiserit ad rem de qua agimus pertinet. Cum regi David multa prospera provenissent, cogitavit deo facere domum, templum scilicet excellentissime diffamatum, quod a rege Salomone filio eius postea fabricatum est. Hoc eo cogitante factum est verbum domini ad Nathan prophetam quod perferret ad regem. Ubi cum dixisset deus quod non ab ipso David sibi edificaretur domus neque per tantum tempus se mandasse cuiquam in populo suo ut sibi faceret domum cedrinam: Et nunc inquit hec dices servo meo David: Hec dicit dominus omnipotens: Accepi te de ovili ovium ut esses in ducem super populum meum Israel, et eram tecum in omnibus in quibus ingrediebaris, et exterminavi omnes inimicos tuos a facie tua, et feci te nominatum secundum nomen magnorum qui sunt super terram. Et ponam locum populo meo Israel et plantabo illud et inhabitabit seorsum et non sollicitus erit ultra, et non apponet filius iniquitatis humiliare eum sicut ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum Israel, et requiem tibi dabo ab omnibus inimicis tuis, et nunciabit tibi dominus quoniam domum edificabis ipsi. Et erit cum repleti fuerint dies tui et dormieris cum patribus tuis, et suscitabo semen tuum post te qui erit de ventre tuo, et preparabo regnum eius. Hic edificabit mihi domum nomini meo, et dirigam thronum illius usque in eternum. Ego ero illi in patrem et ille erit mihi in filium. Et cum venerit iniquitas eius, redarguam illum in virga virorum et in tactibus filiorum hominum; misericordiam autem meam non amovebo ab eo, sicut amovi a quibus amovi a facie mea. Et fidelis erit domus eius et regnum eius usque in eternum coram me, et thronus eius erit erectus usque in eternum. Hanc tam grandem promissionem qui putat in Salomone fuisse completam multum errat. Attendit enim quod dictum est: Hic edificabit mihi domum, quoniam Salomon templum illud nobile struxit, et non attendit: Fidelis erit domus eius et regnum eius usque in eternum coram me. Attendat ergo et aspiciat Salomonis domum plenam mulieribus alienigenis colentibus deos falsos, et ipsum ab eis regem aliquando sapientem in eandem ydolatriam seductum atque deiectum, et non audeat existimare deum vel hoc promississe mendaciter vel talem Salomonem domumque eius futuram non potuisse prescire. Non hinc autem debemus ambigere, nec

[Margin: deus]

[Gloss: de lapide adiutorii Masphat, et quod prohibuit deus ne David edificaret ei templum sed Salomon]

[Margin: rex]

[Gloss: Errat qui putat grandem promissionem completam esse in Salomone cum in Christo completa sit]

si nō in xp̄o dn̄o nr̄o/qui fc̄us est ex semine dauid/
scd̄m carnem/iam videm9 ista ꝯpleri/ne vane
atq; inanit͛ hic aliū aliquē/requiram9 sicut car-
nales iudei/ Nam et ipsi usq; adeo filiū/quē loco
isto regi dauid promissum legūt/intelligūt nō
fuisse salomonē/ut eo qui promissus ē tanta iā
manifestaciōe declarato/adhuc mirabili cecita
te/aliū sperare se dicāt/ Facta est quidē nōnulla
ymago rei future/eciam in salomoē/in eo q̄ tē
plū edificauit/et pacem habuit/scd̄m nomē suū/
Salomo quippe pacificus est latine/et in
exordio regni sui/mirabilit͛ laudabilis fuit/
s; eadem sua psona/p umbram futuri p̄nunccia
bat/ Vnde quedam de illo ita scripta sūt/q̄ de
se ipo dicta sint/dū scriptura scā eciam rebus
gestis prophetans/quodāmō in eo figuram
delineat futurorum/ Nam p̄ter
libros diuine historie/ubi reg
nasse narratur/psalmus lxxi
/deus iudiciū tuū/tytulo nominis
eius inscriptus est/ In quo tam
multa dicunt͛/que oīo ei conue
nire nō possint/dn̄o aut͛ xp̄o aptissima per-
spicuitate ꝯueniūt/ut euidenter appeat/
qd̄ in illo figura qualiscūq;/adumbrata sit/in
ipo isto/ aut ipa veritas p̄sentata/ Notū est enim q̄
bus t͛minis/regnū ꝯclusum fuāt salomonis/
et tn̄ in eo ps̄° legi͛/ut alia taceam/ Dñabit͛
a mari usq; ad mare/et a flumie usq; ad orbis t͛ (t͛minos)
rarum/ Qd̄ in xp̄o incepit impleri/ a flumie quip
pe dn̄andi/sump sit exordiū/ubi baptizatus
a iohāne/eodem monstrante/cepit agnosci
/discipulis/qui eū nō solum magrm̄ verum et
dn̄m nr̄m appellauerūt/ Nec ob aliud viue
te adhuc/p̄re suo dauid/regnare salomon
cepit/q̄ nulli regum illorum contigit/nisi ut hinc satis
quoq; eluceat/nō ē ipm q̄ p̄phecia ista p̄sig-
nat/q̄ ad eius p̄rem loquit͛ dicens/
Et erit cū repleti fuerint dies tui
et dormieris/cū p̄ribus tuis/et sus
citabo semē tuū/post te/qui erit de
ventre tuo/et p͛parabo regnū illius/
Quō g° p̄p͛ id qd̄ sequi͛/hic edificabit michi do
mū/ iste salomon p̄phetatus/et nō potius
p̄p͛ id qd̄ p̄cedit/cū repleti fuerint dies tui/et
dormieris cū p̄ribus tuis/suscitabo semē tuū
post te/ filius pacificus intelligi͛ ēē p̄missus
qui nō ante/sicut iste/s; post mortem dauid
p̄nunctiatus est/suscitandus/ quāuis libet enim lō
go interposito tpe/ihūs xp̄us veniret/procul du
bio post mortem regis dauid/tn̄ sic ēēt promis
sus/eū venire oportebat/qui edificaret domū
d̄o/nō de lignis/et lapidibus/s; de hominib9/q̄
lem illū edificare/gaudem9/ Huic enim domui
dicit ap̄lus/hoc est fidelib9 xp̄i/ Templū enim
dei scm̄ est/qd̄ estis vos/ p̄p͛ hoc in psalmo lxx°
xviij°/ Mias dn̄i/cui9 est tytulus/intellectus
ipi ethan isrl̄ite/commemorant͛/p̄missiones dei
fc̄e regi dauid/et istis qui in libris regnorum sūt/
posita/quedam ibi similia dicunt͛/sicut est

Quō nō salo
mō xp̄o qui dr̄
pacificus de
salomone co
venire dicta
possint

Quō p̄
figuret
q̄ salomo
regnauit
p̄re viuente

Vel eciam ipe xp̄s dux non exhibeat

Iuraui dauid s͛uo meo/usq; in et͛nū p͛parabo se
mē tuū/ Et iterū/tūc locutus est eis/in aspectu
filiis tuis/et dixisti posui adiutoriū sup potē
tem/et exaltaui electū de pplō meo/ Inueni da
uid seruū meū/et in oleo scō meo/vnxi eū/ Ma
nus enim mea auxiliabit͛ ei/ Et brachiū meū
confortabit eum/ Nichil proficiet inimicus in eo/
et filius iniquitatis nō apponet nocere ei/ Et con
cidam a facie ipius inimicos eius/et eos qui
oderūt eū fugabo/ Et veritas mea/et mia mea/cum
ipo et in nomine meo/exaltabit͛ cornu eius/ Et
ponā in mari manū eius/et in flūibus dexteram
eius/ Ipe inuocabit me/p̄r meus
es tu/deus meus/et susceptor
salutis mee/ Et ego p̄mogeni
tum ponā illū/in secłm secłi
semē eius/et thronū eius sicut
dies celi/ Que omnia de dn̄o
intelligunt͛/sub nomine dauid
p̄p͛ formā s͛ui/quā de semine
dauid/idem mediator assūp sit/ex v͛gine/ Contin°
eciam dicit͛ de pc̄tis filiorum eius/tale aliquid qd̄
in regnorum libro positū est/et eē de salomoē
p̄cliuius/ accipit͛/ Ibi namq; .i. in regnorum libro/et
si venit/inquit/iniquitas eius/redarguā illum
in v͛ga virorum/et in tactibus filiorum hoīm/ mia
aut͛ mea nō amouea ab eo/ tactibus significās
plagas correpcionis/ Vide illud ē Ne tetigeritis
xp̄os meos/q̄ quid ē aliud/q̄m ne leseritis/ In
psalmo vero cū ageret/tamquā de dauid/ut q̄dam
einsmodi/eciam ibi diceret/ si dereliquerint inquit
filij eius legem meam/et in iudicijs meis/nō am
bulauerint/si iustificaciones meas p̄phanaue
rint/et mādata mea nō custodierint/visitabo
in v͛ga iniquitates eorum/et in flagellis delicta
eorum/ Miam aut͛ mea/nō elongabo ab eo/nō
dixit ab eis/cū loquer͛ de filijs eius/nō de ipo
sed dixit ab eo/qd̄ bn̄ intellectum/tn̄dem valet
Non enim xp̄i ipius/qui est caput
ecclesie/possent inueniri ulla q̄ (peccata)
opus ēēt huāinis correpcionib9
s͛uata mia/diuinitus coherceri/
s; in eius corpe ac membris/q̄
pplus eius/ Ideo in libro regnorum
iniquitas eius dr̄/ In psalmo aut͛
filiorum eius/ut intelligam9/de ipo dici/quoda
mō/qd̄ de eius corpore dr̄/p̄p͛ qd̄ et ipe de celo/
cū corpus/q̄ sūt fideles eius/saulus p̄sequeret͛
Saule inquit saule/quid me p̄sequeris/ De
inde in ꝯsequentibus psalmi/ Neq; nocebo inq̄t ei
in veritate mea/neq; p̄phanabo testamētū
meū/et q̄ p̄cedunt de labijs meis/nō i p̄babo/
Semel iuraui in scō meo/si dauid menciar͛ (idest nequāq; dauid menciar͛)
Solet enim sic loqui scriptura/ Qr aut͛ nō men
ciar͛/adiungit et dicit/ Semē eius in et͛nū ma
net/et sedes eius sicut sol in ꝯspectu meo/et sic
luna p̄fecta in et͛nū/et testis in celo fidelis/
post hec tante p̄missionis validissima fir
mamenta/ne putarent͛ in salomone/tamq̄ (completa)
id sperarent͛ nec inuenirent/ Tu vero inquit re

Quomodo
xp̄o conueni
at illud ps̄/
Sicut iuraui
dauid s͛uo me
o et multa
subseque
ncia et

Excelsū apud reges terre in et͛nū s͛uabo illi misericordiā meā et testamentū meum fidele ipsi et ponā

quod vere intelligunt͛

Quō qua
dam in p̄so
na dauid i
telli da sūt
et filiorum eius
et q̄dam in p̄
sona xp̄i

pulisti/ et ad nichilum deduxisti domine/ Hoc quippe factum est/ de regno salomonis/ in posteris eius/ usque ad eversionem ipsius terre et ierusalem que regni eiusdem sedes fuit/ et maxime ipsius templi labe/ quod fuerat a salomone constructum/ Sed ne ob hoc putaretur deus/ contra suam nam promissa fecisse/ continuo subiecit/ distulisti xpistum tuum/ Non ergo est ille salomon/ sed nec ipse david/ si dilatatus est xpus domini/ Cum enim xpus eius dicuntur omnes reges/ mistico illo crismate consecrati/ non solum a rege david et deinceps/ sed ab illo etiam saule/ qui populo eidem rex primus est unctus/ ipse da (quippe) vid eum xpistum domini appellat/ Erat tamen unus verus xpus/ cuius ille figuram prophetica unctione gestabat/ qui et secundum opinionem hominum qui eum putabant in david vel in salomone/ intelligendum/ differebatur in longinquum/ secundum dispositionem autem dei venturus suo tempore parabatur/ Interea dum ille differtur/ quid factum sit de regno terrene ierusalem ubi sperabatur utique regnaturus/ secutus iste psalmographus/ adiunxit atque ait/ Evertisti testamentum servi tui/ prophanasti in terra sanctitatem eius/ destruxisti omnes macerias eius/ posuisti munitiones eius formidinem/ diripuerunt eum omnes transeuntes viam/ factus est obprobrium vicinis suis/ Exaltasti dexteram inimicorum eius/ iocundasti omnes inimicos eius/ Avertisti adiutorium gladii eius/ et non es opitulatus ei in bello/ Dissolvisti eum ab emundatione/ sedem eius in terra collisisti/ Minuisti dies sedis eius/ perfudisti eum confusione/ Hec omnia venerunt super ancillam ierusalem/ in qua regnaverunt nonnulli etiam filii libere/ regnum illud tenentes/ in dispensatione temporaria/ Regnum autem celestis ierusalem cuius erant filii/ in vera fide habentes/ et in vero xpo sperantes/ Quomodo autem ista venerint super illud regnum/ index est rerum gestarum/ si legatur historia/ post hec autem ad deprecandum deum propheta convertitur/ et ipsa deprecatio prophetatio est/ Usque quo domine avertis (faciem tuam) a me/ Nam codices quidam/ hic non habent/ avertis/ sed averteris/ quamquam possit intelligi/ avertis/ avertereris/ in iram tuam/ quam promisisti david/ Et autem dixit/ in finem/ quod est usque in finem/ qui finis intelligendus est. Ultimum tempus/ quando in xpo ihesu/ etiam illa gens est creditura/ antequam in finem illa fieri oportebat/ que superius erumpnosa deflevit/ propter que et hic sequitur/ Exardescit sicut ignis ira tua/ memento que est mea substantia/ nichil hic melius quam ipse ihesus intelligitur/ substantia populi huius/ ex quo natura est carnis eius/ Non enim vane inquit constituisti/ omnes filios hominum/ nisi enim esset unus filius hominis/ substantia israel/ per quem filium hominis liberaretur multi filii hominum/ Vane utique constituti essent omnes filii hominum/ Nunc vero/ omnes quidem humana natura per peccatum primi hominis/ in vanitatem de veritate collapsa est/ propter quod dixit/ alius psalmus/ homo vanitati similis factus est/ dies eius velut

> (margin, left, beside "domine avertis faciem tuam a me":) in finem subaudiatur faciem tuam/ ut sicut alibi dicitur quousque avertis

> (margin, red, beside "Erat tamen unus verus xpus":) Quia ihesus verus erat xpus cuius figura david salomon et alii uncti crismate reges gerebant dicti xpus domini

umbra pertransiunt/ Sed non vane deus constituit omnes filios hominum/ quia et multos a vanitate liberat/ per mediatorem ihesum/ et quos liberandos non esse prescivit/ ad utilitatem liberandorum/ et comparatione duarum inter se a contrario civitatum/ non utique vane/ in totius rationalis creature/ pulcherrima atque iustissima ordinatione constituit/ Deinde sequitur/ [c. xi] Quis est homo/ qui vivet/ et non videbit mortem/ Eruet animam suam de manu inferi/ Quis est iste/ nisi substantia illa israel ex semine david/ xpus ihesus/ de quo dicit apostolus/ Quia surgens a mortuis/ iam non moritur/ et mors illi ultra non dominabitur/ Sic enim vivet/ et non videbit mortem/ ut tamen mortuus fuerit/ sed animam suam eruet de manu inferi/ [c. xii] Quoniam inimicorum/ propter quorundam solvenda inferni vincula descenderat/ Eruit autem potestate illa de qua in evangelio dicit/ potestatem habeo ponendi animam meam/ et potestatem habeo iterum resumendi eam/ Sed cetera psalmi huius que ita se habent/ Ubi sunt misericordie antique tue domine quas iurasti in veritate tua/ Memento domine obprobrii servorum tuorum/ quod continui in sinu meo/ multarum gentium/ quod exprobraverunt commutationem xpisti tui/ ut ex persona dicti sint illorum israelitarum qui desiderabant reddi sibi promissionem que facta est ad david/ an potius ad xpianorum qui non secundum carnem sed secundum spiritum/ sunt israelite/ merito queri potest/ Dicta sunt quippe ista vel scripta/ tempore quo fuit ethan/ de cuius nomine titulum iste psalmus accepit/ et idem tempus regni david fuit/ ac per hoc non diceretur/ ubi sunt misericordie tue antique domine/ quas iurasti david in veritate tua/ nisi eorum personam in se prophetica transfiguraret/ qui longe futuri erant/ quibus hoc tempus esset antiquum/ quando regi david ista promissa sunt/ Potest autem intelligi/ multas gentes/ quando persequebantur xpianos/ scilicet passionem commutationem vocat/ quoniam moriendo immortalis est factus/ Potest et commutatio xpisti secundum hoc accipi/ exprobrata israelitis/ quia cum eorum speraretur futurus/ factus est gentium/ et hoc eis nunc exprobrant multe gentes/ que crediderunt in eum/ per novum testamentum illis in vetustate remanentibus/ ut eo dicatur/ Memento domine obprobrii servorum tuorum/ quia non eos obliviscente/ sed potius miserante domino/ et ipsi post hoc obprobrium credituri sunt/ Sed ille quem prius posui/ convenientior sensus michi videtur/ Inimicis enim xpisti/ quibus exprobratur/ quod eos ad gentes transiens reliquerit xpus/ non incongrue vox ista coaptatur/ Memento domine obprobrii servorum tuorum/ Non enim servi vocandi sunt tales iudei/ sed eis substantia ista competit/ qui cum graves humilitates persecutionum/ pro xpisti nomine paterentur/ recordari potuerunt excelsum regnum/ semini david fuisse promissum/ et eius desiderio

> (margin, red:) De prestatione david prophetatio est usque domine avertis in finem faciem tuam

> (margin, red, beside "nonvidebit mortem":) Quis est homo qui vivet et non videbit mortem et cetera/ nisi substantia israel ex semine david xpus ihesus qui surgens a mortuis non moritur ultra

> (margin, right, beside "exprobraverunt commutationem":) inimici tui quod exprobraverunt

> (margin, right, beside "commutationem vocat":) exprobrasse illius passionem xpisti commutationem

> (margin, red, beside "quia non eos obliviscente":) Quid sit David memento domine obprobrii servorum tuorum et cetera

dicendo non desperando sed petendo querendo pulsando. Ubi sunt miserationes tue antique domine quas iurasti David in veritate tua. Memento domine obprobrii servorum tuorum quod continui in sinu meo multarum gentium, quod exprobraverunt inimici tui domine, quod exprobraverunt commutationem christi tui, non eam putantes commutationem sed consumptionem. Quid est autem memento domine, nisi ut miseratus et pro tollerata patientia humilitate mercedem reddas celsitudinis, quam iurasti David in veritate tua? Si autem Iudeis assignemus, hec verba servi dei talia dicere potuerunt, qui expugnata terrena Ierusalem antequam Ihesus christus humanitus nasceretur in captivitatem ducti sunt, intelligentes commutationem christi, quia scilicet non per eum terrena carnalisque felicitas, qualis paucis annis regis Salomonis apparuit, sed celestis ac spiritualis fide esset expectanda, quam tunc ignorans infidelitas gentium, dei populum exultabat atque insultabat esse captivum, quid aliud quam christi commutationem sed scientibus nescientes exprobrabat. Et ideo quod sequitur ubi psalmus iste concluditur: Benedictio domini in eternum, fiat fiat, universo populo dei ad celestem Ierusalem pertinenti, sive in illis qui latebant in testamento veteri antequam revelaretur novum, sive in nobis quia iam testamento novo revelato manifeste pertinere cernuntur ad christum, satis congruit. Benedictio quippe domini in semine David non ad aliquod tempus, qualis diebus Salomonis apparuit, sed in eternum speranda est, in qua certissima spe dicitur, fiat fiat. Illius enim spei est confirmatio iteratio huius verbi. Hoc ergo intelligens David ait in secundo regnorum libro, unde ad istum psalmum digressi sumus: Et locutus es pro domo servi tui in longinquum. Ideo autem post paululum ait: Nunc incipe et benedic domum servi tui usque in eternum, et cetera, quia tunc genitus erat filius ex quo progenies eius duceretur ad christum, per quem futura erat domus eius eterna, eademque domus dei. Domus enim David propter genus David, domus autem dei eadem ipsa propter templum dei de hominibus factum non de lapidibus, ubi habitet in eternum populus cum deo et in deo suo, et deus cum populo atque in populo suo, ita ut deus sit implens populum suum et populus plenus deo suo, cum deus erit omnia in omnibus, ipse in pace premium, qui virtus in bello. Ideo cum in verbis Nathan dictum sit: Et nuntiabit tibi dominus quia domum edificabis ipsi, postea dictum est in verbis David: Quoniam tu dominus omnipotens deus Israel revelasti aurem servi tui dicens, domum edificabo tibi. Hanc enim domum et nos edificamus bene vivendo, et deus ut bene vivamus opitulando, quia nisi dominus edificaverit domum, in vanum laboraverunt edificantes eam. Cuius domus cum venerit ultima dedicatio, tunc fiet illud quod hic per Nathan locutus est deus dicens: Et ponam locum populo meo Israel, et plantabo illum, et habitabit seorsum, et non sollicitus erit ultra, et non apponet filius iniquitatis humiliare eum, sicut ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum Israel. Hoc tam magnum bonum quisquis in hoc seculo et in hac terra sperat, insipienter sapit. An quispiam putabit in pace regni Salomonis id esse completum? Pacem quippe illam in umbra futuri excellenti predicatione commendat. Sed huic suspicioni vigilanter occursum est, cum postea quam dictum est: Non apponet filius iniquitatis humiliare eum, continuo subiunctum est: Sicut ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum Israel. Iudices namque priusquam reges ibi esse cepissent super illum populum fuerant constituti, ex quo terram promissionis accepit. Et utique humiliabat eum filius iniquitatis, hoc est hostis alienigena, per intervalla temporum quibus leguntur paces alternasse cum bellis, et inveniuntur illic pacis tempora prolixa quam Salomon habuit, qui quadraginta regnavit annos. Nam sub eo iudice qui appellatus est Aod octoginta anni pacis fuerunt. Absit ergo ut Salomonis tempora in hac promissione predicta esse credantur, multo minus itaque cuiuslibet regis alterius. Non enim quisquam eorum in tanta quanta ille pace regnavit, nec unquam omnino gens illa ita regnum tenuit ut sollicita non fuerit ne hostibus subderetur, quia in tanta mutabilitate rerum humanarum nulli aliquando populo concessa est tanta securitas ut huic vite hostiles non formidaret incursus. Locus ergo iste qui promittitur tam pacate ac secure habitationis eternus est eternisque debetur in matre Ierusalem libera, ubi erit veraciter populus Israel; hoc enim nomen interpretatur videns deum, cuius premii desiderio pia per fidem vita in hac erumnosa peregrinatione ducenda est.

Quod diversa acta sint in regno terrene Ierusalem ab his que promiserat deus, ut intelligeretur promissionis veritas ad alterius regis et regni gloriam pertinere. xiiii.

Procurrente igitur per tempora civitate dei, primo in umbra futuri in terrena scilicet Ierusalem regnavit David. Erat autem David vir in canticis eruditus, qui armoniam musicam non vulgari voluptate sed fideli voluntate dilexerit, eaque deo suo qui verus est deus mistica rei magne figuratione servierit. Diversorum enim sonorum rationabilis moderatusque concentus concordi varietate compactam bene ordinate civitatis insinuat unitatem. Denique omnis fere prophetia eius in psalmis est, quos centum quinquaginta liber continet, quem psalmorum vocamus. In quibus nonnulli eos volunt esse solos factos a David qui eius nomine inscripti sunt. Item qui putant non ab eo factos nisi qui prenotantur ipsius David, ab aliis factos, ex persona ipsius fuisse coaptatos. Que opinio voce evangelica salvatoris ipsius refutatur, ubi ait quod ipse David in spiritu christum dixerit esse dominum suum, quoniam psalmus centesimus nonus sic incipit: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et certe idem psalmus non habet in titulo ipsius David, sed ipse David,

Marginal notes: c xiiii; esset; ac secure; fiat psalmus ... domini in eternum fiat fiat esse; Quod promissiones facte David et Salomoni non extendunt ad eos usque in finem sed ad vitam eternam et eius domini; Quid significet quod David amator res musicos ad laudem dei instituit; de studio David ...; David in spiritu dixerit; Qui vero habent in titulis ipsi David

sicut plurimi. Mihi autem credibilius videntur existimare, qui omnes illos CL psalmos eius operi tribuunt, eumque aliquos prenotasse etiam nominibus aliorum aliquid quod ad rem pertinet figurantibus, ceteros autem nullius hominis nomen in titulo habere voluisse, sicut ei varietatis huius dispositionem, quamvis latebrosam, non tamen inanem, dominus inspiravit. Nec movere debet ad hoc non credendum, quod nonnullorum nomina prophetarum, qui longe post David tempora fuerunt, quibusdam psalmis in eo libro leguntur inscripta, et que ibi dicuntur velut ab eis [dici] videntur. Neque enim non potuit propheticus spiritus prophetanti regi David hec etiam futurorum prophetarum nomina revelare, ut aliquid quod eorum persone conveniret prophetice cantaretur; sicut rex Iosias exorturus et regnaturus post annos amplius quam trecentos cuidam prophete, qui etiam facta eius futura predixit, cum suo nomine revelatus est.

Quod non intelligendum sit quis CL psalmos composuit, cum varii tituli ... ponantur.

De hiis que in xliiii° psalmo ad Christum et ecclesiam pertinentia aut aperte dicuntur aut tropice. c. xv.

Nunc iam a me expectari video, ut hoc loco huius libri aperiam quid in psalmis David de domino nostro Ihesu Christo vel eius ecclesia prophetaverit. Ego autem ut hoc non faciam, sicut videtur ipsa expectatio postulare, quamvis iam in uno fecerim, copia quam inopia magis impedior. Omnia enim ponere vitande prolixitatis causa prohibeor. Vereor autem ne, cum aliqua elegero, multis qui ea noverunt videar magis necessaria preterisse; deinde quia testimonium quod profertur de contextione totius psalmi debet habere suffragium, ut certe nichil sit quod ei refragetur, etsi non omnia suffragantur, ne more [centonum] ad rem quam volumus tamquam versiculos decerpere videamur, velut de grandi carmine, quod non de re illa, sed de alia longeque diversa reperiatur esse conscriptum. Hoc autem ut in quocumque psalmo possit ostendi, exponendus est totus; quod quanti operis sit, et aliorum et nostra volumina, in quibus hoc fecimus, satis indicant. Legat ergo ille qui vult et potuit et invenire, quam multa et quanta rex David idemque propheta de Christo et ecclesia prophetavit, de rege scilicet et civitate quam condidit. Qualibet enim de quacumque re proprie sint atque manifeste prophetice locutiones, necesse est ut eis etiam tropice misceantur; que maxime propter tardiores ingerunt doctioribus laboriosum disputandi exponendique negotium. Quedam tamen Christum et ecclesiam prima facie, mox ut dicuntur, ostendunt, etsi ex otio restat exponenda que in eis minus intelliguntur; quale illud est in eodem psalmorum libro: Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribe velociter scribentis. Speciosus forma pre filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis; propterea benedixit te deus in eternum. Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede et regna, propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam, et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagitte tue acute, potentissime, populi sub te cadent in corda et inimicorum regis. Sedes tua deus in seculum seculi; virga directionis virga regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem; propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Mirra et gutta et cassia a vestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te filie regum in honore tuo. Quis non hic Christum quem predicamus et in quem credimus, qualibet sit tardus, agnoscat, cum audiat deum, cuius sedes est in secula seculorum, et unctum a deo, utique sicut unguit deus, non visibili, sed spirituali atque intelligibili crismate? Quis enim tam rudis est in hac religione, vel tam surdus adversus eius famam longe lateque diffusam, ut Christum a crismate, hoc est ab unctione, appellatum esse non noverit? Agnito autem rege Christo, iam cetera que hic tropice dicta sunt, quomodo sit speciosus forma pre filiis hominum quadam tanto magis amanda atque miranda, quanto minus corporea pulchritudine, quis gladius eius, que sagitte, et cetera ista non proprie, sed tropice posita, subditus ei qui regnat propter veritatem et mansuetudinem et iustitiam, inquirat ex otio. Deinde aspiciat eius ecclesiam tanto viro suo spirituali connubio et divino amore coniunctam, de qua dicitur in hiis que sequuntur: Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta varietate. Audi filia et vide et inclina aurem tuam et obliviscere populum tuum et domum patris tui. Quoniam concupivit rex speciem tuam, quia ipse est dominus deus tuus; et adorabunt eum filie Tyri in muneribus; vultum tuum deprecabuntur [vel] divites plebis. Omnis gloria eius filie regis intrinsecus, in fimbriis aureis circumamicta varietate. Afferentur regi virgines post eam, proxime eius afferentur tibi. Afferentur in letitia et exultatione, adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii; constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nominis tui, domine, in omni generatione [et progenie]. Propterea populi confitebuntur tibi in eternum et in seculum seculi. Non opinor quemquam ita desipere, ut hic aliquam mulierculam predicari credat atque describi, coniugem videlicet illius cui dictum est: Sedes tua deus in seculum seculi; virga [directionis virga] regni tui. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem; propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis; Christum utique pre Christianis. Hii sunt enim participes eius, ex quorum in omnibus gentibus unitate atque concordia fit ista regina, sicut in alio psalmo de illa dicitur: Civitas regis magni. Ipsa est Syon spiritualiter; quod nomen Latine interpretatum speculatio est; speculatur enim futuri seculi magnum bonum, quoniam illuc dirigitur eius intentio. Ipsa est et Ierusalem eodem modo spiritualiter, unde multa iam diximus. Eius inimica est civitas dyaboli Babilon, que confusio interpretatur. Ex qua tamen Babilone regina ista in omnibus gentibus

In psalmo Eructavit cor meum verbum bonum multa de vero Christo exprimuntur.

Quod de psalmo David quedam nimia de domino Ihesu et ecclesia Augustinus hic exponit, sic antea exposuit.

Non est opinandum quod David, ubi dicit Audi filia etc., loquatur de muliere, dicta coniuge illius cui dictum est Sedes tua deus.

regeneratione liberatur, et a pessimo
rege ad optimum regem, id est a diabolo
transit ad Christum. Propter quod ei dicitur:
Obliviscere populum tuum et domum
patris tui. Cuius civitatis impie por-
tio sunt et Israelite sola carne, non fide
inimici etiam ipsius magni regis
huius eiusque regine. Ad ipsos enim
veniens et ab eis occisus Christus magis aliorum
factus est, quos non vidit in carne. Unde per huius
psalmi prophetiam dicit ipse rex noster: Erues me de con-
tradictionibus populi, constitues me in caput gentium.
Populus quem non cognovi servivit mihi, populus [illegible]
iste gentium, quem non cognovit Christus presentia corpo-
rali, in quem tamen Christum sibi annuntiatum credidit, ut mi-
to de illo dicatur: In auditu auris obaudivit mihi,
quia ex auditu est fides. Iste inquam populus additus
veris et carne et fide Israelitis civitas est dei, que
ipsum quoque secundum carnem peperit Christum, cum in solis
illis Israelitis fuit. Inde quippe erat virgo
Maria, in qua carnem Christus ut homo esset assumpsit.
De qua civitate psalmus alius ait: Mater Syon dicet
homo, et homo factus est in ea, et ipse fundavit eam
altissimus. Quis est altissimus nisi deus? Et per hoc
Christus deus, antequam in illa civitate per Mariam
fieret homo, ipse in patriarchis et prophetis funda-
vit eam. Cum igitur huic regine civitati dei
tanto ante dictum sit per prophetiam quod iam videmus
impletum: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii,
constitues eos principes super omnem terram. Ex
filiis quippe eius per omnem terram sunt prepositi
et patres eius, cum confitentur ei populi concurren-
tes ad eam per confessionem laudis eterne in se-
culum seculi. Procul dubio quidquid hic tropicis
locutionibus subobscure dictum est, quo intelli-
gatur, de his rebus manifestissimis conve-
nienter. Sicut etiam in illo psalmo ubi sacerdos Christus
quemadmodum hic rex apertissime predicatur: Dixit
dominus domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam
inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Sedere
Christum ad dexteram patris creditur, non videtur; eius
etiam inimicos poni sub pedibus eius non-
dum apparet. Nunc id agitur, apparebit in fine; et
hoc nunc creditur, post videbitur. Verum quod sequitur:
Virgam virtutis tue emittet dominus ex Syon, et domina-
re in medio inimicorum tuorum, ita clarum est ut et
non solum infideliter et infeliciter, sed etiam impudenter
negetur. Et ipsi quippe fatentur inimici ex Syon
missam fuisse legem Christi, quod nos evangelium
nos vocamus et eam virgam virtutis eius ag-
noscimus. Dominari vero eum in medio inimicorum suorum ipsi
inimici quos dominatur dentibus suis frenden-
do et tabescendo et nihil adversus eum va-
lendo testantur. Deinde quod paulo post dicit:
Iuravit dominus et non penitebit eum, quibus verbis
immutabile futurum esse significat, quod adiungit: Tu es
sacerdos in eternum secundum ordinem Melchize-
dech, ex eo quod iam nusquam est sacerdotium et sacri-
ficium secundum ordinem Aaron, et ubique offertur sub

Quid sit civitas magna in Syon speculatio vel in celestis visio dei vel vides deum

In auditu auris obaudivit mihi

fides

c xvi

dominari

ideo

Christo quod pertulit

sacerdote Melchizedech, quando benedixit Abraham, quis ambigat
de quo ista dicantur? Ad hec itaque manifesta referuntur
que paulo obscurius in eodem
psalmo posita sunt, quando recte intelliguntur,
quod in nostris popularibus sermonibus fecimus.
Dicit et in illo ubi humilitatem passionis sue
per prophetiam Christus eloquitur dicens: Foderunt ma-
nus meas et pedes meos, dinumeraverunt
omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt et inspexe-
runt me. Quibus utique verbis in cruce significa-
vit corpus extentum, manibus pedibusque
confixis et clavorum transfixione confossis,
eoque modo se spectaculum considerantibus et
conspicientibus prebuisse. Addens etiam: Divi-
serunt sibi vestimenta mea et super vestem
meam miserunt sortem. Que prophetia quem-
admodum impleta sit, evangelica narrat
historia. Tunc profecto et alia recte intelliguntur
que ibi minus aperte dicta sunt, cum congruunt que tanta
manifestatione claruerunt, presertim quia et
illa, que non transacta credimus, sed presentia con-
tuemur, sicut in eodem psalmo leguntur, tanto
ante predicta, ita nunc exhibita iam toto orbe
cernuntur. Ibi enim paulo post dicitur: Commemorabuntur
ad dominum et convertentur universi fines terre. Et ado-
rabunt in conspectu eius universe patrie gentium,
quoniam domini est regnum, et ipse dominabitur gentium. De
resurrectione quoque eius nequaquam psalmorum
oracula tacuerunt. Nam quid est aliud quod
in psalmo tertio ex persona eius canitur: Ego dormi-
vi et somnum cepi, et exsurrexi, quoniam dominus susce-
pit me. An forte quisquam ita desipit, ut cre-
dat velut aliquid magnum nobis indicare
voluisse prophetam quod dormierit et exsur-
rexerit, nisi somnus iste mors esset et evigilatio
resurrectio, quam de Christo oportuit sic prophetari?
Nam et in xl° psalmo: Beatus qui intelligit,
manifestius id ostendit, ubi ex persona eiusdem
mediatoris more solito tamquam preterita narran-
tur que futura prophetabantur, quoniam que ventura e-
rant iam in predestinatione et prescientia dei velut
facta erant, quia certa erant: Inimici mei inquit
dixerunt mala mihi: Quando morietur et peribit nomen
eius? Et si ingrediebatur ut videret, vana locutum
est cor eius; egrediebatur foras et loquebatur
simul in unum adversus me cogitabant mala
mihi, verbum iniquum disposuerunt adversus me.
Numquid qui dormit non adiciet ut resurgat? Hic
certe ita posita sunt verba hec, ut nihil aliud dix-
isse intelligatur, quam si diceret: Num-
quid qui moritur adiciet non
ut resurgat reviviscat? Superiora
quippe demonstrant, ut mortem
ipsius cogitasse et disposuisse
inimicos eius, et hoc actum esse
et hoc actum esse per eum qui in-
grediebatur ut videret et egrediebatur ut
proderet. Cui autem hic non occurrat ex discipulo

De psalmo dixit dominus domino meo etc. virgam virtutis etc. et secundum ordinem Melchizedech

his

c xvii

susurrabant omnes inimici mei adversum me

In psalmo beatus qui intelligit agitur de predicatione et passione Christi

eius falsus traditor Iudas / quia ergo factum erant
quod moliebantur, id est occisum eum, ostendens illos
vana malitia frustra occidisse resurrecturum,
sic adicit hunc versum / velut diceret / Quid agitis
vani / Quod vestrum scelus est / meus sompnus est / Num
quid qui dormit non adiciet ut resurgat / Etenim
homo pacis mee / in quem speravi / qui edebat panes
meos / ampliavit super me calcaneum,
hoc est conculcavit me / Tu autem
inquit domine / inquit miserere mei et
resuscita me / et reddam illis / Quis
hoc iam neget / qui iudeos post passi
onem resurrectionemque de sedibus
suis bellica strage / et excidio fundi
tus eradicatos videt / Occisus enim
ab eis resurrexit / et reddidit eis
interim temporalem disciplinam / ex
cepto quod non correctis servat / quando vivos et mortu
os iudicabit / Nam dominus ipse ihesus / istum ipsum
traditorem suum per panem porrectum ostendens /
apostolis hunc etiam versum psalmi huius commemo
ravit et in se dixit impletum / Qui edebat
panes meos mecum / ampliavit super me calca
neum / Quod autem inquit in quem speravi / non congruit capi
ti, sed corpori / neque enim nesciebat eum ipse salvator de quo
ante iam dixerat / Unus ex vobis dyabolus
est / Sed solet in se membrorum suorum transferre perso
nam / et sibi tribuere quod esset illorum / quia caput et cor
pus / unus est christus / Unde illud in ewangelio / E
surivi et dedistis mihi manducare / Quod exponens
ait / quando uni ex minimis meis fecistis / mihi fecistis /
Se itaque dixit sperasse / quod tunc speraverant de iu
da discipuli eius / quando est connumeratus apostolis / Iu
dei autem christum quem speramus / moriturum esse non spe
rant / Ideo quem lex et prophete annunciaverunt /
nostrum esse non putant / sed nescio quem suum / quem sibi
a morte passionis immunem confingunt / Ideo
mirabili vanitate / atque cecitate / verba que po
suimus non mortem et resurrectionem
sed sompnum etiam / evigilationem significasse
contendunt / Sed clamat eis
etiam psalmus XV / Propter hoc iocun
datum est cor meum / et exultavit lingua
mea / insuper et caro mea requi
escet in spe / Quoniam non derelinques a
nimam meam in inferno / nec dabis sanctum tuum videre cor
ruptionem / Quis in ea spe diceret / requievisse
carnem suam / et non derelictam animam suam in
inferno / sed cito ad eum redeunte revivisceret
non corrumperetur / sicut cadavera corrumpi solent /
nisi qui die tercio resurrexit / quod utique dicere non
possunt / de propheta et rege david / Clamat et XLVII
Exurgat deus / Deus noster salvos faciendi / et
domini dei / exitus mortis / quid apertius dici potuit /
Deus enim salvos faciendi / et domini dei exitus
mortis / Quid apertius [illegible] est ihesus / qui
interpretatur salvator / sive salutaris / Nam
ratio nominis huius hec reddita est / quando priusquam
ex virgine nasceretur / dictum est pariet filium
et vocabis nomen eius ihesum / ipse enim salvum

faciet populum suum / a peccatis eorum / In quorum peccatorum
remissionem quoniam sanguis eius effusus est / non
utique oportuit eum de hac vita exitus / alios habere
quam mortis / Ideo cum dictum est / deus noster / deus salvos
faciendi / continuo subiunctum est / et domini exitus
mortis / ut ostenderetur moriendo / salvos esse factu
rus / Sed mirando dictum est / et domini dei / tamquam diceretur
Talis est ista vita mortalium / ut nec ipse dominus
aliter ab illa exiret / nisi per mortem /
Sed ut iudei tam manifestis huius
prophetie testimoniis / etiam re
bus ad effectum tam clarum certum
que perductis / cum non credant / profec
to in eis illud impletur / quod in eo
psalmo / qui huic sequitur / Salvum
me fac / scriptum est / Cum enim et illic ex persona
christi que ad eius passionem pertinent / prophetice
dicerentur / commemoratum est / quod in ewangelio
patuit / dederunt in escam meam fel / et in siti mea
potum mihi dederunt aceto / Et velut post tale con
vivium / epulasque / sibi huiusmodi exhibitas / mox intulit
fiat mensa eorum / coram ipsis in muscipulam et in
retributionem / et in scandalum / obscurentur oculi
eorum / ne videant / et dorsum eorum semper incurva
et cetera que non optando sunt dicta / sed optandi specie
prophetando predicta / Quid ergo mirum si hec ma
nifesta non vident / quorum oculi sunt obscurati
ne videant / quid mirum si celestia non suscipiunt /
qui [illegible] terrena sunt proni / dorsum eorum
semper curvum est / His enim verbis translatis a corpore
vitia significantur animorum / Ista de psalmis / hoc
est de prophetia regis david / satis dicta sunt / ut
aliquis modus / Ignoscant autem / qui hoc legunt
et cuncta illa noverunt / et de hiis que fortasse fir
miora me pretermisisse vel intelligunt vel existimant
non querantur / De regno ac merito david et de fi
lio ipsius salomone eaque prophetia que ad christum perti
nens in ... vel in eis libris que scriptis ipsius
copulantur vel in eis quos ipsius esse non dubium est

Regnavit

autem david XIX.
in terrena ierusalem filius
celestis ierusalem / divino multum testimonio
predicatus / quia et delicta eius / tanta pietate
superata sunt / per saluberrimam penitendi humilitatem /
ut prorsus inter eos sit / de quibus ipse ait / Beati
quorum remisse sunt iniquitates / et quorum tecta
sunt peccata / post hunc regnavit eidem
populo universo / salomon eius filius / qui
ut supra dictum est / patre suo cepit vivente
regnare / hic bonis initiis ma
los exitus habuit / quippe prospere res / que
sapientium animos fatigant / magis huic
obfuerunt / quam profuit ipsa sapientia /
que nunc et deinceps memorabilis / et tunc longe
lateque laudata / etiam ipse reperitur in suis libris
qui tres recepti sunt / in auctoritatem canonicam / pro
verbia ecclesiastes et canticum canticorum / Alii vero
duo / quorum unus sapientia / alter ecclesiasticus
dicitur / propter eloquii non nullam similitudinem / ut salomonis
dicantur / obtinuit consuetudo / non autem esse ipsius

Marginal notes:

Quis dubitet iudeos post dominicam passionem et resurrectionem a sedibus suis esse expulsos [illegible]

al. neque

Quod dixit psalmus Conserva me de resurrectione domini et de passione psalmus Exurgat deus

al. secunde

c. XVIII

Quid dicat psalmus Salvum me fac deus quoniam intraverunt aque de passione christi et potu

c. [illegible]

al. sit

al. ce scripta sunt

figura de david de salomone libris eius prophetiis eorum et canticis canticorum

non dubitant doctores / eos tamen in auctoritatem maxime
occidentalis antiquitus recepit ecclesia / quorum
in uno / qui appellatus sapientia salomonis / passio christi
apertissime prophetatur / Impii quippe interfectores
eius commemorant dicentes / Circumveniamus iustum
quoniam insuavis est nobis / et contrarius est operibus nostris
et improperat nobis peccata legis / et infamat in
nos peccata discipline nostre / promittit scientiam dei se
habere / et filium dei se nominat / Factus est nobis in tra-
ductionem cogitationum nostrarum / gravis est nobis etiam
ad videndum / quoniam dissimilis est aliis vita illius /
et immutate vie eius / Tamquam nugaces estima-
ti sumus ab illo / et abstinet se a viis nostris tamquam
ab inmunditiis / prefert novissima iustorum / et glori-
atur patrem deum se habere / Videamus ergo si sermo-
nes illius veri sint / et temptemus que ventura
sint illi / et sciemus que erunt novissima illius /
Si enim est iustus / filius dei / suscipiet illum / et liberabit eum de manu
contrariorum / Contumelia et tormen-
to interrogemus illum / ut sciamus
reverentiam illius / et probemus
patientiam ipsius / Morte turpissi-
ma condempnemus illum / erit enim ei respectus ex

Qui liber sapientie salomonis aperte loquitur de passione et conviciis christi

sermonibus illius / Hec cogitaverunt et erra-
verunt / excecavit enim illos malicia ipsorum / In
ecclesiastico / autem fides gentium futura predicatur
isto modo / Miserere nostri / dominator deus omnium / et
immitte timorem tuum / super omnes gentes / Ex-
tolle manum tuam super gentes alienas / et videant
potentiam tuam / Sicut coram illis / sanctificatus es in
nobis / ita coram nobis / magnificeris in illis /
agnoscant te / secundum quod et nos agnovimus
te / quoniam non est deus / preter te domine / hanc optandi et
precandi specie / prophetiam per ihesum christum / videmus
impletam / Sed adversus contradictores / non tanta fir-
mitate proferuntur / [quae scripta non sunt] in canone iudeorum / Tres vero
illos / quos salomonis esse constat et iudei
canonicos habent / ut ostendatur ad christum et
ecclesiam pertinere / quod in eis eiusmodi reperitur
operosa disputatio necessaria est / que nos ultra quam
oportet / si nunc adhibeatur / extendit / Tamen quod in pro-
verbiis legitur / viros impios dixisse / Abscondamus
in terra virum iustum iniuste / absorbeamus vero eum
tamquam infernus viventem / et auferamus eius
memoriam de terra / possessionem eius preciosam appre-
hendamus / Non ita obscurum est / ut de christo et
possessione eius / ecclesia sine laboriosa expositione
non possit intelligi / tale quippe aliquid et
dominus ipse per evangelicam parabolam / ostendit dixis-
se malos colonos / Hic est enim heres / venite
occidamus eum / et nostra erit heredi-
tas / Item illud in eodem libro
quod iam ante perstrinximus / cum age-
remus de sterili / que peperit septem /
Non nisi de christo et ecclesia / mox
ut fuit pronunciatum / consuevit in-
telligi / ab eis / qui christum sapientiam

In proverbiis legitur de passione christi et evangelio hic est heres venite occidamus eum

dei esse noverunt / Sapientia edificavit sibi domum
et suffulsit columpnas septem / ymolavit suas
victimas / miscuit in cratere vinum suum / et paravit
mensam suam / Misit servos suos / convocans cum
excellenti predicatione / ad craterem dicens / Quis
est insipiens / divertat ad me / Et inopibus sensu dixit /
Venite manducate de panibus meis / et bibite
vinum quod miscui vobis / Hic certe agnoscimus dei
sapientiam / hoc est verbum patri coeternum / in utero virgi-
nali / domum sibi edificasse corpus humanum / huic
tamquam capiti membra ecclesiam subiunxisse / martyrum
victimas ymolasse / mensam in vino et panibus
preparasse / Ubi apparet etiam sacerdotium secundum ordine
melchizedech / insipientes et inopes sensu vo-
casse / quia sicut dicit apostolus / infirma huius
mundi elegit / ut confunderet fortia / quibus tamen in-
firmis quod sequitur dicit / Derelinquite insipientiam
ut vivatis / et querite prudentiam / ut habeatis vitam
participem autem fieri mense illius / ipsum est incipere
habere vitam / Nam et in alio libro
qui vocatur ecclesiastes ubi ait
[est] non bonum homini / nisi quod mandu-
cabit et bibat / Quid credibilius
dicere intelligitur / quam ad participatio-
nem mense huius pertinet quam sacerdos ipse
mediator / testamenti novi / exhi-
bet secundum ordinem melchizedech / de corpore et sangui-
ne suo / Id enim sacrificium successit omnibus illis /

Quid sit manducare de panibus meis et bibere vinum quod miscui / Et mercede non bonum homini nisi quod manducabit et bibit

sacrificiis veteris testamenti / que ymolabantur in umbra
futuri / propter quod etiam vocem illam in psalmo xxxix / Ex-
pectans expectavi dominum / eiusdem mediatoris per
prophetiam loquentis agnoscimus / sacrificium / et
oblationem noluisti / corpus autem perfecisti mihi / quia
pro illis omnibus sacrificiis / et oblacionibus cor-
pus eius offertur / et participantibus ministratur
Nam istum ecclesiasten / in hac sententia mandu-
candi et bibendi / quam sepe repetit / plurimumque com-
mendat / non sapere carnales epulas / voluptatis
satis illud ostendit ubi ait / Melius est ire in
domum luctus / quam ire in domum potus / Et paulo
post / Cor inquit sapientium in domo luctus / et
cor insipientium / in domo epularum / Sed illud ma-
gis commemorandum existimo / de hoc libro / quod pertinet
ad civitates duas / unam dyaboli / alteram christi /
et earum reges dyabolum et christum / Ve tibi terra inquit
cuius rex tuus adolescens / et principes tui mane
comedunt / Beata tu terra / cuius rex tuus filius
ingenuorum / et principes tui in tempore comedunt / in
fortitudine / et non in confusione / Adolescentem dixit
dyabolum / propter stultitiam / et superbiam
et temeritatem et petulanciam
ceteraque vicia / que huic etati asso-
lent abundare / christum autem filium
ingenuorum / sanctorum scilicet patriarcharum
pertinentium ad liberam civitatem / ex
quibus est in carne progenitus
principes illius civitatis / mane manducantes
id est ante horam congruam / quia non expec-
tant oportunam / que vera est in futuro seculo / fe-
licitatem / festinantes mundi huius / seculi celebritate
cupientes / principes autem civitatis christi / tempus non
fallacis beatitudinis / patienter expectant

In psalmo Expectans expectavi et alibi de corpore et sanguine christi tractatur que confectio sit civium iherusalem et de eius principe

hoc autem in fortitudine, et non in confusione, quia non eos fallit spes de qua dicit apostolus, Spes autem non confundit. Dicit et psalmus, Etenim qui te expectant non confundentur. Iam vero Canticum canticorum spiritalis [quedam] sanctarum est voluptas mentium in coniugio illius regis et regine civitatis, que Christus et ecclesia. Sed hec voluptas allegoricis tegminibus involuta est, ut desideretur ardentius nudeturque iocundius, et appareat sponsus, cui dicitur in eodem cantico, Equitas dilexit te, et sponsa que ibi audit, Caritas in deliciis tuis. Tacita multa transimimus, cura huius operis terminandi.

De regibus post Salomonem sive in Iuda sive in Israhel. xx. c.

Ceteri post Salomonem reges Hebreorum vix inveniuntur per aliqua enigmata dictorum suorum rerumve gestarum quod ad Christum et ecclesiam pertineat prophetasse, sive in Iuda sive in Israel. Sic enim appellate sunt ille populi partes, ex quo propter Salomonis offensam tempore filii eius Roboam, qui patri successit in regnum, deo vindicante divisus est. Porro de tribus decem, quas accepit Ieroboam servus Salomonis, rex eis in Samaria constitutus, proprie vocabantur Israel, quamvis hoc universi populi illius nomen esset. Duabus vero tribubus, Iuda scilicet et Beniamin, que propter David, ne penitus regnum stirpis eius fuisset eradicatum, remanserant subiacentes civitati Ierusalem, Iude nomen fuit, quia ipsa erat tribus unde David. Beniamin vero tribus pars altera ad idem x. tribuum regnum, de quibus dixi, pertinens erat. Sed simul iste due tribus, ut dictum est, Iuda vocabantur, et hoc nomine discernebantur ab Israel, quo appellabantur proprie decem tribus habentes suum regem. Nam tribus Levi, quia sacerdotalis fuit, dei, non regum servitio mancipata, terciadecima numerabatur. Ioseph quippe unus de duodecim filiis Israel non unam, sicut ceteri singulas, sed duas tribus fecit, Effrem et Manasse. Verumtamen et tribus Levi ad regnum Ierosolimitanum pertinebat magis, ubi erat dei templum, cui serviebat. Diviso igitur populo primus regnavit in Ierusalem Roboam rex Iuda filius Salomonis, et in Samaria Ieroboam rex Israel servus Salomonis. Et cum voluisset Roboam tamquam tyrannidem divise illius partis bello persequi, prohibitus est populus pugnare cum fratribus suis, dicente deo per prophetam se hoc fecisse. Unde apparuit nullum in ea re vel regis Israel vel populi fuisse peccatum, sed voluntatem dei vindicantis impletam. Qua cognita pars utraque inter se pacata conquievit. Non enim religionis sed regni fuerat divisio. Verum rex Israel Ieroboam mente perversa non credens deo, quem veracem promisso sibi regno datoque probaverat, timuit ne veniendo ad templum dei quod erat in Ierusalem, quo secundum divinam legem sacrificandi causa veniendum fuit, seduceretur ab eo populus et stirpi David tamquam regio semini redderetur; et constituit ydolatriam in regno suo, et populum dei secum simulacrorum cultu obstrictum nephanda impietate decepit. Nec tamen omnino cessavit deus non solum illum regem, verum etiam successores eius et impietatis imitatores populumque ipsum arguere per prophetas. Nam extiterunt etiam illic magni insignesque prophete, qui etiam mirabilia multa fecerunt, Helias et Helizeus discipulus eius. Etiam ibi dicente Helya, Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, et ego relictus sum solus, et querunt animam meam, responsum est esse illic septem milia virorum qui non curvaverunt genua ante Baal. Itemque in regno Iuda pertinente ad Ierusalem etiam regum succedentium temporibus non defuerunt prophete, sicut deo placebat eos mittere, vel ad predicandum quod opus erat, vel ad corripienda peccata precipiendamque iusticiam. Nam et illic etiam, longe minus quam in Israel, tamen extiterunt reges qui suis impietatibus deum graviter offenderent, et modestis flagellis cum populo simul plecterentur. Piorum sane regum merita ibi non parva laudantur. In Israel autem reges alios magis, alios minus, omnes tamen reprobos legimus.

c. xxi

Utraque ergo pars, sicut iubebat divina providentia vel sinebat, variis et erigebatur prosperitatibus et adversitatibus premebatur; et sic affligebatur non solum externis verum et intestinis bellis, ut certis existentibus causis misericordia dei vel ira pateret, donec eius indignatione crescente universa gens illa Chaldeis debellantibus non solum subverteretur in sedibus suis, sed etiam maxima sui parte transferretur in terras Assyriorum: prius illa pars que vocabatur Israel in tribubus, postea vero et Iudas, eversa Ierusalem et templo illo nobilissimo, in quibus terris per annos lxx captivum egit otium. Post quos inde dimissa templum quod eversum fuerat instauravit; et quamvis plurimi eius in alienigenarum degerent terris, non habuit tamen deinceps duas regni partes et duos diversos in singulis partibus reges, sed in Ierusalem princeps erat unus, atque ad idem templum quod ibi erat omnes undique, ubicumque erant et undecumque possent, per certa tempora veniebant. Sed nec tunc eis hostes ex aliis gentibus expugnatoresque defuerunt. Nam et Romanorum iam tributarios eos Christus invenit.

c. xxii

Toto autem illo tempore ex quo redierunt de Babilonia post Malachiam, Aggeum et Zachariam, qui tunc prophetaverunt, et Esdram, non habuerunt prophetas usque ad salvatoris adventum, nisi alium Zachariam patrem Iohannis et Elizabeth eius uxorem, Christi nativitate iam proxima, et eo iam nato Symeonem senem et Annam viduam iamque grandevam, et ipsum Iohannem novissimum

De Iuda et Beniamin qui remanserunt Roboam et de x. tribubus quas accepit Ieroboam et eorum cultu

Unde fuit Saul Rex ante David

decem

causa

De tribu Levi que serviebat in templo, duo et Effraym et Manasse filiis Ioseph divisione tribuum

De captivitate x. tribuum ab Assyriis qui in Samaria habitabant Israel et Effraym dicebantur

qui in uentris eam iuuenem christum non quidem fu
turum predixit, sed tamen non incognitum prophetica cognitione monstrauit
preter quod ipse dominus ait lex et prophete usque ad Iohannem, sed istorum
quoque prophetarum commentarios nobis nota est ubi et ipsa uirgo
mater domini ante Iohannem prophetasse inuenitur, sed hanc istorum propheciam
iudei reprobi non accipiunt. Accipiunt
autem qui ex eis innumerabiles euangelio crediderunt. Tunc enim est uere
israel diuisus in duo diuisione illa que per samuelem prophetam sauli regi est inmutabilis pronunciata. Malachiam uero aggeum zachariam
et esdram etiam iudei reprobi in auctoritatem canonicam receptos nouissimos habent.

De excidione templi Ierusalem et captiuitate ductorum tribuum a chaldeis per LXX annos et prophetis eorum ultimos

Sunt enim et scripta eorum, sicut aliorum qui in magna multitudine prophetarum perpauca
scripserunt, que auctoritatem canonis obtinent. De quorum
predictis, que ad christum ecclesiamque eius pertinent,
nonnulla in hoc opere video esse ponenda, quod
commodius fiet adiuuante domino sequenti libro, ne
hunc tam prolixum ulterius oneremus. Explicit
liber decimus septimus. Incipiunt tytuli libri decimi octaui

De his que usque ad tempora saluatoris
decem et septem uoluminibus disputata sunt. Et de terrene ciuitatis regibus atque
temporibus quibus ab exitu abrahe sanctorum tempora
supputata conueniunt. I. De regnatibus
apud assyrios atque sicionios abrahe centenario ysaac de promissione sit natus uel ipsi
ysaac sexagenario esau et iacob gemini de
rebecca sint editi. II. De temporibus iacob et
filii eius ioseph. III. De api rege argiuorum
quem egypti serapin nominatum diuino honore
coluerunt. IIII. Quo regnante apud argiuos
quo tempore apud assyrios iacob in egipto sit
mortuus. V. Quorum regum tempore ioseph in
egipto defunctus est. VI. Quorum regum etate
moyses natus sit et quorum deorum isdem temporibus sit orta religio. VII. Cum athenienssium
sit ciuitas condita et quam causam nominis eius
varro perhibuit. IX. Quid varro tradat
de nuncupacione ariopagi et de diluuio deucalionis. X. Quo tempore moyses populum dei
ex egipto eduxit et ihesu naue qui eidem
successit quorum regum etate sit mortuus.
XI. De sacris falsorum deorum que reges grecie
illis temporibus instituerunt que ab exitu israel de egipto usque ad obitum ihesu naue dinumerantur.
XII. Qualium fabularum figmenta exorta sint
eo tempore quo hebreis iudices preesse ceperunt.
XIII. De theologis poetis. XIIII. De occasu regni argiuorum quo tempore apud laurentes picus
saturni filius regnum patris primus accepit. XV.
De dyomede post troye excidium in deos relato cuius socii traditi sunt in uolucres esse conuersi.
XVI. De incredibilibus hominum commutacionibus quid varro tradiderit. XVII. Quid credendum sit de transformacionibus que arte demonum hominibus uidentur accidere. XVIII. De eo tempore quo eneas in ytaliam uenit quo labdon iudex presidebat iudeis. XVIIII. De successione ordinis regni
apud israelitas post iudicum tempora. XX. De regibus post
latium quorum primus eneas et duodecimus auentinus deus facti sunt. XXI. De eo tempore quo roma sit condita quo regnum assiriorum interiit quo ezechias
regnauit in iudea. XXII. De sybilla eritrea que inter
alias sybillas cognoscitur de christo euidentia multa cecinisse. XXIII. De regnante romulo septem
sapientes claruerunt quo tempore decem tribus que
israel dicebantur in captiuitatem a chaldeis ducte
sunt idemque romulus mortuus diuino honore
datus est. XXIIII. Qui philosophi enituerunt regnante
apud romanos tarquinio prisco apud hebreos
sedechia cum ierusalem capta est templumque subuersum.
XXV. De eo tempore quo impletis LXX annis iudeorum est resoluta captiuitas romani quoque a
dominatu sunt regio liberati. XXVI. De temporibus prophetarum quorum oracula habentur in libris quique sunt
de uocacione gentium multa cecinerunt quando romanum regnum cepit assyriumque defecit. XXVII. De
his qui ad euangelium christi pertinet quod osee et
amos prophetauerunt. XXVIII. Que ab ysaia de
christo et ecclesia sunt predicta. XXIX. Que michee
as et ionas et iohel nouo testamento congruentia prophetauerunt. XXX. Que in abdya et
abacuk de salute mundi in christo pronunciata reperiantur. XXXI. De prophetia que in oratione abakuk et cantico continetur. XXXII. De christo et uocatione gentium que
ieremias et sophonias prophetico spiritu sunt prefati. XXXIII. De prophetia danielis et ezechielis
que in christum ecclesiamque concordat. XXXIIII. De trium
prophetarum vaticinio id est aggei zacharie et malachie. XXXV. De esdra et machabeorum libris.
XXXVI. Quod prophetica auctoritas omni origine gentilis philosophie inuenitur antiquior. XXXVII. Quod
quedam sanctorum scripta ecclesiastica canon propter
nimiam non recepit uetustatem ne per ea falsa
ueris miscerentur. XXXVIII. De hebraicis
litteris que numquam in sue lingue. XXXIX. De egipciorum
mendacissima uanitate que antiquitati sue scientie
centum milia ascribit annorum. XL. De philosophorum opinionum dissensionibus et canonicarum apud ecclesiam concordia scripturarum. XLI. Qua dispensacione prouidencie diuine scriptura sacra ueteris testamenti
ex hebreo in grecum eloquium translata sit, ut
omnibus gentibus innotesceret. XLII. De auctoritate
LXX interpretatum que saluo honore hebree lingue
omnibus sit interpretibus preferenda. XLIII. Quid intelligendum sit de niniuitarum excidio, cuius denunciatio in hebreo XL dierum spacio tenditur, in LXX
autem triduum breuitate concluditur. XLIIII. Quod post instauracionem templi prophetas iudei habere destiterint, ut exinde usque ad natiuitatem christi continuis aduersitatibus sint afflicti, ut probaretur alterius templi edificationem propheticis uocibus fuisse promissam. XLV. De ortu saluatoris nostri

L

primum quod ubi ratio facta est et dispersione iudeorum per omnes gentes ~ sicut fuerat prophetatum. xliiii An ante tempora Christi aliqui fuerint extra Israeliticum genus qui ad celestis civitatis consortium pertineret. xlv Prophetiam Aggei qua dixit maiorem futuram gloriam domus Dei quam primum fuisse non in reedificatione templi sed in ecclesia Christi esse completam. xlv De indiscreta multiplicatione ecclesie, qua in hoc seculo multi reprobi miscentur electis. xlvi De predicatione evangelii, que per passiones predicantium clarior et potentior facta est. xlvii Quod etiam per hereticorum dissensiones fides catholica roboretur. xlviii An credendum sit quod quidam putant, impletis decem persecutionibus que fuerunt, nullam superesse preter undecimam, que in ipso Antichristi tempore sit futura. xlix De tempore novissime persecutionis occulto. l De stultissimo mendacio paganorum quo Christianam religionem non ultra trecentos lxv annos mansuram esse finxerunt.

li Incipit xviii liber de his que usque ad tempora salvatoris decem et septem voluminibus disputata sunt.

Civitatum duarum, quarum Dei una, seculi huius est altera, in qua est, quantum ad hominum genus pertinet, etiam ista peregrina, exortu et procursu et debitis finibus me scripturum esse promisi, cum prius inimicos civitatis Dei, qui conditori eius Christo deos suos preferunt et livore sibi perniciosissimo atrociter invident Christianis, quantum me adiuvaret eius gratia refellissem; quod voluminibus decem prioribus feci. De hac vero quam modo commemoravi tripertita promissione mea, undecimo sequentibus quatuor libris ambarum est digestus exortus. Deinde procursus ab homine primo usque ad diluvium libro uno, qui est huius operis xv, atque inde usque ad Abraham rursus ambe sicut in temporibus, ita et in nostris litteris cucurrerunt. Sed a patre Abraham usque ad regum tempus Israelitarum, ubi sextum decimum volumen absolvimus, et inde usque ad tempus in carne salvatoris adventum, quo usque xvii liber tenditur, sola videtur in meo stilo cucurrisse Dei civitas, cum in hoc seculo non sola cucurrerit, sed ambe utique in genere humano, sicut ab initio, simul suo procursu tempora variaverint. Verum hoc ideo feci, ut prius ex quo Dei promissiones esse ceperunt manifestiores usque ad eius ex virgine nativitatem, in quo fuerant que primitus promittebantur implenda, sine interpellatione a contrario alterius civitatis, ista que Dei est, procurrens distinctius appareret; quamvis usque ad revelationem testamenti novi non in lumine, sed in umbra cucurrerit. Nunc ergo quod intermiseram video esse faciendum, ut ex Abrahe temporibus quomodo etiam illa cucurrerit, quantum satis videtur, attingam, ut hec inter se possint consideratione legentium comparari. Quod regnantibus apud Assyrios atque Sicyonios Abrahe centenario Ysaac de promissione sit natus vel ipsi Ysaac sexagenario Esau et Iacob gemini de Rebecca sit editi.

De ordine librorum beati Augustini et origine duarum civitatum et de ortu Abrahe

Societas igitur usquequaque mortalium diffusa per terras, et in locorum quantislibet diversitatibus unius tamen eiusdemque nature quadam communione devincta, utilitates et cupiditates suas quibusque sectantibus, dum id quod appetitur aut nemini aut non omnibus sufficit, quia non est idipsum, adversus se ipsam plerumque dividitur et pars partem que prevalet opprimit. Victrici enim victa succumbit, dominationi scilicet vel etiam libertati qualemcumque pacem preferens ac salutem, ita ut magne fuerint admirationi qui perire quam servire maluerunt. Nam in omnibus fere gentibus quodammodo vox nature ista personuit, ut subiugari victoribus mallent quibus contigit vinci, quam bellica omnifaria vastatione deleri. Hinc factum est, ut non sine Dei providentia, in cuius potestate est, ut quisque bello aut subiugetur aut subiuget, quidam essent regno prediti, quidam regnantibus subditi. Sed inter plurima regna terrarum, in qua terrene utilitatis vel cupiditatis est divisa societas, quam civitatem mundi huius universali vocabulo nuncupamus, duo regna cernimus longe ceteris provenisse clariora, Assyriorum primum, deinde Romanorum, ut temporibus, ita locis inter se ordinata atque distincta. Nam quomodo illud prius, hoc posterius, eo modo illud in oriente, hoc in occidente resurrexit; denique in illius fine huius initium confestim fuit. Regna cetera ceterosque reges velut appendices istorum dixerim. Ninus ergo iam secundus rex erat Assyriorum, qui patri suo Belo successerat, regni illius primo regi, quando in terra Chaldeorum natus est Abraham. Erat etiam tempore illo regnum Sicyoniorum admodum parvum, a quo ille undecumque doctissimus Marcus Varro scribens de gente populi Romani velut antiquo tempore exorsus est. Ab his enim Sicyoniorum regibus ad Athenienses pervenit, a quibus ad Latinos, inde ad Romanos. Sed ante conditam Romam in comparatione regni Assyriorum perexigua ista memorantur; quamvis Athenienses in Grecia plurimum claruisse fateatur etiam Salustius Romanus historicus, plus tamen fama quam re ipsa. Nam loquens de illis: Atheniensium, inquit, res geste, sicuti ego existimo, satis ample magnificeque fuere, verum aliquanto minores tamen quam fama feruntur. Sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur. Ita eorum qui fecere virtus tanta habetur, quantum eam verbis potuere extollere preclara ingenia. Accessit huic civitati non parva etiam ex litteris et philosophis gloria, quod ibi potissimum talia studia viguerunt. Nam quantum attinet ad imperium, nullum maius primis temporibus quam Assyriorum fuit, nec tam longe lateque

De fine partibus regnis Assyriorum Romanorum quorum unum in oriente aliud in occidente

Quo regnum Sicyoniorum venit ad Athenienses deinde ad Latinos deinde ad Romanos quibus scribunt Marcus Varro et Salustius

diffusum. Quippe uero Ninus rex, Beli filius, uniuersam Asiam, que totius orbis ad numerum partium tertia dicitur, ad magnitudinem uero dimidia reperitur, usque ad Lybie fines subegisse traditur. Solis quippe Indis in partibus orientis non dominabatur; quos tamen eo defuncto Semiramis uxor eius est aggressa bellando. Ita factum est, ut quicumque in illis terris populi siue reges erant, Assyriorum regno dicioni parerent et quidquid imperaretur efficerent. Abraham igitur in eo regno apud Chaldeos Nini temporibus natus est. Sed quoniam res grece historie multo sunt nobis quam Assyrie notiores, et per Grecos ad Latinos ac deinde ad Romanos, qui et ipsi Latini sunt, temporum seriem adduxerunt, qui gente populi Romani originis eius antiquitatem rimati sunt, ob hoc debemus, ubi opus est, Assyriorum memorare reges, ut appareat quemadmodum Babilonia, quasi prima Roma, cum peregrina in hoc mundo dei ciuitate procurrat; res autem quas propter comparationem ciuitatis utriusque, terrene scilicet et celestis, huic operi oportet inserere, magis ex Grecis et Latinis, ubi et ipsa Roma quasi secunda Babilonia est, debemus assumere. Quando ergo natus est Abraham, secundi reges erant apud Assyrios Ninus, apud Sicyonios Europs; primi autem illic Belus, hic Egialeus fuerunt. Cum uero egresso Abraham de Babilonia promisit deus ex illo magnam gentem futuram et in eius semine omnium gentium benedictionem, Assyrii quartum regem habebant, Sicyonii quintum; apud illos enim regnabat filius Nini post matrem Semiramidem, que ab illo interfecta perhibetur, ausa filium matris incestare concubitu. Hanc putant nonnulli condidisse Babilonem, quam quidem potuit instaurare. Quando autem uel quomodo condita fuerit, in sexto decimo libro diximus. Filium porro Nini et Semiramidis, qui matri successit in regnum, quidam etiam ipsum Ninum, quidam uero deriuato a patre uocabulo Niniam uocant. Sicyoniorum autem regnum tunc tenebat Telxion. Quo regnante usque adeo ibi mitia et leta tempora fuerunt, ut eum defunctum uelut deum colerent sacrificando et ludos celebrando, quos ei primitus institutos ferunt. Huius temporibus etiam Ysaac ex promissione dei natus est centenario patri filius Abrahe de Sara coniuge, que cum sterilis et anus iam spem prolis amiserat. Tunc et Assyriis quintus erat rex Arius. Ipsi uero Ysaac sexagenario nati sunt gemini, Esau et Iacob, quos ei Rebecca uxor peperit, auo eorum Abraham adhuc uiuente, centum sexaginta etatis annos agente; qui expletis centum septuaginta quinque defunctus est, regnantibus apud Assyrios Xerse illo antiquiore, qui etiam Baleus uocabatur, et apud Sicyonios Thimiarcho, quem quidam Thurimachum scribunt, septimis regibus. Regnum autem Argiuorum cum Abrahe nepotibus ortum est, ubi primus regnauit Inachus. Sane quod pretereundum non fuit, etiam apud sepulchrum septimi sui regis Thuriaci sacrificare Sicyonios solere Varro refert. Regnantibus porro octauis regibus, Armamitre Assyriorum, Leucippo Sicyoniorum, et primo Argiuorum Inacho, deus locutus est ad Ysaac atque ipsi quoque eadem que patri eius duo illa promisit, semini scilicet eius terram Chanaan et in eius semine benedictionem cunctarum gentium. Hec ipsa promissa sunt etiam filio eius, nepoti Abrahe, qui est appellatus primo Iacob, post Israel, cum iam Belocus rex nonus Assyrie et Phoroneus Inachi filius secundus regnaret Argiuis, Leucippo adhuc apud Sicyonios permanente.

Ninus filius Beli, cuius uxor erat Semiramis, totam Assyriam subiugauit usque ad Indiam et Lybiam

De egressu Abrahe de Babilonia, promissione ad eum facta, et de nominibus regum Assyriorum et Sycioniorum

De ortu Ysaac et Esau et Iacob, regum Argiuorum, de morte Abrahe et promissione dei ad Ysaac pro terra Chanaan

De sacris falsorum deorum que reges Grecie illis temporibus instituerunt, quam ab exitu Israel ad obitum Iesu Naue, et de temporibus Iacob et filii eius Ioseph

His temporibus Grecia sub Phoroneo Argolico rege legum et iudiciorum quibusdam clarior facta est institutis. Phegous tamen frater huius Phoronei iunior cum esset mortuus, ad eius sepulchrum templum est constructum, in quo coleretur ut deus et ei boues immolarentur. Credo honore tanto ideo dignum putarunt, quia in regni sui parte (pater quippe loca ambobus distribuerat, in quibus eo uiuente regnarent) iste sacella constituerat ad colendos deos, et docuerat obseruari tempora per menses atque annos, quid eorum quatenus metirentur atque numerarent. Hec in eo noua mirantes rudes adhuc homines, morte obita deum esse factum siue opinati sunt siue uoluerunt. Nam et Io filia Inachi fuisse perhibetur, que postea Ysis appellata ut magna dea culta est in Egypto; quamuis alii scribant eam ex Ethiopia in Egyptum uenisse reginam, et quod late iusteque imperauit eisque multa commoda et litteras instituit, hunc honorem illi habitum esse diuinum, postea quam ibi mortua est, et tantum honorem, ut capitali crimine reus fieret si quis eam hominem fuisse diceret. Regnantibus Assyriorum decimo rege Baleo et Sycioniorum nono Messapo, qui etiam Cephisus a quibusdam traditur, si tamen duorum nominum unus homo fuit ac non potius alterum pro altero putauerunt fuisse hominem, qui in suis posuere scriptis alterum nomen, cum rex Argiuorum tertius Apis esset, mortuus est Ysaac annorum centum octoginta, et reliquit geminos suos annorum centum uiginti; quorum minor Iacob pertinens ad ciuitatem dei, de qua scribimus, maiore quippe reprobato, habebat duodecim filios; quorum illum qui uocabatur Ioseph mercatoribus in Egyptum transeuntibus fratres eius adhuc Ysaac auo eorum uiuente uendiderant. Stetit autem ante Pharaonem Ioseph, quando ex humilitate quam pertulit sublimatus est, cum triginta esset annorum; quoniam somnia regis diuine interpretatus prenuntiauit septem ubertatis annos futuros, quorum abundantiam preollentem eo sequentes alii septem steriles fuerant consumpturi,

De Inacho rege Argiuorum et post eum regibus et filia sua Ethea uel Io, postea dearum Ysis, rege Argis Argolico

et ob hoc cum rex prefecerat Egipto de carcere liberatum, quo eum coniecerat integritas castitatis, quam fortiter servans male amanti domine et male credulo domino mentiture, veste etiam derelicta de manibus attrahentis aufugiens, non consensit ad stuprum. Secundo autem anno septem annorum sterilium Iacob in Egiptum cum suis omnibus venit ad filium, agens annos C et XXX, sicut interroganti regi ipse respondit, cum Ioseph ageret XXX et nonum, ad XXX scilicet quos agebat quando a rege honoratus, additis septem ubertatis et duobus famis.

De morte Ysaac et de Iacob et spalit de filio eius Ioseph qui apud Pharaonem regem Egipti sublimatus est et sompnia exposuit et Iacob in Egiptum venit

De Apide rege Argivorum, quem Egiptii Serapin nominatum divino honore coluerunt. c. iiij

His temporibus rex Argivorum Apis navibus transvectus in Egiptum, cum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omnium maximus Egiptiorum deus. Nominis autem huius cur non Apis etiam post mortem, sed Serapis appellatus sit, facillimam rationem Varro reddidit. Quia enim archa in qua mortuus ponitur, quod omnes iam sarcophagum vocant, soros dicitur grece, et ibi eum venerari sepultum ceperunt, priusquam templum eius esset extructum, velut Soros et Apis primo, deinde una littera ut fieri assolet commutata Serapis dictus est. Et constitutum est etiam de illo ut quisquis eum hominem dixisset fuisse, capitalem penderet penam. Et quoniam fere in omnibus templis ubi colebantur Ysis et Serapis erat etiam simulacrum, quod digito [labiis] impresso admonere videtur ut silentium fieret, hoc significare idem Varro existimat, ut homines eos fuisse taceretur. Ille autem bos, quem mirabili vanitate decepta Egiptus in honorem eius deliciis affluentibus alebat, quoniam eum [sine] sarcophago vivum venerabantur, Apis non Serapis vocabatur. Quo bove mortuo quoniam querebatur et reperiebatur vitulus coloris eiusdem, hoc est albis quibusdam maculis similiter insignitus, mirum quiddam et divinitus sibi procuratum esse credebant. Non enim magnum erat demonibus ad eos decipiendos fantasiam talis tauri, quem sola cerneret, ostentare vacce concipienti atque pregnanti, unde libido matris attraheret quod in eius fetu iam corporaliter appareret, sicut Iacob de virgis variatis ut oves et capre varie nascerentur effecit. Quod enim homines coloribus et corporibus veris, hoc demones figuris fictis facillime possunt animalibus concipientibus exhibere. Apis ergo rex non Egiptiorum sed Argivorum mortuus est in Egipto. Huic filius Argus successit in regnum, ex cuius nomine et Argi et ex hoc Argivi appellati sunt;

Apis rex Argivorum postea dictus est Serapis ut dicit Varro et de Yside

De bove Api in Egipto deificato illudificatione demonum et fantasia et corporate

superioribus autem regibus nondum vel locus vel gens habebat hoc nomen. Hoc regnante apud Argivos et apud Sycionios Eratho, apud Assyrios vero adhuc manente Baleo, mortuus est Iacob in Egipto annorum C XLVII, cum moriturus filios suos et nepotes ex Ioseph benedixisset, Christumque apertissime prophetasset dicens in benedictione Iude: Non deficiet princeps ex Iuda et dux de feminibus eius donec veniant que reposita sunt ei, et ipse est expectacio gencium. c. v

Regnante autem Argo suis cepit uti frugibus Grecia et habere segetes in agricultura delatis aliunde seminibus. Argus quoque post obitum deus haberi cepit templo et sacrificiis honoratus. Qui honor eo regnante ante illum delatus est homini privato et fulminato cuidam Homogiro, eo quod primus ad aratrum boves iunxit. Regnantibus Assyriorum xijo Mamicto et xjo Sycioniorum Plemmeo, et Argis adhuc manente Argo, mortuus est Ioseph in Egipto annorum C X. Post cuius mortem populus dei mirabiliter crescens mansit in Egipto C XLV annos tranquille primus, donec morerentur quibus Ioseph notus fuit. Inde quia invidebatur incrementis eius eratque suspectus, quousque inde liberaretur, persecutionibus, inter quas tamen divinitus multiplicatus crescebat, et laboribus premebatur intolerabilis servitutis. In Assyria vero et in Grecia per idem tempus regna eadem permanebant.

De morte Iacob in Egipto, benedictione inde filiis eius et de regnis superdictis. c. vj

Cum ergo regnaret Assyriis quartus decimus Saphrus et Sycioniis xijus Orthopolis et Criasus quintus Argivis, natus est in Egipto Moyses, per quem populus dei de servitute egipciaca liberatus est, in qua eum ad desiderandum sui creatoris auxilium sic exerceri oportebat. Regnantibus memoratis regibus fuisse a quibusdam creditur Prometheus, quem propterea ferunt de luto formasse homines, quia optimus sapientie doctor fuisse perhibetur; nec tamen ostenditur qui eius temporibus fuerint sapientes. Frater eius Athlans magnus fuisse astrologus dicitur. Unde occasionem fabula invenit ut eum celum portare confingeret, quamvis mons eius nomine nuncupatus potius celi portacionem in opinione vulgi venisse videatur. Multa quoque alia ex illis in Grecia temporibus confingi fabulosa ceperunt; sed usque ad Cecropem regem Atheniensium, quo regnante eadem civitas et tale nomen accepit, et quo regnante deus per Moysen eduxit ex Egipto populum suum, relati sunt in deorum numerum aliquot mortui ceca et vana consuetudine ac superstitione Grecorum. In quibus Criasi regis coniux Melantomice et Forbas filius eorum, qui post patrem rex Argivorum septimus fuit, et Septimi regis Tropei

De morte Ioseph in Egipto et populo dei relicto et post multum afflicto, de ortu Moysi, Promothei et Atlante. c. vij

filius Iasus

filius Iasus, et rex nonus Stenolas sive Steneleos sive Stenelos, varie quippe in diversis auctoribus invenitur. His temporibus etiam Mercurius fuisse perhibetur nepos Atlantis ex Maia filia, quod vulgatiores etiam littere personant. Multarum autem artium peritus claruit, quas etiam hominibus tradidit; quo merito eum post mortem deum esse voluerunt sive etiam crediderunt. Posterior fuisse Hercules dicitur, ad ea tamen tempora pertinens Argivorum, quamvis nonnulli eum Mercurio preferant tempore, quos falli existimo. Sed quolibet tempore nati sint, constat inter historicos graves, qui hec antiqua litteris mandaverunt, ambos homines fuisse, et quod mortalibus ad istam vitam commodius ducendam beneficia multa contulerint, honores ab eis meruisse divinos.

Cum Moyses Israel eduxit de Egipto, primarum urbium(?) de regibus regnorum sibi succedentibus, predictorum et festis temporibus(?) grecorum

Quid Varro tradat de nuncupatione ariopagi et de diluvio deucalionis. c. viij.

Minerva vero longe his antiquior. Nam temporibus Ogigi ad locum qui Tritonis dicitur virginali apparuisse fertur etate, unde et Tritonia nuncupata est, multorum sane operum inventrix, et tanto proclivius dea credita, quanto minus origo eius innotuit. Quod enim de capite Iovis nata canitur, poetis et fabulis, non historie rebusque gestis est applicandum. Quamquam Ogygus quando fuerit, cuius temporibus etiam diluvium magnum factum est, non illud maximum, quo nulli homines evaserunt nisi qui in archa esse potuerunt, quod gentium nec greca nec latina novit historia, sed tamen maius quam postea tempore Deucalionis fuit, inter scriptores historie non convenit. Nam Varro inde exorsus est librum, cuius mentionem superius feci, et nichil sibi ex quo perveniat ad res romanas proponit antiquius quam Ogigi diluvium, hoc est Ogigi factum temporibus. Nostri autem qui chronicas scripserunt, prius Eusebius, post Ieronimus, qui utique precedentes aliquos historicos in hac opinione secuti sunt, post annos amplius quam trecentos iam secundo Argivorum Phoroneo rege regnante Ogigi diluvium fuisse commemorant. Sed quolibet tempore fuerit, iam tamen Minerva tamquam dea colebatur regnante Atheniensibus Cecrope, sub quo rege etiam ipsa vel instaurata perhibetur vel condita civitas. Nam ut Athene vocarentur, quod certe nomen a Minerva est, que grece Athena dicitur, hanc causam Varro indicat. Cum apparuisset illic repente olive arbor et alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista movere, et misit ad Apollinem Delphicum sciscitatum quid intelligendum esset quidve faciendum. Ille respondit quod olea Minervam significaret, unda Neptunum,

De Minerva: unde orta nominis que Tritonia dicitur. De diluvio quod egipti(?) Varro factum dicitur.

Quid senciant Eusebius et Ieronimus de diluvio facto tempore egipti et quomodo Athene condite sint et de demonum potestate.

et quod esset in civium potestate, ex cuius potius nomine duorum deorum, quorum illa signa essent, civitas vocaretur. Iste Cecrops oraculo accepto cives omnes utriusque sexus, mos enim tunc in eisdem locis erat ut etiam femine publice consultationibus interessent, ad ferendum suffragium convocavit. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, femine pro Minerva tulere sentencias; et quia una plus inventa est feminarum, Minerva vicit. Tum Neptunus iratus marinis fluctibus exestuans terras Atheniensium populatus est, quoniam spargere latius quaslibet aquas difficile demonibus non est. Cuius ut iracundia placaretur, triplici supplicio dicit idem auctor ab Atheniensibus affectas esse mulieres, ut nulla ulterius ferrent suffragia, ut nullus nascentium maternum nomen acciperet, ut ne quis eas Athenas vocaret. Ita illa civitas, mater aut nutrix liberalium doctrinarum et tot tantorumque philosophorum, qua nichil habuit Grecia clarius atque nobilius, ludificantibus demonibus de lite deorum suorum, maris et femine, et de victoria deorum per feminas, Athenas nomen accepit, et a victo lesa ipsam victricis victoriam punire compulsa est, plus aquas Neptuni quam Minerve arma formidans. Nam in mulieribus que sic punite sunt, et Minerva que vicerat victa est, nec affuit suffragatricibus suis, ut suffragiorum deinceps perdita potestate et alienatis filiis a nominibus matrum, Athenas saltem vocari liceret et eius dee mereri vocabulum, quam viri dei victricem fecerant ferendo suffragium. Que et quanta hinc dici possent, nisi sermo ad alia properaret.

Unde ortum sit quod femine publicis consultationibus interesse non debent et ut nullus nascentium maternum nomen acciperet.

Et tamen Marcus Varro non vult fabulosis adversus deos fidem habere figmentis, ne de maiestatis eorum dignitate aliquid indignum senciat; et ideo nec Ariopagum, ubi cum Atheniensibus Paulus apostolus disputavit, ex quo loco Ariopagite appellati sunt curiales urbis eiusdem, vult inde accepisse nomen, quod Mars, qui grece Ares dicitur, cum homicidii crimine reus fieret, iudicantibus duodecim diis, in eo pago sex sentenciis absolutus est, quia ubi paris numeri sententie fuissent, preponi absolutio dampnationi solebat. Sed contra istam, que multo amplius celebrata est, opinionem aliam quandam de obscurarum notitia litterarum causam nominis huius conatur astruere, ne Ariopagum Athenienses de nomine Martis et pagi quasi Martis pagum nominasse credantur, in iniuriam videlicet numinum, a quibus litigia vel iudicia existimat aliena, non minus hoc quod de Marte dicitur falsum esse asseverans, quam illud quod de tribus deabus, Iunone scilicet et Minerva et Venere, que pro malo aureo adipiscendo apud iudicem Paridem de pulchritudinis excellentia certasse narrantur, et ad placandos ludis deos, qui delectantur seu veris seu falsis istis criminibus suis, inter

De ludificatione demonum et quod in Martis Varro de ariopago ubi Paulo disputavit deum amaz[?] tribi[?] ab soluto.

theatros plausus cantant atque saltant. Hec varro non credidit, ne deorum nature seu moribus credat iniuriam, et hanc non fabulosam sed historicam rationem de athenarum vocabulo reddens, tantam neptuni et minerve litem suis litteris inserit, de cuius nomine potius illa civitas vocaretur, et cum deorum ostentatione contenderent, inter eos iudicare nec appollo consultus auderet, sed ad deorum iurgium finiendum dimisisse, meorarum (?) tunc dearum, ad paridem iupiter ita et iste ad homines mitteret, ubi vincit minerva suffragiis, et in pena suarum suffragatium vincitur, que in adversariis suis viris obtinere athenas potuit, et amicas suas feminas athenas habere non potuit. His temporibus ut varro scribit, regnante atheniensibus cranao successore cecropis, ut autem nostri eusebius et ieronimus, adhuc eodem cecrope permanente, diluvium fuit, quod appellatum est deucalionis, eo quippe regnabat in earum terrarum partibus ubi maxime factum est. Hoc autem diluvium neque quaquam ad egiptum atque ad eius vicinia pervenit.

Quid varro de lite deorum minerve et neptuni et de diluvio tempore deucalionis facto

Quo tempore moyses populum dei ex egipto eduxerit et de iesu nave qui eidem successit quorum regum etate sit mortuus. c. x.

Eduxit ergo moyses ex egipto populum dei novissimo tempore cecropis atheniensium regis, cum apud assyrios regnaret aschades, apud sicionios maratus, apud argivos triopas. Educto autem populo in monte syna divinitus acceptam tradidit legem, que vetus dicitur testamentum, quia promissiones terrenas habet, et per iesum christum futurum fuerat testamentum novum, quo regnum celorum promitteretur. Hunc enim ordinem servari oportebat, sicut in uno quoque homine qui in deum proficit, id agitur quod ait apostolus, ut non sit prius quod spiritale, sed quod animale, postea spiritale. Quoniam sicut dicit, et verum est, primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo celestis. Rexit autem populum moyses per annos xl in deserto, et mortuus est annorum c et xx, cum christum etiam ipse prophetasset per figuras observationum carnalium in tabernaculo et sacerdotio et sacrificiis, aliisque misticis plurimisque mandatis. Moysi successit iesus nave, et in terram promissionis introductum populum collocavit, ex auctoritate divina debellatis gentibus, a quibus eadem loca tenebantur. Qui cum populum rexisset post mortem moysi xxvii annos, etiam ipse defunctus est, regnante apud assirios xviii amintha, apud sicionios xvi corathe, apud argivos danao, apud athenienses quarto erichthonio. Per hec tempora, id est ab exitu israel usque ad mortem iesu nave, per quem populus idem terram repromissionis accepit, sacra sunt instituta diis falsis a regibus grecie, que memoriam diluvii et ab eo liberationis hominum vitamque tunc erumpnose, modo ad alta, modo ad plana migrantium, solempni celebritate revocarunt, nam et lupercorum per sacram viam ascensum atque descensum sic interpretantur, ut ab eis significari dicant homines, qui propter aque inundationem summa petiverunt montium, et rursus eadem residente ad yma redierunt. His temporibus dyonisium, qui etiam liber pater dictus est, et post mortem deus habitus, vitem ferunt ostendisse in attica terra hospiti suo. Tunc appollini delphico instituti sunt ludi musici, ut placaretur ira eius, qua putabant afflictas esse sterilitate grecie regiones, quia non defenderint templum eius, quod rex danaus, cum easdem terras bello invasisset, incendit. Hos autem ludos ut instituerent oraculo sunt eius ammoniti. In attica vero rex erichthonius ei ludos primus instituit, nec ei tantum, sed etiam minerve, ubi premium victoribus oleum ponebatur, quod eius frugis inventricem minervam sicut vini liberum patrem tradunt. Per eos annos a rege xanto cretensium, cuius apud alios aliud nomen invenimus, rapta perhibetur europa, et inde geniti radamantus, sarpedon et minos, quos magis ex eadem muliere filios iovis esse vulgatum est. Sed talium deorum cultores illud quod de rege cretensium diximus, historice veritati, hoc autem quod de iove poete cantant, theatra concrepant, populi celebrant, vanitati deputant fabularum, ut esset unde ludi fierent placandis numinibus etiam falsis eorum criminibus. His temporibus hercules in syria clarus habebatur, sed nimirum alius, non ille de quo supra locuti sumus. Secretiore quippe historia plures fuisse dicuntur et liberi patres et hercules. Hunc sane herculem, cuius ingentia duodecim facta numerant, inter que anthei afri necem non commemorant, quod ea res ad alterum herculem pertinet, in etha monte a se ipso incensum produnt suis litteris, cum ea virtute qua multa subegerat, morbum tamen quo languebat sustinere non posset. Illo tempore vel rex vel potius tyrannus busiris suis diis suos hospites immolabat, quem filium perhibent fuisse neptuni ex matre libea filia epaphi. Verum non credatur hoc stuprum perpetrasse neptunus, ne dii accusentur, sed poetis et theatris ista tribuantur, ut sit unde placentur. Erichthonii regis atheniensium, cuius novissimis annis iesus nave mortuus reperitur, vulcanus et minerva parentes fuisse dicuntur. Sed quoniam minervam virginem volunt, in amborum contentione vulcanum commotum effudisse aiunt semen in terra, atque inde homini nato ob eam causam tale inditum nomen. Greca enim lingua eris contentio, cthon terra est, ex quibus duobus compositum vocabulum est erichthonius. Verum quod fatendum est, refellunt et a suis diis repellunt ista doctiores, qui hanc opinionem fabulosam hinc exortam ferunt, quia in templo vulcani et minerve, quod ambo unum habebant athenis, expositus inventus est puer,

De lege veteris testamenti quam accepit moyses in monte syna et de sito et morte moysi

Quod iesus nave iosue successit moysi de morte eius et de falsa deificatione plurimum et diis falsis

De dyonisio qui liber dictus est appolline delphico minerva et de institutione ludorum fabulis regibus et hercule

De neptuno erichthonio minerva vulcano et aliis falsis numinibus

est sed quod animale postea spiritale

Apud assirios xviii amintha

siu

dracone involutus, qui eum significavit mag-
num futurum, et propter hunc templum, cui centum pertes
eius coniuncti, Vulcanum et Minerve dant esse filium.
Nominis tamen origine fabula potius illud quam
ista designat historia. Sed quid ad nos, hoc in
veracibus libris homines instruat religiosos, il-
lud in fallacibus ludis demones delectet im-
puros, quos tamen illi religiosi tamquam deos colunt,
et cum de illis hoc negant, ab omni eos crimine pur-
gare non possunt, quoniam ludos eis poscentibus exhibent
ubi turpiter aguntur, que velut sapienter negantur,
et his falsis ac turpibus dii placantur, ubi et si
fabula cantat crimen numinum falsum, delectari tamen
falso crimine crimen est. Qualium fabularum figmen-
ta exorta sint eo tempore quo hebrei iudices esse
ceperint. c. xij

Verum post mortem Iesu Nave populus dei
iudices habuit, quibus temporibus alternaverunt
apud eos et humilitates laborum pro eorum peccatis, et pro-
speritates consolationum propter miserationem dei. His
temporibus fabule ficte sunt de Triptolemo, quod iu-
bente Cerere anguibus portatus alitibus indige-
tibus terris frumenta volando contulerit; de Minotau-
ro, quod bestia fuerit inclusa Labo-
rintho, quo cum intrassent homines,
inexcrabili errore inde exire non
poterant; de Ypocentauris, quod equorum
hominumque fuerit natura coniuncta; de Cerbe-
ro, quod sit triceps inferorum canis;
de Frixo et Helle eius sorore, quod
vecti ariete volaverunt; de Gorgone,
quod fuerit crinita serpentibus et as-
picientes convertebat in lapides; de
Bellerophonte, quod equo pennis
volante sit vectus, qui equus Pegasus dictus
est; de Amphione, quod cythare suavitate lapi-
des mulserit et attraxerit; de fabro Dedalo et
Ycaro filio, quod sibi coaptatis pennis volaverint;
de Edippo, quod monstrum quoddam, quod Spinga dice-
batur, humana facie quadrupedem, soluta que
ab illa proponi solebat velut insolubili questione, suo
precipitio perire compulerit; de Antheo, quem ne-
cavit Hercules, quod filius terre fuit, propter quod cadens
in terram fortior solet assurgere; et siqua forte
alia pretermisi. Hec fabule bellum usque ad Troya-
num, ubi secundum librum Marcus Varro de populi Romani
gente finivit, et occasione historiarum, que res ve-
raciter gestas continent, ita sunt ingeniis hominum fic-
te ut non sint obprobriis numinum affixe. Porro au-
tem quicumque finxerunt a Iove ad stuprum
raptum pulcherrimum puerum Ga-
nimedem, quod nephas rex Tantalus
fecit et Iovi fabula tribuit, vel Da-
nees per imbrem aureum appetisset
concubitum, ubi intelligitur pudicitia
mulieris auro fuisse corrupta, que
illis temporibus vel facta sunt aut ficta
ab aliis et ficta de Iove, dici non potest quantum mali de
hominum presumpserint cordibus, quod possent ista pa-
cienter ferre mendacia, que tamen etiam libenter amplexi

[margin: Post mortem Iosue populus dei iudices habuit. De fabulis Triptolemo, Minotauro, laborintho, ypocenthauris, cerbero, gorgone, bellerophonte, dedalo et ycaro]

[margin: de Edippo, Hercule, Antheo, Ganimede, de equo Pegaso, Iove cum Danae, Clarice et Apolline eius filio]

[margin: aut ficta]

sunt, qui utique quanto devocius Iovem colunt, tanto
eos qui hoc de eo dicere ausi sunt severius punire
debuerunt. Nunc vero non solum eis, qui ista finx-
erunt, irati non sunt, sed talia figmenta etiam in the-
atris agentes ipsos deos potius iratos timuerunt. [margin: habere non per]
His temporibus Latona peperit Apollinem, non illum
cuius oracula solere consuli supra loquebamur, sed
illum qui cum Hercule servivit Admeto, qui tamen sic est
deus creditus, ut plurimi ac pe-
ne omnes unum eundemque Apol-
linem fuisse opinentur. Tunc et
Liber pater bellavit in India, qui mul-
tas habuit in exercitu feminas, que
Bacche appellate sunt, non tam virtute
nobiles quam furore aliquo insa-
ne; et victum scribunt istum Liberum
et vinctum nonnulli, et occisum a Perseo, nec ubi [margin: in pugna]
fuit sepultus tacent; et tamen eius velut dei nomine
per immundos demones Bachanalia sacra vel potius sa-
crilegia sunt instituta, de quorum rabiosa turpitudine
post tam multos annos sic erubuit senatus, ut
in urbe Roma esse prohiberet. Per ea tempora Perseus et uxor
eius Andromeda, postea quam sunt mortui, sic eos
in celos receptos esse crediderunt, ut ymagines eorum stellis
designare eorumque appellare nominibus non erubesce-
rent, non timerent. Per idem temporis intervallum extiterunt
poete, qui etiam theologi dicerentur, quoniam de diis
carmina faciebant. Sed talibus diis, qui licet magni
homines tamen homines fuerunt, aut mundi huius, quem
verus deus fecit, elementa sunt, aut in principatibus
et potestatibus pro voluntate creatoris et suis meritis
ordinati. Et siquidem de uno vero deo inter multa c. xiij
vana et falsa cecinerunt, colendo cum illo alios
qui dii non sunt, eisque exhibendo famulatum qui
uni tamen debetur deo, non ei utique rite
servierunt, nec a fabuloso deorum
suorum dedecore etiam ipsi abstinere
potuerunt, velut Orpheus, Museus,
Linus. Verum isti theologi deos
coluerunt, non pro diis culti sunt, quam-
vis Orpheum nescio quo modo infernis
sacris vel potius sacrilegiis preficere
soleat civitas impiorum. Uxor
autem regis Athamantis, que vocabatur Ino, et eius
filius Melicertes, in mare precipitio spontaneo in
mari perierunt, et hominum opinione in deos relati sunt,
sicut alii homines eorum temporum, Castor et Pollux.
Illam sane Melicertis matrem Leucotheam greci,
Matutam latini vocaverunt, utrique tamen putantes deam.
De occasu regni argivorum quo tempore apud Lauren-
tes Picus Saturni filius regnum patris primus accepit

Per ea tempora regnum finitum est Argi- c. xiiij
vorum, translatum ad Mycenas, unde fu-
it Agamemnon, et exortum est
regnum Laurentum, ubi Saturni
filius Picus regnum primus ac-
cepit, iudicante apud hebreos
femina Debora; sed per illam dei spiritus
id agebat, nam etiam prophe-

[margin: Cur pater matris Andromede vi- at libro in India; de Bacchis feminis et bachanalibus institutis per demones]

[margin: de poetis et theologis cultoribus deorum falsis diis, Orpheo, Museo, Lino et aliis; uxore regis Adamantis Yno et filio eius Melicerte; Castore et Polluce]

[margin: de fine regni argivorum quod translatum est ad Mycenas Agamenonis; de ortu regni Laurentum; Debora prophetissa; de origine Rome per grecos in Ytalia]

II

tissa erat eius prophetia, minus apta est; sed ut pos ^sine
sumus eam diuturna expositione de Christo demon
strare. Translatam iam ergo regnabant Laurentes
utique in Italia, ex quibus evidentior ducitur origo
Romana post Graecos, et tamen adhuc regnum Assy
riorum permanebat, ubi erat rex vicesimus et tertius
Lampares, cum primus Laurentum Picus esse coepisset.
De huius Pici patre Saturno viderint quid sentiant
talium deorum cultores, qui negant fuisse de quo hominem
et alii scripserunt, quod ante Picum filium suum in Italia
ipse regnaverit, et Vergilius notioribus litteris dicit:
Is genus indocile et dispersum montibus altis
composuit legesque dedit, Latiumque vocari maluit, ^ac
his quoniam latuisset tutus in oris, aureaque ut perhibent
illo sub rege fuere saecula. Sed haec poetica opinen
tur esse figmenta, et Pici patrem Stercen potius fuisse as
severent, a quo peritissimo agricola inventum fe
runt ut fimo animalium agri fecundarentur, quod ab
eius nomine stercus est dictum; hunc quidam Stercutium
vocatum ferunt. Qualibet autem ex causa Saturnum appel
lare voluerint, certe tamen hunc Stercen sive Stercu
tium merito agriculturae fecerunt deum; Picum quoque
similiter eius filium in talium deorum numerum recepe
runt, quem praeclarum augurem et belligeratorem fuisse
asserunt. Picus Faunum genuit, Laurentum regem se
cundum; etiam iste deus illis vel est vel
fuit. Hos autem Troianum bellum divinos
c XV honores mortuis hominibus detulerunt. Troia
vero eversa excidio illo usquequaque cantato pue
risque notissimo, quod et magnitudine sui et scrip
torum excellentibus linguis insigniter diffama
tum atque vulgatum est, gestumque regnante iam La
tino Fauni filio, ex quo Latinorum regnum dici coe
pit Laurentumque cessavit, Graeci victores, deletam
Troiam relinquentes et ad propria
remeantes, diversis et horrendis
cladibus dilacerati atque contriti
et tamen etiam ex eis deorum suorum nu
merum auxerunt. Nam et Diomedem
fecerunt deum, quem poena divinitus
irrogata perhibent ad suos non
revertisse, eiusque socios in volucres
fuisse conversos non fabuloso poeticoque mendacio,
sed historica attestatione confirmant; quibus nec
deus, ut putant, factus humanam revocare
naturam vel ipse potuit vel certe a Iove suo rege
tamquam caeli novicius impetravit. Quin
etiam templum eius esse aiunt in insula Diome
dea, non longe a monte Gargano, qui est in Apu
lia, et hoc templum circumvolare atque incolere has
alites tam mirabili obsequio, ut aqua ros
tra impleant et aspergant; et eo si Graeci
venerint vel Graecorum stirpe progeniti, non so
lum quietas esse, verum et insuper adulari; si autem
alienigenas viderint, subvolare ad capita
tamquam gravibus ictibus, ut etiam perimant, vul
nerare. Nam duris et grandibus rostris sa
tis ad haec proelia perhibentur armatae. Hoc Var
ro ut astruat, commemorat alia non minus in

De Pico pro dei Saturni quem Stercutium appellabant deo[ribus] Vergilii et de Troya deleta

credibilia de maga illa famosissi
ma Circe, quae socios quoque Ulixis
mutavit in bestias, et de Archa
dibus, qui sorte ducti transnata
bant quoddam stagnum atque
ibi convertebantur in lupos et cum similibus
feris per illius regionis deserta vi
vebant. Si autem carne non vescerentur humana, rur
sus post novem annos eodem renatato stagno
reformabantur in homines. Denique etiam nomi
natim expressit quendam Demenetum gus
tasse de sacrificio, quod Archades immolato
puero suo Lyceo facere solerent, et in lupum
fuisse mutatum et anno decimo in figuram propriam
restitutum pugillatum sese exercuisse et Olym
piaco vicisse certamine. Nec idem propter aliud
arbitratur historicus in Archadia tale no
men affictum Pani Lyceo et Iovi Lyceo
nisi propter hanc in lupos mutationem hominum, quod eam nisi
vi divina fieri non putarent. Lupus enim Graece licos
dicitur, unde Licei nomen apparet inflexum. Romanos
etiam Lupercos ex illorum misteriorum veluti semine
dicit exortos.

De Diomede et deum mutate et sociis eius templo in monte Gargano in Apulia

Quid credendum sit de transformationibus, quae arte daemonum hominibus videntur accidere.

Quid dicat Varro de arte Archadibus memorata Licea et Lupercis c XVI

Sed de ista tanta lu
dificatione demo
num nos quid dicamus
qui haec legent fortassis expec
tent, et quid dicemus nisi de medio
Babilonis esse fugiendum? Quod prae
ceptum propheticum ita spiritaliter intellegitur
ut de huius saeculi civitate, quae profecto ange
lorum et hominum societas impiorum est, fidei passi
bus, quae per dilectionem operatur, in Deum vivum proficiendo
fugiamus. Quanto quippe in haec yma potestatem
daemonum maiorem videmus, tanto tenacius
mediatori est inhaerendum, per quem de ymis ad
summa conscendimus. Si enim dixerimus ea
non esse credenda, non desunt etiam nunc qui eius
modi quaedam vel certissima audisse vel etiam
expertos se esse asserent. Nam et nos cum esse
mus in Italia, audiebamus talia de quadam
regione illarum partium, ubi stabularias mulie
res imbutas his malis artibus in caseo da
re solere dicebant quibus vellent vel possent
viatoribus, unde in iumenta illico verterentur
et necessaria quaeque portarent, postque perfuncta opera
iterum ad se redirent; nec tamen in eis mentem fieri bes
tialem, sed rationalem humanamque
servari, sicut Apuleius in li
bris, quos Asini aurei titulo
inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut
accepto veneno humano animo
permanente asinus fieret, aut
indicavit aut finxit. Haec vel
falsa sunt vel tam inusitata, ut merito non cre
dantur. Firmissime tamen credendum omnipotentem
Deum posse omnia facere quae voluerit, sive vindicando

De ludificatione demonum stabularijs mulieribus imbutis maleficiis quae homines vertunt in bestias et de Apuleio

sive prestando, nec demones aliquid operantur secundum naturam sue potestatis, quia et angelica ipsa creatura est, licet proprio vitio sit maligna, nisi quod ille permiserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. Nec sane demones naturas creant, sed aliquid tale faciunt, de qualibus factis ista vertitur questio, sed specie tenus, que a vero deo sunt creata, commutant, ut videantur esse quod non sunt. Non itaque solum animum, sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim demonum arte vel potestate in membra et liniamenta bestialia veraciter posse converti, sed fantasticum hominis, quod etiam cogitando sive sompniando per rerum innumerabilia genera variatur et cum corpus non sit corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus, ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo figuram corpoream posse perduci, ita ut corpora ipsa hominum alicubi iaceant, viventia quidem, sed multo gravius atque vehementius quam sompno suis sensibus obseratis, fantasticum autem illud veluti corporatum in alicuius animalis effigie appareat sensibus alienis, talisque etiam sibi homo esse videatur, sicut talis sibi videri posset in sompnis, et portare onera; que onera si vera sunt corpora, portantur a demonibus, ut illudant hominibus, partim vera onerum corpora, partim iumentorum falsa cernentibus. Nam quidam nomine Prestancius patri suo contigisse indicabat, ut venenum illud per caseum in domo sua sumeret, ut iaceret in lecto suo quasi dormiens, qui tamen nullo modo poterat excitari. Post aliquot autem dies eum velut evigilasse dicebat et quasi sompnia narrasse que passus est, et caballum scilicet factum annonam inter alia iumenta baiolasse militibus, que dicitur rethica, quoniam ad rethias deportabatur. Quod ita ut narravit factum fuisse compertum est, que tamen ei sua sompnia videbantur. Indicavit et alius se domi sue per noctem, antequam requiesceret, vidisse venientem ad se phylosophum quendam sibi notissimum, sibique exposuisse nonnulla platonica, que antea rogatus exponere noluisset. Et cum ab eodem phylosopho quesitum fuisset, cur in domo eius fecerit, quod in domo sua petenti negaverat: Non feci, inquid, sed me fecisse sompniavi. Ac per hoc alteri per ymaginem fantasticam exhibitum est vigilanti, quod alter vidit in sompnis. Hec ad nos non quibuscumque qualibus credere putaremus indignum, sed eis referentibus pervenerunt, quos nobis non existimaremus fuisse mentitos. Proinde quod homines dicuntur mandatumque est litteris ab dyis vel potius a demonibus archadibus in lupos solere converti, et quod carminibus Circe socios mutavit Ulixis, secundum istum modum michi videtur fieri potuisse, quem dixi, si tamen factum est. Dyomedeas autem volucres, quandoquidem genus earum per successionem propaginis durare perhibetur, non mutatis hominibus factas, sed subtractis credo fuisse suppositas, sicut cerva pro Effigenia regis Agamenonis filia. Neque enim demonibus iudicio dei permissis huiusmodi prestigie difficiles esse potuerunt. Sed quia illa virgo postea viva reperta est, suppositam pro illa esse cervam facile cognitum est; socii vero Dyomedis, quia nusquam subito comparuerunt et postea nullo loco apparuerunt, perdentibus eos ultoribus angelis malis, in eas, que pro illis occulto ex aliis locis ubi est hoc genus avium ad ea loca perducte ac repente supposite sunt, creduntur esse conversi. Quod autem Dyomedis templo aquam rostris afferunt, ut aspergant, et quod blandiuntur Grecigenis atque alienigenas persequuntur, mirandum non est fieri demonum instinctu, quorum interest persuadere deum factum esse Dyomedem ad decipiendos homines, ut falsos deos cum veri dei iniuria multos colant et hominibus mortuis, qui nec cum viverent vere vixerunt, templis altaribus sacrificiis sacerdotibus, que omnia cum recta sunt, nisi uni deo vivo et vero debentur, inserviant.

Cives

Quid facere possit demones deo permittente et non possint in sompnis fantasijs et in vigilijs

De eo quod quidam dictus Perstantius patri suo contigisse dixit quod ait caballum esse factum et de homini[illegible]

Quid sit sentiendum de demonibus archadibus [illegible] de dyomedis avibus

Eo tempore quo Eneas in ytaliam venit quo Nabdon iudex presidebat iudeis. Capitulum XVII

Eo tempore post captam troyam atque deletam Eneas cum viginti navibus, quibus portabantur reliquie troyanorum, in ytaliam venit regnante ibi Latino, et apud athenienses Menestheo, apud Sycionios Polifide, apud assyrios Cauthane, apud hebreos autem iudex Lapidon fuit. Mortuo autem Latino regnavit Eneas tribus annis, eisdem in supradictis locis manentibus regibus, nisi quod iam Sycioniorum Pelasgus erat et hebreorum iudex Sampson; qui cum mirabiliter fortis esset, putatus est Hercules. Sed Eneam, quoniam quando mortuus est non comparuit, deum sibi fecerunt Latini. Sabini etiam regem suum primum Sancum, sive ut aliqui appellant Sanctum, retulerunt in deos. Per idem tempus Codrus rex atheniensium peloponensibus eiusdem hostibus civitatis se interficiendum ignotus obiecit, et factum est. Hoc modo eum predicant patriam liberasse. Responsum enim acceperant peloponenses tum demum se superaturos, si eorum regem non occidissent. Fefellit ergo eos habitu pauperis apparendo et in suam necem per iurgia provocando. Unde ait Virgilius: et iurgia Codri. Et hunc athenienses tamquam deum sacrificiorum honore coluerunt. Quarto latinorum rege Silvio, Enee filio, non de Creusa, de qua fuit Ascanius, qui tercius ibi regnavit, sed de Lavinia Latini filia, quem postumum Eneas dicitur habuisse, assyriorum autem vicesimo et nono Oneo, et Melanto atheniensium XVI°, iudice autem hebreorum Hely sacerdote regnum Sycioniorum consumptum est, quod per annos nongentos quinquaginta et novem fuisse traditur porrectum.

Post troyam capto mortuo rege latino Eneas regnavit. Apud hebreos Lapidon iudex fuit, post hunc Sampson. Codrus rex pro victoria suorum sponte morti se dedit.

Mox eisdem pro loco in eo rata regnantibus Israelitarum regnum, finito tempore iudicum, a Saule rege sumpsit exordium. Quo tempore fuit Samuel propheta.

c. XVIII Ab illo ergo tempore hii reges Latinorum esse ceperunt, quos cognominabant Silvios. Ab eo quippe qui filius Enee primus dictus est Silvius, propria nomina imponebantur, et hoc non defuit cognomentum, sicut longe postea Cesares cognominati sibi qui successerunt Cesari Augusto.

ceteris subsequentibus

Reprobato autem Saule, ne quisquam ex eius stirpe regnaret, eoque defuncto, David successit in regnum post annos Saulis imperii XL. Tunc Athenienses habere deinde reges post Codri interitum destiterunt, et magistratus habere ceperunt administrande rei publice. Post David, et qui ipse XL regnavit annos, filius eius Salomon rex Israelitarum fuit, qui templum illud nobilissimum dei Ierusalem condidit. Cuius tempore apud Latinos condita est Alba, ex quo deinceps non Latinorum, sed Albanorum reges appellari in eodem tamen Latio ceperunt. Salomoni successit filius eius Roboam, sub quo in duo regna populus iste divisus est, et singule partes suos singulos reges habere ceperunt.

De Hely sacerdote, exordio regni Saul, de Samuele propheta, de ortu David, successit in Salomone Roboam, et de regibus gentium.

c. XIX Latium post Eneam, quem deum fecerant, undecim reges habuit, quorum nullus deus factus est. Aventinus autem, qui duodecimo loco Eneam sequitur, cum esset prostratus in bello et sepultus in eo monte, qui etiam nunc eius nomine nuncupatur, deorum talium, quales sibi faciebant, numero est additus. Alii sane noluerunt eum in prelio scribere occisum, sed non comparuisse dixerunt, nec ex eius vocabulo appellatum montem, sed ex adventu avium dictum Aventinum. Post hunc non est deus factus in Latio nisi Romulus, conditor Rome. Inter istum autem et illum reges reperiuntur duo, quorum primus est, ut eum Virgiliano versu eloquar, Proximus ille Procas, Troiane gloria gentis. Cuius tempore iam quodammodo Roma parturiebatur. Illud omnium regnorum maximum, Assyriorum, finem tante diuturnitatis accepit. Ad Medos quippe translatum est post annos ferme mille CCC quinque, ut etiam Beli, qui Ninum genuit et illic parvo contentus imperio primus rex fuit, tempora computentur. Procas autem regnavit ante Amulium. Porro Amulius fratris sui Numitoris filiam Ream nomine, que etiam Ylia vocabatur, Romuli matrem, vestalem virginem fecerat, quam volunt de Marte geminos concepisse, isto modo stuprum eius honorantes vel excusantes, vel adhibentes argumentum, quod infantes expositos lupa nutriverit. Hoc enim genus bestie ad Martem existimant pertinere, ut videlicet ideo lupa credatur admovisse ubera parvulis, quia filios domini sui Martis agnovit. Quamquam non desint qui dicant, cum expositi vagientes iacerent, nescio qua primum meretrice fuisse collectos et primas eius suxisse mamillas. Meretrices autem lupas vocabant. Unde et nunc turpia loca lupanaria nuncupantur. Et eos postea ad Faustulum pervenisse pastorem atque ab eius Acca uxore nutritos. Quamquam ad arguendum hominem regem, qui eos in aquam proici crudeliter iusserat, eis infantibus per quos tanta civitas condenda fuerat, de aqua divinitus liberatis per lactantem feram deus voluit subvenire, quid mirum est?

De ortu Albanorum, fine regni Assyriorum translati ad Medos, de origine Romuli et Remi et quomodo nati et nutriti.

Quod eo tempore Roma sit condita quo regnum Assyriorum interiit, quo Ezechias regnavit in Iudea. c. XX

Amulio successit in regnum Latiale frater eius Numitor, avus Romuli; Numitoris primo anno condita est Roma, ac per hoc cum suo deinceps, id est Romulo nepote, regnavit. Ne multis morer, condita est Roma civitas velut altera Babylon et velut prioris filia Babylonis, per quam deo placuit orbem debellare terrarum et in unam societatem rei publice legumque perductum longe lateque pacare. Erant enim iam populi validi et fortes et armis gentes exercitate, que non facile cederent, et quas opus esset ingentibus periculis et vastatione utrimque non parvo atque horrendo labore superari. Nam quando regnum Assyriorum totam pene Asiam subiugavit, licet bellando sit factum, non tamen multum asperis et difficilibus bellis fieri potuit, quia rudes adhuc ad resistendum gentes erant, nec tam multe vel magne. Siquidem post illud maximum atque universale diluvium, cum in arca Noe octo soli homines evaserunt, anni non multo amplius quam mille transierant, quando Ninus Asiam totam excepta India subiugavit. Roma vero tot gentes orientis et occidentis, quas imperio Romano subditas cernimus, non ea celeritate ac facilitate perdomuit, quoniam paulatim crescendo robustas eas et bellicosas, quaqua versum dilatabatur, invenit. Tempore igitur quo Roma condita est, populus Israel habebat in terra promissionis annos septingentos XVIII. Ex quibus XXVII pertinent ad Iesum Nave, deinde ad tempus iudicum trecenti lxii. Et rex tunc erat in Iuda, cuius nomen erat Achaz, vel sicut alii computant, qui ei successit Ezechias, quem quidem constat optimum et piissimum regem Romuli regnasse temporibus. In ea vero Hebrei populi parte que appellabatur Israel regnare ceperat Osee.

A quo Roma habuit initium, que velut altera Babilon dicitur, et quod Dodymus post mille annos post diluvium Asiam totam subiugavit.

Quot annis fuit populus dei in terra promissionis, Roma condita, et quod Achaz vel Ezechias regnavit tempore Romuli regis.

c. XXI Eodem tempore nonnulli Sybillam Erythream vaticinatam ferunt. Sybillas autem Varro prodit plures fuisse, non unam. Hec sane Erithrea Sibilla quedam de Christo manifesta conscripsit, quod etiam nos prius in Latina lingua versibus male Latinis et non stantibus legimus per nescio cuius interpretis imperitiam, sicut post cognovimus

De Sibilla Eritrea et eius vaticinio. Sibilla Eritrea que de Christo vaticinata est, et quod Varro plures dicit esse Sibillas.

ret

nomine. Nam vir clarissimus Flaccianus, qui etiam proconsul fuit, homo facillime facundie multeque doctrine, cum de Christo colloqueremur, grecum nobis codicem protulit, carmina esse dicens sibille Erithree, ubi ostendit quodam loco in capitibus versuum ordine litterarum ita se habentem, ut hec in eo verba legerentur: Ihesus Christus theos yos sother, quod est latine Ihesus Christus dei filius salvator. Hii autem versus, quorum prime littere istum sensum quem diximus reddunt, sicut eos quidam latinis et stantibus versibus est interpretatus, hec continent. De libris grecis sibille et non illorum expositione: Ihesus Christus theou yos sother, quod est latine Ihesus Christus dei filius salvator. Iudicii signum tellus sudore madescet. E celo rex adveniet per secula futurus, Scilicet in carne presens ut iudicet orbem. Unde deum cernent incredulus atque fidelis Celsum cum sanctis, evi iam termino in ipso. Sic anime cum carne aderunt, quas iudicat ipse, Cum iacet incultus densis in vepribus orbis. Reicient simulachra viri, cunctam quoque gazam. Exuret terras ignis, pontumque polumque Inquirens, tetri portas effringet averni. Sanctorum sed enim cuncte lux libera carni Tradetur, sontes eterna flamma cremabit. Occultos actus retegens, tunc quisque loquetur Secreta, atque deus reserabit pectora luci. Tunc erit et luctus, stridebunt dentibus omnes. Eripitur solis iubar, et chorus interit astris. Solvetur celum, lunaris splendor abibit, Deiciet colles, valles extollet ab imo. Non erit in rebus hominum sublime vel altum. Iam equantur campis montes, et cerula ponti Omnia cessabunt, tellus confracta peribit. Sic pariter fontes torrentur fluminaque igni. Sed tuba tum sonitum tristem dimittit ab alto, Orbe gemens facinus miserorum variosque labores. Tartareumque chaos monstrabit terra dehiscens. Et coram hic domino reges sistentur ad unum. Decidet celo ignisque et sulphuris amnis. In his latinis versibus de greco utcumque translatis, ibi non potuit ille sensus occurrere qui fit cum littere que sunt in eorum capitibus conectuntur, ut ibi y littera in greco posita est, quia non potuerunt latina verba inveniri que ab eadem littera inciperent ut sensui convenirent. Hii autem sunt versus tres, quintus et octavus et nonus. Decimus denique si litteras que sunt in capitibus omnium versuum connectentes horum trium que scripta sunt non legamus, sed pro eis y litteram tamquam in eisdem locis ipsa sit posita recordemur, exprimitur in quinque verbis: Ihesus Christus dei filius salvator, sed cum grece hec dicuntur non latine. Et sunt versus xxvii qui numerus quadratum ternarium solidum reddit. Tria enim ter ducta fiunt novem, et ipsa novem si ter ducantur ut ex lato in altum figura consurgat ad xxvii perveniunt. Horum autem grecorum quinque verborum, que sunt Ihesus Christus theos yos sother, quod est quidem latine Ihesus Christus dei filius salvator, si primas litteras iungas, erit ichthys, id est piscis, in quo nomine mistice intelligitur Christus, eo quod in huius mortalitatis abysso velut in aquarum profunditate vivus, hoc est sine peccato esse potuerit. Hec autem sybilla, sive Erithrea sive ut quidam magis credunt Cumea, ita nichil habet in toto carmine suo, cuius exigua ista particula est, quod ad deorum falsorum sive fictorum cultum pertineat. Quinimmo ita etiam contra eos et contra cultores eorum loquitur, ut in eorum numero deputanda videatur, qui pertinent ad civitatem dei. Inserit et Lactancius operi suo quedam de Christo vaticinia sybille, quamvis non exprimat cuius. Sed que ipse singillatim posuit, ego arbitratus sum [illegible] esse ponenda tamquam unum sit prolixum, que ille plura commemoravit et brevia. In manus inquit iniquas infidelium postea veniet. Dabunt autem deo alapas manibus incestis, et impurato ore expuent venenatos sputus. Dabit vero ad verbera simpliciter sanctum dorsum, et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoscat quod verbum vel unde venit, ut inferis loquatur et corona spinea coronetur. Ad cibum autem fel et ad sitim acetum dederunt. Inhospitalitatis hanc monstrabunt mensam. Ipsa enim insipiens tuum deum non intellexisti ludentem mortalium mentibus, sed spinis coronasti et horridum fel miscuisti. Templi vero velum scindetur, et medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis et morte morietur tribus diebus sompno suscepto, et tunc ab inferis regressus ad lucem veniet primus resurrectionis principio revocatus ostenso. Ista Lactancius carptim per intervalla disputationis sue, sicut ea poscere videbantur que probare intenderat, adhibuit testimonia sibillina, que nos nichil interponentes sed in unam seriem conexa ponentes solis capitibus, si tamen scriptores deinceps ea servare non negligant, distinguenda curavimus. Nonnulli sane Erithream sibillam non Romuli sed belli troiani tempore fuisse scripserunt. Eodem Romulo regnante Thales Milesius fuisse perhibetur unus e sapientibus, qui post theologos poetas in quibus Orpheus maxime omnium nobilitatus est, sophy appellati sunt, quod est latine sapientes. Per idem tempus x tribus, que in divisione populi vocati sunt Israel, debellate a Chaldeis et in eas terras captive ducte sunt, remanentibus in Iudea terra duabus illis tribubus, que nomine Iude vocabantur sedemque regni habebant in Ierusalem. Mortuum Romulum, cum et ipse nusquam comparuisset, in deos, quod et vulgo notissimum est, retulere Romani, quod usque adeo fieri iam desierat, ut postea nec adulando non errando fieret temporibus Cesarum, ut Cicero magnis Romuli laudibus tribuat, quod non rudibus et indoctis temporibus, qui facile homines fallebantur, sed iam expolitis et eruditis meruit hos honores, quamvis nondum efferbuerat ac pullulaverat philosophorum subtilis et acuta loquacitas. Sed etiam si posteriora tempora deos homines mortuos non instituerunt, tamen ab antiquis institutos colere ut deos et habere non destiterunt, qui etiam simulachris, que veteres

recedit

coniuncta

Quo tempore fuit sibilla Thales milesius Orpheus et x tribus ducte captive a Chaldeis et Romulus deificatus ut dicit Varro et nuina

Ut Lactancius ponit quedam verba de vaticinio sibille tunc de passione et resurrectione Christi

c xx. iiij tu

inmundis in eorum corde demonibus per fallacia quoque oracula decipientibus

non haberent annecterent, vane atque impie superstitionis illecebram id efficientibus, ut fabulosa et erronia de deorum quam uberiore seculo non fingebantur plu dos, tamen in eorundem florum nomen obsequium turpius agetur. Regnavit deinde Numa post Romulum, qui cum illam civitatem putavit deorum profecto florum multitudine muniendam, in eandem turbam referri mortuus non meruit, tamquam ita putatus sit celum multitudine nimium constipasse, ut locum ibi reperire non posset.

Quo tempore Samia sibilla esse dicatur et apud hebreos Manasses regnavit qui Ysaiam occidit et Zedechias sub quo populus iudeorum captus et Ierusalem destructa est

Quod regnante Romulo septem sapientes claruerint, quo tempore decem tribus que Israel dicebantur in captivitatem a Chaldeis ducte sunt, idemque Romulus mortuus divino honore datus est. Capitulum XXVI

i. Numma

Hoc regnante Rome, et apud hebreos initio regni Manasse, a quo impio rege propheta Ysaias perhibetur occisus, Samiam fuisse sibillam ferunt. Regnante vero apud hebreos Sedechia et apud Romanos Tarquinio Prisco, qui successerat Anco Marcio, ductus est captivus in Babiloniam populus Iudeorum, eversa Ierusalem et templo illo a Salomone constructo. Increpantes enim eos prophete de iniquitatibus et impietatibus suis, hec eis ventura predixerant, maxime Ieremias, qui etiam numerum diffinivit annorum. Eo tempore Pittacus Mitilenaeus, alius e septem sapientibus fuisse perhibetur, et quinque ceteros qui ut septem numerentur Thaleti, quem supra commemoravimus, et huic Pittaco adduntur, eo tempore fuisse scribit Eusebius, quo captivus Dei populus in Babilonia tenebatur. Hii autem sunt Solon Atheniensis, Chilon Lacedemonius, Periandrus Chorinthius, Cleobulus Lidius, Bias Prieneus. Omnes hii septem appellati sapientes post poetas theologos claruerunt, quia genere vite quodam laudabili prestabant hominibus ceteris et morum nonnulla precepta sententiarum brevitate complexi sunt. Nichil autem monimentorum, quod ad litteras attinet, posteris reliquerunt, nisi quod Solon quasdam leges Atheniensibus dedisse perhibetur. Thales vero phisicus fuit et suorum dogmatum libros reliquit. Eo captivitatis Iudaice tempore et Anaximander et Anaximenes et Xenophanes phisici claruerunt. Tunc et Pittagoras, ex quo ceperunt appellari philosophi. Per idem tempus Cyrus rex Persarum, qui etiam Chaldeis et Assyriis imperabat, relaxata aliquanta captivitate Iudeorum, quinquaginta hominum milia ex eis ad restaurandum templum regredi fecit. A quibus tantum prima cepta fundamenta et altare constructum est. Incursantibus autem hostibus, nequaquam progredi edificando valuerunt, dilatatumque opus est usque ad Darium. Per idem tempus etiam illa sunt gesta que conscripta sunt in libro Iudith, quem sane in canone scripturarum Iudei non recepisse dicuntur.

Eusebius scribit tempore quo populus Israel Dei in Babilonia captivus tenebatur septem sapientes apud grecos floruerunt, Pittagoras et alii

tulo

c. XXVII

Sub Dario ergo rege Persarum, impletis lxx annis quos Ieremias propheta predixerat, reddita est Iudeis soluta captivitate libertas, regnante Romanorum septimo rege Tarquinio. Quo expulso etiam ipsi a regum suorum dominatione liberi esse ceperunt. Usque ad hoc tempus prophetas habuit populus Israel, qui cum multi fuerint, paucorum et apud Iudeos et apud nos canonica scriptura retinet, de quibus me aliqua positurum esse promisi in hoc libro, cum clauderem superiorem. Quod iam video esse faciendum.

De Cyro rege Persarum et Medorum, Dario sub quibus Iudeorum soluta captivitas quam eis predixit Ieremias. De Iudith. De Tarquinio Roma expulso

Quo tempore prophete prophetaverunt et reges de quibus prophetia fuit: Ozee, Amos, Ysaias, Micheas, Ionas, Iohel; reges Ozias, Ioatham, Achaz et Ezechias. c. XXVII

Tempora igitur eorum ut possimus advertere, ad anteriora paululum recurramus. In capite libri Osee prophete, qui primus in duodecim ponitur, ita scriptum est: Verbum Domini quod factum est ad Osee in diebus Ozie et Ioatham et Achaz et Ezechie, regum Iuda. Et Amos quoque in diebus regis Ozie prophetasse se scribit. Addidit etiam Ieroboam regem Israel, qui per eosdem dies fuit. Necnon Ysaias filius Amos, sive supradicti prophete, sive quod magis perhibetur alterius, qui non propheta eodem nomine vocabatur, eosdem reges quatuor, quos posuit Osee, in capite libri sui ponit, quorum diebus se prophetasse preloquitur. Micheas etiam eadem sue prophetie commemorat tempora, post dies Ozie. Nam tres qui sequuntur reges nominat, quos et Osee nominavit, Ioatham et Achaz et Ezechiam. Hii sunt quos eodem tempore simul prophetasse ex eorum litteris invenimus. His adiunguntur Ionas eodem Ozia rege regnante, et Iohel cum iam regnaret Ioatham, qui successit Ozie. Sed istorum prophetarum duorum tempora in cronicis, non in eorum libris, potuimus invenire, quia de suis diebus tacent. Tenduntur autem hii dies a rege Latinorum Proca sive superiore Aventino usque ad regem Romulum iam Romanum, vel etiam usque ad regni primordia successoris eius Nume Pompilii. Ezechias quippe rex Iuda eo usque regnavit. Ac per hoc ista tempora sunt velut fontes prophetie prorumperunt, quando regnum defecit Assyriorum, cepitque Romanum, ut sic quemadmodum regni Assyriorum primo tempore extitit Abraham, cui promissiones apertissime fierent in eius semine benedictionis omnium gentium, ita occidentalis Babilonis exordio, qua Christus fuerat imperante venturus, in quo implerentur illa promissa, oracula prophetarum loquentium non solum, verum etiam scribentium, in tante rei future testimonium solverentur. Cum enim prophete numquam fere defuissent populo Israel, ex quo ibi reges esse ceperunt, in usum tantummodo eorum fuerunt, non gentium. Quando autem ea scriptura manifestius prophetica condebatur, que gentibus quoque prodesset, tunc oportebat inciperet, quando condebatur hec civitas, que gentibus imperaret.

Quo tempore regnum Assyriorum defecit et Romanum cepit, ut promissiones quodam fecit Abrahe in semine benedictos gentium implerentur

De his que ad evangelium Christi pertinent que Osee et Amos prophetaverunt. Capitulum XXV

Osee igitur propheta, quanto profundius quidem loquitur, tanto operosius

penetra[tur]/ s[ed] aliquid inserendu[m] est/ q[uo]d hic extra p[ro]mis
sione ponendum/ Et ait in quo loco/ quo dic[tu]m est
eis/ no[n] p[o]p[u]l[u]s meus/ uos/ vocabu[n]t[ur] et ipsi filij dei vi
ui/ hoc testimoniu[m] p[ro]pheticu[m] de uocatione gentiu[m] q[ue]
p[ri]us no[n] p[er]tinebat ad deu[m]/ et ap[osto]li intellexeru[n]t/ Et
quia ipse etiam pop[u]l[u]s gentiu[m] sp[irit]ualit[er] est in fi
lijs abrahe/ Ac p[ro]p[ter] hoc re[ct]e dicit[ur] isr[ae]l/ P[ro]pt[er]ea seq[ui]t[ur]
et dicit/ Et congregabu[n]t[ur] filij iuda/ et filij isr[ae]l
in id ip[su]m/ et ponent sibimet p[ri]ncipatu[m] vnu[m]/ et as
cendent a t[er]ra/ hoc si adhuc velim[us] exponere/ elo
qui[j] p[ro]phetici/ obtundetur sapor/ Recolat[ur] tam[en] lap[is]
ille angularis/ et duo parietes/ vnus ex iudeis
alt[er] ex gentibus/ Ille nomine filio[rum] iuda/ iste noie
filio[rum] isr[ae]l/ eidem vnu[m] p[ri]ncipatui suo in id ip[su]m
innitentes et ascendentes/ agnoscat[ur] a t[er]ra/ istos
au[tem] carnales isr[ae]litas/ qui nu[n]c nolu[n]t credere/
in ip[su]m postea credituros .i. filios eo[rum]/ Nam
vtiq[ue] isti ad suu[m] locu[m]/ moriendo tra[n]sibu[n]t/ idem
propheta testat[ur] dicens/ Qui[a] diebus multis se
debu[n]t filij isr[ae]l/ sine rege/ sine p[ri]ncipe/ sine sacrifi
cio/ sine altari/ sine sacerdotio/ sine manifestati
onibus/ Quis no[n] videat/ nu[n]c sic esse iudeos
/ s[ed] quid adiungat audiam[us]/ et postea inquit
reuerten[tur] filij isr[ae]l/ et inq[ui]rent d[omi]n[u]m
deu[m] suu[m]/ et dauid rege[m] suu[m]/ et
stupefient in d[omi]no/ et in bonis ip[si]us
i[n] nouissimis diebus/ Nichil est
ista p[ro]phetia manifestius/ cu[m] da
uid rex/ significatus intelligitur [noie]
xp[istu]s/ q[ui] fact[u]s est/ sicut dicit ap[osto]l[u]s
ex semine dauid/ s[ecundu]m carne[m]/ P[re]
nu[n]ciauit iste p[ro]ph[et]a etiam t[er]tia
die resurrectione[m] futura[m]/ sicut ea p[ro]phetica al
titudine p[re]nu[n]ciari oportebat/ ubi ait/ Sanabit
nos post biduu[m]/ in die t[er]tio resurgem[us]/ Secundu[m] h[oc]
enim nobis dicit ap[osto]l[u]s/ Si resurrexistis/ cu[m] xp[ist]o
que sursum su[n]t quer[i]te/ Amos quoq[ue] de reb[us]
talibus sic p[ro]phetat/ P[re]para inquit te/ ut i[n]uo
ces deu[m] tuu[m] isr[ae]l/ quia ecce ego fir
mans toniruu[m]/ et creans sp[iritu]m/ et
annu[n]cians in hominibus xp[istu]m suu[m]
Et in alio loco/ In illa die inquit
resuscitabo thab[er]naculu[m] dauid/
q[uo]d cecidit/ et reedificabo que ce
ciderunt eius/ et destructa eius sus
citabo/ et reedificabo ea/ sicut dies
seculi/ ita ut exquirant me residui hominu[m]/ et om[ne]s
gentes in quib[us] i[n]uocatu[m] est nome[n] meu[m] sup[er]
eos/ dicit d[omi]n[u]s faciens hec/ ysaias p[ro]pheta no[n] e[st]
in libro xij p[ro]pheta[rum]/ qui dicu[n]t[ur] minores/ q[ui]a s[er]mo
nes eo[rum] su[n]t breues/ in eo[rum] co[m]paratione/ qui ma
iores ideo vocantur/ quia prolixa volumina co[n]di
deru[n]t/ Ex quibus est hic ysaias/ q[ue]m p[ro]p[ter] eade[m]
[c. XXVI] p[ro]phetie t[em]p[or]a subiungo/ sup[ra] dictis duobus/ ysaias
ergo int[er] illa/ que arguit inniqua et iusta/ p[re]cepit
et peccatori pp[l]o/ mala futura/ p[re]dixit et de xp[ist]o
et ecclesia/ hoc est de rege/ et ea qua[m] condidit
ciuitate/ multo plura/ q[ua]m ceteri p[ro]phetauit/
ita ut a q[ui]busdam euuangelista q[uam] p[ro]pheta po
tius dicetur/ S[ed] p[ro]p[ter] ronem op[er]is t[er]minandi/ vnu[m]
de multis/ hoc loco pona[m]/ Ex p[er]sona quippe di
p[at]ris loquens/ Ecce inquit intelliget
puer meus/ et exaltabit[ur] et glorificabit[ur] valde/ Quemadmodu[m] stupescent
sup[er] te multi/ ita gl[ori]a p[ri]uabit[ur] ab ho
minibus/ sp[eci]es tua/ et gl[ori]a tua ab ho
minibus/ Ita mirabu[n]t[ur] gentes multe
sup[er] eum/ et continebu[n]t reges os suu[m]/ quia q[ui]b[us]
no[n] est nu[n]ciatu[m] de illo/ videbu[n]t/ et qui no[n] au
dieru[n]t intelligent/ D[omi]ne quis credidit auditui
n[ost]ro/ et brachiu[m] d[omi]ni cui reuelatu[m] est/ Annu[n]ci
abim[us] co[ra]m illo/ ut infans ut radix in t[er]ra
sicienti/ Non est sp[eci]es illi ne[que] gloria/ Et uidi
m[us] eum/ et no[n] habebat spe[ciem] ne[que] decorem/ s[ed]
sp[eci]es eius/ sine honore deficiens p[re] omnibus
hominibus/ ho[mo] in plaga positus/ et sciens ferre infir
mitatem/ q[uonia]m auersa est facies eius/ inhono
ratus est/ nec magni estimatus/ hic p[ec]c[a]ta n[ost]ra
portat/ et pro nobis dolet/ et nos existimauim[us]
illu[m] esse/ in dolore/ et plaga/ et in afflictio[n]e/ Ip[s]e
au[tem] vulneratus est/ p[ro]p[ter] iniquitates n[ost]ras et in
firmatus est/ p[ro]p[ter] p[ec]c[a]ta n[ost]ra/ Erudicio pacis n[ost]re
in eo/ liuore eius nos sanati sum[us]/ om[ne]s ut o
ues errauim[us]/ homo a via sua er
rauit/ et d[omi]n[u]s tradidit illu[m]/ p[ro] p[ec]c[a]tis
n[ost]ris/ et ip[s]e p[ro]pt[er] q[uo]d afflictus est/ no[n]
aperuit os suu[m]/ Ut ouis ad ymo
landum ductus est/ et ut agnus
ante eu[m]/ qui se tondet/ sine voce
/ sic no[n] aperuit os suu[m]/ In humilita
te quippe iudiciu[m] eius/ sublatu[m] e[st]
/ generatione[m] eius/ quis enarrabit/ q[uonia]m tollet[ur]
de t[er]ra vita eius/ ab iniquitatib[us] populi mei/
ductus est ad morte[m]/ et dabo malignos pro
sepultura eius/ et diuites pro morte sua/ q[uonia]m in
iquitate[m] no[n] fecit nec dolu[m] in ore suo/ et
d[omi]n[u]s vult purgare eu[m] de plaga/ Si dederitis p[ro] p[ec]
cato/ a[n]i[m]am v[est]ram videbitis seme[n] longeuu[m]/ et d[omi]n[u]s
vult auferre/ a dolore/ a[n]i[m]am eius/ ostendere illi lu
cem/ et formare intellectu[m]/ iustificare iustu[m] be
ne s[er]uientem pluribus/ et p[ec]c[a]ta eo[rum]/ ip[s]e porta
bit/ p[ro]pt[er]ea ip[s]e hereditabit plures/ et fortiu[m] di
uidet/ spolia/ p[ro]p[ter] q[uo]d tradita est ad morte[m] a
nima eius/ et int[er] iniquos estimatus e[st]/ et ip[s]e p[ec]c[a]ta
multo[rum] portabit/ et p[ro]p[ter] p[ec]c[a]ta eo[rum] traditus est
/ hec de xp[ist]o/ Iam uero de ecclesia q[uo]d sequit[ur] audi
am[us]/ Letare sterilis inquit que no[n] paris/ eru[m]
pe et exclama/ que no[n] p[ar]turis
q[uonia]m multi filij deserte magis
q[ua]m/ eius q[ue] h[ab]et viru[m]/ Dilata
locu[m] thab[er]naculi tui/ et aulea[rum]
tuar[um] fige/ noli parcere/ prolon
ga funiculos tuos/ et palos tu
os co[n]forta/ adhuc in dexteram et
sinistram p[ar]tem extende/ et se
men tuu[m] hereditabit gentes/ et ciuitates desertas
inhabitabis/ Ne timeas/ q[uonia]m co[n]fusa es/ neq[ue] reuerea
ris/ quia exprobrata es/ quo[niam] co[n]fusio[n]is et[er]nam
obliuisceris/ et obprobriu[m] viduitatis tue/ no[n] eris
memor/ q[uonia]m d[omi]n[u]s faciens te/ d[omi]n[u]s sabaoth nome[n]

Marginalia:

Con[tra] iudeos r[espondet] p[ro]pheta oree/ Qui[a] diebus multis sedebu[n]t filij isr[ae]l sine rege r[e]c[ipe] q[uo]d impletu[m] nu[n]c esse vide[mu]s

De resurrec[ti]o[n]e d[omi]ni/ sanabit nos post biduu[m]/ in die t[er]tio resurgem[us]/ Et al[iu]d Amos: resuscitabo thab[er]naculum dd

Q[uod] ysaias potius a q[ui]busdam dicit[ur] euuangelista qua[m] p[ro]pheta q[uod] no[n] est in n[umer]o mino[rum] p[ro]ph[et]a[rum]

Ysaias de passione d[omi]ni/ Ip[s]e au[tem] vulneratus est/ Ut ouis ad ymolandu[m] et alia multa

Ysaias de xp[ist]o s[upr]a nu[n]c de ecclesia/ Letare sterilis r[e]c[ipe]/ Et aug[e] dilata locu[m] thab[er]naculi tui r[e]c[ipe] et cetera r[e]c[ipe]

ei, et qui erudit te ipse deus israel promisisse cernebatur. Verum ista sint satis, et in eis sunt exponenda nonnulla, sed sufficere arbitror que ita sunt satis apta, ut etiam inimici intelligere cogantur inviti. ~

c.xxvii Micheas propheta christum in figura ponens magni cuiusdam montis sic loquitur: Erit in novissimis diebus manifestus mons domini, preparatus super vertices montium, et exaltabitur super colles, et festinabunt ad eum plebes, et ibunt gentes multe, et dicent: Venite ascendamus in montem domini, et in domum dei iacob, et ostendet nobis viam suam, et ibimus in semitis eius; quia ex syon procedet lex, et verbum domini de ierusalem. Et iudicabit plebes multas, et redarguet gentes potentes usque in longinquum. Predicens iste propheta et locum in quo natus est christus: Et tu, inquit, bethleem domus effrata, minima es ut sis in milibus iuda; ex te mihi prodiet, ut sit in principem in israel, et egressus eius ab initio, et ex diebus eternitatis. Propterea dabit eos usque ad tempus parientis; pariet, et residui fratres eius convertentur ad filios israel, et stabit, et videbit, et pascet gregem suum in virtute domini, et in honore domini dei sui erunt, quia nunc magnificabitur usque ad summum terre. Jonas igitur propheta non tam sermone christum quam sua quadam passione prophetavit, profecto apertius quam si eius mortem et resurrectionem voce clamaret. Ut quid enim exceptus est ventre beluino, et die tercio redditus, nisi ut significaret christum de profundo inferni die tercio rediturum? Johel omnia que prophetavit multis verbis compellit exponi, ut que pertinent ad christum et ecclesiam dilucescant. Unum tamen quod etiam apostoli commemoraverunt, quando in congregatos credentes spiritus sanctus sicut a christo promissus fuerat desuper venit, non pretermittam. Et erit, inquit, post hec effundam de spiritu meo super omnem [carne], et prophetabunt filii vestri et filie vestre, et seniores vestri somnia somniabunt, et iuvenes vestri visiones videbunt; et quidem in servos et ancillas meas in illis diebus effundam de spiritu meo.

Micheas xpm in figura magni cuiusdam montis ponit dicens Erit in novissimis diebus

Jonas non tam verbo xpm quam passione sua monstravit detecto

Johel de xpo et ecclesia prophetavit Et erit inquid post hec effundam de spiritu meo

Que in abdya et naum et abakuk de salute mundi in xpo prenunciata reperiantur. c.xxviii

Tres prophete de minoribus, abdyas, naum et abacuk, nec tempora sua [dicunt] ipsi, nec in cronicis Eusebii et Ieronimi quando prophetaverunt invenitur. Abdyas enim positus est quidem ab eis cum michea, sed non eo loco ubi notantur tempora quando micheam prophetasse ex eius litteris constat; quod errore neglegenter describentium labores alienos existimo contigisse. Duos vero alios commemoratos in codicibus cronicorum quos habuimus non invenimus [non potuimus]; tamen quia in canone continentur, nec ipsos oportet pretereamus nos. Abdyas quantum ad scripturam eius attinet, omnium brevissimus prophetarum, adversus ydumeam loquitur gentem, scilicet esau, ex duobus geminis filiis ysaac nepotibus abrahe maioris illius reprobati. Porro si ydumeam modo locutionis quo intelligitur a parte totum accipiamus positam esse pro gentibus, de christo agnoscere possumus quod ait inter cetera: In monte autem syon [erit salus et erit sanctum. Et paulo post in fine ipsius prophetie: Et ascendent resalvati ex monte syon] ut defendant montem esau, et erit domino regnum. Apparet quippe id esse completum cum resalvati ex monte syon, id est ex iudea, credentes in christum, qui precipue cognoscuntur apostoli, ascenderunt ut defenderent montem esau. Quo defenderent nisi per evangelii predicationem salvos faciendo eos qui crediderunt, ut eruerentur de potestate tenebrarum et transferrentur in regnum dei? Quod consequenter expressit addendo: Et erit domino regnum. Mons enim syon iudeam significat, ubi futura predicta est salus, et sanctum quod est christus ihesus. Mons vero esau ydumea est, per quam significata est ecclesia gentium, quam defenderunt, sicut exposui, resalvati ex monte syon, ut esset domino regnum. Hoc obscurum erat antequam fieret, sed factum quis non fidelis agnoscat? Naum vero propheta, immo per illum deus: Exterminabo, inquit, sculptilia et conflatilia, ponam sepulturam tuam, quia ecce veloces super montes pedes evangelizantis et annunciantis pacem. Celebra iuda dies festos tuos, redde vota tua, quia iam non adicient ultra ut transeant in vetustatem. Consummatum est, ablatum est. Ascendit qui insufflat in faciem tuam eripiens te ex tribulatione. Quis ascendit ab inferis et insufflavit in faciem iude, hoc est iudeorum discipulorum, spiritum sanctum recolat, qui meminit evangelium. Ad novum enim testamentum pertinent quorum dies festi ita spiritualiter innovantur ut in vetustatem transire non possint. c.xxix Porro per evangelium exterminata sculptilia et conflatilia, id est ydola deorum falsorum, et oblivioni tamquam sepulture tradita iam videmus, et hanc etiam in hac re prophetiam completam esse cognoscimus. Abacuk de quo alio quam de christi adventu qui futurus erat intelligitur dicere: Respondit dominus ad me et dixit ad me: Scribe visum aperte in buxo, ut assequatur qui legit ea, quia adhuc visio ad tempus, et orietur in fine et non in vacuum. Si tardaverit, sustine eum, quia veniens veniet et non morabitur. In oratione autem sua cum cantico cui nisi christo domino dicit: Domine audivi auditionem tuam et timui; domine consideravi opera tua et expavi? Quid enim hoc est nisi prenotionem nove ac repentine salutis hominum ineffabilis admiratio? In medio duorum [animalium cognosceris, quid est nisi aut in medio duorum] testamentorum, aut in medio duorum latronum, aut in medio moysi et helye cum illo in monte sermocinantium? Dum appropinquant anni noscetis, in adventu temporis ostenderis, nec exponendum est.

De prophetia trium prophetarum qui sunt abdyas naum et abakuk quorum tempus quo prophetaverunt non invenitur.

Abdyas adversus ydumeam gentem scilicet esau apte totum accipiatur loquitur quod de xpo potest intelligi in monte syon erit salus

Naum exterminabo inquit sculptilia etc quod per evangelium completum esse scitur

Abacuk de adventu xpi veniens veniet et non tardabit et in cantico suo de xpo dicit domine audivi auditionem

est/ Meo cu turbata fuit aia mea/ i ira mie mcor- cris/ Quid est n q iudeos in se transfiguravit/ quorum gentis fuit/ q illi cu magna ira turbati cru- cifigerunt xpm/ Ille mie mcor dixit/ pater ignos- ce illis/ quia nesciunt quid faciunt/ Deus de theman veniet/ et scus de monte umbroso et condenso/ Quod hic dcm est/ de theman veniet/ alij interptati sunt/ ab austro et affrico/ p qd signatur me- ridies i fervor caritatis/ et splendor veritatis/ Monte vo umbrosum atq condensum/ scriptus multis modis possit intelligi/ libentius a nc pcim scripturarum altitudine divinarum/ quibus pphetatus e xpus/ Multa ibi quippe umbrosa atq condensa sunt/ q mentem querentis exercant/ Unde aut venit/ ubi eum qui intelligit invenit/ Operuit celos gloria eius/ et laudis eius plena est terra/ Quid est n q etiam in psalmo dr/ Exaltare sup celos deus/ et sup omnem terram gloria tua/ Splendor eius ut lumen erit/ quid est/ nisi fama eius/ credentes illuminabit/ Cornua in manibus eius sunt/ qd est n tropheum crucis/ Exposuit caritatem firmam fortitudinis sue/ nec exponendum est/ Ante faciem eius ibit verbum/ et prodiet in campum/ post pedes eius/ Quid est n q et anq veniret huc/ pnunciatus est/ et postea q hinc recessus est/ annunciatus est/ Stetit/ et terra commota est/ Quid est n stetit ad sub- veniendum/ et terra commota e ad credendum/ Respexit et tabuerunt gen- tes/ hoc est misertus est/ et fecit po- pulos penitentes/ Contriti sunt montes violentia/ hoc est vim facientibus miraculis/ elatorum contrita est supbia/ Defluxerunt colles eternales/ hoc est humiliati sunt ad tempus/ ut erigerentur in eternum/ Ingressus eter- nos eius/ pro laboribus vidi/ hoc e non sine mer- cede eternitatis/ laborem caritatis aspexi/ Tab- nacula ethiopum expavescent/ et tabnacula terre madian/ hoc est/ gentes repentino pterrite timore mirabilium tuorum/ et q non sunt in iure romano erunt in ppl'o xpiano/ Nunquid in fluminibus ira- tus es dne/ aut in fluminibus furor tuus/ vel in mari impetus tuus/ hoc ideo dcm est/ q non venit nunc ut iudicet mundum/ sz ut salvetur mundus p ipm/ Quia ascendes sup equos tuos/ et equitatio tua est salus/ hoc est evangeliste tui portabunt te/ qui regunt a te/ et evangelium tuum salus est eis/ qui credunt in te/ Inten- tus intendens arcum tuum sup sceptra dicit dns/ hoc est comminaberis iudicium tuum et regibus terre/ Fluminibus scindetur terra/ hoc est in fluctibus sermonibus pdicantium te/ Aperientur ad confitendum hominum corda/ quibus dcm est/ scindite corda vra et non vestimenta/ Quid est videbunt te et dolebunt/ n nisi q in lugendo sunt beati/ Quid est dispgens a- quas in cessu ambulando/ n nisi in meis qui te usq- quaqz annunciant/ h atz h dispargis fluenta doc-

Deus de theman veniet et scus de monte umbroso et condenso est multa

Quid est splendor eius ut lux erit et cornua in manibus eius nisi tropheum crucis

Quid est q ascendens sup equos tuos n evangeliste tua portabunt te qui regunt a te

trine/ Quid est dedit abissus vocem suam/ an profunditas cordis humani/ quid ei videtur/ expressit/ altitudo fantasie sue/ tamquam vox sua superior est expositio/ Altitudo enim est abissus/ Que at ait/ fanthasie sue/ subaudiendum est/ vocem dedit/ hoc est qd diximus/ quid ei videtur/ expressit/ Fantasia quippe visio est/ quam non tenuit/ non operuit/ sz confitendo eructavit/ Elevatus est sol/ et luna stetit in ordine suo/ hoc est ascendit xpc in celum/ et ordinata est ecclesia/ sub rege suo/ In lucem iacula tua ibunt/ hoc e non in occultum sz in manifestum/ verba tua mittentur/ In splendore chorusciationis tuorum armorum subaudiendum est/ iacula tua ibunt/ dixerat enim suis/ q dico vobis in tenebris/ dicite in luce/ In comminatione minorabis terram i comminando humiliabis homines/ et in furore deicies gentes/ quia eos qui se exaltant vindicando collides/ Existi in salutem populi tui/ ut salvos facias xpos tuos/ misisti in capita iniquorum mortem/ Nichil horum exponendum/ Excitasti vincula usq ad collum/ Et bona hic pnt intelligi vincula sapientie mittant pedes et compedes eius/ et collum in torques eius/ Pcidisti in stupore mentis tue subaudiuntur vincula/ Excitavit enim bona pcidit mala/ de quibus ei dicitur/ dirupisti vincula mea/ et hoc in stupore mentis i mirabilitr/ Capita potentium movebuntur in ea sc ad admiratione/ ad aperient mo sus suos/ sicut edes paup in abscondito/ Potentes enim quidam iudeorum/ veniebant ad dnm/ sz eius et verba mira- ti et esurientes panē doctrine manducabant/ abscondite pp metum iudeorum/ sic nobis prodit evangelium/ Et immisisti in mare equos tuos/ turbantes aquas multas/ q nichil sunt aliud/ q ppli multi/ Non enim alij convertentur alij furore psequerentur/ n omnes turbarentur/ Observavi et expavit venter meus/ a voce labiorum orationis meorum/ et introiuit tremor in ossa mea/ et subtus me turbata e habitatio mea/ Intendit in ea q dicebat/ et ipa sua oratione est pterritus/ quia pphetice fundebat/ et in qua futura cernebat/ Turbatis enim pplis multis vidit imminentes ecclesie tribulationes/ continuo qz se membrum eius agnovit/ atqz ait/ Requiescam in die tribulationis tamquam ad eos/ ptines q sunt spe gaudentes/ in tribulatione patientes/ Ut ascendam inquit in ppl'm peregrinationis mee recedens utiqz a ppl'o maligno/ carnalis cogi- tationis sue/ non peregrinante in hac terra/ neqz supernam patriam requirente/ Quia ficus non afferent fructum/ et non erunt nativitates in vineis/ Mentietur opus olive/ et campi non facient escam/ defecerunt abesca oves/ et non sup sunt in presepibus boves/ Vidit gentem q xpm erat occisura/ ubertatem copiarum spiritualium pdita-

Quid est elevatus est sol et luna stetit in ordine suo n xpus ascendit in celum et ordinata est ecclia sub rege suo

Quidam iudeorum mirati facta xpi pp metum aliorum abscondite veniebant ad eum ut ab eo instruerentur

quam pre frena scaturitatem more prophetico significavit, et quod nam di talem propterea passa est illa gens quia ignorans Dei iustitiam suam volens constituere, ipse continuo: Ego autem, inquit, in Domino exultabo, gaudebo in Deo salutari meo. Dominus Deus meus virtus mea, statuit pedes meos in consummationem; super excelsa imponet me, ut vincam in cantico eius. Illo scilicet cantico, de quo similia quedam dicuntur in psalmo: Statuit super petram pedes meos et direxit gressus meos, et inmisit in os meum canticum novum, ympnum Deo nostro. Ille ergo vincit in cantico Domini, cui placet eius laude non sua, ut qui gloriatur in Domino glorietur. Melius autem mihi videntur quidam codices habere: Gaudebo in Deo Ihesu meo, quam qui volentes id latine ponere nomen ipsum non posuerunt, quod est nobis amicius et dulcius nominare.

Quod est mentire opus olive et campi non faciant escam id est gens occisura Christum ubertatem spiritualium predicat propter frena

De Christo et vocatione gentium que Ieremias et Sophonias prophetico spiritu dixerunt. Capitulum XXX

Ieremias propheta de maioribus est sicut ysaias, non de minoribus sicut ceteri, de quorum scriptis nonnulla iam posui. Prophetavit autem regnante Iosia in Ierusalem et apud Romanos Anco Marcio, iam propinquante captivitate Iudeorum. Tetendit autem prophetiam usque ad quintum annum captivitatis, sicut in eius litteris invenitur. Sophonias autem unus de minoribus adiungitur ei. Nam et ipse in diebus Iosie se prophetasse significat, quousque autem non dicit. Prophetavit ergo Ieremias non solum Anchi Marcii verum etiam Tarquinii Prisci temporibus, quem Romani quintum habuerunt regem. Ipse enim quando illa captivitas facta est regnare iam ceperat. Prophetavit autem Ieremias de Christo: Spiritus, inquit, oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris, sic breviter ostendens et Dominum nostrum Christum et passum esse pro nobis. Item alio loco: Hic Deus meus, inquit, et non estimabitur alter ad eum, qui invenit omnem viam prudentie et dedit eam Iacob puero suo et Israel electo suo. Post hec in terra visus est et cum hominibus conversatus est. Hoc testimonium quidam non Ieremie sed scribe eius attribuunt, qui vocabatur Baruch, sed Ieremie celebratius habetur. Rursus idem propheta de ipso: Ecce, inquit, dies veniunt, ait Dominus, et suscitabo David germen iustum, et regnabit rex et sapiens erit et faciet iudicium et iustitiam in terra. In diebus illis salvabitur Iuda et Israel habitabit confidenter, et hoc est nomen quod vocabunt eum: Dominus iustus noster. De vocatione etiam gentium, que erat futura et nunc impleta cernimus, sic locutus est: Domine Deus meus et refugium meum in die malorum, ad te gentes venient ab extremo terre et dicent: Vere mendacia coluerunt patres nostri simulacra, et non est in illis utilitas. Quia vero non erant eum agnituri Iudei, a quibus eum et occidi oportebat, sic idem propheta significat: Grave cor per omnia, et homo est, et quis agnoscet eum? Huius est et illud quod in libro XVII posui de testamento novo, cuius est mediator Christus. Ipse quippe Ieremias ait: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, et consummabo super domum Iacob testamentum novum, et cetera que ibi leguntur. Sophonie autem prophete, qui cum Ieremia prophetabat, hec predicta de Christo interim pono: Expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis mee in futurum, quia iudicium meum ut congregem gentes et colligam regna. Et iterum: Horribilis, inquit, Dominus super eos, et exterminabit omnes deos terre, et adorabunt eum viri de loco suo, omnes insule gentium. Et paulo post: Tunc, inquit, transvertam in populos linguam et progenies eius, ut invocent omnes nomen Domini et serviant ei sub iugo uno. A finibus fluminum Ethiopie afferent hostias mihi. In illo die non confunderis ex omnibus adinventionibus tuis quas impie egisti contra me, quia tunc auferam abs te pravitates iniurie tue, et iam non adicies ut magnificeris super montem sanctum meum. Et subrelinquam in te populum mansuetum et humilem, et verebuntur a nomine Domini qui reliqui fuerint Israel. Hee sunt reliquie de quibus alibi prophetatur, quod et apostolus commemorat: Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquie salve fient. Hee quippe in Christum illius gentis reliquie crediderunt.

Ieremias prophetavit regnante Iosia in Ierusalem et apud Romanos Anco Marcio

Sophonias etiam in diebus Iosie se prophetasse dicit, quam multa de Christo dixit

Ieremias tetendit prophetiam usque ad quintum mensem captivitatis, et multa de Christo de vocatione gentium predixit

Capitulum XXXI

Porro in ipsa babilonie captivitate prophetaverunt Daniel et Ezechiel, alii scilicet duo ex prophetis maioribus, quorum Daniel etiam tempus quo venturus erat Christus atque passurus numero diffinivit annorum, quod longum est computando monstrare, et ab aliis factitatum est ante nos. De potestate vero eius et ecclesia sic locutus est: Videbam, inquit, in visu noctis, et ecce cum nubibus celi ut filius hominis veniens erat, et usque ad veterem dierum pervenit, et in conspectu eius oblatus est. Et ipsi datus est principatus et honor et regnum, et omnes populi, tribus et lingue ipsi servient. Potestas eius potestas perpetua, que non transibit, et regnum eius non corrumpetur. Ezechiel quoque more prophetico per David Christum significans, quia carnem de semine David assumpsit, propter quam formam servi qua factus est homo, etiam servus Dei dicitur idem Dei filius, sic eum prophetat et prenuntiat ex persona Dei patris: Et suscitabo, inquit, super pecora mea pastorem unum qui pascat ea, servum meum David, et ipse pascet ea, et ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum, et servus meus David princeps in medio eorum. Ego Dominus locutus sum. Et alio loco: Et rex, inquit, unus erit omnibus imperans, et non erunt ultra due gentes

Ezechiel predixit Christum significans quia carnem de semine David assumpsit. Iste Daniel, Ieremias et ysaias de maioribus prophetis sunt.

nec pudendum amplius in duo regna, neque pollucentur ultra in ydolis suis et abhominacionibus suis et in cunctis iniquitatibus suis; et salvos eos faciam de universis sedibus suis in quibus peccaverunt. Et mundabo eos, et erunt michi in populum, et ego ero illis deus; et servus meus David rex

xxxv super eos, et pastor unus erit omnium eorum.

Ezechiel per David Christum significat quia carnem David [illegible] assumpsit. Iste Daniel, Jheremias et Ysaias [illegible] prophetis [illegible]

Minores tres prophete, qui prophetaverunt in fine captivitatis, Aggeus, Zacharias, Malachias. Aggeus Christum et ecclesiam aperta brevitate prophetat: Hoc dicit dominus exercituum: Adhuc unum modicum est, et ego commovebo celum et terram et mare et aridam, et movebo omnes gentes, et veniet desideratus cunctis gentibus. Hec prophecia partim completa iam cernitur, partim speratur in fine complenda. Movit enim celum angelorum et syderum testimonio, quando incarnatus est Christus. Movit terram ingenti miraculo de ipso virginis partu; movit mare et aridam, cum et in insulis et in orbe toto Christus annunciatur. Ita moveri omnes gentes videmus ad fidem. Iam vero quod sequitur: Et veniet desideratus cunctis gentibus, de novissimo eius expectatur adventu. Ut enim esset desideratus expectantibus, prius oportuit eum diligi a credentibus.

In fine captivitatis tres de minoribus prophetis, scilicet Aggeus, Christum et ecclesiam aperte significat; Zacharias et Malachias prophetabant

Zacharias de Christo et ecclesia: Exulta, inquit, valde filia Syon, iubila filia Jherusalem; ecce rex tuus venit tibi, iustus et salvator; ipse pauper et ascendens super asinum et super pullum asine filium; et potestas eius a mari usque ad mare et a fluminibus usque ad fines terre. Hoc quando factum sit, ut dominus Ihesus Christus in itinere iumento huius generis veheretur, in evangelio legitur, ubi et hec prophecia commemoratur ex parte, quantum illo loco sufficere visum est.

Zacharias de Christo et ecclesia dicit: Exulta valde filia Syon etc. Ecce rex tuus venit etc.

Alio loco ad ipsum Christum in spiritu prophecie loquens de remissione peccatorum per eius sanguinem: Tu quoque, inquit, in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Quid per hunc lacum velit intelligi, possunt diversa sentiri etiam secundum rectam fidem. Michi tamen videtur non eo significari melius nisi humane miserie profunditatem siccam quodammodo et sterilem, ubi non sunt flumina iusticie, sed iniquitatis lutum. De hoc quippe lacu etiam in psalmo dicitur: Et eduxit me de lacu miserie et de luto limi.

Malachias prophetans ecclesiam, quam per Christum cernimus propagatam, Iudeis apertissime dicit ex persona dei: Non est michi voluntas in vobis, et munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum nomen meum magnum in gentibus, et in omni loco sacrificabitur et offeretur nomini meo oblacio munda, quia magnum nomen meum in gentibus, dicit dominus. Hoc sacrificium per sacerdotium Christi secundum ordinem Melchizedech cum in omni loco a solis ortu usque ad occasum deo iam videmus offerri, sacrificium autem Iudeorum, quibus dictum est: Non est michi voluntas in vobis, nec accipiam munus de manibus vestris, cessasse negare non possunt, quid adhuc expectant alium Christum, cum hoc quod prophetatum legunt et impletum vident impleri non potuerit nisi per ipsum? Dicit enim paulo post de ipso ex persona dei: Testamentum meum erat cum eo vite et pacis, et dedi ei timorem ut timeret me, et a facie nominis mei revereretur. Lex veritatis erat in ore ipsius, in pace dirigens ambulabit mecum, et multos convertet ab iniquitate. Quoniam labia sacerdotis custodient scientiam, et legem exquirent ex ore eius, quoniam angelus omnipotentis domini est.

Malachias prophetans ecclesiam quam per Christum cernimus propagatam aperte dicit ex persona dei

Contra Iudeos plane dictum est: Non accipiam munus de manibus vestris etc., quod iam impletum est etc.

Nec mirandum est quia angelus dei omnipotentis dictus est Christus Ihesus. Sicut enim servus propter formam servi in qua venit ad homines, sic et angelus pronunciatus est. De ipso quippe iterum dicit: Ecce mitto angelum meum et prospiciet viam ante faciem meam, et subito veniet in templum suum dominus quem vos queritis, et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit dominus omnipotens, et quis sustinebit diem introitus eius? Hoc loco et primum et secundum Christi prenunciavit adventum: primum scilicet de quo ait: Et subito veniet in templum suum, id est in carnem suam, de qua dixit in evangelio: Solvite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud; secundum vero ubi ait: Ecce venit, dicit dominus omnipotens, et quis sustinebit diem introitus eius, aut quis resistet in aspectu eius? Quod autem dixit: Dominus quem vos queritis, et angelus testamenti quem vos vultis, significavit utique etiam Iudeos secundum scripturas quas legunt Christum querere et velle. Sed multi eorum quem quesierunt et voluerunt venisse non agnoverunt, excecati in cordibus suis precedentibus meritis suis.

propter evangelium quod nunciavit hominibus. Nam si Greca ista interpretetur, evangelium bona annunciacio est et angelus

Quomodo Christus Ihesus dicatur angelus testamenti ubi dicit labia sacerdotis etc.

Quod sane hic nominat testamentum vel supra, ubi ait: Testamentum meum erat cum eo, vel hic, ubi eum dixit angelum testamenti, novum procul dubio testamentum debemus accipere, ubi sempiterna, non vetus, ubi temporalia sunt promissa; que pro magno habentes plurimi infirmi et deo vero talium rerum mercede servientes, quando vident impios hiis habundare, turbantur. Propter quod idem propheta, ut novi testamenti beatitudinem eternam, que non dabitur nisi bonis, distingueret a veteris terrena felicitate, que plerumque datur et malis: Ingravastis, inquit, super me verba vestra, dicit dominus, et dixistis: In quo detraximus de te? Dixistis: Vanus est omnis qui servit deo, et quid plus quia custodivimus observaciones eius, et quia ambulavimus supplicantes ante faciem domini omnipotentis? Et nunc nos beatificamus alienos, et reedificantur omnes qui faciunt iniqua, et adversati sunt deo et salvi facti sunt. Hec [illegible] qui timebant

Quomodo propheta Malachias intelligendus sit ubi loquitur de testamento quod utique novum est, ut patet

dium / unusquisque ad proximum suum. Et animadvertit dominus et audivit, et scripsit librum memorie in conspectu suo eis qui timent dominum et reverentibus nomen eius. In isto libro significatum est testamentum novum. Denique quod sequitur audiamus. Et erunt mihi, dicit dominus omnipotens, in die qua ego facio, in acquisitionem, et eligam eos sicut eligit homo filium suum servientem sibi. Et convertimini et videbitis inter iustum et inter servientem deo et non servientem. Quia ecce dies veniet ardens sicut clibanus, et concremabit eos, et erunt omnes alienigene et omnes facientes iniquitatem stipula, et incendet illos dies qui adveniet, dicit dominus omnipotens, et non derelinquetur eorum radix neque sarmentum. Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitie, et sanitas in pennis eius. Et exibitis et exultabitis sicut vituli ex vinculis resoluti, et conculcabitis iniquos, et erunt cinis sub pedibus vestris in die in quo ego facio, dicit dominus omnipotens. Hic est qui dicitur dies iudicii, de quo suo loco, si deus voluerit, loquemur uberius.

Malachias propheta aperte loquitur de die iudicii ibi: ecce dies veniet ardens sicut clib.

De esdre et machabeorum libris capitulum c.xxxiii

Post hos tres prophetas, Aggeum et Malachiam, Zachariam, per idem tempus liberationis populi ex babilonica servitute scripsit etiam Esdras, qui magis rerum gestarum scriptor est habitus quam propheta; sicuti est et liber qui appellatur Hester, cuius res gesta in laude dei non longe ab his temporibus invenitur. Nisi forte Esdras in eo Christum prophetasse intelligendus est, quod inter quosdam iuvenes orta questione quid amplius valeret in rebus, cum reges unus dixisset, alter vinum, tertius mulieres, que plerumque regibus imperarent, idem tamen tertius veritatem super omnia demonstravit esse victricem. Consulto autem evangelio Christum esse cognoscimus veritatem. Ab hoc tempore apud Iudeos restituto templo non reges sed principes fuerunt usque ad Aristobolum, quorum supputatio temporum non in scripturis sanctis que appellantur canonice, sed in aliis invenitur, in quibus sunt Machabeorum libri, quos non Iudei sed ecclesia pro canonicis habet, propter quorundam martyrum passiones vehementes atque mirabiles, qui antequam Christus venisset in carne, usque ad mortem pro dei lege certarunt et mala gravissima atque horribilia pertulerunt.

Esdras magis rerum gestarum scriptor est habitus quam propheta ut in libro Hester et non de quo trium iuvenum

c.xxxiiii. Tempore igitur prophetarum nostrorum, quorum iam scripta ad notitiam fere omnium gentium pervenerunt, et multo magis post eos, fuerunt philosophi gentium, qui hoc etiam nomine vocarentur, quod cepit a Samio Pitagora, qui eo tempore quo Iudeorum est soluta captivitas cepit excellere atque cognosci. Multo magis ergo ceteri philosophi post prophetas nostros reperiuntur fuisse. Nam ipse Socrates Atheniensis, magister omnium qui tunc maxime claruerunt, tenens in ea parte que moralis vel activa dicitur principatum, post eius dicitur in cronicis inveniri. Non multo post etiam Plato natus est, qui longe ceteros discipulos Socratis anteiret. Quibus si addamus etiam superiores, qui nondum philosophi vocabantur, septem scilicet sapientes, ac deinde physicos, qui Thaleti successerunt in perscrutanda natura rerum studium eius imitati, Anaximandrum scilicet et Anaximenem et Anaxagoram aliosque nonnullos, antequam Pitagoras se philosophum primus profiteretur, nec illi prophetas nostros universos totius antiquitate precedunt, quandoquidem Thales, post quem ceteri fuerunt, regnante Romulo eminuisse fertur, quando de fontibus Israel in eis litteris que toto orbe manarent prophetie flumen erupit. Soli igitur illi theologi poete, Orpheus, Linus, Museus, et si quis alius apud Grecos fuit, his prophetis Hebreis, quorum scripta in auctoritate habemus, annis reperiuntur priores. Sed nec ipsi verum theologum nostrum Moysen, qui unum verum deum veraciter predicavit, cuius nunc scripta in auctoritatis canone prima sunt, tempore prevenerunt; ac per hoc, quantum ad Grecos attinet, in qua lingua litterae huius seculi maxime ferbuerunt, nihil habent unde sapientiam suam iactent, qua religionem nostram, ubi vera sapientia est, si non superiorem, saltem videatur antiquiorem. Verum quod fatendum est, non quidem in Grecia sed in barbaris gentibus, sicut in Egipto, iam fuerat ante Moysen nonnulla doctrina, que eorum sapientia diceretur; alioquin non scriptum esset in libris sanctis Moysen eruditum fuisse omni sapientia Egiptiorum, tunc utique cum ibi natus et a filia Pharaonis adoptatus atque nutritus etiam liberaliter educatus est. Sed nec sapientia Egiptiorum sapientiam prophetarum nostrorum tempore antecedere potuit, quandoquidem et Abraham propheta fuit. Quid autem sapientie esse potuit in Egipto antequam eis Isis, quam mortuam tamquam deam magnam colendam putarunt, litteras traderet? Isis porro Inachi filia fuisse proditur, qui primus regnare cepit Argivis, quando Abrahe iam nepotes reperiuntur exorti.

Solutam captivitatem Iudeorum philosophi gentium reperit agnosci Pitagoras Socrates Plato et alii

licet quidam theologi poete scilicet Orpheus Linus Museus prophetas precesserit Moyses tamen omnes etate precessit et Abraham

Iam vero si longe antiquiora repetam, et ante illud grande diluvium noster erat utique Noe patriarcha, quem prophetam quoque non inmerito dixerim, siquidem ipsa archa quam fecit et in qua cum suis evasit prophetia nostrorum temporum fuit. c.xxxv Quid Enoch septimus ab Adam? Nonne etiam in canonica epistola pauli inde prophetasse predicatur? Quorum scripta ut et apud Iudeos et apud nos in auctoritate non essent, nimia fecit antiquitas, propter quam videbantur habenda esse suspecta, ne proferrentur falsa pro veris. Nam et proferuntur quedam que ipsorum esse dicantur ab eis qui pro suo sensu passim quod volunt credunt. Sed ea castitas canonis non recepit, non quod eorum hominum qui deo placuerunt reprobetur auctoritas, sed quod ista esse non credantur ipsorum. Nec mirum debet videri, quod

Quid Noe patriarcha ante diluvium prophetasse dicitur et Enoch septimus ab Adam etc.

suspecta venerunt, que sub tante antiquitatis nomine proferuntur. Quidam enim in ipsa historia regnum Iuda et regnum Israel, que res gestas eorum continet, de quibus eidem scripture canonice credimus, commemorantur plurima, que ibi non explicantur et in libris aliis inveniri dicuntur, quos prophete scripserunt, et alicubi eorum quoque prophetarum nomina non tacentur, nec tamen inveniuntur in canone quem recepit populus dei. Cuius rei fateor causam me latere, nisi quod existimo etiam ipsos quibus ea que in auctoritate religionis esse deberent sanctus utique spiritus revelabat, alia sicut homines historica diligentia, alia sicut prophetas inspiratione divina scribere potuisse. Atque hec ita fuisse distincta, ut illa tamquam ipsis, ista vero tamquam deo per ipsos loquenti iudicarentur esse tribuenda, ac sic illa pertinerent ad ubertatem cognitionis, hec ad religionis auctoritatem, in qua auctoritate custoditur canon. Preter quem iam si qua etiam sub nomine verorum prophetarum scripta proferuntur, nec ad ipsam copiam scientie valent, quoniam utrum eorum sint quorum esse dicuntur incertum est, et ob hoc eis non habetur fides, maxime his in quibus etiam contra fidem librorum canonicorum quedam leguntur, propter quod ea prorsus non esse apparet illorum.

De spiritu sancto dat varia dona aliis prophetiam aliis historiam aliis aliud

c. xxxvi. Non itaque credendum est, quod nonnulli arbitrantur, hebream tantum linguam per illum qui vocabatur heber, unde hebreorum vocabulum est, fuisse servatam atque inde pervenisse ad abraham, hebreas autem litteras a lege cepisse que data est per moysen, sed potius per illam successionem patrum memoratam linguam cum suis litteris custoditam. Denique moyses in populo dei constituit, qui docendis litteris preessent, priusquam divine legis ullas litteras nossent. Hos appellat scriptura grammatoisagogas, qui latine dici possunt litterarum inductores vel introductores, eo quod eas inducant quodam modo in corda discentium vel in eas potius ipsos quos docent.

c. xxxvii. Nulla igitur gens de antiquitate sue sapientie super patriarchas et prophetas nostros, quibus divina inerat sapientia, ulla se vanitate iactaverit, quando nec egyptus invenitur, que solet falso et inaniter de suarum doctrinarum antiquitate gloriari, qualicumque sapientia sua patriarcharum nostrorum tempore prevenisse sapientiam. Neque enim quisquam dicere audebit mirabilium disciplinarum eos peritissimos fuisse antequam litteras nossent, id est antequam ysis eo venisset easque ibi docuisset. Ipsa porro eorum memorabilis doctrina, que appellata est sapientia, quid erat nisi maxime astronomia et si quid aliud talium disciplinarum magis ad exercenda ingenia quam ad illuminandas vera sapientia mentes solet valere. Nam quod attinet ad philosophiam, que se docere profitetur aliquid unde fiant homines beati, circa tempora mercurii quem trismegiston vocaverunt in illis terris eiusmodi studia claruerunt, longe quidem ante sapientes vel philosophos grecie, sed tamen post abraham et ysaac et iacob et ioseph, nimirum etiam post ipsum moysen. Eo tempore quo moyses natus est fuisse reperitur atlans ille magnus astrologus, promethei frater, maternus avus mercurii maioris, cuius nepos fuit trismegistus iste mercurius.

Nulla gens de antiquitate sue sapientie super patriarchas et prophetas nostros gloriatur

De litterarum inventione tempore ysidis astronomia tempore mercurii trismegisti et eius tempore qui atlans dicitur

Frustra itaque vanissima presumptione garriunt quidam dicentes ex quo rationem syderum comprehendit egyptus amplius quam centum annorum milia numerari. In quibus enim libris istum numerum collegerunt, qui non multum ante annorum duo milia litteras magistra yside didicerunt? Non enim parvus auctor est in historia varro, qui hoc prodidit, quod a litterarum etiam divinarum veritate non dissonat. Cum enim ab ipso primo homine, qui est appellatus adam, nondum sex milia annorum compleantur, quomodo non isti ridendi potius quam refellendi sunt, qui de spacio temporum tam diversa et huic exploratae veritati tam contraria persuadere conantur? Cui enim melius narranti preterita credimus, quam qui etiam futura predixit, que presentia iam videmus? Nam et ipsa historicorum inter se dissonantia copiam nobis prebet, ut ei potius credere debeamus, que divine quam tenemus non repugnat historie.

Contra errores eorum qui dicunt ex quo ratione syderum comprehendit egyptus amplius quam C milia numerari. c. xxxviii

De prophetica auctoritate omni origine gentilis philosophie inventa antiquiore

Porro autem cives impie civitatis diffusi usquequaque per terras, cum legunt doctissimos homines, quorum nullius contempnenda videtur auctoritas, inter se de rebus gestis ab etatis nostre memoria remotissimis discrepantes, cui potius credere debeant non inveniunt. Nos vero in nostre religionis historia fulti auctoritate divina, quicquid ei resistit non dubitamus esse falsissimum, quomodolibet sese habeant cetera in secularibus litteris, que seu vera seu falsa sint, nichil momenti afferunt, quo recte beateque vivamus.

Ut autem iam cognitionem omittamus historie, ipsi philosophi, a quibus ad ista progressi sumus, qui non videntur laborasse in studiis suis, nisi ut invenirent quomodo vivendum esset ad beatitudinem capessendam, cur dissenserunt et a magistris discipuli et inter se condiscipuli, nisi quia ut homines humanis sensibus et humanis ratiocinationibus ista quesierunt? Ubi quamvis esse potuerit et studium gloriandi, quo quisque alio sapientior et acutior videri cupit nec sententie quodam modo addictus aliene, sed sui dogmatis et opinionis inventor, tamen ut nonnullos vel etiam plurimos eorum fuisse concedam, quos a suis doctoribus vel discendi sociis amor veritatis abruperit, ut pro ea certarent quam veritatem putarent, sive illa esset sive non esset, quid agit aut quo vel qua, ut

De philosophorum studiis invenit tam glorie et ad exercendum ingenia divina aut scientia est propter vitam beatam

ad beatitudinem quaeritur humana, si porrigit infelicitas, si divina non ducit auctoritas? Denique auctores nostri, in quibus non frustra sacrarum litterarum figitur et terminatur canon, absit ut inter se aliqua ratione dissentiant. Unde non inmerito cum illa scriberent, deum vel per eos locutum, non pauci in scolis atque gymnasiis litigiosis disputationibus garruli, sed in agris atque urbibus, cum doctis atque indoctis, tot tantique populi crediderunt. Ipsi sane pauci esse debuerunt, ne multitudine vilesceret quod religione carum esse oporteret; nec tamen ita pauci, ut eorum non sit miranda consensio. Neque enim in multitudine philosophorum, qui labore etiam litterario monumenta suorum dogmatum reliquerunt, facile quis invenerit, inter quos cuncta que senserit conveniant. Quod ostendere hoc opere longum est. Quis autem secte cuiuslibet auctor sic est in hac demonicola civitate approbatus, ut ceteri inprobarentur qui diversa et adversa senserunt? Nonne apud athenas et epycurei claruerunt, asserentes res humanas ad deorum curam non pertinere, et stoyci, qui contraria sentientes eas regi atque muniri diis adiutoribus atque tutoribus disputabant? Unde miror cur anaxagoras reus factus sit, quia solem esse dixit lapidem ardentem, negans utique deum, cum in eadem civitate gloria claruerit, floruerit epycurus, vixeritque securus, non solum solem vel ullum syderum deum esse non credens, sed nec iovem vel ullum deorum omnino in mundo habitare contendens, ad quem preces hominum supplicationesque perveniant. Nonne ibi aristippus in voluptate corporis summum bonum ponens, ibi antisthenes virtute animi potius hominem fieri beatum asseverans, duo philosophi nobiles et ambo socratici, in tam diversis atque inter se contrariis finibus vite summa locantes, quorum etiam fugiendam iste, administrandam ille sapienti dicebat esse rem publicam, et ad suam quisque sectam sectandam discipulos congregabat? Nempe palam in conspicua et notissima porticu, in gymnasiis, in hortulis, in locis publicis ac privatis, catervatim pro sua quisque opinione certabant. Alii asserentes unum, alii innumerabiles mundos; ipsum autem unum alii ortum esse, alii vero initium non habere; alii interiturum, alii semper futurum; alii mente divina, alii fortuito et casibus agi; alii inmortales esse animas, alii mortales, et qui inmortales, alii revolvi in bestias, alii nequaquam; qui vero mortales, alii mox interire post corpus, alii vivere etiam postea vel paululum vel diutius, non tamen semper; alii in corpore constituentes finem boni, alii in animo, alii in utroque, alii extrinsecus posita etiam bona ad animum et corpus addentes; alii sensibus corporis semper, alii nunquam putantes esse credendum: has et alias pene innumerabiles

Hec canones inter se non dissentiunt sicut secte philosophorum quia aliud epicurei et aliud stoyci intelligunt

De variis opinionibus diversorum philosophorum de mundo: alii unum dicebant et alii innumerabiles

dissensiones philosophorum quis unquam populus, quis senatus, que potestas vel dignitas publica inpie civitatis diiudicandas et alias probandas ac recipiendas, alias inprobandas repudiandasque curavit, ac non passim sine ullo iudicio confuseque habuit in gremio suo tot controversias hominum dissidentium, non de agris vel domibus vel quacumque pecuniaria ratione, sed de his rebus quibus aut misere vivitur aut beate? Ubi etsi aliqua vera dicebantur, eadem licentia dicebantur et falsa, prorsus ut non frustra talis civitas mysticum vocabulum babilonis acceperit. Babilon quippe interpretatur confusio, quod nos iam dixisse meminimus. Nec interest diaboli regis eius, quam contrariis inter se rixentur erroribus, quos merito multe varieque impietatis possidet.

De errore philosophorum etiam et contrarietate et de civitate babilon

At vero gens illa, ille populus, illa civitas, illa res publica, illi israhelite, quibus credita sunt eloquia dei, nullo modo pseudoprophetas cum veris prophetis parilitate licentie confuderunt, sed concordes inter se atque in nullo dissentientes sacrarum litterarum veraces ab eis agnoscebantur et tenebantur auctores. Ipsi erant philosophi, hoc est amatores sapientie, ipsi sapientes, ipsi theologi, ipsi prophete, ipsi doctores probitatis atque pietatis. Quicumque secundum illos sapuit et vixit, non secundum homines sed secundum deum, qui per eos locutus est, sapuit et vixit. Ibi si prohibitum est sacrilegium, deus prohibuit; si dictum est honora patrem et matrem tuam, deus iussit; si dictum est non mechaberis, non homicidium facias, non furaberis, et cetera huiusmodi, non hec ora humana, sed oracula divina fuderunt. Quicquid philosophi quidam inter falsa que opinati sunt verum videre potuerunt, et laboriosis disputationibus persuadere moliti sunt, quod mundum istum fecerit deus eumque ipse providentissimus administret, de honestate virtutum, de amore patrie, de fide amicitie, de bonis operibus atque omnibus ad mores probos pertinentibus rebus, quamvis nescientes ad quem finem et quonam modo essent ista omnia referenda, propheticis hoc est divinis vocibus, quamvis per homines, in illa civitate populo commendata sunt, non argumentationum concertationibus inculcata, ut non hominis ingenium sed dei eloquium contempnere eloquium contempnere formidaret qui illa cognosceret.

Concordia philosophorum in sacre scripture auctorum quibus dominus deus locutus est et de mundo et aliis

Has sacras litteras etiam unus ptholomeorum regum egipti nosse studuit et habere. cxxxix Nam post alexandri macedonis, qui etiam magnus cognominatus est, mirificentissimam minimeque diuturnam potentiam, qua universam asiam, immo iam pene totum orbem partim vi et armis, partim terrore subegerat, qui inter cetera orientis et iudeam ingressus obtinuit, eo mortuo comites eius cum regnum illud amplissimum non pacifice inter se possessuri

De ptolomeo egipto alexandro macedone eius successoribus pace fere perturbatis et in primo lagi filius qui iudeos captivos duxit in egiptum

diu fuissent sed potius dissipassent bellis ac vastatione, ptolomeos reges habere cepit egiptus, quorum primus lagi filius multos ex iudea captivos in egiptum transtulit. Huic autem succedens alius ptolomeus qui est appellatus philadelphus omnes quos ille adduxerat sub iugo liberos redire permisit. Insuper et dona regia in templum dei misit, petivitque ab eleazaro tunc pontifice dari scripturas, quas profecto audierat fama predicante divinas, et ideo concupierat habere in bibliotheca, quam nobilissimam fecerat. Has ei cum idem pontifex misisset hebreas, post ille etiam interpretes postulavit, et dati sunt lxxii de singulis xii tribubus seni homines, lingue utriusque doctissimi, hebree scilicet atque grece, quorum interpretatio ut lxx vocetur iam obtinuit consuetudo. Traditur sane tam mirabilem ac stupendum planeque divinum in eorum verbis fuisse consensum, ut cum ad hoc opus separatim singuli sederint (ita enim eorum fidem ptholomeo regi placuit explorare) in nullo verbo quod idem significaret et tantumdem valeret vel in verborum ordine alter ab altero discreparet, sed tamquam si unus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt unum erat, quoniam revera spiritus erat unus in omnibus. Et ideo tam mirabile dei munus acceperant, ut illarum scripturarum non tamquam humanarum sed sicut erant tamquam divinarum etiam isto modo commendaretur auctoritas, credituris quandoque gentibus profutura, quod iam videmus effectum.

c xlii. Nam cum fuerint et alii interpretes qui ex hebrea lingua in grecam sacra illa eloquia transtulerunt, sicut aquila, symachus, theodotion, sicut etiam illa est interpretatio, cuius auctor non apparet et ob hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur, hanc tamen que lxx est tamquam sola esset sic recepit ecclesia, eaque utuntur greci populi christiani, quorum plerique utrum alia sit aliqua ignorant. Ex hac lxx interpretatione etiam in latinam linguam interpretatum est quod ecclesie latine tenent, quamvis non defuerit temporibus nostris presbyter ieronimus, homo doctissimus et omnium trium linguarum peritus, qui non ex greco sed ex hebreo in latinum eloquium easdem scripturas converterit. Sed eius tam litteratum laborem quamvis iudei fateantur esse veracem, lxx vero interpretes in multis errasse contendant, tamen ecclesie christi tot hominum auctoritati ab eleazaro tunc pontifice ad hoc tantum opus electorum neminem iudicant preferendum, quia et si non in eis unus apparuisset spiritus sine dubitatione divinus, sed inter se verba interpretationis sue lxx docti more hominum contulissent, ut quod placuisset omnibus hoc maneret, nullus eis unus interpres debuit anteponi. Cum vero tantum in eis signum divinitatis apparuit, profecto quisquis alius illarum scripturarum ex hebrea in quamlibet aliam linguam interpres est verax, aut congruit illis lxx interpretibus, aut si non congruere videtur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. Spiritus enim qui in prophetis erat quando illa dixerunt, idem ipse erat etiam in lxx viris quando illa interpretati sunt, qui profecto auctoritate divina et aliud dicere potuit, tamquam propheta ille utrumque dixisset, quia utrumque idem spiritus diceret, et hoc ipsum aliter, ut si non eadem verba, idem tamen sensus bene intelligentibus dilucesceret, et aliquid pretermittere et aliquid addere, ut etiam hinc ostenderetur non humanam fuisse in illo opere servitutem, quam verbis debebat interpres, sed divinam potius potestatem, que mentem replebat et regebat interpretis. Nonnulli autem codices grecos interpretationis lxx ex hebreis codicibus emendandos putarunt, nec tamen ausi sunt detrahere quod hebrei non habebant et lxx posuerunt, sed tantummodo addiderunt que in hebreis inventa apud lxx non erant, eaque signis quibusdam in stellarum modum factis ad capita eorundem versuum notaverunt, que signa asteriscos vocant. Illa vero que non habent hebrei, habent autem lxx, similiter ad capita versuum iacentibus virgulis sicut scribuntur uncie signaverunt. Et multi codices has notas habentes usquequaque diffusi sunt et latini. Que autem non pretermissa vel addita sed aliter dicta sunt, sive alium sensum faciant etiam ipsum non abhorrentem, sive alio modo eundem sensum explicare monstrentur, nisi utrisque codicibus inspectis nequeunt reperiri. Si ergo ut oportet nihil aliud intueamur in scripturis illis nisi quid per homines dixerit dei spiritus, quidquid est in hebreis codicibus et non est apud interpretes lxx, noluit ea per istos sed per illos prophetas dei spiritus dicere. Quidquid vero est apud lxx, in hebreis autem codicibus non est, per istos ea maluit quam per illos idem spiritus dicere, sic ostendens utrosque fuisse prophetas. Isto enim modo alia per ysayam, alia per ieremiam, alia per alium aliumque prophetam, vel aliter eadem per hunc ac per illum dixit, ut voluit. Quidquid porro apud utrosque invenitur, per utrosque dicere voluit unus atque idem spiritus, sed ita ut illi precederent prophetando, isti sequerentur prophetice illos interpretando, quia sicut in illis vera et concordantia dicentibus unus pacis spiritus fuit, sic et in istis non secum conferentibus et tamen tamquam ore uno cuncta interpretantibus idem spiritus unus apparuit.

Sed ait aliquis: Quomodo sciam quid ionas propheta dixerit ninivitis, utrum triduum et ninive evertetur, an xl dies? (c xliii) Quis enim non videat non potuisse utrumque tunc dici a propheta, qui missus fuerat terrere comminatione imminentis exitii civitatem? Cui si tertio die futurus erat interitus, non utique xl die; si autem xl, non utique tertio. Si ergo a me queritur quid horum ionas dixerit, hoc puto potius quod legitur in hebreo: xl dies et ninive evertetur. lxx quippe longe posterius interpretati aliud dicere potuerunt, quod tamen ad rem pertineret et in unum eundemque sensum quamvis sub altera significatione concurreret.

Marginal notes (red):

De lxx interpretibus quos ptolomeus philadelphus ab eleazaro vocavit

De lxx interpretibus et quod ipsi diminuisse et variis eadem vel in eisdem verbis varietatem sunt

Translatores sacre scripture: lxx, ieronimus, aquila, symachus, theodotion, quinta editio

Intuendum est quid spiritus sanctus per homines dixit: aliud per ysayam, aliud per ieremiam

Quo intelligitur ubi ionas propheta dixit ninive triduum an xl dies, cum utrumque reperiatur

admonetque lectorem utraque auctoritate non spreta ad historiam sese attollere ad ea requirenda propter que significanda historia ipsa conscripta est. Gesta sunt quippe illa in Nineue ciuitate sed aliquid etiam significauerunt quod modum illius ciuitatis excedat, sicut gestum est quod ipse propheta in uentre ceti triduo fuit et tamen aliud significauit in profundo inferi triduo futurum qui dominus est omnium prophetarum. Quapropter si illa ciuitate recte accipitur ecclesia gentium prophetice figurata, euersa scilicet per penitentiam ut qualis fuerat iam non esset, hoc ipsum per Christum factum est in ecclesia gentium cuius illa Nineue figuram gerebat. Siue per xl. dies siue per triduum, idem ipse est Christus ^ per xl. scilicet qui tot dies peregit cum discipulis suis post resurrectionem et ascendit in celum, per triduum uero quia die tercio resurrexit, tamquam lectorem nichil aliud quam historie rerum gestarum inherere cupientem de sompno excitauerint lxx interpretes idemque prophete ad perscrutandam altitudinem prophetie et quodammodo dixerint: in xl. diebus ipsum quere in quo et triduum poteris inuenire: illud in ascensione, hoc in eius resurrectione reperies. Propter quod utroque numero significari conuenientissime potuit, quorum unum per Ionam prophetam, alterum per lxx interpretum prophetiam, tamen unus atque idem spiritus dixit. Longitudinem fugio ut non hec per multa demonstrem in quibus ab hebraica ueritate putantur lxx interpretes discrepare et bene intellecta inueniuntur esse concordes. Unde etiam ego pro meo modulo uestigia sequens apostolorum, quia et ipsi ex utrisque, id est ex hebreis et lxx, testimonia prophetica posuerunt, respondendo ^ utraque una atque diuina est. Sed iam que restant ut possumus exequamur.

[margin:] ʌ significatus

[margin:] ʌ utraque auctoritate utendum putaui quoniam

Quod post instaurationem templi prophetis Iudei hic destiterint et exinde usque ad natiuitatem Christi continuis aduersitatibus sint afflicti ut probaretur alterius templi edificationem propheticis uocibus fuisse promissam. c. xlv

Postea quam gens iudea cepit non habere prophetas, procul dubio ^ facta est, eo scilicet tempore quo se sperabat instaurato templo post captiuitatem que fuit in Babilonia futuram esse meliorem. Sic quippe intelligebat populus ille carnalis quod prenuntiatum est per Aggeum prophetam dicentem: Magna est gloria domus istius nouissime plus quam prime. Quod de nouo testamento dictum est paulo superius demonstraui, ubi ait aperte Christum promittens: Et mouebo inquit omnes gentes et ueniet desideratus cunctis gentibus. Quo loco lxx interpretes alium sensum magis cor-pori quam capiti, hoc est magis ecclesie quam Christo conuenientem prophetica auctoritate dixerunt: Venient que electa sunt domini de cunctis gentibus, id est homines de quibus ipse Ihesus in euangelio: Multi inquit uocati, pauci uero electi. Talibus enim electis gentium domus edificatur dei

[margin:] deterior

[margin:] pori

[side note:] De restauratione templi post reditum a captiuitate babilonis in Christo intelligendum est de nouo testamento et de Christo ut Aggeus ait Magna erit gloria

[below:] [illegible]

testamenti nouum lapidibus uiuis longe gloriosior quam templum illud fuit quod a rege Salomone constructum est et post captiuitatem instauratum. Propter hoc ergo nec prophetas ex illo tempore habuit illa gens et multis cladibus afflicta est ab alienigenis regibus ipsisque Romanis, ne hanc Aggei prophetiam in illa instauratione templi opinaretur impletam. Non multo post enim adueniente Alexandro subiugata est, quando etsi nulla est facta uastatio, quoniam non sunt ei ausi resistere et ideo placatum facillime subditi receperunt, non erat tamen gloria tanta domus illius quanta fuit in suorum regum libera potestate. Hostias sane Alexander immolauit in dei templo, non ad eius cultum uera pietate conuersus, sed impia uanitate cum diis eum falsis colendum putans. Deinde Ptolomeus Lagi filius, quod supra memoraui, post Alexandri mortem captiuos inde in Egiptum transtulit, quos eius successor Ptolomeus Philadelphus beniuolentissime inde dimisit, per quem factum est quod paulo ante narraui ut lxx interpretum scripturas haberemus. Deinde contriti bellis que in Machabeorum explicantur libris. Post hec capti a rege Alexandrie Ptolomeo qui est appellatus Epyphanes. Inde ab Anthiocho rege Syrie multis et grauissimis malis ad ydola colenda compulsi, templumque ipsum repletum sacrilegis superstitionibus gentium, quod tamen dux eorum strenuissimus Iudas, qui etiam Machabeus dictus est, Antiochi ducibus pulsis ab omni illa ydolatrie contaminatione mundauit. Non autem multo post Alchimus quidam per ambitionem cum a genere sacerdotali esset alienus, quod nephas erat, pontifex factus est. ^ In quibus eis tamen pax non fuit ^ quamuis aliqua et prospere gesserint, primus apud eos Aristobolus assumpto dyademate et rex et pontifex factus est. Antea quippe ex quo de Babilonie captiuitate reuersi sunt templumque instauratum est, non reges sed duces uel principes habuerunt, quamuis et qui rex est possit dici princeps a principatu imperandi et dux eo quod sit dux exercitus, sed non continuo quicumque principes uel duces sunt et reges dici possunt, quod iste Aristobolus fuit. Cui successit Alexander et ipse rex et pontifex qui crudeliter in suos regnasse traditur. Post hunc uxor eius Alexandra regina Iudeorum fuit, ex cuius tempore deinceps mala sunt secuta grauiora. Filii quippe huius Alexandri, Aristobolus et Hircanus, inter se de imperio dimicantes uires aduersus israeliticam gentem prouocauere Romanas. Hircanus namque ab eis contra fratrem poposcit auxilium. Tunc iam Roma subiugauerat Greciam, Affricam subiugauerat, lateque etiam aliis orbis partibus imperans tamquam se ipsam non ualens ferre sua se quodammodo magnitudine fregerat. Peruenerat

[side note:] Deficientibus prophetis apud iudeos Alexander et Ptolomeus Lagi filius subiungitur

[margin:] ʌ Hinc etiam post [illegible] ferme [illegible]

[side note:] De malis illatis iudeis peccatis suis exigentibus scilicet quid fecerit eis Epyphanes Antiochus rex Syrie tempore Machabeorum et Alchimus et Aristobolus et Alexandro

quippe ad seditiones domesticas graves, atque inde ad bella socialia, moxque civilia, tantumque se comminuerat, ut ei mutandus esset rei publice status, Pompeyus ergo populi Romani preclarissimus princeps Judeam cum exercitu ingressus, civitatem capit, templum reserat, non devotione supplicis, sed jure victoris, et ad sancta sanctorum, quo nisi summum sacerdotem non licebat intrare, non ut venerator sed ut prophanator accessit. Confirmatoque Hircano pontificatu, et subiugate genti imposito custode Antipatro, quos tunc procuratores vocabant, Ex illo Judei et tributarii Romanorum esse ceperunt. Postea Cassius et templum expoliavit. Deinde post paucos annos, etiam Herodem alienigenam Regem habere meruerunt, quo regnante natus est Christus. Iam enim venerat plenitudo temporis significata prophetico spiritu per os patriarche Jacob, ubi ait: Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est, et ipse erit expectatio gentium. Non ergo defuit Judeorum principes ex Judeis usque ad istum Herodem, quem primum acceperunt alienigenam regem.

et attriverat

quod regem regibus iunxit

vinctum secum Aristobulum ducit

c. xliiii

De afflictione Pompeyo, Antipatro, Cassio, Herode alienigena rege, quo regnante natus Christus

Tempus ergo iam erat ut veniret ille, cui repositum erat quod novo promissum est testamento, ut ipse esset expectatio gentium. Fieri autem non posse ut expectarent eum gentes venturum, sicut eum cernimus expectari ut veniat ad faciendum judicium in claritate potentie, nisi prius in eum crederent, cum venit ad faciendum judicium in humilitate patientie. Regnante ergo Herode in Judea, apud Romanos autem iam mutato rei publice statu, imperante Cesare Augusto, et per eum orbe pacato, natus est Christus secundum precedentem prophetiam in Bethleem Jude, homo manifestus ex homine virgine, deus occultus ex deo patre. Sic enim propheta predixerat: Ecce virgo concipiet in utero et pariet filium et vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum nobiscum deus. Qui ut in se commendaret deum, miracula multa fecit, ex quibus quedam, quantum ad eum predicandum satis esse visum est, scriptura evangelica continet. Quorum primum est, quod cum suo resuscitato a mortuis corpore ascendit in celum. Judei autem qui eum occiderunt et in eum credere noluerunt, quia oportebat eum mori et resurgere, vastati infelicius a Romanis, funditusque a suo regno, ubi iam eis alienigene dominabantur, eradicati, dispersi per terras, quando quidem ubique non desunt, per scripturas suas testimonio nobis sunt prophetias nos non finxisse de Christo, quas plurimi eorum considerantes, et ante passionem et maxime post eius resurrectionem crediderunt in eum, de quibus predictum est: Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquie salve fient. Ceteri vero excecati sunt, de quibus predictum est: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum et in retributionem et scandalum; obscurentur oculi eorum ne videant, et dorsum illorum semper incurva. Proinde cum scripturis nostris non credunt, complentur in eis sue, quas ceci legunt. Nisi forte quis dixerit illas prophetias christianos finxisse de Christo, que Sibille nomine proferuntur, vel aliorum, si que sunt, que non pertinent ad populum Judeorum. Nobis quidem ille sufficiunt, que de nostrorum inimicorum codicibus proferuntur, quos agnoscimus propter hoc testimonium, quod nobis inviti perhibent eosdem codices habendo atque servando, per omnes gentes etiam ipsos dispersos, quaqueversum Christi ecclesia dilatatur. Nam prophetia in psalmis, quos legunt, etiam de hac re premissa est, ubi scriptum est: Deus meus, misericordia eius preveniet me. Deus meus demonstravit mihi in inimicis meis, ne occideris eos, nequando obliviscantur legem tuam; disperge illos in virtute tua. Demonstravit ergo deus ecclesie in inimicis Judeis gratiam misericordie sue, quoniam sicut dicit apostolus, delictum illorum salus est gentibus. Et ideo non eos occidit, id est non in eis perdidit quod sunt Judei, quamquam a Romanis fuerint devicti et oppressi, ne obliti legem dei, ad hoc de quo agimus testimonium nihil valerent. Ideo parum fuit ut diceret: Ne occideris eos, nequando obliviscantur legem tuam, nisi adderet: et disperge illos; quoniam si cum isto testimonio scripturarum in sua tantummodo terra, non ubique essent, profecto ecclesia que ubique est eos prophetiarum que de Christo premisse sunt testes in omnibus gentibus habere non posset.

quod tam mirabiliter natus est, ultimum autem

Regnante Herode apud Judeos et Cesare Augusto apud Romanos est Christus natus secundum multas prophetias

Judei a Romanis occisi sunt et exterminati quia Christum occiderunt et non de prophetia Sibille

c. xliiii

Quapropter quisquis alienigena, id est non ex Israel progenitus nec ab illo populo in canone sacrarum litterarum receptus, legitur aliquid prophetasse de Christo, si in nostram notitiam venit aut venerit, ad cumulum a nobis commemorari potest; non quo necessarius sit etiam si desit, sed quia non incongrue creditur fuisse et in aliis gentibus homines, quibus hoc misterium revelatum est, quibus hoc etiam predicere impulsi sunt, sive participes eiusdem gratie fuerunt, sive expertes, sed per malos angelos docti sunt, quos etiam presentem Christum, quem Judei non agnoscebant, scimus fuisse confessos. Nec ipsos Judeos existimo audere contendere neminem pertinuisse ad deum preter Israelitas, ex quo propago Israel cepit reprobato eius fratre maiore. Populus enim revera, qui proprie dei populus diceretur, nullus alius fuit; homines autem quosdam non terrena sed celesti societate ad veros Israelitas, superne cives patrie, pertinentes etiam in aliis gentibus fuisse, negare non possunt, quia si negant, facillime convincuntur de sancto et mirabili viro Job, qui nec indigena nec proselitus, id est advena populi Israel fuit, sed ex gente Idumea genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus est, qui divino sic laudatur eloquio, ut quod ad iustitiam pietatemque attinet, nullus ei homo suorum temporum coequetur. Que tempora eius quamvis non inveniamus in cronicis, colligimus tamen ex libro eius, quem sui

Delictum Judeorum salus est gentibus, qui destructio unius consensus constructio est alterius

De sancto viro Job, qui nec indigena nec proselitus, id est advena populi Israel, sed ex gente Idumea genus duxit, et tamen sanctus deum cognoscere per alias gentes rep

L

nus/ sicut in quadam translatione reperimus/ tertia generatione posteriorem fuisse quam Israel/ divinitus provisum fuisse non dubito/ ut ex hoc uno sciremus etiam per alias gentes esse potuisse/ qui secundum Deum vixerunt eique placuerunt pertinentes ad spiritualem Jherusalem/ Quod nemini concessum fuisse credendum est/ nisi cui divinitus revelatus est unus mediator Dei et hominum homo Christus Jhesus/ qui venturus in carne sic antiquis sanctis prenuntiabatur/ quemadmodum nobis venisse nuntiatus est/ ut una eademque per ipsum fides omnes in Deum predestinatos perducat ad Dei civitatem/ Dei domum/ Dei templum/ Sed quecumque aliorum prophetie de Dei per Christum Jhesum gratia proferuntur/ possunt putari a Christianis esse conficte/ Ideo nichil est firmius ad convincendos quoslibet alienos/ si de hac re contenderint/ nostrosque faciendos si recte sapuerint/ quam ut divina de Christo predicta ea proferantur/ que in Judeorum scripta sunt codicibus/ quibus avulsis de sedibus propriis/ et propter hoc testimonium toto orbe dispersis/ usquequaque crevit ecclesia Christi/ Hec domus Dei maioris est glorie quam fuerat illa prima/ lignis et lapidibus ceterisque preciosis rebus/ metallisque constructa/

Prophetiam Aggei qua dixit maiorem futuram gloriam domus Dei quam prima fuisse non in re edificatione templi sed in ecclesia Christi esse completam. c.xlv.

Non itaque Aggei prophetia in templi illius instauratione completa est/ Nam ex quo est instauratum/ numquam ostenditur habuisse tantam gloriam/ quantam habuit tempore Salomonis/ ymo potius ostenditur primitus cessatione prophetie fuisse domus illius diminuta/ deinde ipsius gentis cladibus tantis usque ad ultimum excidium/ quod factum est a Romanis/ sicut ea que supra sunt commemorata testantur/ Hec autem domus ad novum pertinens testamentum/ tanto utique maioris est glorie/ quanto meliores sunt lapides vivi/ quibus credentibus renovatisque construitur/ Sed ideo per instaurationem templi illius significata est/ quia ipsa renovatio illius edificii significat eloquio prophetico alterum testamentum/ quod appellatur novum/ Quod ergo Deus dixit per memoratam prophetiam/ Et dabo pacem in loco isto/ per significantem locum/ ille qui eo significatur intelligendus est/ ut quia illo loco instaurato significata est ecclesia/ que fuerat edificanda per Christum/ nichil aliud accipiatur quod dictum est/ Dabo pacem in loco isto/ nisi in loco quem significat locus iste/ quoniam omnia significantia videntur quodammodo earum rerum quas significant sustinere personas/ sicut dictum est ab apostolo/ Petra erat Christus/ quoniam petra illa de qua hoc dictum est/ significabat utique Christum/ Maior est itaque gloria domus illius novi testamenti quam domus prioris veteris testamenti/ et tunc apparebit maior cum dedicabitur/ Tunc enim veniet desideratus cunctis gentibus sicut legitur in hebreo/ Nam prior eius adventus nondum erat desideratus omnibus gentibus/ Non enim sciebant quem desiderare deberent/ in quem non crediderant/ Tunc etiam secundum lxx interpretes/ quia et ipse propheticus sensus est/ Veniet que electa sunt Domini de cunctis gentibus/ Tunc enim vere non venient nisi electa/ de quibus dicit apostolus/ Sicut elegit nos in Christo ante mundi constitutionem/ Ipse quippe architectus qui dixit/ Multi vocati/ pauci vero electi/ non de hiis qui vocati sic venerunt ut de convivio pellerentur/ sed de electis demonstraturus est edificatam domum/ que nullam deinceps formidabit ruinam/ Nunc autem quando et hii replent ecclesias/ quos tamquam in area ventilatio separabit/ non apparet tanta gloria domus huius/ quanta tunc apparebit/ quando quisquis ibi erit/ semper erit/ c.xlvi

In hoc ergo seculo maligno/ in hiis diebus malis/ ubi per humilitatem presentem futuram comparat ecclesia celsitudinem et timorum stimulis/ dolorum tormentis/ laborum molestiis/ temptationum periculis eruditur/ sola spe gaudens/ quando sanum gaudet/ multi reprobi miscentur bonis/ et utrique tamquam in sagenam evangelicam colliguntur/ et in hoc mundo tamquam in mari utrique inclusi retibus indiscrete natant/ donec perveniatur ad litus/ ubi mali segregentur a bonis/ et in bonis tamquam in templo suo sit Deus omnia in omnibus/ Proinde vocem nunc agnoscimus eius impleri/ qui loquebatur in psalmo et dicebat/ Annuntiavi et locutus sum/ multiplicati sunt super numerum/ Hoc fit nunc/ ex quo primum per os precursoris sui Johannis/ deinde per os proprium annuntiavit et locutus est dicens/ Agite penitentiam/ appropinquabit enim regnum celorum/ Elegit discipulos quos et apostolos nominavit/ humiliter natos/ inhonoratos/ illitteratos/ ut quidquid magni essent et facerent/ ipse in eis esset et faceret/ Habuit inter eos unum/ quo malo utens bene/ et sue passionis impleret dispositum/ et ecclesie sue tolerandorum malorum preberet exemplum/ Seminato quantum per eius oportebat presentiam corporalem sancto evangelio/ passus est/ mortuus est/ resurrexit/ passione ostendens quid sustinere pro veritate/ resurrectione quid sperare in eternitate debeamus/ excepta altitudine sacramenti/ qua sanguis eius in remissionem fusus est peccatorum/ Conversatus est in terra xl dies cum discipulis suis/ atque ipsis videntibus ascendit in celum/ et post dies x misit promissum Spiritum sanctum/ cuius venientis in eos qui crediderant/ tunc signum erat maximum et maxime necessarium/ ut unusquisque eorum linguis omnium gentium loqueretur/ ita significans unitatem catholice ecclesie per omnes gentes futuram/ ac sic omnibus locuturam/ Deinde secundum illam prophetiam/ Ex Syon lex prodiet/ et verbum Domini ex Jherusalem/ et secundum ipsius Domini Christi predicta/ ubi post resurrectionem stupentibus eum discipulis suis aperuit sensum/ ut intelligerent scripturas/ et dixit eis/ quoniam sic scriptum est/ et sic oportebat Christum pati et resurgere

Quod Aggei prophetia in templi restauratione non fuit completa sed in novo testamento quod est maioris glorie impleta est

Quod maior est gloria domus novi testamenti quam domus prioris veteris ubi dicitur veniet desideratus cunctis gentibus

Impleta esse nunc videmus que dicta sunt per os Johannis precursoris et nunc per os Domini penitentiam agite

Deo quod lege propheticis natus passus mortuus resurrexit oportebat Christum pati et resurgere

a mortuis tertio die, et predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus a Ierusalem. Et ubi rursus eis de adventu eius novissimo requirentibus respondit atque ait: Non est vestrum scire tempora vel momenta, que pater posuit in sua potestate; sed accipietis virtutem spiritus sancti supervenientem in vos, et eritis mihi testes in Ierusalem et in totam Iudeam et Samariam usque in fines terre. Primum se ab Ierusalem diffudit ecclesia; et cum in Iudea atque Samaria plurimi credidissent, et in alias gentes seminatum est, eis annuntiantibus evangelium, quos ipse sicut luminaria et aptaverat verbo et accenderat spiritu sancto. Dixerat enim eis: Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Qui ut frigidi timore non essent, igne caritatis ardebant. Denique non solum per ipsos, qui eum et ante passionem et post resurrectionem viderant et audierant, verum etiam et post obitum eorum inter horrendas persecutiones et varios cruciatus ac funera martyrum predicatum est toto orbe evangelium, contestante deo signis et ostentis et variis virtutibus et spiritus sancti muneribus, ut populi gentium credentes in eum, qui pro eorum redemptione crucifixus est, christiano amore venerarentur sanguinem martyrum, quem diabolico furore fuderunt, ipsique reges, quorum legibus vastabatur ecclesia, ei nomini salubriter subderentur, quod de terra crudeliter auferre conati sunt, et falsos deos inciperent persequi, quorum causa cultores dei veri fuerant ante persecuti. Videns autem diabolus templa demonum deseri et in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum, hereticos movit, qui sub vocabulo christiano doctrine resisterent christiane, quasi possent indifferenter sine ulla correptione haberi in civitate dei, sicut civitas confusionis indifferenter habuit philosophos inter se diversa et adversa sentientes. Qui ergo in ecclesia Christi morbidum aliquid pravumque sapiunt, si correpti, ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, heretici fiunt et foras exeuntes habentur in exercentibus inimicis. Etiam sic quippe veris illis catholicis membris Christi malo suo prosunt, dum deus utitur et malis bene, et diligentibus eum omnia cooperantur in bonum. Inimici enim omnes ecclesie, quolibet errore cecentur vel malitia depraventur, si accipiunt potestatem corporaliter affligendi, exercent eius patientiam; si tantummodo male sentiendo adversantur, exercent eius sapientiam; ut autem et inimici diligantur, exercent eius benivolentiam aut etiam beneficentiam, sive suadibili doctrina cum eis agatur sive terribili disciplina. Ac per hoc diabolus princeps impie civitatis adversus peregrinantem in hoc mundo civitatem dei vasa propria commovendo nihil ei nocere permittitur. Cui procul dubio et rebus prosperis consolatio, ut non frangatur adversis, et rebus adversis exercitatio, ut non corrumpatur prosperis, per divinam providentiam procuratur, atque ita utrumque abalterutro temperatur, ut in psalmo illam vocem non aliunde cognoscamus exortam: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue iocundaverunt animam meam. Hinc est et illud apostoli: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Nam et id quod ait idem doctor: Quicumque volunt in Christo pie vivere, persecutionem patiuntur, nullis putandum est deesse posse temporibus. Quia et cum ab eis, qui foris sunt, non seviri videtur et est tranquillitas et revera est plurimum consolationis afferens, maxime infirmis, non tamen desunt, immo multi sunt intus, qui corda pie viventium suis perditis moribus cruciant, per quos blasphematur christianum et catholicum nomen; quod quanto carius est eis, qui volunt pie vivere in Christo, tanto magis dolent, quod per malos intus positos fit, ut minus quam piorum mentes desiderant diligatur. Ipsi quoque heretici cum cogitantur habere nomen, quod quanto carius est eis qui volunt pie vivere in Christo tanto magis dolent quod per malos intus positos fit ut minus quam piorum mentes desiderant diligatur. Ipsi quoque heretici cum cogitantur habere nomen et sacramenta christiana et scripturas et professionem, magnum dolorem faciunt in cordibus piorum, quia et multi volentes esse christiani propter eorum dissensiones hesitare coguntur, et multi maledici etiam in his inveniunt materiam blasphemandi christianum nomen, quia et ipsi quoquo modo christiani appellantur. His atque huiusmodi pravis moribus et erroribus hominum persecutionem patiuntur, qui volunt in Christo pie vivere, etiam nullo infestante neque vexante corpus illorum; patiuntur quippe hanc persecutionem non in corporibus sed in cordibus. Unde illa vox est: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo; non enim ait: in corpore meo. Sed rursus quoniam cogitantur immutabilia divina promissa, et quod ait apostolus: Novit dominus qui sunt eius; quos enim prescivit et predestinavit conformes imaginis filii sui, ex eis perire nullus potest; ideo sequitur in illo psalmo: Consolationes tue letificaverunt animam meam. Dolor autem ipse, qui fit in cordibus piorum, quos persequuntur mores christianorum malorum sive falsorum, prodest dolentibus, quoniam de caritate descendit, qua eos perire nolunt nec impedire aliorum salutem. Denique magne consolationes fiunt etiam de correctionibus eorum, que piorum animas tanta iocunditate perfundunt, quantis doloribus de sua perditione cruciaverant. Sic in hoc seculo, in his diebus malis, non solum a tempore corporalis presentie Christi et apostolorum eius, sed ab ipso Abel, quem primum iustum impius frater occidit, et deinceps usque in huius seculi finem inter persecutiones mundi et consolationes dei peregrinando procurrit ecclesia. Proinde ne illud quidem temere puto esse dicendum sive credendum, quod nonnullis visum est vel videtur, non amplius ecclesiam

Marginal notes:

vel momenta

c xlvi

c xlvii

per posteros eorum

Quid sit dictum Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere

c xlviii

Postquam dyabolus vidit templa ydolorum deorum deseri suscitavit hereticos sub vocabulo christiano

ita

Verba apostoli Quicumque volunt in Christo pie vivere persecutionem patiuntur quomodo intelligenda sint

Verba apostoli de presentia Novit dominus qui sunt eius quos enim prescivit et predestinavit etc.

c xlix

L

passuram persecutiones usque ad tempus antixpi quot iam passa est id est decima ut undecima eademque novissima sit ab antixpo. Primam quippe computant a Nerone que facta est secundam a Domitiano a Traiano tertiam Quartam ab Antonino a Severo quintam sextam a Maximino a Decio septimam octavam a Valeriano ab Aureliano nonam decimam a Dyocleciano et Maximiano. Plagas enim egiptiorum quoniam x fuerunt antequam exire inde inciperet populus dei putant ad hunc intellectum esse referendas et novissima antixpi persecutio similis videatur undecime plage qua egiptii dum hostiliter sequerentur hebreos in mari rubro populo dei per siccum transeunte perierunt. Sed ego illas res gestas persecutiones prophetice significatas esse non arbitror quamvis ab eis qui hoc putant exquisite et ingeniosa illa singula hiis singulis comparata videantur non prophetico spiritu sed coniectura mentis humane que aliquando ad verum pervenit aliquando fallitur. Quid enim qui hoc senciunt dicturi sunt de persecutione qua ipse dominus crucifixus est in quo eam numero posituri. Si autem hac non existimant computandam tamquam ille numerande sint que ad corpus pertinent non qua ipsum caput est appetitum et occisum quid agent de illa que postea quam xpus ascendit in celum ierosolimis facta est ubi beatus stephanus lapidatus est ubi Jacobus frater Johannis gladio trucidatus apostolus petrus ut occideretur inclusus et per angelum liberatus ubi fugati atque dispersi fratres ubi saulus qui postea paulus factus est vastabat ecclesiam ubi ipse quoque iam fidem quam persequebatur evangelizans qualia faciebat est passus per iudeam sive per alias gentes quaqua versum xpm ferventissimus predicabat. Cur ergo eis a Nerone videtur ordiendum cum ad Neronis tempora inter atrocissimas persecutiones de quibus nimis longum est cuncta dicere ecclesia crescendo pervenerit. Quod si a regibus factas persecutiones existimant esse debere numerandas rex fuit herodes qui etiam post ascensum domini gravissimam fecit. Deinde quid respondent etiam de Juliano quem non numerant in decem. An ipse non est ecclesiam persecutus qui xpianos liberales litteras docere et discere vetuit. Sub quo valentinianus maior qui post eum tertius imperator fuit fidei xpiane confessor extitit militiaque privatus est. Ut omittam que apud antiochiam facere ceperat ubi unius fidelissimi et constantissimi iuvenis qui multis ut torquerentur apprehensis per totum diem primus est tortus inter ungulas cruciatusque psallentis libertatem atque hylaritatem miratus horruisset ut in ceteris deformius erubescere timuisset. Postremo nostra memoria valens supradicti valentiniani frater arrianus nonne magna persecutione per orientis partes catholicam vastavit ecclesiam. Quale est autem non considerare ecclesiam per totum mundum fructificantem atque crescentem posse in aliquibus gentibus persecutionem pati a regibus et quando talis non patitur nisi forte non est persecutio computanda quando rex gothorum in ipsa gothia persecutus est xpianos crudelitate mirabili cum ibi non essent nisi catholici quorum plurimi martirio coronati sunt sicut a quibusdam fratribus qui tunc illic pueri fuerant et se ista vidisse incunctanter recordabantur audivimus. Quid modo in perside. Nonne ita in xpianos ferbuit persecutio si tamen iam quievit ut fugientes inde nonnulli usque ad romana oppida pervenirent. c.l.

Hec atque huiusmodi cogitanti mihi non videtur esse diffiniendus numerus persecutionum quibus exerceri oportet ecclesiam. Sed rursus affirmare aliquas futuras a regibus preter illam novissimam de qua nullus ambigit xpianus non minoris est temeritatis. Itaque hoc in medio relinquimus neutram partem questionis huius astruentes sive destruentes sed tantummodo ab affirmandi quolibet horum audaci presumptione revocantes. Illam sane novissimam persecutionem que ab antixpo futura est presentia sua ipse extinguet ihesus. Sic enim scriptum est ut interficiet eum spiritu oris sui et evacuabit illuminatione presentie sue. Hic queri solet quando ista erunt. Importune omnino. Si enim hoc nosse prodesset a quo melius quam ab ipso deo magistro interrogantibus discipulis diceretur. Non enim siluerunt inde apud eum sed a presente quesierunt dicentes domine si hoc tempore representabis regnum israel. At ille non est inquit vestrum nosse tempora que pater posuit in sua potestate. Non utique illi de hora vel die vel anno sed de tempore interrogaverant quando istud accepere responsum. Frustra igitur annos qui remanent huic seculo computare ac diffinire conamur cum hoc scire non esse nostrum ex ore veritatis audiamus quos tamen alii quadringentos vel quingentos alii etiam mille ab ascensione domini usque ad eius ultimum adventum compleri posse dixerunt. Quemadmodum autem quisque eorum astruat opinionem suam longum est demonstrare et non necessarium. Coniecturis quippe utuntur humanis non ab eis certum aliquid de scripture canonice auctoritate profertur. Omnium vero de hac re calculantium digitos resolvit et quiescere iubet ille qui dicit Non est vestrum scire tempora que pater posuit in sua potestate. c.li

Sed quia hec evangelica sententia est mirum non est non ea repressos fuisse deorum multorum falsorumque cultores quominus fingerent demonum responsis quos tamquam deos colunt diffinitum esse quanto tempore mansura esset religio xpiana. Cum enim viderent nec tot tantisque persecutionibus eam potuisse consumi sed hiis potius mira incrementa sumpsisse excogitaverunt nescio quos versus grecos tamquam consulenti cuidam divino oraculo effusos ubi xpm quidem ab huius tamquam sacrilegii crimine faciunt innocentem petrum autem maleficia fecisse subiungunt ut coleretur xpi nomen per trecentos et lxv annos deinde completo

Quot persecutiones duravit ab abel quem frater eius occidit usque ad finem seculi est duratura

De persecutionibus ecclesie quas passa est xpus Stephanus Jacobus petrus et paulus etc.

Quid fecit herodes ecclesie Julianus apostata et valentiniani frater arrius

De persecutione regis gothorum et antixpi et de tempore quo fiet

quippe | quinta | in egipto istas | sunt | de | sive | nisi

memorato numero annorum sine mora sumeret finem. O hominum corda doctorum, o ingenia litterata digne credere ista de Christo, que credere non vultis in Christum, quod eius discipulus Petrus ab eo magicas artes non didicerit, sed ipso innocente tamen eius maleficus fuerit nomenque illius quam suum coli maluerit magicis artibus suis, magnis laboribus et periculis suis, postremo etiam effusione sanguinis sui. Si Petrus maleficus fecit ut Christum sic diligeret mundus, quid fecit innocens Christus ut eum sic diligeret Petrus? Respondeant ergo ipsi sibi et, si possunt, intelligant illa superna gratia factum esse ut propter eternam vitam ab illo accipiendam et usque ad temporalem mortem pro illo patiendam Christum diligeret mundus. Deinde isti dii qui ista possunt predicere nec possunt auferre, ita succubuerunt uni malefico et uni magico scelere, quo puerum, ut dicunt, anniculum occisum et dilaniatum et ritu nephario sepultum esse, ut sectam sibi adversariam tam prolixo tempore convalescere, tot tamque horrendas crudelitates persecutionum non resistendo sed patiendo superare et ad suorum simulacrorum, templorum, sacrorum, oraculorum eversionem pervenire permitterent? Quis postremo est deus, non noster utique sed ipsorum, qui vel illectus tanto scelere vel impulsus est ista prestare? Non enim alicui demoni sed deo dicunt illi versus hoc Petrum arte magica diffinisse. Talem deum habent qui Christum non habent.

Hec atque huiusmodi multa colligerem si nondum annus ipse transisset, quem divinatio ficta promisit et decepta vanitas credidit. Cum vero ex quo cultus Christi nominis per eius in carne presentiam et per apostolos institutus est ante aliquot annos anni trecenti et lxv completi sint, quid aliud querimus unde ista falsitas refellatur? Ut enim Christi nativitate huius rei non ponamus initium, quia infans et puer discipulos non habebat, tamen quando habere cepit procul dubio tunc innotuit per eius corporalem presentiam doctrina et religio christiana, id est postea quam in fluvio Iordane ministerio Iohannis est baptizatus. Propter hoc enim de illo prophetia illa precesserat dicens: Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terre. Sed quoniam priusquam passus esset et resurrexisset a mortuis nondum fides omnibus fuerat diffinita, in resurrectione quippe Christi diffinita est. Nam sicut apostolus Paulus Atheniensibus loquitur dicens: Iam nunc annuntiat hominibus omnibus ubique agere penitentiam, eo quod statuit diem iudicare orbem in equitate, in viro suo, diffiniens fidem omnibus, resuscitans illum a mortuis.

Melius in hac questione solvenda inde initium sumimus, presertim quia tunc datus est etiam Spiritus sanctus, sicut eum dari post resurrectionem Christi oportebat in ea civitate, ex qua debuit incipere lex secunda, hoc est testamentum novum. Prima enim fuit ex monte Syna per Moysen, quod testamentum dicitur vetus. De hac autem, que per Christum danda erat, predictum est: Ex Syon lex prodiet et verbum Domini ex Ierusalem. Unde et ipse per omnes gentes dixit predicari oportere penitentiam in nomine suo, sed tamen incipientibus ab Ierusalem. Ibi ergo exorsus est huius nominis cultus, ut in Iesum Christum, qui crucifixus fuerat et resurrexerat, crederetur. Ibi hec fides tam insignibus initiis incanduit, ut aliquot hominum milia in Christi nomen mirabili alacritate conversa venditis suis rebus, ut egenis distribuerentur, proposito sancto et ardentissima caritate ad paupertatem voluntariam pervenirent, atque inter frementes et sanguinem sitientes Iudeos se usque ad mortem pro veritate certaturos non armata potentia sed potentiore patientia prepararent. Hoc si nullis magicis artibus factum est, cur credere dubitant eadem virtute divina per totum mundum id fieri potuisse, qua hoc factum est? Si autem ut Ierosolimis sit ad cultum nominis Christi accenderetur tanta hominum multitudo, que illum in cruce vel fixerat captum vel riserat fixum, iam maleficium illud fecerat Petrus, ex illo anno querendum est quando trecenti lxv completi sint. Mortuus est ergo Christus duobus Geminis consulibus, viii° kalendas Aprilis. Resurrexit tertia die, sicut apostoli suis etiam sensibus probaverunt. Deinde post xl dies ascendit in celum, post x dies, id est l° post suam resurrectionem, misit Spiritum sanctum. Tunc tria milia hominum apostolis eum predicantibus crediderunt. Tunc itaque nominis illius cultus exortus est, sicut nos credimus et veritas habet, efficacia Spiritus sancti, sicut autem finxit vanitas impia vel putavit, magicis artibus Petri. Paulo post etiam signo mirabili facto, cum ad verbum ipsius Petri quidam mendicus ab utero matris ita claudus, ut ab aliis portaretur et ad portam templi, ubi stipem peteret, poneretur, in nomine Iesu Christi salvus exiluit, quinque milia hominum crediderunt, atque deinde aliis atque aliis accedentibus crevit ecclesia. Ac per hoc colligitur et dies, ex quo annus ipse sumpsit initium, scilicet quando missus est Spiritus sanctus, per Idus Maias. Numeratis proinde consulibus trecenti lxv anni reperiuntur impleti per easdem Idus consulatu Honorii et Eutichiani. Porro sequenti anno consule Manlio Theodoro, quando iam secundum illud oraculum demonum aut figmentum hominum nulla esse debuit religio christiana, quid per alias terrarum partes forsitan factum sit non fuit necesse perquirere. Interim quod scimus, in civitate notissima et eminentissima Carthagine Affrice Gaudentius et Iovius comites imperatoris Honorii xiiii° kalendas Aprilis falsorum deorum

Marginal notes:

De falsa opinione illorum et coniectura ... dominum pro tempore ... distinguere ... Non est verum nosse tempora

De maleficiis qui dicunt Petrum coli per trecentos lxv annos et deinde desinere, in quo sunt mentiti ...

Christum diligeret mundus tanta gratia factum est ut propter eternam vitam

qui Christum non habent

Christus puer discipulos non habebat, sed quando habere cepit tunc innotuit doctrina et religio christiana

Prima lex ex monte Syna per Moysen quod vetus testamentum dicitur; secunda ex Syon lex prodiet et verbum Domini de Ierusalem quod est novum

De ortu et cultu nominis christiani de dominica passione et de tempore quo mortuus est Christus et quod fideles crediderunt

per hoc

templa everterunt et simulachra fregerunt. Ex quo usque ad hoc tempus per triginta ferme annos, quis non videat quantum creverit cultus nominis Christi, presertim postea quam multi eorum christiani facti sunt, qui tamquam vera illa divinatione revocabantur. Nos ergo qui sumus vocamurque christiani, non in Petrum credimus, sed in quem credidit Petrus, Petri de Christo edificati sermonibus, non carminibus venenati, nec decepti maleficiis, sed beneficiis eius adiuti. Ille Petri magister Christus in doctrina que ad vitam ducit eternam, ipse est magister noster. Sed aliquando iam concludamus hunc librum hucusque disserentes, et quantum satis visum est demonstrantes, quis nam sit duarum civitatum celestis atque terrene ab initio usque in finem permixtarum mortalis excursus. Quarum illa que terrena est fecit sibi quos voluit vel undecumque vel etiam ex hominibus falsos deos, quibus sacrificando serviret; illa autem que celestis peregrinatur in terra falsos deos non facit, sed a vero deo ipsa fit, cuius verum sacrificium ipsa sit. Ambe tamen temporalibus vel bonis pariter utuntur, vel malis pariter affliguntur, diversa fide, diversa spe, diverso amore, donec ultimo iudicio separentur et percipiat una queque suum finem, cuius nullus est finis; de quibus ambobus finibus deinceps disserendum est, deo volente. A die itaque missionis Spiritus sancti usque ad tempus huius scripture fluxerunt anni trecenti nonaginta et sex.

De signis que deus operatus est per Petrum, quo tempore fuit dilatata et religio christiana

De Honorio et [illegible] non Theodosio, Gaudencio et Iouio, qui idolorum templa deorum everterunt

a fide eum quia completo numero annorum magicis videbant quod viderunt

terrene

Explicit liber XVIII. Incipiunt tituli XIX sancti Augustini.

Quod in questionem qua de finibus bonorum et malorum philosophica disputatio ventilatur, ducentas octoginta octo sectas esse Varro prospexerit. I. Quod remotis omnibus differentiis que non secte sed questiones sunt, ad tripertitam summi boni diffinitionem Varro perveniat, quarum tamen una sit eligenda. II. De tribus sectis summum hominis bonum querentibus, quam eligendam Varro diffiniat, sequens veteris Achademie Anthiochi auctoris sententiam. III. De summo bono et summo malo quid christiani sentiant contra philosophos, qui summum bonum in se sibi dicebant esse. IIII. De sociali vita, que cum maxime expetenda sit, multis offensionibus sepe subvertitur. V. De errore humanorum iudiciorum, cum veritas latet. VI. De diversitate linguarum, qua societas hominum dirimatur, et de miseria bellorum, etiam que iusta dicuntur. VII. Quod amicitia bonorum secura esse non possit, dum a periculis presentis vite trepidari necesse sit. VIII. De amicitia sanctorum angelorum, que homini in hoc mundo non potest esse manifesta propter fallaciam demonum, in quos inciderunt qui multos sibi deos colendos putaverunt. IX. Quis fructus sanctis de superata huius vite temptatione paratus sit. X. De beatitudine pacis eterne, in qua sanctis finis est, id est vera perfectio. XI. Quod etiam bellantium sevitia omnesque hominum inquietudines ad pacis finem cupiant pervenire, sine cuius appetitu nulla natura sit. XII. De pace universali, que inter quaslibet perturbationes privari non potest lege nature, dum sub iusto iudice ad id quisque pervenit ordinatione quod meruit voluntate. XIII. De ordine ac lege tam celestis sive terrene, per quam societati humane etiam dominando consulitur, cui et consulendo servitur. XIIII. De libertate naturali et de servitute, cuius prima causa peccatum est, quia homo male voluntatis, etiam si non est mancipium alterius hominis, servus est proprie libidinis. XV. De equo iure dominandi. XVI. Unde celestis societas cum terrena civitate pacem habeat et unde discordiam. XVII. Quam diversa sit Achademie nove ambiguitas a constantia fidei christiane. XVIII. De habitu et moribus populi christiani. XIX. Quod cives sanctorum in hoc tempore spe beati sint. XX. An secundum diffinitiones Scipionis, que in dyalogo Ciceronis sunt, umquam fuit romana res publica. XXI. An verus sit deus cui christiani serviunt, cui soli debeat sacrificari. XXII. Que Porphirius dicat oraculis deorum responsa de Christo. XXIII. Qua diffinitione constet populi et rei publice non solum romanos sed etiam regna alia vendicare. XXIIII. Quod non sint ibi vere virtutes ubi non est vera religio. XXV. De pace populi alienati a deo, qua utitur ad pietatem populus dei dum in hoc peregrinus est mundo. XXVI. De pace servientium deo, cuius perfecta tranquillitas in hac temporali vita non potest apprehendi. XXVII. In quem finem venturus sit exitus impiorum. XXVIII.

Quod in questionem qua de finibus bonorum et malorum philosophica disputatio ventilatur, ducentas octoginta octo sectas esse Varro prospexerit. Capitulum I.

Quoniam de civitatis utriusque, terrene scilicet et celestis, debitis finibus deinceps mihi video disputandum, prius exponenda sunt, quantum operis huius terminandi ratio patitur, argumenta mortalium, quibus sibi ipsi beatitudinem facere in huius vite felicitate moliti sunt, ut ab eorum rebus vanis spes nostra quid differat, quam deus nobis dedit, et res ipsa, hoc est vera beatitudo, quam dabit, non tantum auctoritate divina, sed adhibita etiam ratione, qualem propter infideles possimus adhibere, clarescat.

Quod remotis differentiis que non secte sed questiones sunt, ad tripertitam summi boni diffinitionem Varro perveniat, quarum tamen una sit eligenda. Capitulum II.

De finibus enim bonorum et malorum multa et multipliciter inter se philosophi disputarunt. Quam questionem maxima intentione versantes invenire conati sunt quid efficiat hominem beatum. Illud enim est finis boni nostri, propter quod appetenda sunt cetera, ipsum autem propter se ipsum. Finem ergo boni nunc dicimus, non quo consumatur ut non sit, sed quo proficiatur ut plenum sit; et finem mali, non quo esse desinat, sed quousque nocendo perducat. Fines itaque isti sunt summum bonum et summum malum; de quibus inveniendis atque in hac vita summo bono adi-

Et illud finis mali propter quod vitanda sunt cetera, ipsum autem propter se ipsum

piscendo

persequendo/vitando aut summo malo/multi tamen sicut dixi laboraverunt/qui studium sapientie in huius seculi vanitate professi sunt/nec tamen eos, quamvis diversis errantes modis, nature limites metiri ab itinere veritatis deviare permisit, ut non alii in animo, alii in corpore, alii in utroque fines bonorum ponerent et malorum/ex qua tripartita velut generalium distributione sectarum/Marcus Varro in libro de philosophia tam multam dogmatum varietatem diligenter et subtiliter scrutatus advertit, ut ad ducentas octoginta et octo sectas, non que iam essent, sed que esse possent, adhibitis quasdam differentias facillime perveniret. Ut breviter ostendam, inde oportet incipiam quod ipse advertit et posuit in libro memorato.

Rubrica precedens spectat ad capitulum sequens vz ij

Quattuor esse quedam que homines sine magistro, sine ullo doctrine adminiculo, sine industria vel arte vivendi, que virtus dicitur et procul dubio discitur, velut naturaliter appetunt: aut voluptatem, qua delectabiliter movetur corporis sensus; aut quietem, qua fit ut nullam molestiam quisque corporis patiatur; aut utramque, quam tamen uno nomine voluptatis Epicurus appellat; aut universaliter prima nature, in quibus et hec sunt et alia, vel in corpore, ut membrorum integritas et salus atque incolumitas, vel in animo, ut sunt ea que vel parva vel magna in hominum reperiuntur ingeniis. Hec igitur quattuor, id est voluptas, quies, utraque, prima nature, ita sunt in nobis, ut vel virtus, quam postea doctrina inserit, propter hec appetenda sit, aut ista propter virtutem, aut utraque propter seipsam; ac per hoc fiunt hinc xii secte. Per hanc enim rationem singule triplicantur. Quod cum in uno demonstravero, difficile non erit id in ceteris invenire. Cum ergo voluptas corporis animi virtuti aut subditur aut prefertur aut iungitur, tripartita variatur diversitate sectarum. Subditur autem virtuti, quando in usum virtutis assumitur. Pertinet quippe ad virtutis officium et vivere patrie et propter patriam filios procreare, quorum neutrum fieri potest sine corporis voluptate. Nam sine illa nec cibus potusque sumitur ut vivatur, nec concubitus ut generatio propagetur. Cum vero prefertur virtuti, ipsa appetitur propter seipsam, virtus autem assumenda creditur propter illam, id est, ut nihil virtus agat nisi ad consequendam vel ad conservandam corporis voluptatem; que vita deformis est. Quid enim? quippe ubi virtus famulatur domine voluptati, quamvis nullo modo hec dicenda sit virtus. Sed tamen et ista horribilis turpitudo habuit quosdam philosophos patronos et defensores suos. Virtuti porro voluptas iungitur, quando neutra earum propter alteram, sed propter se ipsas ambe appetuntur. Quapropter sicut voluptas vel subdita vel prelata vel iuncta virtuti tres sectas facit, ita quies, ita utraque, ita prima nature alias ternas inveniuntur efficere. Pro varietate quippe humanarum opinionum virtuti aliquando subduntur, aliquando preferuntur, aliquando iunguntur, ac sic ad duodenarium sectarum numerum pervenitur. Sed iste quoque numerus duplicatur adhibita una differentia, socialis videlicet vite, quia quisquis sectatur aliquam istarum xii sectarum, profecto aut propter se tantum id agit aut etiam propter socium, a quo debet hoc velle quod sibi. Quocirca xii sunt eorum, qui propter se tantum unamquamque tenendam putant, et alie xii eorum, qui non solum propter se sic vel sic philosophandum esse decernunt, sed etiam propter alios, quorum bonum appetunt sicut suum. Hec autem secte xxiiii iterum geminantur addita differentia ex Academicis novis, et fiunt xlviii. Illarum quippe xxiiii unamquamque sectarum potest quisque sic tenere atque defendere ut certam, quemadmodum defenderunt Stoici quod hominis bonum quo beatus esset in animi tantummodo virtute consistet; potest alius ut incertam, sicut defenderunt Academici novi quod eis etsi non certum, veri tamen simile videbatur. Viginti quattuor ergo fiunt per eos, qui eas velut certas propter veritatem, et alie xxiiii per eos, qui easdem quamvis incertas propter verisimilitudinem sequendas putant. Rursus quia unamquamque istarum xlviii sectarum potest quisque sequi habitu ceterorum philosophorum, itemque potest alius habitu Cynicorum, ex hac etiam differentia duplicantur et xcvi fiunt. Deinde quia earum singulas quas ita tueri homines possunt atque sectari, ut aut otiosam diligant vitam, sicut hi, qui tantummodo studiis doctrine vacare voluerunt atque valuerunt, aut negotiosam, sicut hi, qui cum philosopharentur, tamen administratione rei publice regendisque rebus humanis occupatissimi fuerunt, aut ex utroque genere temperatam, sicut hi, qui partim erudito otio, partim necessario negotio alternantia vite sue tempora tribuerunt; propter has differentias potest etiam triplicari numerus iste sectarum et ad ducentas octoginta et octo perduci. Hec de Varronis libro breviter ac dilucide posui, sententias eius meis explicans verbis. Quo autem refutatis ceteris unam eligat, quam vult esse Academicorum veterum, quos a Platone institutos usque ad Polemonem, qui ab illo quartus eius schole tenuit, que Academia dicta est, habuisse ista dogmata vult videri, et ob hoc distinguit ab Academicis novis, quibus incerta sunt omnia, quod philosophorum genus ab Archesila cepit successore Polemonis, eamque sectam, id est veterum Academicorum, sicut dubitatione, ita omni errore carere arbitratur, longum est per omnia demonstrare, nec tamen omni ex parte res omittenda est.

De tribus sectis summum hominis bonum querentibus quam eligendam Varro diffiniat sequens veteris achademie antiochi auctoris sententiam capitulum iij

Removet ergo prius omnes differentias, que numerum multiplicaverunt sectarum, quas ideo removendas putat, quia non in eis est finis boni. Neque enim existimat ullam philosophie esse sectam dicendam, que non eo distat a ceteris quod diversos habeat fines bonorum et malorum. Quoniam quidem nulla est homini causa philosophandi, nisi ut beatus sit; quod autem beatum facit ipse est finis boni. Nulla igitur est causa philosophandi nisi finis boni. Quapropter que nullum boni finem sectatur, nulla philosophie secta dicenda est. Cum ergo queritur de sociali vita utrum sit tenenda sapienti, ut summum bonum, quo fit homo

beatus, ita velit et amet amici sui quemadmodum
suum, an sui tantum ... beatitudinis causa faciat, quid-
quid facit; non de ipso summo bono quod est, sed de assu-
mendo vel non assumendo socio ad huius participa-
tionem boni, non propter se ipsum, sed propter eundem socium, ut
eius bono ita gaudeat, sicut gaudet suo. Item
cum queritur de achademicis novis, quibus incerta
sunt omnia, utrum ita sint res habende, in quibus
philosophandum est, an sicut aliis philosophis placuit,
certas habere debeamus. Non queritur quid in boni (margin: cas)
fine sectandum sit, sed de ipsius boni veritate,
quid sectandum videtur, utrum sit nec dubitan-
dum, hoc est, ut id planius eloquar, utrum ita sec-
tandum sit, ut qui sectatur dicat esse verum, aut quod
sectatur dicat verum sibi videri, etiam si forte sit
falsum; tamen utrique sectentur unum atque idem bonum. In illa etiam
differentia que adhibetur ex habitu et consuetudine cynicorum,
non queritur quis nam sit finis boni, sed utrum in illo
habitu et consuetudine sit vivendum ei qui verum
sectatur bonum, quodlibet ei verum videatur esse atque
sectandum. Denique fuerunt qui tamen diversa sequerentur
bona finalia, alii virtutem, alii voluptatem,
eundem tamen habitum et consuetudinem tenebant, ex
quo cynici appellabantur. Ita illud quidquid est,
unde philosophi cynici discernuntur a ceteris, ad eligendum
ac tenendum bonum quo beati fierent, nichil va-
leat. Nam si aliquid ad hoc interesset, profecto
idem habitus eundem finem sequi cogeret, et diversus
habitus eundem finem non sineret. In tribus quoque
illis vite generibus, uno scilicet non segniter sed in contem-
platione vel inquisitione veritatis ocioso, altero
in gerendis rebus humanis negocioso, tercio ex utro-
que genere temperato, cum queritur quid horum sit potius
eligendum, non finis boni habet controversiam, sed quid
horum trium difficultatem afferat ad consequendum (margin: vel facilitatem)
vel retinendum finem boni, id in ista questione versatur.
Finis enim boni, cum ad eum quisque pervenerit, protinus
beatum facit; in ocio autem litterato vel in negotio pu-
blico vel cum vicissim utroque agitur, non continuo quis-
que beatus est. Multi quippe in quolibet horum
trium possunt vivere, et in appetendo boni fine quo
fit homo beatus errare. Alia est ergo questio de finibus bo-
norum et malorum, que unamquamque philosophorum sectam
facit; et alie sunt questiones de sociali vita, de cuncta-
tione achademicorum, de victu et vestitu cyni-
corum, de tribus vite generibus, ocioso, actuoso,
ex utroque modificato, quarum nulla est in qua de
bonorum et malorum finibus disputatur. Proinde
quoniam Marcus Varro has quatuor adhibens
differentias, id est ex vita sociali, ex achademicis novis, ex
cynicis, ex isto vite genere tripertito, ad sectas duce-
tas lxxxviii pervenit, et si que alie possunt similiter
addi, remotis eis omnibus, quoniam de sectando
summo bono nullam inferunt questionem, et ideo secte
nec sunt nec vocande sunt, ad illas xii in quibus
queritur quid sit bonum hominis quo assecuto sit
beatus, ut eis unam veram, ceteras falsas ostendat, esse re-
curritur. Nam remoto illo tripertito genere vite, due partes
huius numeri detrahentur, et secte xcvi remanent.

Remota vero differentia ex cynicis addita, ad dimidium
rediguntur, et xlviii fiunt. Auferamus etiam quod
ex achademicis novis adhibitum est, rursus
dimidia pars remanet, id est xxiiii. De sociali quo-
que vita quod accesserat, similiter auferatur; xii sunt reliqua,
quas ista differentia ut xxiiii fierent duplicaverat. De
his ergo xii nichil dici potest, cur secte non sint ha-
bende. Nichil quippe aliud in eis queritur quam
finis bonorum et malorum; inventis autem bonorum
finibus, profecto e contrario sunt malorum. Hec autem
ut ita fiant xii secte, illa quatuor triplicantur, vo-
luptas, quies, utrumque, et prima nature, que primigeni-
a Varro vocat. Hec quippe quatuor, dum
singillatim virtuti alii subduntur, ut non propter se ipsa,
sed propter officium virtutis appetenda videantur, alii
preferuntur, ut non propter se ipsam, sed propter hec adipiscen-
da vel conservanda necessaria virtus putetur. Alii iunguntur,
ut propter se ipsa et virtus et ista appetenda credantur,
quaternarium numerum triplum reddunt, et ad xii sec-
tas perveniunt. Ex illis autem quatuor rebus Var-
ro tres tollit, voluptatem scilicet et quietem et u-
trumque, non quod eas improbet, sed quod prima illa
nature et voluptatem in se habeant et quietem.
Quid ergo opus est ex his duabus tria que-
dam facere, duo scilicet dum singillatim appetuntur
voluptas aut quies, tertium cum ambe simul,
cum quidem prima nature et ipsas et preter ipsas
alia multa contineant? De tribus ergo sectis ei
placet diligenter esse tractandum, que nam sit poti-
us eligenda. Non enim alteram plus quam unam Var-
ro esse permittit, sive in his tribus sit sive alicu-
bi alibi, quod post videbimus. Interim de his
tribus quomodo unam Varro eligat, quantum breviter
aperteque possumus, disseramus. Iste nempe
tres secte ita fiunt, cum vel prima nature propter virtu-
tem vel virtus propter prima nature, vel utraque, id est
et virtus et prima nature, propter se ipsa sunt expe-
tenda. Quid ergo istorum trium sit verum atque sec-
tandum, isto modo persuadere conatur. Primum quia
summum bonum in philosophia non arboris, non pecoris,
non dei, sed hominis queritur, quid sit ipse homo querendum
putat. Sentit quippe in eius natura duo esse
quedam, corpus et animam, et horum quidem duorum
melius esse animam longeque prestabilius omnino non
dubitat. Sed utrum anima sola sit homo, ut ita sit ei
corpus tanquam equus equiti; eques enim non
homo et equus, sed solus homo est, ideo tamen eques
dicitur quod aliquomodo se habet ad equum. An corpus
solum sit homo, aliquomodo se habens ad animam sicut po-
culum ad potionem; non enim calix et potio quam con-
tinet calix simul dicitur poculum, sed calix solus,
ideo tamen quod potioni continende sit accomodatus.
An vero nec anima sola nec solum corpus, simul sed
utrumque sit homo, cuius pars sit una sive anima sive cor-
pus, ille autem totus ex utroque constet ut homo
sit, sicut duos equos iunctos bigas vocamus,
quorum sive dexter sive sinister pars est bigarum,
unum vero eorum quoquo modo se habeat ad alterum bi-
gas non dicimus, sed ambos simul. Horum autem trium
hoc elegit, totum hominem, nec animam solam nec

solum corpus, sed animam solam et corpus esse arbitratur; proinde summum bonum hominis, quo fit beatus, ex utriusque rei bonis constare dicit, et animae scilicet et corporis. At per hoc illa prima naturae propter se ipsa existimat expetenda, ipsamque virtutem, quam doctrina inserit velud artem vivendi, quae in animae bonis est excellentissimum bonum. Quapropter eadem virtus, id est ars agendae vitae, cum acceperit prima naturae, quae sine illa erant, sed erant etiam quando eis doctrina adhuc deerat, omnia propter se ipsam appetit, simulque etiam se ipsa, omnibusque simul et se ipsa utitur eo fine, ut omnibus delectetur atque perfruatur, magis minusque, ut quaeque inter se maiora atque minora sunt, tamen omnibus gaudens et quaedam minora, si necessitas postulat, propter maiora vel adipiscenda vel tenenda contempnens. Omnibus autem bonis vel animi vel corporis nihil sibi virtus omnino praeponit. Haec enim bene utitur et se ipsa et ceteris, quae hominem faciunt beatum, bonis; ubi vero ipsa non est, quamlibet multa sint bona, non bono eius sunt, cuius sunt, ac per hoc iam non eius bona dicenda sunt, cui male utenti utilia esse non possunt. Haec ergo vita hominis, quae virtute et aliis (bonis) animi et corporis, sine quibus virtus esse non potest, fruitur, beata esse dicitur; si vero et aliis, sine quibus virtus esse potest, vel ullis vel pluribus, beatior; si autem prorsus omnibus, ut nullum omnino bonum desit vel animi vel corporis, beatissima. Non enim hoc vita quod virtus, quoniam non omnis vita, sed sapiens vita virtus est; et tamen qualiscumque vita sine ulla virtute potest esse, virtus vero sine ulla vita non potest esse. Hoc et de memoria dixerim atque ratione, et si quid aliud est in homine talium; sunt enim haec et ante doctrinam, sine his autem non potest ulla doctrina, ac per hoc nec virtus, quae utique discitur. Bene autem currere, pulchrum esse corpore, viribus ingentibus praevalere et cetera huiusmodi talia sunt, ut et virtus esse possit (sine eis) et ipsa sine virtute bona sint; tamen et per ipsos etiam ipsa propter se ipsam diligit virtus, utiturque illis et fruitur, sicut virtutem decet. Hanc vitam beatam esse et socialem perhibent esse, quae amicorum bona propter se ipsa diligat sicut sua eisque propter ipsos hoc velit quod sibi, sive in domo sint, sicut coniux et liberi et quicumque domestici, sive in loco, ubi domus est eius, sicuti est urbs, ut sunt hii qui cives vocantur, sive in orbe toto, ut sunt gentes, quas ei societas humana coniungit, sive in ipso mundo, qui censetur nomine caeli et terrae, sicut esse dicunt deos, quos volunt amicos esse homini sapienti, quos familiarius angelos dicimus. De bonorum autem et e contrario malorum finibus negant ullo modo esse dubitandum, et hanc inter se et novos Achademicos affirmant esse distantiam, nec eorum interest quicquam, sive cynico sive alio quolibet habitu et victu hiis finibus, quos veros putant, quis se philosophetur. Ex tribus porro illis vitae generibus, ocioso, actuoso et quod ex utroque compositum est, hoc sibi placere asseverant. Haec sensisse atque docuisse Achademicos veteres Varro asserit auctore Antiocho, magistro Ciceronis et suo, quem sane Cicero in pluribus fuisse Stoicum quam veterem Achademicum vult videri. Sed quid ad nos, qui potius de rebus ipsis iudicare debemus, quam pro magno de hominibus quid quisque senserit scire?

De summo bono et summo malo quid christiani sentiant contra philosophos qui summum bonum in se sibi dicebant esse. ca. iiij

Si ergo quaeratur a nobis, quid civitas Dei de hiis singulis interrogata respondeat ac primum de finibus bonorum malorumque quid sentiat, respondebit aeternam vitam esse summum bonum, aeternam vero mortem summum malum; propter illam proinde adipiscendam istamque vitandam recte nobis esse vivendum. Propter quod scriptum est: Iustus ex fide vivit, quoniam neque bonum nostrum iam videmus, unde oportet ut credendo quaeramus; neque ipsum recte vivere nobis ex nobis est, nisi credentes adiuvet et orantes qui et ipsam fidem dedit, qua nos ab illo adiuvandos esse credamus. Illi autem, qui in ista vita fines bonorum et malorum esse putaverunt, sive in corpore sive in animo sive in utroque ponentes summum bonum atque, ut id explicatius eloquar, sive in voluptate sive in virtute sive in utraque; sive in quiete sive in virtute sive in utraque; sive in voluptate simul et quiete sive in virtute sive in utrisque; sive in primis naturae sive in virtute sive in utrisque, hic beati esse et a se ipsis beati fieri mira vanitate voluerunt. Irrisit hos Veritas per prophetam dicentem: Dominus novit cogitationes hominum quoniam vanae sunt, vel sicut hoc testimonium posuit apostolus Paulus: Dominus novit cogitationes sapientium quoniam vanae sunt. Quis enim sufficit quantovis eloquentiae flumine vitae huius miserias explicare? Quam lamentatus est Cicero in Consolatione de morte filiae sicut potuit; sed quantum est quod potuit? Ea quippe, quae dicuntur prima naturae, quando, ubi, quomodo tam bene se habere in hac vita possunt, ut non sub incertis casibus fluctuent? Quis enim dolor contrarius voluptati, quae inquietudo contraria quieti in corpus cadere sapientis non potest? Membrorum quippe amputatio vel debilitas hominis expugnat incolumitatem, deformitas pulchritudinem, imbecillitas sanitatem, vires lassitudo, mobilitatem torpor aut tarditas; et quid horum est, quod nequeat incidere in carnem sapientis? Status quoque corporis atque motus, cum decentes et congruentes sunt, inter naturae prima numerantur; sed quid si aliqua mala valitudo membra tremore concutiat? Quid si usque ad ponendas in terram manus dorsi spina curvetur et hominem quodammodo quadrupedem faciat? Nonne omnem statuendi corporis et movendi speciem decusque pervertit? Quid ipsius animi primigenia quae appellantur bona, ubi duo prima ponunt propter comprehensionem perceptionemque veritatis, sensum et intellectum? Sed qualis quantusque remanet sensus, si, ut alia taceam, fiat homo surdus et caecus? Ratio vero et intelligentia quo recedet, ubi sopietur, si aliquo morbo efficiatur insanus? Frenetici multa absurda cum dicunt vel faciunt, plerumque a bono suo proposito moribus contraria, sive illa cogitemus sive videamus

Si digne consideremus animas tenere vix possumus [aut forte non possumus] Quid dicam de his qui demonum patiuntur incursus. Ubi habent absconditam vel obrutam intelligenciam suam quando secundum suam voluntatem et anima et corpore malignus utitur spiritus. Et quis confidit hoc malum in hac vita venire non posse sapienti. Deinde perceptio veritatis in hac carne qualis aut quanta est quando sicut legimus in veraci libro Sapientie corpus corruptibile aggravat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Impetus porro vel appetitus actionis si hoc modo recte latine appellantur ea quam greci vocant ormen quia et ipsam primis nature deputant bonis. Nonne ipse est quo geruntur et insanorum illi miserabiles motus et facta que horremus quando pervertitur sensus ratioque sopitur. Porro ipsa virtus que non est inter prima nature quoniam eis postea doctrina introducente supervenit cum sibi bonorum culmen vendicet humanorum quid hic agit nisi perpetua bella cum viciis nec exterioribus sed interioribus nec alienis sed plane nostris et propriis et maxime illa que grece sophrosine latine temperancia nominatur qua carnales frenantur libidines ne in queque flagicia mentem consencientem trahant. Neque enim nullum est vicium cum sicut dicit apostolus caro concupiscit adversus spiritum cui vicio contraria virtus est cum sicut idem dicit spiritus concupiscit adversus carnem. Hec enim inquit sibi invicem adversantur ut non ea que vultis faciatis. Quid autem facere volumus cum perfici volumus finem summi boni nisi ut caro adversus spiritum non concupiscat nec sit in nobis hoc vicium contra quod spiritus concupiscat. Quod in hac vita quamvis velimus quoniam facere non valemus id saltem in adiutorio dei faciamus ne carni concupiscenti adversus spiritum spiritu succumbente cedamus et ad perpetrandum peccatum nostra consensione pertrahamur. Absit ergo ut quamdiu in hoc bello intestino sumus iam nos beatitudinem ad quam vincendo volumus pervenire adeptos esse credamus. Et quis est usque adeo sapiens ut contra libidines nullum habeat omnino conflictum. Quid illa virtus que prudencia dicitur. Nonne tota vigilancia sua bona discernit a malis ut in illis appetendis istisque vitandis nullus error obrepat ac per hoc et ipsa nos in malis vel mala in nobis esse testatur. Ipsa enim docet malum esse ad peccandum consentire bonumque esse ad peccandum non consentire libidini. Illud tamen malum cui nos non consentire docet prudencia facit temperancia nec prudencia nec temperancia tollit huic vite. Quid iusticia cuius munus est sua cuique tribuere. Unde fit in ipso homine quidam iustus ordo nature ut anima subdatur deo et anime caro ac per hoc deo et anima et caro. Nonne demonstrat in eo se adhuc opere laborare potius quam in huius operis iam fine requiescere. Tanto quippe minus anima subditur deo quanto minus deum in ipsis suis cogitationibus concipit et tanto minus anime subditur caro quanto magis adversus spiritum concupiscit.

Quamdiu ergo nobis inest hec infirmitas hec pestis hic languor quomodo nos iam salvos et si nondum salvos quomodo iam beatos illa finali beatitudine dicere audemus. Iam vero illa virtus cuius nomen est fortitudo in quantacumque sapiencia evidentissima testis est humanorum malorum que compellitur paciencia tollerare. Que mala stoyci philosophi miror qua fronte mala non esse contendant quibus fatentur si tanta fuerint ut eas sapiens vel non possit vel non debeat sustinere cogi eum mortem sibimet inferre atque ex hac vita emigrare. Tantus autem superbie stupor est in his hominibus hic se habere finem boni et a se ipsis fieri beatos putantibus ut sapiens eorum hoc est qualem mirabili vanitate describunt etiam si excecetur obsurdescat obmutescat membris debilitetur doloribus crucietur et si quid aliud talium malorum dici aut cogitari potest incidat in eum quo sibi mortem cogatur inferre hanc in his malis vitam constitutam eum non pudeat beatam vocare. O vitam quam ut [beata] finiatur mortis querit auxilium. Si beata est maneatur in ea. Si vero propter ista mala fugitur ab ea quomodo est beata. Aut quomodo ista non sunt mala que vincunt fortitudinis bonum eandemque fortitudinem non solum sibi cedere verum etiam delirare compellunt ut eandem vitam et dicat beatam et persuadeat esse fugiendam. Quis usque adeo cecus est ut non videat quod si beata esset fugienda non esset. Sed si propter infirmitatis pondus qua premitur hanc fugiendam fatentur quid igitur cause est cur non etiam miseram fracta superbie cervice fateantur. Utrum obsecro Cato ille paciencia an potius impaciencia se peremit. Non enim hoc fecisset nisi victoriam Cesaris impaciencius tulisset. Ubi est fortitudo. Nempe cessit nempe succubuit nempe usque adeo superata est ut vitam beatam derelinqueret desereret ac fugeret. An non erat iam beata. Misera ergo erat. Quomodo igitur mala non erant que vitam miseram fugiendamque faciebant. Quapropter etiam ipsi qui mala ista confessi sunt sicut peripatetici sicut veteres achademici quorum sectam Varro defendit. Tollerabilius quidem loquuntur sed eorum quoque mirus est error quod in his malis et si tam gravia sint ut morte fugienda sint ab ipso sibimet illata qui hec patitur vitam beatam esse contendunt. Mala sunt inquit tormenta atque cruciatus corporis et tanto sunt peiora quanto potuerint esse maiora quibus ut careas ex hac vita fugiendum est. Qua vita obsecro. Hac inquit que tantis aggravatur malis. Certe ergo beata est in eisdem malis propter que dicis esse fugiendam. An ideo beatam dicis quia licet tibi ab his malis morte discedere. Quid si ergo aliquo in eis iudicio divino tenereris nec permittereris mori nec unquam sine illis esse sineris. Nempe tunc saltem miseram talem diceres vitam. Non igitur propterea misera non est quia cito relinquitur quando quidem si sempiterna sit et abs te ipso misera iudicatur. Non itaque propterea

[Margin notes: "a p[er]s[...]"; "non ergo"; "l[...]"; "seculi ma[...] cogi[...] spe futuri sit beata et salva cum beata"]

quia brevis est, nulla miseria debet videri, aut quod est absurdius, quia brevis miseria est, ideo etiam beatitudo appellari. Magna vis est in eis malis que cogunt hominem secundum ipsos et sapientem sibimet auferre quod homo est, cum dicant et verum dicant hanc esse nature primam quodammodo et maximam vocem ut homo conciliatur sibi, et propterea mortem naturaliter fugiat, ita sibi amicus ut esse se animal et in hac coniunctione corporis atque anime vivere velit vehementer atque appetat. Magna vis est in eis malis quibus iste nature vincitur sensus quo mors omnibus modis omnibus viribus conatibusque vitatur, et ita vincitur ut que vitabatur optetur appetatur, et si non potuerit aliunde contingere ab homine ipso sibimet inferatur. Magna vis est in eis malis que fortitudinem faciunt homicidam, si tamen adhuc dicenda est fortitudo que ita his malis vincitur ut hominem quem sicut virtus regendum tuendumque susceperit non modo non possit per patientiam custodire, sed ipsa insuper cogatur occidere. Debet quidem mortem etiam sapiens ferre patienter, sed que accidit aliunde. Secundum istos autem si eam sibi inferre compellitur, profecto fatendum est eis non solum mala, sed et intollerabilia etiam mala esse que hoc eum perpetrare compellunt. Vitam igitur que istorum tam magnorum tamque gravium malorum aut premitur oneribus aut subiacet casibus, nullo modo beata diceretur, si homines qui hoc dicunt, sicut victi malis ingravescentibus cum sibi ingerunt mortem cedunt infelicitati, ita victi certis rationibus cum querunt beatam vitam dignarentur cedere veritati, et non sibi putarent in ista mortalitate fine summi boni esse gaudendum, ubi virtutes ipse quibus hic certe nihil melius atque utilius in homine reperitur, quanto maiora sunt adiutoria contra vim periculorum laborum dolorum, tanto fideliora testimonia miseriarum. Si enim vere virtutes sunt, que nisi in eis quibus vera inest pietas esse non possunt, non se profitentur hoc posse ut nullas miserias patiantur homines in quibus sunt; neque enim mendaces sunt vere virtutes ut hoc profiteantur, sed ut vita humana, que tot et tantis huius [seculi malis esse cogitur misera, spe futuri seculi sit beata, sicut et salva. Quomodo enim beata que nondum salva] est, que nondum salva est. Unde apostolus Paulus non de hominibus imprudentibus impatientibus intemperantibus et iniquis, sed de his qui secundum veram pietatem vivunt et ideo virtutes quas habent veras habent, ait: Spe enim salvi facti sumus. Spes autem que videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Sicut ergo spe salvi, ita spe beati facti sumus, et sicut salutem, ita beatitudinem non iam tenemus presentem, sed expectamus futuram, et hoc per patientiam, quia in malis sumus que patienter tollerare debemus, donec ad illa veniamus bona ubi omnia erunt quibus ineffabiliter delectemur, nichil erit autem quod iam tollerare debeamus. Talis salus, que in futuro erit seculo, ipsa erit etiam finalis beatitudo. Quam beatitudinem isti philosophi quoniam non videntes nolunt credere, hic sibi conantur falsissimam fabricare, quanto superbiore tanto mendaciore virtute.

De sociali vita, que tam maxime expetenda sit, multis offensionibus sepe subvertitur. Capitulum V.

Quod autem socialem vitam volunt esse sapientis, nos multo amplius approbamus. Nam unde ista Dei civitas, de qua huius operis ecce iam undevicesimum librum versamus in manibus, vel inchoaretur exortu vel progressu procurreretur vel apprehenderet debitos fines, si non esset socialis vita sanctorum? Sed in huius mortalitatis erumpna quot et quantis abundet malis societas humana, quis enumerare valeat? quis estimare sufficiat? Audiant apud comicos suos hominem cum sensu atque consensu omnium hominum dicere: Duxi uxorem; quam ibi miseriam vidi! Nati filii, alia cura. Quid illa que in amore vitia commemorat idem Terentius: Iniurie, suspiciones, inimicitie, bellum, pax rursum incerta? Nonne res humanas ubique impleverunt? Nonne et in amicorum honestis amoribus plerumque contingunt? Nonne his usquequaque plene sunt res humane, ubi iniurias, suspiciones, inimicitias, bellum mala certa sentimus, pacem vero incertum bonum, quoniam corda eorum cum quibus eam tenere volumus ignoramus, et si nosse hodie possemus, qualia cras futura essent utique nesciremus? Qui porro inter se amiciores solent esse vel debent quam qui una etiam continentur domo? Et tamen quis inde securus est, cum tanta sepe mala ex eorum occultis insidiis extiterint, tanto amariora, quanto pax dulcior fuit, que vera putata est, cum astutissime fingeretur? Propter quod omnium pectora sic attingit et cogat in gemitum, quod ait Tullius: Nulle sunt occultiores insidie quam he que latent in simulatione officii aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum qui palam est adversarius facile cavendo vitare possis; hoc vero occultum intestinum ac domesticum malum non solum existit, verum etiam opprimit, antequam prospicere atque explorare potueris. Propter quod etiam divina vox illa: Et inimici hominis domestici eius, cum magno dolore cordis auditur; quia et si quisque tam fortis sit ut equo animo perferat, vel tam vigilans ut provido consilio caveat que adversus eum molitur amicitia simulata, eorum tamen hominum perfidorum malo, cum eos esse pessimos experitur, si ipse bonus est, graviter excruciatur, sive semper mali fuerint et se bonos finxerint, sive in istam maliciam ex bonitate mutati sint. Si ergo domus, commune perfugium in his malis humani generis, tuta non est, quid civitas, que quanto maior est, tanto forum eius litibus et civilibus et criminalibus plenius, et si quiescant non solum turbulente, verum sepius et cruente seditiones ac bella civilia, a quorum eventis sunt aliquando libere civitates, a periculis nunquam?

De errore humanorum iudiciorum cum veritas latet. Capitulum VI.

Quid ipsa iudicia hominum de hominibus, que civitatibus in quantalibet pace manentibus deesse non possunt, qualia putamus esse, quam misera, quam dolenda? Quippe ubi hi iudicant qui conscientias eorum de quibus iudicant cernere nequeunt. Unde sepe coguntur tormentis innocentium testium ad alienam causam pertinentem querere veritatem. Quid cum in sua causa quisque torquetur, et cum queritur utrum sit nocens cruciatur

et innocens luit pro incerto scelere certissimas penas, non quia illud commisisse detegitur, sed quia non commisisse nescitur. Ac per hoc ignorantia iudicis plerumque est calamitas innocentis. Et quod intollerabilius est magisque plangendum rigandumque, si fieri possit, fontibus lacrimarum, cum propter ea iudex torqueat accusatum, ne occidat nesciens innocentem, fit per ignorantie miseriam ut et tortum et innocentem occidat, quem, ne innocentem occideret, torserat. Si enim secundum istorum sapientiam delegerit ex hac vita fugere quam diutius illa sustinere tormenta, quod non commisit commisisse se dicit. Quo dampnato et occiso, utrum nocentem an innocentem iudex occiderit adhuc nescit, quem ne innocentem nesciens occideret torsit; ac per hoc innocentem et ut sciret torsit et dum nesciret occidit. In his tenebris vite socialis sedebit iudex ille sapiens an non audebit? Sedebit plane. Constringit enim eum et ad hoc officium pertrahit humana societas, quam deserere nephas ducit. Hoc enim nephas esse non ducit, quod testes innocentes in causis torquentur alienis, quod hi qui arguuntur vi doloris plerumque superati et de se falsa confessi etiam puniuntur innocentes, cum iam torti fuerint innocentes; quod, etsi non morte puniantur, in ipsis vel ex ipsis tormentis plerumque moriuntur; quod aliquando et ipsi qui arguunt, humane societati fortasse, ne crimina inpunita sint, prodesse cupientes et mentientibus testibus reoque ipso contra tormenta durante inmaniter nec fatente probare quod obiciunt non valentes, quamvis vera obiecerint, a iudice nesciente dampnantur. Hec tot et tanta mala non deputat esse peccata; non enim hec facit sapiens iudex nocendi voluntate, sed necessitate nesciendi, et tamen quia cogit humana societas, necessitate etiam iudicandi. Hec est ergo quam dicimus miseria certe hominis, et si non malitia sapientis. An vero necessitate nesciendi atque iudicandi torquet insontes, punit insontes, et parum est illi quod non est reus, si non sit insuper et beatus? Quanto consideratius et homine dignius agnoscit in ista necessitate miseriam eamque in se odit et, si pie sapit, clamat ad Deum: De necessitatibus meis erue me, Domine.

De diversitate linguarum qua societas hominum dirimitur et de miseria bellorum etiam que iusta dicuntur. ca. vij.

Post civitatem vel urbem sequitur orbis terre, in quo tercium gradum ponunt societatis humane, incipientes a domo atque inde ad urbem, deinde ad orbem progrediendo venientes; qui utique, sicut aquarum congeries, [tanto] quanto maior est, periculis plenior. In quo primum linguarum diversitas hominem alienat ab homine. Nam si duo sibimet invicem fiant obvii neque preterire, sed simul esse aliqua necessitate cogantur, quorum neuter linguam novit alterius, facilius sibi muta animalia, etiam [diversi] generis, quam illi, cum sint homines ambo, sociantur. Quando enim que sentiunt inter se communicare non possunt, propter solam diversitatem lingue nichil prodest ad consociandos homines tanta similitudo nature, ita ut libentius homo sit cum cane suo quam cum homine alieno. At enim opera data est, ut imperiosa civitas [societas] non solum iugum, verum etiam linguam suam domitis gentibus per pacem societatis imponeret, per quam non deesset, ymmo et habundaret etiam interpretum copia. Verum est; sed hoc quam multis et quam grandibus bellis, quanta strage hominum, quanta effusione humani sanguinis comparatum est! Quibus transactis non est tamen eorum malorum finita miseria. Quamvis enim non defuerint neque desint hostes extere naciones, contra quas semper bella gesta sunt et geruntur, tamen etiam ipsa imperii latitudo peperit peioris generis bella, socialia scilicet et civilia, quibus miserabilius quatitur humanum genus, sive cum belligeratur, ut aliquando conquiescant, sive cum timetur, ne rursus exurgant. Quorum malorum multas et multiplices [clades], duras et diras necessitates si ut dignum est eloqui velim, quamquam nequaquam sicut res postulat possim, quis erit prolixe disputationis modus? Sed sapiens, inquiunt, iusta bella gesturus est. Quasi non, si se hominem meminit, multo magis dolebit iustorum necessitatem sibi extitisse bellorum, quia nisi iusta essent, ei gerenda non essent, ac per hoc sapienti nulla bella essent. Iniquitas enim partis adverse iusta bella ingerit gerenda sapienti; que iniquitas utique homini est dolenda, quia hominum est, et si nulla ex ea bellandi necessitas nasceretur. Hec itaque mala tam magna, tam horrenda, tam seva quisquis cum dolore considerat, miseriam [necesse est] fateatur; quisquis autem vel patitur ea sine animi dolore vel cogitat, multo utique miserius ideo se putat beatum, quia et humanum perdidit sensum.

Quod amicitia bonorum secura esse non possit, dum a periculis presentis vite trepidari necesse sit. ca. viij.

Si autem non contingat quedam ignorancia similis dementie, que tamen in huius vite misera condicione sepe contingit, ut credatur vel amicus esse qui inimicus est vel inimicus qui amicus est, quid nos consolatur in hac humana societate erroribus erumpnisque plenissima nisi fides non ficta et mutua dilectio verorum et amicorum bonorum? Quos quanto plures et in locis pluribus habemus, tanto longius latiusque metuimus, ne quid eis contingat mali de tantis malorum aggeribus huius seculi. Non enim tantummodo solliciti sumus, ne fame, ne bellis, ne morbis, ne captivitatibus affligantur, ne in eadem servitute talia paciantur qualia nec cogitare sufficimus; verum etiam, ubi timor est multo amarior, ne in perfidiam, maliciam nequiciamque mutentur. Et quando ista contingunt, tanto utique plura quanto illi sunt plures et in nostram noticiam perferuntur, quibus cor nostrum flagris uratur, quis potest nisi qui talia sentit advertere? Mortuos quippe audire mallemus, quamvis et hoc sine dolore non possimus audire. Quorum enim nos vita propter amicitie solacia delectabat, unde fieri potest ut eorum mors nullam nobis ingerat mestitudinem? Quam qui prohibet, prohibeat, si potest, amica colloquia, interdicat amicabilem vel intercidat affectum, omnium humanarum necessitudinum vincula mentis inmiti stupore disrumpat, aut sic eis utendum censeat, ut nulla

ex eis amicitie dulcedo perfundat. Que si fieri nullo modo
potest etiam hoc pacto futurum est ut eius nobis ama
ra mors non sit tamquam dulcis est vita. Hinc est enim
et luctus quidam non inhumani cordis quasi vulneris
aut ulceris cui sanando adhibentur officiose conso
lationes. Non enim propterea non est quod sanetur quoniam
quanto est animus melior tanto in eo citius faciliusque
sanatur. Cum igitur etiam de carissimorum mortibus maxime
quorum sunt humane societati officia necessaria nunc
mitius nunc asperius affligatur vita mortalium
mortuos tamen eos quos diligimus quam vel a fide
vel a bonis moribus lapsos hoc est in ipsa a
nima mortuos audire seu videre mallemus. Qua
ingenti materia plena est terra propter quod scriptum
est Numquid non temptatio est vita hominis super
terram. Et propter quod ipse dominus ait Ve mundo a scandalis.
Et iterum Quoniam habundavit iniquitas refrigescet
caritas multorum. Ex quo fit ut bonis amicis
mortuis gratulemur et cum mors eorum contristet — nos
ipsa nos certius consoletur quoniam caruerunt malis quibus
in hac vita etiam boni homines vel conteruntur vel de
pravantur vel in utroque periclitantur. De amicitia sanc
torum angelorum que homini in hoc mundo non potest
esse manifesta propter fallaciam demonum in
quos inciderunt qui multos sibi deos colendos putaverunt. IX

In societate vero sanctorum angelorum quam philosophi illi qui
nobis deos amicos esse voluerunt quarto
constituerunt loco velut ad mundum venientes ab
orbe terrarum ut sic eum quodammodo complecterentur et ce
lum nullo quidem metuimus ne tales amici — vel
vel morte nos sua vel depravatione contristent. Sed quia
nobis non ea qua homines familiaritate mis
centur quod etiam ipsum ad erumpnas huius pertinet
vite et aliquando sathanas sicut legimus transfigu
rat se velut angelum lucis ad temptandos eos
quos ita vel erudiri opus est vel decipi ius
tum est magna dei misericordia necessaria est ne quisquam
cum bonos angelos amicos se habere putat habeat
malos demones fictos amicos eosque tanto
nocentiores quanto astutiores ac fallaciores
patiatur inimicos. Et cui magna ista dei misericordia
necesse est ne quisquam cum bonos angelos a
micos se habere putat habeat malos demones
fictos amicos eosque tanto nocentiores quan
to astutiores ac fallaciores inimicos. Et cui
magna ista dei misericordia necessaria est nisi magne
humane miserie que ignorancia tanta premitur
ut facile istorum simulacione fallatur. Et illos qui
dem philosophos in impia civitate qui deos sibi a
micos esse dixerunt in demones malignos inci
disse certissimum est quibus ipsa tota civitas sub
ditur cum eis habitura supplicium. Ex eorum quippe
sacris vel potius sacrilegiis quibus eos colen
dos et ex ludis immundissimis ubi eorum crimina ce
lebrantur quibus eos placandos putaverunt eis
dem ipsis auctoribus et exactoribus talium tan
torumque dedecorum satis ab eis qui colantur expressum
est. Quid fruc sanctis de superata huius
vite temptatione paratus sit. X

Sed neque sancti et fideles unius veri
dei summique cultores ab eorum fallaciis
et multiformi temptacione securi sunt. In hoc enim loco
infirmitatis et diebus malignis etiam ista sol
licitudo non est inutilis ut illa securitas ubi pax
plenissima atque certissima est desiderio ferventiore
queratur. Ibi enim erunt nature munera hoc est que nature
nostre ab omnium naturarum creatore donantur non solum bona
verum etiam sempiterna non solum in anima que sanatur
per sapientiam verum et in corpore quod resurrectione renova
bitur ubi virtutes non contra ulla vicia vel mala quecum
que certantes sed habentes victorie premium eternam pa
cem quam nullus adversarius inquietet. Ipsa est
enim beatitudo finalis ipsa perfectionis finis qui con
sumentem non habet finem. Hic autem dicimur quidem beati
quando pacem habemus quantulacumque hic haberi potest in vita
bona sed hec beatitudo illi quam finalem dicimus
beatitudini comparata prorsus miseria reperitur.
Hanc ergo pacem qualis hic potest esse mortales ho
mines in rebus mortalibus quando habemus si recte vi
vimus bonis eius recte utitur virtus quando vero eam
non habemus et malis que homo patitur bene utitur virtus.
Sed tunc est vera virtus quando et omnia bona quibus
bene utitur et quidquid in bono usu bonorum et ma
lorum facit et se ipsam ad eum finem refert ubi nobis
talis et tanta pax erit qua melior et maior
esse non possit. De beatitudine pacis eterne in qua sanctis
finis est id est vera perfectio. XI

Quapropter possemus dicere fines
nostrorum bonorum esse pacem sicut eternam dix
imus vitam presertim quia et ipsi civitati dei de qua — qua
ista operosissima disputatio in sancto dicitur psalmo Lauda
ierusalem dominum lauda deum tuum syon. Quoniam confortavit se
ras portarum tuarum benedixit filios tuos in te. Qui posuit fines tuos pacem. Quando
enim confirmate fuerint sere portarum eius iam
in illam nullus intrabit nec ab illa ullus exi
bit ac per hoc fines eius debemus intelligere — in cam
pacem quam volumus demonstrare finalem.
Nam et ipsius civitatis misticum nomen id est ierusalem
quod et ante diximus visio pacis interpretatur. Sed quoniam pa
cis nomen etiam in his rebus mortalibus fre
quentatur ubi utique non est vita eterna propterea finem
civitatis huius ubi erit summum bonum eius eternam
vitam maluimus commemorare quam pacem
de quo fine apostolus ait. Nunc vero liberati a peccato
servi autem facti deo habetis fructum vestrum in sanctificatione
finem vero vitam eternam. Sed rursus quia vita eterna
ab eis qui familiaritatem non habent cum scripturis sanctis
potest accipi etiam malorum vita vel secundum etiam philosophos
propter anime immortalitatem vel secundum etiam fidem nostram
propter penas interminales impiorum qui utique in eternum
cruciari non poterunt nisi et vixerint in eternum
profecto finis civitatis huius in quo summum habebit
bonum vel pax in vita eterna vel vita eterna in pa
ce dicendus est ut facilius ab hominibus possit in
telligi. Tantum est enim pacis bonum ut et in rebus
terrenis atque mortalibus nichil gracius soleat
audiri nichil desiderabilius concupisci nichil pos
tremo possit melius inveniri. De quo si aliquanto

diutius loqui voluerimus non essemus quantum arbitror onerosi legentibus et propter finem civitatis de qua nobis sermo est et propter ipsam dulcedinem pacis que omnibus cara est. Quod etiam bellantium sevitia omnesque hominum inquietudines ad pacis finem cupiant pervenire sine cuius appetitu nulla natura sit. xii capitulum.

Quod enim mecum quisquis res humanas naturamque communem utcumque intuetur agnoscit, sicut nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit. Quandoquidem et ipsi qui bella volunt nichil aliud quam vincere volunt. Ad gloriosam ergo pacem bellando cupiunt pervenire. Nam quid est aliud victoria nisi subiectio repugnantium? Quod cum factum fuerit, pax erit. Pacis igitur intentione geruntur et bella, ab hiis etiam qui virtutem bellicam student exercere imperando atque pugnando. Unde pacem constat belli esse optabilem finem. Omnis enim homo belligerando pacem requirit; nemo autem bellum pacificando. Nam et illi qui pacem in qua sunt perturbare volunt non pacem oderunt, sed eam pro arbitrio suo cupiunt commutari. Non ergo ut sit pax nolunt, sed ut ea sit quam volunt. Denique et si per sedicionem se ab aliis separaverint, cum eis ipsis conspiratis vel coniuratis suis nisi qualemcumque speciem pacis teneant, non efficiunt quod intendunt. Proinde latrones ipsi ut vehementius et tutius infesti sint paci ceterorum, pacem volunt habere sociorum. Sed et si unus sit tam prepollens viribus et conscios cavens ut nulli socio se committat, solusque insidians et prevalens quibus potuerit oppressis et extinctis predas agat, cum eis certe quos occidere non potest et quos vult latere quod facit qualemcumque umbram pacis tenet. In domo autem sua cum uxore et cum filiis et si quos alios illic habet studet profecto esse pacatus; eis quippe ad nutum obtemperantibus sine dubio delectatur. Nam si non fiat indignatur, corripit, vindicat, et domus sue pacem, si ita necesse sit, etiam seviendo componit, quam sentit esse non posse nisi cuidam principio, quod ipse in domo sua est, cetera in eadem domestica societate subiecta sint. Ideo si offeratur ei servitus plurium vel civitatis vel gentis ita ut sic ei serviant quemadmodum sibi domi sue serviri volebat, non se iam latronem latebris conderet, sed regem conspicuum sublimaret, cum eadem in illo cupiditas et malitia permaneret. Pacem itaque cum suis omnes habere cupiunt, quos ad arbitrium suum volunt vivere. Nam et cum quibus bellum gerunt, suos facere si possint volunt eisque subiectis leges sue pacis imponere. Sed faciamus aliquem qualem canit poetica et fabulosa narratio, quem fortasse propter ipsam insociabilem feritatem semihominem quam hominem dicere maluerunt. Quamvis ergo huius regnum dire spelunce fuerit solitudo, tamque malitia singularis ut ex hac ei nomen inventum sit (nam kakos grece dicitur quod ille vocabatur), nulla coniux ei blandum referret referretque sermonem, nullis filiis vel alluderet parvulis vel grandiusculis imperaret, nullo amici colloquio frueretur, nec vulcani patris, quo vel hinc tantum patre felicior fuit, qui tale monstrum non genuit; nichil cuiquam daret, sed a quo posset quidquid vellet et quando posset quando vellet auferret; tamen in ipsa sua spelunca solitaria, cuius ut describitur semper recenti cede tepebat humus, nichil aliud quam pacem volebat, in qua nemo illi molestus esset nec eius quietem vis ullius terrorve turbaret. Cum corpore denique suo pacem habere cupiebat, et quantum habebat tantum illi bene erat. Quandoquidem membris obtemperantibus imperabat, et ut suam mortalitatem adversum se ex indigentia rebellantem ac sedicionem famis ad dissociandam atque excludendam de corpore animam concitantem quanta posset festinatione pacaret, rapiebat, necabat, vorabat, et quamvis immanis ac ferus, paci tamen sue vite ac salutis immaniter ac ferociter consulebat; ac per hoc si pacem quam in sua spelunca atque in se ipso habere satis agebat etiam cum aliis habere vellet, nec malus nec monstrum nec semihomo vocaretur. Aut si eius corporis forma et atrorum ignium vomitus ab eo deterrebat hominum societatem, forte non nocendi cupiditate, sed vivendi necessitate seviebat. Verum iste non fuerit vel, quod magis credendum est, talis non fuerit qualis poetica vanitate describitur. Nisi enim nimis accusaretur cacus, parum hercules laudaretur. Talis ergo homo sive semihomo melius ut dixi creditur non fuisse, sicut multa figmenta poetarum. Ipse enim sevissime fere, unde ille partem habuit feritatis (nam et semiferus dictus est), genus proprium quadam pace custodiunt coeundo, gignendo, pariendo, fetus fovendo atque nutriendo, cum sint pleraeque insociabiles et solivage, non scilicet ut oves, cervi, columbe, sturni, apes, sed ut leones, vulpes, aquile, noctue. Que enim tigris non filiis suis mitis immurmurat et pacata feritate blanditur? Quis milvus quantumlibet solitarius rapinis circumvolet, non coniugium copulat, nidum congerit, ova confovet, pullos alit et quasi cum sua matre familias societatem domesticam quanta potest pace conservat? Quanto magis homo fertur quodammodo nature sue legibus ad ineundam societatem pacemque cum hominibus quantum in ipso est omnibus obtinendam, cum etiam mali pro suorum pace belligerent omnesque si possent suos facere velint, ut uni cuncti et cuncta deserviant, quo pacto nisi in eius pacem vel amando vel timendo consentiant? Sic enim superbia perverse imitatur deum. Odit namque cum sociis equalitatem sub illo, sed imponere vult sociis dominationem suam pro illo. Odit ergo iustam pacem dei et amat iniquam pacem suam; non amare tamen qualemcumque pacem nullo modo potest. Nullum quippe vitium ita contra naturam est, ut nature deleat etiam extrema vestigia. Itaque pacem iniquorum in pacis comparatione iustorum ille videt nec pacem esse dicendam, qui novit preponere recta pravis et ordinata perversis. Quod autem perversum est, hoc etiam necesse est ut in aliqua et ex aliqua et cum aliqua

nam quod malus grece kakos

rerum parte peccatum sit in quibus est uel ex quibus
constat. Alioquin nihil esset omnino uelut si quis
capite deorsum pendeat peruersus est utique situs
corporis et ordo membrorum, quia id quod desuper esse
natura postulat subter uult esse, desuper factum est

(subter est et quod illa de)

Conturbabit carnis pacem ista peruersitas et ideo
molesta est. Verumtamen anima corpori suo paccata est
et pro eius salute satagit et ideo est qui doleat. Que

(salute)

si molestiis eius exclusa discesserit, quamdiu
compago membrorum manet, non est sine quadam
partium pace quod remanet, et ideo est adhuc qui pen
deat, et quod terrenum corpus in terram nititur et uinculo
quo suspensum est renititur, in sue pacis ordinem
tendit, et locum quo requiescat quodammodo uoce
ponderis poscit, iamque exanime ac sine ullo sen
su a pace tamen naturali sui ordinis non recedit uel cum
tenet eam uel cum tenet eam uel cum fertur ad
eam. Si enim adhibeantur medicamenta atque cura
tio que formam cadaueris dissolui dilabique non sinat
adhuc pax quedam partes partibus iungit totam
que molem applicat terreno et conuenienti ac per hoc
pacato loco. Si autem nulla adhibeatur cura condi
endi, sed naturali cursu relinquatur, tamdiu quasi tu
multuantur dissentientibus exalationibus et nostro
inconuenientibus sensui. Idem enim est quod in
putore sentitur, donec mundi conueniat elementis
et in eorum pacem paulatim particulatimque disce
dat. Nullo modo tamen inde aliquid legibus summi illius
creatoris ordinatorisque subtrahitur a quo pax
uniuersitatis administratur, quia et si de cadauere maio
ris animantis animalia minuta nascantur, eadem le
ge per cuncta diffusas ad salutem generis cuiusque
mortalium congrua congruis pacificantes qua
quauersum trahantur et rebus quibuscumque iungantur
et in res quaslibet conuertantur et commutentur
inueniunt.

(creatoris queque corpuscula in salutis pace suis animalibus seruiunt. Et si mortuorum carnes ab aliis animalibus deuorentur, easdem leges)

De pace uniuersali que inter quaslibet perturbationes perire non potest lege nature dum sub iusto iudice ad id quisque peruenit ordinatione quod meruit uoluntate. XIII

Pax itaque corporis est ordinata tem
peratura partium, pax anime irratio
nalis ordinata requies appetitionum, pax cor
poris et anime ordinata uita et salus animantis,
pax hominis mortalis et dei ordinata in fide
sub eterna lege obedientia, pax hominum ordinata
concordia, pax domus ordinata imperandi atque
obediendi concordia cohabitantium, pax celestis ciuitatis
ordinatissima societas fruendi deo et inuicem
in deo, pax omnium rerum tranquillitas ordinis. Ordo
est parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens
dispositio. Proinde miseri quia in quantum miseri sunt
utique in pace non sunt. Tranquillitate quidem
ordinis carent ubi perturbatio nulla est. Verumtamen
quia merito iusteque miseri sunt, ea quoque ipsa mi
seria sua preter ordinem esse non possunt. Non quidem
coniuncti beatis sed ab eis tamen ordinis lege seiuncti.
Qui cum sine perturbatione sunt, rebus in quibus
sunt quantumcumque congruentia coaptantur
ac per hoc est in eis ordinis nonnulla pax, in
eo miseri sunt quia et si in aliqua securitate

(pax anime rationalis ordinata cognitionis actionisque consensio)

(concordia cohabitantium pax ciuitatis ordinata imperandi atque obediendi)

(nonnulla tranquillitas inest ergo)

non dolent, non tamen ibi sunt ubi securi esse ac dolere non
debeant. Miseriores autem si pax eis cum ipsa lege
non est qua naturalis ordo administratur. Cum autem dolent,
ex qua parte dolent pacis perturbatio facta est; in
illa uero adhuc pax est in qua nec dolor urit nec
compago ipsa dissoluitur. Sicut ergo est quedam uita
sine dolore, dolor autem sine aliqua uita esse non potest,
sic est pax quedam sine ullo bello, bellum uero esse
sine aliqua pace non potest. Non secundum id quod bellum
est, sed secundum id quod ab eis uel in eis geritur qui aliquae
nature sunt, que nullo modo essent si non qualicumque pace
subsisterent. Quapropter est natura in qua nullum ma
lum est uel etiam in qua nullum potest esse malum; pro
inde nec ipsius diaboli natura in quantum natura
est mala est, sed peruersitas eam malam facit. Itaque
in ueritate non stetit sed ueritatis iudicium non euasit; quia
in ordinis tranquillitate non mansit, nec ideo tamen a potesta
te ordinatoris effugit. Bonum dei quod illi est in
natura nec eum subtrahit iusticie dei qua or
dinatur in pena. Nec ibi deus bonum insequitur
quod creauit, sed malum quod ille commisit. Neque enim totum
aufert quod nature dedit, sed aliquid adimit,
aliquid relinquit, ut sit qui doleat quod ademit. Et
ipse dolor testimonium est boni adempti et boni relic
ti. Nisi enim bonum relictum esset, bonum amissum dolo
re non posset. Nam qui peccat peior est si le
tatur in dampno equitatis; qui uero cruciatur si
nihil inde acquirat boni, dolet dampnum salutis.
Et quoniam equitas et salus utrumque bonum est, bo
nique amissione dolendum est potius quam
letandum, nisi tamen sit compensatio melioris.
Melior est autem animi equitas quam corporis sanitas.
profecto conuenientius iniustus dolet in sup
plicio quam letatus est in delicto. Sicut ergo letitia
deserti boni in peccato testis est uoluntatis male,
ita dolor amissi boni in supplicio testis est
nature bone. Qui enim dolet amissam nature sue
pacem, ex aliquibus reliquiis pacis dolet
id quibus fit ut sibi amica natura sit. Hoc autem
in extremo supplicio recte fit, ut iniqui et im
pii naturalium bonorum dampna in cruciatibus defle
ant, sentientes eorum ablatorem iustissimum quem
contempserunt benignissimum largitorem. Deus ergo
naturarum omnium sapientissimus conditor et iustissimus
ordinator, qui terrenorum ornamentorum maximum
instituit mortale genus humanum, dedit hominibus
quedam bona huic uite congrua, id est pacem tem
poralem pro modulo mortalis uite in ipsa salute
incolumitate ac societate sui generis, et quecumque
huic paci uel tuende uel recuperande necessaria sunt,
sicut ea que apte et conuenienter adiacent sensi
bus lux, nox, aure spirabiles atque potabiles et
quidquid ad alendum tegendum curandum ornandumque
corpus congruit, eo pacto equissimo ut qui mor
talis talibus bonis paci mortalium accommo
datis recte usus fuerit, accipiat ampliora atque
meliora, ipsam scilicet immortalitatis pacem eique con
uenientem gloriam et honorem in uita eterna ad
fruendum deo et proximo in deo; qui autem perperam,
nec illa accipiet et hec amittet. De ordine

(Esse autem natura in qua nullum bonum sit non potest)

(deum)

II

et lege caritatis sive celestis sive terrene per quam societati humane et dominando consulitur et consulendo servitur capitulum decimum quartum

Omnis ergo usus rerum temporalium refertur ad fructum pacis terrene in terrena civitate; in celesti autem civitate refertur ad fructum pacis eterne. Quapropter si irrationabilia essemus animancia, nichil appeteremus preter ordinatam temperaturam partium corporis [et requiem appetitionum. Nichil ergo preter quietem carnis et copiam voluptatum] ut pax corporis prodesset paci anime. Si enim desit pax corporis impeditur etiam irrationalis anime pax, quia requiem appetitionum consequi non potest. Utrumque autem simul ei paci prodest, quam inter se habent anima et corpus, id est ordinate vite ac salutis. Sicut enim pacem corporis amare se ostendunt animancia, cum fugiunt dolorem, et pacem anime, cum propter explendas indigentias appetitionum voluptatem sequuntur, ita mortem fugiendo satis indicant, quantum diligant pacem, qua sibi conciliantur anima et corpus. Sed quia homini rationalis anima inest, totum hoc quod habet commune cum bestiis subdit paci anime rationalis, ut mente aliquid contempletur et secundum hoc aliquid agat, ut sit ei ordinata cognitionis [actionis]que consensio, quam pacem rationalis anime dixeramus. Ad hoc enim velle debet nec dolore molestari nec desiderio perturbari nec morte dissolvi, atque aliquid utile cognoscat et secundum eam cognitionem vitam moresque componat. Sed ne ipso studio cognitionis propter humane mentis infirmitatem in pestem alicuius erroris incurrat, opus habet magisterio divino, cui certus obtemperet, et adiutorio, ut liber obtemperet. Et quamdiu est in isto mortali corpore, peregrinatur a Domino; per fidem enim ambulat, non per speciem. Ac per hoc omnem pacem vel corporis vel anime vel simul corporis et anime refert ad illam pacem, que homini mortali est cum immortali Deo, ut ei sit ordinata in fide sub eterna lege obediencia. Iam vero quia duo precipua precepta, hoc est dilectionem Dei et dilectionem proximi, docet magister Deus, in quibus tria invenit homo que diligat, Deum, se ipsum et proximum, atque ille in se diligendo non errat, qui diligit Deum, consequens est ut etiam proximo ad diligendum Deum consulat, quem iubetur sicut se ipsum diligere, sic uxori, sic filiis, sic domesticis, sic ceteris quibus potuerit hominibus, et ad hoc sibi a proximo, si forte indiget, consuli velit; ac per hoc erit pacatus, quantum in ipso est, omni homini pace hominum, id est ordinata concordia, cuius hic ordo est, primum ut nulli noceat, deinde ut etiam prosit cui potuerit. Primitus ergo inest ei suorum cura; ad eos quippe habet oportuniorem facilioremque aditum consulendi vel nature ordine vel ipsius societatis humane. Unde apostolus dicit: Quisquis autem suis et maxime domesticis non providet, fidem denegat et est infideli deterior. Hinc itaque pax domestica oritur, id est ordinata imperandi obediendique concordia cohabitancium. Imperant enim qui consulunt, sicut vir uxori, parentes filiis, domini servis. Obediunt autem quibus consulitur, sicut mulieres maritis, filii parentibus, servi dominis. Sed in domo iusti viventis ex fide et adhuc ab illa celesti civitate peregrinantis et[iam] serviunt eis quibus videntur imperare. Neque enim dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi, nec principandi superbia, sed providendi misericordia.

De libertate naturali et de servitute cuius prima causa peccatum est quia homo male voluntatis etiam si non est mancipium alterius hominis servus est proprie libidinis XV.

Hoc naturalis ordo prescribit, ita Deus hominem condidit. Nam dominetur, inquit, piscium maris et volatilium celi et omnium repentium que repunt super terram. Rationalem factum ad imaginem suam noluit nisi irrationabilibus dominari; non hominem homini, sed hominem pecori. Inde primi iusti pastores pecorum magis quam reges hominum constituti sunt, ut etiam sic insinuaret Deus quid postulet ordo creaturarum, quid exigat meritum peccatorum. Condicio quippe servitutis iure intelligitur imposita peccatori. Proinde nusquam scripturarum legimus servum, antequam hoc vocabulo Noe iustus peccatum filii vindicaret; nomen itaque istud culpa meruit, non natura. Origo autem vocabuli servorum in latina lingua inde creditur ducta, quod hii qui iure belli possent occidi, a victoribus cum servabantur, servi fiebant, a servando appellati; quod etiam ipsum sine peccati merito non est. Nam et cum iustum geritur bellum, pro peccato e contrario dimicatur; et omnis victoria, cum etiam malis provenit, divino iudicio victos humiliat vel emendans peccata vel puniens. Testis est homo Dei Daniel, cum in captivitate positus peccata sua et peccata populi sui confitetur et hanc esse causam illius captivitatis pio dolore testatur. Prima ergo servitutis causa peccatum est, ut homo homini condicionis vinculo subderetur; quod non fit nisi Deo iudicante, apud quem non est iniquitas et novit diversas penas meritis distribuere delinquencium. Sicut autem supernus Dominus dicit: Omnis qui facit peccatum servus est peccati, ac per hoc multi quidem religiosi dominis iniquis, non tamen liberis serviunt; a quo enim quis devictus est, huic et servus addictus est. Et utique felicius servitur homini quam libidini, cum sevissimo dominatu vastet corda mortalium, ut alias omittam, libido ipsa dominandi. Hominibus autem illo pacis ordine, quo aliis alii subiecti sunt, sicut prodest humilitas servientibus, ita nocet superbia dominantibus. Nullus autem natura, in qua prius Deus hominem condidit, servus est hominis aut peccati. Verum et penalis servitus ea lege ordinatur, que naturalem ordinem conservari iubet, perturbari vetat; quia si contra eam legem non esset factum, nichil esset penali servitute coherendum. Ideoque apostolus servos monet subditos esse dominis [suis et ex animo eis cum bona voluntate servire ut scilicet si non possunt a dominis] liberi fieri, suam servitutem ipsi quodammodo liberam faciant, non timore subdolo, sed fideli dilectione serviendo, donec transeat iniquitas et evacuetur omnis principatus et potestas humana, et sit Deus omnia in omnibus.

De equo iure dominandi capitulum XVI

Quocirca etiam si habuerunt servos iusti patres nostri, sic administrabant domesticam pacem, ut secundum hec temporalia bona filiorum sortem a

seruorum condicione distinguerent ad deum autem colendum in quo eterna bona speranda sunt omnibus domus sue membris pari dilectione consulerent. Quod naturalis ordo ita prescribit ut nomen patrum familias hinc exortum sit et tam late vulgatum ut etiam inique dominantes hoc se gaudeant appellari. Qui autem veri patres familias sunt omnibus in familia sua tamquam filiis ad colendum et promerendum deum consulunt desiderantes atque optantes venire ad celestem domum ubi necessarium non sit officium imperandi mortalibus quia necessarium non erit officium consulendi iam in illa immortalitate felicibus quia donec veniatur magis debent patres quod dominantur quam servi tolerare quod serviunt. Si quis autem in domo per inobedientiam domestice paci adversatur corripitur seu verbo seu verbere seu quolibet alio genere pene iusto atque licito quantum societas humana concedit pro eius qui corripitur utilitate ut paci unde dissiluerat coaptetur. Sicut enim non est beneficentie adiuvando efficere ut bonum quod maius est amittatur, ita non est innocentie parcendo sinere ut in malum gravius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium non solum nemini malum inferre verum etiam cohibere a peccato vel punire peccatum ut aut ipse qui plectitur corrigatur experimento aut alii terreantur exemplo. Quia ergo hominis domus initium sive particula debet esse civitatis, omne autem initium ad aliquem sui generis finem et omnis pars ad universi cuius pars est integritatem refertur, satis apparet esse consequens ut ad pacem civicam pax domestica referatur, id est ut ordinata imperandi obediendique concordia cohabitantium referatur ad ordinatam imperandi obediendique concordiam civium. Ita fit ut ex lege civitatis precepta sumere patrem familias oporteat quibus domum suam sic regat ut sit paci accommodata civitatis.

Unde celestis societas cum terrena civitate pacem habeant et unde discordiam. xvij

Sed domus hominum qui non vivunt ex fide pacem terrenam ex huius temporalis vite rebus commodisque sectatur. Domus autem hominum ex fide viventium expectat ea que in futurum eterna promissa sunt terrenisque rebus ac temporalibus tamquam peregrina utitur non quibus capiatur et avertatur quo tendit in deum sed quibus sustentetur ad facilius toleranda minimeque augenda onera corporis corruptibilis quod aggravat animam. Idcirco rerum vite huic mortali necessariarum utrisque hominibus et utrique domui communis est usus, sed finis utendi cuique suus proprius multumque diversus. Ita etiam terrena civitas que non vivit ex fide terrenam pacem appetit in eaque defigit imperandi obediendique concordiam civium ut sit eis de rebus ad mortalem vitam pertinentibus humanarum quedam compositio voluntatum. Civitas autem celestis vel potius pars eius que in hac mortalitate peregrinatur et vivit ex fide etiam ista pace necesse est utatur donec ipsa cui talis pax necessaria est mortalitas transeat, ac per hoc dum apud terrenam civitatem velut captivam vitam sue peregrinationis agit, iam promissione redemptionis et dono spiritali tamquam pignore accepto legibus terrene civitatis quibus hec administrantur que sustentande mortali vite accommodata sunt obtemperare non dubitat ut quoniam communis est ipsa mortalitas servetur in rebus ad eam pertinentibus inter civitatem utramque concordia. Verum quia terrena civitas habuit quosdam suos sapientes quos divina improbat disciplina qui vel suspicati vel decepti a demonibus crederent multos deos conciliandos esse rebus humanis, ad quorum diversa quodam modo officia diversa subdita pertinerent, ad alium corpus, ad alium animus, inque ipso corpore ad alium caput, ad alium cervix et cetera singula ad singulos; similiter in animo ad alium ingenium, ad alium doctrina, ad alium ira, ad alium concupiscentia; inque ipsis rebus vite adiacentibus ad alium pecus, ad alium triticum, ad alium vinum, ad alium oleum, ad alium silvas, ad alium nummos, ad alium navigationem, ad alium bella atque victorias, ad alium coniugia, ad alium partum ac fecunditatem, et ad alia cetera; celestis autem civitas unum deum solum colendum nosset eique tantummodo serviendum servitute illa que grece latria dicitur et non nisi deo debetur fideli pietate censeret: factum est ut religionis leges cum terrena civitate non posset habere communes, proque his ab ea dissentire haberet necesse atque oneri esse diversa sentientibus eorumque iras et odia et persecutionum impetus sustinere, nisi cum animos adversantium aliquando terrore sue multitudinis et semper divino adiutorio propulsaret. Hec ergo celestis civitas dum peregrinatur in terra ex omnibus gentibus cives evocat atque in omnibus linguis peregrinam colligit societatem, non curans quidquid in moribus legibus institutisque diversum est quibus pax terrena vel conquiritur vel tenetur, nihil eorum rescindens vel destruens, immo etiam servans ac sequens quod licet diversum in diversis nationibus ad unum tamen eundemque finem terrene pacis intenditur, si religionem qua unus summus et verus deus colendus docetur non impedit. Utitur ergo celestis civitas in hac sua peregrinatione pace terrena et de rebus ad mortalem hominum naturam pertinentibus humanarum voluntatum compositionem quantum salva pietate ac religione conceditur tuetur atque appetit eamque terrenam pacem refert ad celestem pacem, que vere ita pax est ut rationalis dumtaxat creature sola pax habenda atque dicenda sit, ordinatissima scilicet et concordissima societas fruendi deo et invicem in deo. Quo cum ventum fuerit non erit vita mortalis sed plane certeque vitalis, nec corpus animale quod dum corrumpitur aggravat animam sed spiritale sine ulla indigentia ex omni parte subditum voluntati. Hanc pacem dum peregrinatur in fide habet atque ex hac fide iuste vivit cum ad illam pacem adipiscendam refert quidquid bonarum actionum gerit erga deum et proximum, quoniam vita civitatis utique socialis est.

Quam diversa sit achademie

Noue ambiguitas a constantia fidei xpiane xviij

Quod autem attinet ad illam differentiam quam
de achademicis nouis Varro ad-
hibuit quibus incerta sunt omnia, omnino ciui- [^Sed nec sic omnino veritatis]
tas dei talem dubitationem tamquam dementiam detes-
tatur habens de rebus quas mente atque ratione compre-
hendit, etsi parua propter corpus corruptibile quod
aggrauat animam, quoniam sicut dicit apostolus ex parte
scimus, tamen certissimam scientiam, et credit sensibus in
rerum quarumque euidentia, quibus per corpus animus v-
titur, quoniam miserabilius fallitur, qui nunquam putat
eis credendum esse. Credit etiam scripturis sanctis et ue-
teribus et nouis, quas canonicas appellamus,
vnde fides ipsa concepta est, ex qua iustus viuit,
per quam sine dubitatione ambulamus, quamdiu
peregrinamur a domino. Qua salua atque certa [^quasi]
de quibusdam rebus, neque sensu neque ratione per-
cepimus, neque nobis per scripturam canonicam que
[^claruerunt nec per testes quibus non credere absurdum est in nostram notitiam] nerunt sine iusta reprehensione dubitamus.

De habitu et moribus populi xpiani xix.

Nichil sane ad istam pertinet ci-
uitatem quo habitu uel mo-
re uiuendi, si non est contra diuina precepta,
istam fidem qua peruenitur ad deum quisque sectetur.
Vnde ipsos quoque philosophos, quando christiani fiunt, non habitum
uel consuetudinem victus, que nichil impedit reli-
gionem, sed falsa dogmata mutare compellit. Vnde
illam quam Varro adhibuit ex Cinicis differentiam, si
nichil turpiter atque intemperanter agat, omnino non cu-
rat. Ex tribus vero illis vite generibus, ocioso, ac-
tuoso et ex vtroque composito, quamuis salua fi-
de quisque possit in quolibet eorum vitam ducere et
ad sempiterna premia peruenire, interest tamen quid
amore teneat veritatis, quid officio caritatis
impendat. Nec sic esse quisque debet ociosus
ut in eodem ocio vtilitatem non cogitet proximi,
nec sic actuosus ut contemplationem non requirat
dei. In ocio non iners vacatio delectare debet,
aut inquisitio aut inuentio veritatis, ut in
ea quisque proficiat et quod inuenit teneat et al-
teri non inuideat. In actione uero non amandus est
honor in hac vita siue potentia, quoniam omnia va-
nitas sub sole, sed ipsum opus quod per eundem honorem
[^fit si] uel potentiam recte atque vtiliter fit ut valeat
ad eam salutem subditorum que secundum deum est. Vnde iam
supra disputauimus, propter quod ait apostolus: Qui e-
[^bonum opus desiderat] piscopatum desiderat. Exponere voluit quid sit episcopatus,
quia nomen est operis non honoris. Grecum est
enim atque inde ductum vocabulum, quod ille qui preficitur,
eis quibus preficitur superintendit, curam eorum
scilicet gerens. Scopos quippe intentio est. Ergo
episcopein, si velimus latine superintendere possumus
dicere, ut intelligat non se esse episcopum qui preesse
[desideat] non prodesse. Itaque a studio cognoscende veri-
tatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet o-
cium. Locus vero superior, sine quo regi populus non
potest, etsi ita teneatur atque administretur ut decet, tamen
indecenter appetitur. Quamobrem ocium sanctum
querit caritas veritatis, negocium iustum suscipit
necessitas caritatis. Quam sarcinam si nullus impo-
suit, percipiende atque intuende vacandum est veritati.
Si autem imponitur, suscipienda est propter caritatis [^officium]
delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa su-
auitas et opprimat ista necessitas.

Quod sanctorum in huius vite tempore spe beati fiunt xx.

Quamobrem summum bonum ciuitatis dei
cum sit eterna pax atque perfecta, non per quam
mortales transeant nascendo atque moriendo,
sed in qua inmortales maneant nichil aduersi
omnino patiendo, quis est qui illam vitam uel
beatissimam neget, uel in eius comparatione istam
que hic agitur, quantislibet animi et corporis
et externarum rerum bonis plena sit, non miser-
rimam iudicet? Quam tamen quicumque sic habet, ut eius
vsum referat ad illius finem, quem diligit ardentis-
sime et fidelissime sperat, non absurde
dici etiam nunc beatus potest, spe illa potius quam re
ista. Res vero ista sine spe illa beatitudo falsa
et magna miseria est. Non enim veris animi
bonis vtitur, quoniam non est vera sapientia, que inten-
tionem suam in his que prudenter discernit, gerit
fortiter, cohibet temperanter, iusteque distribuit, non
in illum dirigit finem, ubi erit deus omnia in
omnibus, eternitate certa et pace perfecta. Res

An secundum diffinitiones Scipionis que in dyalo-
go Ciceronis vertuntur fuerit Romana respublica

Quapropter nunc xxi est locus ut
quam potero breuiter ac dilucide expe-
diam, quod in secundo huius operis libro me demon-
straturum esse promisi, secundum diffinitiones quibus apud
Ciceronem utitur Scipio in libris de re publica,
nunquam rem publicam fuisse Romanam. Bre-
uiter enim rem publicam diffinit esse rem populi. Que
diffinitio si vera est, nunquam fuit Romana res pu-
blica, quia nunquam fuit res populi, quam diffinitionem
voluit esse rei publice. Populum enim diffiniuit
cetum multitudinis iuris consensu et vtilitatis
communione sociatum. Quid autem dicat iuris con-
sensum, disputando explicat, per hoc ostendens
geri sine iusticia non posse rem publicam. Vbi ergo
iusticia vera non est, nec ius potest esse. Quod enim
iure fit, profecto iuste fit; quod autem fit iniuste,
nec iure fieri potest. Non enim iura dicenda sunt uel
putanda iniqua hominum constituta, cum illud etiam
ipsi esse dicant quod de iusticie fonte manauit,
falsumque esse quod a quibusdam non recte sentientibus
dici solet, id esse ius quod ei plus potest vtile est. [^qui]
Quocirca ubi non est vera iusticia, iuris consen-
su sociatus cetus hominum non potest esse, et ideo
nec populus iuxta illam Scipionis et Ciceronis dif-
finitionem; et si non populus, nec res populi, sed que-
liscumque multitudinis est, populi nomine dig-
na non est. Ac per hoc si res publica res populi est,
et populus non est qui consensu non est sociatus
iuris, non est autem ius ubi nulla iusticia
est, procul dubio colligitur ubi iusticia non est non
esse rem publicam. Iusticia porro ea virtus est
que sua cuique distribuit. Que igitur iusticia

est hominis, que ipsum hominem deo vero tollit et inmundis demonibus subdit? Hocine est sua cuique distribuere? An qui fundum aufert eius, a quo emptus est, et tradidit ei qui nichil habet in eo iuris, iniustus est, et qui se ipsum aufert dominanti deo, a quo factus est, et malignis servit spiritibus, iustus est? Disputatur certe acerrime atque fortissime in eisdem ipsis de re publica libris adversus iniusticiam pro iusticia. Et quoniam cum prius ageretur pro iniusticie partibus contra iusticiam et diceretur nisi per iniusticiam rem publicam stare augerique non posse, hoc veluti validissimum positum erat, iniustum esse ut homines hominibus dominantibus serviant; quam tamen iniusticiam nisi sequatur imperiosa civitas, cuius est magna res publica, non eam posse provinciis imperare: responsum est a parte iusticie ideo iustum esse, quod talibus hominibus sit utilis servitus, et pro utilitate eorum fieri, cum recte fit, id est cum improbis aufertur iniuriarum licentia, et domiti melius se habebunt, quia indomiti deterius se habuerunt; subditumque est ut ista ratio firmaretur, veluti a natura sumptum nobile exemplum, atque dictum est: Cur igitur deus homini, animus imperat corpori, ratio libidini ceterisque viciosis animi partibus? Plane hoc exemplo satis edoctum est quibusdam esse utilem servitutem, et deo quidem ut serviatur utile esse omnibus. Serviens autem deo animus recte imperat corpori, inque ipso animo ratio deo domino subdita recte imperat libidini viciisque ceteris. Quapropter ubi homo deo non servit, quid in eo putandum est esse iusticie? Quandoquidem deo non serviens nullo modo potest iuste animus corpori aut humana ratio viciis ceteris imperare. Et si in homine tali non est ulla iusticia, procul dubio nec in hominum cetu, qui ex hominibus talibus constat. Non est hic ergo iuris ille consensus, qui hominum multitudinem populum facit, cuius res dicitur esse publica. Nam de utilitate quid dicam, cuius etiam communione sociatus cetus hominum, sicut sese habet ista diffinitio, populus nuncupatur? Quamvis enim si diligenter attendas, nec utilitas sit ulla viventium qui vivunt impie, sicut vivit omnis qui non servit deo servitque demonibus, tanto magis impiis, quanto magis sibi, cum sint inmundissimi spiritus, tamquam diis sacrificari volunt; tamen quod de iuris consensu diximus, satis esse arbitror, unde appareat per hanc diffinitionem non esse populum, cuius res publica esse dicatur, in quo iusticia non est. Si enim dicunt non spiritibus inmundis sed diis bonis atque sanctis in sua re publica servisse Romanos, numquid eadem totiens repetenda sunt, que iam satis, immo ultra quam satis est, diximus? Quis enim ad hunc locum per superiores huius operis libros pervenit, qui dubitare adhuc possit malis et impuris demonibus servisse Romanos, nisi vel nimium stolidus vel impudentissime contenciosus? Sed ut taceam quales sint quos sacrificiis colebant, in lege veri dei scriptum est: Sacrificans diis eradicabitur, nisi domino tantum. Nec bonis igitur nec malis diis sacrificari voluit, qui hoc cum tanta comminatione precepit. An vero

[Margin: /aliquid]
[Margin: /et domiti melius se habuerunt quia]
[Margin: /semel]

sit deus, cui christiani serviunt, cui soli dicat sacrificari. XXII.

Sed videlicet potest quis iste deus est aut unde dignus probatur, cui debuerint obtemperare Romani, ut nullum deorum preter ipsum colerent sacrificiis? Cecitatis est adhuc querere quis iste deus sit. Iste est deus, cuius prophete predixerunt ista que cernimus. Ipse est deus, a quo responsum accepit Abraham: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod in Christo fieri, qui secundum carnem de illo semine exortus est, etiam ipsi qui remanserunt huius nominis inimici, velint nolint, agnoscunt. Ipse est deus, cuius divinus spiritus per eos locutus est, quorum predicta atque completa per ecclesiam, quam videmus toto orbe diffusam, in libris superioribus posui. Ipse est deus, quem Varro doctissimus Romanorum Iovem putat, quamvis nesciens quid loquatur. Quod ideo commemorandum putavi, quoniam vir tante sciencie nec nullum istum deum potuit estimare nec vilem; hunc enim esse credidit, quem summum putavit deum. Postremo ipse est deus, quem doctissimus philosophorum, quamvis Christianorum acerrimus inimicus, etiam per eorum oracula, quos deos putat, deum magnum Porphyrius confitetur.

[Margin: /magne]
[Margin: /prophetarum]

Que Porphyrius dicat oracula deorum responsa de Christo. XXIII.

Nam in libris quos Eglogion philosophias appellat, in quibus exequitur atque conscripsit rerum ad philosophiam pertinencium velut divina responsa, ut ipsa verba eius, que admodum ex lingua Greca in Latinam interpretata sunt, ponam: Interroganti, inquit, quem deum placando revocare possit uxorem suam a Christianismo, hec ait versibus Apollo. Deinde verba velut Apollinis ista sunt: Forte magis poteris in aqua impressis litteris scribere aut in flatus pennas leves per aera avis volare, quam pollute revoces impie uxoris sensum. Pergat quomodo vult inanibus fallaciis perseverans et lamentari fallaciis mortuum deum cantans, quem iudicibus recta sentientibus perditum pessima in speciosis ferro vincta mors interfecit. Deinde post hos versus Apollinis, qui non stante metro Latine interpretati sunt, subiunxit atque ait: In his quidem irremediabile [illegible] eorum manifestavit dicens, quoniam Iudei suscipiunt deum magis quam isti. Ecce ubi decolorans Christum Iudeos preposuit Christianis, confitens quod Iudei suscipiant deum. Sic enim exposuit versus Apollinis, ubi a iudicibus recta sentientibus Christum dicit occisum, tamquam illis iuste iudicantibus merito sit ille punitus. Viderint quid de Christo vates mendax Apollinis dixerit atque iste crediderit, aut fortassis vatem quod non dixit dixisse iste ipse confinxerit; quam sibi constat vel ipsa oracula inter se faciat convenire, postea videbimus. Hic tamen Iudeos tamquam dei susceptores recte dicit iudicasse de Christo, quod eum morte pessima excruciandum esse censuerint. Deus itaque Iudeorum, cui perhibet testimonium, audiendus fuit sic dicens: Sacrificans diis eradicabitur, nisi domino tantum. Sed ad manifestiora veniamus et audiamus quam magnum deum dicat esse Iudeorum. Item ad ea que interrogavit Apollinem, quid melius, verbum sive ratio an lex: Respondit, inquit, versibus hec dicens. Ac deinde subicit Apollinis versus, in quibus et isti sunt, ut quantum satis est inde

[Margin: /magis quam isti. Ecce ubi decolorans Christum Iudeos preposuit Christianis, confitens quod Iudei suscipiant deum]

de corpore/ In deum vero inquit regem et genitorem et in regem ante omnia/ quem tremit celum et terra atque mare et infernorum abdita/ et ipsa numina perhorrescunt/ quorum lex est pater/ quem valde sancti honorant hebrei/ Tali oraculo dei sui appollinis porphirius/ tam magnum dixit deum hebreorum/ ut eum et ipsa numina perhorrescant/ Cum ergo deus iste dixerit/ Sacrificans diis eradicabitur/ Miror quod ipse porphirius/ non perhorruit/ et sacrificans diis eradicari non formidavit/ Dicit etiam bona philosophus iste de christo/ quasi oblitus illius/ de quo paulo ante locuti sumus contumelie sue/ aut quasi in sompnis dii eius maledixerint christo/ et evigilantes eum bonum esse cognoverint digneque laudaverint/ Denique tamquam mirabile aliquid atque incredibile prolaturus/ Preter opinionem inquit profecto quibusdam videatur esse/ quod dicturi sumus/ christum enim dii piissimum pronunciaverunt/ et immortalem factum/ et cum bona predicatione eius meminerunt/ christianos vero pollutos inquit et contaminatos/ et errore implicatos esse dicunt/ et multis talibus adversus eos blasphemiis utuntur/ Deinde subicit velut oracula deorum blasphemantium christianos/ Et post hoc de christo autem inquit interrogantibus si est deus ait Hecate/ Quoniam quidem immortalis anima post corpus incedit/ nosti/ a sapientia autem abscisa semper errat/ Viri pietate prestantissimi est illa anima hanc colunt aliena a se veritate/ Deinde post verba huius quasi oraculi sua ipse contexens/ piissimum ergo virum inquit eum dixit/ et eius animam sicut aliorum piorum post obitum immortalitate dignatam/ et hanc christianos ignorantes colere/ Interrogantibus autem inquit Cur ergo dampnatus est oraculo Respondit dea/ Corpus quidem debilitantibus tormentis semper oppositum est/ anima vero piorum celesti sedi insidet/ Illa vero anima aliis animabus fataliter dedit quibus non annuerunt fata deorum dona obtinere/ neque habere Iovis immortalis agnicionem/ implicari errore/ Ipse vero pius/ et in celum sicut pii concessit/ Itaque hunc quidem non blasphemabis/ miseraberis autem hominum dementiam/ ex eo in eis facile preceps periculum/ Quis itaque stultus est ut non intelligat aut ab homine callido eoque christianis inimicissimo hec oracula fuisse conficta/ aut consilio simili ab impuris demonibus ista fuisse responsa/ Ut scilicet quoniam laudant christum propterea credantur veraciter vituperare christianos/ atque ita si possint intercludant viam salutis eterne/ in qua fit quisque christianus/ Sic quippe non credunt astucie sue mille formis sentiunt non esse contrarium/ si credatur eis laudantibus christum dummodo credatur et vituperantibus christianos/ ut eum qui utrumque crediderit talem christi faciant laudatorem/ ne velit esse christianus/ ac sic quamvis ab illo laudatus/ ab istorum tamen demonum dominatu eum non liberet christus/ presertim quia ita laudant christum ut quisquis in eum talem crediderit/ qualis ab eis predicatur/ christianus verus non sit/ sed fotinianus hereticus/ qui tantum hominem non etiam deum novit christum/ Et ideo per eum salvus esse non possit/ nec istorum mendaciloquorum demonum laqueos vitare vel solvere/ Nos autem neque appollinem

errore
Apparet ergo dis exosi[ ]trina quibus fato non fuit nosse deum: Nec dona deorum accipere hiis fataliter dedit errore isto implicari

vituperantem christum/ neque hecatem possumus approbare laudantem/ Ille quippe tamquam iniquum christum vult credi/ quem a iudicibus recta sentientibus dicit esse occisum/ ista hominem piissimum sed hominem tantum/ Una est tamen et illius et huius intencio/ ut nolint homines esse christianos/ quia nisi christiani erunt/ ab eorum erui potestate non poterunt/ Iste vero philosophus vel potius qui talibus adversus christianos quasi oraculis credunt/ prius faciat si possint/ ut inter se de christo hecate atque appollo concordent/ et ambo condempnent aut ambo laudent/ Quod si facere potuissent/ nichilominus nos et vituperatores et laudatores christi fallaces demones vitaremus/ Cum vero eorum deus et dea inter se de christo ille vituperando/ ista laudando dissentiant/ profecto eis blasphemantibus christianos non credunt homines/ si recte ipsi sentiant/ Sane christum laudans vel porphirius vel hecate cum dicit/ eum ipsum dedisse fataliter christianis ut implicarentur errore/ causas tamen eiusdem sicut putant pandit erroris/ Quas antequam ex verbis eius exponam/ prius quero/ si fataliter dedit christus christianis erroris implicationem/ Utrum volens aut nolens dedit/ Si volens quomodo iustus/ si nolens quomodo beatus/ Sed iam causas ipsius audiamus erroris/ Sunt inquit spiritus terreni minimi loco quodam malorum demonum potestate subiecti/ ab hiis sapientes hebreorum/ quorum unus iste etiam Ihesus fuit/ sicut audisti divina Apollinis que superius dicta sunt/ Ab hiis ergo hebrei demonibus pessimis et minoribus spiritibus vetabant religiosos/ et ipsis vacare prohibebant/ Venerari autem magis celestes deos amplius autem venerari deum patrem/ Hoc autem inquit et dii precipiunt/ et in superioribus ostendimus/ quemadmodum animadvertere ad deum monet/ et illum colere ubique imperant/ Verum indocti et impie nature quibus vere fatum non concessit ab diis dona obtinere/ neque habere Iovis immortalis notionem/ non audientes et deos divinos viros/ deos quidem omnes recusaverunt/ prohibitos autem demones/ et hos non odisse sed revereri/ Deum autem simulantes colere/ ea sola per que deus adoratur non agunt/ Nam deus quidem utpote omnium pater nullius indiget/ sed nobis est bene/ cum eum per iusticiam et castitatem aliasque virtutes adoramus/ ipsam vitam precem ad ipsum facientes/ per imitacionem et inquisicionem de ipso/ Inquisicio enim purgat inquit/ imitacio deificat affectionem ad ipsum operando/ Bene quidem predicavit deum patrem et quibus sit colendus moribus dixit/ quibus preceptis prophetici libri plenissimi sunt hebreorum/ quando sanctorum vita sive iubetur sive laudatur/ Sed in christianis tantum errat/ vel tantum calumpniatur/ quantum volunt demones/ quos putat deos/ quasi cuiquam difficile sit recolere que turpia et dedecora erga deorum obsequia in theatris agebantur/ et templis/ et attendere que legantur dicantur audiantur in ecclesiis/ vel deo vero quid offeratur/ et hinc intelligere ubi edificatio et ubi ruina sit morum/ Quis autem huic dixit vel inspiravit nisi dyabolicus spiritus tam vanum apertumque mendacium/ quod demones hebreis colere prohibitos/

ab

venerant potius quam oderunt christiani. Sed deus ille quem coluerunt sapientes hebreorum etiam celestibus sanctis angelis et virtutibus dei quos beatissimos tamquam cives in hac nostra peregrinatione mortali veneramur et amamus sacrificari vetat intonans in lege sua quam dedit hebreo populo suo et valde minaciter dicens Sacrificans diis eradicabitur. Et ne quisquam putaret demonibus pessimis terrenisque spiritibus quos iste dicit minimos vel minores ne sacrificetur esse preceptum quia et ipsi in scripturis dicti sunt dii non hebreorum sed gentium quod evidenter in psalmo LXX interpretes posuerunt dicentes Quoniam omnes dii gentium demonia. Ne quis ergo putaret istis quidem demonibus prohibitum celestibus autem vel omnibus vel aliquibus sacrificari esse permissum mox addidit nisi domino soli id est nisi domino tantum. Ne forte quod ait domino soli dominum solem esse quisquam credat cui sacrificandum esse putet quod non ita esse intelligendum in scripturis grecis facillime reperitur. Deus ergo hebreorum cui tam magnus tantus etiam iste philosophus perhibet testimonium legem dedit hebreo populo suo sermone conscriptam non obscuram et incognitam sed omnibus iam gentibus diffamatam in qua lege scriptum est Sacrificans diis eradicabitur nisi domino tantum. Quid opus est in hac eius lege eiusque prophetis de hac re multa requirere immo non requirere. Non enim obscura vel rara sunt sed aperta et crebra colligere et in hac disputatione mea ponere quibus luce clarius apparet nulli omnino nisi sum sibi deum verum et summum voluisse sacrificari. Ecce hoc unum breviter immo granditer minaciter sed veraciter dicitur ab illo deo quem tam excellenter eorum doctissimi predicant audiatur timeatur impleatur ne inobedientes eradicatio consequatur. Sacrificans inquit diis eradicabitur nisi domino tantum non quo rei egeat alicuius sed quia nobis expedit ut res eius simus. Hinc enim canitur in sacris litteris hebreorum Dixi domino deus meus es tu quoniam bonorum meorum non eges. Huius autem preclarissimum atque optimum sacrificium nos ipsi sumus hoc est civitas eius cuius rei mysterium celebramus oblationibus nostris que fidelibus nota sunt sicut in libris precedentibus disputavimus. Cessaturas enim victimas quas in umbra futuri offerebant iudei et unum sacrificium gentes a solis ortu usque ad occasum sicut iam fieri cernimus oblaturas per prophetas hebreos oracula usque ad occasum sicut iam fieri cernimus oblaturas per prophetas hebreos oracula increpuere divina ex quibus quantum satis visum est nonnulla protulimus et huic iam operi aspersimus. Quapropter ubi non est ista iustitia ut secundum suam gratiam civitati obedienti deus imperet unus et summus ne cuiquam sacrificet nisi tantum sibi et per hoc in omnibus hominibus ad eandem civitatem pertinentibus atque obedientibus deo animus etiam corpori atque ratio vitiis ordine legitimo fideliter imperet ut quemadmodum iustus unus ita cetus populusque iustorum vivat ex fide que operatur per dilectionem qua homo diligit deum sicut diligendus est deus et proximum sicut semetipsum. Ubi ergo non est ista iustitia profecto non est cetus hominum iuris consensu et utilitatis communione sociatus. Quod si non est utique populus non est si vera est hec populi diffinitio. Ergo nec respublica est quia res populi non est ubi ipse populus non est.

Qua diffinitione constet populi et rei publice nuncupationem non solum romanos sed et regna alia vendicare. XXIIII capitulum.

Si autem populus non isto sed alio diffiniatur modo velut si dicatur populus est cetus multitudinis rationalis rerum quas diligit concordi communione sociatus profecto ut videatur qualis quisque populus sit illa sunt intuenda que diligit. Quecumque tamen diligit si cetus est multitudinis non pecorum sed rationalium creaturarum et eorum que diligit concordi communione sociatus est non absurde populus nuncupatur tanto utique melior quanto in melioribus tantoque deterior quanto est in deterioribus concors. Secundum istam diffinitionem nostram romanus populus populus est et res eius sine dubitatione res publica. Quid autem primis temporibus suis quidve sequentibus populus iste dilexerit et quibus moribus ad cruentissimas seditiones atque inde ad socialia atque civilia bella perveniens ipsam concordiam que salus est quodammodo populi ruperit atque corruperit testatur historia de qua in precedentibus libris multa posuimus. Nec ideo tamen vel ipsum non esse populum vel eius rem dixerim non esse rem publicam quamdiu manet qualiscumque rationalis multitudinis cetus rerum quas diligit concordi communione sociatus. Quod autem de isto populo et de ista re publica dixi hoc de atheniensium vel quorumcumque grecorum hoc de egiptiorum hoc de illa priore babilone assyriorum quando in rebus publicis suis imperia vel parva vel magna tenuerunt et de alia quacumque aliarum gentium intelligar dixisse atque sensisse. Generaliter quippe civitas impiorum cui non imperat deus obedienti sibi ut sacrificium non offerat nisi tantummodo sibi et per hoc in illa et animus corpori ratioque vitiis recte ac fideliter imperet caret iustitie veritate.

Quod non possint ibi esse vere virtutes ubi non est vera religio. XXV capitulum.

Quamlibet ergo videatur animus corpori et ratio vitiis laudabiliter imperare si deo animus et ratio ipsa non servit sicut sibi esse serviendum ipse deus precepit nullo modo corpori vitiisque recte imperat. Nam qualis corporis atque vitiorum potest esse mens domina veri dei nescia nec eius imperio subiugata sed vitiosissimis demonibus corrumpentibus prostituta. Proinde virtutes quas habere sibi videtur per quas imperat corpori et vitiis ad quodlibet adipiscendum vel tenendum nisi ad deum retulerit etiam ipsa vitia sunt potius quam virtutes. Nam licet a quibusdam tunc vere atque honeste putentur esse virtutes cum referuntur ad se ipsas nec propter aliud expetuntur etiam tunc inflate ac superbe sunt et ideo non virtutes sed vitia iudicanda sunt. Sicut enim non est a carne sed super carnem quod

carne facit vivere, sic non est ab homine, sed super hominem, quod hominem facit bene vivere; nec solum hominem, sed etiam qualibet potestatem virtutemque celestem. De pace populi alienati a deo, qua utitur ad pietatem populus dei, dum in hoc peregrinus est mundo. Capitulum XXVI.

Quocirca ut vita carnis anima est, ita beata vita hominis deus est, de quo dicunt sacre littere hebreorum: Beatus populus cuius est dominus deus ipsius. Miser igitur populus ab isto alienatus est deo. Diligit tamen ipse etiam quandam pacem suam non improbandam, quam quidem non habebit in fine, quia non bene utitur ante finem. Hanc autem ut interim habeat in hac vita, etiam nostri interest, quoniam quamdiu permixte sunt ambe civitates, utimur et nos pace babilonis. Ex qua ita per fidem populus dei liberatur, ut apud hanc interim peregrinetur. Propter quod et apostolus monuit ecclesiam ut oraret pro regibus eius atque sublimibus, addens et dicens: Ut quietam et tranquillam vitam agamus cum omni pietate et castitate. Et propheta Jeremias cum predicaret populo dei veteri futuram captivitatem, et divinitus imperaret ut obedienter irent in babiloniam, deo suo etiam ista patientia servientes, monuit et ipse ut oraretur pro illa, dicens: Quia in eius pace est pax vestra, utique interim temporalis que bonis malisque communis est. De pace servientium deo, cuius perfecta tranquillitas in hac temporali vita non potest apprehendi. XXVII

Pax autem nostra propria et hic est cum deo per fidem, et in eternum erit cum illo per speciem. Sed hic sive illa communis, sive nostra propria talis est pax ut solatium miserie sit potius quam beatitudinis gaudium. Ipsa quoque nostra iusticia, quamvis vera sit propter veri boni finem ad quem refertur, tamen tanta est in hac vita, ut potius remissione peccatorum constet quam perfectione virtutum. Testis est oratio totius civitatis dei que peregrinatur in terris. Per omnia quippe membra sua clamat ad deum: Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Nec pro eis est efficax hec oratio quorum fides sine operibus mortua est, sed pro eis quorum fides per dilectionem operatur. Quia enim deo quidem subdita in hac conditione mortali et corpore corruptibili quod aggravat animam, non perfecte vitiis imperat ratio, ideo necessaria est iustis talis oratio. Nam profecto quamquam imperetur, nequaquam sine conflictu vitiis imperatur. Et utique subrepit aliquid in hoc loco infirmitatis etiam bene confligenti, sive hostibus talibus victis subditisque dominanti, unde si non facili operatione, certe labili locutione aut volatili cogitatione peccetur. Et ideo quamdiu vitiis imperatur, plena pax non est, quia et illa que resistunt periculoso debellantur prelio, et illa que victa sunt, nondum securo triumphantur otio, sed adhuc sollicito premuntur imperio. In his ergo temptationibus, de quibus omnibus in divinis eloquiis breviter dictum est: Numquid non temptatio est vita humana super terram? quis ita vivere se presumat ut dicat deo: Dimitte nobis debita nostra, nisi non habeat, nisi homo elatus? Nec vero magnus, sed inflatus ac tumidus, cui per iustitiam resistit qui gratiam largitur humilibus, propter quod scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Hic autem in unoquoque iustitia est, ut obedienti deus homini, animus corpori, ratio autem vitiis etiam repugnantibus imperet, vel subigendo vel repugnando, atque ut ab ipso deo petatur et meritorum gratia et venia delictorum, ac de acceptis bonis gratiarum actio persolvatur. In illa vero pace finali quo referenda atque cuius adipiscende causa habenda est ista iustitia, quoniam sanata in mortalitate atque incorruptione natura vitia non habebit, nec unicuique nostrum vel ab alio vel a se ipso quippiam repugnabit, non opus erit ut ratio vitiis, que nulla erunt, imperet, sed imperabit deus homini, animus corpori, tantaque obediendi ibi erit suavitas et facilitas, quanta vivendi regnandique felicitas. Et hoc illic in omnibus atque in singulis eternum erit, esseque eternum certum erit; et ideo pax beatitudinis huius vel beatitudo pacis huius summum bonum erit. In quem finem venturus sit exitus impiorum. XXVIII

Eorum autem qui non pertinent ad istam civitatem dei erit e contrario miseria sempiterna, que mors etiam secunda dicitur, quia nec anima ibi vivere dicenda est, que a vita dei alienata erit, nec corpus, quod eternis doloribus subiacebit. Ac per hoc ideo durior ista secunda mors erit, quia finiri morte non poterit. Sed quoniam sicut miseria beatitudini et mors vite, ita bellum paci videtur esse contrarium, merito queritur sicut pax in bonorum finibus predicata est atque laudata, quod vel quale bellum e contrario in finibus malorum possit intelligi. Verum qui hoc querit attendat quid in bello noxium perniciosumque sit, et videbit nichil aliud quam rerum inter se adversitatem atque conflictum. Quod ergo bellum gravius et amarius cogitari potest quam ubi voluntas sic adversa est passioni et passio voluntati, ut nullius earum victoria tales inimicitie finiantur, et ubi sic confligit cum ipsa natura corporis vis doloris, ut neutrum alteri cedat? Hic enim quando contingit iste conflictus, aut dolor vincit, et sensum mors adimit, aut vincit natura, et dolorem sanitas tollit. Ibi autem dolor permanet ut affligat, et natura perdurat ut sentiat, quia utrumque ideo non deficit, ne pena deficiat. Ad hos autem fines bonorum et malorum, illos expetendos, istos cavendos, quoniam per iudicium transibunt ad illos boni, ad istos mali, de hoc iudicio quantum deus donaverit in sequenti volumine disputabo. Explicit liber XIX. Incipiunt tituli libri XX sancti Augustini de civitate dei.

Quod quamvis omni tempore deus iudicet, in hoc tamen libro de novissimo eius iudicio proprie disputandum. I. De varietate rerum humanarum, in qua non potest dici deesse iudicium dei, quamvis nequeat investigari. II. Quid in libro ecc

talorum/ deinde quod in hac vita et bonis et malis
sint communia disputaret/ iij. Quod ad discendum
de novissimo iudicio dei/ novi primum testamenti ac
deinde veteris testimonia proferantur sit/ iiij. Quibus
sententiis domini salvatoris/ divinum iudicium fac
turum seculi declaretur/ V. Que sit prima resur
rectio/ que secunda e duabus resurrectionibus/ et de
mille annis/ vj. Quid in apokalipsi Iohannis
septimum sit/ et quid rationabiliter sentiatur/
vij. de collatione et solutione dyaboli/ viij. Quod
sit regnum sanctorum cum Christo per mille annos/ et hujus
quo distinguatur a regno eterno/ IX. Quid respondendum
sit eis/ qui putant resurrectionem ad sola
corpora/ non et ad animas pertinere/ X. de gog
et magog/ quos ad persequendam ecclesiam dei
solutus prope finem seculi dyabolus incitabit
XI. An ad ultimum supplicium pertineat/ impi
orum/ quod descendisse ignis de celo/ et eosdem
comedisse memoratur XII. An tempus perse
cutionis antichristi mille annis sibi annumera
dum XIII de dampnatione dyaboli/ cum suis et
recapitulatione de resurrectione corporea/ omnium
mortuorum et de iudicio ultime retributionis X
iiij Qui sint mortui/ quos ad iudicium exhi
buit mare/ vel quos mortuos et inferi red
diderunt XV. de celo novo et terra nova X
VI. De ecclesie glorificatione/ sine fine post
finem XVII. Quid apostolus petrus de novis
simo dei iudicio predicaverit XVIII Quid apostolus
paulus Thessalonicensibus scripserit/ de
manifestatione antichristi/ cujus tempus dies domini
subsequitur XIX. Quod idem apostolus in prima ad
eosdem epistola de resurrectione mortuorum do
cuerit/ XX. Quid ysaias propheta de mortu
orum resurrectione/ et de retributione iudicii sit lo
cutus XXI. Qualis futura sit egressio sanc
torum ad videndas penas malorum/ XXII Quid
prophetaverit daniel de persecutione antichristi et
de iudicio dei regnoque sanctorum XXIII. In psalmis
davidicis/ que de fine seculi hujus et de no
vissimo dei iudicio prenuntiata XXIIII de prophetia
malachie qua dei iudicium ultimum declaratur
quorumdam dicitur per purificatorias penas faci
enda mundatione XXV de sacrificiis que sancti offe
runt deo sit placitura/ quod in diebus pristinis
et annis prioribus placuerint XXVI de separati
onibus bonorum et malorum/ per quam novissimi
iudicii discretio declaratur XXVII de lege moysi
spiritualiter intelligenda/ ne dampnabilia in
murmura carnalis sensus incurrat XXVIII de
adventu helye/ ante iudicium cujus predicationes
scripturarum secreta reserat/ iudei convertentur ad Christum
XXIX Quod in libris veteris testamenti cum de
legitur iudicaturus non evidenter Christi persona mon
stretur/ sed ex quibusdam testimoniis ubi dominus deus
loquitur non dubie apparet/ quod ipse sit Christus
XXX. Quod quamvis omni tempore deus iudicet
in hoc tamen libro de novissimo eius iudicio
proprie disputandum est c. I.

E die ultimi

iudicii dei/ quod ipse donaverit lo
cuturi/ eumque assertiuri/ adversus
impios et incredulos/ tamquam
in edificii fundamento prius po
nere/ testimonia divina debemus/
Quibus qui nolunt credere/ humanis ratiunculis fal
sis atque fallacibus/ contraire conantur/ ad hoc ut aut
aliud significare contendant/ quod adhibetur testimonium
de libris sacris/ aut omnino divinitus esse dictum negent.
Nam nullum existimo esse mortalium/ qui cum ea si
cut dicta sunt intellexerit/ et summo ac vero deo per
animas sanctas dicta esse crediderit/ non eis cedat atque
consentiat/ sive hoc etiam ore fateatur/ sive a
liquo vitio fateri erubescat/ aut metuat/ vel
etiam pervicacia simillima insanie/ id quod scit esse || contra id quod verum esse
novit aut credidit/ contentiosissime defendere mo || novit aut credidit etiam
liatur/ Quod ergo in confessione ac professione tenet
omnis ecclesia dei/ verum Christum de celo esse venturum ad vi
vos et mortuos iudicandos/ hunc divini iudicii
ultimum diem dicimus i novissimum tempus/ Nam
per quot dies hoc iudicium tendatur incertum est/ Sed
scripturarum more sanctarum/ diem poni solere pro tempore/ ne
mo illas litteras quamlibet negligenter legerit/ nes
ciat/ Ideo autem cum diem iudicii dei/ dicimus/ addimus
ultimum vel novissimum/ quia et nunc iudicat/ et ab
humani generis initio iudicavit/ dimittens de
paradiso/ et a ligno vite/ separans primos homines/
peccati magni perpetratores/ immo etiam/ quando an
gelis peccantibus non pepercit/ quorum princeps
homines a se ipso subversos invidendo subvertit
procul dubio iudicavit/ Nec sine illius alto
iustoque iudicio/ et in hoc aereo celo/ et in terris
et demonum et hominum miserrima est vita/ erro
ribus erumpnisque plenissima/ Verum et si nemo
peccasset/ non sine bono rectoque iudicio/ universam
sanctam rationalem creaturam perseverantissime sibi
suo domino coherentem/ in eterna beatitudine retineret/
Iudicat etiam non solum universaliter/ de genere demonum
atque hominum ut miseri sint/ propter primorum meritum pec
catorum/ sed etiam de singulorum operibus/ propriis que ge
runt arbitrio voluntatis/ Nam et demones ne
torqueantur precantur/ Nec utique iniuste vel parcuntur
eis/ vel pro sua quisque iniquitate torquentur/
Et homines plerumque aperte semper occulte —
luunt pro suis factis/ divinitus penas/ sive in hac
vita sive post mortem/ quamvis nullus hominum a
gat recte nisi divino adiuvetur auxilio/ Nullus de
monum/ aut hominum agit inique/ nisi divino eodem
que iustissimo iudicio permittatur/ Sicut enim ait apostolus
Non est iniquitas apud deum/ Etiam sicut ipse a
libi dicit/ Inscrutabilia sunt iudicia eius/ et in
vestigabiles vie eius/ De varietate rerum
humanarum cui non potest dici deesse iudicium dei
quamvis nesciat investigare capitulum ij

Non igitur in hoc libro/ de illis primis/
nec de istis mediis/ dei iudiciis
sed de ipso novissimo/ quantum ipse tribuerit
disputabimus/ iudicio

disputabo, quo Christus de celo venturus est vivos iudicaturus et mortuos. Iste quippe dies iudicii proprie iam vocatur, eo quod nullus ibi erit impericie aut querele locus, cur iniustus ille sit felix, et ille iustus infelix. Omnium namque tunc non nisi bonorum vera et plenissima felicitas, et omnium non nisi malorum digna et summa infelicitas apparebit. Nunc autem et mala equo animo ferre discimus, que patiuntur et boni, et bona non magnipendere, que adipiscuntur et mali. Ac per hoc etiam in his rebus in quibus non apparet divina iusticia, salutaris est divina doctrina. Nescimus enim quo iudicio dei bonus ille sit pauper, malus ille sit dives; iste gaudeat, quem pro suis perditis moribus cruciari debuisse meroribus arbitramur, contristetur ille quem vita laudabilis gaudere debuisse persuadet; exeat de iudicio non solum inultus, verum etiam dampnatus innocens, aut iniquitate iudicis pressus, aut falsis obrutus testimoniis; e contrario scelestus adversarius eius non solum impunitus, verum etiam vindicatus insultat; impius optimo valeat, pius languore tabescat; latrocinentur saluberrimi iuvenes, et qui nec verbo quemquam ledere potuerunt diversa morborum atrocitate affligantur infantes; utilis rebus humanis immatura morte rapiatur, et qui videtur nec nasci debuisse, diutissime insuper vivat; plenus criminibus sublimetur honoribus, et hominem sine querela tenebre ignobilitatis abscondant; et cetera huiusmodi, que quis colligit, quis enumerat? Que si haberent in ipsa velut absurditate constanciam, ut in hac vita, in qua homo, sicut sacer psalmus eloquitur, Vanitati similis factus est et dies eius sicut umbra pretereunt, non nisi mali adipiscerentur transitoria bona ista atque terrena, nec nisi boni talia paterentur mala, posset hoc referri ad iudicium iustum dei vel etiam benignum, ut qui non erant assecuturi bona eterna, que faciunt beatos, temporalibus vel deciperentur pro malicia sua vel pro dei misericordia consolarentur bonis, et qui non erant passuri eterna tormenta, temporalibus vel pro suis quibuscumque et quantuliscumque peccatis affligerentur, vel propter implendas virtutes exercerentur malis. Nunc vero, quando non solum in malo sunt boni et in bono mali, quod videtur iniustum, verum etiam plerumque et mala malis veniunt [margin: et bonis bona proveniunt], magis inscrutabilia fiunt iudicia dei et investigabiles vie illius. Quamvis ergo nesciamus quo iudicio deus ista faciat vel fieri sinat, apud quem summa virtus est et summa sapientia summaque iusticia, nulla infirmitas, nulla temeritas, nulla iniquitas, salubriter tamen discimus non magnipendere seu bona seu mala que videmus esse bonis malisque communia, et illa bona querere que bonorum, atque illa mala maxime fugere que propria sunt malorum. Cum vero ad illud dei iudicium venerimus, cuius tempus iam proprie dies iudicii et aliquando dies domini nuncupatur, non solum quecumque tunc iudicabuntur, verum etiam quecumque ab initio iudicata et quecumque usque ad illud tempus adhuc iudicanda sunt, apparebunt esse iustissima. Ubi hoc quoque manifestabitur, quam iusto dei iudicio fiat ut nunc tam multa, ac pene omnia iusta iudicia dei sensus mentesque mortalium lateant, cum tamen in hac re piorum fidem non lateat iustum esse quod latet.

Quid in libro ecclesiastes Salomon de his que in hac vita et bonis et malis sunt communia disputaverit c. iii.

Nempe Salomon sapientissimus rex Israel, qui regnavit in Ierusalem, librum qui vocatur ecclesiastes et a Iudeis quoque habetur in sacrorum canone litterarum, sic exorsus est: Vanitas vanitatum, dixit ecclesiastes, vanitas vanitatum, et omnia vanitas. Que abundantia homini in omni labore suo quo laborat sub sole? et cum ex hac sententia connecteret cetera, commemorans erumpnas errorisque vite huius et evanescentis interea temporis lapsus, ubi nichil solidum, nichil stabile retinetur, in ea rerum vanitate sub sole illud etiam deplorat quodammodo, quod cum sit abundantia sapientie super insipientiam sicut abundantia lucis super tenebras, sapientisque oculi sint in capite ipsius, et stultus in tenebris ambulet, unus tamen interitus incurrat omnibus, utique in hac vita que sub sole agitur, significans, videlicet ea mala, que malis et bonis videmus esse communia. Dicit etiam illud, quod boni patiantur mala tamquam mali sint, et mali tamquam boni sint adipiscantur bona, ita loquens: Est inquit vanitas que facta est super terram, quia sunt iusti super quos venit sicut factum impiorum, et sunt impii super quos venit sicut factum iustorum. Dixi quoniam hec quoque vanitas. In hac vanitate animi quantum satis visum est insinuande totum istum librum vir sapientissimus deputavit, non utique ob aliud nisi ut eam vitam desideremus que vanitatem non habet sub hoc sole, sed veritatem sub illo qui fecit hunc solem. In hac ergo vanitate numquid nisi iusto dei rectoque iudicio similis eidem vanitati factus evanescet homo? In diebus tamen vanitatis sue interest plurimum utrum resistat an obtemperet veritati, et utrum sit expers vere pietatis an particeps, non propter vite huius vel bona acquirenda vel mala vitanda vanescendo transeuntia, sed propter futurum iudicium, per quod erunt et bonis bona et malis mala sine fine mansura. Denique iste sapiens hunc librum sic conclusit, ut diceret: Deum time et mandata eius custodi, quia hoc est omnis homo, quia omne hoc opus deus adducet in iudicium in omni despecto, sive bonum sive malum. Quid brevius [margin: verius] salubrius dici potuit? Deum inquit time et mandata eius custodi, quia hoc est omnis homo. Quicumque enim est hoc, est custos utique mandatorum dei, quoniam qui hoc non est nichil est. Non enim ad veritatis imaginem reformatur remanens in similitudine vanitatis. Quia omne hoc opus, id est quod ab homine fit in hac vita, sive bonum sive malum, deus adducet in iudicium in omni despecto, id est in omni etiam qui contemptibilis hic videtur ipsum deus et [margin: Et ideo nec videtur] ipsum videt, nec eum despicit nec cum iudicat preterit.

Quod ad discernendum de novissimo iudicio dei no-
ui primum testamenti, ac deinde veteris testimonia pona[ntur]

Huius itaque ultimi iudicii iiij
iudicii dei, testimonia de
scripturis sanctis que ponere institui, prius
eligenda sunt de libris testamenti novi, postea
de veteris. Quamvis enim vetera priora sint tempore, no-
va tamen anteponenda sunt dignitate, quoniam illa ve-
tera preconia sunt novorum. Nova ergo ponentur prius,
quo firmius probentur, assumentur et vetera.
In veteribus habentur lex et prophete, in novis
evangelium et apostolice littere. Ait autem apostolus: Per
legem enim cognitio peccati; nunc autem sine lege
iustitia dei manifestata est, testificata per le-
gem et prophetas. Iustitia autem dei per fidem Ihesu
Christi in omnes qui credunt in eum. Hec autem iustitia
dei ad novum pertinet testamentum, et testimonium
habet a veteribus libris, hoc est a lege et prophetis.
Prius ergo ipsa causa ponenda est, et postea tes-
tes introducendi. Hunc et ipse Ihesus Christus ordi-
nem servandum esse demonstrans: Scriba, inquit,
eruditus in regno dei similis est viro patrifamili-
as proferenti de thesauro suo nova et vetera.
Non dixit vetera et nova. Quod utique dixisset,
nisi maluisset meritorum ordinem servare quam temporum.

Quibus sententiis domini salvatoris divinum iudi-
cium futurum in fine seculi declaratur. ca. v.

Ergo ipse salvator, cum obiurgaret
civitates, in quibus virtutes
magnas fecerat, neque crediderant,
et eis alienigenas anteponeret: Verumtamen, inquit,
dico vobis, Tyro et Sydoni remissius erit in di-
e iudicii quam vobis. Et paulo post alteri civitati:
Amen, inquit, dico vobis, quia terre Sodomorum
remissius erit in die iudicii quam tibi. Hic evidentis-
sime predicat diem iudicii esse venturum. Et alio
loco: Viri Ninivite, inquit, surgent in iudicio
cum generatione ista et condempnabunt eam, quia
penitentiam egerunt in predicatione Ione, et ecce plus
quam Iona hic. Regina austri surget in iudicio
cum generatione ista et condempnabit eam, quia
venit a finibus terre audire sapientiam Salomonis,
et ecce plus quam Salomon hic. Duas res hoc loco
discimus, et venturum esse iudicium, et cum mortuorum
resurrectione venturum. De Ninivitis enim et regina
austri, quando ista dicebat, de mortuis sine dubio
loquebatur, quos in die iudicii resurrec-
turos esse predixit. Nec ideo dixit condempnabunt,
quia ipsi iudicabunt, sed quia ex ipsorum com-
paratione isti merito dampnabuntur. Rursus alio
loco, cum de hominum bonorum et malorum nunc permix-
tione, postea separatione, que utique in die iudicii
futura est, loqueretur, adhibuit similitudinem
de tritico seminato et superseminatis zyzaniis,
eamque suis exponens discipulis: Qui seminat,
inquit, bonum semen, est filius hominis. Ager autem
est mundus. Bonum vero semen, hii sunt filii reg-
ni. Zyzania autem filii nequam sunt. Inimicus
autem qui seminavit ea, est dyabolus. Messis
autem consummatio est seculi. Messores vero angeli sunt.

Sicut ergo colliguntur zyzania et igni comburuntur, sic
erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis
angelos suos, et colligent de regno suo omnia scan-
dala, et eos qui faciunt iniquitatem, et mittent
eos in caminum ignis; ibi erit fletus et stridor dentium.
Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.
Qui habet aures audiendi, audiat. Hic iudicium
quidem vel diem iudicii non nominavit, sed eum mul-
to clarius ipsis rebus expressit, vel in seculi fine
futurum esse predixit. Item discipulis suis: Amen,
inquit, dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in
regeneratione cum sederit filius hominis in sede ma-
iestatis sue, sedebitis et vos super sedes xii iudi-
cantes xii tribus Israel. Hic discimus cum suis disci-
pulis iudicaturum Ihesum. Unde et alibi Iudeis dixit:
Si ego in Beelzebub eicio demonia, filii vestri
in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Nec quoniam
super xii sedes sessuros ait, xii solos homines
cum ipso iudicaturos putare debemus. Duodenario quippe
numero universa quedam significata est iudicantium
multitudo, propter duas partes numeri septenarii, quo sig-
nificatur plerumque universitas. Que due partes, id est
tria vel quattuor, altera per alteram multiplicate,
xii faciunt. Nam et quater terni vel ter quaterni xii
sunt. Et si qua alia huius duodenarii numeri, que
adhuc valeat, ratio reperitur. Alioquin quoniam in locum
Iude traditoris apostolum Mathiam legimus ordi-
natum, apostolus Paulus, qui plus omnibus illis labo-
ravit, ubi ad iudicandum sedeat non habebit. Qui per-
fecto cum aliis sanctis ad numerum iudicum se pertinere demon-
strat, cum dicit: Nescitis quod angelos iudicabimus?
De ipsis quoque iudicandis, in hoc numero duode-
nario, similis causa est. Non enim quod dictum est iudi-
cantes xii tribus Israel, tribus Levi, que terciadecima est, ab eis
iudicanda non erit, aut solum illum populum, non etiam
ceteras gentes iudicabunt. Quod autem ait in rege-
neratione, procul dubio mortuorum resurrec-
tionem nomine voluit regenerationis intelligi. Sic
enim caro nostra regenerabitur per incorruptionem,
quemadmodum est anima nostra regenerata per fi-
dem.

Que sit prima resurrectio, que secunda, et de
duabus resurrectionibus, et de mille annis. vi

Multa preterea, que de ultimo iudicio
ita dici videntur, ut diligenter
considerata reperiantur ambigua, vel ma-
gis ad aliud pertinentia, nunc scilicet ad eum salva-
toris adventum, quo per totum hoc tempus in ecclesia
sua venit, hoc est in membris suis, particulatim
atque paulatim, quoniam tota corpus est eius; sive
ad excidium terrene Ierusalem, quia et de illo cum loquitur,
plerumque sic loquitur, tamquam de fine seculi atque illo
die iudicii novissimo et magno loquatur, ita ut
dinosci non possit omnino, nisi ea que apud tres evan-
gelistas, Matheum, Marcum et Lucam, de hac re
similiter dicta sunt, inter se omnia conferantur. Que-
dam quippe alter obscurius, alter explicat planius,
ut ea que ad unam rem pertinentia dicuntur appareat
unde dicantur. Quod facere utcumque curavi in
quadam epistola, rescripsi ad beate memorie virum He-
sichium Salonitane urbis episcopum, cuius epistole titulus

vide

est de fine seculi, proinde iam illud hic dicam quod in
evangelio secundum Matheum de separatione bonorum et ma-
lorum legitur per iudicium potissimum atque novissimum
xpi Cum autem venerit inquit filius hominis in maies-
tate sua et omnes angeli cum eo tunc sedebit super
sedem maiestatis sue et congregabuntur ante eum
omnes gentes et separabit eos ab invicem sicut pas-
tor segregat oves ab edis. Et statuet oves qui-
dem a dextris, edos autem a sinistris. Tunc dicet
rex hiis qui a dextris eius erunt: Venite bene-
dicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a
constitutione mundi. Esurivi enim et dedistis mihi man-
ducare, sitivi et dedistis mihi bibere, hospes eram
et collegistis me, nudus et operuistis me,
in carcere eram et venistis ad me. Tunc respondebunt
ei iusti dicentes: Domine quando te vidimus esurien-
tem et pavimus, sitientem et dedimus tibi potum.
hospitem et collegimus te aut nudum et cooperuimus te Quando te vidimus
Quando autem te vidimus infirmum aut in carcere et
venimus ad te. Et respondens rex dicet illis: Amen
dico vobis, quamdiu uni fecistis de hiis fratribus
meis minimis mihi fecistis. Tunc dicet inquit et
hiis qui a sinistris erunt: Discedite a me ma-
ledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo
et angelis eius. Deinde similiter etiam hiis enumerat
que illa non fecerint que dextros fecisse memoravit
similiterque interrogantibus quando eum viderunt in horum
indigentia constitutum, et quod minimis suis
factum non est sibi factum non fuisse respondebit. Ser-
monemque concludens: Et ibunt inquit hii in sup-
plicium eternum, iusti autem in vitam eternam. Johannes
apertissime
vero evangelista narrat eum in resurrectione
mortuorum futurum predixisse iudicium. Cum enim dix-
isset: Neque enim pater iudicat quemquam sed omne iudicium
dedit filio ut omnes honorificent filium, non ho-
sicut honorificant patrem qui non honorificat filium
norificat patrem qui misit illum, continuo addidit
Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit
et credit ei qui me misit habet vitam eternam et in
iudicium non veniet sed transit a morte in vitam.
Ecce hic dixit fideles suos in iudicium non venire.
Quomodo ergo per iudicium separabuntur a malis et ad eius
dexteram stabunt, nisi quia hoc loco iudicium pro damp-
natione posuit. In tale quippe iudicium non veni-
ent qui audiunt verbum eius et credunt ei qui mi-
sit illum. Deinde adiungit et dicit: Amen amen di-
co vobis quia venit hora et nunc est quando mortui
audient vocem filii dei et qui audierint vivent.
Sicut enim pater habet vitam in semetipso sic dedit et
filio habere vitam in semetipso. Nondum de secunda resur-
rectione id est corporum loquitur que in fine futura est sed
de prima que nunc est animarum. Hanc quippe ut dis-
ait
tingueret venit hora et nunc est. Non autem ista
corporum sed animarum est. Habent enim et anime mortem
suam in impietate atque peccatis, secundum quam mortem
mortui sunt de quibus idem dominus ait: Sine
mortuos sepelire mortuos suos, ut scilicet in anima
mortui in corpore mortuos sepelirent. Propter istos
ergo impietate et iniquitate in anima mortuos ve-
nit inquit hora et nunc est quando mortui audient
vocem filii dei et qui audierint vivent. Qui
audierint dixit qui obedierint qui crediderint

et usque in finem perseveraverint. Nec facit hic
ullam differentiam bonorum et malorum. Omnibus enim bonum
est audire vocem eius et vivere ad vitam pieta-
tis et in pietatis morte transeundo ire. De qua
morte ait apostolus Paulus: Ergo omnes mortui
sunt et pro omnibus mortuus est Christus ut qui
vivunt iam sibi non vivant sed ei qui pro ipsis mor-
tuus est et resurrexit. Omnes itaque mortui sunt
in peccatis nemine prorsus excepto sive origi-
nalibus sive etiam voluntate additis vel ig-
norando vel sciendo nec faciendo quod iustum
est et pro omnibus mortuis mortuus vivus
mortuus est unus, id est nullum habens omnino peccatum
ut qui per remissionem peccatorum vivunt iam non sibi
vivant sed ei qui pro omnibus mortuus est propter
peccata nostra et resurrexit propter iustificationem nostram
et credentes in eum qui iustificat impium ex
impietate iustificati tamquam ex morte vivi-
ficati ad primam resurrectionem que nunc est animarum
pertinere possimus. Ad hanc enim primam non pertinent
nisi qui beati erunt in eternum. Ad secundam vero de qua mox
locutus est et beatos pertinere docebit et miseros.
Ista est misericordie illa iudicii. Propter quod in psalmo scriptum est
Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. De quo
iudicio consequenter adiunxit atque ait: Et potestatem
dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Hic
ostendit quod in ea carne veniet iudicaturus in qua
veneat iudicandus. Ad hoc enim ait quoniam filius
hominis est. Ac deinde subiungens unde a-
gimus: Nolite inquit mirari hoc quia veniet
hora in qua omnes qui in monumentis sunt au-
dient vocem eius et procedent qui bona fece-
runt in resurrectionem vite qui vero mala egerunt
in resurrectionem iudicii. Hoc est illud iudicium
quod paulo ante sicut nunc pro dampnatione
posuerat dicens: Qui verbum meum audit et cre-
dit ei qui misit me habet vitam eternam et in
iudicium non veniet sed transit a morte in vitam id est
pertinendo ad primam ad primam resurrectionem qua
nunc transitur a morte in vitam in dampnationem
non veniet quam significavit appellatione iudi-
cii sicut in hoc loco ubi ait: Qui male ege-
runt in resurrectionem iudicii id est dampnationis.
Resurgat ergo in prima qui non vult in secunda resur-
rectione dampnari. Venit hora et nunc est
quando mortui audient vocem filii dei et qui
audierint vivent id est in dampnationem non veni-
ent que secunda mors dicitur, in quam mortem post
secundam que corporum futura resurrectione precipi-
tabuntur qui in prima que animarum est non resurgunt.
Veniet enim hora ubi non ait et nunc est quia in
fine erit seculi hoc est in ultimo et maximo
iudicio dei quando omnes qui in monumentis sunt au-
dient vocem eius et procedent. Non dixit
quemadmodum in prima et qui audierint vivent.
Non enim omnes vivent, ea scilicet vita que quia beata est
sola vita dicenda est. Nam utique sine qualicumque
vita non possent audire et de monumentis resur-
gente carne procedere. Quare autem non omnes
vivent in eo quod sequitur docet: Qui bona fecerunt

et null... sicut

[per]venerunt in resurrectionem vite. hij sunt qui vivunt quia secunda mors. Qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. hij sunt qui non vivunt quia secunda morte moriuntur. Mala quippe egerunt qui male vixerunt, male autem vixerunt quia in prima que nunc est animarum resurrectione non revixerunt, aut in eo quod revixerunt non in finem usque manserunt. Sicut ergo due sunt regenerationes de quibus iam supra locutus sum, una secundum fidem que nunc fit per baptismum, alia secundum carnem que fiet in eius incorruptione atque immortalitate per iudicium magnum atque novissimum, ita sunt et resurrectiones due, una prima et nunc est et animarum, que venire non permittit in mortem secundam, alia secunda que non nunc sed in seculi fine futura est, nec animarum sed corporum, que per ultimum iudicium alios mittet in secundam mortem, alios in eam vitam que non habet mortem.

De duabus resurrectionibus et de mille annis, quid in apocalipsi Johannis scriptum sit, et quid de eis rationabiliter sentiatur. VII.

Hic de duabus resurrectionibus idem Johannes ewangelista in libro qui dicitur Apocalipsis eo modo locutus est, ut earum prima a quibusdam nostris non intellecta insuper etiam in quasdam ridiculas fabulas verteretur. Ait quippe in libro codicis memorato Johannes apostolus: Et vidi angelum descendentem de celo habentem clavem abissi et cathenam in manu sua, et tenuit draconem illum serpentem antiquum qui cognominatus est dyabolus et sathanas, et alligavit illum mille annis, et misit illum in abissum, et clausit et signavit super eum ut non seduceret iam gentes donec finiantur mille anni, post hoc oportet eum solvi brevi tempore. Et vidi sedes et sedentes super eas, et iudicium datum est eis. Et anime occisorum propter testimonium et propter verbum dei, et si qui non adoraverunt bestiam nec ymaginem eius nec acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua, et regnaverunt cum Christo Ihesu mille annis, reliqui eorum non vixerunt donec finiantur mille anni. Hec resurrectio prima est. Beatus et sanctus est qui habet in hac prima resurrectione partem. In istis secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes dei et Christi, et regnabunt cum eo mille annis. Qui propter hec huius libri verba primam resurrectionem futuram suspicati sunt corporalem, inter cetera maxime numero annorum mille permoti sunt, tamquam oporteret in sanctis eo modo velut tanti temporis fieri sabbatismum, vacatione scilicet sancta post labores annorum sex milium ex quo creatus est homo et magni illius peccati merito in huius mortalitatis erumpnas de paradisi felicitate dimissus est, ut quoniam scriptum est: Unus dies apud dominum sicut mille anni [margin: et mille anni sicut] et dies unus, sex annorum millibus tamquam sex diebus impletis sequatur velut septimus sabbati in annis mille postremis, ad hoc scilicet sabbatum celebrandum resurgentibus sanctis. Que opinio esset utcumque tollerabilis, si alique delitie spirituales in illo sabbato affuture sanctis per domini presentiam crederentur. Nam etiam nos [margin: hoc] opinati sumus aliquando. Sed cum eos qui tunc resurrexerint dicunt inmoderatissimis carnalibus epulis vacaturos, in quibus cibus sit tantus ac potus ut non solum nullam modestiam teneant, sed modum quoque ipsius incredulitatis excedant, nullo modo ista possunt nisi a carnalibus credi. Hij autem qui spirituales sunt istos ista credentes chyliastes appellant greco vocabulo, quod verbum e verbo exprimentes nos possumus milliarios nuncupare. Eos autem longum est refellere ad singula, sed potius quemadmodum scriptura hec accipienda sit iam debemus ostendere. Ait enim dominus Ihesus Christus: Nemo potest intrare in domum fortis et vasa eius eripere nisi prius alligaverit fortem, dyabolum volens intelligi fortem quia ipse genus humanum potuit tenere captivum, vasa vero eius que fuerat erepturus fideles suos futuros, quos ille in diversis peccatis atque impietatibus possidebat. Ut ergo alligaretur hic fortis, propterea vidit iste apostolus in apocalipsi angelum descendentem de celo habentem clavem abyssi et cathenam in manu sua. Et tenuit, inquit, draconem illum serpentem antiquum qui cognominatus est dyabolus et sathanas, et alligavit eum mille annis, id est eius potestatem ab eis seducendis ac possidendis qui fuerant liberandi cohibuit atque frenavit. Mille autem anni duobus modis possunt, quantum mihi occurrit, intelligi: aut quia in ultimis annis mille ista res agitur, id est sexto annorum miliario tamquam sexto die, cuius nunc spacia posteriora volvuntur, secuturo deinde sabbato quod non habet vesperam, requie scilicet sanctorum que non habet finem, ut huius miliarii tamquam diei novissimam partem que remanebit usque ad terminum seculi, mille annos appellaverit eo loquendi modo quo pars significatur a toto; aut certe mille annos pro annis omnibus huius seculi posuit, ut perfecto numero notaretur ipsa temporis plenitudo. Millenarius enim numerus denarii numeri quadratum solidum reddit. Decem quippe decies ducta fiunt centum [margin: que iam figura quadrata sed plana est]. Ut autem in altitudinem surgat et solida fiat, rursus centum decies multiplicantur et mille sunt. Porro si centum pro universitate aliquando ponitur, quale illud est quod dominus omnia sua dimittenti et eum sequenti promisit dicens: Accipiet in hoc seculo centuplum, quod exponens quodammodo apostolus ait: Quasi nichil habentes et omnia possidentes, quia et antea iam dictum erat: Fidelis hominis totus mundus divitiarum est, quanto magis mille pro universitate ponuntur, ubi est soliditas ipsius quadrature. Unde et illud melius intelligitur quod in psalmo legitur: Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi quod mandavit in mille generationes, id est in omnes. Et misit illum, inquit, in abissum, utique dyabolum misit in abissum, quo nomine significata est multitudo innumerabilis impiorum, quorum in malignitate adversus ecclesiam dei multum profunda sunt corda. Non quia dyabolus ibi antea non erat, sed ideo dicitur illuc missus quia exclusus a credentibus [margin: plus cepit impios possidere]. Plus namque possidetur a dyabolo qui non solum alienatus est a deo, verum et

gratis ordit serviendo deo. Et clausit inquid
et signavit super eum ut non seduceret iam gentes
donec iam finiantur mille anni. Clausit super eum
dampnum interdixit ei ne possit exire id est vetitum trans
gredi. Signavit autem quod addit significasse mihi
videtur quia occultum esse voluit qui pertine-
ant ad partem dyaboli et qui non pertineant. Hoc
quippe in seculo isto prorsus latet, quia et qui vi
detur stare utrum sit casurus, et qui videtur iacere
utrum sit surrecturus incertum est. Ab eis autem gentibus
seducendis huius interdicti vinculo et claustro
dyabolus prohibetur atque cohibetur, quas pertinen
tes ad Christum seducebat antea vel tenebat. Has
enim deus elegit ante mundi constitutionem eruere
de potestate tenebrarum et transferre in regnum filii
claritatis sue sicut apostolus ait. Nam seducere illum
gentes etiam nunc et secum trahere in eternam penam
sed non predestinatas in eternam vitam quis fidelis igno
rat. Nec moveat quod sepe dyabolus seducit etiam illos
qui regenerati etiam in Christo vias ingrediuntur dei. Novit
dominus qui sunt eius. Ex his in eternam dampnationem neminem
ille seducit. Sic enim novit dominus ut deus quem nichil
latet etiam futurorum, non ut homo qui hominem ad presens
videt, sed tamen videt cuius cor non videt, qualis autem
postea sit futurus nec se ipsum videt. Ad hoc ergo li
gatus est dyabolus et inclusus in abysso, ut iam
non seducat gentes ex quibus constat ecclesia,
quas antea seductas tenebat antequam esset eccle
sia. Nec enim dictum est ut non seduceret aliquem sed ut
sed ut non seduceret inquit iam gentes, in quibus
ecclesiam procul dubio voluit intelligi, donec finian-
tur inquid mille anni, id est quod remanet de sexto
die, qui constat ex mille annis, aut omnes anni
in quibus deinceps hoc seculum peragendum est. Nec
sic accipiendum est quod ait ut non seduceret gentes
donec finiantur mille anni, quasi postea seducturus
sit eas dumtaxat gentes ex quibus predestinata
constat ecclesia, a quibus seducendis illo eum vinculo
claustroque prohibetur, sed aut illa locutione dictum
est que in scripturis aliquotiens invenitur, qualis est
in psalmo: Sic oculi nostri ad dominum deum nostrum donec
misereatur nostri. Neque enim cum misertus fuerit non erunt
oculi servorum eius ad dominum deum suum. Aut certe iste
est ordo verborum: Et clausit et signavit super eum
donec finiantur mille anni. Quod vero interposuit
ut non seduceret iam gentes, ita se habet ut ab hinc
ordinis connexione sit liberum et seorsum intelligen
dum, velut si post adderetur, ut sit se habet tota
sententia: Et clausit et signavit super eum donec fini
antur mille anni, ut non seduceret iam gentes. [margin: ideo clausit donec finiantur mille anni ut non seduceret iam gentes]

De alligatione et solutione dyaboli capitulum viii

Post hec inquit oportet eum solvi
brevi tempore. Si hoc est dyabolo ligari
et includi ecclesiam non posse seducere,
hec ergo erit solutio eius ut possit? absit. Numquam
enim ab illo ecclesia seducetur predestinata et
electa ante mundi constitutionem, de qua dictum est:
Novit deus qui sunt eius. Et tamen hic erit etiam
illo tempore quo solvendus est dyabolus, sicut ex quo
est instituta hic fuit et erit, et est omni tempore
in suis unicuique succedentibus nascendo morientibus.
Nam paulo post dicit quod solutus dyabolus
seducturus gentes toto orbe terrarum attrahet in
bellum adversus eam, quorum hostium numerus erit ut
arena maris. Et ascenderunt inquit super latitu
dinem terre et cinxerunt castra sanctorum et dilectam
civitatem, et descendit ignis de celo et come [margin: a deo]
dit eos; et dyabolus qui seducebat eos mis
sus est in stagnum ignis et sulphuris, ubi
et bestia et pseudo propheta cruciabuntur in secula [margin: die ac nocte]
seculorum. Sed hoc iam ad iudicium novissimum
pertinet, quod nunc propterea commemorandum pu
tavi, ne quisquam existimet eo ipso parvo tempore quo
solvetur dyabolus in hac terra ecclesiam non futuram,
illo hic eam vel non inventurum cum fuerit solutus
vel absumpturum cum fuerit modis omnibus persecu
tus. Non itaque per totum hoc tempus quod liber iste
complectitur, a primo scilicet adventu Christi usque in se
culi finem quando erit secundus eius adventus, ita dy
abolus alligatur ut eius hec ipsa sit alligatio
per hoc intervallum quod mille annorum numero ap
pellatur non seducere ecclesiam, quando quidem illam nec
solutus utique seducturus est. Nam profec
to si alligari est non posse seducere sive non
permitti, quid erit solvi nisi posse seducere sive
permitti? quod absit ut fiat. Sed alligatio dyabo
li est non permitti exercere totam temptationem quam
potest vi vel dolo ad seducendos homines in partem
suam cogendo violenter fraudulenterque fallendo.
Quod si permitteretur in tam longo tempore
et tanta infirmitate multorum, plurimos ta
les quales deus id perpeti non vult et fideles
deiceret et ne crederent impediret. Quod ne fa
ceret alligatus est. Tunc autem solvetur quando et breve
tempus erit. Nam tribus annis et sex mensibus
legitur totis suis suorumque viribus seviturus. Et
tales erunt cum quibus ei belligerandum est ut vinci
tanto eius impetu insidiisque non possint. Si
autem nunquam solveretur, minus appareret eius malig
na potentia, minus sancte civitatis fidelissima
patientia probaretur. Minus denique prospiceretur
quam magno eius malo tam bene fuerit
omnipotens usus, qui eum nec omnino abstulit a tem
ptatione sanctorum, quamvis ab eorum interioribus homi
nibus ubi in deum creditur creditur foras miserit
ut eius forinsecus impugnatione proficerent. Et
in eis qui sunt ex parte illius alligavit, ne quantam
posset effundendo et exercendo maliciam in
numerabiles infirmos, ex quibus ecclesiam multi
plicari et impleri oportet, alios credituros, ali
os iam credentes a fide pietatis hos terreret,
hos frangeret. Solvetur in fine, ut quam fortem
adversarium civitas superaverit cum ingenti gloria
sui redemptoris adiutoris liberatoris aspi
ciat. In eorum sane qui tunc futuri sunt sanctorum
atque fidelium comparatione quid sumus? quandoquidem
ad illos probandos tantus solvetur inimicus, cum
quo nos ligato tantis periculis dimicamus.
Quamvis et hoc temporis intervallo quosdam mili
tes Christi tam prudentes et fortes fuisse

atque esse non dubium est, ut etiam si tunc in ista mortalitate vivunt, quando ille solvetur, omnes insidias eius atque impetus et caveret prudentissime et pacientissime sustineant. Hec autem alligacio non solum [diaboli] facta est ex quo cepit ecclesia preter Iudeam terram in nationes alias atque alias dilatari, sed etiam nunc fit et fiet [usque] ad finem seculi, quo solvendus est, quia et nunc homines ab infidelitate in qua eos ipse possidebat convertuntur ad fidem, et utique vincietur iste fortis tunc alligatur, quando ab illo tamquam vas eius eripitur. Et abissus ubi inclusus est, non in eis consumpta est quando sunt mortui qui tunc erant, quando esse cepit inclusus; sed successerunt eis alii nascendo atque succedunt, donec finiatur hoc seculum, qui oderint christianos, in quorum cottidie velut in abisso cecis et profundis cordibus includatur. Utrum autem etiam in illis ultimis tribus annis et mensibus sex, quando solutus totis viribus seviturus est, aliquis in quo non fuerat sit accessurus ad fidem, nonnulla questio est. Quo enim stabit quod dictum est: Quis intrat domum fortis ut vasa eius eripiat, nisi prius alligaverit fortem? si etiam soluto eripiuntur. Ac per hoc cogere videtur ista sententia, ut credamus illo, sed exiguo tempore, neminem accessurum esse populo christiano, sed cum eis qui iam christiani reperti fuerint diabolum pugnaturum; ex quibus etiam si aliqui victi secuti eum fuerint, non eos ad predestinatum filiorum dei numerum pertinere. Neque enim frustra idem Iohannes apostolus, qui et hanc apocalipsim scripsit, in epistola sua de quibusdam dicit: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Sed quid fiet de parvulis? Nimium quippe incredibile est, nullos iam natos et nondum baptizatos christianorum filios illo tempore infantes, nullos etiam ipsis nasci iam diebus, aut si erunt, non eos a parentibus suis ad lavacrum regeneracionis modo quocumque perduci. Quod si fiet, quo pacto soluto iam dyabolo vasa ista eripientur? In cuius domum nemo intrat ut vasa eius eripiat, nisi prius alligaverit eum. Immo vero id potius est credendum, ut nec qui cadant de ecclesia, nec qui accedant ecclesie illo tempore defuturos. Sed profecto tam fortes erunt et parentes pro baptizandis parvulis suis et hii qui tunc primitus credituri sunt, ut illum fortem vincant etiam non ligatum, id est omnibus qualibus antea numquam vel artibus insidiantem vel urgentem viribus, et vigilanter intelligant et tolerant, ferant [etiam] ac sic illi etiam non ligato eripiantur. Nec ideo falsa erit ewangelica illa sententia: Quis intrat domum fortis, nisi prius alligaverit [forte]? Secundum enim sive eius veritate ordo iste servatus est, ut prius alligaretur fortis, ereptisque vasis eius longe lateque in omnibus gentibus ex firmis et infirmis ita multiplicaretur ecclesia, ut ex ipsa rerum divinitus predictarum et impletarum robustissima fide etiam soluto vasa posset auferre. Sicut enim fatendum est multorum refrigescere caritatem, cum abundat iniquitas, et inusitatis maximisque persecucionibus atque fallaciis dyaboli iam soluti eos qui in libro vite scripti non sunt, multos esse cessuros, ita cogitandum est non solum quos bonos fideles illud tempus inveniet, sed nonnullos etiam qui foris adhuc erunt, adiuvante dei gratia per consideracionem scripturarum, in quibus et illa et finis ipse prenunciatus est, quem venire iam senciunt, ad credendum quod non credebant futuros esse firmiores, et ad vincendum etiam non ligatum dyabolum fortiores. Quod si ita erit, propterea precessisse dicenda est eius alligacio, ut et ligati et soluti expoliacio sequeretur; quoniam de hac re dictum est: Quis intravit in domum fortis ut vasa eius eripiat, nisi prius alligaverit fortem?

Quid sit regnum sanctorum cum Christo per mille annos et in quo discernatur a regno eterno. C. IX

Interea dum mille annis alligatus est dyabolus, sancti regnant cum Christo etiam ipsis mille annis, eisdem sine dubio et eodem modo intelligendis, id est isto iam tempore prioris eius adventus. Excepto illo regno de quo in fine dicturus est: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum; nisi alio aliquo modo, longe quidem impari, iam nunc regnarent cum illo sancti eius, quibus ait: Ecce ego vobiscum sum usque in consummacionem seculi, profecto non etiam nunc diceretur ecclesia regnum eius regnumve celorum. Nam utique isto tempore in regno dei eruditur scriba ille, qui profert de thesauro suo nova et vetera, de quo supra locuti sumus. Et de ecclesia collecturi sunt zyzania messores illi, que permisit cum tritico simul crescere usque ad messem; quod exponens ait: Messis est finis seculi; messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zyzania et igni comburuntur, sic erit in consummacione seculi: Mittet filius hominis angelos suos, et colligent de regno eius omnia scandala. Numquid de regno illo ubi nulla sunt scandala? De isto ergo regno eius, quod est et hic ecclesia, colligentur. Item dicit: Qui solverit unum de mandatis istis minimis [et docuerit sic homines], minimus vocabitur in regno celorum. Qui autem fecerit et sic docuerit, magnus vocabitur in regno celorum. Utrumque dicit in regno celorum, et qui non facit mandata que docet — hoc est enim solvere, non servare, non facere — et illud qui facit et sic docet; sed istum minimum, illum magnum. Et continuo secutus adiungit: Dico enim vobis quia nisi habundaverit iusticia vestra super scribarum et phariseorum, id est super eos qui solvunt quod docent — de scribis enim et phariseis dicit alio loco: Quia dicunt et non faciunt — nisi ergo habundaverit super hos iusticia vestra, id est ut vos non solvatis, sed faciatis potius quod docetis, non intrabitis in regnum celorum. Alio igitur modo intelligendum est regnum celorum, ubi ambo sunt, et ille scilicet qui solvit quod docet, et ille qui facit, sed ille minimus, iste magnus; alio autem regnum celorum dicitur, quo non intrat nisi ille qui facit. Ac per hoc ubi utrumque genus est, ecclesia est qualis nunc est; ubi autem illud solum erit, ecclesia est qualis tunc erit, quando malus in ea non erit. Ergo et nunc ecclesia regnum Christi regnumque celorum. Regnant itaque cum illo nunc sancti eius, aliter quidem quam tunc regnabunt. Nec tamen cum illo regnant

zizania, quibus in ecclesia cum tritico crescant. Regnant enim cum illo qui faciunt quod apostolus ait: Si resurrexistis cum Christo, que sursum sunt sapite, ubi Christus est in dextera dei sedens; que sursum sunt querite, non que super terram. De qualibus item dicit, quorum conversacio sit in celis. Postremo regnant cum illo, qui eo modo sunt in regno eius, ut sint etiam ipsi regnum eius.

Quod aut sint regnum xpi

Quomodo autem, ut alia taceam, quibus ibi sint donec colligantur in fine seculi de regno eius omnia scandala, tamen illic sua querunt, non que Ihesu Christi? De hoc regno ergo milicie, in quo adhuc cum hoste confligitur, et aliquando repugnatur repugnantibus viciis, aliquando cedentibus imperatur, donec veniatur ad illud pacatissimum regnum ubi sine hoste regnabitur, et de hac prima resurrectione que nunc est, liber iste sic loquitur. Cum enim dixisset alligari dyabolum mille annis, et postea solvi brevi tempore, deinde recapitulando quid in istis mille annis agat ecclesia, vel agatur in ea: Et vidi, inquit, sedes et sedentes super eas, et iudicium datum est illis. Non est putandum de ultimo iudicio dici, sed sedes prepositorum et ipsi prepositi intelligendi sunt, per quos ecclesia nunc gubernatur. Iudicium autem datum nullum melius accipiendum videtur quam id quod dictum est: Que ligaveritis in terra, ligata erunt et in celo; et que solveritis in terra, soluta erunt et in celo. Unde apostolus: Quid enim michi est, inquit, de hiis qui foris sunt iudicare? Nonne de hiis qui intus sunt vos iudicatis? Et anime, inquit, occisorum propter testimonium Ihesu et propter verbum dei, subauditur quod postea dicturus est: Regnaverunt cum Ihesu mille annis, anime scilicet martirum nondum sibi corporibus suis redditis. Neque enim piorum anime mortuorum separantur ab ecclesia, que etiam nunc est regnum Christi. Alioquin nec ad altare dei fieret eorum memoria in communicacione corporis Christi, nec aliquid prodesset ad eius in periculis currere baptismum, ne sine illo finiatur vita, nec ad reconciliacionem si forte per penitenciam malam vel conscienciam quisque ab eodem corpore separatus est. Cur enim fiunt ista, nisi quia fideles etiam defuncti membra sunt eius? Quamvis ergo cum suis corporibus nondum sint, iam tamen eorum anime regnant cum illo, dum isti mille anni decurrunt. Unde in hoc eodem libro et alibi legitur: Beati mortui qui in domino moriuntur. Etiam modo dicit iam spiritus, ut requiescant a laboribus suis. Nam opera illorum secuntur illos. Regnat itaque cum Christo nunc primum ecclesia in vivis et mortuis. Propterea enim, sicut dicit apostolus, mortuus est Christus, ut vivorum et mortuorum dominetur. Sed ideo tantummodo martirum animas commemoravit, quia ipsi precipue regnant mortui, qui usque ad mortem pro veritate certaverunt. Sed a parte totum etiam ceteros mortuos intelligimus pertinentes ad ecclesiam, quod est regnum Christi. Quod vero sequitur: Et si qui non adoraverunt bestiam nec ymaginem eius, nec acceperunt inscripcionem in fronte aut in manu sua, simul de vivis et mortuis debemus accipere. Que sit porro ista bestia, quamvis sit diligencius requirendum, non tamen abhorret a fide recta, ut ipsa impia civitas intelligatur, et populus infidelium contrarius populo fideli et civitati dei. Ymago vero eius simulacio eius michi videtur, in eis videlicet hominibus qui velut fidem profitentur et infideliter vivunt. Fingunt enim se esse quod non sunt, vocanturque non vera effigie sed fallaci ymagine christiani. Ad eandem namque bestiam non solum aperte inimici nominis Christi et eius gloriosissime civitatis, sed etiam zizania, que de regno eius, quod est ecclesia, in fine seculi tollenda sunt. Et qui sunt qui non adorant bestiam nec ymaginem eius, nisi qui faciunt quod ait apostolus: Ne sitis iugum ducentes cum infidelibus? Non adorant enim, id est non consenciunt, non subiciuntur. Neque accipiunt inscripcionem, notam scilicet criminis, in fronte propter professionem, in manu propter operacionem. Ab hiis ergo malis alieni, sive adhuc in ista mortali carne viventes, sive defuncti, regnant cum Christo iam nunc modo quodam huic tempori congruo per totum hoc intervallum, quod numero mille significabatur annorum. Reliqui eorum, inquit, non vixerunt. Hora enim nunc est cum mortui audient vocem filii dei, et qui audierint vivent. Reliqui vero eorum non vivent. Quod vero subdidit: donec finiantur mille anni, intelligendum est quod eo tempore non vixerunt quo vivere debuerunt, ad vitam scilicet de morte transeundo; et ideo cum dies venerit quo fiet et corporum resurrectio, non ad vitam de monumentis procedent, sed ad iudicium, ad dampnacionem scilicet, que secunda mors dicitur. Donec finiantur enim mille anni, quicumque non vixerint, id est isto toto tempore quo agitur prima resurrectio non audierint vocem filii dei et ad vitam de morte non transierint, profecto in secunda resurrectione, que carnis est, in mortem secundam cum ipsa carne transibunt. Sequitur enim et dicit: Hec resurrectio prima est. Beatus et sanctus qui habet in hac prima resurrectione partem, id est particeps eius est. Ipse autem particeps eius est qui non solum a morte que in peccatis est revixerit, verum etiam in eo quod revixerit permanebit. In istis, inquit, secunda mors non habet potestatem. Habet autem in reliquis, de quibus superius ait: Reliqui eorum non vixerunt donec finiantur mille anni, quoniam toto isto temporis intervallo, quod mille annos vocat, quantumcumque in eo quisque eorum vixit in corpore, non revixit a morte in qua eum tenebat impietas, ut sic reviviscendo prime resurrectionis particeps fieret, atque in eo potestatem secunda mors non haberet.

Quid respondendum sit eis qui putant resurrectionem ad sola corpora non etiam ad animas pertinere. X.

Sunt qui putant resurrectionem dici non posse nisi corporum, ideoque istam quoque primam in corporibus futuram esse contendunt. Quorum enim est, inquiunt, cadere, eorum est resurgere. Cadunt enim corpora moriendo. Nam et a cadendo cadavera nuncupantur. Non ergo animarum, inquiunt, resurrectio potest esse, sed corporum. Sed quid contra apostolum dicunt, qui eam resurrectionem appellat? Nam secundum interiorem, non secundum exteriorem hominem utique resurrexerant

quibus ait

quibus ait: Si resurrexistis cum Christo, que sursum sunt
sapite. Quem sensum verbis aliis alibi posuit
dicens: Ut quemadmodum Christus resurrexit a mor-
tuis per gloriam patris, sic et nos in novitate vite am-
bulemus. Hinc est et illud: Surge qui dormis
et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus. Quod
autem dicunt non posse resurgere nisi qui cadunt,
et ideo putant resurrectionem ad corpora, non ad animas per-
tinere, quia corporum est cadere: cur non audiunt: Non
recedas ab illo, ne cadas; et: Suo domino stat
aut cadit; et: Qui se putat stare, videat ne ca-
dat. Puto enim quod in anima, non in corpore casus iste
cavendus est. Si igitur cadentium est resurrec-
tio, cadunt autem et anime, profecto animas re-
surgere confitendum est. Quod autem cum dixis-
set: In istis secunda mors non habet potestatem, adiunxit
atque ait: Sed erunt sacerdotes dei et Christi, et reg-
nabunt cum eo mille annis: non utique de solis
episcopis vel presbyteris dictum est, qui proprie iam vocantur
in ecclesia sacerdotes; sed sicut omnes christos dicimus
propter misticum crisma, sic omnes sacerdotes,
quoniam membra sunt unius sacerdotis, de quibus
apostolus Petrus: Plebs, inquit, sancta, regale sacer-
dotium. Sane licet breviter atque transeunter insi-
nuavit esse deum Christum, dicendo sacerdotes dei
et Christi, hoc est patris et filii, cum sit propter formam
servi sicut hominis filius, ita etiam sacerdos
Christus factus sit in eternum secundum ordinem Melchi-
sedech; de qua re in hoc opere non semel dixi-
mus.

**De Gog et Magog quos ad persequen-
dam ecclesiam dei solutus prope finem seculi
dyabolus incitabit. XI**

Et cum finiti
fuerint, inquit, mille anni, sol-
vetur satanas de custodia sua et
exibit ad seducendas nationes que sunt in quattuor
angulis terre, Gog et Magog, et trahet
eos in bellum, quorum numerus est ut arena maris.
Ad hoc ergo seducet, ut in hoc bellum trahat.
Nam et antea modis quibus poterat per
mala multa et varia seducebat. Exibit
autem dictum est, in apertam persecutionem de latebris
erumpet odiorum. Hec enim erit novissima persecutio
novissimo imminente iudicio, quam sancta ecclesia
toto terrarum orbe patietur, universa scilicet civitas
Christi ab universa dyaboli civitate, quantacumque
erit utraque super terram. Gentes quippe iste
quas appellat Gog et Magog, non sunt sic
accipiende, tamquam sint aliqui in aliqua
parte terrarum barbari constituti, sive quos qui-
dam suspicantur Getas et Massagetas propter
litteras horum nominum primas, sive aliquos alieni-
genas et a romano iure seiunctos. Toto namque
orbe terrarum significati sunt isti esse, cum dictum
est: nationes que sunt in quattuor angulis terre,
easque subiecit esse Gog et Magog. Quorum
interpretationem nominum esse conperimus: Gog
tectum, Magog de tecto, tamquam domus
et ipse qui procedit de domo. Gentes igitur
sunt in quibus dyabolum velut in abysso superius
intelligebamus inclusum, et ipse de illis
quodammodo sese efferens et procedens, ut ille
sint tectum, ipse de tecto. Si autem utrasque re-
feramus ad gentes, non unum horum ad illas, alterum
ad dyabolum, et tectum ipse sunt, quia in eis nunc in-
cluditur et quodammodo tegitur inimicus antiquus,
et de tecto ipse erunt, quando in apertum odium de operto
erupture sunt. Quod vero ait: Et ascenderunt super
terre latitudinem et cinxerunt castra sanctorum
et dilectam civitatem, non utique ad unum locum
venisse vel venturi esse significati sunt, quasi uno
loco aliquo futura sint castra sanctorum et dilecta
civitas, cum hec non sit nisi Christi ecclesia toto terrarum
orbe diffusa. Ac per hoc ubicumque tunc erit, que in
omnibus gentibus erit, quod significatum est nomine
latitudinis terre, ibi erunt castra sanctorum, ibi erit
dilecta deo civitas eius, ibi ab omnibus inimicis
suis, quia et ipsi in omnibus cum illa gentibus
erunt, persecutionis illius immanitate cingetur,
hoc est in angustias tribulationis artabitur,
urgebitur, concludetur, nec militiam suam deseret,
que vocabulo est appellata castra sanctorum.

**An ad ultimum supplicium pertineat impiorum quod descen-
disse ignis de celo et eosdem comedisse me-
moratur. XII**

Quod vero ait:
et descendit ignis de celo
et comedit eos, non extremum putan-
dum est id esse supplicium, quod erit cum dicetur:
Discedite a me maledicti in ignem eternum. Tunc
quippe in ignem mittentur ipsi, non ignis de ce-
lo veniet in ipsos. Hic autem bene intelligitur ignis
de celo de ipsa firmitate sanctorum, qua non cessu-
ri sunt sevientibus, ut eorum faciant voluntatem.
Firmamentum enim celum, cuius firmitate illi cruci-
abuntur ardentissimo zelo, quoniam non poterunt attrahere
in partes antichristi sanctos Christi. Et ipse erit ignis qui co-
medet eos, et hic a deo, quia dei munere insuperabi-
les fiunt sancti, unde cruciantur inimici. Sicut enim in bo-
no positum est: Zelus domus tue comedit me, ita
e contrario: Zelus occupavit plebem ineruditam,
et nunc ignis contrarios comedet; et nunc utique
excepto scilicet illius ultimi ignis. Aut si eadem iudicii
plagam, qua percussuri sunt ecclesie persecutores
veniente iam Christo, quos viventes invenerit in
terram, quando interficiet antichristum spiritu oris sui, appella- sive ignem
vit descendentem de celo eosque comedentem, nec
hoc ultimum supplicium erit impiorum, sed illud quod
facta corporum resurrectione passuri sunt.

**An tempus persecutionis antichristi mille annis annumeran-
dum sit. XIII**

Hec persecutio novissima
que futura est ab antichristo
(sicut iam diximus et in hoc libro superius
et apud Danielem prophetam) positum est tribus
annis et sex mensibus erit. Quod tempus quamvis exi-
guum, utrum ad mille annos pertineat, quibus et dy-
abolum ligatum dicit et sanctos regnare cum
Christo, an eisdem annis hoc parvum spatium supraaddatur
atque extra sit, merito ambigitur. Si dixerimus ad Certa
eosdem annos hoc pertinere, non tanto tempore, sed pro-
lixiore cum Christo regnum sanctorum reperietur extendi
quam dyabolus alligatur. Profecto enim sancti cum suo rege

etiam in ipsa persecutione praecipue regnabunt, mala tanta vincentes, quando iam dyabolus non erit alligatus, ut eos persequi omnibus viribus possit. Quomodo ergo ista scriptura eisdem mille annis utrumque determinat, dyaboli scilicet alligationem regnumque sanctorum, cum trium annorum et sex mensium intervallo prius desinat alligatio dyaboli quam regnum sanctorum in his mille annis? Si autem dixerimus parvum persecutionis huius hoc spatium non computandum in mille annis, sed eis impletum potius adiciendum, ut proprie possit intelligi quod cum dixisset: Sacerdotes dei et Christi regnabunt cum eo mille annis, adiecit: Et cum finiti fuerint mille anni, solvetur sathanas de custodia sua. Isto enim modo et regnum sanctorum et vinculum dyaboli simul cessatura esse significat, ut deinde persecutionis illius tempus nec ad sanctorum regnum nec ad custodiam sathane, quorum utrumque in mille annis est, pertinere, sed superadditum et extra computandum esse credatur. Cogemur ergo fateri sanctos in illa persecucione regnaturos non esse cum Christo. Sed quis audeat dicere tunc cum illo non regnatura sua membra, quando ei maxime atque fortissime coherebunt, et quo tempore quando erit acrior impetus belli, tanto maior gloria non cedendi, tanto densior corona martirii? Aut si propter tribulaciones quas passuri sunt non dicendi sunt regnaturi, consequens erit ut etiam superioribus diebus in eisdem mille annis quicumque tribulati sunt sanctorum, eo ipso tempore tribulacionis sue cum Christo non regnasse dicantur, ac per hoc et illi, quorum animas auctor libri huius occisas vidisse se scribit propter testimonium Ihesu et propter verbum dei, non regnabant cum Christo quando patiebantur persecucionem, et ipsi regnum Christi non erant quos Christus excellencius possidebat. Absurdissimum quidem est et omnino adversandum. Sed certe anime victrices gloriosissimorum martirum, omnibus doloribus ac laboribus superatis atque finitis, postea quam mortalia membra posuerunt, cum Christo utique regnaverunt et regnant, donec finiantur mille anni, ut postea receptis etiam corporibus iam immortalibus regnent. Proinde in tribus illis annis atque dimidio anime occisorum propter eius testimonium, et que antea de corporibus exierunt, et que in ipsa novissima persecucione sunt exiture, regnabunt cum illo donec finiatur mortale seculum et ad illud regnum ubi mors non erit transeatur. Quocirca cum Christo regnancium sanctorum plures anni erunt quam vinculi dyaboli atque custodie, quia illi cum suo rege dei filio, iam dyabolo non ligato, etiam per tres annos ac semisse regnabunt.

Remanet igitur ut cum audimus: Sacerdotes dei et Christi regnabunt cum eo mille annis, et cum finiti fuerint mille anni, solvetur sathanas de custodia sua, aut non regni sui huius sanctorum intelligamus annos mille finire, sed vinculi dyaboli atque custodie, ut annos mille, id est annos omnes suos, quecumque partes habeat diversis ac propriis complexitatibus finiendos, ampliore sanctorum regno, breviore dyaboli vinculo; aut certe quoniam trium annorum et sex mensium brevissimum spatium est, computari noluisse credatur, sive quod minus sathane vinculum, sive quod amplius videtur regnum habere sanctorum, sicut de quadringentis annis in xvi huius operis volumine disputavi, quoniam plus aliquid erant, et tamen quadringenti sunt nuncupati; et talia sepe reperiuntur in litteris sacris, si quis advertat.

De dampnatione dyaboli cum suis et precapitulatione de resurrectione corporea omnium mortuorum et de iudicio ultime retribucionis. xiiii

Post hanc autem commemorationem novissime persecutionis breviter completur totum quod ultimo iam iudicio dyabolus et cum suo principe civitas inimica passura est. Et dyabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, quo et bestia et pseudo propheta, et cruciabuntur die et nocte in secula seculorum. Bestiam vero intelligi ipsam impiam civitatem supra iam diximus; pseudo propheta vero eius aut antichristus est aut ymago illa vel figmentum, de quo ibi locuti sumus. Post hoc ipsum novissimum iudicium, quod erit in secunda resurrectione mortuorum, que corporum est, recapitulando narrans quo sit sibi revelatum: Et vidi, inquit, thronum magnum et candidum et sedentem super eum, et a cuius facie fugit celum et terra, quoniam non tunc factum est, id est antequam esset de vivis et mortuis iudicatum, sed cum se vidisse dixit in throno sedentem, a cuius facie fugit celum et terra, sed postea. Peracto quippe iudicio, tunc esse desinet hoc celum et hec terra, quando incipiet esse celum novum et terra nova. Mutatione namque rerum, non omnino interitu transibit hic mundus. Unde et apostolus ait: Preterit enim figura huius mundi; volo vos sine sollicitudine esse. Figura ergo preterit, non natura. Cum ergo se Iohannes vidisse dixisset sedentem super thronum, a cuius a facie, quod postea futurum est, fugit celum et terra: Et vidi, inquit, mortuos magnos et pusillos, et aperti sunt libri, et alius liber apertus est, qui est vite uniuscuiusque, et iudicati sunt mortui ex ipsis scripturis librorum secundum facta sua. Libros dixit esse apertos et librum; sed librorum cuiusmodi non tacuit: qui est, inquit, vite uniuscuiusque. Ergo libri quos priore loco posuit intelligendi sunt sancti, et veteres et novi, ut in illis ostenderetur que deus fieri sua mandata iussisset; in illo autem qui est vite uniuscuiusque, quid horum quisque non fecisset sive fecisset. Qui liber si carnaliter cogitetur, quis eius magnitudinem aut longitudinem valeat estimare? Aut quanto tempore legi poterit liber in quo scripte sunt universe vite universorum? An tantus angelorum numerus aderit, quantus hominum erit, et vitam suam quisque ab angelo sibi adhibito audiet recitari? Non ergo unus liber erit omnium, sed singuli singulorum. Scriptura vero ista unum volens intelligi: Et alius, inquit, liber apertus est.

(margin, left column: desinat — cum Christo)

(margin, right column: Et — Et locus eorum non est inventus. Non ait: Vidi thronum magnum et candidum sedentem super eum, et a cuius facie fugit celum et terra)

Quedam igitur vis est intelligenda divina, qua fiet ut cuique opera sua vel bona vel mala cuncta in memoriam revocentur, et mentis intuitu mira celeritate cernantur, ut accuset vel excuset scientia conscientiam, atque ita simul et omnes et singuli iudicentur. Que nimirum vis divina libri nomen accepit. In ea quippe quodammodo legitur quicquid ea faciente recolitur. Ut autem ostendat qui mortui sunt iudicandi, pusilli cum magnis, recapitulando dicit, tamquam ad id rediens quod pretermiserat potius vel distulerat: Et exhibuit mortuos mare, qui in eo erant, et mors et infernus reddiderunt mortuos quos habebant. In se hoc procul dubio prius factum est quam essent mortui iudicati, et tamen illud prius dictum est. Hoc ergo quod dixi recapitulando eum ad id redisse quod intermiserat. Nunc autem ad ordinem tendit, atque ut explicaretur ipse ordo, commodius et de iudicatis mortuis quod iam dixerat suo repetit loco. Cum enim dixisset: Et exhibuit mortuos [qui] mare, qui in eo erant, et mors et infernus reddiderunt mortuos quos in se habebant, mox addidit quod paulo ante posuerat: Et iudicati sunt singuli secundum facta sua. Hoc est enim quod superius dixerat: Et iudicati sunt singuli secundum facta sua hoc est enim quod superius dixerat: Et iudicati sunt mortui secundum facta eorum.

Qui sint mortui quos ad iudicium exhibuit mare vel quos mors et inferi reddiderunt. xv.

Sed qui sunt mortui quos exhibuit mare qui in eo erant? Neque enim qui in mari moriuntur non sunt in inferno, aut corpora eorum servantur in mari, aut, quod est absurdius, mare habebat bonos mortuos et infernus malos. Quis hoc putaverit? Sed profecto convenienter quidem hoc loco mare pro isto seculo positum accipiunt. Cum ergo et quos hic inveniret Christus in corpore constitutos vel significaret cum eis qui resurrecturi sunt iudicandos, etiam ipsos mortuos appellabat, bonos quibus dicitur: Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo in deo; et malos de quibus dicitur: Sine mortuos sepelire mortuos suos. Possunt mortui esse propter hoc dici quod mortalia gerunt corpora. Unde apostolus: Corpus quidem, inquit, mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam; utrumque in homine vivente atque in hoc corpore constituto esse demonstrans, et corpus mortuum et spiritum vitam. Nec tamen dixit corpus mortale, sed mortuum, quamvis eadem paulo post et mortalia corpora, sicut vocantur usitatius, appellat. Hos ergo mortuos exhibuit mare qui in eo erant, id est exhibuit homines hoc seculum quicumque in eo erant, quia nondum obierant. Et mors et infernus, inquit, reddiderunt mortuos quos in se habebant. Mare exhibuit, quia sicut inventi sunt affuerunt. Mors vero et infernus reddiderunt, quia vite de qua iam exierant revocaverunt. Nec frustra fortasse non satis fuit ut mors diceretur aut infernus, sed utrumque dictum est: mors propter bonos qui tantummodo mortem perpeti potuerunt, non et infernum; infernus autem propter malos qui etiam penas apud inferos pendunt. Si enim non absurde credi videtur antiquos etiam sanctos qui venturi Christi tenuerunt fidem locis quidem a tormentis impiorum remotissimis, sed apud inferos fuisse, donec eos inde sanguis Christi et ad ea loca descensus erueret, profecto deinceps boni fideles effuso illo precio iam redempti prorsus inferos nesciunt, donec etiam receptis corporibus bona recipiant que merentur. Cum autem dixisset: Et iudicati sunt singuli secundum facta sua, breviter subiecit qui ea sunt iudicati: Et mors et infernus missi sunt in stagnum ignis, his nominibus significans diabolum, quod mortis est auctor infernarumque penarum, universamque simul demonum societatem. Hoc enim est quod superius evidentius preoccupando iam dixerat: Et diabolus [qui] seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris. Quod vero obscurius adiunxerat dicens: quo et bestia et pseudo propheta, hic apertius: Et qui non sunt inventi, inquit, in libro vite scripti, missi sunt in stagnum ignis. Non deum liber iste commemorat ne oblivione fallatur, sed predestinationem significat eorum quibus eterna dabitur vita. Neque enim nescit eos deus et in hoc libro legit ut sciat, sed potius ipsa eius prescientia de illis, que falli non potest, liber est vite in quo sunt scripti, id est ante precogniti.

De celo novo et de terra nova. xvi.

Finito autem iudicio quo prenuntiavit iudicandos malos, restat ut etiam de bonis dicat. Iam enim explicavit vel explicavit quod breviter a domino dictum est: Ibunt isti in supplicium eternum; sequitur ut explicet quod etiam ibi connectitur: Iusti autem in vitam eternam. Et vidi, inquit, celum novum et terram novam. Nam primum celum et terra recesserunt, et mare iam non est. Isto fiet ordine quod superius preoccupando iam dixit vidisse se super thronum sedentem, cuius a facie fugit celum et terra. Iudicatis quippe his qui scripti non sunt in libro vite et in eternum ignem missis, qui ignis cuiusmodi et in qua mundi vel rerum parte futurus sit hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui spiritus divinus ostendit, tunc figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione preteribit, sicut factum est mundanarum aquarum inundatione diluvium. Illa itaque, ut dixi, conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates que corporibus nostris corruptibilibus congruebant ardendo penitus interibunt, atque ipsa substantia eas qualitates habebit que corporibus immortalibus mirabili mutatione conveniant, ut scilicet mundus in melius innovatus apte accommodetur hominibus etiam carne in melius innovatis. Quod autem et mare iam non est, utrum maximo illo ardore siccetur, an et ipsum vertatur in melius, non facile dixerim. Celum quippe novum et terram novam futura legimus; de mari autem novo aliquid me usquam legisse non recolo, nisi quod in hoc

eodem libro, tamquam mare vitreum simile cristallo
recepit. Sed nec de isto fine seculi ibi loquebatur,
nec proprie dixisse videtur mare, sed tamquam mare, cu-
ius et nunc, sicut amat prophetica locucio, propriis
verbis translata immiscere, ac sit quodammodo velare,
quod dicitur, potuit de illo mari dicere, et mare iam
non est, de quo supra dixerat, Et exhibuit mortuos
mare qui in eo erant. Tunc enim tunc non erit in hoc
seculo vita mortalium turbulento, et procelloso,
quod maris nomine figuravit. De ecclesie glorifi-
catione sine fine post finem c xvij.

Et civitatem inquit mag-
nam Jerusalem
novam, vidi descendentem de celo a
deo paratam, quasi novam nuptam, ornatam mari-
to suo. Et audivi vocem magnam de celo dicentem,
Ecce tabernaculum dei cum hominibus, et habitabit
cum eis, et erunt ipsi populus eius, et ipse deus erit
cum eis. Et absterget ab oculis eorum omnem lacri-
mam, et mors iam non erit, neque luctus, neque cla-
mor, sed nec ullus dolor, quia priora abierunt. Et
dixit qui sedebat in throno, Ecce nova facio omnia.
De celo descendere ista civitas dicitur, quoniam celestis
est gracia, qua deus eam fecit, propter quod ei dicit etiam
per ysayam, Ego sum dominus faciens te. Et de celo
quidem ab inicio sui descendit, ex quo per huius
seculi tempus, gracia dei desuper veniente per lavacrum
regeneracionis in spiritu sancto misso de celo, subinde
cives eius accrescunt, sed per iudicium dei, quod erit
novissimum, per eius filium Jhesum Christum, tanta eius
et tam nova de dei munere claritas apparebit,
ut nulla remaneat vetustatis vestigia, quando
quidem et corpora ad novam incorrupcionem atque inmor-
talitatem transibunt. Nam hoc de isto tempore accipe-
re, quo regnat cum rege suo mille annis, impuden-
cie nimie mihi videtur, Cum apertissime dicat Ab-
sterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum,
et mors iam non erit, neque luctus, neque clamor
sed nec dolor ullus. Quis ita absurdus sit, tam absur-
dus, et obstinatissima contencione vesanus, qui
audeat affirmare, in huius mortalitatis e-
rumpnis non dico populum sanctum, sed unumquemque sanctorum
qui hanc vel ducat vel ducturus sit, vel dux-
erit vitam, nullas habentem lacrimas vel dolores,
cum potius quanto quisque est sanccior, et desiderii
sancti plenior, tanto sit eius in orando fletus
uberior. An non est vox civis superne Jerusalem, Facte
sunt mihi lacrime mee panes die ac nocte, et la-
vabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis me-
is stratum meum rigabo, et gemitus meus non
est absconditus a te, et dolor meus renova-
tus est. Aut vero non eius filii sunt, qui ingemis-
cunt gravati, in quo nolunt spoliari, sed supervesti-
ri, ut absorbeatur mortale a vita. Nonne ipsi sunt
qui primicias habentes spiritus, in semetipsis in-
gemiscunt, adopcionem expectantes redempcionem
corporis sui. An ipse apostolus paulus non erat, qui
pro israelitis fratribus carnalibus suis, tristicia illi
erat magna, et continuus erat dolor cordis
eius. Quando autem mors non erit in ista civitate,

A novam ex vetere corrupte atque mortalitate

A superius Iherosolimam vel non multo magis hoc erat.

nisi quando dicetur, Ubi est mors contencio tua. Ubi
est mors, aculeus tuus. Aculeus autem mortis
est peccatum. Quod tunc utique non erit, quando dicetur,
ubi est. Nunc vero non quilibet infirmus civis
illius civitatis, sed idem Johannes, in epistola sua
clamat, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos
ipsos seducimus, et veritas in nobis non est. Et
in hoc quidem libro, cuius nomen est apocalipsis, ob-
scure multa dicuntur, ut mentem legentis exerce-
ant, et pauca in eo sunt, ex quorum manifes-
tacione indagentur cetera, cum labore maxime,
quia sic eadem multis modis repetit, ut alia
atque alia dicere videatur, cum aliter atque aliter hec
ipsa dicere investigetur. Verum in his verbis ubi
ait, Absterget omnem lacrimam ab oculis eorum,
et mors iam non erit, neque luctus, neque clamor
sed nec dolor ullus. Tanta luce dicta sunt
de seculo futuro, et inmortalitate atque eter-
nitate sanctorum. Tunc enim solum atque ibi solum
ista non erunt, ut nulla debeamus in litteris sacris
querere vel legere manifesta, si hec putaverimus
obscura. Quid apostolus petrus de novissimo
dei iudicio predicavit xviij.

Nunc iam videamus, quid etiam
apostolus petrus, de hoc iudicio scrip-
serit. Veniet inquit in novissimo dierum in il-
lusione illudentes, secundum proprias concupiscen-
cias suas euntes, et dicentes, Ubi est pro-
missum presencie ipsius. Ex quo enim patres dor-
mierunt, sic omnia perseverant ab inicio creature.
latet enim illos hoc volentes, quia celi erant
olim et terra de aqua, et per aquam constituta
dei verbo, per que qui tunc erat mundus, aqua
inundatus periit. Qui autem nunc sunt celi
et terra, eodem verbo repositi sunt, igni re-
servati in diem iudicii, et perdicionis hominum
impiorum. Hoc unum vero non lateat vos karissimi,
quia unus dies, apud dominum sicut mille
anni, et mille anni sicut unus dies. Non
tardat dominus promissum, sicut quidam tardita-
tem existimant, sed paciens fert propter vos no-
lens aliquem perire, sed omnes in penitenciam converti.
Veniet autem dies domini ut fur, in quo celi
magno impetu transcurrent. Elementa au-
tem ardencia resolventur, et terra et que in ipsa sunt
opera, exurentur. his ergo omnibus pereuntibus
quales oportet esse vos in sanctis conversacioni-
bus, expectantes, et properantes ad presenciam
diei domini, per quam celi ardentes solventur, et elemen-
ta ignis ardore decoquentur. Novos vero
celos, et terram novam, secundum promissa ipsius,
expectamus, in quibus iusticia inhabitat. Nichil hic dixit de resurrectione mortuorum
etiam commemorans fecit, ad diluvium videtur sed sane de perdicione
admonuisse quodammodo, quos in fine huius impiorum hominis satis
seculi, mundum istum perituram esse credamus ubi
Nam in illo tempore, periisse dixit, qui tunc erat
mundus, nec solum orbem terre, verum etiam celos
quos utique istos aereos intelligimus,
quorum locum, ac spacium tunc aqua crescendo,
occupaverat, ergo totus aut pene totus aer

iste ventosus aer, id est celum, vel potius celos vocat, sed istos utique infimos ad illos supremos, ubi sol et luna et sydera constituta sunt; totusque fuerat in humidam qualitatem, atque hoc modo cum terra perierat, cuius terre utique prior facies fuerat deleta diluvio. Qui autem nunc sunt, inquit, celi et terra eodem verbo repositi sunt igni reservandi in diem iudicii et perditionis hominum impiorum. Proinde qui celi et que terra, id est qui mundus pro eo mundo, qui diluvio periit, ex eadem aqua repositus est, ipse igni novissimo reservatur in diem iudicii et perditionis hominum impiorum. Nam et hominum propter magnam quandam commutationem non dubitat dicere perditionem futuram, cum tamen eorum quamvis in eternis penis sit mansura natura. Querat fortassis aliquis, si post factum iudicium iste mundus ardebit, antequam pro illo celum novum et terra nova reponatur, eo ipso tempore conflagrationis eius ubi erunt sancti, cum eos habentes corpora in aliquo corporali loco esse necesse sit. Possumus videre futuros esse in superioribus partibus, quo ita non ascendet flamma illius incendii, quemadmodum nec unda diluvii; talia quippe illis inerunt corpora, ut illic sint, ubi esse voluerint. Sed nec ignem conflagrationis illius pertimescent immortales atque incorruptibiles facti, sicut virorum trium corruptibilia corpora atque mortalia in camino ardenti vivere illesa potuerunt.

Quid apostolus Paulus Tessalonicensibus scripserit de manifestatione antichristi, cuius tempus dies domini subsequitur. xix c.

Multas evangelicas et apostolicas litteras de isto iudicio novissimo video me esse preterire debere, ne hoc volumen in nimiam longitudinem protrahatur; sed nullo modo est pretereundus apostolus Paulus, qui scribens ad Tessalonicenses: Rogamus, inquit, vos, fratres, per adventum domini nostri Ihesu Christi et nostre congregationis in ipsum, ut non cito moveamini mente neque terreamini neque per spiritum neque per verbum neque per epistolam tamquam per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat ullo modo; quoniam nisi venerit refuga primum et revelatus fuerit homo peccati, filius interitus, qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostentans se tamquam sit deus. Non retinetis quod adhuc cum essem apud vos, hec dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore. Iam enim misterium iniquitatis operatur. Tantum qui tenet teneat, donec de medio fiat. Et tunc revelabitur iniquus, quem dominus Ihesus Christus interficiet spiritu oris sui et evacuabit illuminatione presentie sue; eum, cuius est presentia secundum operationem sathane in omni virtute et signis et prodigiis mendacii et in omni seductione iniquitatis his qui pereunt, pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Et ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Nulli dubium est eum de antichristo ista dixisse, diemque iudicii (hunc enim appellat diem domini) non esse venturum, nisi ille prior venerit, quem refugam vocat, utique a domino deo. Quod si de omnibus impiis merito dici potest, quanto magis de isto? Sed in quo templo dei sit sessurus, incertum est, utrum in illa ruina templi, quod a Salomone rege constructum est, an vero in ecclesia. Non enim templum alicuius ydoli aut demonis templum dei diceret apostolus. Unde nonnulli non ipsum principem, sed universum quodammodo corpus eius, id est ad eum pertinentem hominum multitudinem, simul cum ipso suo principe hoc loco intelligi antichristum volunt, rectiusque putant etiam latine dici, sicut in greco est, non in templo dei, sed in templum dei sedeat, tamquam ipse sit templum dei, quod est ecclesia; sicut dicimus: Sedet in amicum, id est velut amicus; vel si quid aliud isto locutionis genere dici solet. Quod autem ait: Et nunc quid detineat scitis, id est quid sit in mora, que causa sit dilationis eius, ut reveletur in suo tempore, scitis, quoniam scire illos dixit, aperte hoc dicere noluit. Et ideo nos, qui nescimus quod illi sciebant, pervenire cum labore ad id quod sensit apostolus cupimus nec valemus, presertim quia et illa que addidit hunc sensum faciunt obscuriorem. Nam quid est: Iam enim misterium iniquitatis operatur; tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat; et revelabitur iniquus? Ego prorsus quid dixerit me fateor ignorare. Suspiciones tamen hominum, quas vel audire vel legere potui, non tacebo. Quidam putant hoc de imperio dictum fuisse romano, et propterea Paulum apostolum non id aperte scribere voluisse, ne calumpniam videlicet incurreret, quod romano imperio male optaverit, cum speraretur eternum; et ut hoc quod dixit: Iam enim misterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi, cuius iam facta velut antichristi videbantur. Unde nonnulli ipsum resurrecturum et futurum antichristum suspicantur. Alii vero nec occisum putant, sed subtractum potius, ut putaretur occisus, et vivum occultari in vigore ipsius etatis, in qua fuit cum crederetur extinctus, donec suo tempore reveletur et restituatur in regnum. Sed multum michi mira est hec opinantium tanta presumptio. Illud tamen quod ait apostolus: Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat, non absurde de ipso romano imperio creditur dictum, tamquam diceretur: Tantum qui modo imperat imperet, donec de medio fiat, id est de medio tollatur; et tunc revelabitur iniquus, quem significari antichristum nullus ambigit. Alii vero et quod ait: Quid detineat scitis, et misterium operari iniquitatis, non putant dictum nisi de malis et fictis, qui sunt in ecclesia, donec perveniant ad tantum numerum, qui antichristo magnum populum faciat, et hoc esse misterium iniquitatis, quia videtur occultum; hortari autem apostolum fideles, ut in fide quam tenent tenaciter perseverent, dicendo: Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat, hoc est, donec exeat de medio ecclesie misterium iniquitatis, quod nunc occultum est. Ad ipsum enim misterium pertinere arbitrantur quod ait in epistola sua Iohannes evangelista: Pueri, novissima hora est; et sicut audistis quod antichristus sit venturus, nunc antichristi multi facti sunt. Unde cognoscimus

quia novissima sit hora. Ex nobis exierunt, sed non erant
ex nobis. Quod si fuissent ex nobis, permansissent
utique nobiscum. Sicut ergo ante finem in hac hora
inquiunt, quam Iohannes novissimam dicit, exierunt
multi heretici de medio ecclesie, quos multos dicit
antichristos, ita omnes tunc inde exibunt, qui non ad
Christum, sed ad illum novissimum antichristum pertinebunt,
Et tunc revelabitur. Alius ergo sic, alius autem
sic apostoli obscura verba coniectat, quod tamen eum dixisse
non dubium est. Non veniet ad vivos et mortuos
iudicandos Christus, nisi prius veniat ad seducen-
dos in anima mortuos adversarius eius antichristus,
quamvis ad occultum iam iudicium dei pertineat, quod ab
illo seducentur. Presentia quippe eius erit, sicut dic-
tum est, secundum operationem sathane in omni virtute sig-
nis et prodigiis mendacii, et in omni seductione in-
iquitatis hiis qui pereunt. Tunc enim solvetur
sathanas, et per illum antichristum in omni sua virtute
mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur. Qui so-
lent ambigi, utrum propterea dicta sint signa et
prodigia mendacii, quoniam mortales sensus per fan-
tasmata decepturus est, ut quod non facit facere
videatur, an quia illa ipsa etiam si erant vera
prodigia, ad mendacium pertrahent credituros non
ea potuisse nisi divinitus fieri, virtute dyaboli nes-
cientes, maxime quando tantam [illegible] quantam numquam
habuit accipit potestatem. Non enim quando de celo ignis
cecidit et tantam familiam cum tantis gregi-
bus pecorum sancti Iob uno impetu absumpsit, et
turbo irruens et domum deiciens et filios
eius occidit, fantasmata fuerunt, que tamen fuerunt
opera sathane, cui deus dederat hanc potestatem. [corporum]
Propter quid horum ergo dicta sint prodigia et signa men-
dacii, tunc potius apparebit. Sed propter quodlibet
horum dictum sit, seducentur eius signis et prodigiis
qui seduci merebuntur, pro eo quod dilectionem veritatis
inquit non receperunt ut salvi fierent. Nec du-
bitavit apostolus addere et dicere: Ideo mittet deus
illis operationem erroris, ut credant mendacio.
Deus enim mittet, quia deus dyabolum facere
permittit, ista iusto iudicio, quamvis faciat ille
iniquo malignoque consilio, ut iudicentur inquit
omnes qui non crediderunt veritati, sed consense-
runt iniquitati. Proinde iudicati seducentur, et illis
[Et seducti iudicabuntur sed iudicati seducentur] iudiciis dei occulte iustis, iuste occultis quibus
ab initio peccati rationalis creature numquam iudica-
re cessavit. Seducti autem iudicabuntur novissimo
manifestoque iudicio per Christum Ihesum iustissime
iudicaturum et iniustissime iudicatum.

Quid idem apostolus in prima ad eosdem epistola de resurrectione mortuorum docuerit. XX.

Sed hic apostolus tacuit de resurrectione mortu-
orum. Ad eosdem autem scribens in epistola
prima: Nolumus vos inquit ignorare fratres de
dormientibus, ut non contristemini sicut et ceteri qui
spem non habent. Nam si credimus quod Ihesus mor-
tuus est et resurrexit, ita et deus eos qui
dormierunt per Ihesum adducet cum illo. Hoc enim vo-
bis dicimus in verbo domini, quia nos viventes, qui reliqui

sumus in adventum domini, non preveniemus eos qui ante
dormierunt, quoniam ipse dominus in iussu et in voce archan-
geli et in tuba dei descendet de celo, et mor-
tui qui in Christo [sunt] resurgent primi. Deinde nos viven-
tes qui reliqui sumus, simul rapiemur cum illis
in nubibus obviam Christo in aera, et sic semper cum
domino erimus. Hec verba apostoli certa resurrectionem mor-
tuorum futuram, quando veniet dominus utique ad vi-
vos et mortuos iudicandos, preclarissime osten-
dunt. Sed queri solet, utrum illi quos hic viventes
inventurus est Christus, quorum personam in se atque
illos qui tunc secum vivebant transfigurabat
apostolus, numquam omnino morituri sint, an ipso temporis punc-
to, quo cum resurgentibus rapientur in nubibus
in obviam Christo in aera, ad immortalitatem mira
celeritate transibunt. Neque enim dicendum est
fieri non posse, ut dum per aera in sublime por-
tantur in illo spatio et moriantur et reviviscant.
Quod enim ait: Et ita semper cum domino erimus,
non sic accipiendum est, tamquam nos in aere dixerit
semper cum domino esse mansuros, quia nec ipse utique
ibi manebit, quia veniens transiturus est. Ve-
nienti quippe itur in obviam, non manenti. Sed
ita cum domino erimus, sic habentes corpora sempi-
terna, ubicumque cum illo fuerimus. Ad hunc enim
sensum, quo existimemus etiam [illos] quos hic vi-
vos inventurus est dominus, in ipso parvo spatio
et passuros mortem et accepturos immor-
talitatem, ipse apostolus nos videtur urgere, ubi dicit
in Christo omnes vivificabuntur, cum alio loco de
ipsa loquens resurrectione dicat: Tu quod seminas
non vivificatur, nisi moriatur. Quomodo igitur quos vi-
ventes hic Christus inveniet, per immortalitatem
in illo vivificabuntur, si et non moriantur, cum vi-
deamus propter hoc esse dictum: Tu quod seminas non
vivificabitur, nisi moriatur? Aut si recte non dicimus
seminari, nisi ea corpora hominum que moriendo
quoquo modo revertuntur in terram, sicut se se habet
etiam illa in transgressorem patrem generis hu-
mani divinitus prolata sententia: Terra es et in terra
ibis, fatendum est istos quos nondum de corpo-
ribus egressos cum veniet Christus inveniet,
Et in istis verbis apostoli et illis de genesi non
teneri. Quoniam sursum in nubibus rapti non
utique seminantur, quia nec eunt in terram nec re-
deunt, sive nullam prorsus experiantur mortem,
sive paululum in aere moriantur. Sed aliud rur-
sus occurrit, quod idem dixit apostolus cum de re-
surrectione corporum ad Corinthios loqueretur: Omnes re-
surgemus; vel sicut alii codices habent [Omnes dormiemus]. Cum ergo
nec resurrectio fieri, nisi mors precesserit, possit
nec dormitionem possimus in illo loco in-
telligere nisi mortem, quomodo omnes vel dormient
vel resurgent, si tam multi quos in corpore
inventurus est Christus nec dormient nec resur-
gent? Si ergo sanctos qui reperientur Christo veniente
viventes, eique in obviam rapientur, credide-
rimus in eodem raptu de mortalibus corporibus
exituros et ad eadem mox immortalia redi-
turos, nullas in verbis apostoli patiemur angustias,

sive ubi dicit: Tu quod seminas non vivificatur nisi moriatur, sive ubi dicit: Omnes resurgemus, aut omnes dormiemus, quia nec illi per immortalitatem vivificabuntur nisi qualibet paululum tamen ante moriantur, ac per hoc a resurrectione non erunt alieni, quam dormitione precedunt, quamvis brevissima, non tamen nulla. Cur autem nobis incredibile videatur illam multitudinem corporum in aere quodammodo seminari, atque ibi protinus immortaliter atque incorruptibiliter reviviscere, cum credamus quod idem ipse apostolus apertissime dicit, in ictu oculi futuram resurrectionem, et membra sine fine victura tanta quam facilitate tantaque inestimabili velocitate redituram antiquissimorum cadaverum pulverem? Nec ab illa sententia, qua homini dictum est: Terra es et in terram ibis, mortuos illos sanctos arbitremur immunes, si eorum morientium in terra non recident corpora, sed sicut in ipso raptu morientur, ita et resurgent, dum feruntur in aera. In terram quippe ibis, et in hoc ibis amissa vita, quod eras antequam sumeres vitam, id est hoc eris exanimatus, quod eras antequam esses animatus. Terre quippe insufflavit deus in faciem flatum vite, cum factus est homo in animam vivam. Tamquam diceretur: Terra es animata, quod non eras; terra eris exanimis, sicut eras. Hoc sunt et antequam putrescant omnia corpora mortuorum, quod erunt et illa si moriantur, ubicumque moriantur, cum vita carebunt, quam continuo receptura sunt. Sic ergo ibunt in terram, quia ex vivis hominibus terra erunt, quemadmodum in cinerem quod fit cinis, quod etiam vetustatem, quod fit vetus, id in testam quod ex luto fit testa. Et alia sexcenta sic loquimur. Quomodo autem sit futurum, quod nunc pro nostre ratiuncule viribus utcumque conicimus, tunc erit potius ut nosse possimus. Resurrectionem quippe mortuorum futuram et in carne, quando Christus venturus est vivos iudicaturus et mortuos, oportet si christiani esse volumus, ut credamus. Sed non ideo de hac re inanis est fides nostra, si quemadmodum futura sit, perfecte comprehendere non valemus. Verum iam, sicut promisimus, de hoc iudicio dei novissimo etiam prophetici veteres libri quid prenuntiaverint, quantum satis esse videbitur, debemus ostendere, quod sic arbitror non tanta mora necesse est tractari et exponi, si istis que premisimus lector curaverit adiuvari.

Quomodo ysaias propheta de morte et resurrectione et de retributione iudicii sit locutus. XXI

Propheta ysaias: Resurgent, inquit, mortui et resurgent qui erant in sepulchris et letabuntur omnes qui sunt in terra. Ros enim qui abs te est sanitas illis est; terra vero impiorum cadet. Totum illud superius ad resurrectionem pertinet beatorum. Quod autem ait: terra vero impiorum cadet, bene intelligitur dictum: corpora vero impiorum ruinam dampnationis excipient. Iam porro si de bonorum resurrectione quod dictum est diligentius et distinctius velimus intueri, ad primam referendum est quod dictum est: resurgent mortui; ad secundam vero quod sequitur: Et resurgent qui erant in sepulchris. Iam et si illos in quibus sanctos, quos hic vivos inventurus est dominus, eis congrue deputabimus quod adiunxit: Et letabuntur omnes qui sunt in terra. Ros enim qui abs te est sanitas illis est. Sanitatem loco isto immortalitatem rectissime accipimus. Ea namque est plenissima sanitas que non reficitur alimentis tamquam cottidianis medicamentis. Item de iudicii die spe prius dans bonis, deinde terrens malos, idem propheta sic loquitur: Hec dicit dominus: Ecce ego declino in eos ut flumen pacis et ut torrens inundans gloriam gentium. Filii eorum super humeros portabuntur et super genua consolabuntur. Quemadmodum si quem mater consoletur, ita ego vos consolabor, et in Ierusalem consolabimini; et videbitis et gaudebit cor vestrum, et ossa vestra sicut herba exorientur. Et cognoscetur manus domini colentibus eum, et comminabitur contumacibus. Ecce enim dominus ut ignis veniet, et ut tempestas currus eius reddere in indignatione vindictam et vastationem in flamma ignis. In igne enim domini iudicabitur omnis terra, et in gladio eius omnis caro; multi vulnerati erunt a domino. In promissione bonorum flumen pacis profecto abundantiam pacis illius debemus accipere, qua maior esse non possit. Hac utique in fine rigabimur, de qua in precedenti libro habundanter locuti sumus. Hoc flumen sic in eos declinare dicit, quibus tantam beatitudinem pollicetur, ut intelligamus in illius felicitatis regione, que in celis est, hoc flumine omnia satiari. Sed quia et terrenis corporibus pax incorruptionis atque immortalitatis inde influet, ideo declinare se dixit hoc flumine ut de superius quodammodo etiam inferiora perfundat et homines equales angelis reddat. Ierusalem quoque non illam que servit cum filiis suis, sed liberam matrem nostram intelligamus, secundum apostolum eternam in celis. Ibi post labores erumnarum curarumque mortalium consolabimur, tamquam parvuli eius in humeris gremiisque portati. Rudes enim nos et novos blandissimis adiutoriis insolita nobis illa beatitudo suscipiet. Ibi videbimus et gaudebit cor nostrum. Nec expressit quid videbimus, sed quid nisi deum, ut impleatur in nobis promissum evangelicum: Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt; et omnia illa que nunc videmus credentes, aut pro modulo capacitatis humane longe minus quam sunt atque incomparabiliter cogitamus. Et videbitis, inquit, et gaudebit cor vestrum. Hic creditis, ibi videbitis. Sed quoniam dixit: Et gaudebit cor vestrum, ne putaremus illa bona Ierusalem ad nostrum tantummodo spiritum pertinere: Et ossa, inquit, vestra ut herba exorientur, ubi resurrectionem corporum perstrinxit, velut quod non dixerat reddens. Neque enim cum viderimus fiet, sed cum fuerit facta videbimus. Nam et de celo novo et de terra nova iam supra dixerat, dum ea que sanctis promittuntur in fine sepe ac multis formis diceret: Erit, inquit, celum novum et terra nova, et non erunt memores priorum, nec ascendet in cor ipsorum,

sed leticiam et exultationem inveniet mea. Ecce ego
faciam iherusalem exultationem et populo meo leticiam
exultabo in iherusalem et letabor in populo meo et ultra
non audietur in illa vox fletus et cetera. Que quidem ad
illos carnales mille annos referre conantur lo
cutionibus cum tropicis propriis prophetico more mis
centur et ad intellectum spiritualem intentio sobria cum quo
dam utili ac salubri labore perveniat. pigritia
vero carnalis vel inerudite atque inexercitate tar
ditas mentis contenta littere superficie nichil putat
interius requirendum. Hec de propheticis verbis que ante
istum locum scripta sunt satis dixerim. In hoc autem
loco unde ad illa digressi fuimus cum dixisset et
ossa vestra ut herba exorientur ut resurrectionem car
nis quidem sed tamen bonorum se commemora
sse monstraret. Et adiunxit Et cognoscetur
manus domini colentibus eum. Quid est hoc nisi
manus distinguentis cultores suos a contemp
toribus suis de quibus sequitur contexens. Et
comminabitur inquit contumacibus sive ut ait alius
interpres incredulis. Nec tunc comminabitur sed que
nunc dicuntur minaciter tunc efficaciter implebuntur.
Ecce enim dominus inquit ut ignis veniet et ut
tempestas currus eius reddere in indignatione
vindictam et vastationem in flamma ignis. In
igne enim domini iudicabitur omnis terra et in gladio
eius omnis caro. Multi vulnerati erunt a domino
sive igne sive tempestate sive gladio penam
iudicii significat quandoquidem ipsum dominum sicut
ignem dicit esse venturum eis profecto quibus pe
nalis erit eius adventus. Currus vero eius nam
plurali dicti sunt angelica ministeria non inconveni
enter accipimus. Quod autem ait omnem terram et
omnem carnem in eius igne et gladio iudicari
non et ibi spirituales intelligamus et sanctos sed terre
nos atque carnales de qualibus dictum est. Qui terre
na sapiunt et sapere secundum carnem mors est et
quales omnino caro appellantur a domino ubi dicit
Non permanebit spiritus meus in hominibus istis
quoniam caro sunt. Quod vero hic positum est Multi vul
nerati erunt a domino isto vulnere fiet mors secunda
potest quidem et ignis et gladius et vulnus acci
pi in bono. Nam et ignem dominus velle se dixit
mittere in mundum et vise sunt illis lingue divi
se velut ignis quando venit spiritus sanctus et non
veni inquit idem dominus pacem mittere in terram
sed gladium. Et sermonem dei dicit scriptura gladium
bis acutum propter aciem geminam testamentorum duorum.
Et in cantico canticorum caritate se dicit sancta
ecclesia vulneratam velut amoris impetu sa
gittatam. Sed hoc cum legimus vel audimus ulto
rem dominum esse venturum quemadmodum hec intel
ligenda sint clarum est. Deinde breviter commemoratis
eis qui per hoc iudicium consumentur sub figura ciborum
in lege veteri vetitorum a quibus se non abstinue
runt peccatores impiosque significans recapitulat
ab initio gratiam novi testamenti a primo salvatoris
adventu usque ad ultimum iudicium de quo nunc
agimus perducens finemque sermonis. Narrat
namque dominum dicere se venire ut congreget omnes
gentes easque venturas et visuras gloriam eius.
Omnes enim sicut dicit apostolus peccaverunt
et egent gratia dei. Et relicturum se dicit super
eos signa ut utique mirantes credant in
eum et emissurum ex illis salvatos in gen
tes diversas et in longinquas insulas que
non audierunt nomen eius neque viderunt gloriam
eius et annunciaturos gloriam [eius] in gentibus.
Et adducturos fratres istorum quibus loque
batur id est in fide sub deo patre fratres israelitarum electo
rum. Adducturos autem ex omnibus gentibus
munus domino in iumentis et vehiculis. Que
iumenta et vehicula bene intelliguntur adiu
toria esse divina per cuiusque generis ministeria dei vel
angelica vel humana in civitatem sanctam iherusalem
que nunc in sanctis fidelibus est diffusa per terras. Ubi
enim divinitus adiuvantur ibi credunt et ubi cre
dunt ibi veniunt. Comparavit autem dominus illos
tamquam per similitudinem filiis israel offerenti
bus ei suas hostias cum psalmis in domo
eius quod ubique iam facit ecclesia et promisit
ab ipsis se accepturum sibi sacerdotes et levitas
quod etiam nunc fieri videmus. Non enim ex
genere carnis et sanguinis sicut erat primum secundum
ordinem aaron sed sicut oportebat in testamen
to novo ubi secundum ordinem melchizedech
summus sacerdos est christus pro cuiusque merito quod
in eum gratia divina contulerit sacerdotes et
levitas eligi nunc videmus. Qui non isto
nomine quod sepe assequuntur indigni sed eo quod
non est bonis malisque commune sanctitate pe
sandi sunt. Hec cum de ista que nunc impertitur ec
clesie per spiritum nobisque notissima dei mi
seratione dixisset promisit et fines ad
quos per ultimum iudicium facta bonorum malorum
que discretione venietur dicens per prophetam
vel de domino dicens ipse propheta. Quomodo enim ce
lum novum et terra nova manebit coram me
dicit dominus sic stabit semen vestrum et nomen
vestrum et erit mensis ex mense et sabbatum ex
sabbato. Veniet omnis caro in conspectu me
o adorare in iherusalem dicit dominus et egredientur
et videbunt membra hominum qui prevaricati sunt
in me. Vermis eorum non morietur et ignis eorum
non extinguetur et erunt visui omni carni. Ad
hoc iste propheta terminavit librum ad quod termina
bitur seculum. Quidam sane non interpretati sunt
membra hominum sed cadavera virorum per cadavera
significantes evidentem corporum penam
quamvis cadaver nisi caro exanimis non soleat nun
cupari. Illa vero animata erunt corpora alioquin
nulla poterunt sentire tormenta nisi forte
quia mortuorum erunt corpora id est eorum qui in secundam
mortem cadent ideo non absurde etiam cada
vera dici possunt. Unde est et illud quod ab eo
dem propheta dictum superius posui. Terra vero impi
orum cadet. Quis autem non videat a cadendo
esse appellata cadavera virorum pro eo po
suisse illos interpretes quod hominum manifestum
est neque enim quisquam dicturus est prevaricatrices

seminas / in illo supplicio non futuros / sed expo-
riore perditum de quo semina facta est utique sex-
us accipitur. Unde quod ad rem maxime per-
tinet, tam et in bonis dicitur: Veniet omnis caro, quia
ex omni genere hominum populus ille constabit.
Non enim omnes homines ibi erunt, quia in penis
plures erunt. Sed ut dicere ceperam, tamen in bonis
caro et in malis membra vel cadavera nominantur,
profecto post resurrectionem carnis, cuius
fidem his rerum vocabulis omnino firmabit,
illud quod bonis et malis suis finibus dirimetur
futurum esse iudicium declaratur. Qualis fu-
tura sit egressio sanctorum ad videndas pe-
nas malorum. XXII.

Sed quo egredientur boni ad videndas
penas malorum? Numquid corporis
motu beatas illas relicturi sunt sedes, et ad
loca penalia profecturi, ut malorum tormenta
conspiciant presentia corporali? Absit, sed egre-
dientur per scientiam. Hoc enim verbo significatum
est eos qui cruciabuntur extra futuros, propter quod
et dominus ea loca tenebras exteriores vocat, qui-
bus contrarius est ille ingressus, de quo dicitur
servo bono: Intra in gaudium domini tui; ne illuc
mali putentur ingredi, ut sciantur, sed ad illos po-
tius velut egredi per scientiam, qua eos cognitu-
ri sunt boni, quia id quod cognituri sunt, foris est.
Qui enim erunt in penis, quid agatur intus
in gaudio domini nescient; qui vero erunt in illo
gaudio, quid agatur foris in illis tenebris
exterioribus scient. Ideo dictum est egredientur,
quia eos etiam, qui foris ab eis erunt, utique
non latebunt. Si enim prophete nondum facta nosse
potuerunt, per hoc quod erat deus quantuluscumque
in eorum mortalium mentibus, quomodo im-
mortales sancti iam facta tunc nescient, cum
deus erit omnia in omnibus? Stabit ergo in
illa beatitudine sanctorum semen et nomen,
semen scilicet de quo Iohannes ait: Et semen eius
in ipso manet; nomen vero de quo per hunc Ysa-
iam dictum est: Nomen eternum dabo eis. Et erit eis
mensis ex mense, et sabbatum ex sabbato, tamquam
luna ex luna, et requies ex requie. Quorum
utrumque ipsi erunt, cum ex his umbris veteri-
bus et temporalibus in illa lumina nova atque
sempiterna transibunt. In penis autem malorum
et inextinguibilis ignis et vivacissimus
vermis ab aliis atque aliis aliter atque aliter est
expositus. Alii quippe utrumque ad corpus,
alii utrumque ad animum retulerunt. Alii proprie
ad corpus ignem, tropice ad animum vermem,
quod esse credibilius videtur. Sed nunc de hac
differentia non est [huius] temporis disputare. De iudicio namque
ultimo, quo fiet diremptio bonorum
et malorum, hoc volumen implere suscepimus;
de ipsis vero premiis et penis alias diligentius
disserendum est. Que prophetavit Daniel de
persecutione antichristi et de iudicio dei regnoque
sanctorum. XXIII. capitulum

Daniel de hoc ultimo iudicio
sic prophetat, ut antichristum quoque prius venturum
esse prenuntiet, atque ad eternum regnum sanctorum perducat
narrationem suam. Cum enim visione prophetica qua-
tuor bestias, significantes quatuor regna, vi-
disset ipsumque quartum a quodam rege superatum,
qui est antichristus, agnoscitur, et post hoc eternum
regnum filii hominis, qui intelligitur Christus: Hor-
ruit, inquit, spiritus meus, ego Daniel in habitudine
mea, et visus capitis mei conturbabant me. Et
accessi, inquit, ad unum de circumstantibus et veri-
tatem querebam de his omnibus, et dixit michi
veritatem. Deinde quid audierit ab illo, a quo
de omnibus his quesivit, tamquam eo sibi ex-
ponente sic loquitur: Hee magne bestie quatuor
quatuor regna surgent in terra, que auferentur, et acci-
pient regnum sancti altissimi, et obtinebunt illud
usque in seculum seculorum. Et querebam, inquit,
diligenter de bestia quarta, que erat differens preter omnem bestiam,
bestia terribilis amplius; dentes eius
ferrei, et ungues eius erei, manducans et
comminuens, et reliqua pedibus suis conculcans;
et de cornibus eius decem, que erant in capite
eius, et de alio quod ascendit et excussit de prioribus
tria [cornua et de] cornu illud in quo erant oculi et os
loquens magna, et visus eius maior ceteris.
Videbam, et cornu illud faciebat bellum
cum sanctis, et prevalebat ad ipsos, donec venit
vetustus dierum, et regnum dedit sanctis altissi-
mi, et tempus pervenit, et regnum obtinuerunt
sancti. Hec Daniel quesisse se dixit. Deinde
quid audierit continuo subiungens: Et dixit,
inquit, ille, a quo quesierat, respondit et dixit:
Bestia quarta, quartum regnum erit in terra, quod preva-
lebit omnibus regnis, et manducabit omnem
terram et conculcabit eam et concidet. Et decem
cornua eius, decem reges surgent, et post
eos surget alius, qui superabit malis omnes
qui ante eum fuerunt, et tres reges humiliabit,
et verba adversus altissimum loquetur [et sanctos altissimi conteret], et suspi-
cabitur mutare tempora [et legem], et dabitur in manu eius us-
que ad tempus [et tempora et dimidium temporis]. Et iudicium sedebit, et principatum
removebunt ad exterminandum et perdendum usque
in finem; et regnum et potestas et magnitudo regum
qui sub omni celo sunt, data est sanctis altissimi;
et regnum eius regnum sempiternum, et omnes princi-
patus ipsi servient et obaudient. Huc usque,
inquit, finis sermonis. Ego Daniel multum
cogitationes mee conturbabant me, et forma mea
immutata est super me, et verbum in corde meo
conservavi. Quatuor illa regna exposuerunt
quidam Assyriorum, Persarum, Macedonum et Ro-
manorum. Quam vero convenienter id fecerint, qui
nosse desiderant, legant presbiteri Ieronimi librum
in Danielem satis erudite diligenterque conscriptum.
Antichristi tamen adversus ecclesiam sevissimum reg-
num [licet exiguo spatio temporis sustinendum, donec dei ultimo iudicio regnum sancti] accipiant sempiternum, qui vel dormitans
hec legit, dubitare non sinitur. Tempus quippe
et tempora et dimidium temporis, annum unum esse et du-
os et dimidium, ac per hoc tres annos et se-
missem, etiam numero dierum posterius posito

dilucescat. Alii in scripturis et mensura anni declaratur.
Videntur enim tempora indiffinite hic dicta lingua
latina, sed per dualem numerum dicta sunt, quem latini
non habent. Sic autem greci ita habent, dicitur habere et
hebrei. Sic ergo dicta sunt tempora tamquam dicere(tur)
vereri duo tempora. Vereri me sane fateor ne in decem re-
gibus quos tamquam decem homines videatur inve-
nturus antichristus forte fallamur atque ita ille in-
opinatus adveniat non existentibus tot regi-
bus in orbe romano. Quid si enim numero isto dena-
rio universitas regnorum significata est post quos
ille venturus est sicut millenario, centenario,
septenario significatur plerumque universitas
et aliis atque aliis numeris quos nunc commemora-
re non est necesse. Alio loco idem daniel: Et erit
inquid tempus tribulationis, qualis non fuit ex
quo nata est gens super terram et usque ad tempus
illud. Et in tempore illo salvabitur populus tuus omnis
qui inventus fuerit scriptus in libro. Et multi dor- forte
mientium in terre aggere exsurgent, hii in vitam e-
ternam et hii in obprobrium et confusionem eternam.
Et intelligentes fulgebunt sicut claritas fir-
mamenti et ex iustis multi sicut stelle in secula.
Et adhuc sine illi evangelico est locus ille simi-
lis de resurrectione dumtaxat mortuorum corporum.
Nam qui illic dicti sunt esse in monumentis, ipsi
hic dormientes in terre aggere, vel sicut alii interpre-
tati sunt in terre pulvere. Et sicut ibi procedent dictum
est, ita hic exurgent. Sicut ibi qui bona fe-
cerunt in resurrectionem vite, qui autem mala egerunt
in resurrectionem iudicii, ita et isto loco hii in vitam
eternam et hii in obprobrium et in confusionem eternam.
Non autem diversum putetur quod cum ibi positum sit omnes
qui sunt in monumentis, hic autem non ait propheta
omnes sed multi dormientium in terre aggere. Ponit
enim aliquando scriptura pro omnibus multos. Propterea et
abrahe dictum est patrem multarum gentium posui-
te. Cui tamen alio loco: In semine inquit tuo bene-
dicentur omnes gentes. De tali autem resurrectione
huic quoque ipsi prophete danieli paulo post
dicitur: Et tu veni et requiesce; adhuc enim dies
in complexionem consummationis et requiesces et re-
surges in sorte tua in fine dierum. De psalmis
david que de fine huius seculi et novissimo
dei iudicio prophetentur. capitulum xxiiii.

Multa de iudicio novissimo dicuntur,
sed eorum plura transe-
unt. Et sicut hoc tacere non possum quod de fine huius
mundi apertissime dictum est, ibi nequaquam silentio
preteribo: Principio terram tu fundasti domine, et opera
manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt, tu autem perma-
nes, et omnes sicut vestimentum veterascent. Et
sicut opertorium mutabis eos et mutabuntur,
tu autem idem ipse es et anni tui non deficient.
Quid est quod porphirius pietatem laudat hebreorum
qua magnus et verus et ipsis numinibus terribi-
lis ab eis colitur deus, christianos ob hoc ar-
guit maxime stultitie ex oraculis deorum
suorum, quod istum mundum dicunt perituros? Ecce in
litteris pietatis hebreorum dicitur deo cui confitente tanto
quez

philosopho etiam ipsa numina perhorrescunt: Opera ma-
nuum tuarum sunt celi, ipsi peribunt. Numquid quando
celi peribunt mundus non peribit, cuius idem ipsi celi superior
pars est et tutior? Non peribunt. Si hec sententia iovi
displicet, cuius ut scribit iste philosophus velut gravi-
oris auctoris oraculo christianorum credulita-
te culpatur, cur similiter sapientiam tamquam stultitiam non cul-
pat hebreorum in quorum libris piissimis inve-
nitur? Porro si illa sapientia que porphirio tantum in-
tantum placet ut eam deorum vana est ista falla-
cia ut in fide christianorum vel in erectia vel per-
fectis hoc detestetur quod in ea periturus cre-
ditur mundus, quo utique non peremite celi non
peribunt? Et in litteris quidem sacris que proprie
nostre sunt non hebreis nobisque communes id est in
evangelicis et apostolicis libris legitur: Preterit
figura huius mundi. Legitur: Mundus transit.
Legitur: Celum et terra transibunt. Sed puto quod prete-
rit, transit, transibunt aliquanto mitius dicta sunt
quam peribunt. In epistola quoque apostoli petri ubi a-
qua inundatus qui tunc erat perisse dictus
est mundus, satis clarum est et que pars mundi
a toto significata et quatenus perisse dicta sit et
qui celi repositi igni reservandi in diem iu-
dicii et perditionis hominum impiorum. Et in eo
quod paulo post ait: Veniet dies domini ut
fur, in quo celi magno impetu transcur-
rent, elementa autem ardentia resolventur
et terra et que in ipsa sunt opera exurentur. Ac
deinde subiecit: Hiis omnibus pereuntibus
quales oportet nos esse, possunt illi celi intelligi
perituri quos dixit repositos igni reservandos,
et elementa accipi ardentia que in hac ima
mundi parte subsistunt procellosa et turbu-
lenta, in qua eosdem celos dixit esse repositos,
salvis illis superioribus et in sua integritate
manentibus, in quorum firmamento sunt sydera
constituta. Nam et illud quod scriptum est
stellas de celo esse casuras, preter quod potest mul-
to probabilius et aliter intelligi, magis ostendit
mansuros esse illos celos, si tamen stelle inde
casure sunt, cum vel tropica sit locutio quod est
credibilius, vel in imo isto celo futurum sit, utique
mirabilius quam nunc fit. Unde et illa
stella virgiliana facem ducens multa cum
luce cucurrit et idea se condidit silva. Hoc
autem quod de psalmo commemoravi nullum celorum
videtur relinquere quod periturum esse non dixerit. Ubi
enim dicitur opera manuum tuarum sunt celi, ipsi
peribunt, quam nullum eorum ab opere dei tamen nullum
eorum a perditione secernitur. Non enim dignabuntur
de petri apostoli locutione que vehementer oderunt
hebreorum defendere pietatem deorum suorum
oraculis comprobatam, ut saltem ne totus
mundus periturus esse credatur sic a toto pars
accipiatur in eo quod dictum est ipsi peribunt, cum so-
li celi infimi perituri sint. Quemadmodum
in apostolica illa epistola a toto pars accipitur quod di-
luvio perisse dictus est mundus, quamvis sola
eius cum suis celis pars ima perierit. Sed quia

quare superiores vult
dicet legem
celos esse peri-
turos. Cui
usque adeo

Sed ut dixi nō dignabuntur ne uel apli petri approbet sensum uel his cōcedant conflagrationem nouissime quam dicimus ualuisse diluuium quia nullis aquis nullis flāmis totum genus humanum pūt posse contendunt. Restat ut dicat qd' ppterea dii eorum hebream sapientiam laudauerunt quia istum psalmum nō legerant. In psalmo et xlix° de iudicio dei nouissimo intelligitur dictum. Deus manifeste veniet deus nr̄ et nō silebit. Ignis in conspectu eius ardebit et in circuitu eius tempestas valida. Aduocauit celum sursum et terram discernere ppl'm suum. Congregate illic iustos eius qui disponunt testamentum eius sup sacrificia. Hec nos de dn̄o ihū xpō intelligimus quem de celo speramus venturum ad viuos et mortuos iudicandos. Manifestus enim veniet inter iustos et iniustos iudicaturus iuste. Ipse inquam manifestus veniet et nō silebit i. in voce iudicis euidens apparebit qui prius cum venisset occultus ante iudicem siluit quando sicut ouis ad ymolandum ductus est et sicut agnus coram tondente fuit sine voce quemadmodum de illo p ysaiā legimus pphetatū et in euangelio videmus impletū. De igne vō et tempestate cum in ysaie pphetia tale aliquid tractaremus quo essent hec intelligenda iam diximus. Quod vō dictum est aduocauit celum sursum quoniam sancti et iusti recte celum appellantur hoc est qd' ait aplus. Simul cum illis rapiemur in nubibus obuiā xpō in aera. Nam secundum litere superficiem quō aduocatur celum sursum quasi posset esse nisi sursum. Quod aut adiunctū est et terram discernere ppl'm suum si tm̄ subaudiatur aduocabit i. aduocabit et terram nec subaudiatur sursum. hic videtur hec sensum fm̄ rectam fidem ut celū intelligatur in eis qui cum illo iudicaturi sunt et terra in eis qui iudicandi sunt et aduocabit celum sursum nō hic intelligamus rapiet in aera sed iudiciarias eriget sedes. Potest et illud intelligi. Aduocabit celum sursum aduocabit angelos in superis et excelsis locis cum quibus descendat ad faciendū iudicium. Aduocabit et terram i. hoīes in terra utique iudicandos. Si aut utrumque subaudiendū est ut dicatur et terram aduocabit sursum nichil melius intelligi existimo quam hoīes qui rapientur in obuiam xpō in aera et celū dictum ppter animas terram ppter corpora. Discernere porro ppl'm suum quid est nisi p iudicium separare bonos a malis tamquā oues ab edis. Deinde conuersio sermonis ad angelos facta est. Congregate illi iustos eius. pfecto enim p angelos tam magnum negotium tantarum rerū agenda est. Si aut querimus quos iustos ei congregaturi sunt angeli. qui disponunt testamentum eius sup sacrificia. Hec est omnis iustorum vita disponere testamentū dei sup sacrificia. Aut enim opa mīe sunt super sacrificia i. sacrificiis pponenda iuxta sententiam dei dicentis. Misericordiam magis volo quam sacrificium. Aut si sup sacrificia in sacrificiis intelligitur dictum quō sup terram fieri dicitur quando fit utique in terra pfecto ipa opa mīe sunt sacrificia quibus placetur deo sicut in libro huius opis decimo me disseruisse recolo. Iam vero in quibus operibus disponunt iusti testamentū dei quia ppter pmissiones que nouo eius testo continentur ista faciunt. Unde congregatis sibi iustis suis et ad suā dexteram constitutis nouissimo utique iudicio dicturus est xpus. Venite bn̄dicti patris mei possidete paratū vobis regnū a constitutione mundi. Esuriui enim et dedistis mihi manducare et cetera que ibi prosequitur de operibus bonis et eorum premiis sempiternis p ultimam sententiam iudicantis.

Qot sicorꝫ vel dicit legi telos esse peccatores [illegible] cū ꝯsꝫ a deo

De pphetia malachie qua dei iudicium ultimum declaratur quorundam dicit p purgatorias penas faciendā mundationem. xxv. c.

Propheta malachias siue malachim qui et angelus dictus est qui et esdras sacerdos a quibusdam alia interpretatione scripta recepta sunt ab aliquibus creditur. Nam de illo hanc esse hebreorum opinionem dicit Ieronimus. iudicium nouissimum pphetat dicens. Ecce venit dicit dn̄s omps et quis sustinebit diem introytus eius aut quis ferre poterit ut aspiciat eum quia ipse ingreditur sicut ignis conflatorii et sicut herba lauantium et sedebit conflans et emundans sicut argentum et sicut aurum et emundabit filios leui et fundet eos sicut aurum et argentum et erunt dn̄o offerentes hostias in iusticia. Et placebit dn̄o sacrificium iude et ierusalem sicut in diebus pristinis et sicut annis prioribus. Et accedam ad vos in iudicio et ero testis velox sup maleficos et sup adulteros et sup eos qui iurant in nomine meo mendaciter et qui fraudant mercedem mercenariorum et opprimunt potentia viduas et percuciunt pupillos et peruertunt iudicium aduene et qui nō timent me dicit dn̄s omps. Quia ego dn̄s deus vr̄ et nō mutor. Ex hiis que dicta sunt videtur euidentius apparere in illo iudicio quasdam quorundam purgatorias penas futuras. Ubi enim dicitur Quis sustinebit diem introitus eius aut quis ferre poterit ut aspiciat eum quia ipse ingreditur sicut ignis conflatorii et sicut herba lauantium et sedebit conflans et emundans sicut argentum et sicut aurum et emundabit filios leui et fundet eos sicut aurum et argentum. Quid aliud intelligendū est. Dicit tale aliquid et ysaias. Lauabit dn̄s sordes filiorum et filiarum syon et sanguinem emundabit de medio eorum spū iudicii et spū combustionis. Nisi forte sic eos dicendū est emundari a sordibus et eliquari quodammodo cum ab eis mali p penale iudicium separantur ut illorum segregatio atque dampnatio purgatio sit istorum quia sine talium de cetero pmixtione victuri sunt. Sed cum dicit Et emundabit filios leui et fundet eos sicut aurum et argentum et erunt dn̄o offerentes hostias in iusticia et placebit dn̄o sacrificium iude et ierlm. Utique ostendit eos ipsos qui emundabuntur

Nota iste sit sensus aduocabit celum sursum et terram aduocabit sursum

de mente ipsos in sacrificiis iustitie domino esse placituros, ac per hoc ipsi a sua iniusticia mundabuntur, in qua domino displicebant. Hostie porro in plena perfectaque iusticia, cum mundati fuerint, ipsi erunt. Quid enim acceptius deo tales offerunt quam seipsos? Verum ista questio de purgatoriis penis ut diligencius pertractetur in tempus aliud differenda est. Filios autem Leui et Iudam et Ierusalem ipsam dei ecclesiam debemus accipere, non ex Hebreis tantum sed ex aliis etiam gentibus congregatam. Nec talem qualis nunc est, ubi si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus et veritas in nobis non est; sed qualis tunc erit, veluti area per ventilationem, ita per iudicium purgata novissimum, eis quoque igne mundatis quibus talis mundacio necessaria est, ita ut nullus omnino sit qui offerat sacrificium pro peccatis suis. Omnes enim qui sic offerunt, profecto in peccatis sunt, pro quibus dimittendis offerunt, ut cum obtulerint acceptumque deo fuerit, tunc dimittantur.

De sacrificiis que sancti offerent deo placitura, quo in diebus pristinis et annis prioribus placuerint.

XXVI.

Volens autem deus ostendere civitatem suam tunc in ista consuetudine non futuram, dixit filios Leui oblaturos hostias in iusticia. Non ergo in peccato, ac per hoc non pro peccato. Unde intelligi potest in eo quod secutus adiunxit atque ait: Et placebit domino sacrificium Iude et Ierusalem sicut diebus pristinis et sicut annis prioribus, frustra sibi Iudeos secundum legem veteris testamenti sacrificiorum suorum preterita tempora polliceri. Non enim tunc in iusticia, sed in peccatis hostias offerebant, quando pro peccatis precipue ac primitus offerebant, usque adeo ut sacerdos ipse, quem debemus utique credere ceteris fuisse iustiorem, [secundum] dei mandata soleret primum pro suis offerre peccatis, deinde pro populi. Quapropter exponere nos oportet quo sit accipiendum quod dictum est: Sicut diebus pristinis et sicut annis prioribus. Fortassis enim tempus illud commemorat quo primi homines in paradiso fuerunt. Tunc enim puri atque integri ab omni sorde ac labe peccati seipsos deo mundissimas hostias offerebant. Ceterum ex quo commisse prevaricationis causa inde dimissi sunt, atque humana in eis natura dampnata est, excepto uno mediatore et post lavacrum regeneracionis quibusque adhuc parvulis, nemo mundus a sorde, sicut scriptum est, nec infans cuius est unius diei vita super terram. Quod si respondetur

cob etiam merito dici posse offerre hostias in iusticia qui offerunt in fide — Iustus enim ex fide vivit, quamvis seipsum seducat si dixerit se peccatum non habere, et ideo non dicat quia ex fide vivit — numquid dicturus est quispiam hoc fidei tempus illi fini esse coequandum quo igne iudicii novissimi mundabuntur qui offerant hostias in iusticia? Ac per hoc quoniam post talem mundacionem nullum peccatum iustos habituros esse credendum est, profecto illud tempus quantum attinet ad non habere peccatum nulli tempori comparandum est, nisi quo primi homines in paradiso ante prevaricationem innocentissima felicitate vixerunt.

Recte itaque intelligitur hoc significatum esse cum dictum est: Sicut diebus pristinis et sicut annis prioribus. Nam et per Ysayam, postea quam celum novum et terra nova promissa est, inter cetera que ibi de sanctorum beatitudine per allegorias et enigmata exequitur, quibus exposicionem congruam reddere nos prohibet vitande longitudinis cura: Secundum dies, inquit, ligni vite erunt dies populi mei. Quis sacras litteras attingit et ignorat ubi deus plantaverit lignum vite, a cuius cibo separatis illis hominibus quando eos sua de paradiso eiecit iniquitas, eidem ligno circumposita est ignea terribilisque custodia? Quod si quis illos dies ligni vite quos commemoravit Ysayas propheta istos qui nunc aguntur ecclesie Christi dies esse contendit, ipsumque Christum lignum vite prophetice dictum, quia ipse est sapientia dei, de qua Salomon ait: Lignum vite est omnibus amplectentibus eam; nec annos egisse aliquos in paradiso illos primos homines, unde tam cito electi sunt ut ibi gignerent [nullum] filium, et ideo non posse illud tempus intelligi in eo quod dictum est: Sicut diebus pristinis et sicut annis prioribus, istam preterea questionem, ne cogar, quod prolixum est, cuncta discutere, ut aliquid horum veritas manifestata confirmet. Video quippe alterum sensum, ne dies pristinos et annos priores carnalium sacrificiorum nobis pro magno munere per prophetam promissa fuisse credamus. Hostie namque ille veteris legis in quibusque pecoribus immaculate ac sine ullo prorsus vicio videbantur offerri, et significabant homines [sanctos] qualis solus inventus est Christus, sine ullo prorsus vicio omnino peccati. Proinde quia post iudicium, cum fuerint etiam igne mundati qui eiusmodi mundacione sunt digni, in omnibus sanctis nullum invenietur omnino peccatum, atque ita seipsos offerent in iusticia, ut tales hostie omnino immaculate ac sine ullo vicio sint futuro, erunt profecto sicut pristinis diebus et sicut annis prioribus, quando in umbra huius rei future mundissime offerebantur hostie. Hec erit namque mundicia tunc in immortali carne ac mente sanctorum que figurabatur in illarum corporibus hostiarum. Deinde propter eos qui non mundacione sed dampnatione sunt digni: Et accedam, inquit, ad vos in iudicium, et ero testis velox super maleficos et super adulteros et cetera. Quibus dampnabilibus commemoratis criminibus addidit: Quoniam ego dominus deus vester et non mutor. Tamquam diceret: Cum vos mutaverit et in deterius culpa vestra et in melius gratia mea, ego non mutor. Testem vero se dicit futurum, quia in iudicio suo non indiget testibus, eumque velocem [siue] repente venturus est, eritque iudicium ipso inopinato eius adventu celerrimum quod tardissimum videbatur, sive quia ipsas convincet sine ulla sermonis prolixitate conscientias. In cogitationibus

eum sicut scriptum est, impii interrogatio erit. Et apostolus: cogitationibus, inquit, accusantibus vel etiam excusantibus, in die qua iudicabit deus occulta hominum secundum evangelium meum per Ihesum Christum. Etiam sic ergo dominus futurus testis intelligendus est. Velox autem sine mora recordatus est in memoriam unde convincat puniatque conscientiam. De separatione bonorum et malorum per quam novissimi iudicii discretio declaratur. xxvii

Illud etiam quod aliud agens in xviii libro ex isto propheta posui ad iudicium novissimum pertinet, ubi ait: Erunt michi dicit dominus omnipotens in die qua ego facio in acquisitionem, et eligam eos sicut eligit homo filium suum qui servit ei, et convertimini et videbitis quid sit inter iustum et impium, et inter servientem deo et eum qui non servit ei. Quia ecce dies venit ardens sicut clibanus, et comburet eos, et erunt omnes alienigene et omnes qui faciunt iniquitatem stipulam, et succendet eos dies veniens, dicit dominus omnipotens, et non relinquetur in eis radix neque ramus. Et orietur vobis qui timetis nomen meum sol iusticie, et sanitas in pennis eius, et egrediemini et salietis sicut vituli de vinculis relaxati, et conculcabitis iniquos, et erunt cinis sub pedibus vestris, dicit dominus omnipotens. Hec distantia premiorum atque penarum iustos discernens ab iniustis, que sub isto sole in huius vite vanitate non cernitur, quando sub illo sole iusticie illius vite manifestatione clarebit, tunc profecto erit iudicium quale numquam fuit. De lege moysi spiritaliter intelligenda ne in dampnabilia murmura carnalis sensus manaret. capitulum xxviii.

Quod vero subiungit idem propheta: Mementote legis moysi servi mei, quam mandavi ei in oreb ad omnem israel, precepta et iudicia, oportune commemorat post declarationem futuram tam magnam inter observatores legis contemptoresque discriminis, simul etiam ut discant legem spiritaliter intelligere et inveniant in ea Christum, per quem iudicium facienda est inter bonos et malos ipsa discretio. Non enim frustra idem dominus ait iudeis: Si crederetis moysi crederetis et mihi; de me enim ille scripsit. Carnaliter quippe accipiendo legem et eius promissa terrena rerum celestium figuras esse nescientes, in illa murmura corruerunt ut dicere auderent: Vanus est qui servit deo. Et quid amplius quia custodivimus mandata eius, et quia ambulavimus supplices ante faciem domini omnipotentis, et nunc nos beatos dicimus alienos, et edificantur omnes qui faciunt iniquitatem. Quibus eorum verbis quodammodo propheta compulsus est novissimum prenunciare iudicium, ubi mali nec saltem falso sint beati, sed apertissime appareant miserrimi, et boni nulla temporali saltem miseria laborent, sed clara ac sempiterna beatitudine perfruantur. Dixerat quippe eiusmodi talia quedam verba etiam superius dicentium: Omnis qui facit malum bonus est in conspectu domini, et tales ei placent. Ad hec inquam verba contra deum murmurando pervenerunt legem moysi carnaliter accipiendo. Unde et ille in psalmo lxxii pene commotos dicit fuisse pedes suos et effusos gressus, utique in lapsum, quia zelavit in peccatoribus pacem peccatorum intuens. Ita ut inter cetera diceret: Quomodo scivit deus, et si est scientia in excelso. Et diceret: Numquid vane iustificavi cor meum et lavi inter innocentibus manus meas. Ut autem solveret hanc difficillimam questionem que fit, cum videntur boni esse miseri et felices mali: Hoc, inquit, labor est ante me, donec introeam in sanctuarium dei, et intelligam in novissima. Iudicio quippe novissimo sic non erit, sed in aperta iniquorum miseria et aperta felicitate iustorum longe aliud quam nunc est apparebit. De adventu helye ante iudicium cuius predicationes scripturarum secreta reserata iudei convertentur ad Christum. xxix capitulum

Cum admonuisset ut meminissent legem moysi, quoniam previdebat eos multo adhuc tempore non eam spiritaliter sicut oportebat accepturos, continuo subiecit: Ecce ego mittam vobis helyam thesbitem, antequam veniat dies domini magnus et illustris, qui convertet cor patris ad filium et cor hominis ad proximum, ne forte veniam et percutiam terram penitus. Per hunc helyam magnum mirabilemque prophetam exposita sibi lege ultimo tempore ante iudicium iudeos in Christum verum, id est in Christum nostrum, esse credituros celeberrimum est in sermonibus cordibusque fidelium. Ipse quippe ante adventum iudicis salvatoris non inmerito speratur esse venturus, qui etiam nunc vivere non inmerito creditur. Curru namque igneo raptus est de rebus humanis, quod evidentissime sancta scriptura testatur. Cum venerit ergo exponendo legem spiritaliter, quam nunc iudei carnaliter sapiunt, convertet cor patris ad filium, id est cor patrum ad filios. Singularem quippe pro numero plurali interpretes lxx posuerunt. Et est sensus ut etiam filii sic intelligant legem, id est iudei, quemadmodum patres eam intellexerunt, id est prophete, in quibus erat et ipse moyses. Sic enim cor patrum convertetur ad filios, cum intelligentia patrum perducitur ad intelligentiam filiorum, et cor filiorum ad patres, cum id quod senserunt illi senciunt et isti. Ubi lxx dixerunt: Et cor hominis ad proximum suum. Sunt enim inter se proximi valde patres et filii. Quamquam in verbis lxx interpretum qui prophetice interpretati sunt, potest sensus alius, idemque rectior, inveniri, ut intelligatur helyas cor dei patris conversurus ad filium, non utique agendo ut pater diligat filium, sed docendo quod pater diligat filium, ut et iudei quem prius oderant diligant eundem qui noster est Christum. Iudeis enim nunc aversum cor habet deus a Christo nostro, quia hoc putant. Eis ergo tunc cor eius convertetur ad filium, cum ipsi converso corde

idest conuertet helias cor hominis ad proximum suum

dilectionem patris in filium quod uidetur loqui et cor hominis ad proximum suum quid melius intelligitur quam cor hominis ad hominem christum Cum enim sit in forma dei deus noster formam serui accipiens esse dignatus est et proximus noster hoc ergo faciet helyas ne forte veniam et percuciam terram penitus Terra sunt enim qui terrena sapiunt sicut iudei carnales usque nunc Et ex quo vicio contra deum murmura illa venerunt quia mali ei placent et vanus est qui seruit deo

In libris veteris testamenti in quibus dicitur deus legitur iudicaturus non euidenter christi persona monstrari sed ex quibusdam testimoniis ubi dominus deus loquitur non dubie apparere quod ipse sit christus xxx c.

Multa alia sunt scripturarum testimonia diuinarum de nouissimo iudicio dei que si omnia colligam nimis longum erit Satis ergo sit et ex nouis et veteribus libris sacris hoc prenunciatum esse probauimus Sed veteribus per christum futurum esse iudicium id est iudicem christum de celo esse venturum non tam nobis euidenter expressum est quia ubi dicit dominus deus se esse venturum consequenter intelligitur christus Dominus enim deus et pater et filius et spiritus sanctus neque hoc tamen intestatum relinquere nos oportet Primo itaque demonstrandum est quemadmodum ihesus christus tamquam dominus deus loquatur in propheticis libris et tamen ihesus christus aperte appareat ut et quando non sic apparet et tamen ad illud ultimum iudicium dominus deus dicitur esse venturus possit ihesus intelligi Est locus apud ysaiam prophetam qui hoc quod dico euidenter ostendit deus enim per prophetam Audi me inquit iacob et israel quem ego voco Ego sum primus et in sempiternum et manus mea fundauit terram et dextera mea firmauit celum Vocabo eos et stabunt simul et congregabuntur omnes et audient Quis annunciauit hec diligens te feci voluntatem tuam super babilonem ut auferam semen chaldeorum Ego locutus sum et ego vocaui et adduxi eum et prosperam feci viam eius Accedite ad me et audite hec non a principio locutus sum in abscondito cum fierent ibi eram Et nunc dominus deus misit me et spiritus eius Nempe ipse est qui loquebatur sicut dominus deus nec tamen intelligeretur ihesus christus nisi addidisset Et nunc dominus deus misit me et spiritus eius hoc enim dixit secundum formam serui de re futura utens preteriti temporis verbo quemadmodum apud eundem prophetam legitur Sicut ouis ad immolandum ductus est Non enim ait ducetur sed pro eo quod futurum erat preteriti temporis verbum posuit et assidue prophetie sic loquuntur Est et alius locus apud zachariam qui hoc euidenter ostendit quod omnipotentem misit omnipotens Quis quem nisi deus pater deum filium Nam ita scriptum est hec dicit dominus omnipotens post gloriam misit me super gentes que spoliauerunt vos quia qui tetigerit vos quasi tangat pupillam oculi eius Ecce ego infero manum meam super eos et erunt spolia

his qui seruierant eis et cognoscetis quia dominus omnipotens misit me Ecce dicit omnipotens deus ab omnipotente se esse missum Quis hic audeat intelligere nisi christum loquentem scilicet ouibus que perierant domus israel Ait namque in euangelio Non sum missus nisi ad oues que perierant domus israel quas hic comparauit pupille oculi dei propter excellentissimum dilectionis affectum Ex quo genere ouium et ipsi apostoli fuerunt Sed post gloriam resurrectionis utique sue quam antequam fieret ait euangelista ihesus nondum erat glorificatus etiam super gentes missus est in apostolis suis ac sic impletum est quod in psalmo legitur Erues me de contradictionibus populi constitues me in caput gentium ut qui spoliauerant israelitas quibus israelite seruierant quando sunt gentibus subditi non vicissim eodem modo spoliarentur sed ipsi spolia fierent israelitarum hoc enim apostolis promiserat dicens faciam vos piscatores hominum Et uni eorum ex hoc eris inquit homines capiens Spolia ergo fient sed in bonum tamquam erepta vasa illi forti sed forcius alligato Item per eundem prophetam dominus loquens Et erit in die illa queram auferre omnes gentes que veniunt contra ierusalem Et effundam super domum dauid et super habitatores ierusalem spiritum gratie et misericordie et aspicient ad me pro eo quod insultauerunt et plangent super eum planctum quasi super carissimum Numquid nisi dei est auferre omnes gentes inimicas sancte ciuitatis ierusalem que veniunt contra eam aut effundere super domum dauid et super habitatores eiusdem ciuitatis spiritum gratie et misericordie hoc utique dei est et ex persona dei dicitur per prophetam et tamen hunc deum hec tam magna et tam diuina facientem se esse christus ostendit adiungendo atque dicendo Et aspicient ad me pro eo quod insultauerunt plangent se cum planctu quasi super unigenitum Penitebit quippe in die illa iudeos etiam eos qui accepturi sunt spiritum gratie et misericordie quod in eius passione insultauerint christo cum ad eum aspexerint in sua maiestate venientem eumque esse cognouerint quem prius humilem in suis parentibus illuserunt Quamuis et ipsi parentes eorum tante illius impietatis auctores resurgentes videbunt eum sed puniendi iam non adhuc corrigendi Non itaque hoc loco ipsi intelligendi sunt ubi dictum est Et effundam super domum dauid et super domum ierusalem spiritum gratie et misericordie et aspicient ad me pro eo quod insultauerunt sed tamen de illorum stirpe venientes qui per helyam illo tempore sunt credituri Sed sicut dicimus iudeis vos occidistis christum quamuis hoc parentes eorum fecerint sic et isti dolebunt se fecisse quodammodo quod fecerunt illi ex quorum stirpe descendunt Quamuis ergo accepto spiritu gratie et misericordie iam fideles non dampnabuntur cum impiis parentibus suis dolebunt tamen tamquam ipsi fecerint quod

Margin notes:

vel dum deum dicitur esse venturum

gentes

Et dolebunt dolore quasi super unigenitum

venient. Et hec est alii sunt interpretati

carissimum siue dilectum et dolebunt dolore quasi super

ab illis factum est. Non igitur dolebunt reatu criminis, sed pietatis affectu. Hanc ubi dixerunt LXX interpretes: et aspicient ad me, pro eo quod insultaverunt, sicut interpretatum est ex hebreo: et aspicient ad me quem confixerunt. Quo quidem verbo evidencius Christus apparet crucifixus. Sed illa insultacio, quam LXX ponere maluerunt, eius universe non defuit passioni. Nam et detento et alligato et adiudicato et obprobrio ignominiose vestis induto et spinis coronato et calamo in capite percusso et ab irridentibus fixis genibus adorato et crucem suam portanti et in ligno iam pendenti utique insultaverunt. Proinde interpretationem non sequentes unam sed utramque iungentes, cum insultaverunt et confixerunt legimus, plenius veritatem dominice passionis agnoscimus. Cum ergo in propheticis litteris ad novissimum iudicium faciendum deus legitur esse venturus, et si nulla alia distinctio ponatur, tamen propter ipsum iudicium Christus debet intelligi, quia et si pater iudicabit, per adventum filii hominis iudicabit. Nam ipse per sue presencie manifestationem non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, qui manifestabitur homo iudicaturus, sicut homo est iudicatus. Quis est enim alius, de quo idem deus loquitur per Ysaiam sub nomine Iacob et Israel, de cuius semine corpus accepit? Ita scriptum est: Iacob puer meus, suscipiam illum; Israel dilectus meus, assumpsit eum anima mea; dedi spiritum meum in illum; iudicium gentibus proferet. Non clamabit neque cessabit, neque audietur foris vox eius. Calamum quassatum non conteret, et linum fumans non extinguet, sed in veritate proferet iudicium. Refulgebit et non confringetur, donec ponat in terra iudicium; et in nomine eius gentes sperabunt. In hebreo non legitur Iacob et Israel; sed quod ibi legitur servus meus, nimirum LXX interpretes volentes admonere quatenus id accipiendum sit, quia scilicet propter formam servi dictum est, in qua se altissimus humillimum prebuit, ipsius hominis nomen ad eum significandum posuerunt, de cuius genere eadem servi forma suscepta est. Datus est in eum spiritus sanctus, quod in columbe specie evangelio teste monstratum est. Iudicium gentibus protulit, quia prenunciavit futurum quod gentibus erat occultum. Mansuetudine non clamavit, nec tamen in predicanda veritate cessavit. Sed non est audita foris vox eius, nec auditur, quandoquidem ab eis qui foris ab eius corpore precisi sunt non illi obeditur. Ipsosque suos persecutores Iudeos, qui calamo quassato perdita integritate et lino fumanti amisso lumine comparati sunt, non contrivit, non extinxit, quia pepercit eis, qui non dum venerat eos iudicare, sed ab eis iudicari. In veritate sane protulit iudicium, predicens eis quando puniendi erant, si in sua malignitate persisterent.

Refulsit in monte facies eius, in orbe fama eius, nec confractus sive contritus est, quia neque in se neque in ecclesia sua ut esse desisteret persecutoribus cessit. Et ideo non est factum nec fiet quod inimici eius dixerunt vel dicunt: Quando morietur et peribit nomen eius? donec ponat in terra iudicium. Ecce manifestum est quod absconditum querebamus. Hoc enim est novissimum iudicium, quod ponet in terra cum venerit ipse de celo. De quo iam videmus impletum quod hic ultimum positum est: et in nomine eius gentes sperabunt. Per hoc ergo quod negari non potest etiam illud credatur quod impudenter negatur. Quis enim speraret quod etiam hii qui nolunt adhuc credere in Christum iam nobiscum vident, et quia negare non possunt dentibus suis frendent et tabescunt? Quis, inquam, speraret gentes in Christi nomine speraturas, quando tenebatur, ligabatur, cedebatur, illudebatur, crucifigebatur; quando et ipsi discipuli spem perdiderant quam in illo habere iam ceperant? Quod tunc unus latro speravit, nunc sperant gentes longe lateque diffuse; et ne in eternum moriantur, ipsa in qua ille mortuus est cruce signantur. Nullus igitur vel negat vel dubitat per Ihesum Christum tale quale istis sacris litteris prenunciatur futurum esse ultimum iudicium, nisi qui eisdem litteris nescio qua incredibili animositate seu cecitate non credit, que iam veritatem suam orbi demonstraverunt terrarum. In illo itaque iudicio vel circa illud iudicium has res didicimus esse venturas: Heliam Thesbitem, fidem Iudeorum, antichristum persecutorem, Christum iudicaturum, mortuorum resurrectionem, bonorum malorumque diremptionem, mundi conflagrationem eiusdemque renovationem. Que omnia quidem ventura esse credendum est; sed quibus modis et quo ordine veniant, magis tunc docebit rerum experiencia quam nunc valet consequi ad perfectum hominum intelligencia. Existimo tamen eo quo a me commemorata sunt ordine esse ventura. Duo nobis ad hoc opus pertinentes reliqui sunt libri, ut adiuvante domino promissa compleamus; quorum erit unus de malorum supplicio, alius de felicitate iustorum, in quibus maxime sicut deus donaverit argumenta refellentur humana, que contra predicta ac promissa divina sapienter sibi miseri rodere videntur, et salubris fidei nutrimenta velut falsa et ridenda contempnunt. Qui vero secundum deum sapiunt, omnia que incredibilia videntur hominibus, cum scripturis sanctis quarum iam veritas multis modis asserta est continentur, maximum argumentum tenent veracem dei omnipotenciam. Quem certum habent nullo modo in eis potuisse mentiri, et posse facere quod impossibile est infideli.

Explicit liber vicesimus. Incipiunt tytuli

De ordine libri XXI sancti Augustini disputationis, qua prius disserendum est de perpetuo supplicio dampnatorum cum dyabolo quam de eterna felicitate sanctorum. I.

An possint corpora in ustione ignis esse perpetua. II.

An consequens sit ut corporum dolorem sequatur carnis interitus. III.

De naturalibus exemplis, quorum consideratio

doceat — in cruciatibus/posse viventia cor
pora permanere/ iiii. Qualia sint/quorum ratio
queat agnosci/et tamen eadem vera esse non sit am
biguum. v. Quod non omnia miracula naturalia sint/sed
pleraque humano ingenio modificata/pleraque autem
demonum arte composita. vi. Quod in rebus mirīs
summa credendi ratio sit/omnipotentia creatoris vii
Non esse contra naturam/cum aliqua re/cuius natura
innotuit/aliquid accidit/quod erat notum incipit esse
diversum viii. de gehenna et eternarum quali
tate penarum/ ix. De ignis gehenne/si cor
poralis est/possit malignos spiritus id est demones
in corporeos tactu suo adurere x. An hoc ius
ticia habeat/ut non sint extensiora penarum tempora
quam fuerint peccatorum/ xi. de magnitudine ob
prevaricationis primi hominis/que eterna pena omnibus de
beatur qui extra gratiam fuerint salvatoris xii. Contra
opinionem eorum/qui putant criminosis suppli
cia post mortem/causa purgacionis adhiberi
xiii. de penis temporalibus istius vite/quibus
subiecta est humana condicio xiiii. Quod omne
opus gratie dei/eruentis nos de profunditate ve
teris mali/ad futuri seculi pertineat novita
tem xv Sub quibus gratie legibus/omnis generati
onis habeantur etates xvi. de hiis qui putant
nullorum hominum penas in eternum mansuras xvii
de hiis qui novissimo iudicio/per intercessionem
sanctorum/neminem hominum putant esse dampnandum
xviii. de hiis qui impunitatem omnium peccatorum
promittunt/etiam hereticis propter participacionem corporis Christi
xix. De hiis qui non omnibus/sed eis tantum qui
apud catholicos sunt renati/etiam si postea
in multa crimina errores que proruperint/indulgenci
am pollicentur xx De hiis qui eos qui per
manent in catholica fide/etiam si pessime
vixerint/et ob hoc urri meruerint/tamen propter fidei
fundamentum salvandos esse diffiniunt xxi. De
hiis qui putant ea crimina que inter elemosinarum
opera committuntur/ad dampnationis iudicium
non vocari xxii Contra opinionem eorum/qui dicunt
nec dyaboli nec hominum malorum perpetua futura
supplicia xxiii Contra eorum sensum qui in iu
dicio dei/omnibus reis/propter sanctorum preces/putant
esse parcendum xxiiii An qui inter hereticos
baptizati sunt/et deteriores postea male vi
vendo facti sunt/Vel hii qui apud catho
licos renati/ad hereses aut scismata tran
sierunt/vel hii/qui in catholicis apud quos
renati sunt non recedentes/criminose vivere persti
terunt/possint privilegio sacramentorum remissionem
eterni sperare supplicii xxv Quid sit in fun
damento habere Christum et quibus spondeatur
salus per ignis usturam xxvi Contra
eorum persuasionem qui putant sibi non obfutura
peccata in quibus cum elemosinas faciunt persti xxvii
terunt De ordine disputacionis qua prius
disserendum est de perpetuo supplicio dam
natorum cum dyabolo quam de eter
na felicitate sanctorum Incipit liber xxi
Sancti Augustini de civitate dei capitulum i.

Cum per filium Christum dominum nostrum iudi
cem vivorum atque mortu
orum/ad debitos fines am
be pervenerint civitates/
quarum una est dei/altera dy
aboli/cuiusmodi supplicium
sit futurum dyaboli/et omnium
ad eum pertinencium/in hoc
libro nobis quantum/ope divina valebimus/
diligencius disputandum est/Ideo autem hunc
tenere ordinem malui/ut postea dissererem
de felicitate sanctorum/quia utrumque cum corpori
bus erit/et incredibilius videtur esse in
eternis durare cruciatibus/quam sine dolore
ullo in eterna beatitudine permanere Ac per
hoc cum illam penam/non debere esse incre
dibilem demonstravero/adiuvabit me plurimum
ut multo facilius omni carens molestia im
mortalitas corporis/in sanctis futura credatur
Nec divinus ordo iste abhorret eloquiis/ubi
aliquando quidem/bonorum beatitudo prius ponitur/ut
est illud/Qui bona fecerunt in resurreccionem
vite/qui autem mala egerunt in resurreccionem
iudicii/Sed aliquando et posterius/ut est/mittet
filius hominis angelos suos/et colligent
de regno eius omnia scandala/et mittet
in caminum ignis ardentem/illic erit fletus
et stridor dencium/Tunc iusti fulgebunt sicut
sol in regno patris sui/Et illud sic ibunt
isti in supplicium eternum/iusti autem in vitam
eternam Et in prophetis/quod commemorare
longum est/nunc ille/nunc iste ordo/si quis
inspiciat invenitur/Sed ego istum qua
causa elegerim dixi An possint corpora in ustu
cione ignis esse perpetua Capitulum ii.

Quid ostendam igitur unde con
vincantur increduli posse
humana corpora animata atque viventia
non solum nunquam morte dissolvi sed
in eternum quoque ignium durare tormentis
Nolunt enim hoc ad omnipotentis nos referre
potenciam/sed aliquo exemplo persuaderi sibi
flagitant/Quibus si respondebimus/esse animalia
profecto corruptibilia quia mortalia que tamen in
mediis ignibus/vivant/nonnulli etiam ge
nus vermium in aquarum calidarum scaturigine
reperiri/quarum fervorem nemo impune
contrectat/illis autem non solum sine ulla sui
lesione ibi esse/sed extra esse non posse/aut nolunt
credere/si ostendere non valemus/aut si valuerimus
sive oculis demonstrare res ipsas sive per testes
ydoneos/edocere/non satis esse hoc ad exemplum
rei de qua quod est/eadem infidelitate conten
dunt quia hec animalia nec semper vivunt/et in
illis fervoribus/sine doloribus vivunt quippe
sue nature convenientibus/vegetantur illis non
cruciantur elementis/quasi non incredibilius sit
vegetari quam cruciari talibus rebus/Mira
bile est enim dolere in ignibus/et tamen vivere

quam mirabilius vivere in ignibus nec dolere. Si autem creditur animam non et illud. **An consequens sit corporeum dolorem sequi carnis interitum. capitulum iii**

Sed nullum est inquiunt corpus quod dolere possit nec possit mori. Hoc unde scimus? Nam de corporibus demonum quis certus est utrum in eis doleant quando se affligi magnis cruciatibus confitentur? Quod si respondetur terrenum corpus solidum scilicet atque conspicuum nullum esse atque ut uno potius nomine id explicem nullam esse carnem que dolere possit mori que non possit, quid aliud dicitur nisi quod sensu corporis hominis et experientia collegerunt? Nullam namque carnem nisi mortalem sciunt, et hec est eorum tota ratio, ut quod experti non sunt nequaquam esse posse arbitrentur. Nam cuius rationis est dolorem facere mortis argumentum, cum vite potius sit indicium? Etsi enim querimus utrum semper possit vivere, certum tamen est vivere omne quod dolet, doloremque omnem nisi in re vivente esse non posse. Necesse est ergo ut vivat dolens, non est necesse ut occidat dolor, quia nec omnia corpora ista mortalia et utique moritura omnis dolor occidit, et ut dolor aliquis possit occidere illa causa est quoniam sic est anima conexa huic corpori ut summis doloribus cedat atque discedat, quoniam et ipsa compago membrorum atque vitalium sic infirma est, ut eam vim que magnum vel summum dolorem facit non valeat sustinere. Tunc autem tali corpori anima et eo connectetur modo, ut illud vinculum sicut nulla temporis longitudine solvitur, ita nullo dolore rumpatur. Proinde etiam si caro nunc talis nulla est que sensum doloris perpeti possit mortemque non possit, erit tamen tunc talis caro qualis nunc non est, sicut et talis erit mors qualis et nunc mors non est. Non enim nulla sed sempiterna mors erit, quando nec vivere anima poterit deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo. Prima mors animam nolentem pellit de corpore, secunda mors animam nolentem tenet in corpore. Ab utraque morte communiter id habetur, ut quod non vult anima de suo corpore patiatur. Attendunt autem isti contradictores nullam esse nunc carnem que dolorem pati possit mortemque non possit, et non attendunt esse tamen aliquid tale quod corpore maius sit. Ipse quippe animus cuius presentia corpus vivit et regitur, et dolorem pati potest et mori non potest. Ecce res inventa est que cum sensum doloris habeat, immortalis est. Hoc igitur erit etiam tunc in corporibus dampnatorum quod nunc esse scimus in animis omnium. Si autem consideremus diligentius, dolor qui dicitur corporis magis ad animam pertinet. Anime est enim dolere non corporis, etiam quando ei dolendi causa existit a corpore, cum in eo loco dolet ubi leditur corpus. Sicut ergo dicimus corpora sentientia et corpora viventia cum ab anima sit corpori sensus et vita, ita corpora dicimus et dolentia cum dolor corpori nisi ab anima esse non possit. Dolet itaque anima cum corpore in eo loco eius ubi aliquid contingit ut doleat, et sola quamvis sit in corpore cum aliqua causa etiam invisibili tristis est ipsa corpore incolumi. Dolet etiam non corpore constituta. Nam utique dolebat dives ille apud inferos quando dicebat: Crucior in hac flamma. Corpus autem nec exanime dolet nec exanimatum sine anima dolet. Si igitur a dolore argumentum recte sumeretur ad mortem, ut ideo mors possit accidere quia potuit accidere et dolor, magis ad animam pertineret et dolere. Cum vero illa que magis dolere potest non possit mori, quid momenti affertur ut illa corpora quia futura sunt in doloribus ideo etiam moritura credamus? Dixerunt quidem platonici ex terrenis corporibus moribundisque membris esse animas et metuere et cupere et dolere atque gaudere. Unde Virgilius: Hinc inquit, id est ex moribundis terrenis corporis membris: Metuunt cupiuntque dolentque gaudentque. Sed convicimus eos in quartodecimo huius operis libro habere animas secundum ipsos ab omni etiam corporis labe purgatas diram cupiditatem qua rursus incipiunt in corpora velle reverti. Ubi autem potest esse cupiditas, profecto et dolor potest. Frustrata quippe cupiditas sive non perveniendo quo tendebat sive amittendo quo pervenerat vertitur in dolorem. Quapropter si anima que vel sola vel maxime dolet habet tamen quandam pro suo modo immortalitatem, non ideo mori poterunt illa corpora quia dolebunt. Postremo si corpora faciunt ut anime doleant, cur eis dolorem possunt inferre, mortem vero inferre non possunt, nisi quia consequens non est ut mortem faciat quod dolorem facit? Cur ergo incredibile est ita ignes illis corporibus dolorem posse inferre, non mortem, sicut ipsa corpora dolorem faciunt animis, quas tamen non ideo mori cogunt? Non est ergo necessarium future mortis argumentum dolor. **De talibus exemplis quorum consideratione doceatur posse inter cruciatus viventia corpora permanere capitulum iiij**

Quapropter sicut scripserunt qui naturas animalium curiosius indagarunt salamandra in ignibus vivit. Et quidam notissimi Sicilie montes qui tanta diuturnitate temporis ac vetustate usque nunc ac deinceps flammis estuant atque integri perseverant satis ydonei testes sunt non omne quod ardet absumi, et anima indicat non omne quod dolere potest posse et mori. Quid adhuc a nobis rerum poscuntur exempla quibus doceamus non esse incredibile ut hominum corpora sempiterno supplicio punita et in igne animam non amittant et sine detrimento ardeant et sine interitu doleant? Habebit enim tunc istam carnis substantiam qualitatem ab illo inditam qui tam miras et varias tot rebus indidit quas videmus, ut eas quia multe sunt non miremur. Quis enim nisi deus creator omnium dedit carni pavonis mortui ne putresceret? Quod cum auditu incredibile videretur, evenit ut apud Carthaginem nobis cocta apponeretur hec avis, de cuius pectore pulparum

quantum visum est decerptum fuerat iussimus, quod post dierum spatium quanto alia caro quecumque cocta putresceret prolatum atque oblatum nichil nostrum offendit olfactum. Item repositum post dies amplius quam triginta idem quod erat inventum est, idemque post annum, nisi quod aliquantum corpulentie siccioris et contractioris fuit. Quis palee dedit vel tam frigidam vim ut obrutas nives servet, vel tam fervidam ut poma inmatura maturet? De ipso igne mira quis explicet, quo queque adusta nigrescunt, cum ipse sit lucidus, et pene omnia que ambit et lambit colore pulcherrimus decolorat atque ex pruna fulgida carbonem teterrimum reddit. Neque id quasi regulariter diffinitum est. Nam e contrario lapides igne candente percocti et ipsi fiunt candidi, et quamvis ille magis rubeat, illi albicent, congruit tamen luci quod album est, sicut nigrum tenebris. Cum itaque ignis in lignis ardeat ut lapides coquat, contrarios habet non in contrariis rebus effectus. Et si enim lapides et ligna diversa sunt, contraria tamen non sunt, sicut album et nigrum, quorum in lapidibus facit unum, alterum in lignis, claros illos clarificans, hec obfuscans, cum in illis deficeret nisi in istis viveret. Quid in carbonibus? Nonne miranda res est et tanta infirmitas, ut ictu levissimo frangantur, pressu facillimo conterantur, et tanta firmitas, ut nullo humore corrumpantur, nulla etate vincantur, usque adeo ut eos substernere soleant qui limites figunt ad convincendum litigatorem, quisquis post quantalibet tempora extiterit fixumque lapidem limitem non esse contenderit? Quis eos in terra humida infossos, ubi ligna putrescerent, tam diu durare incorruptibiliter posse, nisi rerum ille corruptor ignis effecit? Intueamur etiam miraculum calcis, excepto eo de quo iam satis diximus, quod igne candescit, quo alia tetra redduntur, etiam occultissime ab igne ignem concipit eumque iam gleba tangentibus frigida tam latenter servat, ut nulli nostro sensui prorsus appareat, sed compertus experimento etiam dum non apparet sciatur inesse sopitus. Propter quod eam calcem vivam loquimur, velut ipse ignis latens anima sit invisibilis visibilis corporis. Iam vero quam mirum est quod cum extinguitur tunc accenditur. Ut enim occulto igne careat, aqua infunditur aquave perfunditur, et cum ante sit frigida, inde fervescit unde ferventia cuncta frigescunt. Velut ergo expirante gleba illa discedens ignis qui latebat apparet, ac deinde tamquam morte sic frigida est, ut adiecta unda non sit arsura, et quam calcem vocabamus vivam, vocemus extinctam. Quid est quod huic miraculo addi posse videatur? Et tamen additur. Nam si non adhibeas aquam, sed oleum, quod magis fomes est ignis, nulla eius perfusione vel infusione fervescit. Hoc miraculum si de aliquo Indico lapide legeremus sive audiremus et in nostrum experimentum venire non posset, profecto aut mendacium putaremus aut certe granditer miraremur.

[left margin: R]

[left margin: aliqua]

Quarum vero rerum ante nostros oculos cotidiana documenta versantur, non genere minus mirabili, sed ipsa assiduitate vilescunt, ita ut ex ipsa India, que remota est ab orbe nostro, desierimus nonnulla mirari que ad nos potuerunt miranda perduci. Adamantem lapidem multi apud nos habent et maxime aurifices insignitoresque gemmarum, qui lapis nec ferro nec igni nec alia vi ulla perhibetur preter hircinum sanguinem vinci. Sed qui eum habent atque noverunt, numquid ita mirantur ut hii [right margin: a quibus] quibus primum potentia eius ostenditur? Quibus autem non ostenditur, fortasse nec credunt; aut si credunt, inexperta mirantur; et si contigerit experiri, adhuc quidem mirantur insolita, sed assiduitas experiendi paulatim subtrahit admirationis incitamentum. Magnetem lapidem novimus mirabilem ferri esse raptorem; quod cum primum vidi, vehementer inhorrui. Quippe cernebam a lapide ferreum anulum raptum atque suspensum; deinde tamquam ferro quod rapuerat vim dedisset suam communemque fecisset, idem anulus alteri admotus est eumdemque suspendit, atque ut ille prior lapidi, sic alter anulus priori anulo coherebat; accessit eodem modo tertius, accessit et quartus; iamque sibi per mutua circulis nexis non implicatorum intrinsecus, sed extrinsecus adherentium quasi cathena pependerat anulorum. Quis istam vim lapidis non stuperet, que illi non solum inerat, verum etiam per tot suspensa transibat et invisibilibus ea vinculis subligabat? Sed multo est mirabilius quod a fratre et coepiscopo meo Severo Milevitano de isto lapide comperi. Se ipsum namque vidisse narravit quemadmodum Bathanarius quondam comes Africe, cum apud eum convivaretur episcopus, eundem protulerit lapidem et tenuerit sub argento ferrumque super argentum posuerit; deinde sicut subter movebat manum qua lapidem tenebat, ita ferrum desuper movebatur, atque argento medio nichilque patiente concitatissimo cursu ac recursu infra lapis ab homine, supra ferrum rapiebatur a lapide. Dixi quod ipse conspexi; dixi quod ab illo audivi, tamquam ipse viderim, credidi. Quid etiam de isto magnete legerim dicam. Quando iuxta eum ponitur adamas, non rapit ferrum, et si iam rapuerat, ut ei appropinquaverit, mox remittit. India mittit hos lapides; sed si eos nos cognitos iam desistimus admirari, quanto magis illi a quibus veniunt, si eos facillimos habent, [right margin: si forsitan habent] ut nos calcem, quam mirabiliter aqua fervescentem, qua solet ignis extingui, et oleo non fervescentem, quo solet ignis accendi, quia in promptu nobis est, non miramur.

Quia sint quorum ratione nequeat agnosci et tamen eadem vera esse non sit ambiguum. c. v.

Verumtamen homines infideles, qui cum divina vel preterita vel futura

miracula perdicamus, que illis experienda non valemus, unde rationem a nobis eorum flagitant reddere. Quod nequaquam non possumus reddere, excedunt enim vires mentis humane, existimant falsa esse que dicimus. Ipsi de tot mirabilibus rebus quas vel videre possumus vel videmus debent reddere rationem. Quod si fieri ab homine non posse perviderint, fatendum est eis non ideo aliquid non fuisse vel futurum esse, quia ratio non potest inde reddi, quandoquidem sunt ista de quibus similiter non potest. Non itaque pergo per plurima que mandata sunt litteris, non gesta atque transacta, sed in locis quibusque manentia. Quo si quisque ire voluerit et potuerit, utrum vera sint explorabit, sed pauca commemoro. Agrigentinum Sicilie salem perhibent, cum fuerit admotus igni, velut in aqua fluescere, cum vero ipsi aque, velut in igne crepitare. Apud Garamantas quendam fontem tam frigidum diebus ut non bibatur, tam calidum noctibus ut non tangatur. Si vero exeunt ignes, tunc vivunt unde? Si vero extinguunt fontes, tunc vivunt ignes. Istos usus vidi Rome in camera applicati et in pictura huius fontis. In Epyro alium fontem in quo faces ut in ceteris extinguntur accense, sed non ut in ceteris accenduntur extincte. Asbeston Arcadie lapidem propterea sic vocari, quod accensus semel iam non possit extingui. Ligna cuiusdam ficus Egyptie non ut ligna cetera in aquis natare, sed mergi, et quod est mirabilius, cum in ymo aliquandiu fuerit, inde ad aque superficiem rursus emergere, quando madefactum debuit humoris pondere pregravari. Poma in terra Sodomorum gigni quidem et ad maturitatis faciem pervenire, sed morsu pressuve temptata in fumum ac favillam corio fatiscente vanescere. Pyritem lapidem Persicum tenentis manum, si vehementius prematur, adurere, propter quod ab igne nomen accepit. In eadem Perside gigni etiam lapidem selenitem, cuius interiorem candorem cum luna crescere atque deficere. In Cappadocia etiam vento equas concipere, eosdemque fetus non amplius triennio vivere. Tylon Indie insulam eo preferri ceteris terris, quod omnis arbor que in ea gignitur numquam nudatur tegmine foliorum. De his atque aliis innumerabilibus mirabilibus, que historia non factorum et transactorum, sed manentium locorum tenet, mihi autem aliud agenti ea persequi nimis longum est, reddant rationem, si possunt, infideles isti, qui nolunt divinis litteris credere, quid aliud quam non putantes eas esse divinas, eo quod res habeant incredibiles, sicuti hoc est, de quo nunc agimus. Non enim admittit, inquiunt, ulla ratio ut ardeat caro neque absumatur, doleat neque moriatur. Ratiocinatores videlicet magni, qui de omnibus rebus quas esse mirabiles constat possint reddere rationem. Reddant ergo de his que pauca posuimus, que procul dubio si esse nescirent et ea futura esse diceremus,

multo minus crederent quam quod nunc dicentibus nobis nolunt credere aliquando esse venturum. Quis enim eorum nobis crederet, si quemadmodum dicimus futura hominum viva corpora sic arsura atque dolitura ut tamen numquam moriantur, ita diceremus in futuro seculo futurum salem, quem faceret ignis velut in aqua fluescere, eundemque faceret aqua velut in igne crepitare, aut futurum fontem, cuius aqua in refrigerio noctis sic ardeat ut non possit tangi, in estibus vero diei sic algeat ut non possit bibi, aut futurum lapidem vel calore suo manum constringentis adurere, vel cum qui undique accensus extingui omnino non posset, et cetera que primitus sive aliis innumeris commemoranda interim duxi? Hec ergo in illo seculo quod futurum est si diceremus futura, nobisque incredulis responderent: Si vultis ut ea credamus, de singulis reddite rationem, nos non posse confiteremur, eo quod istis et similibus Dei miris operibus infirma mortalium ratiocinatio vinceretur, firmam tamen apud nos esse rationem non sine ratione omnipotentem facere, unde animus humanus infirmus rationem non possit reddere, et in multis quidem rebus incertum nobis esse quid velit, illud tamen esse certissimum, nichil eorum illi esse impossibile quecumque voluit, et ei nos credere predicenti, quem nec impotentem nec mentientem possumus credere. Hi tamen fidei reprehensores exactoresque rationis quid ad ista respondent, de quibus ratio reddi ab homine non potest, et tamen sunt et ipsi rationi nature videntur esse contraria? Que si futura esse diceremus, similiter a nobis sicut eorum que futura esse dicimus ab infidelibus ratio posceretur. Ac per hoc cum in talibus operibus Dei deficiat ratio cordis et sermonis humani, sicut ista non ideo non sunt, sic non ideo etiam illa non erunt, quoniam ratio de utrisque ab homine non potest reddi.

Quod non omnia miracula naturalia sint, sed pleraque humano ingenio modificata, pleraque autem demonum arte composita.

Hic forte respondeant: Ista omnino non sunt, ista non credimus, falsa de his dicta, falsa conscripta sunt. Et adiciant ratiocinantes atque dicentes: Si talia credenda sunt, credite et vos quod in eisdem litteris est relatum fuisse vel esse quoddam Veneris phanum atque ibi candelabrum et in eo lucernam sub divo sic ardentem, ut eam nulla tempestas, nullus ymber extingueret, unde sicut ille lapis, ita ista lichnos asbestos, id est lucerna inextinguibilis nominata est. Quod propterea dicere potuerunt, ut respondendi nobis angustias ingerant, quia si dixerimus non esse credendum, scripta illa miraculorum infirmabimus, si autem credendum esse concesserimus, firmabimus numina paganorum. Sed nos, sicut iam in libro huius operis duodevicesimo diximus, non habemus necesse omnia credere que historia continet gentium, cum et ipsi inter se hystorici, sicut ait Varro, quasi data opera et quasi per industriam in multa dissentiant, sed ea, si volumus, credimus que non adversantur libris, quibus non dubitamus oportere nos credere. De his autem miraculis locorum nobis adsunt que futuris persuadere incredulis volumus

satis illa sufficiant, que nos quoque possumus experiri et eorum testes ydoneos non difficile est invenire. De isto autem fano veneris et lucerna inextinguibili non solum in multas, verum etiam in angustias latitudinis nobis campus aperitur. Addimus enim ad istam lucernam inextinguibilem et humanarum et magicarum, id est per homines demoniacarum artium et ipsorum per se ipsos demonum multa miracula, que si negare voluerimus, eidem ipsi cui credimus sacrarum litterarum adversabimur veritati. Aut ergo in lucerna illa mechanicum aliquid de lapide albesto ars humana molita est, aut arte magica factum est, quod homines illo mirarentur in templo, aut demon quispiam sub nomine veneris tanta se efficacia presentavit, ut hoc ibi prodigium et appareret hominibus et diutius permaneret. Illiciuntur autem demones ad inhabitandum per creaturas, quas non ipsi, sed deus condidit, delectabilibus pro sua diversitate diversis, non ut animalia cibis, sed ut spiritus signis, que cuiusque delectationi congruunt, per varia genera lapidum, herbarum, lignorum, animalium, carminum, rituum. Ut autem illiciantur ab hominibus, prius eos ipsi astutissima calliditate seducunt, vel inspirando eorum cordibus virus occultum vel etiam fallacibus amicitiis apparendo, eorumque paucos discipulos suos faciunt plurimorumque doctores. Neque enim potuit, nisi primum ipsis docentibus, disci quid quisque eorum appetat, quid exhorreat, quo invitetur nomine, quo cogatur. Unde magice artes earumque artifices extiterunt. Maxime autem possident corda mortalium, qua potissimum possessione gloriantur, cum se transfigurant in angelos lucis. Sunt ergo eorum facta plurima, que quanto magis mirabilia confitemur, tanto cautius vitare debemus. Sed adhuc et nobis ad hoc quod nunc agimus etiam ipsa proficiunt. Si enim hec inmundi demones possunt, quanto potenciores sunt sancti angeli, quanto potencior hiis omnibus deus, qui tantorum miraculorum effectores etiam ipsos angelos fecit. Quam ob rem si tot et tanta mirifica, que mechanemata appellant, dei creatura utentibus humanis artibus fiunt, ut ea que nesciunt opinentur esse divina, unde factum est ut in quodam templo lapidibus magnetibus in solo et camera proportione magnitudinis positis simulacrum ferreum aeris illius medio inter utrumque lapidem ignorantibus quid sursum esset ac deorsum quasi numinis potestate penderet. Quale aliquid etiam in illa lucerna veneris de lapide albesto ab artifice fieri potuisse iam diximus. Si magorum opera, quos nostra scriptura veneficos et incantatores vocat, in tantum demones extollere potuerunt, ut congruere hominum sensibus nobilis poeta videretur de quadam femina que tali arte polleret, dicens: Hec se carminibus promittit solvere mentes Quas velit, ast aliis duras inmittere curas, Sistere aquam fluviis et vertere sydera retro; Nocturnosque ciet manes; mugire videbis Sub pedibus terram et descendere montibus ornos; Quanto magis deus potens est facere, quod infidelibus est incredibile, sed illius facilia potestati, quandoquidem ipse lapidis aliarumque rerum vim et hominum ingenia, que ea miris utuntur modis, angelicasque naturas omnibus terrenis potenciores animantibus condidit, universa mirabili vincente virtute et operandi iubendi sinendique sapientia utens omnibus tam mirabiliter quam creavit.

Quod in rebus miris summa credendi ratio sit omnipotentia salua

Qur itaque facere non possit deus, ut et resurgant corpora mortuorum et igne eterno crucientur corpora dampnatorum, qui fecit mundum in celo, in terra, in aere, in aquis innumerabilibus miraculis plenum, cum sit omnibus quibus plenus est procul dubio maius et excellentius etiam mundus ipse miraculum? Sed isti cum quibus vel contra quos agimus, qui et deum esse credunt a quo factus est mundus, et deos ab illo factos, per quos ab illo administretur hic mundus, et miraculorum effectrices sive spontaneorum sive cultu et ritu quolibet impetratorum sive magicorum mundanas vel non negant vel insuper et predicant potestates, quando eis rerum multarum mirabilem vim proponimus aliarum, que nec animalia sunt rationalia nec ulla ratione prediti spiritus, sicut sunt ea quorum pauca commemoravimus, respondere solent: Vis est ista nature, natura eorum sic se habet, propriarum iste sunt efficacie naturarum. Tota itaque ratio est, cur agrigentinum salem flamma fluere faciat, aqua crepitare, quia hec est natura eius. At hoc potius contra naturam videtur, que non igni, sed aque dedit salem solvere, torrere autem igni, non aque. Sed ista, inquiunt, salis huius naturalis est vis, ut hiis contraria patiatur. Hec igitur ratio redditur et de illo fonte garamantico, ubi una vena friget diebus, noctibus fervet, vi utraque molesta tangentibus; hec et de illo alio, qui cum sit contrectantibus frigidus et facem sicut alii fontes extinguat accensam, dissimiliter atque mirabiliter idem ipse accendit extinctam; hec et de lapide albesto, qui cum ignem nullum habeat proprium, accepto tamen sic ardet alieno, ut non possit extingui; hec de ceteris, que piget retexere, quibus licet vis insolita contra naturam inesse videatur, alia tamen de illis non redditur ratio, nisi ut dicatur: Hec eorum est natura. Brevis sane ista ratio est, fateor, sufficiensque responsio. Sed cum deus auctor sit naturarum omnium, cur nolunt fortiorem nos reddere rationem, quando aliquid velut impossibile nolunt credere eisque redditionem rationis poscentibus respondemus hanc esse voluntatem dei omnipotentis? Qui certe non ob aliud vocatur omnipotens, nisi quoniam quidquid vult potest, qui potuit

crederet, tam multa que nisi ostenderentur aut attendendis hodie que dicentur testibus profecto impossibilia putarentur, non solum que ignotissima aput nos, verum etiam que notissima posui. Illa enim que apud nos preter eos quorum de hiis libros legimus non habent testem, et ab eis conscripta sunt qui non sunt divinitus docti atque humanitus falli forte potuerunt, utique sine cuiusquam reprehensione non credere. Nam ego nec volo temere credi cuncta que posui, quia nec a me ipso ita creduntur tanquam nulla de illis sit in mea cogitatione dubitatio, exceptis hiis que vel ipse sum expertus et cuivis facile est experiri, sicut de calce quod fervet in aqua, in oleo frigida est; de magnete lapide quod nescio qua sorbitione insensibilem stipulam non moveat et ferrum rapiat; de carne pavonis non putrescente, cum non putruerint et platonis; de palea sic frigente ut fluescere nivem non sinat, sic calente ut maturescere poma compellat; de igne fulgido quod secundum suum fulgorem lapides coquendo candificet, et contra eundem suum fulgorem urendo plurima obfuscet. Tale est et quod nigre macule offunduntur ex oleo splendido, similiter nigre linee de candido exprimuntur argento; de carbonibus etiam quod accendente igne sic vertantur in contrarium ut ex lignis pulcherrimis tetri, fragiles ex duris, imputribiles ex putribilibus fiant. Hec ipse quedam cum multis, quedam cum omnibus novi, et alia plurima que huic libro inserere longum fuit. De hiis autem que posui non experta sed lecta, preter de fonte illo ubi faces et extinguuntur ardentes et accenduntur extincte, et de pomis terre sodomorum forinsecus quasi maturis, intrinsecus fumeis, nec testes aliquos ydoneos a quibus utrum vera essent audirem potui reperire. Et illum quidem fontem non inveni qui in epyro vidisse se diceret, sed qui in gallia similem nossent non longe a gratianopoli civitate. De fructibus autem sodomitarum arborum non tantum littere fide digne indicant, verum etiam tam multi se loquuntur expertos ut hinc dubitare non possim. Cetera vero sic habeo ut neque affirmanda neque neganda decreverim; sed ideo etiam ipsa posui, quoniam apud eorum contra quos agimus historicos legi, ut ostenderem qualia multa multique illorum nulla reddita ratione in suorum litteratorum scripta credant, qui nobis credere non dignantur quando id quod eorum experientiam sensumque transcendit omnipotentem deum dicimus esse facturum, nec reddita ratione. Nam que melior et validior ratio de rebus redditur quam cum omnipotens ea facere perhibetur et facturus dicitur que prenuntiasse ibi legitur, ubi alia multa prenuntiavit que fecisse monstratur? Ipse quippe faciet, quia se facturum esse predixit, que impossibilia esse putantur, qui promisit et fecit ut ab incredulis gentibus incredibilia crederentur.

Non esse contra naturam cum in aliquo cuius natura innotuit aliquid ab eo quod erat notum incipit esse diversum. viii

Si autem respondent propterea se non credere quod de humanis corporibus semper arsuris nec umquam morituris dicimus, quoniam humanorum corporum novimus longe aliter institutam naturam, unde nec illa ratio hic reddi potest que de illis naturis mirabilibus reddebatur, ut dici possit: vis ista naturalis est, rei huius ista natura est, quoniam scimus humane carnis istam non esse naturam, habemus quidem quod respondeamus de litteris sacris, hanc ipsam scilicet humanam carnem aliter institutam fuisse ante peccatum, id est ut posset numquam perpeti mortem, aliter autem post peccatum, qualis in erumpna huius mortalitatis innotuit, ut perpetuam vitam tenere non possit; sic ergo aliter quam nobis nota est instituetur in resurrectione mortuorum. Sed quoniam istis non credunt litteris, ubi legitur qualis in paradiso vixerit homo, quamque fuerit a necessitate mortis alienus, quibus utique si crederent, non cum illis de pena dampnatorum que futura est operosius ageremus, de litteris eorum qui doctissimi apud illos fuerunt aliquid proferendum est, quo appareat posse fieri ut aliter se habeat queque res quam prius in rebus innotuerat sue definitione nature. Est in marci varronis libris quorum inscriptio est de gente populi romani, eisdem verbis quibus ibi legitur et hic ponam: In celo, inquit, mirabile extitit portentum; nam stellam veneris nobilissimam, quam plautus vesperuginem, homerus hesperon appellat, pulcherrimam dicens, castor scribit tantum portentum extitisse ut mutaret colorem, magnitudinem, figuram, cursum; quod factum ita nec antea nec postea sit. Hoc factum ogygo rege dicebant adrastos, sixsenes, et dyon neapolites, mathematici nobiles. Hoc certe varro tantus auctor portentum non appellaret nisi esse contra naturam videretur. Omnia quippe portenta contra naturam dicimus esse, sed non sunt. Quo modo est enim contra naturam quod dei fit voluntate, cum voluntas tanti utique conditoris condite rei cuiusque natura sit? Portentum ergo fit non contra naturam, sed contra quam est nota natura. Quis autem portentorum numerat multitudinem que historia gentium continetur? Sed nunc in hoc uno attendamus quod ad rem de qua agimus pertinet. Quid ita dispositum est ab auctore nature celi et terre quemadmodum cursus ordinatissimus syderum? Quid tam ratis legibus fixisque firmatum? Et tamen quando ille voluit qui summo regit imperio ac potestate quod condidit, stella pre ceteris magnitudine ac splendore notissima colorem, magnitudinem, figuram et, quod est mirabilius, sui cursus ordinem legemque mutavit. Turbavit profecto tunc, si ulli iam erant, canones astrologorum, quos velut inerrabili computatione de preteritis ac futuris astrorum motibus scriptos habent, quos canones sequendo ausi sunt dicere hoc quod de lucifero contigit

nec antea nec postea contigisse/ Nos autem in di
uinis libris legimus/ etiam solem ipsum stetisse/ do
nec ceptum prelium/ victoria terminaret/ et retrorsum re-
disse/ ut regi ezechie/ quindecim anni ad viuendum
additi hoc etiam prodigio promissionis dei signifi
carentur adiuncto/ Sed ista quoque miracula que
meritis sibi concessa sanctorum/ cum credunt credunt
isti/ tamen magicis artibus tribuunt/ Unde illud est
quod supra commemoraui/ dixisse virgilium/ Sistere
aquam fluuijs/ et vertere sydera retro/ Nam
et fluuium stetisse superius/ inferiusque fluxe
isse/ cum populus dei duce supra memorato/ Ihesu
naue/ viam carperet/ et helya propheta transe-
unte/ ac postea discipulo eius helizeo/ id
esse factum in sacris litteris legimus/ et retroisse fuis
se magnum sydus/ regnante ezechia/ modo
commemorauimus/ Quod vero de lucifero varro
scripsit/ Non est illic dictum/ alicui homini pete
ti id fuisse concessum/ Non ergo de notitia rerum
caliginem sibi faciant infideles/ tamquam non pos
sit in aliqua re diuinitus fieri/ aliud quam in eius
natura/ per humanam suam experientiam/ cognoue
runt/ quamuis et ipsa que in rerum natura/ omnibus
nota sunt/ non minus mira sint/ essentque stupen
da considerantibus cunctis/ si solerent homines
mirari mira nisi rara/ Quis enim consulta ratione
non videat/ in hominum innumerabili numerositate/ et tan
ta nature similitudine/ valde mirabiliter sic
habere singulas facies/ ut nisi inter se similes essent/
non discernerentur eorum species/ ab animalibus
ceteris/ et rursus nisi inter se dissimiles essent/ non
discernerentur singuli ab hominibus ceteris/ Quos
ergo similes confitemur/ eosdem dissimiles in
uenimus/ Sed mirabilior est consideratio dis
similitudinis/ quoniam similitudinem iustius videtur
exposcere natura communis/ Et tamen quia sunt rara/ ipsa sunt
mira/ Multo enim amplius admiramur/ cum
duos ita similes reperimus/ ut in eis discernen
dis aut semper aut frequenter erremus/ Sed quod
dixi scriptum a varrone/ licet eorum historicus sit
idem doctissimus/ fortasse/ vere factum esse non cre
dunt/ aut quia non diu mansit alius eiusdem
syderis cursus/ sed redditum est ad solitum cursum
minus isto mouentur exemplo/ Habent ergo
aliud/ quod etiam nunc possit ostendi/ eisque puto
debere sufficere/ quo commoneantur/ cum aliquid ad
uerterint/ in aliqua institutione nature/ eamque si
bi notissimam fecerint/ non se inde debere [deo] prescri
bere/ quasi eam non possit in longe aliud quam ei
cognita est/ vertere atque mutare/ Terra sodo
morum non fuit utique ut nunc est/ sed iacebat
simili ceteris facie/ eademque vel etiam uberiore
fecunditate pollebat/ Nam dei paradiso/ in di
uinis eloquijs comparata est/ Hec postea quam
tacta de celo est/ sicut illorum quoque attestatur
historia/ et nunc ab eis qui veniunt ad loca il
la conspicitur prodigiosa fuligine horrori est/ et
poma eius interiorem fauillam mendaci superfi
cie maturitatis includunt/ Ecce non erat talis/
et talis est/ Ecce a conditore naturarum/ natura

eius in hanc fedissimam diuersitatem mirabi
li mutatione conuersa est/ et quod post tam
longum accidit tempus/ tam longo tempore perse
uerat/ Sic ergo non fuit impossibile deo quas voluit instituere/ Sic ei impossibile est non possibile in quicquid voluit
voluit/ quas instituit mutare naturas
Unde illorum quoque miraculorum multitudo
siluescit/ que monstra ostenta portenta
prodigia nuncupantur/ Que recolere et commemorare
si velim huius operis quis erit finis/ Mon
stra sane dicta perhibent/ a monstrando quod
aliquid significando demonstraret/ et
ostenta ab ostendendo/ et portenta a
portendendo/ id est preostendendo/ et prodigia
quod porro dicant/ id est futura predicant/ Sed viderint
eorum coniectores/ quomodo ex eis siue fallantur/ siue
instinctu spirituum/ quibus cura est tali pena
dignos animos hominum noxie curiositatis redi
tibus implicare/ Etiam vera predicunt/ siue
multa dicendo/ aliquando in aliquid veritatis in-
currant/ nobis tamen ista que velut contra
naturam fiunt/ et contra naturam fieri dicuntur/ Quo
modo hominum locutus est/ et apostolus dicendo
contra naturam fuit et contra naturam in olea insitum
oleastrum/ factum esse participem pinguedinis
olee/ Et monstra ostenta portenta pro
digia nuncupantur/ hoc monstrare debent
hoc ostendere/ hoc predicere/ quod facturus est deus/ que
de corporibus se prenunciauit esse facturum/
nulla impediente difficultate/ nulla pre
scribente lege nature/ Quomodo autem prenuncia
uit/ satis in libro superiore docuisse me exis
timo/ decerpendo de scripturis sanctis et nouis
et veteribus/ Non quidem omnia ad hec
pertinentia sed que sufficere huic operi iudicaui

De gehenna et eternarum qualitate penarum x.

Quod igitur de sempiterno suppli
cio damnatorum per suum
prophetam deus dixit/ fiet omnino/
fiet vermis/ et non morietur/ et ignis eorum
non extinguetur/ Ad hoc enim vehementius
commendandum/ etiam dominus ihesus membra que homines
scandalizent/ pro his hominibus ponens/ quos
ut sua membra dextra quisque diligit ea que pre
cipit amputari/ Bonum est inquit tibi de
bilem introire in vitam/ quam duas manus
habentem ire in gehennam in ignem inexting
uibilem/ ubi vermis eorum non moritur/ et
ignis non extinguetur/ Non aliter ait/ et de o
culo/ Bonum est tibi luscum introire in
regnum dei/ quam duos oculos habentem mitti
in gehennam ignis/ ubi vermis eorum non mo
ritur/ et ignis non extinguetur/ Non eum pi
guit uno loco/ eadem verba ter dicere/ quem
non terreat ista repetitio/ et illius pene com
minatio/ tam vehemens ore diuino/ Utrumque
autem horum ignem scilicet atque vermem/ qui volunt ad
animi penas non ad corporis pertinere/ dicunt
etiam uri dolore/ animi sero atque infructuo
se penitentes/ eos qui fuerint a regno dei
separati/ et ideo ignem pro isto dolore urente/ non

incongrue poni potuisse contendunt. Unde et illud apostoli: Quis scandalizatur, et ego non uror? Eciam unde et vermem putant intelligendum esse. Nam scriptum est, inquiunt: Sicut tynea vestimentum et vermis lignum, sic meror excruciat cor viri. Qui vero penas et animi et corporis in illo supplicio futuras esse non dubitant, igne uri corpus, animum autem rodi quodammodo verme meroris affirmant. Quamquam et si credibilius dicatur, quia utique absurdum est ibi dolorem aut corporis aut animi defuturum; ego tamen facilius esse ut ad corpus dicam utrumque pertinere quam neutrum, et ideo tacitum in illis divine scripture verbis animi dolorem, quoniam consequens esse intelligitur, etiam si non dicatur, ut in corpore sic dolente animus quoque sterili penitentia crucietur. Legitur quippe et in veteribus scripturis: Vindicta carnis impii ignis et vermis. Potuit brevius dici: Vindicta impii. Cur ergo dictum est carnis impii, nisi quia utrumque, id est et ignis et vermis, pena erit carnis? Aut si vindictam carnis propterea dicere voluit, quia hoc in homine vindicabitur, quod secundum carnem vixerit (propter hoc enim veniet in mortem secundam, quam significavit apostolus dicens: Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini), eligat quisque quod placet, aut ignem tribuere corpori, animo vermem, hoc proprie, illud tropice, aut utrumque proprie corpori. Iam enim satis superius disputavi posse animalia etiam in ignibus vivere, in ustione sine consumptione, in dolore sine morte, per miraculum omnipotentissimi creatoris; cui hoc possibile esse qui negat, a quo sit quidquid in naturis omnibus mirandum ignorat. Ipse est enim deus, qui omnia in hoc mundo magna et parva miracula, que commemoravimus, et incomparabiliter plura, que non commemoravimus, fecit eademque in isto mundo, uno atque omnium maximo miraculo, inclusit. Eligat ergo unum e duobus quisque quod placet, utrum et vermem ad corpus proprie, an ad animum translato a corporalibus ad incorporalia vocabulo existimet pertinere. Quid autem horum verum sit, res ipsa expedicius indicabit, quando erit sciencia tanta sanctorum, ut eis cognoscendarum illarum penarum necessaria non sit experiencia, sed ea que tunc erit plena atque perfecta, ad hoc quoque sciendum sapiencia sola sufficiat. Nunc enim ex parte scimus, donec veniat quod perfectum est; dum tamen nullo modo illa corpora talia futura esse credamus, ut nullis ab igne affligantur doloribus. An ignis iehenne si corporalis est possit malignos spiritus id est demones incorporeos tactu suo adurere. X.

Hic occurrit querere, si non est ignis incorporalis, noxius sicut est animi dolor, et corporalis tactu noxius, ut eo possint corpora cruciari, quo modo in eo etiam erit pena spirituum malignorum? Idem quippe ignis erit supplicio sic hominum attributus et demonum, dicente Christo: Discedite a me maledicti in ignem eternum, qui paratus est dyabulo et angelis eius. Nisi quia sunt quedam sua etiam demonibus corpora, sicut doctis hominibus visum est, ex isto aere crasso atque humido, cuius impulsus vento flante sentitur. Quod genus elementi si nichil igne perpeti posset, non ureret fervefactus in balneis. Ut enim urat, prior uritur, facitque quod patitur. Si autem quisquam nulla habere corpora demones asseverat, non est de hac re aut laborandum operosa inquisitione, aut contenciosa disputatione certandum. Cur ita enim non dicamus, quamvis miris tamen veris modis, etiam spiritus incorporeos posse pena corporalis ignis affligi, si spiritus hominum, etiam ipsi profecto incorporei, et nunc potuerunt includi corporalibus membris, et tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari? Adhebunt ergo, si eis nulla sunt corpora, spiritus demonum, immo spiritus demones, licet incorporei, corporeis ignibus cruciandi; non ut ignes ipsi, quibus adhebunt, eorum iunctura inspirentur et animalia fiant, que constant spiritu et corpore, sed, ut dixi, miris et ineffabilibus modis adherendo, accipientes ex ignibus penam, non dantes ignibus vitam; quia et iste alius modus, quo corporibus adherent spiritus et animalia fiunt, omnino mirus est nec comprehendi ab homine potest, et hoc ipse homo est. Dicerem quidem sic arsuros sine ullo suo corpore spiritus, sicut ardebat apud inferos ille dives, quando dicebat: Crucior in hac flamma, nisi convenienter responderi cernerem talem fuisse illam flammam, quales oculi quos levavit et vidit Lazarum, qualis lingua cui humorem exiguum desideravit infundi, qualis digitus Lazari, de quo id sibi fieri postulavit, ubi tamen erant sine corporibus anime. Sic ergo incorporalis et illa flamma qua exarsit, et illa guttula quam poposcit, qualia etiam sunt visa dormiencium sive in extasi cernencium res incorporales habentes tamen similitudinem corporum. Nam et ipse homo, cum spiritu non corpore sit in talibus visis, ita se tunc simile suo corpori videt, ut discernere omnino non possit. At vero iehenna illa, quod etiam stagnum ignis et sulphuris dictum est, corporeus ignis erit et cruciabit corpora dampnatorum, aut et hominum et demonum, solida hominum, aerea demonum, aut tantum hominum corpora cum spiritibus, demones autem spiritus sine corporibus herentes sumendo penam, non impertiendo vitam, corporalibus ignibus. Unus quippe utrisque ignis erit, sicut veritas dixit. An hoc ratio iusticie habeat ut non sint extensiora penarum tempora quam fuerint peccatorum. c. XI.

Sed autem quidam eorum, contra quos defendimus civitatem dei, iniustum putant, ut pro peccatis quamlibet magnis, licet tempore perpetratis, pena quisque dampnetur eterna, quasi ullius id umquam iusticia legis attendat, ut tanta mora temporis quisque puniatur quanta mora temporis unde puniretur admisit. Octo genera penarum in legibus esse scribit Tullius: dampnum, vincla, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, servitutem. Quid horum est quod in brevem temporis pro uniuscuiusque peccati celeritate coartetur, ut tanta vindicetur morula quanta deprehenditur perpetratio, nisi forte talio? Id enim agit ut hoc patiatur quisque quod fecit. Unde illud est

legis talionis populo dentem pro dente fieri eum patitur ut tam brevi tempore quisque amittat oculum severitate vindicte quam tulit ipse alterius improbitate peccati. Porro autem si aliene femine osculum in fornicationem rationis sit verbere vindicare, nonne qui illud puncto temporis fecit incomparabili horarum spatio verberatur et suavitas voluptatis exigue diuturno dolore punitur? Quid de vinculis? Numquid tam diu quisque iudicandus est esse debere quam diu fecit unde meruit alligari, cum iustissime annosas penas servus in compedibus pendat qui verbo aut ictu celerrime transeunte vel lacessivit dominum vel plagavit? Iam vero dampnum, ignominia, exilium, servitus, cum plerumque sic infliguntur ut nulla venia relaxentur, nonne pro huius vite modo similia penis videntur eternis? Ideo quippe eterna esse non possunt quia nec ipsa vita que his plectitur porrigitur in eternum; et tamen peccata que vindicantur longissimi temporis penis brevissimo tempore perpetrantur, nec quisquam exstitit qui censeret tam cito nocentium finienda esse tormenta quam cito factum est vel homicidium vel adulterium vel sacrilegium vel quodlibet aliud scelus, non temporis longitudine sed iniquitatis et impietatis magnitudine metiendum. Qui vero pro aliquo grandi crimine morte mulctatur, numquid moram qua occiditur que perbrevis est eius supplicium leges estimant, et non quod eum in sempiternum auferunt de societate viventium? Quod est autem de ista civitate mortali homines supplicio prime mortis, hoc est de illa civitate immortali homines supplicio secunde mortis auferre. Sicut enim non efficiunt leges huius civitatis ut in eam quisque revocetur occisus, sic nec illius ut in vitam revocetur eternam secunda morte dampnatus. Quomodo ergo verum est, inquiunt, quod ait Christus vester: In qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis, si temporale peccatum supplicio punitur eterno? Nec attendunt non propter equale temporis spatium sed propter vicissitudinem mali, id est ut qui mala fecerint mala patiantur, eandem dictam fuisse mensuram; quamvis hoc in ea re proprie possit accipi de qua dominus, cum hoc diceret, loquebatur, id est de iudiciis et condempnationibus. Proinde qui iudicat et condempnat iniuste, si iudicatur et condempnatur iuste, in eadem mensura recipit, quamvis non hoc quod dedit. Iudicio enim fecit, iudicio patitur, quamvis fecerit dampnatione quod iniquum est, patitur dampnatione quod iustum est.

De magnitudine prevaricationis prime ob quam eterna pena omnibus debeatur qui extra fuerint gratiam salvatoris. xii

Sed pena eterna ideo dura et iniusta sensibus videtur humanis, quia in hac infirmitate moribundorum sensuum deest ille sensus altissime purissimeque sapientie quo sentiri possit quantum nefas in illa prima prevaricatione commissum sit. Quanto enim magis homo fruebatur deo, tanto maiore impietate dereliquit deum et factus est malo dignus eterno, qui hoc in se peremit bonum quod esse posset eternum. Hinc est universa generis humani massa dampnata, quoniam qui hoc primus admisit cum ea que in illo erat radicata sua stirpe punitus est, ut nullus ab hoc iusto debitoque supplicio nisi misericordia et indebita gratia liberetur, atque ita dispertiatur genus humanum ut in quibusdam demonstretur quid valeat misericors gratia, in ceteris quid iusta vindicta. Neque enim utrumque demonstraretur in omnibus, quia si omnes remanerent in penis iuste dampnationis, in nullo appareret misericors gratia redimentis; rursus si omnes a tenebris transferrentur in lucem, in nullo appareret veritas ultionis. In qua propterea multo plures quam in illa sunt, ut sic ostendatur quid omnibus deberetur. Quod si omnibus redderetur, iustitiam vindicantis iuste nemo reprehenderet; quia vero tam multi exinde liberantur, est unde agantur maxime gratie gratuito muneri liberantis.

Contra opinionem eorum qui putant criminosis supplicia post mortem causa purgationis adhiberi. xiii

Platonici quidem quamvis impunita nulla velint esse peccata, tamen omnes penas emendationi adhiberi putant, vel humanis inflictas legibus vel divinis, sive in hac vita sive post mortem, sive aut parcatur hic cuiquam aut ita plectatur ut hic non corrigatur. Hinc est Maronis illa sententia, ubi cum dixisset de terrenis corporibus moribundisque membris quod anime hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque, nec auras suspiciunt clause tenebris et carcere ceco, secutus adiunxit atque ait: Quin et supremo cum lumine vita reliquit, id est cum die novissimo reliquit eas ista vita, non tamen inquid omne malum miseris nec funditus omnes corporee excedunt pestes, penitusque necesse est multa diu concreta modis inolescere miris. Ergo exercentur penis veterumque malorum supplicia expendunt. Alie panduntur inanes suspense ad ventos, aliis sub gurgite vasto infectum eluitur scelus aut exuritur igni. Qui hoc opinantur, nullas penas nisi purgatorias volunt esse post mortem, ut quoniam terris superiora sunt elementa aqua, aer, ignis, ex aliquo istorum mundetur per expiatorias penas quod terrena contagione contractum est. Aer quippe accipitur in eo quod ait suspense ad ventos, aqua in eo quod sub gurgite vasto; ignis autem suo nomine expressus est cum dixit aut exuritur igni. Nos vero etiam in hac quidem mortali vita esse quasdam penas purgatorias confitemur, non quibus affliguntur quorum vita vel non inde fit melior vel potius inde fit peior, sed illis sunt purgatorie qui eis coherciti corriguntur. Cetere omnes pene, sive temporarie sive sempiterne, sicut unusquisque divina providentia tractandus est, inferuntur vel pro peccatis sive preteritis sive in quibus adhuc vivit ille qui plectitur, vel pro exercendis declarandisque virtutibus per homines et angelos

seu bonos seu malos. Nam et si quisque mali aliquid alterius improbitate vel errore patiatur, peccat quidem homo qui vel ignorancia vel iniusticia cuiquam mali aliquid facit, sed non peccat deus qui iusto quamvis occulto iudicio fieri sinit. Sed temporarias penas alii in hac vita tantum, alii post mortem, alii nunc et tunc, verumtamen ante iudicium illud severissimum novissimumque paciuntur. Non autem omnes veniunt in sempiternas penas, que post illud iudicium sunt future, qui post mortem sustinent temporales. Nam quibusdam quod in isto non remittitur, remitti in futuro seculo, id est, ne futuri seculi eterno supplicio puniantur, iam supra diximus. Sunt autem qui nullas in hac vita, sed tantum postea penas luunt. Fuisse tamen aliquos qui usque ad decrepitam senectutem ne levissimam quidem febriculam senserint, quietamque duxerint vitam, et ipsi novimus et audivimus.

De penis temporalibus istius vite quibus subiecta est humana condicio. xiiij

Quamquam vita ipsa mortalium tota pena sit, quia tota temptatio est, sicut sacre littere personant, ubi scriptum est: Numquid non temptatio est vita humana super terram? Non enim parva pena est ipsa insipiencia vel imperitia, que usque adeo fugienda merito iudicatur, ut per penas doloribus plenas pueri cogantur quecumque artificia vel litteras discere; ipsumque discere, ad quod penis adiguntur, tam penale est eis, ut nonnumquam ipsas penas per quas compelluntur discere malint ferre quam discere. Quis autem non exhorreat et mori eligat, si ei proponatur aut mors perpetienda aut rursus infancia? Que quidem quod non a risu sed a fletu orditur hanc lucem, quid malorum ingressa sit nesciens, prophetat quodammodo. Solum quando natus est ferunt risisse Zoroastrem, nec ei boni aliquid monstruosus risus ille portendit. Nam magicarum artium fuisse perhibetur inventor, que quidem illi nec ad presentis vite vanam felicitatem contra suos inimicos prodesse potuerunt. A Nino quippe rege Assyriorum, cum esset ipse Bactrianorum, bello superatus est. Prorsus quod scriptum est: Grave iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulture in matrem omnium, usque adeo impleri necesse est, ut ipsi parvuli per lavacrum regenerationis ab originalis peccati, quo solo tenebantur, vinculo iam soluti, mala multa pacientes, nonnulli etiam incursus spirituum malignorum aliquando paciantur. Que quidem passio absit ut eis obsit, si hanc vitam in illa etate, etiam ipsa passione ingravescente et animam de corpore excludente, finierit.

Quod omne opus gratie dei exuentis nos de profunditate veteris mali ad futuri seculi pertineat novitatem. xv

Verumtamen in gravi iugo, quod positum est super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum usque in diem sepulture in matrem omnium, etiam hoc malum mirabile reperitur, ut sobrii simus atque intelligamus hanc vitam de peccato illo nimis nephario quod in paradiso perpetratum est factam nobis esse penalem, totumque quod nobiscum agitur per testamentum novum non pertinere nisi ad novi seculi hereditatem novam, ut hic pignore accepto illud cuius est hoc pignus suo tempore consequamur. Nunc autem ambulemus in spe, et proficientes de die in diem spiritu facta carnis mortificemus. Novit enim dominus qui sunt eius; et quotquot spiritu dei aguntur, hii filii dei sunt, sed gratia, non natura. Unicus enim natura dei filius propter nos misericordia factus est filius hominis, ut nos natura filii hominis filii dei per illum gratia fieremus. Manens quippe ille inmutabilis naturam nostram, in qua nos susciperet, suscepit a nobis, et tenax divinitatis sue nostre infirmitatis particeps factus est, ut nos in melius commutati quod peccatores mortalesque sumus eius inmortalitatis et iusticie participatione amittamus, et quod in natura nostra bonum fecit impletum summo bono in eius nature bonitate servemus. Sicut enim per unum hominem peccantem in hoc tam grave malum devenimus, ita per unum hominem eundemque deum iustificantem ad illud bonum tam sublime veniemus. Nec quisquam se debet ab isto ad illum transisse confidere, nisi cum ibi fuerit ubi temptatio nulla erit, nisi pacem tenuerit quam belli huius in quo caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem multis et variis certaminibus querit. Hoc autem bellum numquam ullum esset, si natura humana per liberum arbitrium in rectitudine in qua facta est perstitisset. Nunc vero que pacem felix cum deo habere noluit, secum pugnat infelix; et cum hoc malum sit miserabile, melius est tamen quam priora vite huius. Melius quippe confligitur cum viciis quam sine ulla conflictione dominentur. Melius est inquam bellum cum spe eterne pacis quam sine ulla liberationis cogitatione captivitas. Cupimus quidem et hoc bello carere, et ad capescendam ordinatissimam pacem, ubi stabilitate firmissima potioribus inferiora subdantur, igne divini amoris accendimur; sed si, quod absit, illius tanti boni spes nulla esset, malle debuimus in huius conflictionis molestia remanere quam viciis in nos dominationem non eis resistendo permittere.

Sub quibus gratie legibus omnes generationum habentur etates. xvj

Verum tanta est dei misericordia in vasa misericordie que preparavit in gloriam, ut etiam prima hominis etas, id est infancia, que sine ullo renisu subiacet carni, et secunda que pueritia nuncupatur, ubi nondum ratio suscepit hanc pugnam et fere sub omnibus viciosis delectationibus iacet, quia licet iam fari valeat et ideo infanciam transisse videatur, nondum in ea est precepti capax infirmitas mentis, si sacramenta mediatoris acceperit, etiam si hanc in eis annis vitam finiat, translata scilicet a potestate tenebrarum in regnum Christi, non solum penis non preparetur eternis, sed nulla quidem

post mortem purgatoria tormenta patiatur. Sufficit enim sola spiritualis regeneratio ne post mortem obsit, quod carnalis generatio cum morte contraxit. Cum autem ventum fuerit ad etatem, que preceptum iam capit et subdi potest legis imperio, suscipiendum est bellum contra vitia et gerendum acriter, ne ad dampnabilia peccata perducant. Et siquidem victoriarum consuetudine roborata non sunt, facilius vincuntur et cedunt. Si autem vincere atque imperare consueverunt, laboriosa difficultate superantur. Neque id fit veraciter atque sinceriter nisi delectatione iustitie; hec est autem in fide Christi. Nam si lex iubens assit et spiritus iuvans desit, per ipsam prohibitionem desiderio crescente atque vincente peccati etiam reatus insuper additur. Nonnunquam sane apertissima vitia aliis vitiis vincuntur occultis, que putantur esse virtutes, in quibus regnat superbia et quedam sibi placendi altitudo ruinosa. Tunc itaque victa vitia deputanda sunt, cum Dei amore vincuntur, quem nisi Deus ipse non donat, nec aliter nisi per mediatorem Dei et hominum, hominem Christum Ihesum, qui factus est particeps mortalitatis nostre, ut nos participes faceret divinitatis sue. Paucissimi autem sunt tante felicitatis, ut ab ipsa ineunte adolescentia nulla dampnabilia peccata committant vel in flagitiis vel in facinoribus vel in nepharie cuiusque impietatis errore, sed magna spiritus largitate opprimant quicquid eis posset carnali delectatione dominari. Plurimi vero precepto legis accepto, cum prius victi fuerint prevalentibus vitiis et prevaricatores eius effecti, tunc ad gratiam confugiunt adiuvantem, qua fiant et amarius penitendo et vehementius pugnando prius Deo subdita atque ita carni preposita mente victores. Quisquis ergo cupit evadere penas sempiternas, non solum baptizetur, verum etiam iustificetur in Christo, ac sic vere transeat a dyabolo ad Christum. Purgatorias autem penas nullas futuras opinetur nisi ante illud ultimum tremendumque iudicium. Nequaquam tamen negandum est etiam ipsum eternum ignem pro diversitate meritorum quamvis malorum aliis leviorem, aliis futurum esse graviorem, sive ipsius vis atque ardor pro pena digna cuiusque varietur, sive ipse equaliter ardeat, sed non equali molestia sentiatur.

De his qui putant nullorum hominum penas in eternum esse mansuras. Capitulum XVII.

Nunc iam cum misericordibus nostris agendum esse video et pacifice disputandum, qui vel omnibus illis hominibus, quos iustissimus iudex dignos gehenne supplicio iudicabit, vel quibusdam eorum nolunt credere penam sempiternam futuram, sed post certi temporis metas pro cuiusque peccati quantitate longioris sive brevioris eos inde estimant liberandos. Qua in re misericordior profecto fuit Origenes, qui et ipsum dyabolum atque angelos eius post graviora pro meritis et diuturniora supplicia ex illis cruciatibus eruendos et sociandos sanctis angelis credidit. Sed illum et propter hoc et propter alia nonnulla et maxime propter alternantes sine cessatione beatitudines et miserias et statutis seculorum intervallis ab istis ad illas atque ab illis ad istas itus ac reditus interminabiles non inmerito reprobavit ecclesia, quia et hoc quod misericors videbatur amisit, faciendo sanctis veras miserias, quibus penas luerent, et falsas beatitudines, in quibus verum ac securum, hoc est sine timore certum sempiterni boni gaudium non haberent. Longe autem aliter istorum misericordia humano errat affectu, qui hominum illo iudicio dampnatorum miserias temporales, omnium vero, qui vel citius vel tardius liberantur, eternam felicitatem putant. Que sententia si propterea bona et vera est, quia misericors est, tanto erit melior et verior, quanto misericordior fuerit. Extendatur ergo ac profundatur fons huius misericordie usque ad dampnatos angelos, saltem post multa atque prolixa quamlibet secula liberandos. Cur usque ad universam manat humanam et, cum ad angelicam ventum fuerit, mox arescit? Non audent tamen ulterius se miserando porrigere et ad liberationem ipsius quoque dyaboli pervenire. Verum si aliquis audeat, vincit nempe istos. Et tamen tanto invenitur errare deformius et contra recta Dei verba tanto perversius, quanto sibi videtur sentire clementius.

De his qui novissimo iudicio propter intercessionem sanctorum neminem putant esse dampnandum. Capitulum XVIII.

Sunt etiam, quales in collocutionibus nostris ipse sum expertus, qui cum venerari videantur scripturas sanctas, moribus improbandi sunt et agendo causam suam multo maiorem quam isti misericordiam Dei pretendunt erga humanum genus. Dicunt enim de malis et infidelibus hominibus divinitus quidem verum esse predictum, quod digni sunt; sed cum ad iudicium ventum fuerit, misericordiam esse superaturam. Donabit enim eos, inquiunt, misericors Deus precibus et intercessionibus sanctorum suorum. Si enim orabant pro illis, quando eos patiebantur inimicos, quanto magis quando videbunt humiles supplicesque prostratos! Neque enim credendum est, aiunt, tunc eos amissuros sanctitatis viscera, quando erunt plenissime atque perfectissime sanctitatis, ut qui tunc orabant pro inimicis suis, quando et ipsi sine peccato non erant, nunc non orent pro supplicibus suis, quando nullum ceperint habere peccatum. Aut vero Deus tunc eos non exaudiet tot et tales filios suos, quando in tanta eorum sanctitate nullum inveniet orationis impedimentum? Testimonium vero psalmi etiam illi quidem, qui permittunt infideles atque impios homines saltem longo tempore cruciari et postea de malis omnibus erui, sed magis isti pro se dicunt esse, ubi legitur: Nunquid obliviscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua miserationes suas? Ira eius est, inquiunt, ut omnes indigni beatitudine sempiterna ipso iudicante puniantur supplicio sempiterno; sed si vel longum vel prorsus ullum esse permiserit, profecto ut possit hoc fieri, continebit in ira sua miserationes suas; quod non dicit esse facturum. Non enim ait nunquid

dominus continebit in ira sua miserationes suas, sed quod prorsus non continebit ostendit. Hic ergo isti volunt iudicii dei commemorationem non esse mendacem, quamvis sit neminem dampnaturus, quemadmodum eius comminationem qua dixit eversurum se esse Niniven civitatem magnam non possumus dicere, et tamen factum non est, mendacem, quod sine ulla condicione predixit. Non enim ait: Ninive evertetur, si non egerint penitentiam neque correxerint se; sed hoc non addito prenunciavit futuram eversionem illius civitatis. Quam comminationem propterea veracem putant, quia hoc predixit deus quod vere digni erant pati, quamvis hoc non esset ipse facturus. Nam etsi penitentibus pepercit, inquiunt, utique illos penitentiam non ignorabat acturos, et tamen absolute ac diffinite eversionem futuram esse predixit. Hoc ergo erat, inquiunt, in veritate severitatis, quia id erant digni; sed in ratione miserationis non erat, quam non continuit in ira, ut ab ea pena supplicibus parceret, quam fuerat contumacibus comminatus. Si ergo tunc pepercit, aiunt, quando suum sanctum prophetam fuerat parcendo contristaturus, quanto magis tunc miserabilius supplicantibus parcet, quando ut parcat omnes sancti eius orabunt? Sed hoc quod ipsi in suis cordibus suspicantur, ideo putant scripturas tacuisse divinas, ut multi se corrigant vel prolixarum vel eternarum timore penarum, et sint qui possint orare pro eis qui non se correxerint; nec tamen opinantur eloquia divina tacuisse. Nam quo pertinet, inquiunt, quod scriptum est: Quam magna multitudo dulcedinis tue, domine, quam abscondisti metuentibus te, nisi ut intelligamus propter timorem fuisse absconditam nimis divine tam magnam secretamque dulcedinem misericordie? Addunt etiam propterea dixisse apostolum: Conclusit enim deus omnes in infidelitate, ut omnium misereatur, quo significaret quod ab illo nemo dampnabitur. Nec isti tamen qui hoc sentiunt hanc opinionem suam usque ad liberationem vel nullam dampnationem dyaboli atque angelorum eius extendunt. Humana quippe tantum erga solos homines moventur misericordia et tamen maxime agunt causam suam, per generalem quasi generis humani dei miserationem impunitatem falsam suis perditis moribus pollicentes; ac per hoc superabunt eos in predicanda dei misericordia, qui hanc impunitatem etiam principi demonum et eius satellitibus pollicentur.

De hiis qui impunitatem omnium peccatorum promittunt etiam hereticis propter participationem corporis Christi. XIX.

Item sunt alii ab eterno supplicio liberationem, nec ipsis saltem omnibus hominibus promittentes, sed tantummodo Christi baptismate ablutis, qui participes fiunt corporis eius, quolibet vixerint modo, in quacumque heresi vel impietate fuerint, propter illud quod ait Ihesus: Hic est panis qui de celo descendit, ut si quis ex ipso manducaverit non moriatur. Ego sum panis vivus qui de celo descendit. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum. Ergo de morte, inquiunt, necesse est erui et ad vitam eternam quandoque perduci. Item sunt qui hoc nec omnibus hominibus baptismatis Christi et eius corporis sacramentum habentibus, sed solis catholicis quamvis male viventibus pollicentur, qui non solo sacramento, sed re ipsa manducaverunt corpus Christi, in ipso eius corpore constituti, de quo dicit apostolus: Unus panis, unum corpus multi sumus. Ut etiam si postea in aliquam heresim vel etiam in gentilium ydolatriam lapsi fuerint, tamen quia in corpore Christi, id est in ecclesia catholica, sumpserunt baptismum Christi et manducaverunt corpus Christi, non moriantur in eternum, sed vitam quandoque consequantur eternam, atque illa omnis impietas, quanto maior fuit, non eis valeat ad eternitatem, sed ad diuturnitatem magnitudinemque penarum.

De hiis qui non omnibus, sed eis tantum qui apud catholicos sint renati, etiam si postea in multa crimina erroresque prorupperint, indulgentiam pollicentur. XX.

Sunt autem qui propter id quod scriptum est: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, non nisi in ecclesia catholica perseverantibus, quamvis in ea male viventibus, hoc promittunt, per ignem videlicet salvandis merito fundamenti, de quo ait apostolus: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id quod positum est, quod est Christus Ihesus. Utrum quis autem edificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fenum, stipulam, uniuscuiusque opus manifestabitur; dies enim domini declarabit, quoniam in igne revelabitur, et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus permanserit quod superedificavit, mercedem accipiet; si cuius autem opus arserit, dampnum patietur; ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Dicunt ergo catholicum quemlibet christianum habere in fundamento Christum, cuius fundamenti nulla heresis habet a corporis eius unitate precisa. Et ideo propter hoc fundamentum, etiam si male vite fuerit catholicus christianus, velut qui superedificaverit ligna, fena, stipulam, putant eum salvum fieri per ignem, id est post penas ignis illius liberari, quo igne in ultimo iudicio punientur mali.

De hiis qui eos qui permanent in catholica fide, etsi pessime vixerint et ob hoc uri meruerint, tamen propter fidei fundamentum salvandos esse diffiniunt. XXI.

Comperi etiam quosdam putare eos tantum arsuros illius eternitate supplicii, qui pro peccatis suis dignas facere elemosinas negligunt, iuxta illud apostoli Iacobi: Iudicium autem sine misericordia illi qui non facit misericordiam. Qui ergo fecit, inquiunt, quamvis mores in melius non mutaverit, sed inter ipsas suas elemosinas nepharie ac nequiter vixerit, iudicium illi cum misericordia futurum est, ut aut nulla dampnatione plectatur, aut post aliquod tempus, sive parvum sive prolixum, ab illa dampnatione liberetur. Adeo pridicem vivorum atque mortuorum voluisse existimant aliud commemorare se esse dicturum sive dextris, quibus est vitam daturus eternam, sive sinistris, quos eterno supplicio dampnaturus

non elemosinas, sive factas, sive non factas. Ad hoc pertinere aiunt et in oratione dominica cotidianam orationem: Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Quisquis enim illi, qui in eum peccavit, dimittit, ignoscendo peccatum procul dubio elemosinam facit, quam tam commendavit dominus ipse, ut diceret: Si enim dimiseritis peccata hominibus, dimittet vobis et pater vester peccata vestra; si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester qui in celis est dimittet vobis. Ergo et ad hoc genus elemosinarum pertinet, quod ait apostolus Iacobus: Iudicium futurum sine misericordia ei, qui non facit misericordiam. Nec dixit dominus, inquiunt, magna vel parva, sed dimittet vobis pater vester peccata vestra, si et vos dimiseritis hominibus. Ac per hoc putant etiam eis, qui perdite vixerint, donec claudant diem vite huius extremum, per hanc orationem qualiacumque et quantacumque fuerint omnia cotidie peccata dimitti, sicut ipsa cotidie frequentatur oratio, si hoc tamen custodire meminerint, ut quando ab eis veniam petunt qui eos peccato qualicumque leserunt, ex corde dimittant. Cum ad hec omnia deo donante respondero, liber iste claudendus est.

De hiis qui putant ea crimina que inter elemosinarum opera committuntur ad dampnationis iudicium non vocari. capitulum xxii.

Ad primum quero oportet, atque cur sancta ecclesia ferre nequiverit hominum disputationem diabolo etiam post maximas et diuturnissimas penas purgationem vel indulgentiam pollicentem. Neque enim tot sancti et sacris veteribus ac novis litteris eruditi mundationem et regni celorum beatitudinem post qualiacumque et quantacumque supplicia qualibuscumque et quantiscumque angelis inviderunt, sed potius viderunt divinam vacuari vel infirmari non posse sententiam, quam se dominus pronunciavit in iudicio prolaturum atque dicturum: Discedite a me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Sic quippe ostendit eterno igne diabolum et angelos eius arsuros; et quod scriptum est in apocalypsi: Diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis et sulphuris, quo et bestia et pseudo propheta, et cruciabuntur die et nocte in secula seculorum. Quod ibi dictum est eternum, hic dictum est in secula seculorum; quibus verbis nichil scriptura divina significare consuevit, nisi quod finem non habet temporis. Quamobrem prorsus nec alia causa nec iustior nec manifestior inveniri potest, cur verissima pietate teneatur fixum et immobile, nullum regressum ad iusticiam vitamque sanctorum diabolum et angelos eius habituros, nisi quia scriptura, que neminem fallit, dicit eis deum non pepercisse, et sic ab illo esse interim predampnatos, ut carceribus caliginis inferni retrusi traderentur servandi atque ultimo iudicio puniendi, quando eos eternus ignis accipiet, ubi cruciabuntur in secula seculorum. Quod si ita est, quomodo ab huius eternitate pene vel universi vel quidam homines vel quantalibet temporis subtracta

hentur, ac non statim enervabitur fides, qua creditur sempiternum demonum futurum esse supplicium? Si enim quibus dicetur: Discedite a me maledicti in ignem eternum, qui paratus est diabolo et angelis eius, vel universi vel aliqui eorum non semper ibi erunt, quid igitur cause est, cur diabolus et angeli eius semper ibi futuri esse credantur? An forte dei sententia, que in malos et angelos et homines proferetur, in angelos vera erit, in homines falsa? Ita plane hoc erit, si non quod deus dixit, sed quod suspicantur homines, plus valebit. Quod fieri quia non potest, non argumentari adversus deum, sed divino potius, dum tempus est, debent parere precepto, qui sempiterno cupiunt carere supplicio. Deinde quale est eternum supplicium pro igne diuturni temporis non existimare, et vitam eternam credere sine fine, cum christus in eodem ipso loco, in una eademque sententia dixit utrumque complexus sit: Ibunt isti in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam? Si utrumque eternum, profecto aut utrumque cum fine diuturnum, aut utrumque sine fine perpetuum debet intelligi. Par pari enim relata sunt: hinc supplicium eternum, inde vita eterna. Dicere autem in hoc uno eodemque sensu vita eterna sine fine erit, supplicium eternum finem habebit, multum absurdum est. Unde quia vita eterna sanctorum sine fine erit, supplicium quoque eternum quibus erit, finem procul dubio non habebit.

Contra opinionem eorum qui dicunt nec diaboli nec hominum malorum perpetua futura supplicia. capitulum xxiii.

Hoc autem et adversus eos valet, qui suas agentes causas contra dei venire verba, velut misericordia maiore, conantur, ut ideo videlicet vera sint, quia ea que dixit homines esse passuros, pati digni sunt, non quia passuri sunt. Donabit enim eos, inquiunt, precibus sanctorum suorum, et tunc tanto magis orantium pro inimicis suis, quanto sunt utique sanctiores, eorumque efficacior est oratio et exauditione dei dignior iam nullum habentium omnino peccatum. Cur ergo eadem perfectissima sanctitate et tunc tam impetrare valentibus mundissimis et misericordissimis precibus etiam pro angelis non orabunt, quibus paratus est ignis eternus, ut deus sententiam suam mitiget et reflectat in melius, eosque ab illo igne faciat alienos? An erit forsitan quisquam, qui et hoc futurum esse presumat, affirmans etiam sanctos angelos simul cum sanctis hominibus, qui tunc equales erunt angelis dei, pro dampnandis et angelis et hominibus oraturos, ut misericordia non patiantur quod veritate pati merentur? Quod nemo sane fidei dixit, nemo dicturus est; alioquin nulla causa est, cur non etiam nunc pro diabolo et angelis eius oret ecclesia, quam magister deus pro inimicis suis iussit orare. Hec igitur causa, qua fit ut nunc ecclesia non oret pro malis angelis, quos suos novit inimicos, eadem ipsa causa est, qua fiet ut in illo tunc iudicio etiam pro hominibus eterno igne cruciandis quamvis perfecta sit sanctitate non oret. Nunc enim propterea pro eis orat, quos in genere humano habet inimicos, quia tempus est penitentie fructuose. Nam quid

maxime pro eis orat, ut det illis deus sicut dicit apostolus penitentiam et resipiscant de dyaboli laqueis, a quo captivi tenentur secundum ipsius voluntatem. Denique si de aliquibus ita certa esset, ut qui sint illi etiam nosset, qui licet adhuc in hac vita sint, tamen in eternum ignem ire cum dyabolo tam pro ipsis non oraret, quam nec pro ipso. Sed quia de nullo certa est, orat pro omnibus dumtaxat hominibus inimicis suis in hoc corpore constitutis, nec tamen pro omnibus exauditur. Pro hiis enim solis exauditur, qui etsi adversantur ecclesie, ita sunt predestinati, ut pro eis exaudiatur ecclesia, et filii efficiantur ecclesie. Si qui autem usque ad mortem habebunt cor inpenitens, nec ex inimicis convertuntur in filios, numquid iam pro eis, id est pro talium defunctorum spiritibus, orat ecclesia? Quid ita, nisi quia iam in parte dyaboli computantur, qui cum essent in corpore non sunt translati ad Christum? Eadem itaque causa est, cur non oretur tunc pro hominibus eterno igne puniendis, que causa est, ut neque nunc neque tunc oretur pro angelis malis. Que itidem causa est, ut quamvis pro hominibus, tamen iam nec nunc oretur pro infidelibus impiisque defunctis. Nam pro defunctis quibusdam, vel ut dixi pro mortuis ecclesie, vel quorundam piorum exaudit orationem eis licet, qui in Christo renati non adeo ita male vixerint in corpore, ut tali misericordia habeantur indigni, nec etiam sic bene, ut inveniantur talia misericordia non egere. Tales etiam constat ante iudicii diem per penas temporales, quas eorum spiritus patiuntur, purgatos receptis corporibus eterni ignis suppliciis non tradendos. Quod si ita est, quid dicendum est de hiis qui in simili vita invenientur in die iudicii, id est quos huiusmodi dies ille viventes invenerit, cum quodammodo uno momento moriantur et resurgant, et non sit spacium, ut pro eis aut oratio sanctorum possit audiri, aut eorum ante iudicium temporali pena purgari? Numquid nam dicendi sunt eterno igni nunquam absolvendi tradi posse tempore iudicii, quibus vitam talem egisse concedimus, ut si ante iudicium mortui essent, temporali supplicio ac sanctorum orationibus mundarentur? Ipsius ecclesie, vel quorundam piorum exauditur oratio, sed pro hiis, quorum in Christo regeneratorum nec usque adeo vita in corpore male gesta est, ut tali misericordia iudicetur digni non esse, nec usque adeo bene, ut talem misericordiam reperiantur necessariam non habere. Sicut enim facta resurrectione mortuorum non deerunt, quibus post penas quas patiuntur spiritus mortuorum impertiatur misericordia, ut in ignem non mittantur eternum. Neque enim de quibusdam veraciter diceretur, quod non eis remittatur neque in hoc seculo neque in futuro, nisi essent, quibus etsi non in isto, tamen remittetur in futuro. Sed cum dictum fuerit a iudice vivorum atque mortuorum: Venite benedicti, possidete paratum vobis a constitutione mundi regnum, et aliis e contrario: Discedite a me maledicti in ignem eternum, qui paratus est dyabolo et angelis eius; et ibunt isti in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam: Nimie presumptionis est dicere cuiquam eorum eternum supplicium non futurum, quos deus iturus in supplicium dixit eternum, et pro huius

presumptionis persuasione facere, ut de ipsa quoque vita vel desperetur vel dubitetur eterna. Nemo itaque sic intelligat psalmum canentem: Numquid obliviscetur misereri deus, aut continebit in ira sua miserationes suas, ut opinetur de omnibus bonis veram, de malis falsam dei esse sententiam, hoc enim quod ait psalmista, ad vasa misericordie pertinet, et ad filios promissionis, quorum erat unus etiam ipse propheta. Qui cum dixisset: Numquid obliviscetur misereri etiam deus aut continebit in ira sua miserationes suas, continuo subiecit: Et dixi nunc cepi, hec est inmutatio dextre excelsi. Exposuit profecto, quid dixit: Numquid continebit in ira sua miserationes suas. Ira enim dei est etiam vita mortalis, ubi homo vanitati similis factus est, dies eius velut umbra pretereunt. In qua tamen ira non obliviscetur misereri deus, faciendo solem suum oriri super bonos et malos, et pluendo super iustos et iniustos; ac sic non continet in ira sua miserationes suas, maxime in eo quod expressit hic psalmus dicendo: Nunc cepi, hec est inmutatio, quoniam in hac ipsa erumpnosa vita, que ira dei est, vasa misericordie mutet in melius, quamvis adhuc in huius corruptionis miseria maneat ira eius, quia nec in ipsa ira sua continet miserationes suas. Cum ergo isto modo compleatur divini illius cantici veritas, non est eam necesse etiam illic intelligi, ubi non pertinentes ad civitatem dei sempiterno supplicio puniuntur. Sed quibus placet istam sententiam usque ad illa impiorum tormenta protendere, saltem sic intelligant, ut manente in eis ira dei, que in eterno est pronunciata supplicio, non contineat deus in hac ira sua miserationes suas, et faciat eos non tanta, quanta digni sunt penarum atrocitate cruciari, non ut eas penas vel nunquam subeant, vel aliquando finiant, sed ut eas mitiores, quam merita sunt eorum, leniores que patiantur. Sic enim in ira dei manebit, et in ipsa ira sua miserationes suas non continebit. Quod quidem non ideo confirmo, quoniam non resisto. Ceterum eos, qui putant inaniter potius quam veraciter dictum: Discedite a me maledicti in ignem eternum, Et ibunt isti in supplicium eternum, et cruciabuntur in secula seculorum, et vermis eorum non morietur, et ignis eorum non extinguetur, et cetera huiusmodi, non tam ego quam ipsa scriptura divina planissime atque plenissime redarguit atque refellit. Niniuite quippe in hac vita egerunt penitenciam, et ideo fructuosam, velut in hoc agro seminantes, in quo deus voluit cum lacrimis seminari, quod postea cum leticia meteretur. Et tamen quis negabit, quod dominus predixit in eis fuisse completum, nisi parum advertat, quemadmodum peccatores deus non solum iratus, verum etiam miseratus evertat? Evertuntur enim peccatores duobus modis, aut sicut Sodomite, ut pro peccatis suis ipsi homines puniantur, aut sicut Niniuite, ut ipsa hominum peccata penitendo destruantur. Factum est ergo quod predixit deus; eversa est Niniue, que mala erat, et bona edificata est, que non erat. Stantibus enim menibus

ac domibus eversa est civitas, iudicibus moribus ac sic quamvis prophetia fuerat consummata, quod non est factum quia illi homines timuerunt, illo prophetante futurorum, factum est enim quod futurum erat deo presciente predictum. Quia noverat quod predixit quo in melius esset implendum. Ut autem noverint isti in quo pertineant misericordes quo pertinet quod scriptum est: Quam magna multitudo dulcedinis tue domine, quam abscondisti timentibus te, legant quod sequitur: perfecisti autem sperantibus in te. Quid est enim abscondisti timentibus, perfecisti sperantibus, nisi quia illis qui timore penarum suam iustitiam volunt constituere, que in lege est, non est iustitia dei dulcis, quia nesciunt eam? Non enim gustaverunt eam. In se namque sperant, non in ipso. Et ideo eis absconditur multitudo dulcedinis dei, quam timent quidem deum sed illo timore servili, qui non est in caritate, quia perfecta caritas foras mittit timorem. Ideo sperantibus in eum perficit dulcedinem suam inspirando eis caritatem suam, ut timore casto, non quem caritas foras mittit, sed permanente in seculum seculi, cum gloriantur, in domino glorientur. Iustitia quippe dei Christus est, qui factus est nobis, sicut dicit apostolus, sapientia a deo et iustitia et sanctificatio et redemptio, ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur in domino glorietur. Hanc dei iustitiam quam donat gratia sine meritis nesciunt illi qui suam iustitiam volunt constituere, et ideo iustitie dei, quod Christus est, non sunt subiecti. In qua iustitia est multa multitudo dulcedinis dei, propter quam dicitur in psalmo: Gustate et videte quoniam dulcis est dominus. Et hanc quidem in hac peregrinatione gustantes, non ad satietatem sumentes, esurimus eam potius atque sitimus, ut ea postea satiemur, cum videbimus eum sicuti est, et implebitur quod scriptum est: Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Ita perficit Christus multam multitudinem dulcedinis sue sperantibus in eum. Porro autem si eam quam illi putant dulcedinem suam deus abscondit timentibus eum, qua non est impios damnaturus, ut hoc nescientes et damnari timentes recte vivant, ac sic possint esse qui orent pro non recte viventibus, quo eam perficit sperantibus in eum, quandoquidem sicut somniant propter hanc dulcedinem non damnaturus est eos qui non sperant in eum? Illa ergo eius dulcedo queratur quam perficit sperantibus in eum, non quam perficere putatur contempnentibus et blasphemantibus eum. Frustra itaque homo post hoc corpus inquiret quod in hoc corpore sibi comparare neglexit. Illud quoque apostoli: Conclusit enim deus omnes in infidelitate ut omnium misereatur, non ergo ideo datum est quia neminem sit damnaturus, sed superius apparet unde sit dictum. Nam cum de Iudeis postea credituris apostolus loqueretur ad gentes, ad quas utique iam credentes conscribebat epistolas: Sicut enim vos, inquit, aliquando non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis illorum incredulitate, sic et hii nunc non crediderunt in vestra misericordia, ut et ipsi misericordiam consequantur. Deinde subiecit, unde isti sibi errando blandiuntur,

atque ait: Conclusit enim deus omnes in infidelitate ut omnium misereatur. Quos omnes nisi de quibus loquebatur, tamquam dicens: et vos et illos? Deus ergo et gentiles et Iudeos quos prescivit et predestinavit conformes ymaginis filii sui, omnes in infidelitate conclusit, ut de amaritudine infidelitatis sue penitendo confusi, et ad dulcedinem misericordie dei credendo conversi, clamarent illud in psalmo: Quam multa multitudo dulcedinis tue domine, quam abscondisti timentibus te, perfecisti autem sperantibus non in se sed in te. Omnium itaque miseretur vasorum misericordie. Quid est omnium? Et eorum scilicet quos ex gentibus et eorum quos ex Iudeis predestinavit, vocavit, iustificavit, glorificavit; non omnium hominum, sed istorum omnium neminem damnaturus.

Contra eorum sensum qui in iudicio dei omnibus reis propter sanctorum preces putant esse parcendum. xxiiii c.

Sed iam respondeamus etiam illis qui non solum dyabolo et angelis eius, sicut nec isti, sed nec ipsis quidem omnibus hominibus liberationem ab eterno igne promittunt, verum eis tantum qui Christi baptismate abluti et corporis eius et sanguinis participes facti sunt, quomodolibet vixerint, in quacumque heresi vel impietate fuerint. Sed contra dicit eis apostolus dicens: Manifesta autem sunt opera carnis, que sunt fornicatio, inmunditia, luxuria, ydolorum servitus, veneficia, inimicitie, contentiones, emulationes, animositates, dissensiones, hereses, invidie, ebrietates, comessationes, et hiis similia, que predico vobis sicut predixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Hec profecto apostolica falsa est sententia, si tales post quantalibet tempora liberati regnum dei possidebunt. Sed quia falsa non est, profecto regnum dei non possidebunt. Et si in regni dei possessione numquam erunt, eterno supplicio tenebuntur, quoniam non est medius ubi non sit in supplicio qui illo non fuerit constitutus in regno. Quapropter quod ait dominus Ihesus: Hic est panis qui de celo descendit, ut si quis ex ipso manducaverit non moriatur. Et ego sum panis vivus qui de celo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum, quomodo sit accipiendum merito queritur. Et ab istis quidem quibus nunc respondemus hunc intellectum auferunt illi quibus deinde respondendum est. Hii sunt qui hanc liberationem nec omnibus habentibus sacramentum baptismatis et corporis Christi, sed solis catholicis, quamvis male viventibus, pollicentur, quia non solo, inquiunt, sacramento, sed re ipsa manducaverunt corpus Christi, in ipso scilicet eius corpore constituti, de quo corpore ait apostolus: Unus panis, unum corpus multi sumus. Qui ergo est in eius corporis unitate, id est in christianorum compage membrorum, cuius corporis sacramentum fideles communicantes de altari sumere consueverunt, ipse vere dicendus est manducare corpus Christi et bibere sanguinem Christi. Ac per hoc heretici et scismatici ab huius unitate corporis separati possunt idem percipere sacramentum, sed non sibi utile, immo vero etiam noxium, quo iudicentur gravius, quam vel tardius liberentur. Non sunt enim in eo vinculo pacis quod illo exprimitur sacramento. Sed rursus etiam isti, qui recte intelligunt non dicendum esse manducare corpus

PX

Christi, qui in corpore non est Christi. Non recte promittitur eis, qui vel in haeresim vel etiam in gentilium superstitionem ex illius corporis unitate labuntur, liberatio quoque ab aeterni ignis supplicio: primum quia debent attendere quam sit intollerabile atque a sana doctrina nimis devium, ut multi ac pene omnes, qui haereses impias condiderunt exeuntes de catholica ecclesia et facti sunt haeresiarchae, meliores habeant causas quam hii qui numquam fuerunt catholici, cum in eorum laqueos inciderint, si illos haeresiarchas hoc facit liberare a supplicio sempiterno, quod in catholica ecclesia baptizati sunt et sacramentum corporis Christi in vero Christi corpore primitus acceperunt, cum peior utique sit desertor fidei, et ex desertore oppugnator eius effectus, quam ille qui non deseruit quod numquam tenuit. Deinde et his occurrit apostolus eadem verba proferens, et enumeratis illis carnis operibus eadem veritate praedicens: quoniam qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. Unde nec illi in perditis et dampnabilibus moribus debent esse securi, qui usque in finem quidem velut in communione ecclesiae catholicae perseverant, intuentes quod dictum est: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, et per vitae iniquitatem ipsam vitae iustitiam, quod eis Christus est, deserunt, sive fornicando, sive alias in munditias flagitiorum, quas nec apostolus exprimere voluit, in suo corpore perpetrando, sive turpitudine luxuriae defluendo, sive aliquid eorum agendo, de quibus ait: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt; ac per hoc quicumque agunt talia, nisi in sempiterno supplicio non erunt, quia in Dei regno esse non poterunt. In his enim perseverando usque in huius vitae finem non utique dicendi sunt in Christo perseverasse in finem, quia in Christo perseverare est in eius fide perseverare, quae fides, ut eam diffinit idem apostolus, per dilectionem operatur; dilectio autem, sicut idem alibi dicit, malum non operatur. Nec isti ergo dicendi sunt manducare corpus Christi, quoniam nec in membris computandi sunt Christi. Ut enim alia taceam, non possunt simul esse et membra Christi et membra meretricis. Denique ipse dicens: Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo, ostendit quid sit non sacramento tenus, sed revera corpus Christi manducare et eius sanguinem bibere; hoc est enim in Christo manere, ut in illo maneat et Christus. Sic enim hoc dixit, tamquam diceret: Qui non in me manet et in quo non maneo, non se dicat aut existimet manducare corpus meum aut bibere sanguinem meum. Non itaque manent in Christo qui non sunt membra eius. Non sunt autem membra Christi qui se faciunt membra meretricis, nisi malum illud penitendo esse destiterint et ad hoc bonum reconciliatione redierint.

[margin: in vero Christi]

[margin: usque in finem quia in Christo perseverare]

An qui inter haereticos baptizati sunt et deteriores postea male vivendo facti sunt, vel hii qui apud catholicos renati ad haereses aut scismata transierunt, vel hii qui a catholicis apud quos renati sunt non recedentes criminose vivere perstiterunt, possint privilegio sacramentorum in remissionem aeterni supplicii. XXV. c.

[margin: sperari]

Sed habent in manibus christianam catholici Christum in fundamento, a cuius unitate non recesserunt, et si huic fundamento quamlibet pessimam vitam velut ligna fenum stipulam superaedificaverint. Recta itaque fides, per quam Christus est fundamentum, quamvis cum dampno, quoniam illa quae superaedificata sunt exurentur, poterit eos quandoque ab illius ignis perpetuitate salvare. Respondeat eis breviter apostolus Iacobus: Si quis dicat se fidem habere, opera autem non habeat, numquid poterit fides salvare eum? Et quis est, inquiunt, de quo dicit apostolus Paulus: Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem? Simul quis iste sit inquiramus; hunc tamen non esse certissimum est, ne duorum apostolorum sententias mittamus in rixam, si unus dicit: Etiam si mala opera quis habuerit, salvabit eum per ignem fides, alius autem: Si opera non habeat, numquid poterit fides salvare eum? Inveniemus ergo quis possit salvari per ignem, si prius invenerimus quid sit habere in fundamento Christum. Quod ut de ipsa similitudine quantocius advertamus, nihil in aedificio praeponitur fundamento. Quisquis itaque sic habet in corde Christum, ut ei terrena et temporalia, nec ea quae licita sunt atque concessa, praeponat, fundamentum habet Christum. Si autem praeponat, etsi videtur habere fidem Christi, non est tamen in eo fundamentum Christus, cui talia praeponuntur; quanto magis, si salubria praecepta contempnens committat illicita, non praeposuisse Christum, sed postposuisse convincitur, quem post habuit imperantem sive concedentem, dum contra eius imperata sive concessa sua per flagitia delegit explere libidine. Si quis itaque christianus diligit meretricem eique adhaerens unum corpus efficitur, iam in fundamento non habet Christum. Si quis autem diligit uxorem suam, si secundum Christum, quis ei dubitat in fundamento esse Christum? Si vero secundum hoc saeculum, si carnaliter, si in morbo concupiscentiae, sicut et gentes quae ignorant Deum, etiam hoc secundum veniam concedit apostolus, immo per apostolum Christus. Potest ergo et iste habere in fundamento Christum. Si enim nihil ei talis affectionis voluptatisque praeponat, quamvis superaedificet ligna fenum stipulam, Christus est fundamentum; propter hoc salvus erit per ignem. Delicias quippe huiusmodi amatoresque terrenos propter coniugalem quidem copulam non dampnabiles tribulationis ignis exuret; ad quem ignem pertinent et orbitates et quaecumque calamitates, quae auferunt ista. Ac per hoc ei qui aedificavit erit aedificatio ista dampnosa, quia non habebit quod superaedificavit, et eorum amissione cruciabitur, quibus fruendo utique laetabatur. Sed per hunc ignem salvus erit merito fundamenti, quia et si persecutor proponeret, utrum illa mallet an Christum, a persecutore propositis Christo non praeponeret. Vide apostoli verbis hominem

edificant/ sup fudamentu aurum et argentu
lapides preciosos/ Qui sine uxore est/ in quit/
cogitat que sut dei/ quo placeat deo/ Vide a
liu edificantem ligna/ fenu stipulam/ Qui
aut in matrimonio iunctus est inquit/ cogitat q
sut mundi/ quo placeat uxori/ Uniuscuiusque o
pus manifestabit/ dies enim dni declarabit/ di
es utiqz tribulacionis/ qui in igne inquit reue
labit/ Eandem tribulacionem igne vocat sicut
alibi legitur/ Vasa figuli probat fornax/ et
homines iustos temptacio tribulacionis/ Et
uniuscuiusque opus quale sit/ ignis probabit/
Si cuius opus pmanserit/ pmanet enim qd
quisqz cogitat/ que sut dei/ quo placeat deo/
Quod supedificauit mercedem accipiet/ i unde co
gitauit/ hoc sumet/ Si cuius aut opus arserit/
dampnu pacietur/ quia qd dilexerat/ no hebit/
Ipse aut saluus erit quia/ eum nulla tri
bulacio/ ab illius fundamenti stabilitate/ re
mouet/ sic tn qsi p ignem/ Quod enim sine alli
ciente amore no hbuit/ sine urente dolore
no pdet/ Ecce quantu m videtur/ inuentus
est ignis/ qui nullu eorum dapnet/ Sz unu
ditet/ altm dampnificet/ ambos probet
Si aut ignem illum/ isto loco voluimus accipe
de quo dns dicit/ sinistris/ Discedite a me ma
ledicti i ignem etnu/ ut in eis et isti credant
ee/ qui edificant sup fudamentu ligna. fe
nu stipulam/ eos qz ex illo igne/ post tpus pmal
meritis inpticu/ liberet boni meritu funda
menti/ Quid arbitrim dextros/ quibus dicet
Venite bndicti patris mei/ possidete patu
vobis regnu/ n eos qui edificauerut sup fu
damentu/ aurum et argentu lapides preciosos
Sz in illu ignem de quo dictu est sic tn qsi
p ignem/ si hoc mo est intelligendus/ ut
qz mittendi sut/ et dextri s. et sinistri/ Ipo
quippe igne utriqz pbandi sut/ de quo dictu
est/ dies enim declarabit/ quia in igne reue
labit/ et uniuscuiusque opus/ quale sit igs
pbabit/ Si igo utrqz pbabit ignis/ ut si
cuius opus pmanserit i. no fuit igne con
sumptum/ quod supedificauit/ mercedem accipi
et/ Si cuius aut opus arserit/ dampnu
paciar/ pfecto no e ipe eternus ille ignis/
In illum enim soli sinistri/ nouissima et ppe
tua dapnacoe mittuntur/ Ipe aut dextros
probat/ s alios eorum sic probat/ ut edificiu
qd sup xpm fundamentu ab eis inuenit
ee gstructu/ no exurat atz consumat/ alios
aut alit i. qd supedificauerut ardeat/
dapnu qz inde paciant/ Salui fiat aut
qui xpm in fundamento stabilit positum
pcellenti caritate [illegible] tenuerut/ Si at
salui fient/ profecto et ad dextram stabunt
et cu ceteris audient/ Venite bndicti p. mei pos
sidete patu vobis regnu/ no ad sinistram
ubi illi erunt/ qui audient/ Discedite a me
maledicti in igne etnu/ Nemo quippe ab
illo igne saluabit/ qz in supplicium etnum

ibunt illi homines/ ubi vermis eorum no morietur
et ignis no extinguet/ quo cruciabunt die
ac nocte/ in secula seculorum/ Post istius sa
ne corporis mortem/ donec ad illu veniatur
qui post resurrectionem corporum futurus est/ dap
nacionis et remuneracionis ultimus dies/ si
hoc tpis interuallo/ spus defunctorum eiusmodi
igne dicunt/ ppeti/ quem no senciunt illi/ qui
no habuerunt tales mores et amores/ huius
corporis vita ut eorum lignu et fenu et stipu
la consumat/ alii vo senciant qui eiusmodi
secum edificia portauerunt/ sive ibi tm sive
et hic/ et ibi/ sive ideo hic ut ibi/ secularia qu
uis a dampnacoe venialia/ concremantis igne
transitorie tribulacionis inueniat/ no redar
guo/ qz forsitan verum est/ Pt quippe ad istam
tribulacionem ptinere/ etiam ipa mors carnis
q de primi peti ppetracoe/ concepta est/ Ut
sm cuiusque edificium/ tpus qd eam sequitur ab
uno quoqz senciat/ Persecuciones quoqz qbus
martires coronati sunt/ et quas patiunt qcuqz x
ani/ probant utraqz edificia/ velut ignis
et alia consumunt cu ipis edificatoribus/ si xpm
in eis no inueniut fundamentu/ alia sine ipis
si inueniut/ qz h cu dampno salui erut ipi/ Alia
vo no consumunt/ qz talia reperiut q maneat in etnum
Erit etiam in fine seculi tribulacio/ tpe anti
xpi/ qualis nunq antea fuit/ Quam multa
erunt tunc edificia/ sive aurea sive fenea/ sup
optimu fundamentu qd est xpus ihus/ ut ig
nis ille probet utraqz/ et de aliis dampnum/ et
de aliis gaudium/ inferat/ neutros tn pdat in
quibus hec inuenerit pp stabile fundamentu/ Qui
cuqz aut carnalem vel voluptatem/ Sz ipa q
ab eiusmodi delectacionibus aliena sut nota
pietatis humano more carnalit diligendo/
xpo an ponit/ no eu ht in fundamento/ et ideo
no p ignem saluus erit/ Sz saluus no erit/ qz
esse cum saluatore no potit/ q dechac aptissi
me loquens ait/ Qui amat patrem et matrem
plus q me/ no est me dignus/ Et qui amat
filium aut filiam/ sup me/ no est me dignus/
Verum qui has necessitudines sic amat carnalit
ut tn eas xpo dno no pponat/ malitqz ipis
carere/ qm xpo/ si ad hoc fuit articulum tem
tacionis adductus/ p ignem saluus erit/ qz
eorum amissione tm urere est urat dolor/ qm
tm hereserat amor/ Porro qui patrem matrem fili
os filias qz sedm xpm dilexit/ ut ad eius reg
num obtinendum/ eiqz coherendum illis consulat
vel hoc in eis diligat/ qd membra sut xpi/ Ab
sit ut ista dilectio repiatur in lignis feno et
stipula/ consuenda/ sz pocius edificio aureo
argenteo gemmeo deputabitur/ Quo no aut pt
eos plus amare/ qm xpm/ quos amat/ utiqz
pp xpm/ Quid sit in fundamento hre xpm et quibus spondeat salus qsi p ignis usturam. xxvi ca.

Restat aut responso/ qui dicunt etno igne/ illos tmo arsuros/ qui pp fidem

suis facere dignas elemosinas negligunt, propter illud quod ait apostolus Jacobus: Judicium autem sine misericordia illi qui non facit misericordiam. Cui ergo fecit, inquiunt, quamvis non correxerit perditos mores, sed nepharie ac nequiter inter ipsas suas elemosinas vixerit, cum misericordia illi futurum est judicium, ut aut non dampnetur omnino, aut post aliquod tempus a dampnatione novissima liberetur. Nec ob aliud estimant Christum nisi de solo delicto atque neglectu elemosinarum discretionem inter dextros et sinistros esse facturum, quorum alios in regnum, alios in supplicium mittat eternum. Ut autem cottidiana sibi opinentur, que facere omnino non cessant, qualiacumque et quantacumque sint, per elemosinas dimitti posse peccata, orationem quam docuit ipse dominus et suffragatricem sibi adhibere conantur et testem. Sicut enim nullus est, inquiunt, dies quo a christianis hec oratio non dicatur, ita nullum est cottidianum qualecumque peccatum quod per illam non dimittatur, cum dicimus: Dimitte nobis debita nostra, si quod sequitur facere curemus: Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Non enim ait dominus, inquiunt: Si dimiseritis peccata hominibus, dimittet vobis pater vester cottidiana parva peccata, sed: Dimittet vobis, inquit, peccata vestra. Qualiacumque ergo vel quantacumque sint, etiam si cottidie perpetrentur, nec ab eis vita discedat in melius commutata, per elemosinam venie non negate remitti sibi posse presumunt. Sed isti dignas pro peccatis elemosinas commonent esse faciendas, quoniam si dicerent qualescumque elemosinas pro peccatis et cottidianis et magnis et quacumque scelerum consuetudine veniam posse impetrare divinam, ut ea cottidiana remissio sequeretur, viderent rem se dicere absurdam atque ridiculam. Sic enim cogerentur fateri fieri posse ut opulentissimus homo decem nummulis diurnis in elemosinas impensis homicidia et adulteria et nepharia quecumque facta redimeret. Quod si absurdissimum et insanissimum est dicere, profecto si queratur que digne sint pro peccatis elemosine de quibus etiam Christi precursor ille dicebat: Facite ergo fructus dignos penitencie, procul dubio non invenientur eas facere qui vitam suam usque ad mortem cottidianorum criminum perpetratione confodiunt. Primo quia in auferendis rebus alienis longe plura diripiunt, ex quibus pro exigua pauperibus largiendo Christum se ad hoc pascere existimant, ut licentiam malefactorum ab illo se emisse vel cottidie potius emere credentes secure dampnabilia tanta committant. Qui si pro uno scelere omnia sua distribuerent indigentibus membris, nisi desisterent a talibus factis agendo caritatem que non agit perperam, aliquid eis prodesse non posset. Qui ergo dignas pro suis peccatis elemosinas facit, prius eas facere incipiat a se ipso. Indignum est enim ut in se non faciat qui facit in proximum, cum audiat dicentem deum: Diliges proximum tuum tamquam te ipsum. Itemque audiat: Miserere

anime tue placens deo. Hanc ergo elemosinam, id est ut deo placeat, non faciens anime sue, quomodo dignas pro peccatis suis elemosinas facere dicendus est? Ad hoc enim et idem illud scriptum est: Qui sibi malignus est, cui bonus erit? Orationes quippe adiuvant elemosine. Et utique intuendum est quod legimus: Fili, peccasti, ne adicias iterum, et de pristinis deprecare ut dimittantur tibi. Propter hoc ergo elemosine faciende sunt, cum de pristinis peccatis deprecamur, ut dimittantur tibi [va-cat]. Propter hoc ergo elemosine faciende sunt, ut de pristinis peccatis deprecantes exaudiamur, non ut in eis perseverantes licentiam malefaciendi nos per elemosinas comparare credamus. Ideo autem dominus et dextris elemosinas ab eis factas et sinistris non factas se imputaturum esse predixit, ut hinc ostenderet quantum valeat elemosina ad delenda priora, non ad perpetua impune committenda peccata. Tales autem elemosinas non dicendi sunt facere qui vitam nolunt a consuetudine scelerum in melius commutare. Et in hoc quod ait: Quando uni ex minimis meis non fecistis, mihi non fecistis, ostendit eos non facere quod se facere existimant. Si enim christiano esurienti panem tamquam christiano darent, profecto sibi panem iusticie, quod ipse Christus est, non negarent, quoniam deus non cui detur sed quo animo detur attendit. Qui autem Christum diligit in christiano, hoc animo ei porrigit elemosinam quo accedit ad Christum, non quo vult recedere impunitus a Christo. Tanto enim magis quisque deserit Christum quanto magis diligit quod improbat Christus. Nam quid cuique prodest quod baptizatur, si non iustificatur? Nonne qui dixit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non intrabit in regnum dei, ipse dixit: Nisi abundaverit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum? Cur illud timendo multi currunt baptizari, et hoc non timendo non multi currunt iustificari? Sicut ergo non fratri suo dicit: Fatue, qui cum hoc dicit non ipsi fraternitati sed peccato eius infensus est, alioquin reus erit gehenne ignis, ita e contrario qui porrigit elemosinam christiano non christiano porrigit, qui non in eo diligit Christum; non autem diligit Christum qui iustificari recusat in Christo. Et quemadmodum si quis preoccupatus fuerit hoc delicto, ut fratri suo dicat: Fatue, id est non eius peccatum volens auferre convicietur iniuste, parum est illi ad hoc redimendum elemosinas facere, nisi etiam quod ibi sequitur remedium reconciliationis adiungat. Ibi enim sequitur: Si ergo offeres munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ad altare et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum; ita parum est elemosinas quantaslibet facere pro quocumque scelere et in consuetudine scelerum permanere. Oratio vero cottidiana quam docuit ipse Jhesus, unde et dominica nuncupatur, delet quidem cottidiana peccata, cum cottidie dicitur: Dimitte nobis debita nostra, atque id quod sequitur non solum dicitur sed et fit: Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Sed quia fiunt

peccata, non dicitur, non ut non fiant, quod dicitur. per hanc
enim nobis voluit salvator ostendere, quantum-
libet iuste in huius vite caligine atque infir-
mitate vivamus, non nobis deesse peccata, pro qui-
bus dimittendis debeamus orare, et eis qui in
nos peccant ignoscere, ut et nobis dimittatur
et ignoscatur. Non itaque propterea dominus ait, Si di-
miseritis peccata hominibus, dimittet vobis et
pater vester peccata vestra, ut de hac oratione confi-
si securi, cottidiana scelera faceremus, vel
potentia, qua non timeremus hominum leges, vel as-
tucia, qua ipsos homines falleremus; Sed ut per illam
disceremus non putare nos esse sine peccatis
etiam si a criminibus essemus immunes, sicut et
legis veteris sacerdotes hoc ipsum deus de sacrifi-
ciis admonuit, quos iussit primum pro suis
deinde pro populi offerre peccatis. Nam et ipsa verba
tanti magistri et domini nostri vigilanter intuenda
sunt. Non enim ait, Si dimiseritis peccata ho-
minibus, et pater vester dimittet vobis qualiacumque
peccata, sed ait peccata vestra. Cottidianam quippe
orationem docebat, et iustificatis utique disci-
pulis loquebatur. Quid est ergo peccata vestra, nisi
peccata sine quibus nec vos eritis, qui iustifi-
cati estis? Ubi ergo illi, qui per hanc orationem

(et sanctificati)

occasionem perpetrandorum cottidie scelerum querunt,
dicunt dominum significasse etiam magna peccata,
quia non dixit dimittet vobis parva, sed pec-
cata vestra, nichil aliud debemus existimare quam
parva, quia talium iam non erant magna. Verumtamen
nec ipsa magna, a quibus omnino mutatis
in melius moribus recedendum est, dimittuntur
orantibus, nisi fiat quod ibi dicitur: Sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris. Si enim minima pec-
cata, sine quibus non est etiam vita iustorum, ali-
ter non remittuntur, quanto magis multis et mag-
nis criminibus involuti, etiam si ea perpetrare
iam desinant, nullam indulgentiam consequuntur,
si ad remittendum aliis quod in eos quisque pec-
cavit, inexorabiles fuerint, cum dicat dominus:
Si autem non dimiseritis peccata hominibus, ne-
que pater vester dimittet vobis. Ad hoc enim valet
quod et Iacobus apostolus ait: Iudicium futurum sine
misericordia illi qui non fecit misericordiam. Venire quip-
pe debet in mentem etiam servus ille, cui debitori
dominus eius relaxavit decem milia talen-
torum, quae postea iussit ut redderet, quia ipse non mi-
sertus est conservi sui, qui ei debebat cen-
tum denarios. In his ergo qui filii sunt pro-
missionis et vasa misericordie, valet quod ait idem
apostolus consequenter adiungens: Superexaltat autem
misericordia iudicio; quoniam et illi iusti, qui tanta sancti-
tate vixerunt, ut alios quoque recipiant in
tabernacula eterna, a quibus amici facti sunt de
mammona iniquitatis, ut tales essent, misericordia
liberati sunt ab eo, qui iustificat impium, im-
putans mercedem secundum gratiam, non secundum de-
bitum. In eorum quippe numero est apostolus, qui dicit:
Misericordiam consecutus sum ut fidelis essem. Illi
autem qui recipiuntur in tabernacula eterna, fatendum

(ibi nos considerantes quibus loquebatur et audientes dictum peccata vestra)

(in carcerem)

(et talibus)

est quod non sint his moribus preditum, ut ab e-
is liberandis sine suffragio sanctorum sua possit
vita sufficere; ac per hoc multo amplius in
eis superexaltat misericordia iudicio. Nec tamen ideo
putandus est quisque sceleratissimus, nec quicquam
vita vel bona vel tollerabiliore mutatus,
recipi in tabernacula eterna, quoniam obsecutus
est sanctis de mammona iniquitatis, id est de pecunia
vel divitiis, que male fuerant acquisite, aut
etiam si bene, non tamen veris, sed quas iniquitas pu-
tat esse divitias, quoniam nescit que sint vere divi-
tie, quibus illi habundant, qui et alios recipi-
unt in eterna tabernacula. Est itaque quidam
vite modus, nec tam male, ut his qui in
ea vivunt, nichil prosit ad capescendum reg-
num celorum largitas elemosinarum, quibus etiam
iustorum sustentatur inopia, et fiunt amici
qui in tabernacula eterna suscipiant, nec tam
bene, ut ad tantam beatitudinem adipiscendam eis
ipsa sufficiat, nisi eorum meritis, quos amicos
fecerint, misericordiam consequantur. Mirari autem so-
leo, etiam apud Virgilium reperiri istam domini sententiam
ubi ait: Facite vobis amicos de mammona
iniquitatis, ut et ipsi recipiant vos in taberna-
cula eterna. Cui est et illa simillima: qui recipit
prophetam in nomine prophete, mercedem prophete acci-
piet. Nam cum Helyzeos campos poeta ille de-
scriberet, ubi putant habitare animas beatorum, non solum
ibi posuit eos, qui propriis meritis ad illas se-
des pervenire potuerunt, sed adiecit atque ait:
Quique sui memores alios fecere merendo,
id est qui promeruerunt alios, eosque sui memores
promerendo fecerunt, prorsus tamquam eis di-
cerent, quod frequentatur ore christiano, cum se cuius-
que sanctorum humilis quisque commendat et dicit:
Memor mei esto, atque id ut esse possit pro-
merendo efficit. Sed quis iste sit modus et
que sint ipsa peccata, que ita impediunt perven-
tionem ad regnum dei, ut tamen sanctorum amicorum meritis
impetrent indulgentiam, difficillimum est in-
venire, periculosissimum diffinire. Ego certe
usque ad hoc tempus, cum inde satagerem, ad eorum
indaginem pervenire non potui. Et fortassis
propterea latent, ne studium proficiendi ad omnia
peccata cavenda pigrescat. Quoniam si scirentur
que vel qualia sint delicta, pro quibus etiam
permanentibus, nec provectu vite melioris ab-
sumptis, intercessio sit inquirenda et speranda
iustorum, eis se obvolveret humana segnities
nec evolvi talibus implicamentis ullius
virtutis expeditione curaret, sed tantummodo quereret
aliorum meritis liberari, quos amicos sibi de
mammona iniquitatis elemosinarum largita-
te fecisset. Nunc vero dum venialis iniquitatis
etiam si perseveret, ignoratur modus, profecto et
studium in melius proficiendi, orando et in-
stando vigilancius adhibetur, et facien-
di de mammona iniquitatis sanctos amicos
cura non spernitur. Verum ista liberatio, que fit si-
ve suis quibusque orationibus, sive intercedentibus

(dei)

(Et qui recipit iustum in nomine iusti mercedem iusti accipiet)

(humana segnities)

satis, id agit, ut in ignem quisque non mittatur
eternum, non ut cum fuerit missus post quantumcumque
tempus inde eruatur. Nam et illi, qui putant
sic intelligendum esse, quod scriptum est: Affer-
re fructum bonam, ubem fructum, aliam tricenam, a-
liam sexagenam, aliam centenam, ut sancti pro
suorum diversitate meritorum, alii tricenos homines
liberent, alii sexagenos, alii centenos, hoc
in die iudicii futurum esse suspicari solent, non
post iudicium. Qua opinione quidam cum vi-
deret homines impunitatem sibi perversissime
pollicentes, eo quod omnes isto modo ad liberationem
ptine posse videantur, elegantissime rudisse perhi-
betur: Bene potius esse vivendum, ut inter eos
quisque reperiatur, qui pro aliis intercessuri sunt
liberandis, ne tam pauci sint, ut cito ad
numerum suum vel tricenum vel sexagenum vel cente-
num unoquoque eorum pervenient, multi rema-
iam neant, qui erui iam de penis per illorum intercessionem
non possint, ut in eis inveniatur quisquis sibi
spem fructus alieni temeritate vanissima
pollicetur. Hec me rudisse illis sufficiat,
qui sacrarum litterarum, quas communes habemus, auc-
toritatem non spernunt, sed eas male intelligen-
do non quod ille loquuntur, sed hoc potius putant futurum
esse, quod ipsi voluerunt. Hac itaque responsione reddi-
ta, librum, sicut promisimus, terminamus.

Explicit liber xxi. sancti Augustini episcopi. Incipiunt
tytuli libri vicesimi secundi de Civitate dei.

De dicatione angelorum
et hominum. i. De
eterna dei et immutabili voluntate.
ij. De promissione eterne beatitudinis sanctorum
et perpetuis suppliciis impiorum. iij. Contra
sapientes mundi, qui putant terrena hominum
corpora ad celeste habitaculum non posse trans-
ferre cum. iiij. De resurrectione carnis
quam quidam mundo credente non credunt.
v. Quod Roma conditorem suum Romulum
diligendo deum fecit, ecclesia autem Christum deum
credendo dilexit. vj. Quod ut mundus in
Christum crederet virtutis fuit divine, non persuasi-
onis humane. vij. De miraculis que ut mun-
dus in Christum crederet facta sunt, et fieri mundo
credente non desinunt. viij. Quod universa
miracula que per martyres in Christi nomine fiunt fidei
testimonium ferant, qua Christum martyres credi-
derunt. ix. Quanto dignius honorentur
martyres, qui id miracula impetrant ut deus
verus colatur, quam demones, qui ob hoc quedam
faciunt ut ipsi dii esse credantur. x. Contra
platonicos qui de naturalibus elementorum pon-
deribus argumentantur terrenum corpus in ce-
lo esse non posse. xi. Contra calumpnias infide-
lium, quibus christianos de credita carnis resur-
rectione irrident. xij. An abortivi
non pertineant ad resurrectionem, si pertinent ad
numerum mortuorum. xiij. An infantes in ea
sint resurrecturi habitudine corporis, quam
habituri erant etatis accessu. xiiij. Ad dominici
corporis modum omnium mortuorum resurrectura
sint corpora. xv. Qualis intelligenda
sit conformatio sanctorum ad ymaginem filii dei.
xvi. An in suo sexu resuscitanda atque
mansura sint corpora feminarum. xvij. De viro
perfecto id est Christo et corpore eius ecclesia que est
ipsius plenitudo. xviij. Quod omnia corporis
vitia, que in hac vita humano contraria sunt
decori, in resurrectione non sint futura, ubi ma-
nente naturali substantia in unam pulchritudinem
equalitas conveniet et quantitas. xix. Quod
in resurrectione mortuorum natura corporum qui-
buslibet modis dissipatorum natura corporum cum
quo revocanda sit. xx. De novitate corporis
spiritualis in quam sanctorum caro mutabitur. xxi.
De miseriis ac malis quibus humanum genus
merito prime prevaricationis obnoxium est et
a quibus nemo nisi per Christi gratiam liberatur.
xxij. De his que preter illa mala que bonis et ma-
lis communia sunt ad iustorum laborem specialiter per-
tinent. xxiij. De bonis quibus etiam hanc vitam
dampnationi obnoxiam creator imple-
vit. xxiiij. De pertinacia quorundam qui re-
surrectionem carnis, quam sicut predictum est totus
mundus credit, impugnant. xxv. Quod non por-
phirii diffinitio, qua beatis animis putat cor-
pus omne fugiendum, ipsius platonis sententia
destruatur, qui dicit summum deum diis promisisse
ut numquam corporibus exuerentur. xxvj. De contrariis
diffinitionibus platonis atque porphirii, in qui-
bus si uterque alteri cederet, ut a veritate neuter
deviaret. xxvij. Quid ad veram resurrectionis
fidem vel plato vel labeo vel etiam varro
conferre sibi potuerint, si opiniones eorum in
unam sententiam convenissent. xxviij. De quali-
tate visionis quo in futuro seculo sancti deum
videbunt. xxix. De eterna felicitate dei sabbato-
que perpetuo. Incipit liber xxij. sancti Augustini episcopi de civitate
dei. De dicatione angelorum et hominum. c. i.

Sicut in proximo libro
superiori promisimus,
iste huius totius operis
ultimus disputationem de ci-
vitatis dei eterna beatitudine
continebit. Que non propter eta-
tis per multa secula longi-
tudinem, quam tamen quandoque finien-
da, eternitatis nomen accepit, sed quemadmo-
dum scriptum est in evangelio: Regni eius non erit
finis; nec ita ut aliis moriendo decedenti-
bus, aliis succedentibus oriendo, species in ea
perpetuitatis appareat, sicut in arbore, que perhen-
ni fronde vestitur, et eadem videtur viri-
ditas permanere, dum labentibus et cadentibus
foliis, subinde aliaque nascentium facie observatur
opacitatis; sed omnes in ea cives immortales e-
runt, adipiscentibus id hominibus quod numquam an-
geli perdiderunt. Faciet hoc deus omnipotentissimus Sancti
eius conditor; promisit enim nec mentiri potest.

Et fidem huic quoque facit multa sua et non promissa et promissa iam fecit. Ipse est enim qui in principio condidit mundum plenum bonis omnibus visibilibus atque intelligibilibus rebus, in quo nichil melius instituit quam spiritus, quibus intelligenciam dedit. Et sue contemplacionis habiles capacesque sui prestitit atque una societate devinxit, quam sanctam et supernam dicimus civitatem, in qua res qua sustententur beatique sint Deus ipse illis est tamquam vita victusque communis. Qui liberum arbitrium eidem intellectuali nature tribuit tale ut si vellet desereret Deum, beatitudinem scilicet suam, continuo miseria esset secutura. Qui cum presciret angelos quosdam per elacionem, qua ipsi sibi ad beatam vitam sufficere vellent, tanti boni desertores futuros, non eis ademit hanc potestatem, potencius et melius esse iudicans et de malis bene facere quam mala esse non sinere. Que omnino nulla essent, nisi natura mutabilis, quamvis bona et a summo Deo atque incommutabili bono, qui bona omnia condidit, instituta peccando ea sibi ipse fecisset. Quo eciam peccato suo teste convincitur bonam conditam esse naturam. Nisi enim magnum et ipsa, licet non equali conditori, bonum esset, profecto desercio Dei tamquam luminis sui malum eius esse non posset. Nam sicut cecitas oculi vicium est, et idem ipsum indicat ad lumen videndum esse oculum creatum, atque per hoc et ipso vicio suo ostenditur excellencius ceteris membris membrum capax luminis (non enim alia causa esset vicium eius carere lumine), ita natura que fruebatur Deo optimam se institutam docet eciam ipso vicio, quo ideo misera est quia non fruitur Deo. Qui casum angelorum voluntarium iustissima pena sempiterne infelicitatis obstrinxit atque in eo summo bono permanentibus ceteris, ut de sua sine fine permansione certi essent tamquam ipsius premium permansionis dedit; qui fecit hominem ipsum eciam rectum cum eodem libero arbitrio, terrenum quidem animal sed celo dignum si suo coheret auctori, miseria similiter, si eum desereret, secutura qualis nature huiusmodi conveniret. Quem similiter cum prevaricacione legis Dei per Dei desercionem peccaturum esse presciret, nec illi ademit liberi arbitrii potestatem, simul previdens quid boni de malo eius esset ipse facturus, qui de mortali progenie merito iusteque dampnata tantum populum gracia sua colligit, ut inde suppleat et instauret partem que lapsa est angelorum, ac sic illa dilecta ac superna civitas non fraudetur suorum numero civium, quin eciam fortassis et uberiore letetur. Multa enim fiunt a malis contra voluntatem Dei, sed tante est ille sapiencie tanteque virtutis, ut in eos exitus sive fines quos bonos et iustos ipse prescivit tendant omnia que voluntati eius videntur adversa. Ac per hoc cum Deus mutare dicitur voluntatem, ut quibus lenis erat verbi gracia reddatur iratus, illi pocius quam ipse mutentur, ut eum quodammodo mutatum in hiis que paciuntur inveniant, sicut mutatur sol oculis sauciatis et asper quodammodo ex miti et ex delectabili molestus efficitur, cum ipse apud se ipsum maneat idem qui fuit. Dicitur eciam voluntas Dei quam facit in cordibus obediencium mandatis eius, de qua dicit apostolus: Deus est enim qui operatur in nobis et velle. Sicut iusticia Dei non solum qua ipse iustus est dicitur, sed illa eciam quam in homine qui iustificatur facit, sic et lex eius vocatur que pocius est hominum sed ab ipso data hominibus. Nam utique homines erant quibus ait Ihesus: In lege vestra scriptum est, cum alio loco legamus: Lex Dei in corde ipsius. Secundum hanc voluntatem, qua Deus operatur in hominibus, eciam velle dicitur quod non ipse vult sed suos id volentes facit, sicut dicitur cognovisse quod ut cognosceretur fecit a quibus ignorabatur. Neque enim dicente apostolo: Nunc autem cognoscentes Deum, immo cogniti a Deo, fas est ut credamus quod eos tunc cognoverit Deus, prescognitos ante constitucionem mundi, sed tunc cognovisse dictus est quod tunc ut cognosceretur effecit. De hiis locucionum modis iam in superioribus libris memini disputatum. Secundum ergo hanc voluntatem qua Deum velle dicimus quod alios efficit velle, quibus futura nesciuntur, multa vult nec facit.

De eterna dei et incommutabili voluntate ij

Multa enim volunt fieri sancti eius ab illo inspirata sancta voluntate nec fiunt, sicut orant qui pro quibusdam pie sancteque et quod orant non facit, cum ipse in eis hanc orandi voluntatem sancto spiritu suo fecerit. Ac per hoc quando secundum Deum volunt et orant sancti ut quisque sit salvus, possumus illo modo locucionis dicere: vult Deus et non facit, ut ipsum dicamus velle qui ut velint isti facit. Secundum illam vero voluntatem suam que cum eius presciencia sempiterna est, profecto in celo et in terra omnia quecumque voluit non solum preterita vel presencia sed eciam futura iam fecit. Verum antequam veniat tempus quo voluit ut fieret que ante tempora universa prescivit atque disposuit, dicimus: fiet quando Deus voluerit. Si autem non solum tempus quo futurum est verum eciam utrum futurum sit ignoramus, dicimus: fiet si Deus voluerit. Non quia Deus novam voluntatem quam non habuit tunc habebit, sed quia id quod ex eternitate in eius immutabili preparatum est voluntate tunc erit.

De promissione eterne beatitudinis sanctorum et perpetuis suppliciis impiorum iij

Quapropter ut cetera tam multa pretermittam, sicut nunc in Christo videmus impleri quod promisit Abrahe dicens: In semine tuo benedicentur omnes gentes, ita quod eidem semini eius promisit implebitur, ubi ait per prophetam: Resurgent qui erant in monumentis; et quod ait: Erit celum novum et terra nova, et non erunt memores priorum nec ascendet in cor ipsorum, sed leticiam et exultacionem invenient in ea.

exultacōm et ppl'm meū in leticiaȝ. Et exultabo in ierusalem

Ecce ego faciam ierusalem et letabor in pplo me
o et ultra nō audiet̃ in illa vox fletus. Et pa
lā pphām qd̓ prenūciauit dicens / eidem p
phete. In tpe illo saluabit̃ pplus tuus / oms
qui īuentus fuit scptus in libro / Et multi
dormienciū in t̃re puluere / sine ut quidā int̃
ptati sūt aggere / exurgent / hij in vitam
etnā / et hij in obprobriū et cōfusionem et
nam / Et in alio loco / p eūdem pphetā / acci
pient regnū sc̄i altissimi / et obtinebūt
illud usqȝ in seculū / et usqȝ in seclm̄ seclo rum
et paulo post / Regnū inquit eius regnū
sempitnū / ut alia que ad hoc ptinencia li°
vicesimo posui / sive que nō posui / et tñ
in eisdem l'ris scripta sūt / Venient et hec si
cut ista venerunt / qui incredulis nō putabat
esse ventura / Idem quippe deus / utraqȝ pro
misit / utraqȝ ventura eē pdixit / que per
horrescūt numina paganorum / et teste por
phirio / nobilissimo phō paganorum. Con
sapientes mūdi qui putūt terrena homi cor
pa ad celeste habitaclm̄ nō posse transferre

Sed videlicet homines cap. iiij
docti atqȝ sapientes / contra
vim tante auctoritatis / que cū
gnā homī / sicut tanto an pdixit / in hoc cre
dendū sperandūqȝ cōuertit / ut acute sibi argu
mentari videantur / adūsus corporum resurrectionem
et dicūt / qd̓ in tercio de republica libro / a tulli
one cōmemoratū est / Nam cū herculem
et romulum ex hominibus deos eē factos as
severaret / quorum nō corpa inquit / sūt in celum e
lata / Neqȝ eñ nā pateretur / ut id qd̓ esset
e terra / nisi in terra maneret / Hec est magna
ratio sapienciū / quorum dn̄s nouit cogitaci
ones / qm̄ vane sūt / Si eñ aīe / tm̄ essemus
i. sine ullo corpore spūs / et in celo habitantes
terrena aīalia nesciremus / nobisqȝ futurum
eē diceretur / ut terrenis corporibus / aīandis
quodam vinclo mirabili / necteremur / Nō
ne multo fortius argumentaremur / id crede
recusantes / et diceremus / naturam nō pati / ut res
incorporea / ligamine corporeo vinciretur / et
tñ plena est terra vegetantibus animis
hec membra terrena / miro sibi modo connexa / et
implicita / Cur ergo eodem volente deo / qui fe
cit hoc aīal / nō poterit terrenū corpus / in celes
te corpus attolli / si aīma oī / ac per hoc eciā
celesti corpi prestabilior / terreno corpi potu
it illigari / An terrea particula / tam exigua po
tuit aliquid / celesti corpe melius apud se
tenere / ut sensum heret et vitā / et eā sen
tientem / atqȝ viventem / dedignabit̃ celū sus
cipere / aut susceptā nō poterit sustinere / cū
dere sentiat / et vivat ista meliore / quā ē
corpus omne celeste / Sed ideo nūc nō fit / qr nō
dum est tpus / quo id fieri voluit / qui hoc
qd̓ videndo iam viluit / multo mirabilius
quā illud / qd̓ abistis nō credit̃ fecit / Cur eī
nō vehemencius admiramur / incorporeos

aīos / celesti corpe pociores / terrenis illigari
corporibus / quā corpa licet terrena / sedibus q̄
quāuis celestibus / tñ corporeis sublimari /
nisi quia hoc fieri cōsueuimus / et hī sumus / illud
ūo nōdum sumus / nec aliqñ adhuc vidi
mus / Nam profecto sobria racione cōsulta / mi
rabilior res eē diuini operis reperit̃ / incor
poralibus / corporalia quodammō attexere /
quā licet diūsa quia illa celestia / ista terres
tria / tñ corpa et corpa copulari. De resurrecc
cione carnis quā quidā mūdo credente

Sed hoc incre nō credit v. c.
dibile fuit aliqñ / ecce iam
credidit mundus / sublatū terrenū
corpus xpi in celum / resurrectionem carnis / et as
censionem in supernas sedes / paucissimis re
manentibus / atqȝ stupentibus uel doctis uel
indoctis iam crediderunt / docti et indocti /
Si rem credibilem crediderunt / videant quā
sint stolidi / qui nō credunt / Si aūt res incre
dibilis credita est / eciam hoc utiqȝ incre
dibile est / sic creditū eē / qd̓ incredibile est /
Hec ergo duo incredibilia / resurrectionem s. in eternū cor
poris / in eternū / et rem tam incredibilem / mūdū
eē crediturum / idem deus anteqm̄ uel unū
horum fieret / ambo futura eē pdixit / unū du
orum in credibiliū iam / factum videmus / ut qd̓
erat incredibile credet mūdus / cur id qd̓
reliquū est / desperatur / ut eciā hoc veniat
qd̓ incredibile credidit mūdus / sicut iam
venit / qd̓ similit̃ incredibile fuit ut rem tā
incredibilem crederet mūdus / cūquidem / hoc
utrūqȝ incredibile / quorum videmus unū /
alterum credimus / in eisdem l'ris / pdictum sit
per quas credidit mundus / Et ipe modus
quo mūdus credidit / si cōsideretur incredi
bilior invenitur / Ineruditos liberalibus disci
plinis / et omnino quantū ad istorum doctrinas /
attinet / impolitos / nō peritos / gramatica / nō
armatos / dyalectica / nō rethorica inflatos
/ piscatores xpūs cū rethibus fidei
ad mare huius seculi paucissimos misit
atqȝ ita ex omni genere / tam multos pisces / et
tanto mirabiliores / quanto rariores / eciā ipos
phos / cepit / duobus illis incredibilibus
si placet / ymmo qr placere debet / addamus
hoc tercium / Iam ergo tria sūt incredibilia / que
tñ facta sūt / Incredibile est eñ xpm̄ re
surrexisse in carne et in celum cum carne ascendisse
in carne / Incredibile est mūdū / rem tā
incredibilem credidisse / Incredibile est ho
mines ignobiles infimos / paucissimos im
peritos / rem tam incredibilem / tam effica
citer mūdo / et in illo eciā doctis psuadere po
tuisse / Horum triū incredibiliū / primū no
lunt isti / cū quibus agimus credere / Secundum co
guntur et cernere / qd̓ nō inveniunt / Unde sit
factum / si nō credunt tercium / Resurreccio xpi / et
in celum cū carne / in qua resurrexit ascen
sio / toti iam mūdo predicatur / et creditur / Si

incredibilis non est, unde toto terrarum orbe iam
credita est. Si multi nobiles, sublimes, docti
eam se vidisse [dixerunt et quod viderunt diffamare curaverunt eam mundum credidisse], non mirum est, sed istos adhuc cre-
dere nolle perdurum est. Si autem, ut verum est, pauci
obscuri minimi indocti eam se vidisse dicenti-
bus et scribentibus credidit mundus, cur pauci
obstinatissimi qui remanserunt ipsi mundo iam cre-
denti adhuc usque non credunt? Qui propterea minimo
exiguo ignobilium infirmorum imperitorum hominum
credidit, quia in tam contemptibilibus testibus
multo mirabilius divinitas se ipsa persuasit. Elo-
quia nempe persuadentium que dicebant mira fu-
erunt facta non verba. Qui enim Christum in carne
resurrexisse et cum illa in celum ascendisse non
viderant, id vidisse narrantibus, non loquentibus
tantum, sed mirifica facientibus signa credebant. Ho-
mines quippe quos unius vel ut multum duarum
linguarum fuisse noverant, repente linguis omnium
gentium loquentes mirabiliter audiebant. Claudum
ab utero matris, ad eorum verbum in Christi nomine post
quadraginta annos incolumem constitisse; su-
daria de corporibus eorum ablata sanandis profu-
isse languentibus; per viam qua fuerant transituri
positos in ordine innumerabiles morbis variis
laborantes, ut ambulantium per eos umbra transi-
ret, continuo salutem solere recipere; et alia mul-
ta stupenda in Christi nomine per eos facta sunt; signa
postremo etiam mortuos resurrexisse cernebant.
Que si ut leguntur gesta esse credunt, ecce tot in-
credibilia tribus illis incredibilibus addimus.
Et ut credatur unum incredibile quod de carnis re-
surrectione atque in celum ascensione dicitur, incre-
dibilium [testimonia tanta congerimus] et nondum ad credendum horrenda duri-
tia incredulos flectimus. Si non per apostolos Christi ut
eis crederetur resurrectionem atque ascensionem predican-
tibus Christi etiam ista miracula facta esse credunt,
hoc nobis unum grande miraculum sufficit, quod ea
terrarum orbis sine ullis miraculis credidit.

Quod Roma conditorem suum Romulum diligendo
deum fecit, ecclesia autem Christum deum credendo
dilexit. VI c.

Recolamus etiam hoc loco illud
quod de Romuli credita divinitate Tullius
admiratur. Verba eius ut scripta sunt dicam:
Magis est in Romulo admirandum, quod ce-
teri qui dii ex hominibus facti esse dicuntur minus
eruditis hominum seculis fuerunt, ut fingendi
proclivis esset ratio, cum imperiti facile ad cre-
dendum impellerentur. Romuli autem etatem minus
his sexcentis annis iam inveteratis litteris atque
doctrinis omnique illo antiquo ex inculta hominum
vita errore sublato fuisse cernimus. Et paulo
post de eodem Romulo ita loquitur, quod ad hunc
pertinet sensum: Ex quo intelligi potest, inquit, per-
multos annos ante Homerum fuisse quam Romulum,
ut iam doctis hominibus ac temporibus ipsis erudi-
tis ad fingendum vix quicquam esset loci. Anti-
quitas enim recepit fabulas fictas etiam non
numquam incondite, hec etas autem iam exculta
presertim eludens omne quod fieri non potest respuit.

Unus eorum doctissimorum hominum idemque eloquen-
tissimus omnium Marcus Tullius Cicero propterea
dicit divinitatem Romuli mirabiliter creditam,
quia erudita iam tempora fuerunt quando falsitatem non re-
ciperent fabularum. Quis autem Romulum deum nisi
Roma credidit, atque id parva et incipiens? Tum
deinde posteris servare fuerat necesse quod acceperat
a maioribus, ut cum ista superstitione in lacte quo-
dammodo matris ebibita cresceret atque ad tam mag-
num perveniret imperium, ut ex eius fastigio ve- [Civitas]
lut ex altiore quodam loco alias quoque
gentes, quibus dominaretur, hac sua opinione
perfunderet, ut non quidem crederent, sed tamen dicerent
deum Romulum, ne civitatem cui serviebant de
conditore eius offenderent, aliter eam nominando
quam Roma, que id non amore quidem huius erroris
sed tamen amoris errore crediderat. Christus autem quamquam
sit celestis et sempiterne conditor civita-
tis, non tamen eum, quoniam ab illo condita est, deum cre-
didit, sed ideo potius est condenda, quia credidit.
[iam] Roma conditorem suum constructa et dedica-
ta tamquam deum coluit in templo; hec autem Ierusalem
conditorem suum deum Christum, ut construi posset
et dedicari, posuit in fidei fundamento. Illa
illum amando esse deum credidit; ista istum deum
esse credendo amavit. Sicut ergo precessit unde
amaret illa et de amato iam libenter etiam
falsum bonum crederet, ut recta fide non temere
sed quod verum erat amaret. Exceptis enim tot et
tantis miraculis, que persuaserunt deum esse Christum,
prophetie quoque divine fide dignissime precesse-
runt, que in illo non sicut a patribus adhuc
creduntur implende, sed iam demonstrantur im-
plete. De illo autem qui condidit Romam in eaque
regnavit, auditur, legitur factum esse, non
quod ante fieret prophetatum. Quod sit receptus inter
deos, creditum tenent littere, non factum docent. Nullis
quippe rerum mirabilium signis id ei vere pro-
venisse monstratur. Lupa quippe illa nutrix,
quod videtur quasi magnum extitisse portentum,
quale aut quantum est ad demonstrandum
deum? Certe enim et si non meretrix fuit lupa illa,
sed bestia, cum commune fuerit ambobus, fra-
ter tamen eius non habetur deus. Quis autem prohi-
bitus est aut Romulum aut Herculem aut
alios tales homines deos dicere et mori maluit
quam non dicere? Aut vero aliqua gentium coleret
inter deos suos Romulum, nisi Romani nominis metus
cogeret? Quis porro numeret, quam multi quantali-
bet sevitia crudelitatis occidi quam Christum
deum negare maluerunt? Proinde metus
quamlibet levis indignationis, que ab animis
Romanorum si non fieret posse putabatur existere,
compellebat aliquas civitates sub iure
Romano positas tamquam deum colere Romulum;
a Christo autem deo non solum colendo, verum etiam
confitendo tantam per orbem terrarum martyrum multi-
tudinem metus revocare non potuit non le-
vis offensionis animorum, sed immensarum variarum
penarum et ipsius mortis, que plus ceteris for-

Vacat. Verte cartham et invenies

Va suis facere dignas elemosinas negligunt propter
illud quod ait apostolus Jacobus iudicium autem sine
misericordia illi qui non facit misericordiam. Qui igitur fecerit in-
quiunt quamvis non correxerit perditos mores sed ne-
pharie atque nequiter inter ipsas suas elemosinas
vixerit cum misericordia illi futurum est iudicium ut aut
non dampnetur omnino aut post aliquod tempus a
dampnatione novissima liberetur. Hoc ob
aliud estimant Christum nisi de solo delicto atque
neglectu elemosinarum discretionem inter dextros
et sinistros esse facturum quorum alios in regnum
alios in supplicium mittat eternum. Ut autem cot-
tidiana sibi opinentur que fere omnino non cessant
qualiacumque et quantacumque sint per elemosinas dimitti
posse peccata orationem quam docuit ipse dominus et
suffragatricem sibi adhibere conantur et teste.
Sicut enim nullus est inquiunt dies quo a christianis
hec oratio non dicatur ita nullum est cottidianum
qualecumque peccatum quod per illam non dimittatur cum
dicimus dimitte nobis debita nostra si quod se-
quitur facere curemus sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris. Non enim ait dominus inquiunt
si dimiseritis peccata hominibus dimittet vobis
pater vester cottidiana parva peccata sed dimittet vobis
inquit peccata vestra qualiacumque ergo vel quantacumque
sint etiam si cottidie perpetrentur nec ab eis
vita discedat in melius commutata per elemosinam re-
missionis non negate remitti sibi posse presumunt.
Sed quod isti dignas pro peccatis elemosinas commonent
esse faciendas quoniam si dicerent qualescumque ele-
mosinas pro peccatis et cottidianis et magnis
et quantacumque scelerum consuetudine misericordiam posse
impetrare divinam ut ea cottidiana remissio
sequeretur viderent rem se dicere absurdam atque
ridiculam. Sic enim cogerentur fateri fieri posse ut
opulentissimus homo decem nummulis diurnis
in elemosinas impensis homicidia et adulteria et ne-
pharia queque facta redimeret. Quod si absur-
dissimum et insanissimum est dicere profecto si
queratur que digne sint pro peccatis elemosine de
quibus etiam Christi precursor ille dicebat facite
ergo fructus dignos penitentie procul dubio non inveniuntur
eas facere qui vitam suam usque ad mor-
tem cottidianorum criminum perpetratione confodiunt
primo quia in auferendis rebus alienis longe plura
diripiunt ex quibus perexigua pauperibus lar-
giendo Christum se adhuc pascere existimant ut
licentiam malefactorum ab illo se emisse vel
cottidie potius emere credentes securi dampna-
bilia tanta committant qui si pro uno scelere omnia
sua distribueret indigentibus membris nisi de-
sisteret a talibus factis agendo caritatem que
non agit perperam aliquid eis prodesse non pos-
set. Qui igitur dignas pro suis peccatis elemosi-
nas facit prius eas facere incipiat a se ipso. In-
dignum est enim ut in se non faciat qui facit in proximum
cum audiat dicentem deum diliges proximum
tuum tamquam te ipsum. Itemque audiat miserere anime
tue placens deo. Hanc ergo elemosinam id est ut deo
placeat non faciens anime sue quo dignas pro
peccatis suis elemosinas facere dicendus est. Ad hoc
et idem illud scriptum est: Qui sibi malig-
nus est cui bonus erit. Orationes quippe ad-
iuvant elemosine. Et utique intuendum est quod
legimus: Fili peccasti ne adicias iterum et de
pristinis deprecare ut dimittantur tibi. Propter hoc
ergo elemosine faciende sunt ut de pristinis pec-
catis deprecantes exaudiamur non ut in eis per-
severantes licentiam male faciendi nos per e-
lemosinas comparare credamus. Ideo autem
dominus et dextris elemosinas ab eis factas
et sinistris non factas se imputaturum esse pre-
dixit ut hinc ostenderet quantum valeat elemosi-
ne ad priora delenda non ad perpetua impu-
ne committenda peccata. Tales autem elemosinas
non dicendi sunt facere qui vitam nolunt a con-
suetudine scelerum in melius commutare quia
et in hoc quod ait quando uni ex minimis meis non fe-
cistis mihi non fecistis ostendit eos non facere esse qui se
facere existimant. Si enim christiano esurienti panem
tamquam christiano darent profecto sibi panem
iustitie quod ipse Christus est non negarent quoniam
deus non cui detur sed quo animo detur attendit.
Qui igitur Christum diligit in christiano hoc animo ei por-
rigit elemosinam quo accedit ad Christum non quo
vult recedere impunitus a Christo. Tanto enim magis
quisque deserit Christum quanto magis diligit
quod improbat Christus. Nam quid cuique prodest
quod baptizatur si non iustificatur. Nonne qui
dixit Nisi quis renatus fuerit ex aqua et
spiritu non intrabit in regnum dei ipse dixit Nisi
habundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et
phariseorum non intrabitis in regnum celorum. Cur
illud timendo multi currunt baptizari et hoc
non timendo non multi curant iustificari. Sicut
ergo non fratri suo dicit fatue qui cum hoc dicat
non ipse fraternitati sed peccato eius infensus est ali-
oquin reus erit gehenne ignis ita e contrario qui
porrigit elemosinam christiano non christiano porrigit qui
non in eo diligit Christum. Non autem diligit Christum qui
iustificari recusat in Christo. Et quemadmodum
si quis preoccupatus fuerit hoc delicto ut fratri
suo dicat fatue id est non eius peccatum volens au-
ferre conviciatur iniuste parum est illi ad hoc
remedium elemosinas facere nisi etiam quod ibi sequitur
remedium reconciliationis adiungat. Ibi enim
sequitur: Si ergo offerres munus tuum ad altare
et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veni-
ens offeres munus tuum ita parum elemosinas
quantaslibet facere pro quocumque scelere et in
consuetudine scelerum permanere. Oratio vero cottidi-
ana quam docuit ipse Jhesus unde et dominica nomi-
natur delet quidem cottidiana peccata cum cotti-
die dicitur Dimitte nobis debita nostra atque id quod ad-
sequitur non solum dicitur sed etiam fit sicut et nos di-
mittimus debitoribus nostris. Sed quia fiunt peccata
ideo dicitur non ut ideo fiant quia dicitur. Per hanc enim
nobis voluit salvator ostendere quantumlibet
iuste in huius vite caligine atque infirmitate
vivamus non nobis deesse peccata pro quibus vacat

pr

inundatur, neque tunc civitas Christi, quamvis adhuc peregrinaretur in terris et haberet tam magnorum agmina populorum, adversus impios persecutores suos pro temporali salute pugnavit, sed potius, ut obtineret eternam, non repugnavit. Ligabantur, includebantur, cedebantur, torquebantur, urebantur, laniabantur, trucidabantur et multiplicabantur. Non erat eis pro salute pugnare, nisi salutem pro salvatore contempnere. Scio in libro Ciceronis tertio, nisi fallor, de re publica disputare nullum bellum suscipi a civitate optima nisi aut pro fide aut pro salute. Quid autem dicat pro salute, vel intelligi quam salutem velit, alio loco demonstrans: Sed hiis penis, inquit, quas etiam stultissimi sentiunt, egestate, exilio, vinculis, verberibus, sepe privati effugiunt oblata mortis celeritate. Civitatibus autem mors ipsa pena est, que videtur a pena singulos vindicare. Debet enim constituta sic esse civitas, ut eterna sit. Itaque nullus interitus est rei publice naturalis ut hominis, in quo mors non modo necessaria est, verum etiam optanda persepe. Civitas autem cum tollitur, deletur, extinguitur, simile est quodammodo, ut magna parvis conferamus, ac si omnis hic mundus intereat et concidat. Hoc ideo dixit Cicero, quia mundum non interiturum cum Platonicis sentit. Constat ergo eum pro ea salute bellum suscipi a civitate, qua fit ut maneat hic civitas, sicut dicit, eterna, quamvis morientibus et nascentibus singulis, sicut perhennis est opacitas olee vel lauri atque huiusmodi ceterarum arborum singulorum lapsu ortuque foliorum. Mors quippe, ut dicit, non hominum singulorum, sed universe pena est civitatis, que a pena plerumque singulos vindicat. Unde merito queritur, utrum recte fecerint Saguntini, quando universam civitatem suam interire maluerunt quam fidem frangere, qua cum ipsa Romana re publica tenebantur; in quo suo facto laudantur ab omnibus terrene rei publice civibus. Sed quomodo huic disputationi possent obedire non video, ubi dicitur nullum suscipiendum esse bellum nisi aut pro fide aut pro salute; nec dicitur, si in unum simul periculum ita ista duo concurrerint, ut teneri alterum sine alterius amissione non possit, quid sit potius eligendum. Profecto enim Saguntini si salutem eligerent, fides eis fuerat deserenda; si fides tenenda, amittenda utique salus, sicut factum est. Salus autem civitatis dei talis est, ut cum fide ac per fidem teneri vel potius acquiri possit. Que cogitatio firmissimi cordis tot ac tantos martyres fecit, qualem nec unum quidem habuit vel habere potuit, quando est deus creditus Romulus.

Quod ut mundus in Christum crederet virtutis fuit divine non persuasionis humane. vij. c.

Sed valde ridiculum est de Romuli divinitate falsa, cum de Christo loquimur, facere mentionem. Verumtamen cum sexcentis ferme annis ante Ciceronem Romulus fuerit atque illa etas iam fuisse doctis dicatur, ut quod fieri non potest omne respueret, quanto magis post sexcentos annos ipsius tempore Ciceronis maximeque postea sub Augusto atque Tiberio, eruditioribus utique temporibus, resurrectionem carnis Christi atque in celum ascensionem tamquam id quod fieri non potest mens humana ferre non posset, excludens ab auribus cordibusque respueret, nisi eam fieri potuisse atque factam esse divinitas ipsius veritatis vel veritas divinitatis et contestantia miraculorum signa monstraret, ut terrentibus et contradicentibus tam multis et tam magnis persecutionibus precedens in Christo, deinde adventura in ceteris seculi novi resurrectio atque immortalitas carnis et fidelissime crederetur et predicaretur intrepide et per orbem terre pullulatura fecundius cum martyrum sanguine sereretur. Legebantur enim precedentia preconia prophetarum, concurrebant ostenta virtutum, et persuadebatur veritas nova consuetudini, non contraria rationi, donec orbis terre, qui persequebatur furore, sequeretur fide.

De miraculis que ut mundus in Christum crederet facta sunt et fieri mundo credente non desinunt. c. viij.

Cur, inquiunt, nunc illa miracula, que predicatis facta esse, non fiunt? Possem quidem dicere necessaria fuisse, priusquam crederet mundus, ad hoc ut crederet mundus. Quisquis adhuc prodigia ut credat inquirit, magnum est ipse prodigium, qui mundo credente non credit. Verum hoc ideo dicunt, ut nec tunc illa miracula facta fuisse credantur. Unde ergo tanta fide Christus usquequaque cantatur in celum cum carne sublatus? Unde temporibus eruditis et omne quod fieri non potest respuentibus sine ullis miraculis nimium mirabiliter incredibilia credidit mundus? An forte credibilia fuisse et ideo credita esse dicturi sunt? Cur ipsi ergo non credunt? Brevis est igitur nostra complexio: aut incredibilis rei, que non videbatur, alia incredibilia, que tamen fiebant et videbantur, fecerunt fidem; aut certe res ita credibilis, ut nullis quibus persuaderetur miraculis indigeret, istorum nimiam redarguit infidelitatem. Hoc ad repellendos vanissimos dixerim. Nam facta esse multa miracula, que attestarentur illi uni grandi salubrique miraculo, quo Christus in celum cum carne, in qua resurrexit, ascendit, negare non possumus. In eisdem quippe veracissimis libris cuncta conscripta sunt, et que facta sunt. Hec ut fidem facerent innotuerunt, hec per fidem quam fecerunt multo clarius innotescunt. Leguntur quippe in populis ut credantur, nec tamen in populis nisi credita legerentur. Nam etiam nunc fiunt miracula in eius nomine, sive per sacramenta eius sive per orationes vel memorias sanctorum eius; sed non eadem claritate illustrantur, ut tanta quanta illa gloria diffamentur. Canon quippe sacrarum litterarum, quem diffinitum esse oportebat,

[Marginal notes:]
ut excluderet
fide ac perdita ad eam quisque venire non possit
ac patientissimi
quippe
fuit
Et propter quod facta sunt

Illa fiunt ubique terrarum et mediocri auctoritate in hac provincia. Hec autem ubicumque fiunt, ibi sciuntur vix a tota ipsa civitate vel quolibet commanentium loco. Nam plerumque etiam ibi paucissimi sciunt ignorantibus ceteris, maxime si magna sit civitas, et quando alibi aliisque narrantur, non tanta ea commendat auctoritas, ut sine difficultate vel diffinitione dubitationis credantur, quamvis christianis fidelibus a fidelibus indicentur. Miraculum quod Mediolano factum est cum illic essemus, cum illuminatus est cecus, ad multorum notitiam potuit pervenire, quia et grandis est civitas, et ibi erat tunc imperator, et immenso populo teste res gesta est, concurrente ad corpora martirum Gervasii et Prothasii, que cum laterent et penitus nescirentur, episcopo Ambrosio per sompnium revelata reperta sunt, ubi cecus ille depulsis veteribus tenebris diem vidit.

Apud Carthaginem autem quis novit preter admodum paucissimos salutem que facta est Innocentio ex advocato vicarie prefecture, ubi nos interfuimus et oculis aspeximus nostris? Venientes enim de transmarinis me et fratrem meum Alipium, nondum quidem clericos sed iam Deo servientes, ut erat cum tota domo sua religiosissimus, ipse susceperat, et apud eum tunc habitabamus. Curabatur a medicis fistulas, quas numerosas atque perplexas habuit in posteriore atque ima corporis parte. Iam secaverat eum, et artis sue cetera medicamentis agebant. Passus autem fuerat in sectione illa et diuturnos et acerbos dolores, sed unus inter multos sinus fefellerat medicos, atque ita latuerat ut eum non tangerent quem ferro aperire debuerant. Denique sanatis omnibus que aperta curabant, iste remanserat solus, cui frustra impendebatur labor. Quas moras ille suspectas habens multumque formidans ne iterum secaretur, quod ei predixerat alius medicus domesticus eius, quem non admiserant illi ut saltem videret quando id facerent, iratusque illum domo abiecerat vixque receperat, erupit atque ait: Iterum me secturi estis? Ad illius que noluistis esse presentem verba venturus sum? Irridebant illi medicum imperitum metumque hominis bonis verbis promissionibusque leniebant. Pretereunt alii dies plurimi, nihilque proderant omnia que fiebant. Medici in sua pollicitatione persistebant, non se illum sinum ferro, sed medicamentis esse clausuros. Adhibuerunt etiam alium grandevum iam medicum satisque in illa arte laudatum, Ammonium (adhuc enim vivit), qui loco inspecto idem quod illi ex eorum diligentia peritiaque promisit. Cuius ille factus auctoritate securus, domesticum suum medicum qui futuram predixerat aliam sectionem faceta hilaritate velut iam salvus illusit. Quid plura? Tot dies postea inaniter consumpti transierunt, ut fessi atque confusi faterentur eum nisi ferro nullo modo posse sanari. Expavit, expalluit nimio timore turbatus, atque ubi se collegit farique potuit, abire illos iussit et ad se amplius non accedere. Nec aliud occurrit fatigato lacrimis et illa iam necessitate constricto, nisi ut adhiberet Alexandrinum quendam, qui tunc chirurgicus mirabilis habebatur, ut ipse faceret quod ab illis fieri nolebat iratus. Sed postea quam venit ille laboremque illorum in cicatricibus sicut artifex vidit, boni viri functus officio persuasit homini ut illis potius qui in eo tantum laboraverant, quantum ipse inspiciens mirabatur, sue curationis fine fruerentur, adiciens quod revera nisi sectus esset salvus esse non posset, sed valde abhorrere a suis moribus ut hominibus quorum artificiosissimam operam industriam diligentiam miratus in cicatricibus eius videret, propter exiguum quod remansit palmam tanti laboris auferret. Redditi sunt animo eius, et placuit ut eodem Alexandrino assistente ipsi sinum illum ferro, qui iam consensu omnium aliter insanabilis putabatur, aperirent. Que res dilata est in consequentem diem. Sed cum abscessissent illi, ex merore nimio domini tantus est in domo illa exortus dolor, ut tamquam funeris planctus vix comprimeretur. Visitabant eum cotidie sancti viri, episcopus tunc Uzalensis beate memorie Saturninus et presbyter Gloriosus ac dyaconi Carthaginensis ecclesie, in quibus erat et ex quibus solus est nunc in rebus humanis iam episcopus cum honore a nobis debito nominandus Aurelius, cum quo recordantes mirabilia operum Dei de hac re sepe locuti sumus, eumque valde meminisse quod commemoramus invenimus. Qui cum eum sicut solebant vespere visitarent, rogavit eos miserabilibus lacrimis ut mane dignarentur esse presentes suo funeri potius quam dolori. Tantus enim eum metus ex prioribus invaserat penis, ut se inter medicorum manus non dubitaret esse moriturum. Consolati sunt eum illi et hortati ut in Deo fideret eiusque voluntatem viriliter ferret. Inde ad orationem ingressi sumus, ubi nobis ex more genua figentibus atque incumbentibus terre, ille se ita proiecit tamquam fuisset aliquo graviter impellente prostratus, et cepit orare. Quibus modis, quo affectu, quo motu animi, quo fluvio lacrimarum, quibus gemitibus atque singultibus succutientibus omnia membra eius et pene intercludentibus spiritum, quis ullis explicet verbis? Utrum orarent alii et non in hec averteretur intentio nesciebam. Ego tamen prorsus orare non poteram; hoc tantummodo breviter in corde meo dixi: Domine, quas tuorum preces exaudis, si has non exaudis? Nichil enim mihi videbatur addi iam posse, nisi ut expiraret orando. Surreximus et accepta ab episcopo benedictione discessimus, rogante

illo ut mane adessent illis in quo ab esset hortantibus. Illuxit dies qui metuebatur; adsunt servi dei sicut se adfuturos esse promiserant; ingressi sunt medici; parantur omnia que hora illa poscebat; tremenda ferramenta proferuntur attonitis suspensisque omnibus. Eis autem quorum erat maior auctoritas defunctum animum confortando consolantibus, in manus secantis membra in lectulo componuntur, solvuntur nodi ligamentorum, nudatur locus, inspicit medicus et secandum illum sinum armatus atque intentus inquirit. Scrutatur oculis digitisque contrectat, temptat denique modis omnibus; invenit firmissimam cicatricem. Iam illa leticia et laus atque gratiarum actio misericordi et omnipotenti deo que fusa est ore omnium lacrimantibus gaudiis, non est committenda meis verbis; cogitetur potius quam dicatur. In eadem Carthagine Innocentia, religiosissima femina, de primariis ipsius civitatis, in mamilla cancrum habebat, rem sicut medici dicunt nullis medicamentis sanabilem. Aut ergo precidi solet et a corpore separari membrum ubi nascitur, aut ut aliquanto diutius homo vivat, tamen inde morte quamlibet tardius adfutura, secundum Ypocratis ut ferunt sententiam omittenda curatio. Hoc illa a perito medico et suo domui familiarissimo acceperat et ad solum deum se orando converterat. Admonetur in somnis appropinquante pascha ut in parte feminarum observanti ad baptisterium quecumque illi baptizata primitus occurrisset, eidem loco signo Christi signaret. Fecit; confestim sanitas consecuta est. Medicus sane qui ei dixerat ut nichil curationis adhiberet si paulo diutius vellet vivere, cum inspexisset eam postea et sanissimam comperisset quam prius habere illud malum tali inspectione cognoverat, quesivit ab ea vehementer quid adhibuisset, cupiens quantum intelligi datur nosse medicamentum quo Ypocratis diffinitio vinceretur. Cumque ab ea quid factum esset audisset, voce velut contempnentis et vultu ita ut illa metueret ne aliquod contumeliosum verbum proferret in Christum, religiosa urbanitate respondisse fertur: Putabam inquid aliquid magnum te mihi fuisse dicturam. Atque illa iam exhorrescente mox addidit: Quid grande fecit Christus sanare cancrum qui quatriduanum mortuum suscitavit? Hoc ego cum audissem et vehementer stomacharer in illa civitate atque in illa persona non utique obscura factum tam ingens miraculum sic latere, hinc eam et admonendam et pene obiurgandam putavi. Que cum mihi respondisset non se inde tacuisse, quesivi ab ea quas forte tunc matronas amicissimas secum habebat utrum hoc antea scissent. Responderunt se omnino nescisse. Ecce inquam quomodo non taces ut nec iste audiant que tibi tanta familiaritate iunguntur. Et quia breviter ab ea quesieram, feci ut illis audientibus multumque mirantibus et glorificantibus deum totum ex ordine quemadmodum gestum fuit indicaret.

Quod universa miracula que fiunt in Christi nomine fidei testimonium ferant qua in Christum martires crediderunt. IX.

Medicus quidam podagricus in eadem urbe, cum dedisset nomen ad baptismum et pridie quam baptizaretur in somnis a pueris nigris cirratis quos intelligebat demones esse baptizari eodem anno prohibitus fuisset eisque non obtemperans, etiam calcantibus pedes eius in dolorem acerrimum qualem numquam expertus est, magisque eos vincens lavacro regenerationis ut voverat ablui non distulisset, in baptismate ipso non solum dolore quo ultra solitum cruciabatur, verum etiam podagra caruisset nec amplius, postea quam diu vixisset, pedes doluisse quis novit? Nos tamen novimus et paucissimi fratres ad quos id potuit pervenire. Ex comico quidam Curubitanus non solum a paralisi, verum etiam ab informi pondere genitalium, cum baptizaretur salvus effectus est et liberatus utraque molestia tamquam nichil mali habuisset in corpore de fonte regenerationis ascendit. Quis hoc preter Curubi novit et preter rarissimos aliquos qui hoc ubicumque audire potuerunt? Nos autem hoc cum comperissemus, iubente sancto episcopo Aurelio etiam ut veniret Carthaginem fecimus, quamvis a talibus prius audierimus de quorum fide dubitare non possemus.

Quanto dignius honorentur martires qui ideo multa mira obtinent ut deus verus colatur, quam demones qui ob hoc quedam faciunt ut ipsi dii esse credantur. Capitulum X.

Vir tribunicius Hesperius apud nos est; habet in territorio Fussalensi fundum Zubedi appellatum; ubi cum afflictione animalium et servorum suorum domum suam spirituum malignorum vim noxiam perpessus comperisset, rogavit nostros me absente presbyteros ut aliquis eorum illo pergeret cuius orationibus cederent. Perrexit unus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit ut cessaret illa vexatio; deo protinus miserante cessavit. Acceperat autem ab amico suo terram sanctam de Ierosolimis allatam, ubi sepultus Christus die tertia resurrexit, eamque suspenderat in cubiculo suo ne quid mali etiam ipse pateretur. At ubi domus eius ab illa infestatione purgata est, quid de illa terra fieret cogitabat, quam diutius in cubiculo suo reverentie causa habere nolebat. Forte accidit ut ego et collega tunc meus episcopus Sinitensis ecclesie Maximinus in proximo essemus; ut veniremus rogavit, et venimus. Cumque nobis omnia retulisset, etiam hoc petivit ut infoderetur alicubi atque ibi orationum locus fieret ubi etiam possent Christiani ad celebranda que dei sunt congregari. Non restitimus; factum est. Erat ibi iuvenis paraliticus rusticanus; hoc audito petivit a parentibus suis ut illum ad eum

loculi sui non cunctanter afferrent. Quo
cum fuisset allatus, oravit atque inde continuo
pedibus salvus abscessit. Victoriana dicitur
villa ab yppone regio minus triginta mili
bus abest. Ibi est memoria martyrum Medio
lanensium Gervasii et Prothasii. Portatus est
eo quidam adolescens. Qui cum dimidio tempore
estatis equum ablueret in fluminis gurgite, de
monem incurrit. Ubi cum iaceret vel morti proximus
vel simillimus mortuo, ad vespertinos illuc ympnos
et orationes cum ancillis suis et quibus
dam sanctimonialibus ex more domina possessio
nis intravit, atque ympnos cantare ceperunt.
Qua voce ille quasi percussus excussus est, et
cum terribili fremitu altare apprehensum movere
non audens sive non valens, tamquam eo fuisset
alligatus aut affixus tenebat, et cum
grandi eiulatu parci sibi rogans confite
batur ubi adolescentem et quando invaserit.
Postremo se exiturum denuncians membra
eius singula eius singula nominabat
que se amputaturum exiens minabatur, atque
inter hec verba discessit ab homine. Sed oculus
eius in maxillam fusus tenui venula ab
interiore quasi radice pendebat, totumque eius
medium quod nigellum fuerat albicaverat. Quo
viso qui aderant (concurrerant autem etiam
alii vocibus eius acciti et se omnes in oratione
pro illo straverant), quamvis eum sana mente
stare gauderent, rursus tamen propter oculum eius
contristati medicum querendum esse dicebant.
Ibi maritus sororis eius, qui eum illuc de
tulerat, potens est inquit deus sanctorum ora
tionibus qui fugavit demonem lumen reddere.
Tunc sicut potuit oculum lapsum atque pen
dentem loco suo revocatum ligavit orario,
nec nisi post septem dies putavit esse sol
vendum. Quod cum fecisset, sanissimum inve
nit. Sanati sunt illic et alii, de quibus
dicere longum est. Ypponiensem quandam virgi
nem scio, cum se oleo perunxisset, cui pro illa o
rans presbiter instillaverat lacrimas suas, mox
a demonio fuisse sanatam. Scio etiam episcopum
semel pro adolescente quem non vidit orasse
illumque illico demone caruisse. Erat quidam
senex ypponiensis Florentius, homo religio
sus et pauper, sartoris se arte pascebat.
Casulam perdiderat et unde sibi emeret non habebat.
Ad viginti martyres, quorum memoria est apud
nos celeberrima, et clara voce ut vestiretur
oravit. Audierunt eum adolescentes qui forte
aderant irrisores, eumque discedentem exagita
tes prosequebantur, quasi a martyribus quinquagenos
folles unde vestimentum emeret petiisset.
At ille tacitus ambulans eiectum grandem
piscem palpitantem vidit in littore, eumque
illis faventibus atque adiuvantibus appre
hendit, et cuidam coco, Catoso nomine, bene
christiano, ad coquinam conditariam indicans
quid gestum sit trecentis follibus vendidit,
lanam comparare inde disponens, ut uxor
eius quo posset ei quo indueretur efficeret. Sed
cocus concidens piscem anulum aureum in ven
triculo eius invenit. Moxque miseratione flexus
et religione perterritus homini eum reddidit dicens:
Ecce quomodo te viginti martyres vestierunt. Ad aquas Ti
bilitanas, episcopo afferente Proiecto, martyris glo
riosissimi Stephani memoria veniebat magno
multitudinis concursu et occursu. Ibi ceca mulier
ut ad episcopum portantem duceretur oravit. Flores quos
ferebat dedit, recepit, oculis admovit, pro
tinus vidit. Stupentibus qui aderant preci
bat exultans, viam carpens et vie ducem
ultius non requirens. Memoriam martyris que po
sita est in castello Sinitensi, quod Ypponensi
colonie vicinum est, eius loci Lucillus episcopus
populo precedente et sequente portabat. Fistula
cuius molestia iam diu laborabat et fami
liarissimum sui medicum qui eam secaret opperiebatur,
manus illius pie sarcine vectatione repente
sanata est. Nam deinceps eam in suo corpore
non invenit. Eucharius est presbiter ex Hispania,
Calame habitans, veteri morbo calculi labora
bat; per memoriam supradicti martyris, quam Possidius
illo advexit episcopus, salvus factus est. Idem ipse
postea morbo alio prevalescente mortuus est;
sic iacebat, ut ei iam pollices ligarentur.
Opitulatione memorati martyris, cum de memoria
eius reportata esset et super iacentis corpus
missa ipsius presbiteri tunica, suscitatus est. Fuit
ibi vir in ordine suo primarius nomine Marti
alis, evo iam gravis et multum a religione
abhorrens christiana. Habebat sane fidelem
filiam et generum eodem anno baptizatum.
Qui cum eum egrotantem multis et magnis
lacrimis rogarent ut christianus fieret, prorsus
abhorruit eosque a se turbida indignatione
submovit. Visum est genero eius ut iret
ad memoriam sancti Stephani et illic pro eo
quantum posset oraret, ut deus illi daret mentem
bonam, qua credere non differret in Christum. Fecit
hoc ingenti gemitu et fletu et sinceriter arden
te pietatis affectu. Deinde abscedens aliquid
de altari florum quod occurrit tulit eique cum iam
nox esset ad caput posuit. Tunc dormitum
est, et ecce ante diluculum clamat ut ad episcopum
curreretur, qui mecum forte tunc erat apud
Ypponem. Cum ergo eum audisset absentem,
venire presbiteros postulavit. Venerunt, credere
se dixit, admirantibus atque gaudentibus
omnibus baptisatus est. Hoc quamdiu vixit in o
re habebat: Christe accipe spiritum meum. Cum hec ver
ba beatissimi Stephani, quando lapidatus est
a Iudeis, ultima fuisse nesciret, que huic quo
que ultima fuerunt. Nam non multo post etiam
ipse defunctus est. Sanati sunt illic per eundem
martyrem etiam podagri duo, civis, peregrinus. Ci
vis, sed civis omnimodo, peregrinus autem per reve
lationem quid adhiberet quando doleret audivit,
et cum hoc fecit dolor continuo conquiescat.

Audurus nomen est fundi, ubi ecclesia, et in ea me-
moria martyris Stephani est. Puerum quendam
parvulum, cum in area luderet, exorbitantes boves
qui vehiculum trahebant rota obtriverunt, et
confestim expalpitavit expirans. Hunc mater
arreptum ad eandem memoriam posuit. Et non
solum revixit, verum etiam illesus apparuit.
Sanctimonialis quedam in vicina possessione, que
Caspaliana dicitur, cum egritudine laboraret, ac de-
speraretur, ad eandem memoriam tunica eius
allata est, que antequam revocaretur, illa de-
functa est. Hac tamen tunica operuerunt cadaver eius
parentes, et recepto spiritu salva facta est. Apud
Ipponem Bassus quidam Syrus ad memoriam
eiusdem martyris orabat pro egrotante et peri-
clitante filia, eoque secum vestem eius attu-
lerat, et ecce pueri de domo cucurrerunt, qui
ei mortuam nuntiarent. Sed cum orante illo ab
amicis suis exciperentur, prohibuerunt eos illi dice-
re, ne per publicum plangeret. Qui cum domum redisset
iam suorum eiulatibus personantem, et vestem
filie quam ferebat super eam proiecisset, rursus red-
dita est vite. Rursus ibidem apud nos Irenei
cuiusdam collectarii filius, egritudine extinc-
tus est. Cumque corpus iaceret exanime, atque
a lugentibus et plangentibus exequie pa-
rarentur, amicorum eius quidam inter aliorum con-
solantium verba suggessit, ut eiusdem martyris
oleo corpus perungeretur. Factum est et revixit.
Itemque apud nos vir tribunicius Eleusinus
super memoriam martyrum que in suburbano
eius est, egritudine exanimatum posuit infa-
tulum filium suum. Et post orationem quam multis
cum lacrimis ibi fudit, viventem levavit. Quid
faciam? Urget huius operis implenda pro-
missio, ut non hic possim omnia commemorare
que scio. Et procul dubio plerique nostrorum cum hec
legent, dolebunt me pretermisisse tam mul-
ta que utique mecum sciunt. Quos iam nunc ut
ignoscant rogo, ut cogitent quam prolixi la-
boris sit facere, quod me hic non suscepti labo- facere
ris necessitas cogit. Si enim miracula sanita-
tum ut alia taceam, ea tantummodo velim scribe-
re, ^Stephanum que per hunc martyrem id est gloriosissimum facta sunt in Co-
lonia Calamensi et in nostra, plurimi conficiendi
sunt libri, nec tamen omnia colligi poterunt, sed tantum
de quibus libelli dati sunt qui recitarentur
in populis. Id namque fieri voluimus, cum videremus
antiquis similia divinarum signa virtutum, etiam
nostris temporibus frequentari, et ea non debere multo-
rum notitie deperire. Nondum est autem
biennium, ex quo apud Ipponem regium cepit esse
ista memoria, et multis quod nobis certissimum
est non datis libellis de hiis que mirabiliter facta
sunt, illi ipsi qui dati sunt ad septuaginta
ferme numerum pervenerant, quando ista conscripsi. Ca-
lame vero ubi et ipsa memoria prius esse cepit
et crebrius dantur, incomparabili multitudine
^que colonia superant. Uzali etiam colonie utice vicina est
multa preclara per eundem martyrem facta cog-

nimus, tamen ibi memoria longe prius quam apud
nos ab episcopo Evodio constituta est. Sed libel-
lorum dandorum ibi consuetudo non est, vel
potius non fuit. Nam fortasse nunc esse
iam cepit. Cum enim nuper illic essemus,
Petroniam clarissimam feminam que ibi mirabiliter
et magno atque diuturno in quo medicorum ad-
iutoria cuncta defecerant languore sanata
est, hortati sumus, volente supradicto loci episcopo,
ut libellum daret qui recitaretur in populo, et
obedientissime paruit, in quo posuit etiam
quod hic reticere non possum, quamvis ad ea que hoc
opus urgent festinare compellar. A quo-
dam Iudeo dixit sibi fuisse persuasum, ut
anulum capillacio vinculo insereret, quo sub
omni veste ad nuda corporis cingeretur. Qui
anulus haberet sub gemma lapidem in renibus in-
ventum bovis. Hoc alligata quasi remedio ad sancti
martyris limina veniebat. Sed profecta a Cartha-
gine, cum in confinio fluminis Bagrade in sua
possessione mansisset, surgens ut iter per-
ageret, ante pedes suos illum iacentem anulum
vidit, et capillaciam zonam qua fuerat alli-
gatus miratura temptavit. Quam cum omnino suis
nodis firmissimis sicut erat compisset astrictam,
crepuisse atque exiluisse anulum suspicata est.
Qui etiam ibi cum integrum fuisset inven-
tus, future salutis quodammodo pignus de tan-
to miraculo se accepisse presumpsit, atque illud
vinculum solvens, simul cum eodem anulo proiecit
in flumen. Non credunt hoc qui etiam
dominum nostrum Ihesum Christum per integra virginalia
matris enixum, et ad discipulos hostiis clau-
sis ingressum fuisse non credunt. Sed hoc certe
querant, et si verum invenerint illa credant.
Clarissima femina est nobiliter nata, nobiliter
nupta, Carthagine habitat, ampla civitas,
ampla persona, rem querentes latere non sinunt.
Martyr certe ipse quo impetrante illa sanata
est, in filium permanentis virginis credidit, in
eum qui hostiis clausis ad discipulos ingressus
est credidit, postremo propter quod omnia ista
dicuntur a nobis in eum qui ascendit in celum
cum carne in qua surrexerat, credidit, et ideo per eum
tanta fiunt, quia pro ista fide animam posuit.
Fiunt ergo etiam nunc multa miracula, eodem deo
faciente per quos vult et quemadmodum vult
qui et illa que legimus fecit. Sed ista nec simili-
ter innotescunt, neque ut non excidant animo quasi
glarea memorie crebra lectione tunduntur.
Nam et ubi diligentia que nunc apud nos
esse cepit et libelli eorum qui beneficia percipiunt
recitentur in populo, semel hoc audiunt qui
assunt, pluresque non assunt, ut nec illi qui affu-
erunt post aliquot dies quod audierunt mente
retineant, ut vix quisquam reperiatur illorum qui
ei quem non affuisse cognoverit indicet quod au-
divit. Unum est apud nos factum non maius
quam illa que dixi, sed tam clarum atque illustre
miraculum, ut nullum arbitrer esse Ipponensium

qui hoc non viderit vel didicerit, nullum, qui oblivisci ulla ratione potuerit. Contra platonicos qui de naturalibus elementorum ponderibus argumentantur terrenum corpus in celo esse non posse. xi

Decem quidam fratres [septem sunt mares et tres] quorum femine de cesarea capadocie, suorum civium non ignobiles, maledicto matris recenti patris eorum obitu destitute, que iniuriam sibi ab eis factam acerbissime tulit, tali pena sunt divinitus coerciti, ut horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum; in qua fedissima specie oculos suorum civium non ferentes, quaque usquam ire visum est, toto pene vagabantur orbe romano. Ex hiis etiam venerunt ad nos duo frater et soror, paulus et palladia, multis aliis locis miseria diffamante iam cogniti. Venerunt autem ante pascha ferme dies quindecim ecclesiam cottidie, et in ea memoriam gloriosissimi stephani [frequentabant] orantes, ut iam sibi placaretur deus, et salutem pristinam redderet. Et illic et quacumque ibant convertebant in se civitatis aspectum, et nonnulli qui eos alibi viderant causamque tremoris eorum noverant, aliis ut cuique poterant indicabant. Venit et pascha, atque ipso die dominico mane, cum iam frequens populus presens esset, et loci [sancti] cancellos ubi martirium erat, idem iuvenis orans teneret, repente prostratus est, et dormienti simillimus iacuit, non tamen tremens sicut etiam per sompnum solebat. Stupentibus qui aderant atque paventibus aliis, atque aliis dolentibus, cum eum quidam vellent erigere, nonnulli prohibuerunt, et potius exitum expectandum esse dixerunt. Et ecce surrexit, et non tremebat, quoniam sanatus erat, et stabat incolumis intuens intuentes. Quis ergo se tenuit a laudibus dei, clamantium gratulantiumque vocibus ecclesia usquequaque completa est. Inde ad me curritur, ubi sedebam iam processurus, irruit alter quisque post alterum, omnis posterior quasi novum quod alius prior dixerat nunciantes, meque gaudente, et apud me deo gratias agente ingreditur et ipse cum pluribus, inclinatur ad genua mea, erigitur ad osculum meum. Procedimus ad populum, plena erat ecclesia, personabat vocibus gaudiorum, deo gratias, deo laudes, nemine tacente hinc atque inde clamantium. [Salutavi] populum, et rursus eadem ferventiore voce clamabant. Facto tandem silencio, scripturarum divinarum sunt lecta solempnia. Ubi autem ventum est ad mei sermonis locum, dixi pauca pro tempore, et pro illius iocunditate leticie. Magis quippe eos in opere divino quandam dei eloquentiam non audire, sed considerare permisi. Nobiscum homo prandit, et diligenter nobis omnem sue ac materne fraterneque calamitatis indicavit historiam. Sequenti itaque die post sermonem redditum, narrationis eius libellum in crastino populo recitandum promisi. Quod cum

et dominico pasche die tertio fieret in gradibus exedre, in qua de superiore loquebar loco, feci stare ambos fratres, cum eorum legeretur libellus. Intuebatur populus universus sexus utriusque, unum stantem sine deformi motu, alteram membris omnibus contremententem. Et qui ipsum non viderant, quid in eo divine misericordie factum esset, in eius sorore cernebant. Videbant quid in illo gratulandum, quid pro illa esset orandum. Inter hec recitato eorum libello de conspectu populi eos abire precepi, et de tota ipsa causa aliquanto diligentius ceperam disputare. Cum ecce me disputante voces alie de memoria martiris nove gratulationis audiuntur. Conversi sunt eo qui me audiebant, ceperuntque concurrere. Illa enim ubi de gradibus descendit, in quibus steterat, ad sanctum martirem orare perrexerat. Que mox ut cancellos attigit, collapsa similiter velut in sompnum, sana surrexit. Dum ergo requireremus quid factum fuit, unde ille strepitus letus constitit, ingressi sunt cum illa in basilicam ubi eramus, adducentes eam sanam de martiris loco. Tunc vero tantus ab utroque sexu admirationis clamor exortus est, ut vox continuata cum lacrimis non videretur posse finiri. Perducta est ad eum locum ubi paulo ante steterat tremens. Exultabant eam similem fratri, cui doluerant remansisse dissimilem, et nondum fusas preces suas pro illa, iam tamen prima voluntatem tam cito exauditam esse cernebant. Exultabant in dei laude voce sine verbis, tanto sonitu quantum aures nostre vix ferre possent. Quid erat in cordibus exultantium nisi fides christi, pro qua stephani sanguis effusus est? Cui nisi huic fidei attestantur ista miracula, in qua predicatur christus resurrexisse in carne, et in celum ascendisse cum carne, quia et ipsi martires huius fidei martires, id est huius fidei testes fuerunt, huic fidei testimonium perhibentes mundum inimicissimum et crudelissimum pertulerunt, eumque non repugnando sed moriendo vicerunt. Pro ista fide mortui sunt, qui hec a domino impetrare possunt, propter cuius nomen occisi sunt. Pro hac fide precessit eorum mira paciencia, ut in hiis miraculis tanta ista potencia sequeretur. Nam si carnis in eternum resurrectio vel non precessit in christo, vel non ventura est sicut prenunciatur a christo, vel sicut prenunciata est a prophetis a quibus prenunciatus est christus, cur et mortui tanta possunt, qui pro ea fide qua hec resurrectio predicatur occisi sunt? Sive enim deus ipse per se ipsum miro modo quo res temporales operatur eternus, sive per suos ministros ista faciat, et eadem ipsa que per ministros facit, sive quedam faciat et per martirum spiritus sicut per homines adhuc in corpore constitutos, sive omnia ista per angelos, quibus invisibiliter, incommutabiliter, incorporaliter imperat operetur, ut que per martires fieri dicuntur, eis orantibus tantum et impetrantibus, non etiam operantibus fiant, sive alia istis, alia illis modis, que

deos suos nostris hominibus comparare. Qui dicit etiam se habere deos

statuerunt

nullo modo comprehendi a mortalibus putant, ei tamen
attestantur. Hec fidei, in qua carnis in eternum sancto pre-
dicatur. Hic forte dicturi sunt et deos suos
aliqua mira fecisse. Bene si iam incipiunt
ex hominibus mortuis, sicut Herculem, sicut Ro-
mulum, sicut alios multos, quos in deorum numerum re-
ceptos opinantur. Ab nobis martires non sunt dii, quia
unum eundemque deum et nostrum scimus et martirum. Nec
tamen miraculis, que per memorias nostrorum martirum fiunt,
ullo modo sunt comparanda miracula, que facta per
templa perhibentur illorum. Verum si qua similia
videntur, sicut a Moyse magi Pharaonis, sic
eorum dii victi sunt a martiribus nostris. Fecerunt autem illa
demones eo fastu impure superbie, quo eorum
dii esse voluerunt. Faciunt autem ista martires, vel po-
cius deus, aut cooperantibus aut orantibus
eis, ut fides illa proficiat, qua eos non deos
esse nostros, sed unum deum habere nobiscum credamus.
Denique illi talibus diis suis, et templa edificaue-
runt, aras, et sacerdotes instituerunt, et sacrificia
fecerunt. Nos autem martiribus nostris, non templa sicut
diis, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum
apud deum vivunt spiritus fabricamus, nec ibi erigimus
altaria, in quibus sacrificemus martiribus, sed uni deo
et martirum et nostro sacrificium immolamus. Ad quod sacri-
ficium sicut homines dei qui mundum in eius con-
fessione vicerunt, suo loco et ordine nominantur,
non tamen a sacerdote qui sacrificat invocantur. Deo quippe
non ipsis sacrificat, quamvis in memoria sacrificet
eorum, qui dei sacerdos est, non illorum. Ipsum vero sacrifi-
cium corpus est Cristi, quod non offertur ipsis, quia
hoc sunt et ipsi. Quibus igitur potius crede-
dum est miracula facientibus? eis ne, qui se ipsos
volunt haberi deos, ab eis quibus ea faciunt, an e-
is, qui ut in deum credatur, quod et Cristus est, faciunt
quicquid mirabile faciunt? Eis ne qui sacra
sua etiam crimina esse voluerunt, an eis, qui nec lau-
des suas volunt esse sacrificia sua, sed totum quod
veraciter laudantur, ad eius gloriam proficere, in quo
laudantur? In domino quippe laudantur anime eorum.
Credamus ergo eis, ut vera dicentibus, et mira
facientibus. Dicendo enim vera passi sunt, ut possint
facere mira. Precipuis verus est principium, quod Cristus
resurrexit a mortuis, et in mortalitatem
resurrectionis in sua carne primus ostendit, quam nobis
affuturam vel in principio novi seculi, vel in
huius fine promisit. Contra Platonicas infide-
lium quibus christianos de credita carnis resurrec-
tione irrident. XII c.

Contra quod magnum dei donum
ratiocinatores isti, quorum cogitationes
novit dominus quoniam vane sunt, de ponderibus elemen-
torum argumentantur, quia scilicet magistro Platone di-
dicerunt mundi duo corpora maxima, atque postre-
ma, duobus mediis aere scilicet et aqua esse co-
pulata atque coniuncta. Ac per hoc inquiunt, quoniam terra
ab hinc sursum versus est prima, secunda aqua super
terram, tercius aer super aquam, quartum super aera celum.
Non potest esse terrenum corpus in celo. Momentis
enim propriis, ut ordinem suum teneant, singula
elementa librantur. Ecce qualibus argumentis
omnipotentie dei humana contradicit infirmitas,
quam possidet vanitas. Quid ergo faciunt in
aere terrena tot corpora, cum a terra sit aer tercius,
nisi forte qui per plumarum et pennarum levita-
tem donavit avium terrenis corporibus, ut por-
tentur in aere, immortalibus factis corporibus
hominum non poterit dare virtutem, qua eciam in summo
celo valeant habitare. Animalia quoque ipsa ter-
rena, que volare non possunt, in quibus et homines
sunt, sicut sub aqua pisces, qui sunt aquarum
animalia, ita sub terra vivere debuerunt. Cur ergo
non saltem de secundo id est de aquis, sed de elemento
tercio, terrenum animal carpit hanc vitam? Quare
cum pertineat ad terram, in secundo quod super terram
est elemento, vivere si cogatur continuo suf-
focatur, et ut vivat, vivit in tercio? An errat
hic ordo elementorum, vel pocius non in natura
rerum, sed in istorum argumentacionibus de-
ficit? Omitto dicere quod iam in tercio decimo libro
dixi, quam multa gravia terrena sint corpora, sicut
est plumbum, et formam tamen ab artifice accipi-
ant, qua natare valeat super aquam. Et ut ac-
cipiat qualitatem corpus humanum, qua ferri
in celum, et esse possit in celo, omnipotenti
artifici contradicitur. Iam vero contra illud, quod
iam dixi superius, eciam isti considerantes
atque tractantes, elementorum ordinem, quo confi-
dunt, non inveniunt omnino, quod dicant. Sic est
enim hinc sursum versus terra prima, aqua secunda
tercius aer, quartum celum, ut super omnia sit
anime natura. Nam et Aristotiles, quintum corpus
eam dixit esse, et Plato nullum. Si quintum esset
certe superius esset ceteris. Cum vero nullum est, multo ma-
gis superat omnia. In terreno ergo quid facit cor-
pore, in hac mole quid agit subtilior omnibus,
in hoc pondere quid agit levior omnibus,
in hac tarditate quid agit celerior omnibus?
Ita ne per huius tam excellentissime meritum non po-
terit effici, ut corpus eius levetur in celum? Et cum
valeat nunc natura corporum terrenorum deprimere
animas deorsum, aliquando et anime levare sursum
terrena corpora non valebunt? Iam si ad eorum
miracula veniamus, que facta a diis suis opponunt
martiribus nostris, nonne eciam ipsa pro nobis fa-
cere et nobis reperientur omnino proficere? Nam
inter magna miracula deorum suorum, profecto
magnum illud est, quod Varro commemorat, Ves-
talem virginem, cum periclitaretur falsa suspicione
de stupro, cribrum implesse aqua de Tyberi, et
ad suos iudices, nulla eius parte stillante
portasse. Quis aque pondus super cribrum
tenuit? Quis tot cavernis patentibus,
nichil inde in terram cadere permisit? Responsuri
sunt, aliquis deus, aut aliquis demon. Si de-
us, numquid maior est deo qui fecit hunc
mundum? Si demon, numquid potencior est an-
gelo, qui deo servit, a quo factus est mundus?
Si ergo deus minor, vel angelus, vel demon
potuit pondus huius elementi sic suspende-

in tribus ...
supra a...

ut aquarum videatur mutata fuisse natura. Ita
ne deus omnipotens qui omnia ipse creavit, elemen
ta terreno corpori, quo nunc pondus auferre non
potuit, ut in eodem elemento habitet vivifica
tum corpus, in quo voluit vivificans spiritus. De
inde cum aerem medium ponant inter ignem
desuper et aquam subter, quid est quod eum inter
aquam et aquam, et inter aquam et terram sepe inve
nimus? Quid enim volunt esse aquosas nubes,
inter aquas et maria aer medius reperitur?
Quonam queso elementorum pondere atque or
dine efficitur, ut torrentes violentissimi atque
undosissimi, aqua sub aere in nubibus pende
ant? Cur denique aer est medius inter summa
celi, et ima terrarum, quaqua versum orbis ex
tenditur, si locus eius inter celum et aquas, sicut
aquarum inter ipsum et terras, est constitutus po
stremo si ita est elementorum ordo dispositus,
ut secundum platonem duobus mediis, id est aere et
aqua, duo extrema, id est ignis et terra, iungantur,
celique obtineat ille summi loci, hec autem imi
velut fundamentis mundi, et ideo in celo esse non
potest terra, cur est ipse ignis in terra? Secundum hanc
quippe rationem, ita ista duo elementa in locis
propriis, ymo atque summo, terra et ignis esse debue
runt, ut quemadmodum nolunt in summo non pos
se quod ymi est, ita nec in ymo posse esse quod
summi est. Sicut ergo nullam putant vel esse vel
futuram esse terre particulam in celo, ita nullam
particulam videre debuimus ignis in terra. Nunc vero
non solum in terris, verum etiam sub terris ita
est, ut eum eructent vertices montium, preter quod in
usibus hominum et esse ignem in terra, et eum nas
ci videmus ex terra, quandoquidem et de lignis
et de lapidibus nascitur, que sunt corpora
sine dubitatione terrena. Sed ille inquiunt ille
ignis est tranquillus, purus, innoxius, sem
piternus, iste autem turbidus, fumeus, corrup
tibilis atque corruptor, nec tamen corrumpit montes
in quibus iugiter estuat, cavernasque terrarum,
verum esto sit ille iste dissimilis, ut terrenis ha
bitationibus congruat, cur ergo nolunt ut creda
mus naturam corporum terrenorum, aliquando incorrup
tibilem factam, celo convenientem futuram
sicut nunc ignis corruptibilis his convenit
terris? Nichil igitur afferunt ex ponderibus
atque ordine elementorum, unde omnipotenti deo quo
minus faciat corpora nostra talia, ut etiam in
celo possint habitare, prescribant. An abortivi

non pertineant ad resurrectionem si pertinent ad numerum mortuorum XIII

Sed scrupulosissime querere, et fidem qua cre
dimus resurrectionem carnis, ita que
rendo, assolent irridere, utrum fetus abortivi re
surgant. Et quoniam dominus ait: Amen dico vobis,
capillus capitis vestri non peribit, utrum statura
et robur equalia futura sint omnibus, an
diverse corporum quantitates? Si enim equali
tas corporum erit, unde habebunt quod hic non
habuerunt in mole corporis, illi abortivi, si resurgent et ipsi? Aut
si resurgent, quia nec nati sunt, sed effusi. E
andem quoniam de parvulis versant. Unde il
lis mensuram corporis, quam nunc defuisse vi
demus, accedat, qui in hac etate moriuntur? Ne
que enim dicturi sumus, eos non resurrecturos,
qui non solum generationis capaces sunt,
deinde interrogantur, que modum ipsa equa
litas habitura sit. Si enim tam magni et
tam longi erunt omnes quam fuerunt quicumque
hic fuerunt maximi atque longissimi, non solum
de parvulis, sed de plurimis querunt, unde illis
accessurum sit quod hic defuit, si hoc quisque
recipiet quod hic habuit. Si autem quod ait a
postolus, occurramus omnes in mensuram e
tatis plenitudinis Christi, et illud alterum, quos
predestinavit conformes ymaginis filii sui
fieri, sic intelligendum est, ut statura modus X
corporis omnium qui in regno eius erunt huma
norum corporum sit futurus, multis erunt inquiunt
de magnitudine et longitudine corporis
detrahendum. Et ubi iam erit: capillus ca
pitis vestri non peribit, si de ipsa corporis quan
titate tam multum peribit? Quamvis et de
ipsis capillis possit inquiri, utrum redeat quicquid
tondentibus decidit. Quod si rediturum est, quis
non exhorreat illam deformitatem? Nam hoc
et de unguibus videtur necessario secuturum, ut
redeat tam multum quod corporis curatura de
secuit. Et ubi decus, quod certe maius quam
in ista esse corruptione potuit in illa immor
talitate esse debebit? Si autem non redibit, ergo
peribit. Quomodo inquiunt capillus capitis vestri
non peribit? De macie quoque vel pinguedine similiter
disputant. Nam si equales omnes erunt, non
utique alii macri, alii pingues erunt. Ac
cedit ergo aliis aliquid, aliis minuetur, ac
per hoc non quod erat recipiendum, sed alicubi adden
dum est quod non fuit, et alicubi perdendum quod
fuit. De ipsis etiam corruptionibus et delap
sionibus corporum mortuorum, cum aliud vertatur
in pulverem, in auras aliud exalatur, sunt
quos bestie, sunt quos ignis absumit, nau
fragio vel quibuscumque aquis ita quidam
pereunt, ut eorum carnes in humorem putre
do dissolvat, non mediocriter permoventur,
atque omnia ista recolligi in carnem et re
integrari posse non credunt. Consectantur
etiam quasque feditates et vitia, sive ac
cedant, sive nascantur, ubi et monstrosos
partus cum horrore atque irrisione commemo
rant et requirunt, quam nam cuiusque deformi
tatis resurrectio sit futura. Si enim nichil ta
le redire in corpus hominis dixerimus, responsio
nem nostram de locis vulnerum, cum quibus dominum
nostrum resurrexisse predicamus, se confuta
turos esse presumunt. Sed inter hec ipsa omnia questio
difficillima illa proponitur, in cuius carnem
reditura sit caro, qua corpus alterius vesc
entis humana urgente fame compellente nutritur.

[Marginal notes: "tum" (beside "dein-de cum aere"); "in celis erant supra aera" (beside "undosissimi ... pendeant"); "Qui si resurget et ipsi? Aut" (beside "habuerunt in mole corporis")]

eternitatem quippe coniuncta est eius qui talibus
utitur alimentis, et ea que materies ostendat
defuncta suppleverit. Utrum illi ergo reddatur ho-
mini cuius caro prius fuit, an illi potius cuius
postea facta est, ad hoc perscrutatur ut fide[m]
resurrectionis illudant, ut sic anime humane aut al-
ternantes sicut Plato veras infelicitates esse
falsasque beatitudines, aut post multas itidem
per diversa corpora revolutiones aliquando tamen eam
sicut Porphyrius finire miserias et ad eas
numquam redire fateantur, Non tamen corpus haben-
do immortale, sed corpus omne fugiendo. An
infantes in ea sint resurrectionis habitudine
corporis qua habituri erant etatis accessu. xiiij

Ad hec ergo que ab eorum parte contra
me disserente mi videntur opposita
mia divinis nisibus opem feren-
te respondeam. Abortivos fetus qui cum iam
vixissent in uteris ibi sunt mortui resurrecturos
ut affirmare ita negare non audeo, quamvis non
videam quomodo ad eos non pertineat resurrectio mor-
tuorum, si non eximuntur de numero mortuorum.
Aut enim non omnes mortui resurgent, et erunt
alique humane anime sine corporibus in eternum, que
corpora humana quamvis intrinsecus matrum
gestaverunt; aut si omnes anime humane recipient
resurgentia sua corpora que habuerunt ubicumque
viventia aut morientia reliquerunt, Non in-
venio quemadmodum dicam ad resurrectionem non
pertinere mortuorum quoscumque mortuos, et in
uteris matrum. Sed utrumlibet de his quisque sentiat,
quod de iam natis infantibus dixerimus,
hoc etiam de illis intelligendum est, si resur-
gant. Quid ergo de infantibus dicturi sumus,
nisi quia non in ea resurrecturi sunt corporis ex-
iguitate qua mortui, sed quod eis tardius
accessurum erat tempore, hoc sunt illo dei opere miro atque
celerrimo recepturi? In sententia quippe domini ubi
ait: Capillus capitis vestri non peribit, dictum est
non defuturum esse quod fuit, Non autem negatum
est affuturum esse quod deerat. Defuit infanti
mortuo perfecta quantitas sui corporis. Perfecto
quippe infanti deest utique perfectio magni-
tudinis corporalis, que cum accesserit iam
statura longior esse non possit. Hunc perfec-
tionis modum sic habent omnes ut cum illo con-
cipiantur atque nascantur, sed habent in ratione non
in mole, sicut ipsa iam membra omnia sunt
latenter in semine, cum etiam natis nonnulla ad-
huc desint, sicut dentes ac si quid eius-
modi. In qua ratione uniuscuiusque materie in-
dita corporali iam quodammodo ut ita dicam
li liciatum videtur esse quod nondum est, immo quod
latet, sed accessu temporis erit vel potius appa-
rebit. In hac ergo infans iam brevis aut lon-
gus est qui brevis longusve futurus est.
Secundum hanc rationem profecto in resurrectione corporis
detrimenta corporis non timemus. Quia et si
qualitas futura esset omnium atque ita ut omnes

usque ad gigantum magnitudines pervenirent,
ne illi qui magni fuerunt minus haberent ali-
quid in statura quod eis contra sententiam Christi periret.
Qui dixit nec capillum capitis esse periturum,
creatori utique qui creavit cuncta ex nichilo
quomodo deesse posset unde adderet quod addendum
dumtaxat mirus artifex nosset. An ad dominici cor-
poris modum omnium mortuorum resurrectura sint
corpora. xvi.

Sed utique Christus in ea mensura in qua mor- corporis
tuus est resurrexit, nec fas est dicere
cum resurrectionis omnium tempus venerit accessuram cor-
pori eius eam magnitudinem quam non habuit quando
in ea discipulis in qua illis erat notus ap-
paruit, ut longissimis posset fieri equalis. Si
autem dixerimus ad dominici corporis modum etiam
quorumdam maiora corpora redigenda, peribit
de multorum corporibus plurimum, cum ipse nec ca-
pillum periturum esse promiserit. Restat ergo ut sua
quisque recipiat quisque mensuram quam vel habuit
in iuventute, et si senex est mortuus, vel fuerat
habiturus si est ante defunctus, atque illud quod com-
memoravit apostolus de mensura etatis pleni-
tudinis Christi aut propter aliud intelligamus
dictum esse, id est ut illi capiti in populis christianis ac-
cedenti omnium perfectione membrorum etatis eius
mensura compleatur; aut si hoc de resurrectione
corporis dictum est, sic accipiamus dictum ut nec in-
fra nec ultra iuvenilem formam resurgant
corpora mortuorum, sed in ea etate et robore
usque ad quam Christum hic pervenisse cognovi-
mus. Circa xxx quippe annos diffinierunt
esse etiam seculi huius doctissimi homines iuventu-
tem. Que cum fuerit spatio proprio termi-
nata, inde iam hominem in detrimenta ver-
gere gravioris ac senilis etatis. Et ideo non
est dictum in mensuram corporis vel in mensuram
stature, sed in mensuram etatis plenitudinis
Christi. Illud etiam quod ait predestinatos con-
formes fieri imaginis filii dei, potest et secundum in-
teriorem hominem intelligi. Unde nobis alio
loco dicit: Nolite conformari huic seculo,
sed reformamini in novitate mentis vestre. Ubi
ergo reformamur ne conformemur huic seculo,
ibi conformamur dei filio, potest et sic accipi
ut quemadmodum nobis ille mortalitate, ita
nos illi efficiamur immortalitate conformes.
Quod quidem et ad ipsam resurrectionem cor-
porum pertinet. Si autem etiam in his verbis qua
forma resurrectura sint corpora sumus ad-
moniti, sicut illa mensura ita et ista con-
formatio non quantitatis intelligenda est,
sed etatis. Resurgent itaque omnes tam mag-
ni corpore quam vel erant vel futuri erant
etate iuvenili, quamvis nichil oberit etsi erit
infantilis vel senilis corporis forma, ubi nec
mentis nec ipsius corporis ulla remanebit
infirmitas. Unde etiam si quis in eo corporis
modo in quo defunctus est resurrecturum unum-
quemque contendit, non est cum illo laboriosa

corporis

contradicendo pugnandum. Nonnulli propter hoc quod dictum est: Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi, et conformes ymaginis filii dei, nec in sexu femineo resurrecturas feminas credunt, sed in virili omnes, quoniam deus solum virum fecit ex limo, feminam ex viro. Sed mihi melius sapere videntur qui utrumque sexum resurrecturum esse non dubitant. Non enim libido ibi erit, que confusionis est causa. Nam priusquam peccassent, nudi erant et non confundebantur vir et femina. Corporibus ergo illis vitia detrahentur, natura servabitur. Non est autem vitium sexus femineus, sed natura, que tunc quidem et a concubitu et partu immunis erit; erunt tamen membra feminea non accommodata usui veteri, sed decori novo, quo non alliciatur aspicientis concupiscentia, que nulla erit, sed dei laudetur sapientia atque clementia, qui et quod non erat fecit et liberabit a corruptione quod fecit. Ut enim in exordio generis humani de latere viri dormientis costa detracta femina fieret, Christum et ecclesiam tali facto iam tunc prophetari oportebat. Sopor quippe ille viri mors erat Christi, cuius exanimis in cruce pendentis latus lancea perforatum est atque inde sanguis et aqua profluxit, que sacramenta esse novimus, quibus edificatur ecclesia. Nam hoc etiam verbo scriptura usa est, ubi non legitur formavit aut finxit, sed edificavit eam in mulierem; unde et apostolus edificationem dicit corporis Christi, quod est ecclesia. Creatura est ergo dei femina sicut vir; sed ut de viro fieret, unitas commendata; ut autem illo modo fieret, Christus, ut dictum est, et ecclesia figurata est. Qui ergo utrumque sexum instituit, utrumque restituet. Denique et ipse Ihesus interrogatus a Saduceis, qui negabant resurrectionem, cuius septem fratrum esset uxor, quam singuli habuerunt, dum quisque eorum vellet defuncti semen, sicut lex preceperat, excitare: Erratis, inquit, nescientes scripturas neque virtutem dei. Et cum locus esset ut diceret: De qua enim me interrogatis, vir erit etiam ipsa, non mulier, non hoc dixit, sed dixit: In resurrectione enim neque nubent neque uxores ducent, sed sunt sicut angeli dei in celo. Equales utique angelis immortalitate ac felicitate, non carne, sicut nec resurrectione, qua non indiguerunt angeli, quia nec mori potuerunt. Nuptias ergo dominus futuras negavit esse in resurrectione, non feminas; et ibi negavit, ubi talis questio vertebatur, ut eam negato sexu muliebri celeriori facilitate dissolveret, si eum ibi presciret non futurum; ymmo etiam futurum esse firmavit dicendo: Non nubent, quod ad feminas pertinet, neque uxores ducent, quod ad viros pertinet. Erunt ergo que vel nubere hic solent vel qui ducere uxores, sed ibi hoc non facient. Proinde quod ait apostolus occurrere nos omnes in virum perfectum, totius ipsius circumstantia lectionis considerare debemus, que ita se habet: Qui descendit, inquit, ipse est et qui ascendit super omnes celos, ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, quosdam vero evangelistas, quosdam autem pastores et doctores, ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionem filii dei, in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi, ut ultra non simus parvuli, iactati et circumlati omni vento doctrine in illusione hominum, in astutia ad machinationem erroris; veritatem autem facientes in caritate augeamur in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus conexum et compactum per omnem tactum subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque partis incrementum corporis facit in edificationem sui in caritate. Ecce qui est vir perfectus, caput et corpus, quod constat omnibus membris, que suo tempore complebuntur. Cotidie tamen eidem corpori accedunt, dum edificatur ecclesia, cui dicitur: Vos autem estis corpus Christi et membra; et alibi: Pro corpore, inquit, eius, quod est ecclesia; itemque alibi: Unus panis, unum corpus multi sumus. De cuius corporis edificatione et hic dictum est: Ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi; ac deinde subiectum unde nunc agimus: Donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionem filii dei in virum perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi, et cetera, donec eandem mensuram in quo corpore intelligenda esset ostenderet dicens: Augeamur in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus conexum et compactum per omnem tactum subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque partis. Sicut ergo est mensura uniuscuiusque partis, ita totius corporis, quod omnibus suis partibus constat, est utique mensura plenitudinis, de qua dictum est: In mensuram etatis plenitudinis Christi. Quam plenitudinem etiam illo loco commemoravit, ubi ait de Christo: Et ipsum dedit caput super omnia ecclesie, que est corpus eius, plenitudo eius, qui omnia in omnibus impletur. Verum si hoc ad resurrectionis formam, in qua erit unusquisque, referendum esset, quid nos impediret nominato viro intelligere et feminam, ut virum pro homine positum acciperemus, sicut in eo quod dictum est: Beatus vir qui timet dominum, utique ibi sunt et femine que timent dominum.

Qualis intelligenda sit conformatio sanctorum ad ymaginem filii dei

Quid iam respondeam de capillis atque unguibus? Semel quippe intellecto ita nihil periturum esse de corpore, ut deforme nihil sit in corpore, simul intelligitur ea que deformem factura fuerant enormitatem masse ipsi accessura esse, non locis in quibus membrorum forma turpetur. Velut si de limo

alibi

omnes

vas fiet, quod rursus in eundem limum redactum totum de toto iterum fiet, non est necesse ut illa pars limi, que in ansa fuerat, ad ansam redeat, aut que fundum fecerat, ipsa rursus faciat fundum, dum tamen totum redeat in totum, id est totus ille limus in totum vas, nulla sui perdita parte, remaneat. Quapropter si capilli totiens tonsi unguesque desecti ad sua loca deformiter redeunt, non redibunt; nec tamen cuique resurgenti peribunt, quia in eandem carnem, ut quemcumque ibi locum corporis teneant, servata partium congruentia, materie mutabilitate vertentur. Quamvis quod ait dominus: Capillus capitis vestri non peribit, non de longitudine, sed de numero capillorum dictum multo aptius possit intelligi; unde alibi dicit: Capilli capitis vestri numerati sunt. Neque hoc ideo dixerim, quod aliquid existimem cuique corpori periturum, quod naturaliter inerat, sed quod deforme natum fuerat. Non utique ob aliud nisi ut hinc quoque ostenderetur quam sit penalis condicio ista mortalium, sic esse redintegrandum, ut servata integritate substantie deformitas pereat. Si enim statuam potest artifex homo, quam propter aliquam causam deformem fecerat, conflare et pulcherrimam reddere, ut nihil inde substantie, sed sola deformitas pereat, ac si quid in illa figura priore indecenter extabat nec parilitate partium congruebat, non de toto unde fecerat amputare atque separare, sed ita conspergere universo atque miscere, ut nec feditatem faciat nec minuat quantitatem: quid de omnipotente artifice sentiendum est? Ergo non poterit quasque deformitates humanorum corporum, non modo usitatas, verum etiam raras atque monstruosas, que huic misere vite congruunt, abhorrent autem ab illa futura felicitate sanctorum, sic auferre aut perdere, ut quecumque earum fiunt, licet sint naturalia tamen indecora, excrementa substantie corporalis, nulla eius diminutione tollantur? Ac per hoc non est macris pinguibusque metuendum, ne etiam ibi tales sint, quales si possent nec hic esse voluissent. Omnis enim corporis pulchritudo est partium congruentia cum quadam coloris suavitate. Ubi autem non est partium congruentia, aut ideo quid offendit, quia pravum est, aut ideo quia parum, aut ideo quia nimium. Proinde nulla erit deformitas, quam facit incongruentia partium, ubi et que prava sunt corrigentur, et quod minus est quam decet, unde creator novit, inde supplebitur, et quod plus est quam decet, materie servata integritate detrahetur. Coloris porro suavitas quanta erit, ubi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui! Que claritas in Christi corpore, cum resurrexit, ab oculis discipulorum potius abscondita fuisse quam defuisse credenda est. Non enim eam ferret humanus atque infirmus aspectus, quando ille a suis ita deberet attendi, ut posset agnosci; quo pertinuit etiam, ut contrectantibus ostenderet suorum vulnerum cicatrices, ut etiam cibum potumque sumeret, non alimentorum indigentia, sed ea qua et hoc poterat potestate. Cum autem aliquid non videtur, quamvis sit, a quibus alia que pariter assunt videntur, sicut illam claritatem dicimus affuisse non visam a quibus alia que pariter aderant videbantur, aorasia grece dicitur, quod nostri interpretes latine dicere non valentes in libro Geneseos cecitatem interpretati sunt. Hanc enim passi sunt Sodomite, cum quererent hostium iusti viri nec possent invenire. Que si cecitas fuisset, qua fit ut nihil possit videri, non hostium, quo ingrederentur, sed duces itineris, a quibus inde abducerentur, inquirerent. Nescio autem quo sic afficimur amore martyrum beatorum, ut velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, que pro Christi nomine pertulerunt; et fortasse videbimus. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, et quedam quamvis in corpore, non corporis sed virtutis pulchritudo fulgebit. Nec ideo tamen si aliqua martyribus amputata et ablata sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum, quibus dictum est: Capillus capitis vestri non peribit. Sed si hoc decebit in illo novo seculo, ut indicia gloriosorum vulnerum in illa immortali carne cernantur, ubi membra ut preciderentur percussa vel secta sunt, ibi cicatrices, sed eisdem tamen membris redditis, non perditis apparebunt. Quamvis itaque omnia que acciderunt corpori vitia tunc non erunt, non sunt tamen deputanda vel appellanda vitia virtutis indicia.

An in suo sexu resuscitanda atque mansura sint corpora feminarum. xvii

Absit autem ut ad resuscitanda corpora vitaeque reddenda non possit omnipotentia creatoris omnia revocare, que vel bestie vel ignis absumpsit vel quod in pulverem cineremve collapsum vel in humorem solutum vel in auras est exalatum. Absit ut sinus ullus secretumque nature ita recipiat aliquid subtractum sensibus nostris, ut omnium creatoris aut cognitionem lateat aut effugiat potestatem. Deum certe volens, sicut potuit, diffinire Cicero, tantus auctor ipsorum: Mens quedam, inquit, est soluta et libera, secreta ab omni concretione mortali, omnia sentiens et movens ipsaque predita motu sempiterno. Hoc autem reperit in doctrinis magnorum philosophorum. Ut igitur secundum ipsos loquar, quomodo aliquid vel latet omnia sentientem vel irrevocabiliter fugit omnia moventem? Unde iam etiam illa questio solvenda est, que difficilior videtur ceteris, ubi queritur, cum caro mortui hominis etiam alterius fit viventis caro, cui potius eorum in resurrectione reddatur. Si enim quispiam confectus

fame atque compulsus vescatur cadaveribus hominum,
quod malum aliquotiens accidisse et vetus testatur
historia et nostrorum temporum infelicia experimenta do-
cuerunt. Nam quisquam veridica ratione conten-
dat totum digestum fuisse per imos meatus, nihil
inde in eius carnem mutatum atque conversum, cum
ipsa macies, que fuit et non est, satis indicet
que illis escis detrimenta suppleta sint? Iam
itaque aliqua paulo ante premisi, que ad istum
quoque nodum solvendum valere debebunt. Quid-
quid enim carnium exhausit fames, utique in
auras est exalatum. Unde diximus omnipoten-
tem deum posse revocare quod fugit. Reddetur er-
go caro illa homini, in quo esse caro humana pri-
mitus cepit. Ab illo quippe altero tamquam
mutuo sumpta deputanda est, que sicut es
alienum ei reddenda est, unde sumpta est.
Sua vero illi, quem fames exinaniverat,
ab eo qui potest etiam exalata revocare redde-
tur. Quamvis et si omnibus perisset modis nec
ulla eius materies in ullis nature latebris
remansisset, unde vellet eam repararet omnipotens.
Sed propter sententiam veritatis, qua dictum est: Capillus
capitis vestri non peribit, absurdum est ut pu-
temus, cum capillus hominis perire non possit,
tantas carnes fame depastas et consump-
tas perire potuisse. Quibus omnibus pro nostro
modulo consideratis atque tractatis, hec summa con-
ficitur, ut in resurrectione carnis in eternum e-
as mensuras habeat corporum magnitudo,
quas habebat perficiende sive perfecte cuiusque in-
dita corpori ratio iuventutis, in membrorum
quoque omnium modulis congruo decore servato. Quod decus ut servetur, si aliquid demptum
fuerit alicui granditati in parte aliqua con-
stitutum, quod per totum spargatur, ut neque id
pereat et congruentia partium ubique teneatur,
non est absurdum ut aliquid inde etiam stature
corporis addi posse credamus, cum omnibus
partibus, ut decorem custodiant, id distribuitur,
quod si enormiter in una esset, utique non deceret.
Aut si contenditur in ea quemque statura cor-
poris resurrecturum esse, in qua defunctus est,
non pugnaciter resistendum est, tantum absit omnis
deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omnis-
que corruptio, et si quid aliud illud non de-
cet regnum, in quo resurrectionis et pro-
missionis filii dei equales erunt angelis,
si non corpore, non etate, certe felicitate.

De viro perfecto, id est Christo, et corpore eius, ecclesia, que est ipsius plenitudo. XVIII.

Reddetur ergo quidquid de corpori-
bus vivis vel post mortem de
cadaveribus perit, et simul cum eo, quod in sepul-
cris remansit, in spiritalis corporis novitatem
ex animalis corporis vetustate mutatum resurget
in incorruptione atque in mortalitate vestitum.
Sed et si vel casu aliquo gravi vel inimicorum
immanitate totum penitus conteratur in
pulverem atque in auras vel in aquas dispersum,

quantum fieri potest, nusquam esse sinatur, omnino nullo
modo subtrahi poterit omnipotentie crea-
toris, sed capillus in eo capitis non peribit.
Erit ergo spiritui subdita caro spiritalis, sed tamen
caro, non spiritus, sicut carni subditus fuit spiritus ipse carnalis, sed tamen
spiritus, non caro. Cuius rei habemus experimentum
in nostre pene deformitate. Non enim secundum car-
nem, sed utique secundum spiritum carnales erant
quibus ait apostolus: Non potui vobis loqui
quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Et homo
spiritalis sic in hac vita dicitur, ut tamen corpore
adhuc carnalis sit et videat aliam legem
in membris suis repugnantem legi mentis
sue. Erit autem etiam corpore spiritalis, cum
eadem caro sic resurrexit, ut fiat quod scriptum
est: Seminatur corpus animale, resurget corpus
spiritale. Que sit autem et quam magna spiritalis
corporis gratia, quoniam nondum venit in experimentum,
vereor ne temerarium sit omne quod de illo pro-
fertur eloquium. Verumtamen quia spei nostre
gaudium propter dei laudem non est tacendum
et de intimis ardentis sancti amoris medul-
lis dictum est: Domine, dilexi decorem domus tue,
de donis eius, que in hac erumpnosissima
vita bonis malisque largitur, ipso adiuvante
coniciamus ut possumus. Quantum sit illud
quod nondum experti utique digne eloqui non
valemus. Omitto enim quando fecit hominem rectum,
omitto vitam illorum duorum coniugum in pa-
disi fecunditate felicem, quoniam tam brevis
fuit, ut ad nascentium sensum nec ipsa perve-
nerit. In hac, quam novimus, in qua adhuc su-
mus, cuius temptationes, immo quam totam temp-
tationem, quamdiu in ea sumus, quantumlibet
proficiamus, pati non desinimus, que sint
indicia circa genus humanum bonitatis di-
vine quis potest explicare?

Quod omnia corporis vitia, que in hac vita humana contraria sunt decori, in futuro non sint futura, ubi manente naturali substantia in unam pulchritudinem equalitas concurret et quantitas. Capitulum XIX.

Nam quod ad primam originem pertinet, omnem mortalium
progeniem fuisse dampnatam
hec ipsa, si vita dicenda est, tot et tantis malis
plena testatur. Quid enim aliud indicat hor-
renda quedam profunditas ignorantie,
ex qua omnis error existit, qui omnes filios
Adam tenebroso quodam sinu suscipit,
ut homo ab illo liberari sine labore, dolore,
timore non possit? Quid amor ipse tot
rerum vanarum atque noxiarum et ex hoc mordaces
cure, perturbationes, merores, formidi-
nes, insana gaudia, discordie, lites, bella,
insidie, iracundie, inimicitie, fallacia, adu-
latio, fraus, furtum, rapina, superbia, ambitio,
invidentia, homicidia, parricidia, crudelitas, sevitia,
nequicia, luxuria, petulantia, impudentia,
fornicationes, adulteria, incestum et contra
naturam utriusque sexus tot stupra atque immun-
ditie, quas turpe est etiam dicere, sacrilegia,

heresies blasphemie periuria oppressiones innocentium calumpnie circumventiones prevaricationes falsa testimonia violentie latrocinia et quidquid talium malorum in mentem non venit et tamen de vita hominum ista non recedit. Verum hec hominum sunt malorum ab illa tamen erroris et perversi amoris radice venientia cum qua omnis filius Adam nascitur. Nam quis ignorat cum quanta ignorantia veritatis que iam in infantibus manifesta est et cum quanta habundantia vane cupiditatis que in pueris incipit apparere homo veniat in hanc vitam ita ut si dimittatur vivere ut velit et facere quidquid velit in hec facinora et flagitia que commemoravi et que commemorare non potui vel cuncta vel multa perveniat. Sed divina gubernatione non omni modo deserente dampnatos et deo non continente in ira sua miserationes suas in ipsis sensibus generis humani prohibitio et eruditio contra istas cum quibus nascimur tenebras vigilant et contra hos impetus opponuntur plene tamen etiam ipse laborum et dolorum. Quid enim sibi volunt multimode formidines que cohibendis parvulorum vanitatibus adhibentur. Quid pedagogi quid magistri quid ferule quid lora quid virge quid disciplina illa qua scriptura sancta dicit dilecti filii latera esse tundenda ne crescat indomitus domarique iam durus aut vix possit aut fortasse nec possit. Quid agitur hiis penis omnibus nisi ut debelletur imperitia et prava cupiditas infrenetur cum quibus malis in hoc seculum venimus. Quid est enim quod cum labore meminimus sine labore obliviscimur cum labore discimus cum labore strenui sine labore inertes sumus. Nonne hinc apparet in quid velut pondere suo proclivis et prona sit viciosa natura et quanta ope ut hinc liberetur indigeat. Desidia segnicia pigricia negligentia vicia sunt utique quibus labor fugitur cum labor ipse etiam qui est utilis pena sit. Sed preter pueriles penas quibus disci non potest quod maiores volunt qui vix aliquid utiliter volunt quot et quantis penis agitetur genus humanum que non ad maliciam nequiciamque sceleratorum sed ad condicionem pertinent miseriamque communem quis ullo sermone digerit quis ulla cogitatione comprehendit. Quantus est metus quanta calamitas ab orbitatibus atque luctu a dampnis et dampnationibus

a deceptionibus et mendaciis hominum a suspicionibus falsis ab omnibus

violentis facinoribus et sceleribus alienis. Siquidem ab eis et depredatio et captivitas et vincula et carceres et exilia et cruciatus et amputatio membrorum et privatio sensuum et oppressio corporis ad obscenam libidinem opprimentis explendam et alia multa horrenda sepe contingunt. Quid ab innumeris casibus qui forinsecus corpori formidantur estibus et frigoribus tempestatibus imbribus alluvionibus choruscatione tonitruo grandine fulmine motibus hiatibusque terrarum oppressionibus ruinarum ab offensione et pavore vel etiam malicia iumentorum a tot venenis fruticum aquarum aurarum bestiarum a ferarum vel tantummodo molestis vel etiam mortiferis morsibus a rabie que contingit ex rabido cane ut etiam blanda et amica suo domino bestia nonnumquam vehementius et amarius quam leones dracones que metuatur faciatque hominem quem forte attaminaverit contagione pestifera ita rabiosum ut a parentibus coniuge filiis peius omni bestia formidetur. Que mala patiuntur navigantes que terrena itinera gradientes. Quis ambulat ubicumque non inopinatis subiacens casibus. De foro quidam rediens domum sanis pedibus suis cecidit pedem fregit et ex illo vulnere finivit hanc vitam. Quid videtur sedenti securius. De sella in qua sedebat cecidit Hely sacerdos et mortuus est. Agricole immo omnes homines quot et quantos a celo et terra vel a perniciosis animalibus casus metuunt agrorum fructibus. Solent tamen de frumentis tandem collectis et reconditis esse securi. Sed quibusdam quod novimus proventum optimum frumentorum fluminis impulsus fugientibus hominibus de horreis eiecit atque abstulit. Contra mille formes demonum incursus quis in innocentia sua fidit. Quandoquidem ne quis confideret parvulos baptizatos quibus certe nichil est innocentius aliquando sic vexant ut in eis maxime deo sinente ista monstretur huius vite flenda calamitas et alterius desideranda felicitas. Iam vero de ipso corpore tot existunt morborum mala ut nec libris medicorum cuncta comprehensa sint. In quorum pluribus ac pene omnibus etiam ipsa adiumenta et medicamenta tormenta sunt ut homines a penarum exitio penali eruantur auxilio. Nonne ad hoc perduxit sitientes homines ardor immanis ut urinam quoque humanam vel etiam suam biberent. Nonne ad hoc fames ut a carnibus hominum se abstinere non possent et mortuos homines non a se occisos nec quoslibet alienos verum etiam filios matres incredibili crudelitate quam rabida esuries faciebat assumerent. Ipse postremo sompnus qui proprie quietis nomen accepit quis verbis explicet quam sit sepe sompniorum visis inquietus et quam magnis licet falsarum rerum terroribus quas ita exhibet et quodammodo exprimit ut a veris eas discernere nequeamus animam miseram sensusque perturbet. Qua falsitate visorum et vigilantes in quibusdam morbis et venenis miserabilius agitantur cum multimoda varietate fallacie homines etiam sanos maligni demones decipiant talibus visis ut et si eos per hoc ad sua traducere non potuerint sensus tamen eorum

1 dy

solo appetitu qualiumcumque persuadendis falsitatibus illudat, ab huius tamen miserrime quasi quibusdam inferis vite non liberat nisi gratia salvatoris Christi dei ac domini nostri. Hoc enim nomine est ipse Ihesus interpretatur, quippe salvator, maxime ne post hanc miseriorem atque sempiternam suscipiat non vita sed mors. Nam in ista quamvis sint per sancta et sanctos curationum magna solatia, tamen ideo non semper etiam beneficia tribuuntur petentibus, ne propter hoc religio queratur, que propter aliam magis vitam, ubi mala non erunt omnino ulla, querenda est. Et ad hoc meliores quosque in istis malis adiuvat gratia, ut quanto fideliore, tanto fortiore corde tolerentur. Ad quam rem etiam philosophiam prodesse dicunt docti huius seculi, quam quibusdam paucis ait Tullius deos veram dedisse: Nec hominibus, inquit, ab his aut datum est donum maius aut potuit ullum dari. Usque adeo et ipsi contra quos agimus quodammodo compulsi sunt in habenda non quacumque sed vera philosophia divinam gratiam confiteri. Porro si paucis divinitus datum est vere philosophie contra miserias huius vite unicum auxilium, satis etiam hinc apparet humanum genus ad luendas miseriarum penas esse dampnatum. Sicut autem hoc, ut fatentur, nullum divinum maius est donum, sic a nullo deo dari credendum est, nisi ab illo quo et ipsi qui multos deos colunt nullum dicunt esse maiorem. De his que preter illa mala que bonis malis communia sunt ad iustorum laborem specialiter pertinent. XX.

Propter hec autem mala huius vite bonis malisque communia habent in ea iusti et quosdam proprios labores suos quibus adversus vitia militant et in talium proeliorum temptationibus periculisque versantur. Aliquando enim concitatius, aliquando remissius, non tamen desinit caro concupiscere adversus spiritum et spiritus adversus carnem, ut non ea que volumus faciamus, omnem malam concupiscentiam consumendo, sed eam nobis, quantum divinitus adiuti possumus, non ei consentiendo subdamus, vigilantibus continue excubantes, ne opinio veri similis fallat, ne decipiat sermo versutus, ne se tenebre alicuius erroris offundant, ne quod bonum est malum, aut quod malum est bonum esse credatur, ne ab his que agenda sunt metus revocet, ne in ea que agenda non sunt cupido precipitet, ne super iracundiam sol occidat, ne inimicitie provocent ad retributionem mali pro malo, ne absorbeat inhonesta vel inmoderata tristitia, ne in rependendis beneficiis mens ingrata torpescat, ne maledicis rumoribus bona conscientia fatigetur, ne temeraria suspitio nostra decipiat, ne aliena de nobis falsa nos frangat, ne regnet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, ne membra nostra exhibeantur iniquitatis arma peccato, ne oculus sequatur concupiscentiam, ne vindicandi cupiditas vincat, ne in eo quod male delectat vel visio vel cogitatio remoretur, ne improbum aut indecens libenter audiatur, ne fiat quod non licet, etiam si libet, ne in hoc bello laborum periculorumque plenissimo vel de viribus nostris speretur facienda victoria vel viribus nostris facta tribuatur, sed eius gratie de quo ait apostolus: Gratias autem deo, qui dat nobis victoriam per dominum nostrum Ihesum Christum. Qui et alio loco: In his, inquit, omnibus supervincimus per eum qui dilexit nos. Sciamus tamen quantalibet virtute proeliandi vitiis repugnemus vel etiam vitia superemus et subiugemus, quamdiu sumus in hoc corpore nobis deesse non posse unde dicamus deo: Dimitte nobis debita nostra. In illo autem regno ubi semper cum corporibus immortalibus erimus, nec prelia nobis erunt ulla nec debita; que nusquam et numquam essent, si natura nostra, sicut recta creata est, permaneret. Ac per hoc etiam iste conflictus noster, in quo periclitamur et de quo nos victoria novissima cupimus liberari, ad vite huius mala pertinet, quam tot tantorumque testimonio malorum probavimus esse dampnatam. De miseriis ac malis quibus humanum genus merito prime prevaricationis obnoxium est et a quibus nemo nisi per Christi gratiam liberatur. XXI.

Iam nunc considerandum est hanc ipsam miseriam generis humani, in qua laudatur iustitia punientis, qualibus et quam multis impleverit bonis eiusdem bonitatis cuncta que creavit administrantis. Primum benedictionem illam quam protulerat ante peccatum dicens: Crescite et multiplicamini et replete terram, nec post peccatum voluit inhibere, mansitque in stirpe dampnata donata fecunditas; nec illam vim mirabilem seminum, immo etiam mirabiliorem qua efficiuntur et semina, inditam corporibus humanis et quodammodo intextam peccati vitium potuit auferre, quo nobis impacta est etiam necessitas mortis; sed utrumque simul currit isto quasi fluvio atque torrente generis humani, malum quod a parente trahitur et bonum quod a creante tribuitur. In originali malo duo sunt, peccatum atque supplicium; in originali bono alia duo, propagatio et conformatio. Sed quantum ad presentem pertinet intentionem nostram, de malis, quorum unum venit ex nostra audacia, id est peccatum, alterum de iudicio dei, est supplicium, iam satis diximus. Nunc de bonis dei, que ipsi quoque vitiate dampnateque nature contulit sive usque nunc confert, dicere institui. Neque enim dampnando aut totum abstulit quod dederat, alioquin nec esset omnino, aut eam remotam a sua potestate, etiam cum dyabolo penaliter subdidit, cum nec ipsum dyabolum a suo alienaverit imperio; quandoquidem ut ipsius quoque dyaboli natura subsistat, ille facit qui summe est et facit esse quidquid aliquo modo est. Duorum igitur illorum que diximus bonorum, que in ipsam etiam peccato vitiatam suppliciosque dampnatam de bonitate eius quedam veluti fonte manarent, propagationem in primis mundi operibus benedictione largitus est, a quibus operibus

die septimo requieuit. Confirmacio vero in illo eius est opere, quo usque nunc operatur. Efficaciam quippe potenciam suam si rebus subtrahat, nec progredi poterunt et suis dimensis motibus peragere tempora, nec prorsus in eo quod creata sunt aliquatenus permanebunt. Sic ergo creavit hominem deus ut ei adderet fertilitatem quandam qua homines alios propagaret, congenerans eis etiam ipsam propagandi … possibilitatem, non necessitatem. Quibus tamen voluit hominibus abstulit eam deus, et steriles fuerunt; non tamen generi humano abstulit semel datam primis duobus coniugibus benedictionem generalem. Hec … propagacio, quamvis peccato ablata non fuit, non tamen etiam ipsa talis est qualis fuisset si nemo peccasset. Ex quo enim homo in honore positus, postea quam deliquid, conparatus est pecoribus, similiter generat. Non in eo tamen penitus extincta est quedam velut scintilla rationis, in qua factus est ad ymaginem dei. Huic autem propagationi si conformatio non adhiberetur, nec ipsa in sui generis formas modosque procederet. Si enim non concubuissent homines et nichilominus vellet implere terras hominibus, quomodo creavit unum sine commixtione maris et femine, sic posset omnes. Concumbentes vero nisi illo creante generantes esse non possunt. Sicut ergo apostolus ait de institucione spirituali qua homo ad pietatem iusticiamque formatur: Neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus, ita etiam hic dici potest: neque qui concumbit neque qui seminat est aliquid, sed qui format deus. Neque mater que conceptum portat et partum nutrit est aliquid, sed qui incrementum dat deus. Ipse namque operatione qua nunc usque operatur facit ut numeros suos explicent semina, et a quibusdam latentibus atque invisibilibus involucris in formas visibiles huius quod aspicimus decoris evolvant. Ipse incorpoream corporeamque naturam, illam prepositam, istam subiectam, miris modis copulans et connectens animantem facit. Quod opus eius tam … magnum et mirabile est, ut non solum in homine, quod est animal rationale et ex hoc cunctis terrenis animantibus excellencius atque prestancius, sed in qualibet minutissima muscula bene considerantem stuporem mentis ingerat laudemque pariat … creatoris. Ipse itaque anime humane mentem dedit, ubi ratio et intelligencia in infante sopita est quodammodo, quasi nulla sit, excitanda scilicet atque exercenda etatis accessu, qua fit scientie capax atque doctrine et habilis percepcione veritatis et amoris boni. Qua capacitate hauriat sapientiam virtutibusque sit polita, quibus prudenter, fortiter, temperanter et iuste adversus errores et cetera ingenerata vicia dimicet, eaque nullius rei desiderio nisi boni illius summi atque inmutabilis vincat. Quod etsi non faciat, ipsa talium bonorum capacitas

in natura rationali divinitus instituta quantum sit boni, quam mirabile opus omnipotentis, quis digne effatur aut cogitat? Preter enim artes bene vivendi et ad immortalem perveniendi felicitatem, que virtutes vocantur et sola dei gratia que in christo est filiis promissionis regnique donantur, nonne humano ingenio tot tanteque artes sunt invente et exercitate, partim necessarie, partim voluptarie, ut tam excellens vis mentis atque rationis in hiis etiam rebus quas superfluas, immo et periculosas perniciosasque appetit, quantum bonum habeat in natura unde ista potuit vel invenire vel discere vel exercere testetur? Vestimentorum et edificiorum ad opera quam mirabilia, quam stupenda industria humana pervenit; quo in agricultura, quo in navigatione profecit; que in fabricatione quorumque vasorum vel etiam statuarum et picturarum varietate excogitavit et implevit; que in theatris mirabilia spectantibus, audientibus incredibilia facienda et exhibenda molita sit; in capiendis, occidendis, domandis irrationabilibus animantibus que et quanta repperit; adversus ipsos homines tot genera venenorum, tot armorum, tot machinamentorum, et pro salute mortali tuenda atque reparanda quot medicamenta atque adiumenta comprehendit; pro voluptate faucium quot condimenta et gule irritamenta repperit; ad indicandas et suadendas cogitaciones quam multitudine varietateque signorum, ubi precipuum locum verba et littere tenent; ad delectandos animos quos elocutionis ornatus, quam diversorum carminum copiam; ad mulcendas aures quot organa musica, quot cantilene modos excogitavit; quantam peritiam dimensionum atque numerorum, meatusque et ordines siderum quanta sagacitate comprehenderit; quam multa rerum mundanarum cognitione se impleverit, quis possit eloqui, maxime si velimus non acervatim cuncta congerere, sed in singulis immorari? In ipsis postremo erroribus et falsitatibus defendendis quam magna claruerint ingenia philosophorum atque hereticorum, quis estimare sufficiat? Loquimur enim nunc de natura mentis humane qua ista vita mortalis ornatur, non de fide atque itinere veritatis qua illa inmortalis acquiritur. Huius tante nature conditor cum sit utique deus verus et summus, ipso cuncta que fecit administrante et summam potestatem summamque habente iusticiam, numquam profecto in has miserias decidisset atque ex hiis preter eos solos qui liberabuntur in eternas esset penas iturus, nisi nimis grande peccatum in homine primo, de quo ceteri exorti sunt, precessisset. Iam vero in ipso corpore, quamvis nobis sit cum beluis mortalitate … communis multisque earum reperiatur infirmius, quanta dei bonitas, quanta providencia tanti creatoris apparet! Nonne ita sunt in eo loca sensuum et cetera membra disposita speciesque

ipsa etiam figura et statura totius corporis ita modificata, ut ad ministerium anime rationalis se indicet factum. Non enim ut animalia rationis expertia prona esse videmus in terram, ita creatus est homo, sed erecta in celum corporis forma admonet eum que sursum sunt sapere. Porro miranda nobilitas que lingue ac manibus attributa est ad loquendum et scribendum apta atque conveniens et ad opera artium plurimarum officiorumque complenda, nonne satis ostendit quali anime ut serviret tale sit corpus adiunctum? Quamquam et detractis necessitatibus operandi ita omnium partium congruentia numerosa sit et pulcra sibi parilitate respondeat, ut nescias utrum in eo condendo maior sit utilitatis habita ratio quam decoris. Certe enim nichil creatum videmus in corpore utilitatis causa, quod non habeat et decoris locum. Plus autem nobis id appareret, si numeros mensurarum quibus inter se cuncta connexa sunt et coaptata nossemus, quos forsitan data opera in his que foris eminent humana posset investigare solercia. Que vero tecta sunt atque a nostris remota conspectibus, sicuti est tanta perplexitas venarum atque nervorum et viscerum secreta vitalium, invenire nullus potest; quia et si medicorum diligentia nonnulla crudelis, quos anatomicos appellant, laniavit corpora mortuorum sive etiam inter manus secantis perscrutantisque morientium atque in carnibus humanis satis inhumane abdita cuncta rimata est, ut quid et quomodo quibus locis curandum esset addisceret, numeros tamen de quibus loquor, quibus coaptatio, que armonia grece dicitur, tamquam cuiusdam organi extrinsecus atque intrinsecus totius corporis constat, quid dicam nemo valuit invenire, quod nemo ausus est querere? Qui si noti esse potuissent, in interioribus quoque visceribus que nullum ostentant decus ita delectaret pulchritudo rationis, ut omni forme apparenti que oculis placet ipsius mentis que oculis utitur preferretur arbitrio. Sunt vero quedam ita posita in corpore, ut tantummodo decorem habeant, non usum, sicut habet pectus virile mamillas, sicut facies barbam, quam non esse munimentum sed virile ornamentum indicant pure facies feminarum, quas utique infirmiores muniri tucius conveniret. Si ergo nullum membrum et in his quidem conspicuis, unde ambigit nemo, quod ita sit alicui operi accomodatum, ut non etiam sit decorum, sunt autem nonnulla quorum solum decus et nullus est usus, puto facile intelligi in conditione corporis dignitatem necessitati fuisse prelatam. Transitura est quippe necessitas tempusque venturum quo sola invicem pulchritudine sine ulla libidine perfruamur. Quod maxime ad laudem referendum est conditoris, cui dicitur in psalmo: Confessionem et decorem induisti. Iam cetera pulchritudo et utilitas creature, que homini licet in istos labores miseriasque proiecto atque dampnato spectanda atque sumenda divina largitate concessa est, quo sermone possit terminari? In celi et terre et maris multimoda et varia pulchritudine, in ipsius lucis tanta copia tamque mirabili specie, in sole ac luna et sideribus, in opacitatibus nemorum, in coloribus et odoribus florum, in diversitate ac multitudine volucrum garrularum et pictarum, et multiformi specie tot tantorumque animancium, quorum illa plus habent admirationis que molis minimum; plus enim formicularum et apicularum opera stupemus quam inmensa corpora balenarum. In ipsius quoque maris tam grandi spectaculo, cum sese diversis coloribus induit velut vestibus et aliquando viride atque hoc multis modis, aliquando purpureum, aliquando ceruleum est. Quam porro delectabiliter spectatur etiam quandoque turbatur, et fit inde maior suavitas, quia sic demulcet intuentem, ut non iactet et quaciat navigantem. Quid ciborum usquequaque copia contra famem? Quid saporum diversitas contra fastidium nature diffusa diviciis, non cocorum arte ac labore quesita? Quid in tam multis rebus tuende atque recuperande salutis auxilia? Quam grata vicissitudo diei alternantis et noctis! Aurarum quam blanda temperies! In fruticibus et pecoribus indumentorum conficiendorum quanta materies! Omnia commemorare quis possit? Hec autem sola, que a me velut in quendam sunt aggerem coartata, si vellem velut colligata involucra solvere atque discutere, quanta michi mora esset in singulis quibus plurima continentur! Et hec omnia miserorum sunt dampnatorumque solatia, non premia beatorum. Que ergo sunt, si tot ac talia et tanta sunt ista? Quid dabit eis quos predestinavit ad vitam, qui hec dedit etiam eis quos predestinavit ad mortem? Que bona in illa beata vita faciet eos sumere, pro quibus in hac misera vita unigenitum suum filium voluit usque ad mortem mala tanta perferre? Unde apostolus de ipsis in illud regnum predestinatis loquens: Qui proprio, inquit, filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non et cum illo omnia nobis donavit? Cum hec promissio complebitur, quid erimus? quales erimus? que bona in illo regno accepturi sumus, quandoquidem Christo moriente pro nobis tale iam pignus accepimus? Qualis erit spiritus hominis, nullum omnino habens vicium, nec sub quo iaceat, nec cui cedat, nec contra quod saltem laudabiliter dimicet, pacatissima virtute perfectus! Rerum ibi omnium quanta quam speciosa quam certa sciencia sine errore aliquo vel labore, ubi Dei sapiencia de ipso suo fonte potabitur cum summa felicitate sine ulla difficultate! Quale erit corpus, quod omnino spiritui subditum et eo sufficienter vivificatum nullis alimoniis indigebit! Non enim animale, sed spirituale erit, habens quidem carnis, sed sine ulla carnali corrupcione, substanciam. De bonis quibus

etiam hanc vitam dampnationibus noxia creator implevit.

Verum de animis bonis quibus post hanc vitam beatissimis perfruentur non a nobis dissentiunt philozophi nobiles qui de carnis resurrectione contendunt. Hanc quantum possunt negant. Sed credentes multi negantes paucissimos reliquerunt et ad Christum qui hoc quod istis videtur absurdum in sua resurrectione monstravit fideli corde conversi sunt docti et indocti sapientes mundi et insipientes. Hoc enim credidit mundus quod predixit deus qui etiam hoc predixit quod crediturus erat mundus. Neque enim Porphirii maleficiis ea cum laude credenda tanto ante promittere compulsus est. Ille enim est deus quem sicut iam dixi aliquotiens nec commemorare me piget, confitente Porphirio et ipsis oraculis deorum suorum probare cupiente ipsa numina perhorrescunt quem sic laudavit ut eum deum patrem et regem vocaret. Absit enim ut sic intelligenda sint que predixit quomodo volunt hii qui hoc cum mundo non crediderunt quod mundum crediturum esse predixit. Cur enim non potius ita sicut crediturus tanto ante predictus est mundus ut sic intelligantur quam sicut isti pauci loquuntur garriuntque qui hoc cum mundo quod crediturus predictus est credere noluerunt. Si enim propterea dicunt aliomodo esse credenda ne si dixerint vana esse conscripta iniuriam faciant illi deo cui tam magnum perhibent testimonium tantam ei vel etiam maiorem faciunt iniuriam si aliter dicunt esse intelligenda non sicut mundus ea credidit quem credituram ipse laudavit ipse promisit ipse complevit. Utrum enim non potest facere ut resurgat caro et vivat in eternum? An propterea credendum non est id eum esse facturum quia malum est atque indignum deo? Sed de omnipotencia eius qua tot et tanta facit incredibilia iam multa diximus. Si volunt invenire quid omnipotens non potest habent prorsus: ego dicam mentiri non potest. Credamus ergo quod potest non credendo quod non potest. Non itaque credentes quod mentiri possit credant esse facturum quod se facturum esse promisit. Et sic credant sicut credidit mundus quem crediturum esse predixit quem crediturum esse laudavit quem crediturum esse promisit quem credidisse iam ostendit. Hoc autem malum esse unde demonstrant? Non erit illic ulla corruptio quod est corporis malum. De ordine elementorum iam disputavimus. De aliis hominum coniecturis satis diximus quanta sit futura in corpore incorruptibilis facilitas motionis de presenti bone valitudinis temperamento que utique nullo modo illi comparanda est immortalitati. In libro tertiodecimo satis ut opinor ostendimus. Relegant superiora operis huius qui vel legerunt vel voluerint recolere quod legerunt.

Quod Porphirii diffinitio quo beatis animis putant corpus omne fugiendum ipsius Platonis sententia destruatur qui dicit summum deum diis promisisse ut numquam corporibus exuerentur.

Sed Porphirius ait ut beata sit anima corpus esse omne fugiendum. Nichil ergo prodest quod incorruptibile diximus futurum corpus si anima beata non erit nisi omne corpus fugerit. Sed iam et hinc in libro memorato quantum oportuit disputavi. Unum tamen inde hic commemorabo. Emendet libros suos istorum omnium magister Plato et dicat eorum deos ut beati sint sua corpora fugituros id est morituros quos in celestibus corporibus dixit inclusos. Quibus tamen deus a quo facti sunt quo possent esse securi immortalitatem id est in eisdem corporibus eternam permansionem non eorum natura id habente sed suo consilio prevalente promisit. Ubi etiam subvertit illud quod dicunt quia est impossibilis id resurrectionem carnis non esse credendam. Apertissime quippe iuxta eundem philosophum ubi diis a se factis promisit deus non factus immortalitatem quod impossibile esse se facturum promisit. Sic enim eum locutum narrat Plato: Quoniam estis orti immortales esse et indissolubiles non potestis. Non tamen dissolvemini neque vos ulla mortis fata perimeut nec erunt valenciora quam consilium meum quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram quam illa quibus estis colligati. Si non solum absurdi non sunt qui hec audiunt non utique dubitant diis factis ab illo deo qui eos fecit secundum Platonem quod est impossibile fuisse promissum. Qui enim dicit: Vos quidem immortales esse non potestis sed mea voluntate immortales eritis, quid aliud dicit nisi quod fieri non potest me faciente tamen eritis? Ille igitur carnem incorruptibilem immortalem spiritualem resuscitabit qui iuxta Platonem id quod impossibile esse dixit se facturum esse promisit. Quid adhuc quod promisit deus quod deo promittenti credidit mundus qui etiam promissus est crediturus esse impossibile clamant? Quem quidem nos deum qui secundum Platonem etiam impossibilia facit facturum esse clamamus. Non ergo ut beate sint anime corpus est omne fugiendum sed corpus incorruptibile recipiendum. Et in quo convenientius in incorruptibili corpore letabuntur quam in quo in corruptibili gemuerunt? Sic enim non inerit eis illa dira cupiditas quam posuit ex Platone Virgilius ubi ait: Rursus et incipiant in corpora velle reverti. Sic inquam cupiditatem revertendi ad corpora non habebunt cum corpora ad que reverti cupiunt secum habebunt et sic habebunt ut numquam non habeant numquam ea prorsus vel ad exiguum quodlibet tempus ulla morte deponant. Singula quedam dixerunt Plato atque Porphirius que si inter se communicare potuissent facti essent fortasse Christiani. Plato dixit sine corporibus animas in eternum esse non posse. Ideo enim dixit et

sapientum animas post quamlibet longum tempus
tum ad corpora redituras. Porphirius autem
dixit animam purgatissimam cum redierit ad
patrem ad hec mala mundi numquam esse redi
turam. At per hoc quod verum vidit plato si de
disset porphirio. etiam iustorum atque sapientum
purgatissimas animas ad humana corpora redi
turas. Rursus quod verum vidit porphirius
dedisset platoni numquam redituras ad mise
rias corruptibilis corporis animas sanctas.
ut non singuli singula. sed ambo et sin
guli utraque dicerent. puto quod viderent esse iam
consequens. ut et redirent anime ad corpora
et talia reciperent corpora in quibus beate atque
inmortaliter viverent. quoniam secundum platonem
etiam sancte anime ad humana corpora redibunt. secundum
porphirium ad mala mundi huius sancte anime
non redibunt. dicat itaque cum platone porphi
rius. Redibunt ad corpora. dicat plato cum porphi
rio. non redibunt ad mala. et ad ea corpora
redire consentiant in quibus nulla mala pa
tiantur. Hec itaque non erunt nisi illa que pro
mittit deus. beatas animas in eternum cum sua eter
na carne facturus. hoc enim quantum existimo
iam facile nobis concedent ambo. ut qui
fatentur ad inmortalia corpora redituras a
nimas esse sanctorum. ad sua illas redire permit
tent. in quibus mala huius seculi pertulerunt.
in quibus deum ut his malis carerent pie
fideliterque coluerunt. De diversis diffinitionibus
platonis atque porphirii in quibus sic uterque al
teri cederet ut a veritate neuter deviaret. xxv

Nonnulli nostri propter quoddam
praeclarissimum lo
quendi genus. et propter nonnulla que
veraciter sensit. amantes platonem dicunt eum
aliquid simile nobis. et de mortuorum re
surrectione sensisse. quod quidem sic tangit in
libris de re publica tullius. ut eum lusisse
potius quam quod id verum esse affirmet dicere
voluisse. Inducit enim hominem revixisse.
et narrasse quedam que platonicis dispu
tationibus congruebant. Labeo etiam
duos dicit uno die fuisse defunctos. et
occurrisse invicem in quodam compito.
deinde ad corpora sua fuisse iussos reme
are. et constituisse inter se amicos esse
victuros. atque ita esse factum donec postea mo
rerentur. Sed isti auctores talem resurrectionem cor
poris factam fuisse narrarunt. quales fue
runt eorum quos resurrexisse novimus. et
huic quidem redditos vite. sed non eo modo
ut non morerentur. Mirabilius autem
quiddam marcus varro ponit in libris
quos conscripsit de gente populi romani. cuius
putavi verba ipsa ponenda. Genethliaci qui
dam scripserunt inquit esse in renascendis ho
minibus quam appellant palingenesiam
greci. quam ascripserunt confici in annis numero qua
dringentis quadraginta. ut idem corpus
et eadem anima que fuerint coniuncta in homine ali
quando eadem rursus redeant in coniunctionem.
Iste varro sive illi genethliaci nescio qui
non enim nomina eorum prodidit quorum comme
moravit sententiam. aliquid dixerunt quod licet fal
sum sit. cum enim semel ad eadem corpora que
gesserunt anime redierint numquam ea sunt pos
tea relicture. Tamen multa illius inpossi
bilitatis qua contra nos isti garriunt argumenta
convellit et destruit. Qui enim hoc senserunt
sive senserunt non eis visum est fieri non posse
ut dilapsa cadavera in auras in pulverem
in cinerem in humores in corpora vescentium bes
tiarum vel ipsorum quoque hominum ad id rursus
redeant quod fuerunt. Quapropter plato et por
phirius potius quicumque illos diligunt
et adhuc vivunt si nobis consentiunt et
etiam sanctas animas ad corpora redituras sicut
ait plato. nec tamen ad mala ulla redituras
sicut ait porphirius. ut ex eis fiat conse
quens quod fides predicat christiana. talia cor
pora recepturas in quibus sine ullo ma
lo in eternum feliciter vivant assumant et hoc
de varrone. ut ad eadem corpora redeant
in quibus antea fuerunt. et aput eos tota
quo de carnis in eternum resurrectione solvetur. Nunc
iam quid acturi sint in corporibus inmorta
libus atque spiritualibus sancti non adhuc corporea
ne carnaliter sed spiritualiter iam viventes quan
tum dominus dignatur adiuvare videamus.
Et illa quidem actio vel potius quies
atque otium quale futurum sit si velim dicere nescio.
Non enim umquam hoc per sensus corporis vidi.
Si autem mente id est intelligentia vidisse me
dicam quantum est aut quid est nostra intel
ligentia ad illam excellentissimam. ibi est
enim pax dei que sicut apostolus ait superat
omnem intellectum. quem nisi nostrum aut fortas
se et sanctorum angelorum non enim et dei. Si ergo sancti
in dei pace victuri sunt que superat omnem in
tellectum. Quem nostrum quidem superat non est
dubium. Si autem superat sic nec ipsorum excepis
se videatur qui ait. Omnem intellectum
secundum hoc dictum debeamus accipere quod pacem
dei qua ipse deus pacatus sic novit de
us non eam nos sic possimus nosse nec
ulli angeli. Superat itaque omnem intellectum
non dubium quod preter suum. Sed quia et nos
modo nostro pacis eius participes facti summam
in nobis atque inter nos et cum ipso pacem quan
tum nostrum summum est obtinebimus. isto mo
do pro suo modo sciunt eam sancti angeli. homines
autem nunc longe infra quantumlibet profec
tu mentis excellant. Considerandum est enim
quantus vir dicebat. Ex parte scimus et
ex parte prophetamus donec veniat quod perfectum
est. Et videmus nunc per speculum in enigma
te. tunc autem facie ad faciem. Sic autem iam
vident angeli qui etiam nostri angeli dicti
sunt. quia eruti de potestate tenebrarum et

vel

et age locum

profecto in ea pace victuri sunt

per

accepto spiritus pignore translati ad regnum
xpi ad eos angelos iam cepimus pertinere cum
quibus nobis erit sancta atque dulcissima de qua
iam tot libros scripsimus dei civitas ipsa co
munis. Sic sunt ergo angeli nostri qui sunt ange
li dei quemadmodum xpus dei xpus est noster. dei
sunt quia deum non relinquerunt nostri sunt quia
suos cives nos habere ceperunt. dixit autem dominus
ihesus. Videte ne contempnatis unum de pu
sillis istis dico enim vobis quia angeli eorum
in celis semper vident faciem patris mei qui in
celis est. Sicut ergo illi vident ita et nos vi
suri sumus sed nondum ita videmus. propter quod
ait apostolus quod paulo ante dixi. Videmus nunc
per speculum in enigmate tunc autem facie
ad faciem. Premium itaque fidei nobis visio is
ta servatur de qua et iohannes loquens. Cum
apparuerit inquit similes ei erimus quoniam vi
debimus eum sicuti est. facies autem dei mani
festatio eius intelligenda est non aliquid
tale membrum quale nos habemus in corpore
atque isto nomine nuncupamus. Quapropter cum ex
me queritur quid acturi sint sancti in illo corpore
spirituali non dico quod iam video sed dico quod
credo secundum illud quod in psalmo lego. Credidi propter
quod locutus sum. Dico itaque quod visuri sunt
deum in ipso corpore sed utrum per ipsum sicut per corpus
nunc videmus solem lunam stellas mare
ac terram et que sunt in ea non parva questio
est. Durum est enim dicere quod sancti talia corpora
tunc habebunt ut non possint oculos claudere
atque aperire cum volunt. Durius autem quisquis ibi deum
oculos clauserit non videbit. Si
enim propheta helizeus puerum suum giezi absens
corpore vidit accipientem munera que
dedit ei naaman syrus quem propheta memo
ratus a lepre deformitate mundaverat
quod servus nequam domino suo non vidente late
ter se fecisse putaverat. quanto magis in illo
corpore spirituali. Videbunt sancti omnia non
solum si oculos claudant verum etiam
unde sunt corpore absentes. Tunc enim
erit illud de quo loquens apostolus. Ex parte
inquit scimus et ex parte prophetamus.
Cum autem venerit quod perfectum est quod ex parte est
evacuabitur. Deinde ut quomodo posset ali quali
similitudine ostenderet quantum ab illa dis
tet hec vita non qualiumcumque hominum verum etiam
qui precipua hic sanctitate sunt prediti. Cum
essem inquit parvulus quasi parvulus sapiebam
quasi parvulus loquebar quasi parvulus cogita
bam. Cum autem factus sum vir evacuavi
que erant parvuli. Videmus nunc per speculum
in enigmate tunc facie ad faciem. Nunc
scio ex parte tunc autem cognoscam sicut et
cognitus sum. Si ergo in hac vita ubi ho
minum mirabilium prophetia ita conparanda est
illi vite quasi parvuli ad iuvenem vidit tamen
helizeus accipientem munera servum suum
ubi ipse non erat. Ita ne cum venerit quod

⁄ perfectum

perfectum est nec iam corpus corruptibile ag
gravabit animam sed incorruptibile nichil impe
diet. illi sancti ad ea que videnda sunt ocu
lis corporeis quibus helizeus absens ad servum
suum videndum non indiguit indigebunt.
Nam secundum interpretes lxx. ista sunt ad giezi
verba prophete. Nonne cor meum erat tecum quando
conversus est vir de curru in obviam tibi et
accepisti pecuniam. Sicut autem ex hebreo
interpretatus est presbiter ieronimus. Nonne cor
meum inquit in presenti erat quando reversus est
homo de curru suo in occursum tui. Corde
suo ergo se dixit hoc vidisse propheta. Adiuto
quidem mirabiliter nullo dubitante divinitus.
Sed quanto amplius tunc omnes isto munere habun
dabunt cum deus erit omnia in omnibus. Habebunt
tamen etiam illi oculi corporei officium suum et in lo
co suo erunt utenturque illis spiritus per spirituale
corpus. Neque enim et ille propheta quia non
eis indiguit ut videret absentem non eis usus
est ad videnda presentia. Que tamen spiritu videre pos
set etiam si illos clauderet sicut vidit absen
tia ubi cum eis ipse non erat. Absit ergo ut di
camus illos sanctos in illa vita deum clausis
oculis non visuros quem spiritu semper videbunt et
per oculos corporis cum eos apertos habebunt. In
de questio est si enim tantum poterunt in corpore
spirituali eo modo utique etiam ipsi oculi spirituales
quantum possunt isti quales nunc habemus procul du
bio per eos deus videri non poterit. longe itaque
altius erunt potentie sed per eos videbitur incorporea
illa natura que non continetur loco sed ubique tota
est. Non enim quia diximus deum et in celo
esse et in terra. Ipse quippe ait per prophetam
celum et terram ego impleo. aliquam partem dic
turi sumus eum in celo habere et in terra aliam. Sed to
tus in celo est totus in terra non alternis temporibus
sed utrumque simul quod nulla corporalis natura potest.
⁄. Vis itaque prepollentior oculorum erit illorum ut a
crius videant quam quidem perhibentur videre
⁄ serpentes vel aquile. Quantalibet enim acri
monia cernendi eadem quoque animalia nichil
aliud possunt videre quam corpora sed videant et in
corporalia corpore oculis sancti viri iob qui ait
ad deum. In obauditu auris audiebam te prius
nunc autem oculus meus videt te. propterea
despexi memetipsum et distabui et ex
⁄ istimavi me terram et cinerem quamvis nichil
hic prohibeat oculum cordis intelligi de qui
bus oculis ait apostolus. Illuminatos oculos habere
cordis vestri. Ipsis autem videri deum cum videbitur
⁄ xpianus ambigit nemo qui fideliter accipit
quod ait deus ille magister. Beati mundo corde quoniam
ipsi deum videbunt. Sed utrum etiam corporalibus
oculis ibi videatur hoc in ista questione versamus.
Illud enim quod scriptum est. Et videbit omnis caro
salutare dei. sine ullius nodo difficultatis
sic intelligi potest ac si dictum fuerit. Et videbit
omnis homo xpum dei. Qui utique in corpore visus
est et in corpore videbitur quando vivos et mortuos

⁄ Et fortasse ut magna cernendi data fuerat adhora etiam in isto mortali corpore

indicabit. Quod autem ipse sit salutare dei, multa
sunt et alia testimonia scripturarum, sed eviden-
tius illud [venerandi] senis Symeonis verba declarant,
qui cum infantem Christum accepisset in manus suas,
Nunc, inquit, dimittis servum tuum domine secundum
verbum tuum in pace, quoniam viderunt oculi mei sa
lutare tuum. Illud etiam quod ait sanctus memoratus
Job, sicut in exemplaribus que ex hebreo
sunt invenitur: Et in carne mea videbo deum,
resurrectionem quidem carnis sine dubio pro
phetavit, non tamen dixit: per carnem meam. Quod
quidem si dixisset, posset deus Christus intel
ligi, qui per carnem in carne videbitur. Nunc
vero potest et sic accipi: In carne mea videbo
deum, ac si dixisset: In carne mea ero, cum vide
bo deum. Et illud quod ait apostolus: Facie ad faciem,
non cogit ut deum per hanc faciem corporalem,
ubi sunt oculi carnales, nos visuros esse cre
damus, quem in spiritu sine intermissione videbimus.
Nisi enim esset et interioris hominis facies, non diceret
idem apostolus: Nos autem revelata facie gloriam
domini speculantes, in eandem ymaginem trans
formamur de gloria in gloriam tanquam a domini
spiritu. Nec aliter intelligimus et quod in psalmo
canitur: Accedite ad me et illuminamini et facies
vestre non erubescant. Fide quippe acceditur
ad deum, quam cordis constat esse, non corporis. Sed
quia spirituale corpus nescimus quantos habebit
accessus (de re quippe inexperta loquimur),
ubi ad aliquid, quod aliter intelligi negant,
divinarum scripturarum non occurrit et succurrit auc
toritas, necesse est ut contingat in nobis quod
legitur in libro sapientie: Cogitationes mortalium
timide et incerte providentie nostre. Ratiocinatio
quippe illa philosophorum, qua disputant ita men
tis aspectu intelligibilia videri et sensu cor
poris sensibilia, id est corporalia, ut nec intelli
gibilia per corpus nec corporalia per se ipsam mens
valeat intueri, si posset nobis esse certissima,
profecto certum esset per oculos corporis etiam spiritualis
nullo modo posse videri deum. Sed istam ratioci
nationem et vera ratio et prophetica irridet
auctoritas. Quis enim ita sit aversus a vero, ut di
cere audeat deum corporalia ista nescire? Numquid er
go corpus habet, per cuius oculos ea possit addiscere?
Deinde quod de propheta Helizeo paulo ante diximus,
nonne satis indicat etiam spiritu non per corpus cor
poralia posse cerni? Quando enim servus ille munera
accepit, utique corporaliter gestum est. Quod
tamen propheta non per corpus sed per spiritum vidit. Sicut er
go constat videri corpora spiritu, quid si tanta erit
potentia spiritualis [corporis], ut corpore videatur et spiritus?
Spiritus enim deus. Deinde vitam quidem suam
qua nunc vivit in corpore et hec terrena membra
vegetat facitque viventia, interiore sensu
quisque non per corporeos oculos novit; aliorum vero vi
tas, cum sint invisibiles, per corpus videt.
Nam unde viventia discernimus a non viventibus
corpora, nisi corpora vitasque simul videamus, quas
nisi per corpus videre non possumus? Vitas autem
sine corporibus corporeis oculis non videmus. Quam
obrem fieri potest valdeque credibile est, sic
nos esse visuros mundana tunc corpora celi novi
et terre nove, ut deum ubique presentem et universa
etiam corporalia gubernantem per corpora que gestabi
mus et que conspiciemus, quaqua versum oculos
duxerimus, clarissima perspicuitate videamus.
Non sicut nunc invisibilia dei per ea que fac
ta sunt intellecta conspiciuntur per speculum in enig
mate et ex parte, ubi plus in nobis valet fides
qua credimus, quam rerum corporalium species quas
per oculos cernimus corporales. Sed sicut homines, inter
quos viventes motusque vitales exerentes vi
vimus, mox ut aspicimus, non credimus vivere,
sed videmus, cum eorum vitam sine corporibus
videre nequeamus, quam tamen in eis per corpora
remota omni ambiguitate conspicimus. Ita
quacumque spiritualia illa lumina corporum nostrorum circum
feremus, incorporeum deum omnia regentem etiam
per corpora contuebimur. Aut ergo per illos oculos sic
videbitur deus, ut aliquid habeant in tanta ex
cellencia mentis simile, quo et incorporea
natura cernatur, quod ullis exemplis sive scripturarum
testimoniis divinarum vel difficile est vel impossibile
ostendere; aut quod est intelligendum facilius,
ita deus nobis erit notus atque conspicuus, ut
videatur spiritu a singulis [nobis] in singulis nobis, vi
deatur ab altero in altero, videatur in se ipso, vi
deatur in celo novo et in terra nova atque in
omni que tunc fuerit creatura, videatur et per cor
pora in omni corpore, quocumque fuerint spiritualis
corporis oculi acie perveniente directi. Patebunt
et cogitationes nostre invicem nobis. Tunc enim
implebitur et quod apostolus, cum dixisset: Nolite ante
tempus iudicare quicquam, mox addidit: Donec
veniat dominus et illuminet abscondita tenebrarum
et manifestabit cogitationes cordis, et tunc
laus erit unicuique a deo. De qualitate visio
nis qua in futuro seculo sancti deum vi
debunt, de eterna felicitate dei sabbatoque per
petuo.

Quanta erit illa felicitas, ubi
nullum erit malum, nullum latebit
bonum, vacabitur dei laudibus, qui erit omnia
in omnibus. Nam quid aliud agatur, ubi
neque ulla desidia cessabitur, neque ulla indi
gentia laborabitur, nescio. Ammoneor etiam
sancto cantico, ubi lego vel audio: Beati
qui habitant in domo tua domine, in secula se
culorum laudabunt te. Omnia membra et vis
cera incorruptibilis corporis, que nunc vi
demus per usus necessitatis varios distributa,
quoniam tunc non erit ipsa necessitas, sed plena certa
secura sempiterna felicitas, proficient lau
dibus dei. Omnes quippe illi, de quibus
iam sum locutus, qui nunc latent, armo
nie corporalis numeri non latebunt intrinsecus
et extrinsecus per corporis cuncta dispositi, et
cum ceteris rebus, que ibi magne atque mirabiles
videbuntur, rationales mentes in tanti artificis

laudem rationalis pulchritudinis delectatione succedent. Cuiusmodi motus illic talium corporum sint futuri, temere diffinire non audeo, quod excogitare non valeo; tamen et motus et status, sicut ipsa species, decens erit, quicumque erit, quod non decebit ubi non erit. Certe ubi volet spiritus, ibi protinus erit corpus. Nec volet aliquid spiritus quod nec spiritum possit decere nec corpus. Vera ibi gloria erit, ubi laudantis nec errore quisquam nec adulatione laudabitur. Verus honor, qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno; sed nec ad eam ambiet ullus indignus, ubi nullus permittetur esse nisi dignus. Vera pax, ubi nichil adversi nec a se ipso nec ab aliquo quisquam patietur. Premium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit eique se ipsum, quo melius et maius nichil possit esse, promisit. Quid est enim aliud quod per prophetam dixit: Ero illorum deus, et ipsi erunt mihi plebs, nisi: ego ero unde satientur, ego ero quecumque ab hominibus honeste desiderantur, et vita et salus et victus et copia et gloria et honor et pax et omnia bona. Sic enim et illud recte intelligitur quod ait apostolus: Ut sit deus omnia in omnibus. Ipse finis erit desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic affectus, hic actus profecto erit omnibus, sicut ipsa vita eterna, communis. Ceterum qui futuri sint pro meritis premiorum etiam gradus honorum atque gloriarum, quis est ydoneus cogitare, quanto magis dicere? Quod tamen futuri sint, non est ambigendum. Atque id etiam beata civitas illa magnum in se bonum videbit, quod nulli superiori ullus inferior invidebit, sicut nunc non invident archangelis angeli ceteri, tamquam nolit esse unusquisque quod non accepit, quamvis sit pacatissimo concordie vinculo ei qui accepit obstrictus, quo nec in corpore vult oculus esse quod est digitus, cum membrum utrumque contineat totius carnis pacata compago. Sic itaque habebit donum alius alio minus, ut hoc quoque donum habeat, ne velit amplius. Nec ideo liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberum a delectatione peccandi usque ad delectationem non peccandi indeclinabili libertate. Nam primum liberum arbitrium, quod homini datum est, quando primum creatus est rectus, potuit non peccare, sed potuit et peccare. Hoc autem novissimum eo potencius erit, quo peccare non poterit. Verum hoc quoque dei munere, non sue possibilitate nature. Aliud est enim esse deum, aliud participem dei. Deus natura peccare non potest; particeps vero dei ab illo accepit ut peccare non possit. Servandi autem gradus erant divini muneris, ut primum daretur liberum arbitrium, quo peccare et non peccare posset homo, novissimum quo peccare non posset, atque illud ad comparandum meritum, hoc ad premium recipiendum pertinet. Sed quia peccavit ista natura cum peccare potuit, largiore gratia liberatur, ut ad eam perducatur libertatem in qua peccare non possit. Sicut enim prima inmortalitas fuit, quam peccando Adam perdidit, posse non mori, novissima erit non posse mori, ita primum liberum arbitrium posse non peccare, novissimum non posse peccare. Sic erit inamissibilis voluntas pietatis et equitatis, quomodo est felicitatis. Nam utique peccando nec pietatem nec felicitatem tenuimus, voluntatem vero felicitatis nec perdita felicitate perdidimus. Certe deus ipse numquid, quoniam peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negandus est? Erit ergo illius civitatis et una in omnibus et inseparabilis in singulis voluntas libera, ab omni malo liberata et impleta omni bono, fruens indeficienter eternorum iocunditate gaudiorum, oblita culparum, oblita penarum. Nec ideo tamen sue liberationis oblita, ut liberatori suo non sit ingrata. Quantum ergo attinet ad scientiam rationalem, memor preteritorum etiam malorum suorum; quantum autem ad experientis sensum, prorsus immemor. Nam et peritissimi medici, sicut arte sciuntur, omnes fere morbos corporis noverunt; sicut autem corpore sentiuntur, plurimos nesciunt quos ipsi non sunt passi. Ut ergo scientie malorum due sunt, una qua potencie mentis non latent, altera qua experientis sensibus inherent (aliter quippe sciuntur omnia vitia per sapientie doctrinam, aliter per insipientis pessimam vitam), ita et obliviones malorum due sunt. Aliter ea namque obliviscitur eruditus et doctus, aliter expertus et passus; ille si periciam negligat, iste si miseria careat. Secundum hanc oblivionem, quam posteriori loco posui, non erunt memores sancti preteritorum malorum. Carebunt enim omnibus, ita ut penitus deleantur de sensibus eorum. Ea tamen potencia scientie, que magna in eis erit, non solum sua preterita, sed etiam dampnatorum eos sempiterna miseria non latebit. Alioquin si se fuisse miseros nescituri sunt, quomodo, sicut ait psalmista, misericordias domini in eternum cantabunt? Quo cantico in gloriam gratie Christi, cuius sanguine liberati sumus, nichil erit profecto illi civitati iocundius. Ibi perficietur: Vacate et videte, quoniam ego sum deus. Quod erit vere maximum sabbatum non habens vesperam, quod commendavit dominus in primis operibus mundi, ubi legitur: Et requievit deus die septimo ab omnibus operibus suis que fecit, et benedixit deus diem septimum et sanctificavit eum, quia in eo requievit deus ab omnibus operibus suis que inchoavit deus facere. Dies enim septimus etiam nos ipsi erimus, quando eius fuerimus benedictione et sanctificatione pleni atque refecti. Ibi vacantes videbimus quoniam ipse est deus, quod nobis nos ipsi esse voluimus, quando ab illo cecidimus, audientes a seductore: Eritis sicut dii, et recedentes a vero deo, quo faciente dii essemus

participatione non desertione/ Quid enim sine
illo fecimus nisi quod in ira eius defecimus/
A quo refecti et gratia maiore perfecti vaca
bimus in eternum videntes/ quia ipse deus/ quo
pleni erimus/ quando ipse erit omnia in omnibus/
Nam et ipsa opera nostra/ quando ipsius potius in
telliguntur esse/ quam nostra/ tunc nobis ad hoc
sabbatum/ adipiscendum imputantur/ quia
si ea nobis tribuerimus/ servilia erunt cum
de sabbato dicatur/ Omne opus servile/ non fa
cietis/ propter quod et per ezechielem prophetam dicitur
Et sabbata mea dedi eis in signum inter
me et inter eos/ ut scirent quia ego dominus qui
sanctifico eos/ Hoc perfecte tunc sciemus/ quando per
fecte vacabimus/ et perfecte videbimus/ quia ipse
est deus/ Ipse etiam numerus etatum ve
luti dierum/ si secundum eos articulos temporis/ compu
tetur/ qui scripturis videntur expressi/ Iste sab
batismus evidencius apparebit/ quoniam septi
mus invenitur/ ut prima etas tamquam dies primus
sit ab adam usque ad diluvium/ Secunda inde
usque ad abraham/ non equalitate temporum sed
numero generationum/ denas quippe habere re
periuntur/ Hinc iam sicut matheus ewangelista
determinat/ tres etates usque ad christi subse
cuntur adventum/ Que singule denis et qua
ternis generacionibus explicantur/ ab abra
ham usque ad david una/ altera inde us
que ad transmigracionem in babiloniam/ Tercia
inde usque ad christi carnalem nativitatem.
Fiunt itaque omnes quinque/ Sexta nunc agitur
nullo generationum numero metienda propter id quod
dictum est/ Non est vestrum scire tempora/ que pater po
suit in sua potestate/ post hanc tamquam
in die septimo requiescet deus/ cum eun
dem septimum diem quod nos erimus in se
ipso deo/ faciet requiescere/ De istis porro eta
tibus/ singulis nunc longum est disputa
re/ hec tamen septima erit sabbatum nostrum cuius
finis non erit vespera/ sed dominicus dies velut
octavus/ eternus/ qui christi resurrectione sa
cratus est/ eternam non solum spiritus verum etiam
corporis requiem prefigurans/ Ibi vacabi
mus/ et videbimus et amabimus/ ama
bimus et laudabimus/ Ecce quod erit in fine
sine fine/ Nam quis alius noster est finis
nisi pervenire ad regnum cuius nullus est
finis/ Videor mihi debitum ingentis huius
operis/ adiuvante domino reddidisse/ quibus
parum vel nimium est mihi ignoscant/ Qui
bus autem satis est/ non mihi/ sed deo me
cum gracias congratulantes agant Deo
gratias

Explicit liber Sancti Augus
tini Episcopi de Civitate
dei Anno M°cccc°34°

In nomine domini Amen Incipiunt Epistole leonis
pape urbis Rome quas pro defensione
fidei catholice in diversas mundi partes direxit
Incipit prima epistola eiusdem ad eutichen
Constantinopolitanum abbatem contra here
sim nestorianam Incipit

Dilectissimo filio
eutiteti presbytero leo episcopus 20
Ad noticiam nostram tue
dilectionis litteris/ retulis
ti/ quod nestoriana here
sis quorumdam rursus stu
diis pullularet/ sollicitudinem tuam ex hac parte
nobis placuisse rescribimus/ quia iudex ani
mi tui est sermo/ quem suscepimus Unde non
ambigas/ auctorem catholice fidei dominum tibi
in omnibus affuturum/ Nos autem cum plenius/
quorum hoc improbitate fiat potuerimus
agnoscere/ necesse est auxiliante domino pro
videre/ quatenus nephandum virus dudum dap
natum/ radicitus possit extingwi/ deus
te custodiat incolumem dilectissime fili
datum kl. iunias postumiano et zeno
ne viris clarissimis consulibus Item epistola eiusdem leonis
pape/ ad flamanum constantinopolita
num episcopum/ ubi queritur quod entitetes contra fide
catholicam sentiens/ a communione ecclesie
ab eo fuerit separatus Epistola sequitur

Dilectissimo fratri flavia
no episcopo leo episcopus 23
Cum christianissimus et clementissimus
imperator/ sancta et laudabili fide/
pro ecclesie catholice pace sollicitus/ ad nos
scripta transmiserit/ de hiis que aput nos
perturbatione strepitum commoverunt/ mi
ramur fraternitatem tuam/ quidquid illud scanda
li fuit/ nobis silere potuisse/ et non potius procu
rasse ut primitus nos insinuatio magis
tue relationis instrueret/ ne de rerum
gestarum fide possemus ambigere/ Ac
cepimus enim libellum/ entitetis presbiteri/
qui se queritur/ accusante Eusebio Episco
po/ inmerito communione privatum/ maxime
cum evocatum se affuisse testatur/ nec
suam presenciam denegasse/ adeo ut in ipso iudicio
libellum appellationis/ se asserat obtu
lisse/ nec tamen fuisse susceptum/ qua ratione
compulsus sit/ ut contestatorios libellos/ in con
stantinopolitana urbe proponeret/ Quibus
rebus/ manentibus/ nec dum agnoscimus/
qua iusticia/ a communione ecclesie fuerit se
paratus/ Sed respicientes ad causam facti/ nomi
nis nosse volumus rationem/ et usque ad nostram
noticiam cuncta deferri/ quoniam nos qui sacer
docii domini/ maturam volumus esse iudicia nichil
possumus incognitis rebus/ manusquam partis pre
iudicium diffinire/ priusquam universa que ges
ta sint veraciter audiamus/ Et ideo fraternitas tua
per ydoneam maxime aptamque personam plenissima

nobis relatione significaret, quod temporis antiquam
fidem novitatis crimine sevit senior sermona dig-
num fuit vindicari. nam et ecclesiastica mode
ratio, et religiosa piissimi principis fides,
multam nobis sollicitudinem christiane pacis
indicunt, ut amputatis dissensionibus,
fides catholica inviolata servetur, et hiis
que prava defendunt ab errore revocatis,
vestra auctoritate quoque fides probata fuit
muniantur. nec aliqua poterit ex hac parte
difficultas afferri, cum memoratus presbyter libel
lo proprio sit professus paratum se esse ad
corrigendum, siquid ipse fuit inventum
quod reprehensione sit dignum. decet enim in
talibus causis, hoc maxime providere, ut sine
strepitu concertacionum, et caritas custodiatur
et veritas defendatur frater carissime. Et ideo
quia dilectio tua de tanta causa nos videt
necessario esse sollicitos, quam plenissime
et lucide universa nobis vel quod que ante
facere debuit indicare festinet, ne inter
assertiones pravas aliqua ambiguitate fal
lamur, et dissensio que in suis initiis abo
lenda est, nutriatur, cum in corde nostro ea ob
servantia deo inspirante permaneat, ne con
stitutiones venerabilium patrum divinitus
roborate, et ad soliditatem fidei pertinentes,
prava cuiusquam interpretatione violentur. Datum
xij kl' maij asterio et protogene viris con
sulibus. Rescriptum eiusdem flaviani
episcopi ad predictum leonem episcopum de subdoli hos
tis insidiis epistola prima 2a tercia

Domino et beatissimo et
domino amabili patri
leoni, flavianus in domino eternam
salutem. nulla res dyaboli venena co
mpescit, nec continet mortiferas eius sa
gittas, sursum enim atque deorsum pervolans,
querit quos possit occidere, quos possit se
parare, quos possit devorare, propter quam rem
vigilandum et orationibus a domino optinen
dum est, ut fatuas inquisitiones eius ca
re possimus. Decet enim sequi patres nostros, ne
quicquam commutare diffinicione eorum perpetuam
quorum regulam sequi sanctas scripturas didi
cimus, depositis ergo fletibus et lacrimis, quia
sublime deceptus degens, invasus est a fero
demone, et non potui eum liberare nec au
ferre a tali lupo, qui animam meam procul lo
patus eram ponere, quo raptus est, quo
resiluit, apposito divino, et ad illum cucur
rit, qui perdere consuevit precepta patrum,
dedignans et constituta eorum despiciens,
iam incipio narrare De fraudulenta sub
tilitate hereticorum Epistola secunda

Sunt enim quidam veste sua
oves, significantes in
terius rapaces lupos quos ex
fructibus eorum debemus agnoscere,
Isti prima fronte videntur esse de numero nostro
sed non sunt de numero nostro. Si enim de numero
nostro essent nobiscum mansissent. Quando
autem ceperint assumere impietatem illud
quod occultabant in illis aperitur, et dolus omnibus
fit manifestus, omnibus. Inveniunt autem in-
firme fidei homines et qui divinas lectiones
nesciunt, et secum eos in perditionem preci
pitant, dissipantes et interpretantes patrum
disciplinas, et relinquunt sanctas scripturas
ad suam perditionem, quos debemus prendere
et a quibus multum oportet cavere, ne in
malicia eorum sua aliqui occupati conci
dant de sua firmitate. Acuerunt enim qui
aspides linguas suas, de quibus propheta
clamat, acuerunt linguas suas sicut ser
pentes et reliqua De blasphemiis eu
tichetis Epistola tercia

Talis inter nos Eutices emersit
quondam presbyter et archimandrites
qui quasi nostre religionis sectam capie
bat et hanc proferebat, nestorii autem
impietatem confirmabat et suttinge
bat pro nestorio militare, nam quod contra nesto
rium parabatur, trecentorum autem decem
et octo sanctorum patrum de fide expo
sitione factam et sancte memorie cirilli e
pistolam scriptam ad nestorium vel ad similes
eius, quibus omnes assenserunt, temptat e
vellere, antiquam impii valentini et appol
linaris reparans sectam, qui non timebant
preceptum domini dicentis, quicumque scandalizaverit
unum de pusillis istis, expedit ei ut mola
asinaria alligetur collo eius, et demer
gatur in profundum maris. verecundia autem
omne eius perfidia abiecit, et quam gere
bat infelicitatis pellem, exuens in ista
synodo, asserebat instanter dicens dominum
nostrum ihesum christum non oportere confiteri de dua
bus naturis post humanam susceptionem,
eum a nobis unius substantie et unius persone
cognoscatur. Neque carnem domini consubstanti
alem nobis subsistere, tamquam ex nobis suscep
tam et coadunatam deo verbo secundum substantiam
sed dicebat virginem quidem que eum
genuit secundum carnem substancialem nobis esse,
ipsum autem dominum non suscepisse ex ea carnem
substantialem nobis et corpus domini non esse qui
dem corpus hominis, humanum vero corpus
esse quod est ex virgine, omnium patrum exposi
tionibus contra sentiens De excommuni
catione eius iustissima

Sed ne multa dicens longam faciam
epistolam, olim quidem egerimus,
misimus ad beatitudinem vestram litteras qui
bus dominus et presbyter illum esse iudicatum
et sic captus est, et iussimus eum in mo
nasterio nullam habere racionem et
exclusimus eum a communione nostra ut sanc
titas vestra hoc cognoscens, quod circa illum

illum actum est omnibus epis sub btitudine
vra agentibus manifestare dignetur illi9
impietate/ ne nesciretes aliqui/ quod sen
serit/ quasi ad orthodoxum uel plittas
uel p aliqm conuictionem loquantur. Data iij°
kl' februarij theodosio viij et albino vv.
Item resptum leonis ad cc consulibus
eundem flamanum Contra eutitetis p
Quod ignorancia starum fidiam capl'. j.
scripturarum eutiten heretircum fecerit asse
re ij. Contra eos qui in duos filios dispen
sacionis dominice misterium scindere moliunt
iij. Contra eos qui passibilem vnige
nitum dei filium audent iiij. Contra eos qui
in duas nãs xpi temperamentum uel confusi
onem argumentatur ꝫ sup sit in same do as
serunt V. Contra eos qui celestem aut
altius cuiusque sube/ existere forma sui
quam ex nobis as vj. Contra eos qui du
as quidem ante adunacionem naturas dum
fuisse delirant/ vna vero post adunacionem
confingit Incipit epla prima eo

Dilectissimo fratri flaviano

leo Epus dilectis dilectionis
tue lris/ quas miramur fuisse tam seras/
et gestorum episcopalium ordine recensito/
tandem quid aput vos scandali conti
gerit/ atque contra integritatem fidei/ exortum fu
isset agnouimus/ et que prius videbantur oc
culta/ nunc nobis reserata patuerunt/ quibus
eutites qui presbiteri nomine honorabilis vi
debatur/ multum imprudens et nimis im
peritus ostenditur/ ut eciam de ipso dictum
sit a propheta/ Noluit intelligere ut bene ageret/
iniquitatem meditatus est/ in cubili suo
quid autem iniquius quam impia sapere et
sapientioribus doctoribusque non credere/
Sed in hanc insipiam cadit/ qui cum ad
cognoscendam veritatem/ aliquo impeditur
obstruso/ non ad propheticas votes non ad
aplicas litteras/ nec ad ewangelicas auctori
tates/ sed ad semetipsos recurrunt/ et
ideo magistri erroris existunt/ quia veri
tatis discipuli non fuerunt/ Quam enim
erudicionem de sacris noui et veteris testame
ti paginis/ adquisiuit/ qui nec ipsius qui
dem symboli inicia comprehendit/ et quod
per totum mundum omnium regeneratorum uoce de
promitur/ istius adhuc senis corde non capi

Nestiens Epla secunda
igitur/ quid deberet/
de ubi dei incarnacione sentire/ nec
uolens ad promerendum lumine intelligencie
/ in sanctarum scripturarum latitudine labora
re/ illam saltem communem et indiscretam
confessionem/ sollicito recepisset auditu/
qua fidelium vniuersitas profitetur/ credere
se in deum patrem omnipotentem/ et in
ihm xpm filium eius vnicum dominum nrm/ qui
natus est de spu sco/ ex maria virgine/ quibus
tribus sentencijs/ omnium fere hereticorum
machine destruuntur/ Cum enim deus et omni
potens/ et pater creditur sempiternus/ eidem
filius demonstratur in nullo a patre diffe
rens/ quia de deo deus/ de omnipotente omni
potens/ de eterno natus est coeternus/ Non
posterior tempore/ non inferior potestate/ non dis
similis gloria/ non diuisus essencia/ Idem
vero sempiterni genitoris vnigenitus se
piternus natus est/ de spu sco ex maria virgi
ne/ Que natiuitas temporalis/ illi nati
uitati diuine et sempiterne/ nichil minuit
/ nichil contulit/ sed ad totum se reparando
/ homini qui erat deceptus impendit/ ut
et mortem vinceret/ et dyabolum/ qui mor
tis habebat imperium sua virtute destrueret
Non enim superare nos possemus peccati
et mortis auctorem/ nisi naturam nram
ille suscipet et suam faceret/ quem nec peccatum co
taminare nec mors potuit detinere/ Con
ceptus quippe est de spu sco/ intra uterum
virginis matris/ que illum ita salua virginitate
edidit/ quemadmodum salua virginitate
concepit sed si de hoc xpiane fidei fonte
purissimo/ sincerum intellectum haurire non po
terat/ quia splendorem perspicue veritatis/ ob
cecatione sibi propria tenebrarat/ doctrine
ewangelice se subdidisset/ dicente matheo/
liber generacionis ihu xpi filij dauid/ filij
abraham/ apostolice quoque predicacionis
expetisset instructum/ l. instrumentum/ legens
in epla ad romanos/ paulus seruus ihu xpi
vocatus apls/ segregatus in euangelium dei/
quod ante promiserat per prophetas suos in
scripturis sanctis/ de filio suo/ qui factus est
ei ex semine dauid/ secundum carnem/ ad propheti
cas quoque paginas/ piam sollicitudinem
contulisset et inuenisset promissionem dei
ad abraham dicentis/ In semine tuo benedi
centur omnes gentes/ Et ne de huius semi
nis proprietate dubitaret/ secutus fuisset
aplm dicentem/ abrahe dicte sunt promissio
nes et semini eius/ Non dicit et seminibus
quasi in multis sed quasi in vno et semini tuo quod
est cristus/ Ysaie quoque predicacionem inte
riore apprehendisset auditu/ dicentis/ Ecce
virgo concipiet/ et pariet filium/ et vocabitur
nomen eius emanuel quod est interpreta
tum nobiscum deus/ eiusdemque prophete
fideliter verba legisset/ puer natus est nobis
et filius datus est nobis/ cuius potestas super
humerum eius/ magni consilij angelus/ ad
mirabilis consiliarius/ deus fortis/ prin
ceps pacis/ pater futuri seculi/ nec frustrato
rie loquens Ita verbum diceret carnem factum ut
editus utero virginis xpus/ haberet formam hominis/
et non haberet materni corporis veritatem/ An for
te ideo putauit dominum ihm xpm/ non nostre esse
nature/ quia missus ad beatam mariam/

semp v'ginem angelus ait/ Spus sanctus
sup veniet/ inte/ et virtus altissimi obum
brabit tibi/ ideo q'd nascetur ex te scm voca
bitur filius dei/ ut quia conceptus v'ginis
diuini fuit opis/ no de natura concipientis
fuit caro concepti Sz no ita nobis intellige
da est illa gnatio singularis/ ut p nouita
tem creationis proprietas remota sit gene
ris/ fecunditatem em v'gini spus sanctus
dedit/ veritas autem corporis sumpta de
corpore est/ et edificante sibi sapia domu
v'bu caro fcm est/ et habitauit in nobis
hoc est in ea carne qua sumpsit ex homie
et quia spus vite racionalis animauit/

Salua

g'o pro Epl'a tercia·
prietate vtriusqz nature/
et in vna coeunte psona/ suscepta
est a maiestate humilitas/ a uirtute infir
mitas/ ab eternitate mortalitas Et ad resol
uendum condicionis nre debitu/ natura
in uiolabilis nature est vnita passibili/
ut quod nris remediis congruebat/ vnus
atqz idem mediator dei et homi ho xps
ihus et ex vno mori posset/ et ex alto mori
no posset In integra g'o veri homis p fecta
qz natura verus natus deus est totus
in suis/ totus in nris Nra aut dicimus
q in nobis ab inicio creator condidit/ et q
reparanda suscepit Nam illa que decep
tor intulit/ et homo deceptus admisit nul
lum habuerunt in saluatore uestigiu
Nec quia communionem humanarum subijt infir
mitatum/ ideo nrorum fuit particeps delictorum/
assumpsit forma fui sine sorde pcti/ humana
augens/ diuina no minuens/ quia ex inanic'o
illa/ qua se inuisibilis visibilem pbuit/ et
creator ac dns omn rerum/ vnus uoluit
esse mortaliu inclinacio fuit miseratio
nis/ no defectio ptatis/ proinde quidem
manens in forma dei fecit hominem ide
in forma serui factus est homo/ Tenet
em sine defectu proprietatem sua vtraqz na
tura/ et sicut forma serui/ dei formam no
adimit/ ita forma di forma serui non
minuit Nam quia gl'abatur dyabolus ho
mine fraude sua deceptum diuinis caru
isse muneribus/ et inmortalitatis dote nuda
tum duram mortis subijsse snam se qz
i malis suis quoddam de preuaricatoris
consorcio inuenisse solatium dni quoqz iu
sticie exigente racione/ erga hominem que
tanto honore condiderat ppam mutasse
se snam opus fuit secreti dispensacione
consilij ut incommutabilis deus cuius voluntas
no pt sua benignitate priuari pmam g'a
nos pietatis sue disposicionem sacramento oc
cultiore compleret/ et homo dyabolice i
niquitatis uersucia actus in culpam con
di proposituz no periret Epistola q'rta

Ingreditur

g'o hec
mundi in
fima/ filius di de celesti sede des
cendens et a patria gl'a no recedens/ nouo
ordine/ noua natiuitate gnatus/ Nouo or
dine/ quia inuisibilis in suis visibilis fcus e/
in nris incomprehensibilis/ uoluit comphendi/
ante tempora manens/ esse cepit ex tempe
/ vniuersitatis dns/ seruilem forma/ obumbrata
maiestatis sue i mensitate suscepit/ Impas
sibilis deus no dedignatus est homo esse
passibilis/ et i mortalis/ mortis legibus sub
iacere/ Noua autem natiuitate generatus/
quia i uiolata virginitas/ que concupiscenciam nes
ciuit carnis/ materiam ministrauit/ Assump
ta est de matre dni natura/ no culpa/ Nec
in dno ihu xpo ex utero v'ginis genito/ qa
natiuitas est mirabilis/ ideo nre e nature
dissimilis/ Qui em verus est deus/ idem ve
rus est homo/ Et nullu est in hac vnitate
mendaciu/ du inuicem sunt/ et humilitas hois
et altitudo deitatis/ Sicut em deus non mutatur
miseratione/ ita homo no consumitur dignitate
Agit em vtraqz forma cum alterius communi
one/ qd proprium est/ v'bo scilicet operante/ qd v'bi
est/ et carne exequente/ qd carnis est/ vnu ho
rum choruscat miraculis/ aliud succubit
iniurijs/ Et sicut v'bum ab equalitate pa
terne glorie no recedit/ ita caro naturam nri ge
neris no reliquit/ vnus em idem qz est/ qd
sepe dicendum est vere di filius/ et vere
hominis filius Deus p id quod in principio e
rat v'bum/ et v'bum erat apud deum/ et
deus erat v'bum/ homo p id quod v'bum
caro fcm est et habitauit in nobis deus p id
qd omnia p ipm facta sunt/ et sine ipo fcm
est nichil/ homo p id quod fcus est ex mulie
re/ fcus sub lege Natiuitas carnis manifes
tacio est humane nature/ partus virginis di
uine est virtutis iudiciu/ Infancia paruuli os
tenditur humilitate cunarum/ magnitudo
altissimi declaratur/ vocibus angelorum
Similis est rudimentis hominu/ quem hero
des impius molitur occidere/ sed dns est omniu
quem magi gaudentes suppliciter veniunt
adorare/ Iam cum ad precursoris sui Joha
nis baptismu venit/ ne lateret/ quod car
nis velamine diuinitas tegeretur/ vox pa
tris de celo intonans dixit/ hic est filius
meus dilectus/ in quo m'i bene complacui Que
itaqz sicut homine dyabolica temptat
astucia/ eidem sicut deo angelica famu
lantur officia/ Esurire sitire lassescere atqz dor
mire/ euidenter humanu est/ sed quinqz pani
bus/ quinqz milia hominu saciare/ et lar
giri samaritane aquam viua/ cuius haustus
bibenti prestat/ ne vltra iam siciat/ sup dor
sum maris plantis no subsidentibus/ am
bulare et elaciones fluctuu increpata
tempestate/ consternere sine ambiguitate

divinum est. Sicut ergo ut multa preteream non eiusdem nature est flere miserationis affectu lazarum amicum mortuum et eundem remoto quatriduane aggere sepulture ad vocis imperium excitare redivivum, aut in cruce pendere et in noctem luce conversa omnia elementa tremefacere, aut clavis transfixum esse et paradisi portam fidei latronis aperire, ita non eiusdem nature est dicere, ego et pater maior me est. Quamvis enim in domino ihesu christo dei et hominis una persona sit, aliud tamen est unde in utroque communis est contumelia, aliud unde communis est gloria. De nostro enim illi est minor patre humanitas, de patre illi est equalis cum patre divinitas. Epistola sext. quinta

Propter hanc ergo unitatem persone in utraque natura intelligendam et filius hominis legitur descendisse de celo, cum filius dei carnem de ea virgine de qua natus est assumpserit, et rursus filius dei crucifixus dicitur ac sepultus, cum hec non in divinitate ipsa qua unigenitus consempiternus et consubstancialis est patri, sed in nature humane sit infirmitate perpessus. Unde unigenitum filium dei crucifixum et sepultum omnes etiam et symbolo confitemur, secundum illud apostoli dictum: Si enim cognovissent, numquam dominum maiestatis crucifixissent. Cum ipse dominus noster ac salvator fidem discipulorum suis interrogationibus erudiret: Quem, inquit, dicunt homines esse filium hominis? Cumque illi diversas aliorum opiniones retexuissent: Vos autem, ait, quem me esse dicitis? me utique qui sum filius hominis et quem in forma servi atque in veritate carnis aspicitis, quem me esse dicitis? Ubi beatus petrus divinitus inspiratus et confessione sua omnibus gentibus profuturus: Tu es, inquit, christus filius dei vivi. Unde non immerito beatus est pronunciatus a domino et a principali petra soliditatem et virtutis traxit et nominis, qui per revelationem patris eundem et dei filium est confessus et christum, quia unum horum sine alio receptum non proderat ad salutem, et equalis erat periculi dominum ihesum christum aut deum tantummodo sine homine aut sine deo solum hominem credidisse. Post resurrectionem vero domini que utique veri hominis fuit, quia non alter est resuscitatus quam qui fuerat crucifixus et mortuus, quid aliud xl dierum mora gestum est quam ut fidei nostre integritas ab omni caligine mundaretur? Colloquens enim cum discipulis suis et cohabitans atque convescens, et pertractari se diligenti curiosoque contactu ab eis quos dubietas perstringebat assensum prebuit, ideo et clausis ianuis ad discipulos introibat et flatu suo dabat spiritum sanctum et donato intelligencie lumine sacrarum scripturarum occulta

pandebat, et rursus idem vulnus lateris, fixuras clavorum et omnia recentissime passionis signa monstrabat dicens: Videte manus meas et pedes meos quia ego ipse sum, palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere, ut agnosceretur in eo proprietas divine humaneque nature individua permanere, et ita sciremus verbum non hoc esse quod carnem, et unum dei filium et verbum confitemur et carnem. Quo fidei sacramento euthices iste nimium estimandus est vacuus, qui naturam nostram in unigenito dei nec per humilitatem mortalitatis nec per gloriam resurrectionis agnovit, nec sententiam beati apostoli et evangeliste iohannis expavit dicentis: Omnis spiritus qui confitetur ihesum christum in carne venisse ex deo est, et omnis spiritus qui solvit ihesum ex deo non est, et hic est antichristus. Quid autem est solvere ihesum nisi humanam ab eo separare naturam et sacramentum per quod unum salvati sumus impudentissimis evacuare figmentis? Caligans vero circa naturam corporis christi necesse est ut etiam in passione eius eadem obcecatione desipiat. Nam si crucem domini non putat falsam et susceptum pro mundi salute supplicium verum fuisse non dubitat, cuius credit mortem agnoscat et carnem. Nec diffiteatur nostri corporis hominem quem cognoscit fuisse passibilem, quoniam negatio vere carnis negatio est etiam corporee passionis. Si ergo christianam suscepit fidem et a predicatione evangelii suum non avertit auditum, audiat que natura transfixa clavis pependerit in crucis ligno, et aperto per militis lanceam latere crucifixi intelligat unde sanguis et aqua fluxerit ut ecclesia dei et lavacro regeneretur et poculo. Audiat et beatum petrum apostolum predicantem quod sanctificatio spiritus per aspersionem fiat sanguinis christi. Nec transitorie legat eiusdem apostoli verba dicentis: Scientes quod non corruptibilibus argento et auro redempti estis de vana vestra conversatione paterne tradicionis, sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati ihesu christi. Beati quoque iohannis apostoli testimonio non resistat dicentis: Et sanguis ihesu christi filii dei mundat nos ab omni peccato. Et iterum: Hec est victoria que vincit mundum fides nostra. Et quis est qui vincit mundum nisi qui credit quoniam ihesus est filius dei? Hic est qui venit per aquam et sanguinem ihesus christus, non in aqua solum sed in aqua et sanguine. Et spiritus est qui testificatur quoniam christus est veritas. Et tres sunt qui testimonium dant, spiritus aqua et sanguis, et hi tres unum sunt. Spiritus utique sanctificationis et sanguis redemptionis et aqua baptismatis. Que tria sunt unum et individua manent

nichilque corporis atque anime connexione seiungitur
quia ecclesia catholica hac fide viuit hac
proficit ut in domino ihesu christo nec sine uera
diuinitate humanitas nec sine vera credatur
humanitate diuinitas Sexta epistola

Cum autem ad interlocutionem
ex animis nostri sententie
respondit dicens Confiteor ex
duabus naturis fuisse dominum nostrum ante
adunationem post adunationem uero vnam
naturam confiteor miror tam absurdam tamque
peruersam eius professionem nulla iudicantium
increpatione reprehensam et sermonem
insipientem nimisque blasphemum
ita omissum quasi nichil quod offenderet
esset auditum cum tam impie duarum naturarum
ante incarnationem vnigenitus dei filius
fuisse dicatur quam nefarie postquam verbum
caro factum est natura in eo singularis asseritur
quod ne iste eutices uel recte uel tollera
biliter estimet dixisse quia nulla nostra est sua
confutatum dilectionis igitur tue diligentia
commonemus frater karissime ut et si per inspirationem
misericordie dei ad satisfactionem causa per
ducitur imprudentia hominis imperiti etiam ab
hac sensus sui macula penitus purgetur Qui
quidem sicut gestorum ordo patefecit pe
ne reparatur a sua persuasione desistere cum et
nostra sententia coarctatus profitetur se dicere
quod non ante dixerat et ei fidei adquiescere
cuius prius fuisset alienus sed cum anathe
matizando impio dogmati noluisset pre
bere consensum intelligit eum tua fraternitas
nostra in sua manere perfidia dignumque esse
qui iudicium condempnationis exciperet de quo
si fideliter atque utiliter dolet et quam recte mo
ta sit episcopalis auctoritas uel si recognoscit
uel si ad satisfactionis plenitudinem omnia
que ab eo male sunt sensa uiua uoce et
presenti subscriptione damnauerit non erit re
prehensibilis erga correctum quanta cumque
miseratio quia dominus noster uerus et bonus
pastor qui animam suam posuit pro ombus
suis et qui uenit animas hominum saluas fa
cere non perdere imitatores nos uult esse sue
pietatis ut peccantes quidem iustitia co
herceat conuersos autem misericordia non re
pellat tunc enim demum fructuosissime fi
des uera defenditur quando etiam a sec
tatoribus suis opinio falsa dampnatur Ad
omnem vero causam pie ac fideliter exequen
dam fratres nostros Iulium episcopum et renatum
presbiterum sed et filium meum hylarium dyaconum
uice nostra direximus quibus dulcatium no
tarium nostrum cuius nobis fides est sepe pro
bata sociauimus confidentes affuturum diui
nitatis auxilium ut is qui errauerat dam
nata sensus sui prauitate saluetur Data
ydus Iunii asterio et protogene uiris clarissimis
consulibus. exa. cccc. l. xxxvi presbiterum con

eius errores in quibus ille apto ex hoc nidit recte 25

Dilectissimo et merito
honorabili
filio eutici presbitero petrus episcopus
ravennas legi fraternitatis litteras tuas et scripta in istis
merore debito percurri quia sicut nos
pax ecclesiarum sacerdotum concordia tranquilli
tas plebis audire facit gaudium celeste
ita nos affligit et deicit fraterna dissensio
presertim cum talibus oriatur ex causis XXX an
nis humane leges humanas adimunt ques
tiones et christi generatio que diuina lege scribitur
inenarrabilis post tot secula disputatione
temeraria ventilatur Quod origenes prin
cipiorum scrutator incurrerit quo nestorius
lapsus est disputans de naturis non la
tet prudentiam tuam Magi christum incompara
bilis dum mysticis muneribus confitentur
et sacerdotem quis sit qui virginali partu
de spiritu sancto natus est dolenda interrogatione
disquirit cum magicum domino recet ihesus in cunis
gloriam in excelsis deo celestis clamabat ex
ercitus et modo quando in nomine ihesu omne ge
nu flectatur celestium terrestrium et infernorum
originis eius questio commonetur Nos
frater cum apostolo dicimus et si nouimus christum secundum
carnem sed nunc iam non nouimus nec possu
mus in uno ore replicare qui iubemur ho
norem dare et timorem reddere et expecta
re non discutere quem iudicem confitemur hiis om
nibus respondi frater litteris tuis Epistola leonis
pape ad iulianum episcopum contra errorem eutici
ane impietatis

Dilectissimo fratri Iuliano 35
episcopo leo episcopus
Licet per eos quas ab urbe direxi
mus plenissimas ad fratrem flauianum
litteras miserimus contra nimie impietatis erro
rem tamen quia per filium nostrum basilium dyaconum
scripta tue dilectionis accepimus quibus multum
catholici sensus feruore placuerunt etiam
hanc paginam que illis epistolis consonaret
adiecimus ut vnanimiter atque constanter
hiis qui euangelium christi corrumpere cupiunt
resistatis quoniam sanctus spiritus in nobis atque in vobis
vna est eruditio atque eadem doctrina quam
qui non recepit nec membrum corporis christi esse
potest nec eo capite gloriari in quo naturam
suam asserit non haberi quid autem prodest
imprudentissimo seni nestoriane herese
os nomine eorum laterare opinionem quorum
pessimam conuellere non potest fidem cum
quantum nestorius auctoritate discessit dicta
tem verbi ab assumpti hominis substantia separando
tam a recto tramite etiam iste discedat qui
vnigenitum dei sit de vtero virginis predicat
natum ut humani quidem corporis speciem
gesserit sed humane carnis veritas verbo vni
ta non fuerit de quo prodigio falsitatis
quis non videat que opinionum monstra

27

nascantur. Negator enim mediatoris dei et
hominum hominis ihesu christi necesse est ut multis
impietatibus impleatur, cuique aut appol-
linaris sibi vendicet aut valentinus u-
surpet, aut manicheus optineat, quorum
nullus in christo humane carnis credidit ve-
ritatem. Qua utique non recepta, non solum
secundum carnem atque animam rationa-
lem qui erat in forma dei manens id est
in forma servi homo natus denegatur, sed
etiam quod crucifixus est et mortuus
ac sepultus, quodque die tercio resurrexit et
quod ad dexteram patris sedens ad iudican-
dos vivos et mortuos in eo corpore sit
venturus in quo est iudicatus, abnuitur,
quia hec redempcionis nostre sacramenta va-
cuantur, si christus veram veri hominis totamque
naturam suscepisse non creditur. An quia ma-
nifesta erant signa divina, falsa dicentur
documenta corporea, ac testimonia utrius-
que nature valebunt, ut creator intelligatur,
non valebunt ut creatura salvetur? quod
deitatis est, caro non minuit, quod carnis est
deitas non peremit. Idem enim et sempiternus
est ex patre, et temporalis ex matre, in
sua virtute inviolabilis, in nostra infir-
mitate passibilis. In deitate trinitatis
cum patre et spiritu sancto unius eiusdemque na-
ture, in susceptione autem hominis non unius
substancie, sed unius eiusdem persone, ut idem
esset dives in paupertate, omnipotens in abiecti-
one, inpassibilis in supplicio, inmortalis in
morte. Nec enim verbum aut in carne aut
in anima aliqua sui parte conversum est,
cum simplex et incommutabilis natura dei-
tatis tota in sua sit semper essencia, nec
dampnum sui recipiens, nec augmentum,
et sic assumptam naturam beatificans, ut glori-
ficata in glorificante permaneat. Cur autem
inconveniens aut inpossibile videatur, ut
verbum et caro atque anima, unus ihesus christus
et unus dei hominisque sit filius, si caro et a-
nima, que dissimilium naturarum sunt, unam
faciunt etiam sine verbi incarnacione
personam, cum multo facilius sit, ut hanc u-
nitatem sui atque hominis deitatis prestet po-
testas, quam ut eam in substanciis suis op-
tineat solius humanitatis infirmitas.
Nec verbum igitur in carnem, nec in verbum ca-
ro mutata est, sed utrumque in uno manet et
unus est in utroque est, non diversitate divisus,
non permixtione confusus, nec alter a patre
alter est ex matre, sed idem aliter ex patre ante
omnia principia, aliter de matre in fine seculorum,
ut esset mediator dei et hominum, homo christus ihesus,
in quo habitaret plenitudo divinitatis
corporaliter, quia assumpti non assumentis
provectio est, quod deus illum exaltavit, et
donavit illi nomen quod est super omne nomen,
ut in nomine ihesu omne genu flectatur, ce-

lestium terrestrium et infernorum, et omnis lin-
gua confiteatur, quia dominus ihesus christus in gloria
est dei patris. In eo vero quod eutices in e-
piscopali suo iudicio ausus est dicere,
ante incarnacionem duas in christo fuisse naturas,
post incarnacionem autem unam, necesse fuerat
ut ad reddendam racionem professionis
sue crebris atque sollicitis iudicum interrogaci-
onibus urgeretur, ne tamquam inane ali-
quid preterfluerct, quod non nisi de haustu vene-
natorum dogmatum apparebat effusum,
arbitror enim talia loquentem hoc habere per-
suasum, quod anima quam salvator assump-
sit, prius in celis sit commorata, quam de maria
virgine nasceretur, eamque sibi verbo in utero
copularit. Sed hoc catholice mentes aures-
que non tolerarent, quia nichil secum dominus de
celo veniens nostre condicionis exhibuit,
nec animam enim que anterior extitisset, nec
carnem que non materni corporis esset, acce-
pit. Natura quippe nostra non sic assumpta
est, ut prius creata post assumeretur, sed ut
ipsa assumpcione crearetur. Unde quod in
origene merito dampnatum est, qui animarum antequam
corporibus insererentur, non solum vitas sed
et diversas fuisse actiones asseruit, necesse est
ut etiam in isto nisi maluerit sentenciam abdi-
care, plectatur. Nativitas enim domini secundum
carnem quamvis habet quedam propria, quibus
humane condicionis inicia transcen-
dat, sive quod solus ab inviolata virgine
sine concupiscencia carnis est conceptus et natus,
sive quod ita est visceribus matris editus,
ut fecunditas pareret, et virginitas perma-
neret, non alterius tamen nature erat eius caro
quam nostra. Nec alio illi quam ceteris homi-
bus anima est inspirata principio, que
excelleret non diversitate generis, sed sub-
limitate virtutis. Nichil enim carnis sue
habebat adversum, nec discordiam de-
siderorum gignebant conpugnancia volup-
tatum. Sensus corporei vigebant sine le-
ge peccati, et veritas affectionum sub modera-
mine deitatis et mentis, nec temptabatur
illecebris, nec cedebat iniuriis. Verus
homo, vero est unitus deo. Nec secundum ex-
istentem prius animam deductus est celo,
nec secundum carnem creatus ex nichilo. Eam-
dem gerens in deitate personam, et te-
nens communem nobiscum in corpore animam
que naturam. Non esset enim dei hominumque me-
diator, nisi idem deus idemque homo, in utro-
que et unus esset et verus. Invitat quidem
nos ad latitudinem disserendi materie
magnitudo, sed apud erudicionem tuam non
est copia laborandum, presertim cum iam
per nostros ad sanctum flavianum sufficientes lit-
teras miserimus, ad confirmandos animos
non solum sacerdotum, sed etiam laycorum
prestabit ut credimus misericordia dei, ut

absque cuiusquam animae detrimento possit
possint ad usum dyaboli dolos et sa-
na defendi et vulnerata curari. Datum
idus Junii Asterio et Protogene viris clarissimis con-
sulibus. Eiusdem Leonis pape ad Theodosium
augustum de legatis quos in causa sua desti-
navit ad synodum Ephesinam procerioribus
ecclesiasticis collectam. Sequitur et cetera His
Epistola

Cesari Theodosio religio-
sissimo et piissimo
augusto Leo papa ecclesiae catho-
licae urbis Romae. Quantum rebus humanis
consulere providencia divina dignetur,
sollicitudo clementiae vestrae spiritu dei incitata de-
monstrat, quae in ecclesia catholica nichil
conturbatum nichil vult esse diversum, cum
fides quae non nisi una est, in nullo potest
sui esse dissimilis. Unde licet Eutyches, quan-
tum gestorum episcopalium ordo patefecit,
imperito atque imprudenti errore decep-
tus sit, debueritque a sua inito reprobabili
persuasione discedere, quam tamen pietas vestra, quae
in honore dei religiosissime catholicam di-
ligit veritatem, apud Ephesum constituit
synodale concilium, ut imperito seni ea, in quo
animus caligat, veritas innotescat, fratres
meos Julium episcopum et Renatum presbyterum
et filium meum Hylarum dyaconum misi, qui
hac vice presentiae meae pro negotii qualitate
sufficient. Et quia dubitari non potest quae sit
christianae confessionis integritas, et totius
erroris pravitas dampnaretur, et si re-
sipiscens, qui deviaverat, pro venia supplicaret,
sacerdotalis ei benivolentia subveniret, cum
in libello suo quem ad nos misit hoc saltem
sibi ad promerendam veniam reservavit,
ut correcturum se esse promitteret, quidquid sententia
de hiis quae male sensit improbasset. Quid
autem catholica ecclesia universaliter de sacramento
dominicae incarnationis credat et doceat, ad fratrem
et coepiscopum meum Flavianum plenius continent
scripta quae misi. Epistola datur ydus Junii
Asterio et Protogene viris clarissimis consulibus. Eiusdem Leo-
nis pape ad Pulcheriam augustam de hiis
unde supra ad Theodosium augustum. viii

Leo episcopus Pulcheriae augustae. Quan-
tum presidii dominus ecclesiae suae
in vestra clementia praeparavit, multis
probavimus saepe documentis. Et quidquid nostris
temporibus contra impugnatores catho-
licae veritatis sacerdotalis obtinuit, maxime
ad vestram gloriam redundavit, dum sicut spiritu
sancto docente didicistis, illi per omnia potentiam
vestram subiicitis, cuius munere et protectione
regnatis. Unde et cum integritatem fidei
christianae dissensionem quandam Constanti-
nopolitanae ecclesiae Eutyche actore genera-
tam fratris et coepiscopi mei Flaviani relatione
agnovi, ita ut totius causae seriem synoda-
lium gestorum textus ostenderet, dignum

gloriae vestrae est, ut error qui, ut arbitror, de
imperitia magis quam de versutia natus
est, auferatur, priusque ullas sibi vires de
consensu imprudentium pertinacia pravita-
tis adquirat, quia etiam ignorantia quan-
doque non numquam incidit in lapsus, et plerumque
in dyaboli ruit foveas incauta simplicitas.
Per quam in supradicto subrepsisse spiritum falsita-
tis intelligo, ut dum estimat se religiosius
de filii dei maiestate sentire, si ei naturae
nostrae veritatem inesse non dicat, totum illud quod
verbum caro factum est, unius atque eiusdem pu-
taret esse substanciae. Et quantum Nestorius
a veritate excidit, dum Christum de matre solum
hominem asserit natum, tantum etiam hic
a catholico tramite deviavit, de eadem
virgine non nostram credit editam esse substantiam,
volens utique eam solius deitatis intelligi,
ut quod formam servi gessit, et quod nostri similis
fuit atque conformis, quaedam non nostrae fuerit
ymago, non veritas. Nichil tamen prodest dominum
nostrum beatae virginis filium verum perfectumque hominem
dicere, si non illius generis homo creditur, cu-
ius in evangelio predicatur. Dicit enim Ma-
theus: Liber generationis Jhesu Christi filii David
filii Abraham. Et ita humanae originis ordinem
sequitur, ut generationum lineas usque ad Jo-
seph, cui matris domini erat desponsata, dedu-
cat. Lucas vero retrorsum successionum gradus
relegens ad ipsum humani generis principem perre-
dit, ut Adam primum et Adam novissimum
eiusdem ostendat esse naturae. Poterat quip-
pe omnipotentia filii dei ad docendos iusti-
ficandosque homines apparere, quomodo et patri-
archis et prophetis in specie carnis appa-
ruit, cum aut luctam iniit aut sermonem
conseruit, cum nec hospitia hospitalitatis non
abnuit, vel etiam appositum cibum sumpsit.
Sed ille ymagines huius hominis erant in-
dices, cuius veritatem ex precedentium patrum stir-
pe suscipiendam significationes mystice nunci-
abant. Et ideo sacramentum reconciliationis nostrae
ante tempora eterna dispositum, nulle implebant
figurae, quia nondum supervenerat spiritus sanctus
in virgine, nec virtus altissimi obumbra-
verat ei, ut et intra intemerata viscera
edificante sibi sapientia domum, verbum caro fieret,
et forma dei ac forma servi in unam conveniren-
te personam, creator temporum nasceretur in tempo-
re, et per quem omnia facta sunt, ipse inter omnia
gigneretur. Nisi enim novus homo factus in si-
militudine carnis peccati nostram susciperet ve-
tustatem, et consubstantialis patri consubstantialis
esse dignaretur et matri, naturamque sibi nostram
solus a peccato liber uniret, sub iugo dyaboli
generaliter teneretur humana captivitas,
nec uti possemus triumphantis victoria, de-
hac autem participatione mirabili sacramentum
nobis generationis induxit, et per ipsum spiritum
per quem Christus et conceptus et natus est

etiam nos qui

etiam nos, qui per concupiscentiam carnis sun-
mus geniti, spirituali rursus origine nasceremur,
propter quod ab evangelista de credentibus dicitur:
Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate car-
nis neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt.
Cuius ineffabilis gratie particeps non est nec po-
test in filiorum dei adoptione censeri, quisquis
a fide sua hoc quod nos principaliter saluat
excludit. Unde multum doleo, multumque contristor
quod hic, qui antea de humilitatis proposito lau-
dabilis videbatur, contra unicam spem nostram
patrumque nostrorum vana et nimis stolida audet
astruere. Qui cum videt insipientie sue sen-
sum catholicis auribus displicere, revocare
se a sua opinione debuerat, nec ita ecclesie
presules commovere, ut dampnationis sententiam
mereretur excipere; quam utique si in suo
sensu voluerit permanere, nullus poterit
relaxare. Sedis enim apostolice moderatio hanc
temperantiam servat, ut et severius agat cum
obduratis, et veniam cupiat prestare correctis.
Quia ergo multa michi fiducia est de pietatis
tue sublimissima fide, obsecro clementiam
tuam, ut sicut sancto studio tuo catholica pre-
dicatio semper adiuta est, ita nunc quoque eius
faveas libertati. Quam forte ideo permisit
dominus hac temptatione pulsari, ut quales
sint intra ecclesiam possit agnosci. Quorum
plane non est negligenda curatio, ne ipsorum
nos contristet amissio. Augustissimus vero et
christianissimus imperator, cupiens quam celer-
rime turbata componi episcopali concilio,
quod Ephesi vult haberi, nimium breve et angus-
tum tempus indixit, diem kalendarum
augustarum constituendo conventui, cum a die
tertio ydus mayarum, quo serenitatis eius scripta
suscepimus, maior pars reliqui temporis assumenda
sit, ut profectio sacerdotum, qui negotio suf-
ficiant, valeat ordinari. Nam illud quod pi-
etas ipsius etiam me credidit debere inter-
esse concilio, etiam si fieri aliquid precedens ex-
igeret exemplum, nunc tamen nequaquam posset
impleri, quia rerum presentium nimis incerta conditio
a tante urbis populis me abesse non sineret,
ne in desperationem animi tumultuantium
mitteretur, si per occasionem cause ecclesiastice vi-
derer patriam et sedem apostolicam velle deserere.
Quia igitur ad publicam utilitatem per-
tinere cognoscitis, ut salva clementie vestre ve-
nia caritati me et patribus civium non negarem,
in his fratribus meis quos vice mea misi, me
quoque adesse tam cetoris, qui affuerint esti-
mate, quibus secundum causam satis michi et
gestorum serie et ipsius de quo agitur pro-
fessione patefactam, evidenter et plene, quid
servandum esset ostendi. Non enim de
porciuncula aliqua fidei nostre, que minus lu-
ce declarata sit, queritur, sed hoc stolidissima
resultatio audet asserere, quod dominus in ec-
clesia sua neminem sexus utriusque voluit igrae

Siquidem ipsa catholici symboli brevis
et perfecta confessio, xii apostolorum totidem est sig-
nata sententiis, tamque instructa sit muni-
tione celesti, ut omnes hereticorum opiniones
solo ipsius possint gladio detruncari. Cuius
symboli plenitudinem si Eutices puro et
simplici corde voluisset concipere, in nullo
decretis sanctissimi Nicene concilii deviaret,
et hoc a sanctis patribus intelligeret constitu-
tum, ut contra apostolicam fidem, que non nisi una
est, nullum se ingenium, nullum elevaret e-
loquium. Et ideo provide pietatis consuetudine
elaborare dignemini, ut quod contra singu-
lare sacramentum salutis humane blasphe-
me insipientia protulit, ab omnium animis
repellatur. At si ipse, qui in hanc temptationem
incidit, resipiscat, ita ut per libellorum satisfac-
tionem proprium dampnet errorem, communio
illi sui ordinis non negetur. Quod etiam
sancto Flaviano episcopo me clementia vestra scripsis-
se cognoscat, ut caritas non negligatur si
error aboleatur. Datum ydus iunii, Asterio
et Protogene viris clarissimis consulibus. Epistola xx
eiusdem Leonis pape ad Ephesinam sy-
nodum, in qua congregatos commonuit episcopos
Eutichetis blasphemias condempnare.

LEO episcopus sancte synodo que apud 33
Ephesum convenit. Religiosa
clementissimi principis fides, sciens
ad suam gloriam maxime pertinere, si intra
ecclesiam catholicam nullius erroris ger-
men exurgeret, hanc reverentiam divinis de-
tulit institutis, ut ad sancte dispositionis
effectum auctoritatem apostolice sedis adhi-
beret, tamquam ab ipso beatissimo Petro cu-
peret declarari, quod in eius confessione lauda-
tum sit, quando dicente domino: Quem esse di-
cunt homines filium hominis?, varias qui-
dem aliorum opiniones discipuli memora-
verunt; sed cum ab eis quod ipsi crederent que-
reretur, princeps apostolorum plenitudinem
fidei brevi sermone complexus: Tu es, inquit,
Christus filius dei vivi. Hoc est, tu qui vere es
filius hominis, idem vere es dei filius; tu
inquam verus in carne, et salva gemine
proprietate nature, utrumque unus. Quod si Eu-
tices intelligeret ac vivaciter crederet, nequaquam
ab huius fidei tramite deviaret; propter quam
ei responderetur a domino: Beatus es Symon
Bariona, quia caro et sanguis non revelavit tibi,
sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi quia
tu es Petrus, et super hanc petram edificabo
ecclesiam meam, et porte inferi non prevale-
bunt adversus eam. Nimis autem a compage huius
edificationis alienus est, qui et beati Petri
confessionem non capit, et Christi evangelio
contradicit, ostendens se nullum unquam studi-
um cognoscende veritatis habuisse, et superfluo
honorabilem usum, qui nulla maturita-
te cordis ornavit canitiem senectutis. Vix

quia causam talium non est neglegenda curatio
et pie ac religiose christianissimus imperator
haberi voluit episcopale concilium, ut pleniore
iudicio omnis possit error aboleri, fratres nostros
Iulium episcopum, Renatum presbiterum, et filium meum Hy
larium dyaconum, cumque hiis Dulcitium notarium
probate nobis fidei misi, qui vice mea sancto
conventui vestre fraternitatis intersint, et commu
ni vobiscum sententia que sunt domino placitura
constituant, hoc est ut primitus pestifero er
rore dampnato, etiam de ipsius qui imprudent
er erravit restitucione tractetur, si ta
men doctrinam veritatis amplectens, sensus
hereticos, quibus impietas eius fucata est, re
tuta plene apteque propria voce et subscriptione
dampnavit, quod in libello que ad nos mi
serat est professus, spondens per omnia nostram
secuturum se esse sententiam, acceptis autem fratris et
coepiscopi nostri Flaviani litteris, plenius ad eum
de hiis que ad nos videntur retulisse scripsi
mus, ut ablato hoc quo iniquatus videbatur
errore, in laudem et gloriam dei per totum mundum
una sit fides, et una eademque confessio
et in nomine domini omne genu flectatur celestium
terrestrium et infernorum, et omnis lingua confi
teatur, quia dominus Ihesus Christus in gloria est dei
patris. Datum ydus Iunij Asterio et Protoge
ne viri consulibus. exa. tit. lxxxvj. Epistola eius
dem Leonis pape ad clerum et plebem con
stantinopolitane urbis epistola decima sexta

59 LEO episcopus et sancta synodus
que in urbe Roma convenit,
clero honoratis et plebi consiste
nti Constantinopoli. Licet de hiis que in conci
lio sacerdotum apud Ephesum gesta memo
rantur, multus nos meror afficiat, eo quod
sicut consonans fama disperserit, et ipso rerum mon
stratur effectu, nec iusticie illi moderacio
nec fidei est servata religio, de vestre tamen
devocionis pietate gaudemus, et in iste ple
bis acclamacionibus, quarum ad nos exem
pla delata sunt, omnium vestrum probamus affec
tum, quia et vivit et permanet apud bonos
filios optimi patris iusta dilectio, et catholi
ce doctrine erudicionem in nulla patimi
ni parte corrumpi. Non dubie enim sicut vo
bis spiritus sanctus reseravit, manicheorum confe
derantur errori, qui ab unigenito filio dei
verum et naturam nostre hominis negant esse susceptum
omnesque eius corporeas actiones simulato
rij volunt fuisse fantasmatis. Cui impieta
ti ne in aliquo prebeaetis assensum, iam per
filium meum Epiphanium et Dionisium, Rome
ecclesie notarios, cohortatoria ad dileccionem
vestram scripta direximus, quibus confirma
cionem quam expectastis ultro prebuimus, ut
vos paternam vobis curam non dubitetis
impendere, ac modis omnibus laborare, ut
auxiliante misericordia dei, omnia que
ab imperitis et ab insipientibus excitata

sunt scandala destruantur, nec quisquam sibi au
deat de sacerdotali honore blandiri, qui po
tuerit in execrandi sensus impietate converti.
Nam si vix in laicis tollerabilis videtur
inscicia, quanto magis in eis qui presunt, nec
excusacione est digna, nec venia, maxime
cum etiam defendere adversarum opinionum co
menta presumunt, et in consensum suum, aut
errore aut gratia, insanabiles, quosque traducunt
separantur huiusmodi a sanctis membris corpo
ris Christi, neque sibi catholica libertas in fide
lium ingrum patiatur imponi. Extra domum enim
divine gratie, et extra sacramentum habendi sunt
salutis humane, qui negantes naturam nostre
carnis in Christo, et ewangelio contradicunt et sym
bolo reluctantur. Nec sentiunt se in hoc precip
tium sua obcecatione deduci, ut nec in passi
onis dominice, nec in resurrectionis veritate con
sistant, quia utrumque in salvatore vacuatur,
si in eo nostri generis caro non creditur. In quibus isti
ignorantie tenebris in quo hactenus desi
die torpore iacuerunt, ut nec auditu discerent
vel lectione cognoscerent, quod in ecclesia dei
in omnium ore tam consonum est, ut nec ab in
fancium linguis veritas corporis et sanguinis
Christi, inter communionis sacramenta taceatur,
quia in illa mistica distribucione spiritualis
alimonie hoc impertitur, hoc sumitur, ut acci
pientes virtutem celestis cibi in carnem ipsius
qui caro nostra factus est, transeamus. Unde et
ad confirmacionem caritatis vestre, que laudabili
fide inimicis veritatis obnititur, apte atque
oportune, sermone affectuque apostolico utar et
dicam: propterea et ego audiens fidem vestram
que est in Christo Ihesu et dilectionem in omnes
sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, me
moriam vestri faciens in orationibus meis, ut
deus domini nostri Ihesu Christi, pater glorie, det vobis
spiritum sapientie et revelacionis in agnitione
eius, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis
que sit spes vocationis eius, que divitie
glorie hereditatis eius in sanctis, et que sit
supereminens magnitudo virtutis eius in
nobis, qui credimus secundum operacionem potentie
eius et virtutis, quam operatus est in Christo, sus
citans illum a mortuis, et constituens ad
dexteram suam in celestibus, super omnem principa
tum et potestatem et dominacionem, et omne
nomen quod nominatur non solum in hoc se
culo sed et in futuro, et omnia subiecit sub
pedibus eius, et ipsum dedit caput supra
omnia ecclesie, que est corpus ipsius, plenitu
do eius, qui omnia in omnibus adimplet.
Dicant hic adversarii veritatis, quando omnipo
tens pater vel super quam naturam filium suum su
per universa provexit, vel cui substantiam cunctam sub
iecerit, deitas enim par in omnibus, et consubstantialis
patri, et sempiterne atque inpassibilis, una eadem
que potentia est genitoris et geniti. Creator
quippe omnium naturarum, quoniam per ipsum omnia fa

sunt, et sine ipso factum est nihil. Superior est in omnibus que creavit, nec umquam creatori suo non fuerunt subiecta que condidit. Cui proprium et sempiternum est, nec aliunde quam de patre, nec aliud esse quam pater est. Huic si addita est potestas, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor erat proficiente qui creavit, nec habebat divicias eius nature, cuius indiguit largitate. Sed talia sencientem in societatem arrius rapit, cuius perversitati multum hec suffragatur impietas, negans verbo dei humanam inesse naturam, ut dum humilitatem in dei maiestate fastidit, aut falsatam in Christo asserat imaginem corporis, aut omnes actiones eius passiones corporeas deitatis potius dicat fuisse quam carnis. Quodlibet autem defendere audeat, prorsus insanum est, quia nec pietas fidei nec ratio recipit sacramenti, ut aut aliquid passa sit deitas, aut in ullo mentita sit veritas. Impassibilis igitur dei filius, deus cum patre et spiritu sancto in una incommutabilis trinitatis essentia, hoc quod est esse perpetuum, est in ea plenitudine temporis, que sempiterno consilio fuerat prestituta, et prophetica dictorum atque gestorum significatione promissa, factus filius hominis, non sue conversione substancie, sed nostre assumpcione nature, venit querere et salvare quod perierat. Venit autem non locali accessu, nec mocione corporea, tamquam presens futurus unde abfuisset, aut illuc recessurus unde venisset, sed venit per hoc quod erat visibilis et communis cernentibus declarandus, humana scilicet carne atque anima in visceribus virginis matris accepta, ut manens in forma dei formam servi sumeret et similitudinem peccati carnis, per quod non minueret divina humanis, sed augeret humana divinis. Talis enim erat omnium a primis ducta genitoribus causa mortalium, ut originali peccato transeunte per posteros, nullus penam dampnacionis evaderet, nisi verbum caro fieret et inhabitaret in nobis, in ea scilicet natura, que nostri et sanguinis esset et generis. Propter quod dicit apostolus: Sicut per unius delictum in omnes homines in condempnationem, sic et per unius iusticiam in omnes homines ad iustificacionem. Sicut per inobedienciam unius hominis obedienciam iusti constituuntur multi. Et iterum: Quia enim per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum, et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur. Hii utique omnes, qui licet in Adam sint nati, in Christo tamen inveniuntur renati, habentes fidei testimonium, et de iustificacione gracie et communione nature. Quam quia susceptam ab unigenito dei filio in utero davidice virginis diffitetur, ab omni sacramento christiane religionis est alienus, et nec sponsum agnoscens nec sponsam intelligens, nupciali non potest interesse convivio. Caro enim Christi velamen est

verbi, quo omnis qui ipsum integre confitetur induitur. Erubescens autem illud et quasi indignum refutans, nullum ex eo habebit ornatum, ac licet se regio inferat festo, sacrisque se epulis importunus inmisceat, discrecione tamen regis fallere in pluribus convivia non poterit, sed sicut ipse dominus protestatus est, tolletur ligatis manibus ac pedibus ac mittetur in tenebras exteriores, ubi erit fletus et stridor dencium. Unde quicumque in Christo non confitetur corpus humanum, noverit se misterio incarnacionis indignum, nec eius sacramenti habere consorcium, quod apostolus predicat dicens: Quia membra sumus corporis eius, de carne eius et de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem et adherebit uxori sue, et erunt duo in carne una. Et exponens quid per hoc significaretur, adiecit: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia. Ab ipso ergo principio generis humani hominibus Christus est denunciatus in carne venturus, in qua sicut dictum est, erunt duo in carne una, utique duo sunt, deus et homo, Christus et ecclesia, que de sponsi carne prodiit, quando ex latere crucifixi manante sanguine et aqua sacramentum redempcionis et regeneracionis accepit. Ipsa est enim nova condicio creature, que in baptismate non indumento vere carnis, sed contagio dampnate vetustatis exuitur, ut efficiatur homo corpus Christi, quia et Christus corpus est hominis. Unde non deum tantum dicimus Christum, sicut heretici manichei, nec hominem tantum, sicut heretici fortiniani, nec ita hominem ut aliquid ei desit quod ad humanam certum est pertinere naturam, sine animam, sine mentem racionalem, sine carne, que non de femina sumpta sit, sed facta de verbo in carnem converso atque mutato. Que tria falsa et vana apollinaristarum hereticorum tres partes varias protulerunt. Nec dicimus quod beata virgo Maria hominem sine deitate concepit, qui creatus a spiritu sancto postea sit susceptus a verbo, quod nestorium predicantem merito iusteque dampnavimus, sed dicimus Christum dei filium deum verum natum de deo patre sine ullo inicio temporis, eundemque hominem verum natum de matre homine certa plenitudine temporis. Nec eius humanitatem, qua maior est pater, minuere aliquid ei nature, qua equalis est patri. Hoc autem utrumque unus est Christus, qui verissime dixit et secundum deum: Ego et pater unum sumus, et secundum hominem: Pater me maior est. Hanc fidem dilectissimi veram et indissolubilem, que sola veros efficiat christianos, quamque ut intelligimus et probamus, pio studio et laudabili amore defenditis

perseuerant tenere et constanter asserere. Cum quibus oportet nos post diuinum auxilium etiam catholicorum principum gratiam promereri, humiliter ac sapienter exposcere, ut petitioni nostre qua plenariam iudicii synodum postulamus, clementissimus imperator dignetur annuere, quo cicius adiuuante misericordia dei et sanis fortitudo augeatur, et morbidis, si curari adquiescant, medicina prestetur. Data ydus octobris asterio et protogene viris clarissimis consulibus.

Epistola eiusdem leonis pape ad theodosium augustum de sancta synodo ephesina in qua eutichetis heresis quorumdam prauo intellectu adiuncta est. Unde hortatur eundem augustum, ut prisce fidei constitutio ab eis non violetur, sed dei sacerdotes totius orbis adueniant.

44 LEO episcopus et sancta synodus que in urbe Roma conuenit theodosio augusto. Litteris clemencie vestre quas dudum ad beati petri apostoli sedem pro catholice fidei amore misistis, tantam fiduciam sumpsimus defendende per vos veritatis et pacis, ut in causa tam simplici tamque munita nichil putaremus posse existere quod noceret, presertim cum ad episcopale concilium quod haberi apud ephesum precepistis tam instructi sunt missi, ut si scripta que vel ad sanctam synodum vel ad flauianum episcopum detulerunt episcoporum publicari auribus alexandrinus permisisset antistes, ita manifestatione purissime fidei, quam diuinitus inspiratam et accepimus et tenemus, omnis concertationis strepitus quieuisset, ut nec imperitia ultra desiperet, nec occasionem nocendi emulacio reperiret. Sed dum priuate cause religionis queruntur obtentu, commissum est in pietate paucorum quod uniuersam ecclesiam vulneraret. Comperimus enim non incerto nuncio sed fidelissimo relatore que gesta sunt narrante hylario dyacono nostro, qui vix ne subscribere per vim cogeretur effugit, conuenisse ad synodum plurimos sacerdotes, quorum utique frequentia consultationi et iudicio profuisset, si is qui sibi locum principalem vendicabat sacerdotalem moderacionem voluisset custodire, ut sicut moris est omnium sensibus ex libertate prolatis id tranquillo et equo constitueretur examine, quod et fidei congrueret et errantibus subueniret. Sed in ipso autem iudicio non omnes qui conuenerant interfuisse cognouimus. Nam alios reiectos, alios didicimus intromissos, qui supradicti sacerdotis arbitrio impiis subscriptionibus captiuas manus dederunt, quod nociturum statui suo scirent, nisi imperata fecissent, talemque ab ipso prolatam esse sententiam, ut dum homo unus impetitur, in omnem ecclesiam seuire videretur. Quod nostri ab apostolica sede directi adeo impium et catholice fidei contrarium esse viderunt, ut ad consenciendum nulla potuerint oppressione compelli, constanterque in eadem synodo, ut decuit, fuerint protestati nequaquam id quod constituebatur sedem apostolicam recepturam, quia reuera omne christiane fidei sacramentum, quod absit a temporibus vestre pietatis, excluditur, nisi hoc scelestissimum facinus, quod cuncta sacrilegia excedit, aboleatur. Quia vero dyabolica nequicia subtiliter fallit incautos, et ita quorumdam imprudenciam per similitudinem pietatis illudit, ut pro salubribus nociua persuadeat, remouete, queso, a vestre pietatis consciencia periculum religionis et fidei, quodque in secularibus negociis legum vestrarum equitate conceditur, in rerum diuinarum pertractatione prestate, ut christi euangelio vim non inferat humana presumpcio. Ecce ego, christianissime et venerabilis imperator, cum consacerdotibus meis implens erga reuerenciam clemencie vestre sinceri amoris officium, cupiensque vos placere per omnia deo, cui pro vobis ab ecclesia supplicatur, ne ante tribunal christi domini rei de silencio iudicemur, obsecramus coram unius deitatis inseparabili trinitate, que tali facto leditur, cum ipsa vestri sit custos et auctor imperii, et coram angelis sanctis christi, ut omnia in eo statu esse iubeatis in quo fuerunt ante omne iudicium, donec maior ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur, nec alieno peccato patiamini vos grauari, quia quod necesse est nos dicere, veremur ne cuius religio dissipatur indignacio prouocetur. Oculis habete et tota mentis acie reuerenter aspicite beati petri gloriam, et communes cum ipso omnium apostolorum coronas cunctorumque martirum palmas, quibus alia non fuit causa paciendi nisi confessio vere diuinitatis et vere humanitatis in christo. Cui sacramento quia nunc impie a paucis imprudentibus obuiatur, omnes partium nostrarum ecclesie, omnes mansuetudinem vestram cum gemitibus et lacrimis supplicant sacerdotes, ut quia et nostri fideliter reclamauerunt, et eisdem libellum appellacionis flauianus episcopus dedit, generalem synodum iubeatis intra italiam celebrari, que omnes offensiones ita aut repellat aut mitiget, ne aliquid ultra sit vel in fide dubium vel in caritate diuisum, conuenientibus utique orientalium prouinciarum episcopis, quorum si qui superati minis atque iniuriis a veritatis tramite deuiarunt, salutaribus remediis in integrum reuocentur, ipsique quorum est causa durior, si consiliis melioribus adquiescant, ab ecclesie unitate non discedant. Quam autem post appellacionem interpositam hoc necessarie postuletur, canonum nicee habitorum decreta testantur, que a totius mundi sunt sacerdotibus constituta, queque subtiliter annexa sunt. Fauete catholicis vestro more, parentumque vestrorum date defendende fidei libertatem, quam salua clemencie vestre reuerencia nulla vis, nullus poterit mundanus

terror auferre. Cum enim ecclesie causa/ statum regni vestri agimus et salutis/ ut provinciarum vestrarum quieto iure potiamini/ defendite heretici contra ecclesie statum ut vestrum christi dextra defendat imperium/ Datum idus octobris Asterio et Protogene viris clarissimis consulibus.

Epistola eiusdem Leonis pape ad Pulcheriam augustam contra eandem scelestam synodum Ephesinam ut eius errores in alia synodo retractentur.

45 Leo episcopus et sancta synodus/ que in urbe Roma convenit/ Pulcherie auguste. Si epistole que pro fidei causa/ ad pietatem vestram directe sunt/ per nostros clericos pervenissent/ certum est remedium nos his rebus/ que contra fidem facte sunt/ aspirante vobis domino/ prestare potuisse/ quando enim sacerdotibus quam christiane religionis/ aut fidei defuistis/ sed cum ad mansuetudinem vestram adeo non potuerunt pervenire/ qui missi sunt/ ut ad nos vix unus eorum Hylarius dyaconus noster fugiens sit reversus/ iteranda scripta credidimus/ et ut validiores preces nostre esse mereantur/ ipsorum scriptorum que ad clementiam vestram non pervenerunt/ exempla subiecimus/ amplioribus vos obtestationibus obsecrantes/ ut quanto acerbiora sunt facta/ quibus pro fide regia vos convenit contraire/ tanto maiore gloria curam eius/ in qua excellitis religionis habeatis/ ne catholice fidei integritas/ ulla humanarum contentionum occasione violetur/ que enim congregata apud Ephesum synodo/ sopienda et sananda pacis remedio credebantur/ hec non solum in maiora pacis dispendia/ sed quod nimis dolendum est/ etiam in ipsius fidei/ qua christiani sumus/ excidia processerunt/ Et hii quidem qui missi sunt/ quorum quidem unus vim Alexandrini episcopi sibi omnia vendicantis effugiens/ rerum gestarum nobis ordinem fideliter nunciavit/ reclamaverunt in synodo sicut oportuit/ unius hominis non tam iudicio quam furori protestantes/ eaque per vim metumque gerentur/ sacramentis ecclesie et ipsi symbolo ab apostolis instituto/ preiudicare non posse/ neque se ab ea fide/ ulla iniuria separandos quam plenissime expositam atque digestam a sede beati Petri apostoli/ ad synodum sanctam detulissent/ tamenque recitatio postulantibus episcopis/ non sit admissa/ ut scilicet remota ea fide quam patriarchas prophetas apostolos et martires coronavit/ generatio Ihesu christi domini nostri secundum carnem et fere mortis eius/ ac resurrectionis confessio/ quod horremus dicere/ solveretur/ Super hiis nos domini exorare ut potuimus ad gloriosissimum principem/ et quod maxime est christianum/ Cuius epistole pariter exemplar subiecimus ut fidem in qua renatus per dei gratiam regnat nulla sinceret novitate corrumpi/ quem Flavianus episcopus in tantum omnium communione persistit atque hoc quod est sine consideratione iniustitie/ et contra omnem canonum disciplinam ratum habeat ratio nulla permittit/ Et quia dissensionis scandalum non abstulisset Ephesina synodus/ sed auxisset/ habendo intra Ytaliam concilio/ et locus constitueretur et tempus omnibus querelis et preiudiciis partis utriusque suspensis/ quo diligentius universa que offensionem genererent/ retractentur et absque vulnere fidei/ absque religionis iniuria/ in pacem christi redeant/ qui per potentiam subscribere coacti sunt/ sacerdotes/ et soli auferantur errores/ quod ut optinere mereamur/ probatissime nobis fidei pietas tua/ que labores ecclesie semper adiuvat/ supplicatione nostram apud clementissimum principem/ sibi specialiter/ a beatissimo Petro apostolo/ legatione commissa/ dignetur afferre/ vel assumere/ ut prius quam civile hoc est et exiciale bellum/ inter ecclesiam convalescat/ redintegrande unitatis/ copiam deo auxiliante concedat/ sciens imperii sui rebus profuturum/ quicquid catholice libertati/ benigna ipsius fuit dispositione collatum/ Datum ydus octobris Asterio et Protogene viris clarissimis consulibus. Explicit.

Item Leonis pape ad Pulcheriam augustam pro hiis de quibus superius positum. 60

Leo episcopus Pulcherie auguste/ gaudere me plurimum et exultare in domino/ pietatis tue scripta fecerunt quibus evidenter ostendis/ quantum catholicam diligis fidem/ et quantum hereticum detesteris errorem/ heresis quippe est nimis impia et evangelice veritatis inimica/ que non portione aliqua ledere/ sed ipsa christiane religionis conatur fundamenta convellere/ negans sempiternum patris filium sempiternum/ de utero beate virginis matris/ verum carnem nostre suscepisse nature/ et eos damnatione percellens/ qui ab evangelica et apostolica fide/ nullo deduci errore potuerit/ Illud quoque frustra pretendens/ quod Nicene synodi fidem teneat/ cuius eum constat esse alienum/ gloriosissima augusta/ Unde quia non deserit ecclesiam suam divina protectio/ dicente domino/ ecce ego vobiscum sum omnibus diebus/ usque ad consummationem seculi/ eodemque ope et tempore spiritus dei et clementie vestre sollicitudinem/ et curam cordis vestri attendit/ ut de remediis procurandis/ eadem utique cupemus/ quod prius petivimus nunc quoque instantius peto/ maiore utens fiducia deprecandi/ postea quam presidium venerande exhortationis accepi/ spero autem affuturam misericordiam dei/ quo cooperante vestra clementia/ pestiferi erroris possit morbus auferri/ ut quicquid ipso inspirante atque auxiliante/ potuerit salubriter fieri/ cum nostre fidei laude pagatur/ quoniam res humane/ aliter tute esse non possunt/ nisi que ad divinam confessionem pertinent/ et regia et sacerdotalis defendat auctoritas/ Datum XVI kalendas aprilis Valentiniano sexies et Avieno viris clarissimis consulibus.

Ca. lxxxvij. Item eiusdem leonis pape
exhortatoria ad Marcianum et Faustum
presbiteros de dampnatione ephesini 2i concilii

LEO episcopus / Marciano et Fausto presbiteris / bonorum operum et spiritualium studiorum / dominum auctorem esse non dubium est / qui cor incitat mentes et adiuuat actiones / quod nobis presenti experimento apparuit / Si quidem inter discretarum spatia longinqua regionum / vnum superfert corda nostra consilium / ut quod a nobis desiderabatis / eo nobis tempore / quo epistole nostre mittebantur occurrerit / Si tamen dilectioni vestre tradi scripta nostra potuerint / que non solum apostolice sedis auctoritate / sed etiam sancte synodi / que ad nos frequens conuenerat vnanimitate / directa sunt / ut in hiis quantam curam totius ecclesie habeamus appareat / hortando scilicet omnium fidelium mentes / et clementissimorum principum presidia / ad defensionem fidei postulando / quorum pios et catholicos animos non diffidimus opem atque auxilium suum iustis petitionibus prestituros / quotiens auxiliante domino / perniciosa heresis / et dudum sanctorum patrum auctoritate dampnata / que nuper ephesi male adiuta est / auferatur / interim uero det operam quantum fieri potest vestra dilectio ut omnibus ecclesie filiis innotescat / quid contra incipium sensum / secundum doctrinam euangelicam et apostolicam / predicemus / quia licet plene que semper fuisset atque esset catholicorum sententia scripserimus / tamen nunc quoque ad confirmandas omnium mentes / non parum exhortationis addimus / Memor enim sum / me sub illius nomine ecclesie presidere / cuius a domino ihesu christo est laudata confessio / et cuius fides omnes quidem hereses destruit / sed maxime impietatem presentis erroris expugnat / et intelligo mihi aliter non licere / ut omnes conatus meos / ei cause / in qua vniuersalis ecclesie salus infestatur impendam / ne autem aliqua negligentie occasione / scripta nostra ad uos non potuerint peruenire / exemplaria eorundem ante mittenda credimus / ut nullo modo fidei quam defendimus / predicatio vestre notitie subtrahatur / Datum xvi kalendas aprilis Valentiniano augusto vij et auieno viris clarissimis consulibus

Ca. quas supra / Epistola eiusdem leonis pape
ad theodosium augustum ubi scripsit ut id
quod de incarnatione filii dei ab anatholio constantinopolitano episcopo predicatur / agnoscat / vniuersale concilium in italia fiat

LEO episcopus / theodosio augusto / per omnes quidem vestre pietatis epistolas / inter eas solicitudines / quas pro fide patimur / spem securitatis nobis maximam prestitistis / intime commendando concilium adeo ut ab illo sicut sepe iam scribis / non patiamur sacerdotes domini deuiare / Sed ne aliquid impudicam catholice defensionis inde[illegible] egisse / de ordinatione eius qui constantinopolitane cepit ecclesie presidere / nichil interim in aliutram partem temere scribendum putaui / non dilectionem negans / sed manifestationem catholice veritatis expectans / Quod equanimiter ferat obsecro vestra clementia / ut cum talem erga se fidem catholicam / qualem cupimus approbauerit / de sinceritate ipsius copiosius et securius gaudeamus / Ne uero aliquem illum de nostro animo mordeat sinistra suspicio / occasionem totius difficultatis amoueo / nec aliquid exigo / quod aut arduum uideatur aut dubium / sed ad id quod nullus catholicorum refugiet inuito / Noti enim sunt per vniuersum mundum atque manifesti / ante nos sunt greca siue latina lingua in catholice veritatis predicatione fulserunt / ad quorum scientiam atque doctrinam / quidam etiam nostre etatis accredunt / de quorum scriptis pars et multiplex confertur instructio / que sic nestorianam heresim destruxit / ita etiam hunc qui nunc repullulat abscidet errorem / Relegat itaque solicite / que a sanctis patribus incarnationis domini fides fuerit / custodita semper / similiter et predicata / et cum sancte memorie cyrilli / alexandrini episcopi epistolam / qua nestorium corrigere et sanare uoluit / prauas predicationes ipsius arguens / et euidentius fidem niceni definitionis exponens / quamque a beato missa / apostolice sedis sermonia suscepere / precedentium sensum perspexerit consonantem / ephesine etiam synodi gesta recenseat / quibus contra nestorii impietatem a sancte memorie cyrillo inserta et allegata sunt / de incarnatione domini / catholicorum testimonia sacerdotum / non aspernetur etiam meam epistolam recensere / quam pietati patrum per omnia concordare reperiet / Cumque a se hoc quod eidem profuturum sit experi desiderari cognouerit / catholicorum sanis toto corde consentiat / ita ut sinceram communis fidei professionem / absolutissima subscriptione / coram omni clero et vniuersa plebe / declaret / apostolice sedi et vniuersis domini sacerdotibus / atque ecclesiis publicandam ut pacificato per vnam fidem mundo / possimus omnes dicere quod angeli nato de maria virgine saluatore cecinerunt / gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis / Quia uero et nos et beati patres nostri / quorum doctrinam et ueneramur et sequimur / in vnius fidei concordia sumus / sicut prouinciarum omnium protestantur antistites / agat clementie vestre deuotissima fides / ut quam primum ad nos constantinopolitani episcopi qualia debent probati et catholici sacerdotis scripta perueniant / aperte scilicet atque lucide protestantia / quod si quis de incarnatione verbi dei aliud aliquid credat / ut asserat quam catholicorum omnium et mea professio protestatur hic / a sua communione secernat / ut ei fraternam in christo caritatem inito

possimus impendere/ ut autem salubribus dispo
sitionibus [struck word] velocius plenoreque aux
iliante domino/ per vestre clementie fidem prestetur
effectus/ ad pietatem vestram/ fratres et coepiscopos
meos/ abundium et asterium/ sed et basilium et
senatorem presbiteros/ quorum michi devocio est
probata/ direxi/ per quos que mee forma sit
fidei/ manifestatis instructionibus/ quas mi
simus positis/ dignemini agnoscere/ ut si con
stantinopolitanus antistes in eadem con
fessionem toto corde consentit/ securi ut
dignum est/ de ecclesiastica pace letemur/ neque a
liquid residere videatur ambiguum/ ut de super
fluis forsitan suspicionibus laboremus
Sin vero aliqui/ a puritate nostre fidei/ atque patrum
auctoritate/ dissenserit/ concilium universale intra
ytaliam/ sicut synodus que ob hanc causam
Rome convenerat/ mecum petit/ clementia vestra
concedat/ ut in unum convenientibus omnibus
his qui aut ignorantia aut errore prolap
si sunt/ correctionis remediis consulatur. Nec
antiquius ultra sit libera ista Nicene synodi fa
cte mentionem/ ut eius fidei inveniatur esse
contrarius/ quoniam universe ecclesie vero ac simplicio
profuturum est/ si unus deus et una fides un
um sacramentum salutis humane/ una totius mundi con
fessione teneatur/ Datum xvij kl. au
gusti valentiniano sexies et avieno viri
clarissimis consulibus exa q supra Epistola eiusdem leo
nis pape ad pulcheriam augustam pro his
que superius theodosium augustum postu

LEO episcopus pulcherie lauit
augusto/ gaudeo fidei clemen
tie vestre/ quod religiosum dignamini
impenditis/ ut pax ecclesiastica renovetur
que quorumdam dissensionibus/ videbatur
esse turbata/ debetur enim hoc vestre specialiter
glorie/ ut ablatis omnibus scandalis/ que contra
catholicam fidem inimicus extruxerat/ una
eademque sit per totum mundum confessio veritatis
/ que facilius certiusque reparabitur/ si pravorum
sensuum nulla semina/ nulla vestigia reli
quantur/ Quod tamen mearum partium est
prestare non debeo/ ut scilicet quid de incarna
cione filii dei/ a constantinopolitano episcopo te
neatur agnoscam/ presertim cum in ordinacione
ipsius/ plura processerunt talia/ que ad nos de
buit scripta dirigere/ que illum a contagio
ne huius/ qui nuper emersit erroris/ ali
enum evidenter ostenderent. Opto itaque secu
ram cum eo habere concordiam/ gratiamque
illi fraterne caritatis impendere/ Debere ei in
terim distuli/ non dilectionem negans sed ma
nifestationem catholice veritatis expectans
Simplex enim est absolutumque/ quod posco
ut remoto longiore dispositione laborem
sancte memorie cyrilli alexandrine ecclesie episcopi
epistole quam ipse ad nestorium conscripserat ad quies
cat per quam et errorem nestorii arguit/ et
fidem nicene diffinitionis exposuit/ vel

epistole mee que ad sancte recordationis flavi
anum episcopum/ est directa consentiat/ quibus
diligenter inspectis/ constantinopolitanus
antistes/ repudiandamque sibi ausa est con
prizam et singularem fidem/ impiam et in
sipiam/ diffinire/ intuentem agnoscat/ quia
et mea et sanctorum patrum/ de incarnatione domini
concors per omnia et una confessio est/ quam
siquis existimavit non sequendam/ ipse se
a consortio catholice unitatis abscidet/ cum his
nos ut in integrum omnia revocentur/ optemus/
Ad effectum vero salubrium dispositionum/ velo
cius optinendum/ fratres et coepiscopos meos
abundium et asterium/ sed et basilium et sena
torem presbiteros/ probatissimos viros/ misi/ qui
clementie vestre formam fidei/ quam secundum doc
trinam venerabilium patrum predicamus/ offer
rent/ et remotis circumlocutionibus/ quibus
obscurari veritas solet/ quod de incarna
tione filii dei/ a totius orbis probatis sacer
dotibus/ defensum fuisset ostenderent/ quos
post divinam gratiam/ scio vestre pietatis auxilio
dignum est adiuvari/ ne totius ecclesie per
turbationem/ imprudentius procedat intento
/ cum correctione adhibita/ omnes oporteat
in unius confessionis redire concordiam/ atque
si forsitan/ ab aliquibus discrepatur/ uni
versale concilium sacerdotum haberi/ intra ytaliam
clementia vestra admittente/ iubeatur/ quo
remota arte fallendi/ tandem pateat/ quid
altiore tractatu/ aut coherceri debeat
aut sanari/ Datum xiij kl. augusti/ valen
tiniano augusto vi et avieno viri clarissimis con
sulibus exa q supra Epistola leonis eiusdem pa
pe ad faustum et Martianum ceterosque

LEO episcopus fausto. presbiteros
Martiano/ petro emmanu
heli vmantiato abrahamo/ the
odoro pientio Eusebio helpidio paulo as
terio et ciroso presbiteris/ et archimandritis et
Jacobo dyacono et archimandrite/ Causa
fidei in qua salus christiana consistit/ multa me
sollicitudine laborare compellit/ ne tuente
me improbitas que in suis fugat amputan
da principiis/ processu temporis et pertinaci
or et latior fiat/ Nam cum clementissimus
imperator/ talia ad nos scripta direxit/ quibus
sollicitudinem suam pro pace universalis ec
clesie demonstraret/ ipse constantinopolita
nus episcopus/ et hii qui eundem consecrarunt
/ preter id quod ad ordinationem novi antistitis
pertinebat/ nichil nobis de comprehensis vel ab
dicatis erroribus indicaverunt/ quasi in illa
ecclesia/ nullum scandalum/ nulla extitisset/ offen
sio aut non hinc precipue fuit/ ordinati me
ritum demonstrandum/ si aliena a se que
catholicorum sensibus sunt adversa/ docuisse
ne ergo quod in longinquas regiones ac
cidere solet/ in nimias dilationes tenderent
veritatis/ examina fratres et coepiscopos meos

abundiū et asteriū sed et basiliū et sena
torem p̄bros / probatissimos viros ad piissi
mū principem / cum sufficientissima patua
rū auctorum instructione direximus / Quos
monitibus fretis tuissimi / diligenciam ac
sollicitudinē vestram cupimus adiuuare
ut impietas que certis ausibus / inepta alia
abrupta processit / simplices quosque deci
piendi ultius nō habebit potestatem / cui altio
re medicina / et iam illis copiam correct
ionis remedia subuenire / qui aut impi
cia sunt lapsi / aut terrore seducti / Et ideo
vos qui iustificamini per fidem / qui catholicā
diligitis veritatem / et de singulari sacrame
to salutis humane / per spiritum sanctum estis edocti
collaborate nobiscum et quanta potestis
deuotione satagite / ut falsitate destructa
et soliditate fidei defensa / scientia per totum
mundum dei pace potiamur / Datum xvi kl
augusti vi valentiniano augusto et auie
no iiii et consul' exa q̄ sup̄ Epistola leonis
pape ad pultheriam augustam in qua
gratias agit quod nestoriana et eutitena
heresim fidei defensione destruxit etc.

LEO episcopus pulcherie auguste / quod semper de sancta pieta
tis vestre mente / presumpsimus / id pleis
sime experiendo cognouimus / xpianā fidē
quamuis diuersis prauorum appetetur insi
diis / vobis tamen presentibus / et in defensione
eius adnō preparatis / nō posse turbari / Non
enim deus aut sue fidei sacramentum / aut vestri
laboris deserit ministerium / quo dudum sub
dolum sancte religionis hostem / ab ipsis
visceribus ecclesie depulistis / cum heresim
suam tueri impietas nestoriana nō potuit /
quia nō fefellit famulam et discipulam ve
ritatis / quantum simplicibus insidiaretur ue
nenum / per illa loquacis hominis colorata men
dacia / de quo virtutum agnitione processit
ut per sollicitudinem / ea que per eutitem dyabo
lus molitus est nō laterent / et qui sibi si
gulas partes gemine impietatis elegerant /
/ vna catholice fidei veritate perirent / secundā
go hec vobis de perempto eutitetis errore
victoria est / que si quid sani cordis habu
isset / dudum in auctoribus suis perculsū
olimque prostratum / facile poterat declina
re / ne de sepultis cineribus rediuiua retraret
incendia commouere / ut in eorum transiret co
sortium / quorum secutus esset exemplum / O glo
riosissima augusta / libet igitur exultare tum
gaudio et pro vestre clemencie prosperitate /
/ digna deo vota persoluere / qui tibi per omnes
partes mundi / in quibus domini euangelium predicatur
duplicis glorie palmam contulit / et coronam
Clementia igitur vestra cognoscat / omnē romanam
ecclesiam de vniuersis fidei vestre operibus / plurimum
gratulari / siue quod legationem nostram pio
per omnia iuuistis effectu / et quod sacerdotes

catholicos qui de ecclesiis suis iniusta fuerant
eiecti sententia / reduxisti siue quod reliquias
sancte memorie flauiani innocentis et catho
lici sacerdotis ad ecclesiam cui bene prefuit re
stitui honore debito reuerenter / In quibus ita
quia omnibus glorie vestre multiplicantur augme
tum dum et sanctos presules meritis uenerantur
et ab agro dominico spinas et tribulos uultis
auferre / quosdam vero episcopos de hiis qui re
bus impiis videntur prebuisse consensum re
conciliationem poscere et catholicorum con
munionem desiderare tam vestrorum quam fratris
et coepiscopi mei anatholii / cui testimonium fer
re dignamini / relacione cognouimus / quorum de
sideriis sic prebemus effectum / ut correctis et
que male sunt facta / propria subscriptione dampna
tibus / participata nostrorum quos misimus cura / cum
supradicto episcopo / pacis gratia tribuatur / quia deuo
tionis vtriusque est xpiane ut et pietatis
veritas iusta coherceat / et conuersos cari
tas nō repellat / quia vero nouimus quantum
pie sollicitudinis catholicis sacerdotibus
mansuetudo vestra dignatur impendere / indi
candum esse curauimus / fratrem et coepiscopum
meum / eusebium nobiscum degere et nostre co
munionis esse consortem / Cui commendamus
ecclesiam quam dicitur iniustitia stare qui illi iniuste
asseritur subrogatus / Illud etiam a tua pi
etate poscimus / quod vos spontaneo fac
turam nō dubitamus arbitrio / et tam fratrem
et coepiscopum meum Julianum / quam constantino
politanos clericos / qui sancte memorie flaui
ano / fidelibus officiis / adheserunt / ea qua
debitis gratia foueatis / De omnibus vero pietate
vestram / per nostros quid fieri aut ordinari debeat
instruximus / Datur ydus aprilis adelfio uiro
clarissimo consule era iiii lxxxviii Item epistola
leonis pape ad anatholium constantino
politanum episcopum Epistola prima .i.
De fide eius scriptis missis probata ii De
hiis qui metu in heresim lapsi sunt si con
uersi fuerint / ut recipiantur iii. De nomi
nibus hereticorum / ad sacrum altare nō
recitandis / iiii. De commemoratione Juliani
uel eorum clericorum qui flauiano episcopo
in fide adheserunt Epistola prima etc.

LEO episcopus / anatholio episcopo / gaudemus
in domino / et in dono gratie ipsius
gloriamur / quia sicut dilectionis tue litteris
et fratrum nostrorum / quos constantinopolim mise
ramus / relatione cognouimus / sequutus te e
uangelice eruditionis ostendis ut per sacer
dotis probabilem fidem / in nito presumamus
quod tota ecclesia eidem credit / nec ruga
cuiusque sit erroris habitura nec maculam
dicente apostolo / despondi enim vos / vni viro vir
ginem castam / sponsa vnius viri xpisti quia
nullo se patitur errore viciari / ut per totum
mundum vna nobis sit vnius caste commun
ionis integritas / in qua societatem tue dilectionis

F 4

animus vester confirmaretur alloquiis
filios nostros Casterium presbiterum Paterium et Ascle
piadem diaconos qui ad nos tua scripta
detulerunt, cum epistolis nostris post venerabilem
diem festi paschalis remisimus indicantes
nos sicut superius diximus de constantinopolita
ne ecclesie pace gaudere, cui hanc curam se
per impendimus, ut eam nulla velimus hereti
corum fraude violari. Item

De fratribus vero quos et epistolis tuis
et legatorum nostrorum relatione
communionis nostre cupidos esse cog
novimus, eo quod doleant se eorum potentia
eorum terrores non temuisse constanciam, et
alieno sceleri prebuisse consensum, cum ita eos
formido turbasset, ut in dampnatione ca
tholici atque innocentis antistitis, et in recep
tione detestabilis pravitatis, trepido famula
rentur obsequio. Illud quidem quod presentibus
et agentibus nostris constitutum est, approba
mus, ut suarum interim ecclesiarum essent com
munione contenti. Sed cum legatis nostris quos
misimus participata tecum sollicitudine, volum
dispone, quatinus hii qui plenis satisfacti
onibus male gesta condempnant, et accusare
se magis eligunt quam tueri, pacis et commu
nionis nostre unitate letentur, ita ut digno
prius anathemate, que contra fidem catholi
cam sunt recepta, dampnent. Aliter enim in
ecclesia dei que corpus est Christi, nec rata sunt
sacerdotia nec vera sacrificia, nisi in nostre proprieta
te nature, verus nos pontifex reconciliet,
verus immaculati agni sanguis emundet.
Qui licet in patris sit dextera constitutus, in e
adem tamen carne, quam sumpsit ex virgine sa
cramentum propiciationis exequitur, dicente
apostolo, Christus Jhesus qui mortuus est ymo
qui et resurrexit, qui est in dextera dei sedens
qui etiam interpellat pro nobis. Neque enim
potest in aliquo benignitas nostra reprehen
di, cum satisfacientes recipimus, quos dolui
mus esse deceptos, nec aspere igitur communionis
nostre gratia deneganda est, nec temere largi
enda, quia sicut plenum pietatis est oppressis
caritatem diuciam adhiberi, ita iustum est omnia
perturbationis auctoribus imputari. De no
minibus autem Dioscori Juvenalis et Eustachii
ad sacrum altare non recitandis, dilectionem tuam
hoc decet custodire, quod nostri ibidem con
stituti, faciendum esse dixerunt, quodque hono
rande sancti Flaviani memorie, non repug
net, et a gratia tua, christiane plebis animos non
avertat. Nam iniquum nimis est atque incon
gruum, eos qui innocentes catholicos, sua per
secutione vexarunt, sanctorum nominibus sine
discretione misceri, cum dampnatam impieta
tem non deserentes, ipsi se sua perversitate con
dempnent, quos convenit aut pertrahi pro
perfidia aut laborare provenia. Item

Fratrem vero et coepiscopum
nostrum Julianum vel clericos, qui sancte memorie
Flaviano, fidelibus officiis adheserunt,
dilectioni quoque tue volumus adherere,
ut quem fidei sue meritis invenere apud deum
nostrum novimus, ipse sibi eum patronum esse
cognoscant. Illud quoque dilectionem tuam
nosse volumus, Item et coepiscopum nostrum Euse
bium, qui causa fidei, multa discrimina labores
que tolleravit, nobiscum interim demora
ri, et in nostra ipsum communione persistere.
Cuius ecclesiam tua sollicitudine volumus esse
defensam, ut nichil eodem absente depe
reat, et in aliquo ei nullus preiudicare pre
sumat, donec cum litterarum nostrarum ad vos pro
secutione perveniat. Et ut maior circa te
vel nostra vel totius christiane fidei affectio
provocetur, hoc quod ad dilectionem tuam
scripsimus, in omnium noticiam volumus
pervenire ut qui deo nostro deserviunt, decon
firmata apud te pace sedis apostolice gratu
lentur. De ceteris vero causis atque personis di
lectio tua litteris quas per eos accipiet plen
ius instruetur. Datum ydus aprilis Adel
fio viro clarissimo consule. Era qua supra. Epistola Le
onis pape ad Marcianum augustum in qua
pro conservatione catholice fidei illi co

Leo episcopus Marciano gratulatur
(co)nmo augusto, quamvis per
constantinopolitanos clericos,
ad pietatem tuam ante rescripserim, super
his clementie vestre litteris, per virum illustrem prae
fectum urbis, filium meum Tacianum mag
nam materiam gratulacionis accepi, quia
studiosissimos vos ecclesiastice pacis ag
novi. Cum sancto desiderio digna equitate con
fertur ut quem statum esse cupitis religio
nis, eundem habeatis et regni. Nam cum
principes christianos, spiritu dei confirmante
concordiam, gemina per totum mundum fi
ducia roboratur, quia profectus caritatis
et fidei, armorum potentiam, insuperabile
facit, ut propiciato per unam confessionem
deo, simul et heretica falsitas, et barbara
destruatur hostilitas, gloriosissime impera
tor. Aucta ergo per imperialem amiciciam spe
celestis auxilii, confidentius pietatem
vestram, pro sacramento salutis humane incu
tare presumo, ne cuiusdam peccati impude
tieque versutia, quasi incerto quid seque
dum sit, sinatis inquiri. Et cum ab evan
gelica apostolicaque doctrina, nec in uno quidem
verbo liceat deviare, aut aliter de scripturis
sanctis sapere, quam beati apostoli et patres nostri di
dicerunt et docuerunt, nunc demum indiscipli
nate moventur et impie questiones, quas
olim mox ut eas per aptam sibi corda dya
bolus excitavit, per discipulos veritatis
spiritus sanctus extinxit. Nimis autem iniquum
est, ut per paucorum insipienciam ad con
iecturas opinionum et ad carnalium disputationum

bella renouemus, tamquam reparata disceptacione tractandum sit, utrum Eutices impie senserit, et utrum perverse de Christi corpore iudicaverit, qui infeste memorie Flauiani condempnacione se extulit, et simpliciores quosque in eandem ruinam provolui impegit. Quorum multis iam, ut cognovimus, ad satisfactionis remedia conversis, et veniam de inconstanti trepidacione poscentibus, non cuius modi sit fides tenenda tractandum est, sed quorum precibus qualiter sit annuendum. Unde piissime sollicitudini vestre, quam de colligenda synodo habere dignemini, per legacionem que confestim ad clemenciam vestram annuente Christo perveniet, quod ad communem utilitatem arbitror pertinere, plenius atque oportunius suggeretur. Datum ix kl. May Adelfio viro clarissimo consule exa. q. sup.

Item epistola leonis pape ad Marcianum augustum ubi inter cetera pro defensione fidei catholice imperatori gratulatur.

Leo Marciano augusto. Multam mihi fiduciam scribendi ad clemenciam vestram et littere vestre quas venerant accepi et coepiscopi mei revertentes a Constantinopoli prebuerunt non sola assercione verborum sed ipsis iam operum effectibus demonstrantes ad defensionem catholice fidei divinum in vobis vigere presidium, quo utique non solum ecclesie status sed etiam vestri robur munitur imperii, ut in toto eius experiatis protectionem cuius colitis veritatem gloriosissime imperator. Nam et ut fratris mei Anatholii cicius manifestaretur integritas quod olim dampnati erroris redivivus assertor in Christi ecclesia locum non haberet, ut catholici episcopi quos impia hereticorum presumpcio depravare non potuit ab iniustis revocentur exiliis, atque reliquiis beate memorie Flauiani digno honore susceptis impietatem suam condempnatorem eius cognosceret, vere virtutis titulus vestre pietatis est factus. Cui confido etiam aliarum insignia accumulanda palmarum, ut sicut Constantinopolitana ecclesia recepta apostolice fidei libertate letatur, ita omnes regni vestri provincie emundatas se esse a diabolici dogmatis contagione glorientur. Ut ergo precedentibus litteris indicavi, fratres meos Lucensem episcopum et Basilium presbiterum, qui sollicitudinis mee partes possint implere, direxi, favere eos pietati vestre in omnibus que sunt agenda commendans vel commonens. Nam et cum fratris mei Anatholii scriptis et virorum sermone cognoverim multos de hiis qui apud Ephesum Dioscori satisfactione compulsi detestabilibus statutis penitendi prebuere consensum, inconstantie sue veniam postulare, et communionem catholicam per satisfactionem correctionis expetere, non sunt talium neglegenda conversio, qui non proprio sensu sed improbi presumptoris

impulsu, in hec incidisse noscuntur, in quibus liberum non habuere iudicium. Ne ita vel resipiscencium desideria mora largior fatigaret, vel intempestiva facilitas temere aliquos ac sine discrecione susciperet, iniunctum est ab apostolica sede directis, ut in consorcio deliberacionis isti cum Constantinopolitane urbis antistite et pestilencie contagia non admittantur, et sanitatis remedia non negentur, quo in dubitatis omnibus que nequiter gesta sunt emendandis celerem iuvante domino consequatur effectum. Si reparacioni pacis ecclesiastice operam suam vestra pietas dignetur adiungere, ut vobis ita regnantibus et dei regnum intra vos habere mereamur et catholicam fidem nulla falsitas violet, nulla heresis inquietet, nec unquam liceat doctrinam evangelicam deserere, et sacerdotali honore gaudere. Synodum vero fieri ut meminit vestra clemencia etiam ipsi poscimus, sed sacerdotes provinciarum omnium congregari presentis temporis necessitas nulla racione permittit, quoniam ille provincie de quibus maxime sunt evocandi, inquietante bello ab ecclesiis suis eos non paciuntur abscedere. Unde oportuniori tempore propiciante domino cum firmior fuerit restituta securitas, iubeat vestra clemencia reservari, de qua re plenius inter cetera apud pietatem vestram poterunt allegare quos misi. Datum ydus Junii Adelfio viro clarissimo consule exa. q. sup.

Epistola leonis pape ad Anatholium constantinopolitanum episcopum de hiis qui hereticorum erroribus metu non voluntate implicantur ut per satisfactionem in ecclesia suscipiantur.

Leo episcopus Anatholio episcopo. Licet sperem dilectionem tuam ad omne opus boni esse devotam, ut tamen efficacior tua fieri possit industria, necessarium et congruum fuit fratres meos Lucensem episcopum et Basilium presbiterum, ut promisimus, destinare. Quibus dilectio tua sociatur, ut nichil in hiis que ad universalis ecclesie statum pertinent aut dubie agatur aut segniter, cum residentibus episcopis executiores disposicionis mee invicem ea possint agi cuncta moderacione, ut nec benivolencie partes nec iusticie negligantur, sed absque personarum accepcione divinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod ut recta observancia valeat custodiri, catholice primitus fidei servetur integritas, ut quia per omnia angusta et ardua via est que ducit ad vitam, neque in sinistram neque in dexteram ab eius tramite devietur. Et quia evangelica et apostolica fides omnes expugnat errores, et ab uno latere Nestorium deicit, ab alio Eutichen et participes eius elidit, hanc regulam memento te servandam, ut quicumque in illa synodo que nomen synodi nec habere potuit nec meretur, et in qua malivolenciam suam Dioscorus, impericiam suam Iuvenalis ostendit

/dolent ut dilectionis tue relacione conpertim9
simetu victos/et terrore superatos/ad consen
sum scelestissimi iudicij potuisse compelli et co
mmunionem catholicam obtinere desiderant
/satisfactioni eorum pax fraterna prestetur/ita ut
non dubijs professionibus enticem/cum suo dog
mate et cum consortibus suis/anathematis
execracione condempnent/de hijs aut qui in hac
causa grauius peccauerunt et ob hoc superiorem
sibi locum in eadem infelici synodo uendicarunt
ut humilium fratrum simplicitatem/arrogancie
sue presidijs aggrauarent/si forte resipiscant/
et facti sui defensionem cassantes/in condep
nacionem proprij conuertantur erroris/horum si satisfac
cio talis accedit/que non refutanda uideatur/ma
turioribus apostolice sedis consilijs reseruetur/ut
examinatis atque perpensis de ipsis eorum actio
nibus/quid constitui debeat estimetur Neque
prius in ecclesia cui te dominus voluit presidere cuiusque
quisque talium/ut ante iam scripsimus/nomine ad
altare recitetur quam quid de eis constitui de
beat/rerum processus ostendat/de commonito
rio uero a clericis dilectionis tue nobis oblato/
necessarium non fuit/epistolis quidem uideretur
inserere/cum sufficeret legatis cuncta committi
quorum sermone ex omnibus diligencius instrue
ris/amplectere itaque frater carissime/ut que ec
clesie dei congruunt/fideliter et efficaciter/cum
hijs fratribus constanter/quos ydoneos aucto
res elegimus exequaris/presertim cum et ipsa
nos cause racio spesque diuini auxilij co
hortetur/et clementissimorum principum tam
sancta sit fides tam religiosa deuocio ut in
eis non solum xpianum sed etiam sacerdotalem
experiamur affectum/Qui utique pro ea pie
tate/qua se esse dei famulos gloriantur/omnes
suggestiones nostras/fidei catholice profutu
ras/dignanter accipient/ut ipsorum quoque ope
re et pax xpiana reparari/et error impius
possit aboleri/at si de aliquibus amplius fu
erit deliberandum/celeriter ad nos relacio di
rigatur ut perspecta qualitate horum/mature quod
obseruari debeat sollicitudo constituat// Da
tum idus marcij adelfio ij c consul. era. quasi supra

Epistola eiusdem leonis pape ad marcianum
augustum de directa vice sue legacione
constantinopolim pro talcedonensi co
ncilio faciendo res

LEO Episcopus
marciano augusto/proposite
ram quidem a gloriosissima cleme
ncia vestra ut synodum quam pro reparanda orienta
lis ecclesie pace/eciam a nobis petiuit necessa
riam iudicasti/aliquantisper differri ad tempus
oportunius iuberetis/ut liberioribus ab omni per
turbatione animis hij quoque episcopi/quos hos
tilitatis metus detinet conuenirent/Sed quia pio
studio humanis negocijs diuina preponitis et
racionabiliter ac religiose regum vestri iuribus
creditis profuturum si nulla sit in sacerdotum
sensibus dissonancia nulla sit in ewangelij
predicacione discordia/ego eciam vestris dis
posicionibus non renitor/optans ut in omnium
cordibus catholica fides/que non potest nisi v
na esse/firmetur/cuius integritate/et nes
torius antea/et nunc eutices diuisis quidem
callibus/sed impietate non impari/decurrunt/
abhominandi sunt prorsus in persuasionibus
suis/quas contra sinceritatem ueri luminis fo
tem/de tenebrosis latis dyabolice falsitatis
hauserunt/prior itaque synodus ephesina nes
torium cum dogmate suo iuste meritoque
dampnauit/et quisquis in illo errore persistit
ad illius potest spe remedij pertinere/Neque
non in predicta ciuitate non potest uocari concilium
quod in euersionem fidei fuisse constat agita
tum Quod vestra clemencia amore veritatis
/catholicis afflictum/aliud statuendo cassabit
gloriosissime Imperator Vnde per ipsum dominum
nostrum ihesum xpistum qui vester est auctor et rector
obtestor et obsecro clemenciam vestram ut
in presenti synodo fidem quam beati patres
nostri apostoli sibi traditam predicauerunt non pa
ciamini quasi dubiam retractari/et que olim
maiorum sunt auctoritate dampnata/re
diuiuis non permittatis conatibus excitari/
Illudque pocius iubeatis/ut antiqua Nice
ne synodi constituta/remota hereticorum
interpretacione permaneat/nec me quoque ut
voluit vestra clemencia ab illo credatis abesse
concilio/cum in hijs fratribus/quos direxi id
est paschasino et lucensio episcopis Bonefacio et
basilio presbiteris/sed et institui meo iuliano que
eorum uolui esse participem/etiam mea estiman
da sit presencia quos auxiliante diuina gracia/
ita acturos esse confido/ut ea que deo nostro
placeant/decernentes/accedente pietatis vestre
studio consulant/quod et paci pro sancte re
ligionis et custodie veritatis// Datum vj kl.
iul. adelfio ij cont consul. era. qua supra

Epistola eiusdem leonis pape ad synodum talce
donensem ubi hortatur per legatos suos di
sacerdotes ut secundum scripturas cuncta disponerent

LEO Episcopus sancte synodo talcedo 93
ne constitute/optaueram
quidem dilectissimi pro nostre caritate
collegij/omnes domini sacerdotes in vna catholice
fidei deuocione persistere/nequaquam tanta for
midine potestatum secularium depraua/ri
a via veritatis abscederet/sed quia multa que
penitudinem possint generare proueniunt
et superat culpas delinquencium misericordia
dei/atque ideo suspenditur ultio ut possit lo
cum habere correctio/amplectendum est cle
mentissimi Imperatoris plenum religione con
silium/quo sanctam fraternitatem vestram ad destru
endas insidias dyaboli et ad reformam
dam ecclesiasticam pacem/maluit conue
nire/beatissimi petri apostoli sedi iure atque honore
seruato/adeo ut nos quoque suis ad hoc
litteris inuitaret ut venerabili synodo

nostram presentiam proberemus/ quod quidem nec ne
cessitas temporis/ nec ulla poterat consue
tudo permittere/ tamen in hiis fratribus hoc est
pascasino et lucensio episcopis bonefacio et
basilio presbiteris/ qui ab apostolica sede directi
sunt/ me synodo vestre fraternitatis considere
presenciam meam estimet/ Et qui ~~non~~ ne
in vicariis meis assum etiam dudum in fi
dei catholice predicatione non desum ut qui
non potestis ignorare/ quid ex antiqua tra
dicione credamus/ non possitis dubitare/ quid
cupiamus/ Unde fratres karissimi/ reiecta peni
tus audacia disputandi/ contra fidem divi
nitus inspiratam vana errancium infide
litas conquiescat/ nec liceat defendi/ quod
non licet credi/ cum secundum propheticas voces/
apostolicam que doctrinam/ plenissime et lucidis
sime per litteras/ quas ad beate memorie flaviani
episcopum misimus/ fuit declaratum/ que sit de sa
cramento incarnacionis domini nostri ihesu xpi/
pia et sincera confessio/ Quia vero non igno
ramus/ per pravas emulaciones/ multarum ec
clesiarum statum fuisse turbatum/ plurimos
que episcopos/ qui heresim non receperunt/ sedibus
suis pulsos/ et in exilia deportatos atque in
locum superstitum/ alios substitutos/ hiis primi
tus vulneribus adhibeatur medicina
iusticie/ nec quisquam ita careat propriis
ut alter utatur alienis/ tamen si ut cupimus
errorem omnes relinquunt/ nemini quidem
perire honor debeat/ sed illis quidem qui
pro fide laboraverunt/ cum omni privilegio o
porteat ius proprium reformari/ prioris autem
ephesine synodi/ cui sancte memorie episcopus
cyrillus tunc presedit/ contra nestorium specialiter
constituta/ permaneant/ ne tunc dampna
ta impietas/ demum sibi in aliquo blandiatur/
quia eutices iusta execratione percellitur/
pravitas enim fidei atque doctrine/ quam eodem
quo sancti patres nostri spiritu predicamus/ et nesto
rianam et euticianam cum suis auctori
bus condempnat pariter et persequitur pravi
tatem/ Datum vi kalendas iunii adelfio ii con
sule/ era qua supra. Item epistola eiusdem
leonis pape Ad marcianum augustum ubi
de eius gratulatur fide/ que in calcedonen
si concilio gesta est/ de anatholio constanti
nopoli episcopo qui in eodem concilio alexandri
nam et antiocenam ecclesias contra consti
tuta/ per ambitum sibi voluit subiugare/

104 LEO episcopus/ Marciano augusto/
Magno munere misericor
die dei/ [illegible] ecclesie catholice mul
tiplicata sunt gaudia/ cum sancto et glorioso
clemencie vestre studio perniciosissimus error
extinctus est/ ut labor noster citius ad desi
deratum perveniret effectum/ quem deo ser
viens principatus vester/ et de fide et pietate vin
uisset quia et firmum virtute spiritus sancti/ inter
quaslibet dissensiones/ per sedis apostolice fa
mulatum/ evangelii erat defensa libertas
manifestior tamen apparuit gratia dei/ que
prestitit mundo/ ut in victoria veritatis auctores
tam violate fidei deperirent/ et sua integritas
ecclesie redderetur/ bellum igitur quod pacis nostre
inimicus excitaverat/ adeo feliciter dextra
domini pugnante feliciter confractum est/ ut
triumphante xpo/ omnium sacerdotum esset una
victoria/ et choruscante lumine veritatis so
le erroris tenebre/ cum suis assertoribus tolle
rentur/ Nam sicut et in ipsa domini resur
rectione credenda/ ad corroboranda initia
fidei/ multum securitatis accessit/ quod quidam
apostoli/ de corporea domini nostri ihesu xpi veritate/
dubitaverunt/ et visu atque contactu fixuras cla
vorum et vulnus lancee perscrutando/ ambi
guitatem cunctis/ dum ambigunt/ abstule
runt/ ita nunc quoque/ dum aliquorum infide
litas confutatur/ omnium hesitancium corda
confirmata sunt/ et profecit universis ad
illuminacionem/ quod quibusdam incidit ceci
tatem/ in quo opere digne et iuste exultat vestra
clemencia/ que fideliter propere que prospexit
ut orientalibus ecclesiis dyabolice insi
die non nocerent/ sed ad propiciandum deum ef
ficaciora ubique offerantur holocausta/ quando
per mediatorem dei et hominum hominem
xpm ihesum/ eadem confessio plebium eadem
sacerdotum eadem esset et regum gloriosis
sime fili et clementissime auguste/ hiis autem
per que tanta facta est/ congregatio sacerdo
tum bono et optabili fine completis/ miror
et doleo/ quod pacem universalis ecclesie di
vinitus reformatam ambicionis rursus
spiritus inquietat/ Quamvis enim necessarie
sibi frater meus anatholius consuluisse vi
deatur/ ut ordinatorum suorum errorem de
serens/ in assensum catholice fidei salubri
correctione transiret/ custodire tamen debuit
ut quod vestro beneficio noscitur consecutus
nullius cupiditatis pravitate turbaret
Nos enim vestre fidei intuicionis habentes i
nitium cum secundum sue consecracionis
auctores/ eius initia turbarent/ benignio
res circa ipsum quam iustiores esse voluimus/
quo perturbationes omnes/ quas operante dy
abolo fuerant excitate/ adhibitis remediis
leniremus/ que illum modestum magis
quam inmoderatum facere debuerunt/ Qui
etiam si precipuis meritis/ optimoque iudicio
et legittime fuisset ac solempniter ordina
tus/ contra reverenciam tamen canonum patrum
contra statuta spiritus sancti/ contra antiquitatis ex
empla/ nullus posset suffragiis adiu
vari/ Apud xpianum et vere religiosum ve
reque orthodoxum principem loquor/ Mul
tum anatholius episcopus suo detrahit merito
si illicito optat crescere augmento/ Habeat sicut
optamus constantinopolitana civitas
gloriam suam/ et protegente dei dextera

diuturno clementie vestre fruatur imperio/ ali
a tamen ratio est rerum secularium/ alia divi
narum. Nec preter illam petram quam dominus in fun
damento posuit stabilis erit ulla constructi
o. Propria perdit qui indebita concupiscit. Sit
igitur ipse contentus/ quod vestre pietatis auxilio/ et mei
fauoris assensu/ episcopatum tante urbis obti
nuit. Non dedignetur regiam civitatem quam
apostolicam facere non potest sedem/ nec ullo
modo speret/ quod per aliorum possit offensiones
augeri. Privilegia enim ecclesiarum sanctorum patrum
canonibus instituta/ et venerabilis Nice
ne synodi fixa decretis/ nulla possunt im
probitate convelli/ nulla novitate mutari.
In quo opere auxiliante Christo fideliter exequen
do necesse est me perseverantem exhibere famu
latum/ quia dispensatio michi credita est/ et
ad meum tendit reatum/ si paternarum regulas
sanctionum/ que in synodo Nicena ad totius
ecclesie regimen spiritu dei instructe sunt condi
te/ quod absit/ magis vinius fratris voluntas
dissoluat/ quam universe domus domini commu
nis utilitas confirmet/ et ideo sciens gloriosam
clementiam vestram/ ecclesiastice studere con
cordie/ et hiis que pacifice congruunt unita
ti/ piissimum prestare consensum/ precor et se
dula suggestione vos obsecro/ ut ausus im
probos/ unitati christiane pacique contrarios
ab omni pietatis vestre abdicetis assensu/ et fratris
mei Anatholii nocituram ipsi si perstiterit
cupiditatem/ salubriter comprimatis/ ne ea
que vestre glorie atque temporibus inimica sunt
cupiens/ maior suis velit esse prioribus/ liberum
que sit illi/ quantis potuerit virtutibus re
splendere/ quarum non aliter particeps erit/ nisi
caritate magis voluit ornari quam ambicione
distendi. Hanc autem improbi desiderii concep
tionem numquam quidem debuit intra cordis
sui recipere secretum/ sed tamen illis fratres et
coepiscopi mei qui vice mea aderant/ obvia
rent/ ab illicito appetitu exortum saltem
contradictione cessare. Nam et vestre pietatis
apices/ et ipsius scripta declarant/ legatos se
dis apostolice/ sicut oportuit contradictione iu
stissima/ et restitisse/ ut inexcusabilior esset
presumptio/ que se nec increpata cohercet.
Unde quia convenit fidei vestre vel glorie/ ut sicut
heresis deo per vos agente destructa est/ ita
eciam omnis ambitus/ recindatur/ agite
quod et christiane est probitatis et regie/ ut
predictus episcopus pareat patribus/ consulat pa
ci/ neque sibi estimet licuisse/ quod Antioce
ne ecclesie/ sine ullo exemplo/ contra statuta
canonum episcoporum episcopum ordinare presumpsit
quod nos amore reparande fidei et pacis
studio/ retractare cessavimus/ abstineat ergo ab
ecclesiasticarum iniuria regularum/ et illicitos
declinet excessus nec se ab universali ec
clesia/ dum iniquitati pati temptat/ abscidat.
Quem opto magis irreprehensibiliter agere
diligere quam inhiat presumptione que illum
ab omnibus separare potius quam ditare. Frater
autem et coepiscopus meus Lucianus/ qui cum
filio meo Basilio dyacono/ clementie vestre
ad me scripta portavit/ omni cum devotione
partes suscepte legationis implevit/ qui
non est estimandus negocio defuisse/ quem
potius causa defecerat. Datum xi kalendas Iu
nii Herculiano viro clarissimo consule. Era. ccc.
Epistola leonis pape/ ad Anatholium constanti
nopolitanum episcopum/ ubi in primis eundem/ de
filio dei in Calcedonensi concilio laudat/
deinde arguit/ quod contra Nicenam synodum
Alexandriam atque Anthiocenam ecclesias/ sibi
subdere voluisset etc.

Leo episcopus Anatholio episcopo. Ma- 106
nifestato sicut optavimus
per gratiam dei lumine evangelice verita
tis/ et ab universali ecclesia perniciosissimi er
roris nocte depulsa/ ineffabiliter gaudemus
in domino/ quod credite nobis dispensationis
labor/ ad desideratum pervenit effectum/ sicut e
ciam epistole tue textus eloquitur/ ut secundum
apostolicam doctrinam/ idipsum dicamus omnes et
non sint in nobis scismata/ simus autem perfecti
in eodem sensu et in eadem sententia. Inanimus
operis devotione/ gratulamur dilectionem
tuam esse consortem/ ut et corrigendis tu
a prodesset industria/ et ab omni te deuictam
participatione purgares/ decessore autem
tuo beate memorie Flaviano/ pro defensio
ne catholice veritatis eiecto/ non immerito
credebatur/ quod ordinatores tui contra
sanctorum canonum constituta videntur/
sui similem consecrasse/ sed affuit miseri
cordia dei/ in hoc te dirigens/ atque confirmans
ut malis principiis bene utereris/ et non
te iudicio hominum sed dei provectum benig
nitate monstrares/ quod vere ita accipi
endum est/ si hanc divini muneris gratiam/
alia offensione non perdas. Virum enim ca
tholicum/ et precipue domini sacerdotem/ sicut
nullo implicari errore/ ita nulla oportet
violari cupiditate/ dicente quippe scriptura
sancta/ post concupiscentias tuas non eas/ et a tua vo
luntate avertere/ mundi huius multis illece
bris/ multis vanitatibus/ resistendum est/
ut vere continentie optineatur integritas.
Cuius prima labes est superbia/ inicium trans
gressionis/ et origo peccati. Quia mens potentie
avida/ nec abstinere novit a vetitis/ nec
gaudere concessis/ dum inordinato processu
que progressu/ perpetratarum transgressionum
augentur excessus/ et crescunt culpe/ que
tollerate sunt/ studio reparande fidei/ et
amore concordie/ post illa utique ordinati
onis tue/ non inculpata principia/ post con
secrationem Anthiocenum episcopi/ quam tibi met
contra canonicam regulam vendicasti/ do
leo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam/

ut sacratissimas Nicenorum canonum consti
tuciones/ conareris infringere/ tamquam
oportune se tibi hoc tempus obtulerit
/ quo sedis honoris privilegium/ sedes alexan
drina perdiderit/ et anthiocena ecclesia pro
prietatem tercie dignitatis amiserit ut hiis
locis iuri tuo subditis/ omnes metropoli
tani episcopi proprio honore priventur/ quibus in
auditis et numquam ante temptatis/ ita pro
venire excessibus/ ut sanctam synodum
ad extinguendam solum heresim/ et ad
confirmacionem fidei catholice/ studio christi
anissimi principis congregatam/ in occa
sionem ambitus trahas/ et ut consensum
suum tibi dederit interpellas/ tamquam refutari
nequeat/ quod illicite voluit multitudo
et illa Nicenorum canonum per sanctum vere spiritum or
dinata condicio/ in aliqua [illegible] sit parte
solubilis/ Nulla sibimet de multiplicacione
congregacionis/ synodalia concilia blandi
antur/ neque trecentis illis decem et octo
episcopis quantumlibet copiosior numerus sacer
dotum/ vel comparare se audeat/ vel pre
ferre/ cum tanto divinitus privilegio Nicena
sit synodus consecrata ut sive per pauci
ores sive per plures/ ecclesiastica iudicia cele
brentur/ omni penitus auctoritate sit vacu
um/ quicquid ab illorum fuerit constitucione
diversum/ Nimis ergo hec improba nimis
prava sunt/ que sacratissimis canoni
bus inveniuntur esse contraria/ In totius ecclesie
perturbacionem/ superba hec tendit elacio/ que
ita abuti voluit/ concilio synodali/ ut fra
tres in fidei tantummodo negocio convocatos/ et
diffinicione eius cause/ que erat curanda
perfunctos/ ad consenciendum sibi aut depra
vando transduceret/ aut terrendo compelleret
Inde enim fratres nostri/ ab apostolica sede directi/ qui
vice mea synodo presidebant/ probabiliter
atque constanter/ illicitis ausibus obstiterunt/
aperte reclamantes/ ne contra statuta Nicene
synodi presumpcio reprobe novitatis assurgeret/
nec potest de eorum contradictione dubitari de
quibus in epistola tua/ etiam ipse conquereris
quod conatibus tuis voluerint obviare/ in
quo quidem multum eos michi hec scribendo
commendas/ sed temetipsum quod eis parere
nolueris damnas illic ita moliris/ actu sanctas/
superflue non concedenda/ appetens et in
salubriter contraria concupiscens que nullum
umquam potuit tamen obtinere consensum
absit enim a consciencia mea ut tam prava
cupiditas/ meis studiis adiuvetur/ ac non
pocius et meo et omnium qui non alta sapiunt
sed humilibus consenciunt/ ope/ subruatur.
Sancti illi et venerabiles patres/ qui in
urbe Nicea sacrilego arrio cum sua impie
tate dampnato/ mansuras usque in finem
mundi leges que ecclesiasticorum canonum/ con
diderunt/ et apud nos et in toto orbe terrarum

in suis constitucionibus vivunt/ Et si quid usquam
aliter quam illi statuere presumitur/ sine cuncta
cione cassatur/ ut que ad perpetuam utilita
tem generaliter instituta sunt/ nulla commu
tacione varientur/ nec ad privatum trahantur
commodum/ que ad bonum sunt commune prefixa/
et manentibus terminis/ quos constituerunt
patres/ nemo in ius tendat alienum/ sed intra fi
nes proprios atque legittimos/ prout quisque va
luerit/ in latitudine se caritatis exerceat
Cuius satis uberes fructus/ constantinopo
litanus potest antistes adquirere/ si ma
gis humilitatis virtute nitatur quam si spiritu am
bicionis impleatur/ Noli frater altum sapere/ sed
time/ et christianorum principum piissimas
aures improbis peticionibus inquieta
re desiste/ quibus certum habeo/ modestia te
magis quam elacione placiturum/ persuasioni
enim tue/ in nullo penitus suffragatur/ quorundam
episcoporum lx ut iactas annos facta conscripcio
numquam a predecessoribus tuis/ ad apostolicam
sedem transmissa noticia/ cui ab inicio sui
caduce dudumque sublapse/ sera nunc et in
utilia subicere fulcimenta voluisti/ elicere de
a fratribus spem consensionis/ quam tibi in su
am iniuriam verecundia fatigata preberet/
Memento quid dominus ei qui unum de pusillis
scandalizaverit comminetur/ et sapienter intellige
quale sit dei iudicium subiturus/ qui tot ec
clesiis tot sacerdotibus scandalum inferre
non metuit/ fateor enim ita me dileccione uni
verse fraternitatis obstringi/ ut nemini
prorsus in hiis que contra se poscat assen
ciam/ possitisque evidenter agnoscere me dilec
cionis tue benivolo animo contraire/ ut sa
niore consilio/ ab universalis te ecclesie pertur
bacione contineas/ Non convellantur iura pri
matuum/ nec privilegiis antiquitus institutis
metropolitani fraudentur antistites/ Nichil
alexandrine sedi eius/ quam per sanctum Marcum
ewangelistam beati petri discipulum me
ruit/ pereat dignitatis/ nec dioscoro impi
etatis sue pertinacia corruente/ splendor tante
ecclesie tenebris obscuretur alienis/ An
tiocena quoque ecclesia in qua primum predicante
beato petro christianum nomen/ exortum est
in paterne constitucionis ordine perseveret/
et in gradu tercio collocata numquam se fiat
inferior/ aliud enim sunt sedes/ aliud presiden
tes/ et magnus unicuique honor est/ inte
gritas sua quecumque in quibuslibet locis propria
ornamenta non perdat/ quanto magis in
constantinopolitane urbis magnificencia
potest esse gloriosa/ si per observanciam tuam
et defensionem patrum canonis et exem
plum probitatis/ multi habeant sacerdo
tes/ hec tibi scribens frater in domino/ hortor ac mo
neo ut deposito ambicionis desiderio/ spiritum
pocius fervens caritatis/ cuiusque virtutibus
secundum doctrinam apostolicam perfici

concreis. Est enim patiens et benigna, et non
emulatur, non agit perperam, non inflatur, non
est ambiciosa, non querit que sua sunt. Unde
si caritas non querit propria, quantum peccant, qui con-
cupiscunt aliena, a quibus volo ut te prorsus
abstineas, memorque sis eius sentencie que dicit:
tene quod habes, ne alius accipiat coronam
tuam. Nam si in concessa que fueris, spe te tuo
ope atque iudicio universalis ecclesie pace perfrueris.
Frater autem et coepiscopus meus Lucianus, et filius meus
Basilius dyaconus, quantum in ipsis fuit, stu-
diose his que eis iniunxeras affuerunt, sed
actionem eorum iusticia negavit effectum. Data
xi kl. iunii Herculiano v. c. consule. Item e-
pistola Leonis pape ad Theodoritum episcopum Cipri post
calcedonense concilium.

Dilectissimo fratri Theodo-
rico episcopo Leo
episcopus. Remeantibus ad nos fratri-
bus et consacerdotibus meis, quos ad sancti conci-
lium sedes beati Petri direxit, agnovimus di-
lectionem tuam superno adiutorio nobiscum contra
nestoriane impietatis, quam eutichiane vesa-
nie extitisse victorem. Unde gloriantes in domino, cum
propheta canentes: adiutorium nostrum in nomine domini
qui fecit celum et terram, qui nullum nos in nostris
fratribus detrimentum sustinere permisit, sed que nostro
prius ministerio definierat, universe fraternitatis
irretractabili firmavit assensu, ut vere a
se prodisse ostenderet, quod prius a prima omni-
um sede firmatum, totius christiani orbis iudicium
recepisset, ut in hoc quoque capiti membra con-
cordent, in quo amplius nobis accrescit gau-
dendi materia, dum tanto magis se protulit mi-
nimis, quanto eciam in Christi ministros sevius
insurrexit. Nam ne aliarum sedium, ad eam quam
ceteris omnium dominus instituit presidere, consensus, asse-
tacio videretur, aut ut alia quelibet subripere
posset adversa suspicio, inventi prius sunt, qui
de iudiciis nostris ambigerent. Quod dum
nonnulli a dissensionum concitati auctore, ad con-
dictionum bella prosiliunt, ad maius bonum, ma-
lo eius auctore, totius bonitatis dispensa-
te perventum est. Dulcius siquidem munera gracie
divine proveniunt, quociens non sine magnis
sudoribus adquiruntur. Et minus bonum videri
solet pax continuata potius, quam reddita per
labores. Ipsa quoque veritas et clarius ren-
tescit et forcius retinetur, dum que prius
fides docuerit, hec postea examinacio con-
firmaverit. Multum denique sacerdotalis of-
ficii meritum splendescit, ubi sic summorum servatur
auctoritas. Et ad maiorem dei gloriam proficit fi-
nis examinis, quando ad hoc se accipit excre-
di fiducia, ut vincatur adversitas, ne quod
per se probatur reprobum silencii preiudicio
videatur oppressum. Exulta igitur karissime frater et in
unito filio dei victor exulta. Vicit per nos
ille cuius carnis veritas negabatur. Vicit per
nos et pro nobis ille, cui vicimus, per quem sa-

est post adventum domini hec orbis festivitas,
redditum seculo est perdone prostrato in-
carnacionis divine misterium, quod huma-
ni generis inimicus, que rebus ipsis auferre
non potuit, calumpniis obscurabat. Quin ymmo
non ab incredulorum corde pieracat in morta-
le misterium, quia nichil prodest tanta sa-
lus incredulis, ipsa veritate dicente discipulis:
pulis: qui crediderit et baptizatus fuerit
salvus erit. Qui autem non crediderit condempnabitur.
nabitur. Sol iusticie subardens per orientem
heresiis et eutichetis nebulis impeditus, pure
ab occidente resplenduit, ubi cum summum in
apostolis et doctoribus principaliter collocavit, quoni-
ius nec illic unquam defuisse credendus
sit, quo confessores egregios reservavit, ita ut
dum demum conaretur hostis antiquus
persequentis pharaonis impenitens cor, fidei
Abrahe semen, et filios repromissionis ex-
tinguere, deo miserante languescens, nichil
posset. De quo et illud omnipotens mirabi-
lius egit, quia et quos sibi socios ad israhe-
litici populi cedes asciverat, non cum tyrannidis
auctore summersit, sed cum suo populo congrega-
vit, et sicut revera se dignum, et soli sibi pos-
sibile, fons misericordie noverat, victos a
nobis, nobiscum fecit esse victores. Nam
dum solus vere sit humani generis hostis, spiritus
falsitatis, omnis de illo triumphare non dubium
est, quos sibi veritas vendicavit. Nunc pror-
sus illa redemptoris mundi dicta, que sint di-
vine auctoritatis, apparet, dum contra hos-
tes fidei sit aptantur, ut de ipsis dictum dubi-
tare non liceat. Vos inquit ex patre dya-
bolo estis, et desideria patris vestri vultis implere.
Ille homicida fuit ab inicio, et in veritate
non stetit, quia veritas in eo non est. Quando
loquitur mendacium, ex suis loquitur, quia men-
dax est, et pater eius. Nichil ergo mirandum
est, quod hii qui in veritate divine nature
mendacium crediderunt, patri suo et circa
ista concordant, quidquid visum quod est, audi-
tum, quidquid teste ewangelio tactum est, atque
palpatum est, in unico dei filio non eius am-
probatum est asserentes, sed coeterne et coes-
sencialis patri fuisse substancie, quasi aut divi-
nitatis natura crucis ligno transfixa sit, aut
inconvertibilis creaturet pietatem. Erat in
sapiencia, profiteretur sapiam sempiternam, vel
spiritu deus qui spiritus est, subinde repleri po-
tuerit. Et in hoc quoque se acerba vesania ex
quo auctore accesserit prodit, quod quantum
in se est, universis nocere molitus est, nam quos
nos persequendo afflixit, ceteros ad consensum
sceleris impellendo depravavit, sed nec nos
licet in singulis fratribus, quia membra nostra sunt
vulnerasset ab speciali dolore fecit exceptos.
Quibus nova et inaudita prius atque incre-
dibili audacia inferre conatus sum caput e-
molitus in iniuriam. Sed post tot pessima re-

sipiscens/ non vos etiam de sue eterne damp
nacionis intuitu contraxisset/ Qua men
suam sceleris permisit/ cui nec hoc suffice
re permittere potuit/ quod nec vivus parcen
do nec mortuus/ etiam in sanguine inno
centis et catholici pollutas iam pridem
addicta veritate approbata falsitate/ ma
nus intinxit/ Et cum scriptum sit/ qui odit
fratrem suum homicida est/ ille quod odio iam
fecisse dictus est/ implevit opibus quasi
nec audisset illud quod idem dominus ait dis
cite a me/ quia mitis sum et humilis corde
et invenietis requiem animabus vestris
Iugum enim meum suave est/ et onus meum
leve/ dignus dyabolici predicator erroris/
/ egipcius vastator invictus est/ qui tamquam
sevissimus tyrannus ecclesie/ nefandas blas
phemias per violentam seditiosorum turbam
et percucientis manus in lucum/ venerandis
fratribus imponebat/ Et cum voce nostri redemp
toris firmatum sit/ unum eundemque esse homi
cidii et falsitatis auctorem/ ille pater utrumque
complet/ quasi non ut caveatur/ sed ut perpetre
tur/ scriptum ad perdicionis sue cumulum trahens
que dei filius monuit ad salutem/ Illud quoque
quasi surda nimis aure preteriens/ quod ab eo
dem domino dictum est/ ego quod vidi apud patrem
vestrum facitis/ Igitur dum sancte memorie
flaviano/ vitam presentis seculi moliretur
auferre/ se vere vite luce/ privavit/ dum
vos ab ecclesys vestris conaretur expellere/
/ se a xpianorum collegio segregavit/ Dum tra
xit plurimos/ et impellit ad erroris assen
sum/ multiplici animam suam vulnere san
ciavit/ solus ultra omnes/ et pro omnibus ac pro
omnibus reus/ qui causa reatus omnibus
fuit/ Sed licet hys tua firmitas solido cibo
firmata/ indigere minime videatur/ tamen
ut quod nostri loci est impleamus/ circa vocem
dicentis apostoli/ que extrinsecus sunt/ instan
cia mea cottidiana/ sollicitudo omnium
ecclesiarum/ quis infirmatur et ego non infir
mor/ quis scandalizatur et ego non uror/ hoc
precipue presenti occasione admonendum est
frater karissime ut quotiescumque divina gracia ad
ministrante/ illos qui foris sunt/ fonte
doctrine/ aut submergimus/ aut purgamus/
in nullo ab illis/ quas spiritus sancti divinitas
calcedonensi concilio protulit/ fidei regu
lis recedentes/ inter utrumque hoc est novelle
perfidie/ sermonem nostrum cum omni cautela
libremus/ non iam quod absit tamquam de
duobus disceptantes/ sed auctoritate sua
que bene definita sunt astruentes/ cum et in
apostolice sedis epistola/ et post cetera que per
ordinem supposuimus/ contineatur/
Sed benedictus dominus noster/ cuius invisibilis veri
tas/ ab omni heresis macula mundum te
sedium sedis apostolice iudicia demonstravit
Cui dignam retribuet pro tot laboribus

meum facio/ vos quod vidi
stis apud patrem

gratiam/ si talem te qualem probavimus ac pro
bamus pro universalis ecclesie defensione serva
veris/ Nam quod deus omnium calumpnio
sorum fallaciam solvit/ maxima beatissimi
petri curam pro cunctis agnovimus/ qui postquam
sue sedis iudicium in fidei diffinicione ser
vavit/ nec circa cuiusquam virum/ qui nobiscum
in fide catholica laborastis/ personam/ quic
quam reprobum inde permisit/ qui nec poterat
sancto spiritu iudicante quisquam exceptis non victor
existere/ quorum iam inerat fides/ quod est
ex hortamini/ ut quia illic nonnullas eutichi
ani atque nescio iam erroris reliquias/ cog
novimus remansisse/ nunc etiam sedi apostolice col
labores Victoria enim quam xpus dominus noster sue
donavit ecclesie/ quamquam diu in hoc mundo ver
samur/ licet fiduciam maiorem tribuat/ non
tamen in totum sollicitudine eximit/ nec ut dor
miamus donata est/ sed ut suavius labo
remus/ Unde in hoc quoque tue vigilancie
sollicitudine volumus adiuvari/ ut tua rela
cione currente/ quid apud illos religionis
divine doctrina proficiat/ apostolicam sedem in
struere/ quatinus illius religionis sacerdo
tes/ in quoscumque usus necessitas exigerit adiu
vemus/ de hys vero que in sepedicto concilio/
illicita/ contra venerandorum nicenorum decre
ta canonum/ presumpcione temptata sunt/
ad fratrem et coepiscopum nostrum/ antiochene se
dis presulem scripsimus adicientes et illud
quod nobis improbitate monachorum
quorundam religionis nostre/ cibo mandasti
per vicarios nostros et hoc specialiter statuentes/
ut preter domini sacerdotes/ nullus audeat predica
re/ seu monachus sive sit laycus/ qui cuius
libet sciencie nomine glorietur/ quas tamen
litteras/ pro utilitate universalis ecclesie/ per
eundem fratrem et coepiscopum nostrum/ maximum ad omnium
volumus pervenire noticiam/ et ob hoc litteris vo
lumus exemplar adiecimus/ quia que predicto
fratri et coepiscopo nostro iniunximus/ non dubitamus
complenda et alia manu/ Deus te incolu
mem custodiat frater carissime/ Datum ydus
iiii yunii opilione viro clarissimo consule/ Epistola
Eusebii Mediolanensis episcopi/ ad leonem
papam pro qua fidei eius quam ad orientem
direxerat assercione/ cum aliis episcopis consenti
entibus subscripsit

Domino sancto et beatissimo
patri leoni/ eusebius Mediolanen
sis episcopus/ Reversis domino annuente fratribus
nostris/ quos ad orientem fidei causa sollicite
provida beatitudo vestra direxerat/ decentissimisque
litteris/ quas per eos tua sanctitas destinavit/ omni
exultatione in xpo relevatus sum/ quod
effectum commisse sibi legacionis/ eosdem re
portasse vestra pagina designavit/ nec
mirum/ quod dominus noster ihesus cristus/ catholice
fidei quam tenemus/ maiestatis sue gratiam
custodiamque prestitit/ quando nos veros

cultus sint assertores / in apostolica sede presules
collocavit / qui et recta sentire de incarnacionis
dominice sacramento / et eadem potestis
rectius custodire / Admonitis ergo fratribus et
coepiscopis meis / habitoque conventu / virorum for
mam tenuimus litterarum / Nam recensentes epistolam
beatitudinis vestre / in sacerdotum dei concilio /
quam sanctus frater et coepiscopus noster abundancius /
et conpresbiter meus senatus / detulerant / agni
taque eorum narracione / sicut scripta vestra sig
naverant / rerum gestarum ordine / continuo recqui
sita est / recitataque epistola / quam fidei assercione /
plene digestam / ad orientem dudum sanctitas
vestra transmiserat / que a duobus ex vestra demonicione /
sancto fratre et coepiscopo nostro Ciriaco / mutuante / per
venit / claruit eam plenam fidei simplici
tate fulgere / prophetarum etiam assercionibus / e
vangelicis auctoritatibus / et apostolice doctrine tes
timoniis / nitore quodam lucis / adveritatis
splendorem radiare / omnibusque sensibus con
venire / quos beatus ambrosius de incarna
cionis dominice misterio suis libris / sancto spiritu ex
citatus inseruit. Et quia omnia maiorum
fidei nobis antiquitus tradite / tota puritate
conveniunt / domine sancte et beatissime pater / pla
cuit omnibus / quorum subscriptio subter an
nexa nomina / poterit declarare / ut eos qui im
pie de incarnacionis dominice sacramento / senciunt /
quamvis intellectus sui pravitate / a catholice
fidei veritate recedentes / se ipsos dignos
abiectione fecerint / suo etiam consensu / auc
toritatis vestre precedente sententia / dampnacione
congrua / persequendos / litterarum ergo vestrarum for
mam secuti / modum perscripte ordinacionis
nos firmasse / his per fratrem et coepiscopum meum
ciriacum missis / ostendimus superesse / ut
a cunctis domino perpetue retinentes / hoc
futuris memorabile seculis relinquatis / ut
ab hoc tempore extincta penitus impie sec
te contagia videantur / ut nonnis purga
cionibus incentivum prostrata succumbet. Et
alia manu / Incolumem beatitudinem tuam
summa divinitas adornet atque custodiat /
domine sancte beatissime pater EVSEBI
VS Episcopus ecclesie Mediolanensis in omnia
suprascripta consensi et subscripsi / anathema
dicens his / qui de incarnacionis dominice sac
ramento impia senserunt EGO FA
VENCIVS Episcopus Ecclesie regi
ensis / in omnia suprascripta consensi et sub
scripsi anathema dicens his qui de incar
nacionis dominice sacramento impia senserunt
EGO. MAIORIANVS Episcopus
ecclesie placentine / in omnia subscripta et
subscripsi / anathema dicens his qui de incar
nacionis dominice sacramento impia sense
runt / EGO CYPRIANVS
episcopus ecclesie brixillane / omnia suprascripta
consensi et subscripsi / anathema dicens
his qui de incarnacionis dominice sacramento

impia senserunt EGO Quintinus episcopus
ecclesie Dortonensis in omnia suprascripta
consensi et subscripsi / anathema dicens
his qui de incarnacionis dominice sacramento impia
senserunt EGO Crispinus / ecclesie
ticinensis in omnia suprascripta consensi et
subscripsi anathema dicens his qui de in
carnacionis dominice sacramento impia sense
runt EGO Maximus episcopus ecclesie tau
rinatis in omnia suprascripta consensi et sub
scripsi anathema dicens his qui de in
carnacionis dominice sacramento impia sen
serunt EGO Gradus presbiter directus
ab episcopo eusebio ecclesie augustane / vice
ipsius in omnia suprascripta consensi et sub
scripsi anathema dicens his qui de in
carnacionis dominice sacramento impia sen
serunt EGO Ciriacus episcopus ecclesie
laudensis / in omnia suprascripta consensi et
subscripsi anathema dicens his qui de
incarnacionis dominice sacramento impia sense
runt EGO Abundancius episcopus ecclesie
comensis / in omnia suprascripta consensi et
subscripsi pro me ac pro absente sancto fratre meo
asimone episcopo ecclesie curiensis primum recitati
et subscripsi anathema dicens his qui de
incarnacionis dominice sacramento impia sense
runt EGO pascasius episcopus ecclesie
genuensis / in omnia suprascripta consensi et
subscripsi anathema dicens his qui de
incarnacionis dominice sacramento impia
senserunt EGO pastor episcopus ecclesie
astensis / in omnia suprascripta consensi et sub
scripsi anathema dicens his qui de in
carnacionis dominice sacramento impia sen
serunt EGO Iustianus episcopus ecclesie
vercellensis / in omnia suprascripta consensi
et subscripsi anathema dicens his qui
de incarnacionis dominice sacramento impia sen
serunt EGO Quintus episcopus ecclesie albi
ganensis in omnia suprascripta consensi et
subscripsi anathema dicens his qui de
incarnacionis dominice sacramento impia sense
runt EGO Iprimanus episcopus ecclesie Ber
gomatis in omnia suprascripta consensi et
subscripsi anathema dicens his qui de
incarnacionis dominice sacramento impia senserunt

Epistola Ravennii aliorumque episcoporum gallorum ad
leonem papam fidei eius quam ad oriente
direxit laudem dicentes recta

DOMINO vero sancto mi
to in christo beatis
simo et apostolico honore vene 99
rando pape leoni Ravennius. Rusti
cus. Venerius. Constantinus. / Maxi
mus. Asclepius / Item Maximus. Ursi
lugenulus. Iustus. Valerius. Supinctus
Crisafius fonteius. pretomus. hyclari
us. Aetherius Eulalius Eustasius. fra
ternus. Victurius. Eugenius. hylarius.

Verus. Amandus. Gerontius. Porcilianus. Julianus. Helladius. Armentarius. Honoratus. Herpartius. Anemius. Priuanius. Maximinus. Lizatus. Et palladius. Perlata ad nos epistola beatitudinis vestre, quam ad orientem pro catholice fidei assercione misistis, optassemus et statim apostolatui vestro pro tam immenso munere gratiarum actionem referre, nisi nobis difficultatem qua nimium celeriter non potuimus convenire, vel que spacia quibus a nobis dispersi sumus longa terrarum vel aurarum, que in regionibus nostris preter consuetudinem fuit intemperies, attulisset. Det gloriosus apostolatus vester nostre veniam tarditati, que non deocio aut dissimulacione, sed de certa necessitate descendit; queque a nobis et felicitatis graciam abstulit, exultandi tamen materiam auferre non potuit. Exultavimus itaque in xpisto propicio lectis beatitudinis vestre litteris, et omni instructione patefacta, omnes intra gallias constitutos exultare mox fecimus, dolentes pariter de his nobiscum qui catholice fidei lumine derelicto errorum tenebras inciderunt. Que apostolatus vestri scripta ut symbolum fidei quisquis redemptionis sacramenta non negligit tabulis cordis ascribit et tenaci, quo ad confundendos hereticorum errores paratior sit, memorie commendabit. Multi itaque in ea gaudentes pariter et exultantes recognoverunt fidei sue sensum, et ita se semper ex tradicione paterna tenuisse, ut vester apostolatus exposuit, iure letantur. Nonnulli sollicitiores facti beatitudinis vestre admonicione percepta modis omnibus se gratulantur instructos, datamque sibi occasionem gaudent, qua libere ac fiducialiter suffragante etiam sedis apostolice auctoritate eloquatur et asserat unusquisque quod credit. Aut apostolatui vestro pro hoc tanto munere, quod non solum gallias sed totum mundum velut quibusdam preciosissimis gemmis ornavit, dignas estimet gratias posse persolvi? Doctrine post dominum nostrum debet quisque fidelis ut constanter teneat quod credebat; debet etiam infidelis ut a perfidia sua agnita veritate discedat, et apostolice institucionis luce perfusus erroris sui tenebras derelinquat, magis quam sequatur et credat quod per vos verum dominus noster ihesus xpistus de sacramento incarnacionis sue docet, quam id teneat quod dyabolus humane salutis et veritatis inimicus fallat. Optassemus etiam ad filium vestrum gloriosissimum ac fidelissimum principem super eandem causam litteras dare, quibus gratulantes fidei ipsius humilitatis quoque vestre sollicitudine, qua nos in xpisto sequimur, proderemus, nisi ad vos de orientalibus nuncio perlato fieri hoc minime necessarium putassemus. Velis autem apostolatus vestri prius dominus prestitit, ut heresim iam diu occulte nutritam vestris temporibus proderet; ad laudem enim sollicitudinis vestre pertinet, quod malorum error latere non potuit; ad gloriose fidei edificacionem redundat, quod prava persuasio perniciei aut non invenit aut inventus amisit. Vos respiciat itaque conservando apostolatum vestrum misericors dominus, et ecclesiam suam toto orbe terrarum diffusam. Vos enim ita invigilante, et hii qui curam anime sue gerunt sollicitiores in fide redduntur, et hii qui parum de fide sunt, tanto ad sollicitudinem attenduntur exemplo, quod nos ante oculos semper habentes non desinemus domino ac deo nostro gratias agere et pariter supplicare, gratulantes quod tante sanctitatis tante fidei tanteque doctrine apostolice sedi, unde religionis nostre propicio xpisto fons et origo manavit, antistitem dedit, petentes etiam ut datum concessumque. Almus pontificem vestrum longissima ad edificacionem ecclesiarum suarum etate custodiat. Nos autem, etsi impares meritis, pari tamen fide, si quid, quod absit, contra catholicam ecclesiam perfidia infestacione temptetur, parati sumus confortante domino cum beatitudine vestra pro veritate fidei animas nostras ponere, et vitam hanc auctori salutis nostre et largitori eternitatis impendere. Et alia manu: Ora pro me domine merito beatissime et apostolico honore venerande papa. Rusticus episcopus apostolatum vestrum in domino venerans et ut digneris pro me orare supplex rogo. Venerius te domine in xpisto meum reverentissime saluto, et ut digneris pro me orare supplex rogo. Constantinus episcopus beatitudinem vestram saluto. Similiter et omnes episcopi suprascripti salutaverunt.

Epistola eiusdem leonis ad Juvenalem iherosolimitanum episcopum

LEO episcopus Juvenali episcopo iherosolimitano. 409 Acceptis dilectionis tue litteris quas ad me filii mei andreas presbyter et petrus dyaconus detulerunt, gavisus quidem sum quod tibi ad episcopatus tui sedem redire licuisset, sed eo fluctibus in retardacione omnibus causis que te per quosdam excessus laborare fecerunt, dolui adversitatum tuarum temetipsum tibi fuisse materiam, et resistendi hereticis constanciam perdidisse, qui estimant non esse tibi liberum ut eos audeas redarguere, quos tibi professus sis in suo errore placuisse. Beate enim memorie flauiani condempnacio et impiissimi eutichetis receptio quid nisi domini nostri ihesu xpisti secundum carnem negacio fuit? Quam ipse grandi iniuria sua fecit resolui, cum detestandum illud ephesine synodi iudicium, ita sancti calcedonensis concilii auctoritate destruxit, ut nullam dampnatorum

a remedio correctionis arceret/ Unde quia
in tempore indulgencie resipiscenciam ma-
gis quam pertinaciam delegisti/ ita gaudeo
te celestem expetisse medicinam/ ut fidei
ab hereticis impugnate/ tandem possis
esse defensor/ Quamvis enim nulli sacerdotum
liceat nescire quod predicat/ quamquam qui ignorat
ignorabitur/ tamen est omnibus imperitus impru-
dencior/ quilibet iherosolimis habitans christianus
qui ad cognoscendam virtutem evangelii/ non
solum paginarum eloquiis/ sed ipsorum locorum
testimoniis non eruditur/ Et quod alibi sed
non credi/ non potest non videri/ Quid laborat intel-
lectus/ ubi est magister aspectus/ Cur autem lecta
vel audita sunt dubia/ ubi se et visui et tac-
tui/ tota humane salutis ingesserunt sacramen-
ta/ Quasi ad singulos quosque cunctantes
dominus adhuc voce corporea utatur et dicat
Quid turbati estis/ et quare cogitaciones
ascendunt in corda vestra/ videte manus meas
quia ego ipse sum/ palpate quia spiritus
carnem et ossa non habet sicut me videtis
habere/ Utere ergo frater karissime invictissimis catho-
lice fidei documentis/ et evangeliorum predicacionem
sanctorum locorum in quibus degis testificacione
defende/ Apud te est bethleem in qua salu-
tifer davidice partus illuxit/ quem involutum
pannis/ inter angustias diversorii presepe sus-
cepit/ Apud te declarata ab angelis/ ado-
rata a magis/ et per multorum infancium mor-
tes/ ab herode quesita salvatoris infanci-
a/ Apud te est/ ubi puericia eius adolevit
/ ubi adolescencia maturavit/ et per incre-
menta corporea/ virorum perfecti veri hominis
natura proficeret/ non sine cibo esuricionis/ non
sine sompno quietis/ non sine fletu misere-
racionis/ nec sine pavore formidinis/ Unus
enim atque idem est/ qui et in dei forma operatus
est/ miracula magna virtutis et in forma
servi subiit seviciam passionis/ hoc tibi ipsa
crux indesinenter loquitur/ hic lapis clamat
sepulcri/ in quo dominus humana condicione
iacuit/ et de quo divina potencia resurrexit
Cum autem ad montem oliveti locum ascensio-
nis veneraturus accedis/ precone vox illa ange-
lica in tuo resultat auditu/ quia elevacionem
domini stupentibus dixit/ viri galilei quid statis
aspicientes in celum/ hic ihesus qui assumptus
a vobis/ sic veniet quemadmodum vidistis
eum euntem in celum/ Veram generacionem/ ve-
ra crux confirmat/ quia ipse in carne nostra nas-
citur/ qui in nostra carne crucifigitur que
nullo interveniente peccato/ nisi fuisset nostri
generis non potuisset esse mortalis/ Ut autem
repararet omnium vitam/ recepit omnium
causam et vim veteris cyrographi quod solus
inter omnes non debuit/ pro omnibus solvendo va-
cuavit/ ut sicut per unius reatum omnes facti
fuerant peccatores/ ita per unius innocen-
ciam omnes fierent innocentes/ Inde in homines

manante iusticia ubi est humana suscep-
ta natura/ Nulla enim racione/ extra nostri
est corporis veritatem de quo evangelis-
ta predicacionem inchoans dixit/ liber ge-
neracionis ihesu christi filii david filii abra-
ham/ et qui samaritane mulieri protestatur/
quoniam salus ex iudeis est/ beati pauli apostoli con-
sonante doctrina/ cum dicit/ quorum patres et ex
quibus christus secundum carnem/ qui est super
omnia deus benedictus in secula/ Item quod
ad thimotheum/ memento inquit dominum ihesum
resurrexisse a mortuis/ ex semine david
secundum carnem/ Hec autem veritas/ quantis et
novi et veteris testamenti auctoritatibus/
declaretur/ pro antiquitate sacerdocii tui
evidencius agnoscis/ cum fides patrum
et scripta mea/ ad sancte memorie flaviani
data/ quorum mencionem ipse fecisti/ adiecta
universalis synodi confirmacione/ suffi-
ciant/ Unde prospicere oportet/ dilectionem
tuam/ ne contra redempcionis ac spei nostre
ineffabile sacramentum/ ullus obmurmuret/ sed
si qui adhuc/ aut ignorancia caligant/
aut perversitate discordant/ eorum quorum in
ecclesia dei apostolica fuit et clara doctrina/
auctoritatibus/ instruantur/ ut de incarna-
cione verbi dei hoc nos credere/ quod illi cre-
didere/ cognoscant/ neque se extra corpus dei
christi/ in quo commortui et conresuscitati fu-
imus/ sua obduracione constituant/ quia nec
pietas fidei/ nec racio recipit sacramenti/
ut aut in sua essencia passibilis fuerit dei-
tas/ aut in nostre nature suscepcione menti-
ta sit veritas/ particulam dominice crucis/ cum
eulogiis dileccionis vestre/ veneranter accepi
Datum iii nonas Septembris Etio et Studi-
o vv cc consul. *Item epistola leonis pape
ad Marcianum augustum ubi gracias agit
quod per calcedonense concilium pax eccle-
sie catholice sit reddita etc.*

LEO episcopus marciano augusto 115
/ Multa in operibus clemen-
cie vestre litteris/ causa/ gaudendi est
datum ex magna divine providencie misericordia/
prestitum humanis rebus extat/ quod ec-
clesiasticam pacem/ que non nisi unitate
predicacionis evangelice/ custoditur/ piissi-
mo studio/ iuvare dignamini/ ut fidei vestre
gloria/ non solum unitati rei publice/ sed eciam
religionis profectibus/ augeatur gloriosissime
imperator/ Unde ineffabiliter deo gracias a-
go/ quod eo tempore/ quo oborirentur hereti-
corum scandala presciebat/ vos imperii fastigio
collocavit/ in quibus ad totius mundi salu-
tem/ et regia potencia/ et sacerdotalis vigeret
industria Nam cum vestro precipue opere sit ef-
fectum ut per synodale concilium/ dampnatis im-
pii dogmatis defensoribus/ omnes vires
sacrilegus error amitteret/ ad eius fidem devo-
cionis pertinet palmam/ si malum quod in

sius duabus/ oppressimus est/ etiam in quibus iam quoque reliquis declaratur. Quod facilius clemencia vestra arbitratur implendum/ si per universas ecclesias diffinitiones sancte synodi calcedonensis apostolice sedi placuisse doceantur/ de qua quidem racio non fuit ambigendi/ cum ei fidei/ omnium subscribendo consensus accesserit/ que admodum secundum formam apostolice doctrine ac paterne tradicionis/ emissa est/ et per fratrem meum Lucianum episcopum talia et ad gloriam vestram et ad constantinopolitanum antistitem/ scripta direxerim/ que evidenter ostendent/ me ea que de fide catholica/ synodo diffinita fuerant/ approbare/ Sed quia in eisdem litteris/ ea que per occasionem synodi male sunt attemptata/ reprehenderam/ maluit predictus antistes/ meam gratulacionem tacere/ quam suum ambitum publicare/ Michi autem multum fiducie/ deo per vos operante/ collatum est/ quod probasse vos per observanciam meam/ de custodia canonum patrum/ pietatis vestre/ affatibus indicastis/ Et inde geminatur gaudium meum/ cum vobis religiosissime placere cognosco/ ut et fides Nicena suam teneat firmitatem/ et privilegia ecclesiarum illibata permaneant/ Quamvis autem de perfectione fidei vestre opere nichil vestra pietas indicaverit. Michi tamen per venerabilem specialiter virum fratrem meum Julianum episcopum innotuisse significo/ quam pie dignati fueritis imperitorum monachorum/ animos et cohibere pariter et docere ut si illos non penitus deseruit divina inspiracio/ senciant se et didicisse/ quod credant/ et agnovisse quod timeant/ Quia omnibus modis obediendum est pietati vestre/ et religiosissime voluntati constitucionibus synodalibus/ que michi de confirmacione fidei catholice/ et de hereticorum dampnacione placuerunt/ libens adieci sentenciam meam/ Que ut ad noticiam omnium sacerdotum ecclesiarumque perveniat/ vestre clemencie precepto ordinare dignabitur/ At futuram credo et spero dei graciam que tam statum tanti principis curam plenissimam/ desiderii sui fructum faciat/ optinere/ ut omnibus dissenciendi occasionibus amputatis/ apostolice ubique doctrine pax regnet/ et unitas/ Fratri autem meo Juliano episcopo novit vestra clemencia/ hoc me specialiter delegasse/ ut quicquid illic ad custodiam fidei pertinere probaverit/ meo nomine vestre fiducialiter suggerat pietati/ quam certus sum vos adhuc omnia emendanda vel defendenda deo auxiliante sufficere/ Datum xij kalendas aprilis opilione ij consule.

Item epistola leonis pape ad episcopos qui in sancta synodo calcedonense congregati fuerunt directa/

114 LEO episcopus sancte synodo apud calcedoniam habite/ omnem quidem fraternitatem vestram nosse non ambigo/ diffinicionem sancte synodi/ que ob confirmacionem fidei in calcedonense civitate celebrata est/ toto corde me fuisse complexum/ quia nulla sinebat racio/ ut qui unitatem fidei catholice dolebam ab hereticis turbatam fuisse/ non exultarem in integrum gaudeerem rediisse/ hoc autem non solum ex ipso beatissime confessionis effectu/ sed eciam ex epistolis meis/ quas post reditum meorum ad constantinopolitane urbis antistitem dedi/ potuissetis agnoscere/ si vobis responsionem sedis apostolice manifestare voluisset/ Ne ergo per malignos interpretes/ dubitabile videatur utrum que in synodo calcedonensi/ per unanimitatem vestram de fide statuta sunt/ approbem/ hec ad omnes fratres et coepiscopos nostros/ qui predicto concilio interfuerunt/ scripta direxi/ que gloriosissimus et clementissimus princeps/ sicut postulavi in noticiam vestram/ mittere/ pro catholice fidei amore dignabitur/ ut et fraterna universitas et omnium fidelium corda cognoscant/ me non solum per fratres/ qui vicem meam executi sunt/ per approbacionem gestorum synodalium/ propriam vobiscum iunxisse sentenciam/ In sola videlicet fidei causa/ quod sepe dicendum est propter quam generale concilium/ et ex precepto christianorum principum/ et ex consensu apostolice sedis placuit congregari/ ut dampnatis hereticis/ qui si corrigi voluissent/ nulla penitus residet de incarnacione domini nostri ihesu christi intemeracione dubitacio/ Unde si quis unquam ausus fuit/ vel nestorii perfidiam tueri/ vel eutichetis ac dioscori impium dogma defendere/ a catholicorum communione reiciatur/ nec habeat eius corporis participacionem/ cuius abnegat veritatem fratres karissimi/ De custodiendis quoque sanctorum patrum statutis/ que in synodo Nicena inviolabilibus sunt fixa decretis/ observanciam vestre sanctitatis admoneo/ ut iura ecclesiarum sicut ab illis trecentis decem et octo patribus/ divinitus inspirata sunt/ ordinata permaneant/ nichil alienum improbus ambitus concupiscat/ nec per alterius imminucionem/ suum aliquis querat augmentum/ Quantumlibet enim exortis assentacionibus/ sese instruat vanitatis elacio/ ac appetitus suos/ conciliorum estimet nomine roborandos/ infirmum atque irritum erit/ quicquid a predictorum patrum canonibus discrepaverit/ Quorum regulis apostolica sedes quam reverenter utatur/ scriptorum meorum quibus constantinopolitani antistitis conatus repuli/ sanctitas vestra poterit lectione cognoscere/ et me auxiliante domino nostro et catholice fidei et paternarum constitucionum esse custodem// Datum xij kalendas aprilis opilione ij consule.

Epistola leonis pape ad marcianum augustum in qua scribit de exilio eutichetis ut ad secreciora loca eum transferret quia ubi positus erat adhuc prava docebat et cetera

LEO episcopus Marciano augusto/ quod sepissime multa iam experimenta docuerunt/ sanctum pietatis vestre studium/ circa religionem christianam 134

gloriosis perseuerat et crescit augmentis et hec
fides vestre clementie non solum me sed omnes
domini sacerdotes consolatur et roborat dum
in christianissimo principe sacerdotalem exprimit
affectum. Quem si orientalium patrum sacerdo-
tes studeant imitari nullum scandalum neque pax
neque fides christiana patietur. Vnde tum con-
stantinopolitanus antistes ad omne pieta-
tis prouectum pietatis clementie vestre docear
exemplo si fideliter vestris adquiescat horta-
tibus in me sincere gratie habebit animum tam ut
quod uerbis spondet perficiat. Si uero que deo
et pietati vestre displicent pertinaci intencio-
ne delegerit salua mansuetudinis vestre re-
uerentia utar cum omnibus et pro omnibus
nobis quoque annitentibus aduersus superbi-
entem liberiore consciencia quia quod sepe di-
cendum est male pullulancia ferra caritate
oportet resecare gloriosissime imperator. Quia
uero suggestiones meas pro tranquillitate
catholice fidei libenter accipitis significatum
michi litteris que excepistis piissime Juliani
sermone cognoscite eutichen inpium prorsus
quidem dignus exulare sed in ipso sue dampnacionis
loco multa aduersus integritatem catholicam
blasphemiarum desperatus uenena perfundere et
quod in illo totus mundus exhorruit atque dam-
nauit inpudentia maiori ut innocentes
decipere possit euomere [illegible] plenum itaque ra-
tionis estimo esse ut vestra clemencia ad uicio-
ra eum iubeat et secretiora transferre. Mona-
sterio uero eius constantinopolis constituto
in quo habitatores ipsius monachi euange-
lica apostolicaque doctrina carebunt et plenius
roborandi salubriter id fiet arbitrio si is qui in
ipso monasterio prepositus esse dicitur a societate
ueneratoris mei Juliani episcopi que in specia-
lis propter fidem illic esse constitui non recedat
cuius assidua instructione profectus seruorum
dei illic habitancium possit augeri. Petitionem
autem de festiuitate paschalis gaudii ita no-
ui a vestra pietate susceptam ut confestim no-
tarium agentem in rebus alexandriam mitteret
de errore remouendo que sancte memorie theo-
phili constitutio uidetur inferre de qua re-
sicut scribere dignamini quidquid ad pietatis vestre
noticiam relatum fuit iubete me nosse ut de
obseruancia quam non licet esse diuersam quid po-
tissimum sit ecclesia uniuersalis cognoscat
pastorum autem ut vestre noui clementie conuenire
ut eos maxime tueamini ut contra omnes insi-
dias quos michi et vestre mansuetudini propter
amorem fidei placere cognoscitis ut eos con-
stantinopolitanus episcopus ledendi non habeat
facultatem. Datum xvi. kalendas maii actio et
studio iiii consulibus. *Epistola eiusdem leonis*
pape ad anatholium episcopum per nectarium age-

135 Leo episcopus a *tem directa ad*
anatholio fratri firmo et commu-
tabili que proposito dilectio tua quam ca-

gre communis habuisset nil profecto quod
ullam anxietatem tibi ingereret extitisset
Non enim sinebat ratio ut eius caritatem
spernerem qui et amore pacis et studio repa-
rande catholice fidei in ipsa operatis rudi-
menta inuissem optans in ecclesiasticis cu-
ris talem habere consortem ut michi de sanctis
predecessoribus tuis nec Johannis spiritualem co-
piosamque doctrinam nec auctoritatem atti-
ci nec industriam procli nec fidem beati flaui-
ani deesse sentirem et ita studiis tuis inte-
ntus nullus accideret uel fidei catholice resulta-
re uel sanctionis uenerabilium patrum regulis
contra ire sed cum in tuam canonum ut agnos-
titis illa temptata sunt que omnibus ecclesiis
scandalum maximum generarent quod
aptius ac modestius facerem quam ut te primum
ut abhac intencione discederes fraterno animo
missis litteris admonerem ad quas cum non re-
scriberes spe te a colloquii mei consorcio se-
pasti denique inde iam tacui sed clementis-
simo principi custodi fidei frequenti litterarum
peticione suggessi ut propacare ecclesiarum
quam tibi maxime prodesse cognoscis hec
que nunc a tua dilectione facta sunt implere-
tur. Cui ineffabiles gratias ago quod secundum
erudicionem spiritus sancti cuius est deuitute
plenissimus sacerdotali dignatur studere
concordie sciens sibi orationes supplica-
tionum copiosius profuturasque famuli omnis domini
in nullo sint a uere pacis vnitate diuisi.
Quod ergo in constantinopolitana ecclesia que-
dam in officiis clericorum correcta significas
ut et etiam presbiterum in tua gratia affectioneque
reuocaueris et andream archidiaconum acti-
one submoueris nobis placuisse rescribo
quia existimationem tuam ut optabam plurimum
erigit atque commendat. Et merito post correc-
tionem in obliuionem deducitur quod reprehe-
sione noxium uidebatur cum hereticorum prouectione
et sancte memorie flauianum iniuria grauaueris
que nunc simul ab omni offensione cum tu
ut uolui laude cessabitur quia in ordinem
suum que fuerant turbata redierunt. Andrea
sane qui rationabiliter archidiaconi est
priuatus officio et eutitianum qui sancte memo-
rie flauiani ut compertimus extitit ac-
cusator si professionibus plenissime scriptis
non minus eutitianam heresim quam nestori-
anum execrabile dogma condempnat quam ue-
nia est prestanda correctis presbiteros consecra-
bis ut sibi remedium catholice fidei senciant
profuisse electo primitus et probato qui
archydiaconi officium possit implere id est
que nulla umquam predictarum impietatum
fama respexerit. Ceteri uero quos par reatus
inuoluerat si ueniam simili professione cum
satisfactione deposcunt suis ordinibus re-
formentur hiis tamen ad officiorum primatum ad-
missis quos ab omni errore liberos fuisse co-

stiterit. Illam autem culpam quam de augen
da potestate aliena, ut asseris, adhortacione
contraxeras, effitatius atque sincerius tua ca
ritas diluisset, si quod temptari sine tua volu
ntate non potuit, non ad sola clericorum consilia
transtulisses, quia sicut in mala suasione de
linquitur, ita et in mala consensione peccatur.
Sed gratum michi est frater karissime, quod dilectio
tua profitetur sibi displicere, quod tunc e
tiam placere non debuit. Sufficit in gratie
communis regressu, professio tue dilectionis
et attestatio principis christiani, nec videtur
tarda correctio, cui tam venerabilis assertor
accessit, abiciatur penitus inconcessi iuris
qui dissensionem fecerat appetitus, suf
ficiant limites, quos sanctorum patrum prudentis
sima decreta posuerunt, ut quieta sinceritatis
et antiquis privilegiis dignitas omnium sacer
dotum renovetur, et maneat inter dominice
caritatis affectio, ad quam dilectionem tuam sepius
cohortatus sum, cum fratre et coepiscopo nostro Iuliano,
qui communem graciam semper optavit, cuius
industria sollicitudines meae relevabuntur
et fides catholica muniet. Super omnia at
fraterna caritate hortor et moneo ut ea
que ad gloriam vel ad munimine pertinet sa
cerdotalis officii, maiorum canonum universa
lis ecclesie, patrum servata decreta custodi
as, sic inter dominum sacerdotes inviolata cari
tas permanebit, si paribus studiis que sunt
a sanctis patribus constituta servent. Datum
iiij kl. Iunij actio et studio iiij contra
consul. Item epistola eiusdem leonis pape
ad marcianum augustum tercia de pro
terio alexandrino episcopo ut formam suorum decre
ta conseruet. Ubi postulat imperatorem
ut epistolam quam ad flavianum constantinopo
litanum episcopum miserat in greco translatam alex
andrine ecclesie destinet.

130 LEO episcopus marciano augusto. Pu
ritatem fidei christiane, qua cle
mencia vestra perfulget, etiam his litteris
quas frater et coepiscopus meus Nestorius detulit
demonstrastis, iustissimum fratri meo proterio a
lexandrine urbis antistiti impendentes fa
uorem quo michi per omnia esset acceptior.
Nam cum pietas vestra testimonium perhibere dig
natur, indubitanter est probatus, etiam si ta
ceret. Sed accedit ad graciam quod proprio quoque
sermone cognoscitur, quam sincerus sit ca
tholici dogmatis predicator, ipsius professione
clarescat. Unde plenissimo affectu dilectionem
ortodoxi fratris amplector, et deo gratias ago, quod
amoto eo, qui ewangelio christi voluit contraire,
et sanctorum intelligencie dissidere, alterum prospexit
alexandrine ecclesie sacerdotem, qui precedenti
bus rectoribus, et fide concordaret et vita.
Nam cum amplexus esset epistolam meam, quam
ad beate memorie flavianum, contra eutichen
que cum impium in toto corde profitetur.

nisi quid aliud quam quod apostolorum se ostendit esse
discipulum quod doctrina veritatis in lumine suo
permanet. Non potest esse divisum, quod unum est
atque individuum. Rescripsi itaque proterio fratri quod de
bui, atque ut in sancto studio perseueret admonui.
Qui sine dubio constans erit, si etiam cleme
ncie vestre cohortacionibus adiuvetur, nec maligno
enim fecerat quorundam inperita dissensio, quos
paucorum hereticorum instigacionibus ignoran
cia fecit obnoxios. Quod ergo sua negligencia
assequi nequiunt, oportuno eorum insinuetur audi
tui. Et ne memoratis nova inferre, et propria
videamur astruere, venerabilium patrum qui
eidem ecclesie prefuerunt scripta legantur. Quid
beatus athanasius, quid theophilus, quid
Cirillus, quod etiam alij orientales magistri de in
carnacione domini senserint, recognoscant, ne re
pullulantibus decipiantur erroribus qui olim
evangelica sermonis sunt virtute prostrati. Quoniam
omnes vere hereses que diuersis temporibus exti
terunt, dum sacramentum corporis nativitatis
et passionis ac resurrexionis christi non intelli
gunt, ab euangelio deviarunt. Et possunt nimis
laborare, in hereticis repellendis, si rudes a
nimos, carnis turbarent mendacia, que perimit
antiquitas, sed ut dixi hic docendi optimus
modus est, ut patrum sensus litteras meas alexan
drine plebis et clericorum auribus innotescat. Et
siqui sunt qui nostra scripta despiciunt, illis saltem
qui nobiscum apostolicis sensibus congruunt ad
quiescant. In quo opere, multum cum sacerdotis nostri
devocione gaudebo, et semper ipsius unani
mitate letabor, quia fraterna pax non nisi fidei con
fessione seruatur. Quia vero quorundam he
reticorum versuta nequicia ad conturbandam sacer
dotum simplicitatem, epistolam meam, quam ad beate
memorie flavianum dedi, falsam esse perhibet
ut commutatis quibusdam verbis vel sillabis re
ceptorem me Nestoriane heresis asserat, ob
secro venerabilem clemenciam vestram, ut eandem
epistolam per fratrem meum Iulianum episcopum vel eos quos
idoneos ad hoc opus pietas vestra delegerit,
in grecum sermonem iubeatis integre diligenter
que translatam per ydoneum platorem sub vestri
signaculi inpressione deferri tradendam iudici
bus alexandrinis qui tam clero et plebi civita
tis ipsius, quam predictorum episcoporum peticionibus, quibus
in ea consecrant, scripta faciant recitari, ut ag
noscant se fallaciam hominum fraude, ultius de
cipi non debere, et probent apostolice sedis, sine
errore esse discipuli, apud quam, nec eutices
nec Nestorius, ullum optinent locum, quia sicut
alios hereticos, ita et istos, ecclesia universalis
dampnavit. Datum ydus xj marcij. Epistola leonis
pape ad episcopos palestinos sequitur.

LEO episcopus universis episcopis per 124
palestinam constitutis. Sol
licitudini mee, qua universali ecclie
omnibusque eius filiis debeo, multorum relacione
patefactum est dilectionis vestre animus, quidam

offensionis illatum dum aut imperiti ut ap
paret interpretes / aut maligni / quedam vos
aliter intelligere quam a me sunt predicta fece
runt / non valentes in grecum eloquium / apte
et proprie latinum transferre / cum in rebus subti
libus / ac difficilibus explicandis / vix sibi eti
am in sua lingua disputator quisque sufficiat /
Quod tamen apud me eo proficit / ut dum ea
que catholica fides respuit / improbatis in
telligamus vos veris amiciores esse / quam
falsis / et id merito refutare / quod ex antique in
stitutione doctrine / etiam ipse detestor / Quam
vis enim epistola mea / ad sancte memorie Flavianum
episcopum data / satis sibi ad manifestationem sui ipsa
sufficiat / neque in aliquo aut purgationis aut
expositionis indigeat / alia tamen / cum eadem
scripta mea concordant / in quibus similiter predica
tionis mee sensus in aperto est / Necessitatem enim
habens contra hereticos / qui multos Christi popu
los conturbaverant / disserendi / et clemen
tissimis principibus / et sancto concilio synoda
li / et Constantinopolitane ecclesie / quid de incar
natione verbi / secundum evangelium apostolicamque doc
trinam deberemus sapere / ac sentire / patefeci /
et in nullo a sanctorum patrum confessione discessi /
quia una est vera et singularis catholica
fides / cui nichil addi / nichil minui potest / Quia
Nestorius prius et nunc Eutices diverso assertione
quidem / sed simili impietate / impugnare co
nati sunt / et ecclesie dei duas hereses sibimet
contrarias / inferre temptaverunt / ut utraque a dis
cipulis veritatis merito dampnaretur / quia
insanum nimis et sacrilegum fuit / quod varia
falsitate ambo senserunt / Anathematizetur er
go Nestorius / qui beatam virginem Mariam ho
minis tantummodo credidit genitricem / et aliam personam
carnis aliam faceret deitatis / nec unum Christum
in verbo dei et carne sentiret / sed separatim atque
seiunctim alium filium dei / alium filium hominis pre
dicaret / cum manente illa / incommutabili sub
stantia / que ei cum patre et cum spiritu sancto / intem
poralis atque coeterna est / ita intra virginea
viscera / verbum caro factum sit / ut uno conceptu
uno quoque partu / eadem virgo / secundum unionem
utriusque substantie / et ancilla domini esset et mater / Quod
etiam Elizabeth Lucas evangelista declarat /
intellexisse / cum dicat unde michi hoc ut
mater domini mei veniat ad me / Eutices quoque
eodem percellatur anathemate / qui per impi
os veterum hereticorum volutatus errores / tercium
Appollinaris dogma delegit / ut negata hu
mane carnis atque anime veritate / totum dominum
nostrum Ihesum Christum / unius asserat esse nature / tam
quam verbi deitas ipsa se in carnem / animamque con
verterit / et concipi atque nasci nutriri et crescere
crucifigi ac mori sepeliri ac resurgere
et ascendere in celum / et in patris dexteram unde
ad iudicandos vivos et mortuos veniet / con
sedere voluerit / cuiusque tantum essentie fuerit /
que nichil horum in se sine carnis recipit

veritate / quoniam natura unigeniti / natura est patris
/ natura est spiritus sancti / simulque impassi
bilis simulque incommutabilis / sempiterne trini
tatis indivisa unitas et consubstantialis equa
litas / Unde si ab Appollinaris perversitate /
hereticus iste discessit / ne convincatur
deitatem passibilem sentire / atque mortalem /
et tamen verbi incarnati id est verbi et carnis / unam
audet pronuntiare naturam / non dubie in
Manichei et Marcionis transit insaniam
et mediatorem dei et hominum / hominem
Ihesum Christum / simulatorie omnia credit egisse
nec humanum in ipso corpus / sed fantasticam
speciem corporis / oculis apparuisse cernentium
Que impietatis mendacia / quoniam olim fides
catholica detestatur / et talium sacrilegia
/ concordibus per totum mundum beatorum patrum
/ sententiis dampnata sunt / quicumque illi sunt
ita obcecati / et a lumine veritatis alieni / ut
verbo dei a tempore incarnationis huma
nam id est nostram negent inesse naturam / osten
dant in quo sibi Christianum nomen usurpent
et cum evangelio veritatis / qua ratione
concordent / si beate virginis partu / aut caro
sine deitate / aut est orta deitas / sine car
ne / Sicut enim negari non potest / quod verbum caro
factum est et habitavit in nobis / ita negari non potest
/ quod deus erat in Christo / mundum reconcilians
sibi / Que autem reconciliatio esse potest / qua
humano generi propiciaretur / nisi omnium causam
mediator dei et hominum susciperet / qua vero
ratione veritatem mediatoris impleret / nisi
qui in forma dei equalis erat patri / in for
ma servi particeps esset et nostri / ut per unius no
vi hominem / fieret renovatio vetustatis
et mortis vinculum / unius prevaricatione
contractum / unius morte qui solus morti
nichil debuit / solveretur / Effusio enim pro
iniustis / sanguinis iusti / tam potens fuit /
ad privilegium / tam dives ad precium / ut si uni
versitas captivorum / in redemptorem suum cre
deret / nullum tyrannica vincula retinerent /
quoniam sicut apostolus ait / ubi habundavit peccatum
superhabundavit gratia / Et cum sub peccati preiudicio
nati / potestatem acceperint ad iusticiam renas
cendi / validius factum est donum libertatis / quam
debitum servitutis / Quam itaque sibi in huius
sacramenti presidio / spem relinquunt / qui in
salvatoris nostri corpore / negant humane
substantie veritatem / dicant quo sacrificio re
conciliati / dicant quo sanguine sunt redempti
Quis est qui tradidit semetipsum pro nobis /
oblationem et hostiam deo in odorem sua
vitatis / Aut quod umquam sacrificium sacra
tius fuit / quam quod verus pontifex / altari
crucis per immolationem sue carnis imposuit /
Quamvis enim multorum sanctorum / in conspectu domini
preciosa mors fuerit / nullius tamen insontis
occisio / propiciatio fuit mundi / Acceperunt iusti
non dederunt coronas / Et de fortitudine fidelium

exempla nata sunt paciencie/ nõ dona iu
ticie/ Singulares quippe in singulos mor
tes fuerunt/ nec alius quisquam debitum suo
fine persolvit/ cum inter filios hominum unus
solus dñs noster ihũs xpistus extiterit/ in quo
omnes mortui/ omnes sepulti/ omnes sunt etiam
suscitati/ de quibus ipse dicebat Cum exal
tatus fuero a terra/ omnia traham/ fides etenim
vera/ iustificans impios/ et creans iustos
ad humanitatis sue tracta/ participem in illo
adquirit salutem/ in quo solo homo se inve
nit innocentem/ liberum habens per gratiam
dei/ de eius potencia gloriari/ qui contra hostem
superbum in carnis mee humilitate/ congressus/
his victoriam suam tribuit/ in quorum corpore
triumphavit Quamvis ergo in uno dño nostro
ihũ xpõ/ vero deo dei atque hominis filio/ ver
bi et carnis/ una persona sit/ et utraque sub
stancia/ communes habeat actiones/ intel
ligende tamen sunt ipsorum operum qualitates/
et sincere fidei contemplatione/ cernendum
est/ ad que provehatur humilitas infirmi
tatis/ et ad que inclinetur/ altitudo vir
tutis/ Quid sit/ quod caro sine verbo nõ
agit/ et quid sit quod verbum sine carne
nõ efficit/ Sine verbi potencia nec concipet
virgo/ nec pareret/ et sine veritate carnis/
obvoluta pannis infancia/ nõ iaceret/
/ sine verbi potencia/ nõ adorarent magi pu
erum/ novo sydere declaratum/ et sine veri
tate carnis/ nõ iuberetur transferri in egip
tum puer/ et ab herodis persecucione sub
duci/ Sine verbi potencia/ nõ diceret/ vox pa
tris missa de celo/ hic est filius meus di
lectus/ in quo michi bene complacuit/ et sine veri
tate carnis nõ protestaretur Iohannes/ Ecce
agnus dei ecce qui tollit peccata mundi/ Sine
verbi potencia/ nõ fieret redintegracio debi
lium/ et vivificatio mortuorum/ et sine veritate
carnis/ nec cibus ieiunio/ nec sompnus esset
necessarius/ fatigato/ postremo sine ver
bi potencia/ nõ se dominus patri profitetur
equalem/ et sine veritate carnis/ nõ idem diceret
patrem esse maiorem/ cum catholica fides utrumque
suscipiat utrumque defendat que secundum professionem
tem divine humaneque substancie/ unum dei filium
/ et hominem credit et verbum/ Quamvis
ergo ab illo inicio/ quo in utero virginis/ verbum
caro factum est/ nichil unquam inter divinam
humanamque substanciam divisionis extiterit/ et per
omnia incrementa corporea/ unius persone
fuerint totius temporis actiones/ ea tamen
ipsa/ que inseparabiliter facta sunt/ nulla permix
tione confundimus/ sed quid cuius forme
sit/ ex operum qualitate sentimus Nec di
vina enim humanis preiudicant/ nec humana
divinis/ cum ita in idipsum utraque concurrant/
ut in eis nec proprietas absumatur/ nec per
sona geminetur/ dicant ergo isti fantasma
tici xpiani/ que substancia salvatoris/ cruci

Eadem sententia quam et anshelmi in libro cur deus homo

affixa sit/ que iacuerit in sepulcro/ et revoluto
monumenti lapide/ que tercio die caro surrex
it/ vel quale corpus ihũs discipulorum visui
/ clausis adeos hostiis ingressus/ intulerit/
cum ad abigendam credencium diffidenciam
inspici oculis/ digitisque tractari/ patentes
adhuc fixuras clavorum/ et recens compuncti
lateris vulnus/ a bipsis discipulis exegerit/
at si in tanta luce veritatis/ tenebras suas
heretica obduratio nõ relinquit/ ostendat unde
sibi spem vite eterne promittat/ ad quam nisi
per mediatorem dei et hominum/ hominem ihm
xpm/ nõ potest pervenire/ Non est enim aliud no
men datum hominibus sub celo/ in quo oporte
at/ nos salvos fieri/ nec est redempcio captivi
tatis humane/ nisi sanguis eius/ qui dedit
semetipsum redempcionem pro omnibus/ Et qui
sicut predicat beatus apostolus paulus/ cum in for
ma dei esset/ nõ rapinam arbitratus est/ esse
se equalem deo/ sed semetipsum exinanivit
formam servi accipiens/ in similitudine ho
minum factus/ et habitu inventus ut homo/ hu
miliavit semetipsum factus obediens usque ad
mortem/ mortem autem crucis/ propter quod et de
us illum exaltavit/ et donavit illi nomen
quod est super omne nomen/ ut in nomine ihũ
omne genu flectatur/ celestium terrestrium et in
fernorum/ et omnis lingua confiteatur/ quia dñus
ihus xpus in gloria est dei patris/ Quamvis ergo
unus sit dñs ihus xpus/ et vere deitatis
vereque humanitatis/ in ipso prorsus/ una ea
demque persona sit/ neque huius unicionis soli
ditas/ ulla possit divisione seiungi/ exaltacione
tamen/ qua illum exaltavit deus/ et donavit
illi nomen/ quod est super omne nomen/ excellit/
/ ad eam intelligimus pertinere formam/ que di
tanda erat/ tante glorificacionis augmento
In forma quippe dei/ equalis erat filius patri/
et inter genitorem atque genitum/ nulla erat/
excellencia/ discrecio/ nulla in maiestate
diversitas/ nec per incarnacionis misterium/
aliquid decesserat verbo/ quod dei patris munere
x redderetur forma autem servi/ per quam impassibilis
deitas/ sacramentum magne pietatis imple
vit/ humana humilitas est/ et gloriam divine
potestatis invecta est/ in tanta unitate/ ab ipso
conceptu virginis/ deitate et humanitate
conserta/ ut nec sine homine divina/ nec sine
deo agerentur humana/ propter quod sicut
dñus maiestatis dicitur crucifixus/ ita qui
ex sempiternitate equalis est deo/ dicitur
exaltatus/ Nec interest/ ex qua xpus substancia
nominetur/ cum inseparabiliter manente
unitate persone/ idem sit et totus hominis
filius propter carnem/ et totus dei filius propter u
nam cum patre deitatem/ Quidquid ergo in tempore
accepit xpus/ secundum hominem accepit/ [illegible]/
cui que nõ habuit conferuntur Nam secundum
potenciam verbi indifferenter omnia que habet
pater etiam filius habet Et que in forma

Servi a patre

servi a patre accepit, eadem in forma patris etiam ipse donavit, et idem ipse est et dives et pauper. Dives quia in principio erat verbum, et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil. Pauper vero quia verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Que autem est eius exinanitio, queve paupertas, nisi forme servilis acceptio, per quam verbi maiestate velata, dispensatio humane redemptionis impleta est? Nam quia captivitatis nostre resolvi originalia vincula non poterant, nisi existeret homo nostri generis nostreque nature, quem veteris debiti preiudicia non tenerent, et qui inmaculato sanguine suo cyrographum letale dilueret, sicut ab initio erat divinitus preordinatum, ita est in plenitudine prefiniti temporis factum, ut multis modis significata promissio in diu expectatum veniret effectum, nec posset esse ambiguum, quod continuis testificationibus semper fuerat nuntiatum. Destructis itaque tot heresibus, que per sceleratam devotionem presidentium patrum a corpore sunt catholice unitatis abscise, queque ideo extorres meruerunt esse a Christo, quia ubi incarnationem, que singularis est recte credentium salus, fecerunt sibi lapidem offensionis et petram scandali, miror dilectionem vestram in discernendo veritatis lumine laborare. Et cum multis manifestationibus declaratum sit, quam recte et Nestorium et Euticen cum Dioscoro fides christiana dampnaverit, nec christianus possit vocari, qui vel illius vel horum impietati prebet assensum, doleo vos evangelice et apostolice doctrine, ut audio, resultare, exagitando seditionibus civitates, ac conturbando ecclesias, nec solum iniurias, sed etiam cedes presbiteris atque episcopis inferendo, ut pre furore et sevitia propositi vestri et professionis sitis immemores. Ubi est regula mansuetudinis et quietis? Ubi longanimitas patientie, ubi tranquillitas pacis, ubi firmamentum dilectionis et tollerantie fortitudo? Que vos ab evangelio Christi aut persuasio abduxit, aut persecutio separavit, vel que tanta extitit decipientis astutia, ut obliti prophetarum et apostolorum, obliti symboli salutaris et confessionis, quam pronuntiantes coram multis testibus sacramentum baptismi suscepistis, dyabolicis vos illusionibus subderetis? Quid apud vos acture fuerant ungule, quid seva tormenta, si ad impugnandam fidei vestre integritatem tam vana hereticorum commenta valuerunt? Pro fide vos agere creditis, et fidei contraitis. Ecclesie nomine armamini, et contra ecclesiam dimicatis. Hocne a prophetis, hoc ab evangelistis, hoc ab apostolis didicistis, ut negantes veram Christi carnem et ipsam ubi tenciam passionis mortisque subdentes, alienam faciatis nostram a suo reparatore naturam? Totumque quod crux intulit, quod lancea vulneravit, quod sepulchri lapis suscepit, creditis solum fuisse opus divine potentie, non etiam humilitatis humane, propter quam apostolus dicit: Non enim erubesco evangelium, qui noverat quale christianis ab inimicis obiceretur obprobrium. Et id etiam dominus protestabatur dicens: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego illum coram patre meo. Hii enim non erunt digni confessione filii et patris, quibus nostra caro Christi verecundiam facit, qui probabunt quod se nulla de signo crucis sumpsisse virtute, qui quod preferendum frontibus acceperunt, promere labiis erubescunt. Declinate filii ab his dyabolicis persuasionibus. Declinate: veritati rei nulla res violat, sed veritas nos non nisi in nostra carne salvat. Veritas quippe, sicut propheta ait, de terra orta est. Et sic verbum Maria virgo concepit, ut unde ipsi carnem de sua substantia ministraret, nec cum adiectione persone, nec cum evacuatione nature, quoniam qui erat in forma dei, ita accepit formam servi, ut unus atque idem in forma utraque sit Christus, inclinante se deo usque ad infima hominis, et proficiente homine usque ad summa deitatis, dicente apostolo: Quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula.

Epistola leonis pape ad anatholium episcopum per patricium missa. 163

Leo episcopus anatholio episcopo. Lectis dilectionis tue litteris, quas per filium nostrum patricium dyaconum direxisti, intellexi tibi studium mee sollicitudinis displicere, qua secundum dominicam caritatem, quam tibi a nobis impendi, experimentis plenius approbasti, de cavendis hiis que communis fidei adversarii dicunt admonui, ne ad negligentiam rectoris referretur, si quisquam in ecclesia catholica ea predicare presumeret, que hereticorum sensibus convenirent, quod vocat fama iactaret. Dilectionis tue inquirendum iudicio delegavi, neque in aliquo honorem tuum lesi, cum discutienda ea que ad me erant prolata commisi, ut si Atticus presbiter, quem talia audere cognoveram, nisi perfecta se satisfactione purgasset, et non solum voce hereticos, sed etiam propria manus subscriptione dampnasset, a communionis gratia esset alienus, qui scripta mittendo dubie fidei et promissionis metum confirmavit magis quam diluit, quod quidem ad nos de eo fama pertulerat, cum si conscientiam suam voluisset probare sinceram, non tantum sibi fuisse odiosum, sed quod perfidiam ipsius reprobaret atque dampnaret debuerat confiteri, quia aliud sunt humane etiam inter catholicos simultates, aliud dyabolici quos fides catholica dampnat errores. Et ideo frater karissime in nullo debes de nostra dilectione dubitare, si prophete exemplum sequaris, et dicas: Nonne qui te oderant domine oderam, et super inimicos tuos tabescebam?

pro omnia enim te volo esse cautissimum / quod sicut
meam existimacionem ille sanctum propositum permanere / ita te opto quoque in omnibus irreprehensibilem reperiri / predictus autem atticus ut ab
omni suspicione contraria liber appareat / quid
in enticen anathematizet / ac dampnet /
evidenter ostendat / et in dampnacionem expresse
remota omni dubitatione subscribebat / ita ut
calcedonensis synodi diffinicione de fide / cui
eciam dilectio tua subscribendo consensit /
et quam apostolice sedis firmavit auctoritas /
profiteatur se per omnia servaturum / adiecta sub
scriptione proprie manus / que in ecclesia christiano
populo presente recitetur / ut pro catholica fide / neque nos negligentes / neque ipse ultra
suspectus habeatur / qui si in eadem pertinacia
perdurans / preceptis salubribus parere noluerit
summam synodi calcedonensis cuius diffinicionibus resultat / excipiat / Datum XV kalendas
aprilis / gloriosissimo maioriano augusto consule.

Item epistola leonis pape / ad leonem augustum
per filoxenum agentem in rebus directa etc.

162

Leo episcopus / leoni augusto / Multo gaudio mens mea exultat in domino / et magna est michi
racio gloriandi / cum clemencie vestre excellentissimam fidem / augeri per omnia donis gracie
celestis agnosco / et per mitiencia diligenter
devocionem in vobis / animi sacerdotalis
expiror / Nam in vestre pietatis alloquiis / non
dubie patet / quid per vos in totius ecclesie
salute / spiritus sanctus operetur et quantis universorum fidelium precibus sit optandum / ut
in omnem gloriam vestram extendatur imperium /
qui super curam rerum temporalium / religiose providencie famulatum / divinis et eternis disposicionibus perseverant impenditis ut scilicet
catholica fides / que christianum genus sola vivificat / sola sanctificat / in una confessione
permaneat / et dissensiones que de varietate
opinionum varietate nascuntur / a soliditate
illius petre / super quam civitas dei edificatur
abigantur / Hec autem dei munera ita demum nobis divinitus conferentur / si de hiis que sunt prestita / non inveniamur ingrati et tamquam
nulla sint que adepti sumus contraria pocius
expetamus / Nam que patefacta sunt / que perfecta sunt / retractare / que sunt diffinita convellere / quid aliud est / quam de adeptis graciam
non referre / et ad interdicte arboris cibum
improbos appetitus mortifere cupiditatis
extendere / Unde quia ad pacem universalis
ecclesie / et ad catholice fidei custodiam curam
dignam sollicicius aspicere / evidenter
agnoscitis / quod magis hereticorum audeatur
insidiis ut inter eutiches discipulos et discipulos
et eum que apostolica sedes approbavit diligencior / tamquam nichil ante fuerit diffinitum / tractatus habeatur / et quod totius
mundi catholici sacerdotes / in sancta calcedonensi
synodo probavit / gaudentque firmatum / in niceniam sanctissimi concilium / in eo efficiatur infirmum / quod enim nostris temporibus apud calcedonam
de domini nostri ihesu christi incarnacione firmatum est
hoc eciam apud niceam misticus ille patrum
numerus diffinivit / ne catholicorum confessio
aut unigenitum dei filium in aliquo crederet patri
imparem / aut eundem cum factus est filius hominis / non veram carnis nostre atque anime habuisse naturam / detestandum ergo nobis est perseveranterque vitandum quod fraus hereticorum nititur
obtinere / ne in aliqua disceptacione / pie et
plene diffinita renovanda sint / ne ad arbitrium dampnatorum / ipsi de hiis videamur
ambigere / quam manifestum est per omnia propheticis et evangelicis et apostolicis auctoritatibus
consonare / Unde si qui sunt / qui ab hiis que
celitus sunt constituta dissentiunt / suis opinionibus relinquantur / et ab unitate ecclesie / cum
ea quam elegerunt perversitate discedant / Nam
nullo modo fieri potest / ut qui divinis audent contradicere sacramentis / aliqua nobis communione sociantur / Iactent se inani eloquii vanitate / et de
argumentacionum suarum versucia quam inimica est fidei gloriantur / nobis placeat apostolicis obediere preceptis / dicentibus / videte ne
quis vos seducat per philosophiam / et inanem seduccionem hominum / Nam secundum eundem apostolum
si que destruxi hec edifico prevaricatorem
me constituo / Et eis me ulcionum condicionibus subdo / quas non solum auctoritas beate
memorie principis marciani / sed eciam me
ergo mea consensione firmavi / quia sicut
sepe vacitque audistis / perfeccio incrementum
et adieccionem plenitudo non recipit unde
cum sciam te venerabilis princeps sincerissimo
lumine veritatis imbutum / in nulla a fidei
parte nutare sed sancto perfectoque iudicio a pravis
recta discernere / et a refutandis amplectenda
dividere / obsecro te ne humilitatem meam de
diffidencia putes esse culpandam / cum hec mea
cancio / non solum universali ecclesie consulat
sed eciam tue glorie famuletur / ne sub imperio tui
temporis / et hereticorum aucta videatur improbitas
et catholicorum perturbata securitas / quamvis
ergo multum per omnia de pietatis vestre corde
confidam / et per inhabitantem in vobis spiritum
sanctum satis vos instructos esse perspiciam / nec fidei vestre ullus possit error illudere / precepcioni
tamen vestre / in eo aditur obedire ut aliquos
de fratribus meis dei gratia qui apud vos presencia vestre instar exhibeant / et que sit apostolice
fidei regula / licet ut dixi vobis bene nota
sit demonstrent / patefacientes in omnibus et
probantes / non esse omnino inter catholicos computandos / qui de diffinicione venerabilis
synodi nicene vel sancti calcedonensis concilii regulas non sequuntur / cum utroque sancta decreta
ex evangelio et apostolico manifestum sit fonte
prodire / et quod quid non est de irrigacione christi

poculi esse vipereum prenosticat quod pietas tua
venerabilis imperator hos quos spondeo di
rigendos non ad conflingendum cum hostibus fidei
nec ad certandum contra illos de sede apostolica pro
fectuos quia de rebus et apud Niceam et a
pud calcedonam sicut deo placuit diffinitis
nullum audemus inire tractatum tamquam dubia vel
infirma sint que tanta per spiritum sanctum fixit auc
toritas Instructionem autem parvulorum virorum que
post lactis alimoniam cibo desiderant soli
diore saciari ministerii nostri presidium non ne
gamus et sicut simpliciores non spernimus
ita a rebellibus hereticis abstinemus memores
precepti domini dicentis Nolite dare sanctum ca
nibus neque miseritis margaritas vestras ante
porcos Nimis quippe indignum nimisque in
iustum est eos ad libertatem disceptationis
admitti quod significat spiritus sanctus per prophetam
dicens filii alieni mentiti sunt mihi qui etiam
si ewangelio non resistunt de illis tamen se esse
monstrarent de quibus scriptum est deum se pro
fitentur factis autem negant Clamat ecce ad
dominum iusti abel sanguis adversus impium cain
qui increpatus a domino non aquievit ad penitencie
dum precludimus sed exarsit ad cedem cuius vin
dictam sic divino iudicio volumus reservari ut
improbus predo et parricida crudelis in se
ipsum recidat et iram non teneat neque sancte ec
clesie alexandrine lamentabilem captivitatem
paciamini ulterius prolongari cui oportet fidei
vestre iusticieque presidio suam restitui libertatem
ut per omnes egipti urbes dignitas patrum et
ius sacerdotale reparetur Data xii kalendas aprilis
glorioso maiorana augusto consule Epistola
eiusdem leonis pape ad anatholium episcopum

155 Leo episcopus anatholio episcopo Diligen
ciam necessarie sollicitudi
nis quam fraternitas tua in dirigendis
ad nos litteris exequitur approbamus et accepimus
per filium meum olimpium paginis tuis sacerdota
lem te affectum gerere sentimus cui nos quoque
quantum dominus dat posse non desinimus exortamur
dilectionem tuam ut quia tempus laboris incidi
mus in sancta vigilantia perseveres donec dex
tera domini faciat virtutem et sub pedibus ec
clesie conterat temptatorem Consolatur
et enim nos per omnia divinitus preparata
clementissimi principis fides quem meo rur
sus sicut oportuit exhortatus sum alloquio
ut impiissimorum latronum ausibus districti
ore constancia faciat obviare quos nephas
est tamen de suo presumere ut etiam apud con
stantinopolim audeant insanire sed hoc
eis ideo divine providencie racione permittitur
ut magis ac magis quo spiritu agitentur ap
pareat nec dubitari possit in quanta essent
[prorupturi] audacia si post dampnacionem impiissime
heresis disceptandi contra fidem acciperent
potestatem ut quanti in ipsis est lacus hoc
furore seviente que fides et corpori vestri qui
ad nos nuper ex egipti partibus confugerunt
se pertulisse deplorant quibus et a christianissimo
principe et tua fraternitate deo placita cari
tate solacia pietatis impendi non ambi
gerem etiam si ipse non scriberes oportunum
autem credidi ut ad ipsos quoque scripta dirigerem
que illos possent in communis fidei proposito
roborare et quid propaganda sua supernare
remuneracione mereantur agnoscere sicut be
atus apostolus docet dicens Excipite itaque il
los cum omni gaudio in domino et huiusmodi cum
honore habetote qui propter fidem christi us
que ad mortem accesserunt Illud sane michi
plurimum displicere significo quod inter dilecti
onis tue clericos quosdam esse dicitur qui ad
hereticorum conveniant pravitatem et vasa ire va
sis misericordie misceantur Quibus in vesti
gandis et severitate congrua cohercendis
debet diligencia tua vigilanter insistere
ita ut hiis quibus prodesse non poterit cor
rectio non pareat abscisio oportet enim nos
ewangelici meminisse mandati quod ab ipsa
veritate precipitur ut si nos oculus aut pes
aut dextra scandalizaverit manus compage
corporis auferatur quia melius sit hic in ec
clesia carere membris quam cum ipsis in eterna
ire supplicia Nam superfluo extrinsecus
positis resistimus si ab his qui intus sunt
inficimur quos decepit vulnerantur Abscinden
da prorsus hec pestifere a sacerdotali ri
gore pacienda est que sibimet peccatis ali
orum parcendo non parcit sicut hely quondam
sacerdos filiorum suorum delicta tolerando cum
ipsis divine iusticie sinam meruit experi
ri quia segni indulgencia dissimulavit
plectere peccatores quantum itaque oportuni
tas invitat officii religiosissimum principem
dilectio tua studeat frequentare et non so
lum regium sed et sacerdotalem ipsius me
tem fratribus meis obsecrare persiste ut me
mor communis fidei quia spiritu sancto docente
suscepimus omnia hereticorum machinamen
ta confringat neque quicquam illis in eccle
siis christi licere paciatur ne in eorum potestate
sint divina misteria quibus in domo dei pro
scelerum suorum magnitudine nec habitandi
ius residet nec orandi Data v ydus oc
tobris constantino et rufo viris clarissimis consulibus
Epistola leonis pape ad leonem augustum
de blasphemiis nestorii et eutitetis corum
que digno anathemate Quod in una
domini ihesu christi persona gemina sit deitatis et
unitatis inseparabilis natura De capitu
lis fidei et sanctorum patrum libris collectis
Leo episcopus leoni augusto Pro 165
misisse me memini vene
rabilis imperator in causa fidei de qua
clemencia tua nobiscum pie esse solliciti plen
iorem humilitatis mee dirigendum esse ser
monem quem nunc auxiliante domino fideli

occasione persoluo, ut secundum pietatis tue studio utilis, quantum arbitror, debeat esse non possit instructio. Quamuis enim sciam clementiam tuam humanis instructionibus non egere, et sincerissimam de abundantia spiritus sancti hausisse doctrinam, officii mei tamen est patefacere quod intelligitis, et predicare quod creditis, ut ignis ille quem dominus veniens misit in terram motu crebre meditacionis agitatus sic qualescat ut ferueat et sic inflametur ut luceat. Magnas enim caligines Euticiana heresis occidentis partibus inferre molita est, et ab illa luce que sicut ewangelium loquitur in tenebris lucet et tenebre eam non comprehenderunt imperitorum oculos temptauit auertere. Cumque ipsa in suam ceciderit cecitatem, nunc in discipulis recrudescit quod in auctore defecit. Non longo namque temporis interuallo catholica fides que est singularis et vera, cui nichil addi, nichil minui potest, a duobus est hostibus appetita, quorum primus Nestorius, secundus Euttices emersit, qui ecclesie dei duas hereses sibimet contrarias inferre voluerunt, ut uterque a predicatoribus veritatis merito dapnaretur, quia insanum nimis et sacrilegum fuit quod uaria falsitate ambo senserunt. Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam virginem non dei sed hominis tantummodo credidit genitricem, ut aliam personam carnis, aliam faceret deitatis, nec unum Christum in uerbo dei et carne sentiret, sed separatim atque seiunctim alterum filium dei, alterum hominis predicaret, cum manente illa incommutabili verbi essentia, que ei cum patre et spiritu sancto intemporalis atque coeterna est, sic intra virginea uiscera verbum caro sit factum, ut per ineffabile sacramentum uno conceptu uno que partu secundum veritatem utriusque nature eadem virgo et ancilla domini esset et mater. Quod etiam elizabeth sicut lucas ewangelista declarat intellexit et dixit: Unde michi hoc ut ueniat mater domini mei ad me. Euticites quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum hereticorum uolutatus errores, terciu appollinaris dogma delegit, ut negata humane carnis atque anime veritate totum dominum nostrum ihesum christum unius nature asseueret, tamquam uerbi deitas ipsa se in carnem et animam converterit et concipi ac nasci, nutriri et crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere et ascendere in celum, sedere ad dexteram patris, venire ad iudicandos vivos et mortuos, diuine tantum essentie fuit, que nichil horum in se sine carnis recipit veritate, quoniam natura unigeniti natura est patris, natura est spiritus sancti, simulque impassibilis, simulque incommutabilis sempiterne trinitatis indiuisa unitas et consubstantialis equalitas. Unde si ab appolinaris peruersitate Euticianus quoque dis

cessit, ne convincatur deitatem passibilem sentire atque mortalem, et tamen verbi incarnati id est verbi et carnis unam ausus fuit pronunciare naturam, manifeste in valentini et manichei transit insaniam, qui mediatorem dei et hominum hominem ihesum christum simulatorie credidit omnia egisse, nec verum in ipso corpus sed fantasticam corporis speciem oculis apparuisse censentium. Que impietatis mendacia quoniam olim fides catholica detestatur et talia asserencium sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum patrum diudum sunt dampnata sentenciis, non dubium est eam nos fidem predicare atque defendere quam sancta synodus Nicena confirmauit dicens: Credimus in unum deum patrem omnipotentem visibilium et invisibilium factorem. Et in unum dominum ihesum christum filium dei, natum de patre unigenitum, hoc est de substancia patris, deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, natum non factum, unius substancie cum patre, quod greci homousion vocant, per quem omnia facta sunt, sive que in celo sive que in terra, qui propter nos et propter nostram salutem descendit de celo, incarnatus est et homo factus, passus est et resurrexit tercia die, ascendit in celum, venturus est iudicare vivos et mortuos. Et in spiritum sanctum. In qua professione hoc euidentissime continetur, quod etiam nos de domini incarnacione confitemur et credimus, qui ad salutem humani generis reformandam veram carnem nostre fragilitatis non de celo secum detulit, sed de utero virginis matris assumpsit. Qualiter ergo illi sunt in obcecati et a lumine veritatis alieni, ut verbi dei a tempore incarnacionis humane carnis denegent veritatem, ostendat in quo sibi christiani nomine usurpet et cum ewangelio veritatis qua racione concordent, si per virginis partum ut caro sine deitate aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest ewangelista dicente quod verbum caro factum est et habitabit in nobis, ita negari non potest beato apostolo paulo predicante quod deus erat in christo mundum reconcilians sibi. Que autem reconciliacio esse posset, qua humano generi propiciaretur deus, si non hominis causam mediator dei hominumque susciperet? Qua vero racione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma dei equalis est patri in forma serui particeps esset et nostri, et mortis vinculum unius preuaricacione contractum unius morte qui solus morti nichil debuit solueretur. Effusio enim pro iniustis sanguinis christi tam fuit diues ad precium, ut si uniuersitas in redemptorem suum crederet, nullum dyaboli vincula retinerent, quoniam sicut apostolus ait ubi abundauit peccatum superabundauit et gracia. Et cum sub peccati prejudicio nati potestatem acceperint ad iusticiam renascendi, ualidius factum est donum libertatis quam debitum seruitutis. Quam itaque sibi in huius sacramenti presidio spem relinquit, qui

in salvatore nostro negant humani corporis veritatem, dicant quo sacrificio reconciliati, dicant quo sanguine sint redempti. Quis est ut apostolus ait, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suavitatis? aut quod umquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus et eternus pontifex altari crucis per immolationem sue carnis imposuit? In conspectu domini multorum mors preciosa fuit, nullius tamen insontis occisio, redempcio mundi fuit. Accepere iusti non dederunt coronas, et de fortitudine exempla nata sunt pacientie, non dona iusticie. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec quisquam alius debitum suo fine persolvit, cum inter filios hominum unus solus filius dominus noster ihesus christus, qui vere erat agnus immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati, de quibus ipse dicebat: Cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Fides enim vera iustificans impios et creans iustos, ad humanitatis sue tracta participem, in illo adquirit salutem, in quo solo homo se invenit innocentem, liberum habens per graciam dei de eius potencia gloriari, qui contra hostem humani generis in carnis nostre humilitate congressus, his victoriam suam contribuit, in quorum corpore triumphavit. Licet ergo in uno domino ihesu christo vero dei atque hominis filio verbi et carnis una persona sit, que inseparabiliter atque indivise communes habeat actiones, intelligende tamen sunt ipsorum operum qualitates, et sincere fidei contemplacione cernendum est, ad que provehatur humilitas carnis, et ad que inclinetur altitudo deitatis, quid sit quod caro sine verbo non agit, et quid sit quod verbum sine carne non efficit. Sine verbi enim potencia, nec conciperet virgo nec pareret, et sine veritate carnis, obvoluta pannis infantia non iaceret. Sine verbi potencia non adorarent magi puerum, stella indice declaratum, et sine veritate carnis non iuberetur deferri in egiptum puer, et ab herodis persecucione subduci. Sine verbi potencia non diceret vox patris missa de celo: Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui, ipsum audite; et sine veritate carnis non protestaretur iohannes: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sine verbi potencia non fieret redintegracio debilium et vivificacio mortuorum, et sine veritate carnis nec cibus ieiuno, nec sompnus esset necessarius fatigato. Postremo sine verbi potencia non se deus patri profiteretur equalem, et sine veritate carnis non idem diceret patrem se esse maiorem, cum catholica fides utrumque suscipiat, utrumque defendat, que secundum confessionem beati apostoli petri, unum christum dei vivi filium et hominem credit et verbum. Quamvis itaque ab illo inicio, quo in utero virginis verbum caro factum est, nichil umquam inter utramque formam, aliquid divisionis extiterit, et per omnia incrementa corporea, unius persone fuerint totius temporis actiones, ea ipsa tamen, ut ita dicam, que inseparabiliter facta sunt, nulla commixtione confundimus, sed quod cuiusque forme sit, ex operum qualitate sentimus. Dicant ergo isti ypocrite, qui cecis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno dominus maiestatis christus affixus sit, quid iacuerit in sepulchro. Dicant ergo isti ypocrite, et revoluto monumenti lapide, que tercia die caro surrexit, et in quo post resurreccionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, et hesitacionem cunctancium confutabat, cum diceret: Palpate et videte quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere; et apostolo thome: Infer manum tuam in latus meum, et vide manus meas et pedes, et noli esse incredulus sed fidelis. Qua utique manifestacione corporis iam hereticorum mendacia destruebat, ut universa ecclesia christi imbuenda doctrinis, hoc non sibi dubitaret credendum, quod apostoli susceperant predicandum. At si in tanta luce veritatis, tenebras suas heretica obduratio non relinquit, ostendat unde sibi spem vite polliceantur eterne, ad quam nisi per mediatorem dei et hominum, hominem ihesum christum non potest perveniri. Sicut enim ait beatus apostolus petrus: Non est aliud nomen datum hominibus sub celo in quo oporteat nos salvos fieri, nec est redempcio captivitatis humane, nisi in sanguine eius, qui dedit semetipsum redempcionem pro omnibus, et qui sicut predicat apostolus paulus cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudine hominum factus, obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et deus exaltavit illum, et dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine ihesu christi omne genu flectatur, celestium terrestrium et infernorum, et omnis lingua confiteatur quia dominus ihesus christus, et vere divinitatis, vereque humanitatis, in ipsa una prorsus eademque persona sit, exaltacione tamen, qua illum sicut doctor gencium dicit exaltavit deus, et donavit illi nomen, quod super omne nomen excellit, ad eam intelligimus pertinere formam, que ditanda erat ex tante glorificacionis augmento. In forma quippe dei equalis erat filius patri, et inter genitorem atque unigenitum nulla erat in essencia discrecio, nulla erat in maiestate diversitas, neque per incarnacionis misterium aliquid decesserat verbo, quod ei patris munere redderetur. Forma autem servi, per quam impassibilis deitas sacramentum magne pietatis implevit, humana humilitas est, que in gloriam divine potestatis provecta est, in tanta unitate ab ipso conceptu virginis, deitate et humanitate conserta

ut nec sine homine divina, nec sine deo age-
rentur humana. Propter quod sicut dominus ma-
iestatis dicitur cruci fixus, ita qui ex sem-
piternitate equalis est deo, dicitur exaltatus,
quia inseparabiliter manente unitate persone
unus atque idem est totus hominis filius propter
carnem et totus dei filius propter unam cum patre
deitatem. Quicquid enim in tempore accepit Christus,
secundum hominem accepit, cui que non habuit
conferuntur. Nam secundum potentiam deitatis
indifferenter omnia que habet pater, etiam filius
habet, et que in forma servi accepit a patre,
eadem in forma dei etiam ipse donavit. Secundum
formam dei ipse et pater unum sunt; secundum formam
servi non venit facere voluntatem suam, sed volun-
tatem eius qui misit illum. Secundum formam
dei sicut habet pater vitam in semetipso,
sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Secundum
forma servi tristis est anima mea usque ad mortem.
Et idem est, sicut apostolus predicat, et dives et
pauper. Dives quia evangelista dicente,
In principio erat verbum, et verbum erat apud
deum, hoc erat in principio apud deum. Omnia
per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nichil.
Pauper vero, quia propter nos verbum caro factum est
et habitavit in nobis. Que autem est eius exina-
nicio, que vel paupertas, nisi forme servilis ac-
ceptatio, per quam verbi maiestate velata dis-
pensatio humane redemptionis impleta
est. Nam quia captivitatis nostre resolvi
originalia vincula non poterant, nisi ex-
isteret homo nostri generis nostreque nature, quem
peccati preiudicia non tenerent, et qui immaculato
sanguine suo cyrographum letale di-
lueret, sicut ab initio divinitus erat preordi-
natum, ita est in plenitudine temporis imple-
tum, ut multis modis significata pro-
missio in diu expectatum veniret effectum,
nec posset esse ambiguum quod continuis tes-
tificationibus semper fuerat nunciatum.
In magno autem se sacrilegio deversari he-
reticorum manifestat improbitas, cum sub
specie deitatis honorande humane carnis
in Christo denegat veritatem, et religiose ex-
istimat credi, si dicatur in redemptore nostro
verum non esse quod salvat, cum ita secundum promis-
sionem omnia secula percurrentem mundus sit
deo reconciliatus in Christo, ut nisi verbum
dignaretur caro fieri, nulla posset caro sal-
vari. Omne enim sacramentum fidei christiane magno
ut heretici volunt decoloratur obscuro, si
lux veritatis sub mendacio putatur latuisse
fantasmatis. Non ergo sibi quisquam eru-
bescendum existimet christianus de nostra in Christo
corporis veritate, quia omnes apostoli, apostolorumque
discipuli, et preclari ecclesiarum quique doctores,
qui ad martirii coronam vel ad confessionis
meruerunt gloriam pervenire, in huius fidei lu-
mine splenduerunt, consonis ubique sententiis
intonantes, quod in domino Ihesu Christo deitatis

et carnis una sit confitenda persona. Qua autem
racionis similitudine, qua divinorum volumi-
num portione heretica impietas se existimat
adiuvari, que veritatem negat corporis Christi,
cum hanc non lex testificari, non prophetica pa-
rere, non evangelica docere, non ipse desistit
Christus ostendere? Querant per omnem seriem scrip-
turarum quo tenebras suas fugiant, non quo
verum lumen obscurent, et per omnia secula ita
veritatem invenient choruscantem, ut mag-
num hoc et mirabile sacramentum ab inicio vi-
deant creditum quod est in fine completum,
de quo cum scripturarum nulla pars sileat, suf-
ficit quedam consona veritatis signa posu-
isse, quibus diligencia fidei in splendidissima
latitudine dilatetur, et sincera intelligencie
luce perspiciat, quod in filio dei qui se incessa-
biliter filium hominis et hominem profitetur, non
sit christianis erubescendum, sed constantissime
gloriandum. Ut autem pietas tua cum venerabilium
patrum predicationibus nos concordare cognos-
cat, aliquantas eorum sententias huic credidi subi-
ciendas esse sermoni, quibus si dignaveris re-
censitis, non aliud nos predicare reperies quam
quod sancti patres nostri toto orbe docuerunt, nisi
quemquam ab illis nisi solos hereticos impios
discrepare. His igitur gloriosissime et venerabilis
imperator, quanta potui brevitate perstrictis,
cum inspirata tibi divinitus fidei sollicitudine
etiam nostram predicationem unitam esse cognosce,
nec in aliquo nos ab evangelica apostolicaque doc-
trina, vel a catholice professionis symbolo
discrepare, quoniam sicut apostolus Paulus dicit
magnum esse credimus pietatis sacramentum, quod ma-
nifestatum est in carne, iustificatum est in
spiritu, apparuit angelis, predicatum est gentibus,
creditum est in hoc mundo, assumptum est in
gloria. Quid ergo tue utilius est saluti, quid tue
congruencius potestati, quam ut paci ecclesiarum domini
tua constitucione prospicias, et in omnibus tibi
subditis dei dona defendas. Neque ulla raci-
one paciaris, per invidiam dyaboli ministros ipsius
in cuiusquam servire pernicie, ut qui in hoc secu-
lo temporali eminens regno merueris, merea-
ris regnare cum Christo. Rescripta dehinc
sequuntur testimonia excerpta pro re superscripta
de libris catholicorum patrum, a Leone papa collec-
ta, Leonique imperatori directa. Sententia sancti
Hylarii pictaviensis episcopi de fide in libro secundo.

Unum igitur hoc immobile fundamentum, una felix
fidei petra, Petri ore confessa: Tu es,
inquid, Christus filius dei vivi, tanta in se argu-
menta sustinens veritatis, quanta perversitatum
questiones et infidelitatis calumpnie mo-
verint. Iam in ceteris dispensatio veritatis
paterne sit. Ergo partus et corpus, postque crux,
mors, inferi, salus nostra est. Humani enim generis causa
dei filius natus ex virgine est et spiritu sancto, ipso
sibi in hac operatione famulante, et sua dei

videlicet in ymbrante virtute corporis sibi
inicia conseruit et exordia carnis instituit ut
homo factus ex virgine naturam in se carnis
acciperet per quam huius admixtionis societate sanc
tificatum in eo in unum simul genus humani corpus
existeret et quemadmodum omnis in se per id quod
corporeum se esse voluit condentur ita rursum in
omnes ipsum per id quod eius est invisibile referretur
dei quoque ymago invisibilis pudorem humani exordii
non recusauit et post concepcionem partum vagitum
et cunctas omnis nature nostre contumelias transcurrit
quid tandem dignum a nobis tante dignacionis
affectui rependetur Inenarrabilis adeo dei gi
nitus unus unigenitus deus in corporis huma
ni formam sancte virginis utero insertus et qui omnia
continet intra quem et per quem cuncta sunt humani
partus lege profertur Et ad cuius vocem ar
changeli atque angeli tremunt celum et terra
et omnia huiusmodi elementa resoluuntur uagi
tus infancie auditur Qui invisibilis et in
conpabilis est non visu sensu tactuque mo
derandus cunis est obuolutus hec siquis in
digna deo reputat tanto se maioris benefi
cii obnoxium confitebitur quanto minus hec dei conue
nerint maiestati non ille eguit homo effici
per quem homo factus est sed nos eguimus ut
deus caro fieret et habitaret in nobis id est
assumpcione carnis intus in una unius se car
nis incoleret humilitas eius nostra nobilitas
est Contumelia eius honor noster est quod ille
est deus in carne consistens hoc nos vicissim
in deum carne renouati Item eiusdem in eo
dem libro in ceteris

Nescit plane vitam suam qui xpm
ihesum ut verum deum ita et verum deum ita et
verum hominem ignorat Et eiusdem periculi res
est xpm ihesum vel spiritum vel carnem nostri corporis
denegare omnis ergo inquit qui confitebitur me co
ram hominibus confitebor et ego eum co
ram patre meo qui est in celis qui autem nega
uit me coram hominibus negabo et ego eum
coram patre meo qui est in celis hec verbum
caro factum loquebatur et homo ihesus xpus dominus
maiestatis docebat mediator ipse in se ad salu
tem ecclesie constitutus et in se in illo mediatore deum
et hominem sacramento utrumque unus existens
dum ipse ex unitis in id ipsum naturis natura
utriusque res est ita tamen ut neutro careret in
utroque ne forte deus homo nascendo esse de
sineret et homo rursum deus manendo non esset
hec itaque humane beatitudinis fides vera est
deum et hominem predicare verbum et carnem
confiteri neque deum nescire quod homo sit neque
carnem ignorare quod verbum sit Item in ei
usdem libro in ceteris Sequitur

Natus igitur unigenitus de
us ex virgine homo et
secundum plenitudinem temporum in se
metipso prouecturus in deum hominem hunc
per omnia euangelici sermonis modum tenuit ut

se dei filium credi doceret et hominis filium predicaret
et ammoneret loquens et gerens homo universa
que dei sunt loquens deinde et gerens deus
universa que hominis sunt ita tamen ut in ipso
illo utriusque generis sermone numquam nisi cum
significacione et hominis locutus sit et dei
Item alio loco in eodem libro in ceteris

Huic itaque fallendi simplices
atque ignorantes hereticis oc
casio est ut que ab eo secundum homi
nem dicta sunt dicta esse secundum nature diuine in
firmitatem mentiantur Et quia unus atque
idem est loquens omnia que loquitur de semetipso
omnia eum locutum esse contendant nec nos sane
negamus totum illum qui eius manens et nature
sue esse sermonem sed si ihesus xpus et homo
et deus et neque cum homo sit tum primum deus neque
quod tum cum et homo tum non etiam et deus neque
post hominem in deo non totus homo totus
deus unum atque idem nature est dictorum eius
sacramentum esse quod genus Et cum in eo secundum
tempus discernis hominem a deo dei tunc atque ho
minis discerne sermonem et cum deum atque ho
minem in tempore confitebens dei atque ho
minis in tempore dicta diiudica Cum vero ex
homine a deo rursum tocius hominis tocius
iam et dei tempus intelligis si quid aliud
ad demonstracionem temporis dictum est tempori
coaptato que dicta sunt ut cum aliud sit ante
hominem deus aliud sit homo et deus
aliud sit post hominem et deum totus homo
et totus ne confundas temporibus et
generibus dispensacionis sacramentum cum pro qua
litate generum ac naturarum alium ei in sacro
hominis necesse est sermonem fuisse non nato a
lium adhuc morituro alium iam eterno Nostri
igitur causa hec omnia ihesus xpus gerens
et corporis nostri homo natus secundum consuetudi
nem nature nostre locutus est non tamen omit
tens nature sue esse quod deus est Nam tamen
etsi in partu et passione et morte nature
nostre rem peregit res tamen ipsa omnes vir
tute nature sue gessit et reliqua Item a
lio loco in eodem libro in ceteris etc

Vides ne ita deum et hominem
predicari ut mors homini
deo vero excitacio carnis deputetur
non tamen ut alius sit qui mortuus resur
rexit Spoliata enim carne xpus est mor
tuus et rursum xpus a mortuis excitatus
idem xpus est carne se expolians Na
turam dei in virtute resurrectionis intelli
ge dispensacionem hominis in morte co g
nosce Et cum sint utraque suis gesta unum
tamen xpm ihesum meminero esse qui utrumque
est hec quoque demonstranda a me paucis fue
runt ut utriusque nec forma tractari in domino ihesu
xpo meminissemus quia qui manens
in forma dei formam serui suscepit ipse diuini
tatem nequaquam amisit etc Item sa

Anath. Athanasij alexandrine ecclie epi et conf. ad epictetum corinthiorum epm

QUOMODO autem uel dubitare
ausi sunt qui dicuntur xpiani si deus
qui ex maria virgine processit deus quidem
de substancia et natura sit dei quod autem se
cundum carnem ex semine david et ex carne
sancte Marie. Item sancti ambrosij mediolane
sis ecclie ex libris quos misit ad impe
ratorem Gratianum in libro secundo fidei inter

UNDE illud quod cetera
lam dicunt maiestatis crucifixum esse non quasi in
maiestate sua crucifixum putemus sed
quia idem deus homo per divinitatem deus
per susceptionem carnis homo ihus xpus dns
maiestatis dicitur crucifixus quia consors
utriusque nature id est humane atque divine in
natura hominis subiit passionem ut dis
crete et dns maiestatis dicatur esse qui
passus est et filius hominis sicut scriptum
est qui descendit de celo. Item eiusdem
alio loco in eodem libro inter cetera

SILEANT igitur manes dissen
siones manes
de sermonibus questiones quia
regnum dei sicut scriptum est non in persuasione
verbi est sed in ostensione virtutis. Servemus
distinctionem divinitatis et carnis unus in
utroque loquitur dei filius quia in eodem utraque
natura est. Et si idem loquitur non in uno lo
quitur semper modo. Intende in eo nunc gloriam dei
nunc hominis passiones quasi deus loquitur
que sunt divina quia verbum est quasi homo
dicit que sunt humana quia in mea substancia lo
quebatur. Item eiusdem in libro de in
carnacione dominice contra appollinaristas etc.

SED dum nos redarguimus em
ergunt alij qui carnem dni di
cunt et divinitatem unius nature
que tantum sacrilegium inferna vomuerunt. Iam
tollerabiliores sunt arriani quorum perfidie
perfidie robur adolescit ut maiori conten
tione asserant patrem et filium et spiritum sanctum
unius non esse substancie quia isti divinitatem dni
et carnem substancie unius dicere temptaverunt.
Item eiusdem infra inter cetera etc.

ET hij michi frequenter dicentes
alij tractatum se tenere comme
morant quod in illo tractatu pres[ente] nos
non carnem sed verbum unius substancie cum
patre esse dixerint. Et verbum quidem ex pa
terna processisse substancia carnem autem ex vir
gine esse confessi sunt quodammodo ergo licencia
conciliij nomine obtenditur et nova indu
citur questio que numquam sensere maiores et
reliqua. Eiusdem ad sabinum epm

UNDE pulchre apostolus eiusdem
verbi recepcione usus

est dicens de dno ihu xpo qui cum in forma
dei esset non rapinam arbitratus est esse se
equalem deo sed semetipsum exinanivit et
accepit plenitudinem nature et perfectionis hu
mane sicut deo nichil deerat ita nec hominis
consumacioni ut esset perfectus in utraque forma
Unde et david dicit speciosus forma pre filijs
hominum. Concluditur appollinaris iste nec
quo se vertat habens suis clauditur retibus
Ipse enim dixit formam servi accepit non ser
vus locutus est. Atque ergo interrogo quid est in
forma dei. Respondet in natura dei sicut
enim apostolus ait quia natura non sunt dij. Que
ro quid sit formam servi accipiens. Sine du
bio perfectio nature et condicionis ut dixit
humane ut esset in hominis similitudine. Et
pulchre non carnis sed hominis dixit simi
litudinem quia in carne eadem est sed quia
sine peccato erat solus omnis autem homo in pec
cato in specie hominis videbatur. Unde et
propheta dicit Et homo est et quis cognoscet
eum. homo secundum carnem et ultra hominem divina
operatione denique cum leprosum tangeret homo
videbatur sed ultra hominem cum mundaret. Et cum
lazarum mortuum flet mortuum quasi homo flebat
et supra hominem erat cum mortuum hic iubet
pedibus exire homo videbatur cum penderet
in cruce supra hominem cum reseratis tumu
lis mortuos suscitaret. Item sancti augustini
epi yppone regiensis ecclie ad dardanum inter cetera

NOLI itaque dubitare ibi nunc
esse hominem xpm unde
venturus est. Memoriter quoque recto
le et fideliter tene xpianam confessionem quoniam
resurrexit a mortuis ascendit in celum sedet
ad dexteram patris nec aliunde quam inde ventu
rus est ad vivos et mortuos iudicandos.
Et sic venturus est illa angelica voce testante
quemadmodum est visus ire in celum id est quia
in eadem forma carnis atque substancia cui profecto
immortalitatem dedit naturam non abstulit. Item
eiusdem in epistola ad volusianum etc.

NUNC vero ita inter deum et homi
nes mediator apparuit
ut in unitate persone copulans
utramque naturam et solita sublimaret inso
litis et insolita solitis temperaret. Item eius
dem in exposicione secundum Johannem

QUID ergo heretice cum xpus sit
deus et homo et calump
niaris deo. Ille in se naturam comme
dat humanam tu in illo audes deformare
divinam. Eiusdem infra ut patebit

AGNOSCAMUS geminam
substanciam xpi divinam scilicet qua equalis
est patri humanam qua maior est pater utrumque
autem simul non duo sed unus xpus ne sit
quaternitas non trinitas deus sicut enim unus
est homo anima racionalis et caro sic

vnus est xpus deus et homo atque hoc xpus est anima rationalis et caro / xpm in hijs omnibus xpm in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus / xpus ihus sed in forma dei. Quis est sub poncio pilato crucifixus xpus ihus sed in forma serui. Quis non *Item aug supra rg* est derelictus in inferno xpus ihus sed in anima sola. Quis resurrecturus triduo iacuit / in sepulchro xpus ihus / sed in carne sola / dicitur ergo in hijs singulis xpus / verum hec omnia non duo vel tres sed vnus est xpus / Ideo ergo dixit si diligeretis me gauderetis vtique quia vado ad patrem quia nature humane gratulandum est / eo quod sic assumpta est a verbo vnigenito patris ut immortalis constitueretur in celo / atque ita fieret terra sublimis / ut incorruptibilis puluis sederet ad dextram patris / *Sancti Johannis constantinopolitani epi et conf in omelia de cruce*

Sed *et latrone* ... *Salz ut hij / qui eum crucifixerunt / sue senciat demencie caritatem / et ideo clemencie corporis signa portat / Quia idem propheta ait / Tunc lamentabuntur tribus terre / videntes accusatorem et agnoscentes peccatum / Et quid mirum est / si autem portans / aduenerit / qui et vulnera corporis ipsa demonstrat / tunc enim inquit videbunt quem confixerunt / Et sicut post resurreccionem thome voluit diffidenciam confortare / et illi clauorum loca monstrauit / et lateris vulnera declarauit / dixitque mitte manum tuam et vide quia spiritus carnem et ossa non habet / sicut me videtis habere / sic et tunc ondet vulnera crucemque demonstrabit / ut ostendat illum esse qui fuerat crucifixus *Item eiusdem in omelia de ascensione dni*

Nam sicut de duobus iurgiose separatis / vnus medio positus altercancium litem discordiamque dissoluit / ita et xpus fecit deus nobis iuste irascebatur / et nos contemnebamus iratum / et clementem dominum declinabamus / et se medium xpus ingessit et sociauit vtramque naturam / et nobis quod imminebat supplicium ipse constituit. *Eiusdem in eadem omelia*

Xpus igitur nostre nature primicias obtulit patri / oblatum dominus miratus est pater / quod tanta dignitas offerebat / et quod offerebatur / nulla macula fedabatur / nam et suis manibus suscepit oblatum / et sue sedis fecit esse participem / et quod plus est / ad partem sue dextere collocauit. Cognoscamus quis ille est / qui audiuit sede ad dexteram meam / que natura est / cui dixit esto mee particeps sedis / que illa natura / que audiuit / terra es et in terram ibis *Eiusdem in eadem omelia sequitur talis*

Quo sermone vtar / quo verbo dicam / reperire non possum natura fragilis / natura contempta / et omnibus monstrata deterior / omnia vicit omnia superauit / omnibus hodierna die meruit excelsior reperiri / hodie angeli vota diu desiderata susceperunt / hodie archangeli quod multo tempore cupiebant inspicere / valuerunt / naturam nostram in sede dominica immortali fulgentem gloria prouiderunt *Sancti theopholi epi alexandrini de epla pascali que per egyptum*

Qui rei testis est ille *destinauit* qui loquitur / omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt / et propheta xpi auxilium deprecans / domine inclina celos tuos et descende / non ut mutaret locum / in quo omnia sunt / sed ut propter salutem nostram carnem humane fragilitatis assumeret / apostolo eadem continente / cum esset diues / pauper factus est / ut nos illius paupertate ditaremur venitque in terras et de virginali vtero quem sacrificauit egressus homo / interpretacione nominis sui emanuel / id est nobiscum deus / dispensacione confirmans / miro in modum cepit esse / quod nos sumus / et non desijt esse / quod erat / sic assumens naturam nostram / ut quod erat ipse non perderet / Quamquam enim johannes scribat verbum caro factum est / idemque alijs verbis dicat / deus homo factus est / verbum tamen non est versum in carnem / quia nunquam deus esse cessauit / ad quem et spiritus sanctus loquitur / tu autem ipse idem es / Et pater de celo contestatur / et dicit / tu es filius meus dilectus / in quo michi bene complacui / ut et homo factus contestatur / et dicit / tu es filius meus dilectus / in quo michi bene complacui / et homo factus in nostra confessione dicitur permanere / quod fuit prius / quam homo fieret / paulo nobiscum eadem predicante / ihus xpus hodie et heri ipse in secula / propterea enim quod ait / ipse ondit enim pristina non imitasse naturam / nec diuinitatis sue imminuisse diuicias / quia propter nos pauper effectus / plenam similitudinem nostre condicionis / assumpserat *Item eiusdem in epla paschali contra origenem inter cetera etc*

Vnus filius patris / noster que mediator / nec equalitatem eius amisit / nec amore consorcio / separatus est / inuisibilis deus / et visibilis homo / forma serui absconditus / et dominus glorie confessione credencium comprobatus / neque enim seruauit cum patre nature sue nomen / postquam pro nobis homo et pauper effectus est / nec in iordano fluuio baptizatum / altero appellauit vocabulo / sed filium vnigenitum / tu es filius meus dilectus / in quo michi bene complacui / nec similitudo nostra in diuinitatis mutata naturam / nec diuinitas in nostre conuersa est similitudinem / Cum ergo processisset ex virgine deus / in ea quam assumpserat

87

hũana natũa/vnũ ex duobꝰ sibi in uicem
contrarijs/existens carne ac spũ vnũ in deum
assũptus/aliud deitatis gra prestat Item
eiusdem infra

Multus est quidem/sed ut hõ
duplex enĩ erat in eo natura/inde
demũ laborauit ex itinere/inde esuriuit
et sitiuit/et fleuit hũani corporis lege

Sancti Basilij Capadocensi episcopi

Cum ergo quedam in xpo ita hu
mana videantur/ut nichil
a communi mortaliũ fragilitate
distare videantur/quedam ita diuina/ut
nulli alij/nisi illi ineffabili nature conue
niant deitatis/heret hũani intellectus
angustia/et tante admiracionis stupore p
culsa/quo declinet/quid teneat/quo se u
tat ignorat/Si hominem putat/de uicto
mortis regno/cum spolijs redeunte/amor
tuis cernit Propterea quid cum omni metu et reue
rencia/contemplandum est/ut in vno eode
que/ita vtriusque nature veritas demonstretur/ut
neque aliquid indignum et indecens/de diuina
illa et ineffabili substancia senciatur/neque
rursum/que humanitus gesta sunt/falsis
illusa ymaginibus estimentur Item sancti Cyrilli

Homo nominatus est/cum sit
natura deus/dei patris
verbum qui similiter ut nos sanguini
communicauit et carni Sic enim in terris appa
ruit/non amittens/id quod erat sed assu
mens humanitatis nostram/in sua ratione per
fectam Item eiusdem in libro quid dicitur golia

Unus igitur est/et ante incar
nacionem deus verus
et qui in humanitate mansit/id quod
erat et est et erit/non discernendo ergo vnum
deum ihesum xpistum in homine seorsum/et se
orsum in deum sed vnum eundemque ihesum xpistum
esse dicimus non ignorantes differencias na
turarum/sed eas in confusas inter sese seruantes

Item eiusdem supra recetarum

Intelligitur certe tamquam
aliud in alio
habitare/id est diuinam naturam in humanita
te/non per passam commixtionem/aut commutationem
ut esset/quod non erat/quicquid enim in alio ha
bitare dicitur/non ipsum fit tale/quale est id
/quod habitat/sed aliud in alio magis in
telligitur/At vero in verbi natura/et humanitatis
sua a nobis differenciam designat diuersitas
naturarum/vnus enim ex vtroque intelligitur xpistus
Ergo in confessione ut ante dixeram inha
bitasse verbum ait in nobis Scit enim vnum
esse filium vnigenitum carnem factum et hominem

Item eiusdem supra ad nestorium epistola

At igitur sancta et magna syno
dus/ipsum qui est ex deo patre
naturaliter natus/filium vnigenitum
deum verum/de deo vero/lumen de lumine per quem
et cum quo omnia fecit pater/hunc descendisse
incarnatum esse et hominem/factum dei verbum/
Non enim dicimus/quod dei natura conuersa/uel
mutata/facta sit caro/nec quod in totum ho
minem/qui est ex anima et corpore/transfor
mata sit/sed illud magis/quod carnem
animatam/anima racionabili sibi copulauit/
verbum substancialiter ineffabiliter/ut factus sit homo/
et nuncupata sit/eciam filius hominis non
nuda tantummodo uoluntate/sed nec assumpcione
sola persone/sed quod diuerse quidem nature
in vnum conuenerunt/vnus tamen ex ambabus
xpistus et filius/non euacuata aut sublata di
uersitate naturarum per coniunctionem/sed quia si
mul nobis effecerunt/vnum deum et xpistum filium
id est diuinitas et humanitas/per archanam
illam ineffabilemque copulacionem ad vnita
tem/Itaque is qui ante secula omnia natus
est ex patre/eciam ex muliere carnaliter dicitur
procreatus/non quia diuina ipsius natura de
sacra virgine sumpsit exordium/nec quod propter
se ipsum opus habuit secundo nasci/post illam
natiuitatem quam habebat ex patre/Est enim in
eptum et stultum hoc dicere/quod is qui ante
omnia secula est semper(?) inest(?) patri secunde genera
cionis eguerit et esse inciperet/sed quia propter nos
et propter nostram salutem naturam sibi copulauit hu
manam/et processit ex muliere/ideo dicitur
natus esse carnaliter Neque enim primum natus
homo/communis de sancta virgine/et tunc de
mum inhabitauit in eo verbum/sed in ipsa vul
ua uteroque virginali/secum carne coniunxit/et
sustinuit generacionem carnalem carnis suena
tiuitatem suam faciens/Sic illum dicimus
et passum esse/et resurrexisse/non quia deus
verbum in sua natura passus sit/aut clauorum
transfixiones/ut alia sustinuerit vulnera
deus/nam quod incorporalis extra passionem
est/Sed quia corpus illud quod ipsius proprium
factum est/passum est/ideo hec omnia pro nobis
ipse dicitur passus/Inerat enim in eo corpore
quod paciebatur deus/qui pati non poterat Si
militer modo et mortem ipsius intelligimus/Im
mortale enim et incorruptibile est natura
et vita/et viuificans deus verbum/sed quia
corpus ipsius proprium gratia dei/iuxta pauli vocem
pro omnibus mortem gustauit/ideo ipse dicitur
mortem passus esse pro nobis/non quod ipse mor
tem esset expertus quantum ad ipsius naturam pertinet
Insania est enim hoc uel sentire uel dicere/sed
ut quod supra diximus/uera caro ipsius/morte
gustauit/Ita et resurgente carne ipsius/rur
sum resurrectionem dicimus/non quia in corrup
cionem ceciderat/quod absit/sed quia eius
corpus resurrexit/Ita xpistum et deum vnum con
fitemur non tamquam hominem cum verbo coadora
tes/ne diuisionis quedam species inducatur/
sed vnum iam et eundem iam adorantes quia
non est alienum a verbo/corpus suum/cum quo ipse
eciam assidet patri/nec hoc ita dicimus/quasi

duobus filiis assidentibus/ sed uno cum carne
per unitatem/ quia si talem copulationem fac-
tam per substanciam/ aut quasi per decorem uolu-
erimus accipere in id incidimus ut duos filios
esse dicamus/ Necesse est enim discernere et
dicere hominem separatum fuisse/ sola filii appella-
tione honoratum/ et rursum uerbum quod est
ex deo/ et nomine et ueritate/ filium dei/ sed discer-
nere in duos filios dominum non debemus/ unum deum
ihesum xpistum Neque id adiuuat rectam fidei racio-
nem licet nonnulli copulacionem/ nescio quam perhibeat
personarum/ Non dixit enim scriptura uerbum dei perso-
nam sibi hominis assumpsisse/ sed carnem factum est
id autem est ostendere dei uerbum/ similiter ac nos
participium habuisse carnis/ ac sanguinis/ et
corpus nostrum proprie suum fecisse/ et hominem ex
muliere processisse/ non obiecta non deposita
deitate/ aut generacione illa/ quam habebat
ex patre/ sed mansisse eciam in assumpcione
carnis dominum/ quod erat/ hoc ubique recte fidei
racio protestatur/ in tali sensu patres sanctos fu-
isse comperimus/ Ideo illi non dubitauerunt sanctam
uirginem dicere/ theotocon/ non quod uerbi natura
deitas que de sancta uirgine sumpsit exordium/ sed
quod ex ea natum sit sacrum illud corpus a-
nimatum/ anima rationali/ cui substancialiter adu-
natum dei uerbum/ carnaliter natum esse dicitur/

Eiusdem leonis pape ad turibium asturicen-
i Contra priscillianistas sancti episcopum
qui sanctam trinitatem non personis sed tantum nomi-
bus distinguunt/ ii Aduersus id quod dei
filium posteriorem credunt fuisse quam patrem
iii Aduersus id quod dicunt deo unigenitum
dici xpistum/ quia solus sit de uirgine natus/
iiii de natali domini/ quem in eo priscillianiste ie-
iunia celebrent/ V Aduersus id quod aiunt
animam hominis ex diuina esse substancia/ VI Contra
id quod aiunt dyabolum ex se uel eorum cha-
os esse et propriam habere naturam/ VII Contra illud
quod nupcias et procreaciones filiorum astru-
ant esse peccatum/ VIII Contra id quod corpora huma-
na dyaboli dicunt esse figmenta et a demoni-
bus et in utero formari/ IX Contra id quod filios
repromissionis/ ex spiritu sancto dicunt esse concep-
tos X Contra id quod animas in celestibus
peccare dicunt/ et secundum qualitatem peccati
in hoc mundo accipere sortem uel bonam uel
malam XI Contra id quod fatalibus stel-
lis dicunt animas hominum obligatas XII
Contra id quod sub aliis potestatibus partes
anime/ sub aliis corporis membra distribuunt
XIII Contra id quod patriarcharum nomina
per singula corporis membra distribuunt XIIII Contra id
quod xii. signa/ que mathematici ob-
seruant per corpus omne distinguunt/ XV de
apocrifis eorundem priscillianorum emendandis/

de libro dictinii et cetera sequitur

LEO episcopus turibio episcopo salutem
Quam laudabiliter pro ca-
tholice fidei ueritate mouearis/
et quam sollicite dominico gregi deuocionem
officii pastoralis impendas/ tradita nobis
per dyaconum tuum fraternitatis tue scripta de-
monstrant/ quibus noticie nostre insinuare
curasti/ qualis in regionibus uestris de antiqua
pestilencie reliquiis morbus exarsit/ Nam
et epistole sermo/ et commonitorii series/ et li-
belli tui textus eloquitur/ priscillianistarum
apud nos fedissimam recaluisse sentinam/ Nichil
est enim sordium in quorumcumque sensibus im-
piorum/ quod non in hoc dogma confluxerit
quoniam de omni terrenarum opinionum luto mul-
tiplicem feculenciam miscuerunt ut soli totum
biberent/ quidquid alii ex parte gustassent/
denique si uniuerse hereses que ante priscil-
liani tempus exorte sunt diligencius
retractentur/ nullus pene inuenietur/
de quo non traxerit impietas illa contagium
Que non contenta recipere falsitatis qui
ab euangelio xpisti/ sub xpisti nomine deuia-
runt in tenebras/ set eadem paganitas
immersit/ per magicarum arcium prophana et se-
creta/ et mathematicorum uana menda-
cia/ ut religionis fidem/ morumque racionem
in potestate demonum et in effectu syderum col-
locarat/ Quod si et credi liceat/ et do-
ceri/ nec uirtutibus premium/ nec uiciis pena
debetur/ omniaque non solum humanarum legum
sed eciam diuinarum institucionum decreta/
soluentur/ quia neque de bonis neque de ma-
lis actibus ullum poterit esse iudicium si in utrumque
que partem fatalis necessitas motum mentis
impellit/ et quidquid ab hominibus agitur/
non est hominum sed astrorum/ ad hanc insa-
niam pertinet/ et prodigiosa tocius humani
corporis per duodecim celi signa/ distinctio/
ut diuersis partibus diuerse presideant potestates/
et creatura quam deus ad ymaginem suam
fecit in tanta sit obligatione syderum in qua-
ta est connexione membrorum/ Merito patres
nostri sub quorum temporibus heresis
hec nephanda prorupit per totum mundum
instanter egerunt/ ut impius furor ab uni-
uersa ecclesia pelleretur/ quando eciam mundi
principes ita hanc sacrilegam dementiam
detestati sunt/ ut auctorem eius cum plerisque
discipulis legum publicarum ense prostra-
uerint/ Videbant enim omnem curam hones-
tatis auferri/ omnemque coniugiorum copu-
lam solui/ simulque diuinum ius humanum-
que subuerti/ si huiusmodi hominibus usquam
uiuere cum tali professione licuisset/ pro-
fuit diu ista districtio ecclesiastice leni-
tati/ quia et si sacerdotali contenta iudicio
cruentas refugit ulciones/ seueris tamen
xpistianorum principum constitucionibus ad-
iuuatur/ dum ad spiritale nonnumquam
recurrunt remedium/ qui timent corporale
supplicium/ Ex quo autem multas prouin-
cias hostilis occupauit irrupcio/ et

excitationes legum tempestates mundi clades bellorum, ex quo in sacerdotibus dei difficilis commeatus et rarus cepit esse conventus, invenit obumbratio perturbationem, secreta perfidia libertatem, et ad multarum mentium subversionem his malis est incitata, quibus debuit esse correcta. Que vero illic aut quanta pars plebium a pestis huius aliena est, ubi sicut dilectio tua indicat, letali morbo etiam quorumdam sacerdotum corda corrupta sunt, et per quos opprimenda falsitas et defendenda veritas credebatur, per ipsos doctrine Priscilliane evangelium subditur Christi, et ad prophanos sensus pietate sanctorum voluminum depravata, sub nominibus prophetarum et apostolorum non hoc predicetur quod spiritus sanctus docuit, sed quod dyaboli minister inseruit. Quia ergo dilectio tua fideli quantum potuit diligencia dampnatas olim opiniones sedecim se capitulis comprehendit, nos quoque strictim omnia retractemus, ne aliquid harum blasphemiarum aut intollerabile videatur aut dubium. Sequitur primum cetera

Primo itaque capitulo demonstratur quam impie senciant de trinitate divina, qui patris et filii et spiritus sancti unam atque eandem asserunt esse personam, tanquam idem deus nunc pater, nunc filius, nunc spiritus sanctus nominetur, nec alius sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui de utroque processit, sed singularis unitas in tribus quidem vocabulis, non autem in tribus sit accipienda personis. Quod blasphemie genus de Sabellii opinione sumpserunt, cuius discipuli etiam Patripassiani merito nuncupantur, quia si ipse est filius qui et pater, crux filii patris est passio, et quidquid in forma servi filius patri obediendo sustinuit, totum in se pater ipse suscepit. Quod catholice fidei sine ambiguitate contrarium est, que trinitatem deitatis sic homousion confitetur, ut patrem et filium et spiritum sanctum sine confusione indivisos, sine tempore sempiternos, sine differencia credat equales, quia trinitatem, non eadem persona, sed eadem implet essencia. Sequitur secundum

In secundo capitulo ostenditur ineptum vanumque commentum de processionibus quarumdam virtutum ex deo, quas habere ceperit, et quas essencia sui ipse precesserit. In quo Arianorum quoque suffragantur errori, dicencium quod pater filio prior sit, quia fuerit aliquando sine filio, et tunc pater esse ceperit quando filium genuerit. Sed sicut illos ecclesia catholica detestatur, ita et istos, qui putant aliquando deo id quod eiusdem est essencie defuisse. Quem sicut mutabilem, ita et proficientem dicere nephas est. Non enim minus mutatur quod minuitur, quam etiam mutatur quod augetur. Sequitur tercium capitulum cetera

Tercio vero capitulo sermo assignat quod idem impii asserunt, ideo unigenitum dici dei filium, quia solus sit natus ex virgine. Quod utique non auderent dicere, nisi Pauli Samosateni et Fortini virus hausissent, qui dixerunt dominum nostrum Iesum Christum antequam nasceretur ex Maria virgine non fuisse. Si autem aliud isti de suo sensu intelligi volunt, neque principium de matre dederunt Christo, asserant necesse est non unum esse filium dei, sed alios quoque ex uno patre genitos, ex quibus hic unus sit natus ex femina, et ab hoc appelletur unigenitus, quia hanc nascendi condicionem alius filiorum dei nemo susceperit. Quocumque igitur se contulerint, in magne tendunt impietatis abruptum, sed Christum dominum vel ex matre voluerint habere principium, vel patris dei unigenitum diffitentur, cum et de matre is natus sit qui erat deus verbum, et de patre nemo sit genitus preter verbum. Sequitur capitulum quartum

Quarto autem capitulo continetur quod natalem Christi, quem secundum susceptionem veri hominis catholica ecclesia veneratur, quia verbum caro factum est et habitavit in nobis, non vere isti honorant, sed honorare se simulant, ieiunantes eodem die sicut et die dominico, qui est dies resurrectionis domini. Quod utique ideo faciunt, quia Christum dominum in vera hominis natura natum esse non credunt, sed per quamdam illusionem ostentata videri volunt que vera non fuerunt, sequentes dogmata Cerdonis atque Marcionis, et cognatis suis Manicheis per omnia consonantes. Qui sicut in nostro examine detecti atque convicti sunt, dominicum diem quem nobis salvatoris nostri resurrectio consecravit, exigunt in merore ieiunii, solis, ut proditum est, reverencie hanc continenciam devoventes, ut per omnia sint a nostre fidei unitate discordes, et dies qui a nobis in leticia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Unde dignum est ut inimici crucis et resurrectionis Christi talem accipiant sentenciam, qualem elegere doctrinam. Sequitur capitulum quintum

Quinto capitulo refertur quod animam hominis divine asserunt esse substancie, nec a natura creatoris sui distare naturam. Quam impietatem et philozophorum quorumdam et Manicheorum opinione manantem catholica fides dampnat, sciens nullam tam sublimem tamque precipuam esse facturam, cui deus ipsa natura sit. Quod enim de ipso est, hoc est quod ipse, neque aliud est quam filius et spiritus sanctus. Preter hanc autem summe trinitatis unam consubstancialem et sempiternam atque incommutabilem deitatem, nichil omnino creaturarum est, quod non in exordio sui ex nichilo sit creatum. Non autem quidquid inter creaturas eminet deus est, nec si quid magnum atque mirabile est, hoc est quod ille qui facit mirabilia magna solus. Nemo hominum

veritas, nemo sapientia, nemo iustitia est, sed mul-
ti participes veritatis et sapiencie atque iusticie.
Solus autem deus nullius est participacionis in-
digus. De quo quicquid digne intelligitur, sentitur,
non est qualitas, sed essencia. Incommutabili ei
nichil deperit, quia esse illi est quod est sem-
piternum, semper proprium. Unde ipse manens innou-
at omnia, et nichil accipit quod ipse non dedit.
Nimium ergo superbi nimiumque sunt ceci, qui aut deum
aut humanam animam dicunt esse substancie. Non
intelligunt nichil se aliud dicere, quam deum esse
mutabilem et ipsum per peccati quidquid est pro nature
vel anime eius inferri. Sequitur VI capitulum

Sexta annotacio indicat Priscillianistas
dicere quod dyabolus
numquam fuit bonus, nec natura eius
opificium dei sit, sed eum ex chao et tenebris e-
mersisse, quia scilicet nullum sui habeat auctorem,
sed omnis mali ipse sit principium atque substancia. Cum
fides ea que est catholica omnium creaturarum
sive spiritualium sive corporalium bonam confiteatur
substanciam et mali nullam esse naturam, quia deus,
qui universitatis est conditor, nichil nisi bonum
fecit. Unde et dyabolus bonus esset, si in eo quod
factus esset permaneret. Sed quia naturali excellencia
male usus est et in veritate non stetit, non in contra-
riam substanciam transiit, sed a summo bono cui
debuit adherere descivit. Sicut ipsi qui talia
asserunt a veris in falsa proruunt et naturam in quo
sponte delinquunt, ac pro sua voluntaria per-
versitate dampnantur, quod utique ipse malum
erit, et ipsum malum non erit substancia, sed pena substancie.

Septimo loco Septimum
consequitur
Quod nupcias dampnant et
procreacionem nascencium perhorrescunt, in quo sibi
pene in omnibus cum manicheorum profanitate
concordant. Ideo sicut ipsorum mores probant
coniugalem copulam detestantur, quia est illic
libertas turpitudinis, ubi non pudor matrimo-
nii servatur et sobolis. Sequitur octavum

Octavum ipsorum blasphema-
cionem humanorum
corporum diaboli esse figmentum et se-
mina concepcionum opera demonum in mulie-
rum utique ventre figurari, propter quod resurrec-
tionem carnis non esse credendam, quia concre-
acio corporis non sit congruens anime digni-
tati. Que falsitas sine dubio opus dyabo-
li est, et talia prodigia opinionum figmenta
sunt demonum, qui non in feminarum ventribus
format homines, sed in hereticorum cordibus
tales fabricant errores, quod immundissimum
virus de manicheorum impietatis fonte pro-
cedens olim fides catholica deprehendit atque
dampnavit. Sequitur Nonum capitulum

Nona annotacio manifestat
quod filios repromissionis
ex mulieribus quidem natos, sed ex
spiritu sancto dicant esse conceptos, ne
illa soboles que carnis semine nascitur
ad illam condicionem pertinere videatur. Quod
catholice fidei repugnans atque contrarium est,
que omnem hominem in corporis animeque substancia
a conditore universitatis formari atque ani-
mari intra materna viscera confitetur, ma-
nente quidem illa peccati mortalitatis
contagione, que in prolem a primo parente
transcurrit, sed regeneracionis subveni-
ente sacramento, quo per spiritum promissionis
filii renascuntur, non in utero carnis, sed in vir-
tute baptismatis. Unde et david, qui uti-
que promissionis erat filius, dicit ad deum:
Manus tue fecerunt me et plasmaverunt
me. Et ad ieremiam dominus ait: Prius quam te for-
marem in utero novi te, et in vulva matris
tue sanctificavi. Capitulum decimum etc.

Decimo autem tytulo re-
feruntur asserere ani-
mas que humanis corporibus inse-
runtur fuisse in corpore et in celesti habitacione
peccasse, atque ob hoc a sublimibus ad inferiora
delapsas in sue equalitatis principes in-
cidisse, et per aereas atque sydereas potestates
alias in diversis corporibus esse conclusas
sorte diversa et condicione dissimili. Ut quod
in hac vita varie et inequaliter provenit, ex
precedentibus causis videatur accidere. Quam
impietatis fabulam ex multorum sibi errori-
bus texuerunt. Sed omnes eos catholica fides
a corpore sue unitatis abscidit, constanter
predicans atque veraciter quod anime hominum prius-
quam suis inspirentur corporibus non fuerunt,
nec ab alio incorporentur nisi ab opifice
deo, qui et ipsarum est creator et corporum. Et quia
per primi hominis prevaricacionem tota humani
generis propago viciata sit, et neminem posse a
condicione veteris hominis liberari nisi per sacramentum
baptismatis christi, in quo nulla est discrecio
renatorum, dicente apostolo: Quicumque in christo
baptizati estis, christum induistis. Non est iudeus
neque grecus, non est servus neque liber, non est
masculus neque femina. Omnes enim vos
unum estis in christo ihesu. Quid ergo hic agunt
cursus syderum, quid figmenta fatorum, quid
mundanarum rerum mobilis status et inquieta
diversitas? Ecce tot impares gracia dei fecit e-
quales, qui inter quoslibet vite huius la-
bores si fideles permanent, miseri esse non
possunt, quod apostolus cum illud in omni temp-
tacione monet dicens: Quis nos separabit
a caritate christi? Tribulacio an angustia
an persecucio an fames an nuditas an peri-
culum an gladius? Sicut scriptum est: Quia
propter te mortificamur tota die, estimati sumus
sicut oves occisionis. Sed in his omnibus
superamus propter eum qui dilexit nos. Et ideo
ecclesia que corpus est christi nichil de mundi
inequalitatibus metuit, quia nichil de
bonis temporalibus concupiscit, nec

timet mam strepitu fatoꝝ gravari/ que potẽ ci
a tribulacionũ nouit augeri Caplm vndecimũ

VNDECIMA ipoꝝ blasphe
mia est/ quod
fatalibus stellis/ et animas hoīm
et corpora op inãt obstringi/ per quã amenti
am necesse est/ ut homines paganoꝝ erro
ribus implicati/ et fauencia sibi ut putãt
sydera/ colere/ et adũsancia studeant miti
gare/ vnde ista sectantibus/ nullus in ecclia
catholica locus sit/ qm̃ quisquis talibus per
suasionibus sit deditus/ a xpi corpore tot9
abscessit/ Capitulum duodecimũ 12

DVODECIMUM int' h'
illud
est quod sub alijs ptatibus/ ptes
anime/ sub alijs Corporis mẽbra/ describũt
qualitates interiorum psulum/ in patriarcharũ
nominibus statuunt quib9 et diũsa signa sy
dera/ quoꝝ virtuti corpora subiciũt/ opponant/
Et in his omibus/ inextricabili se errore p
pediunt/ audientes dicentem aplm/ Videte
ne quis uos seducat/ per phiam et manem
fallaciã/ scdm tradicionẽ hoīm scdm ele
menta mũdi et nõ scdm xpm/ quia in ipõ ha
bitat/ omis plenitudo diuinitatis corpalr/
Et estis in illo repleti/ qui ẽ caput prīcipa
tus et potestatis/ Et itm/ Nemo uos se
ducat/ volens in humilitate et religiõe an
geloꝝ que nõ vidit/ ambulans frustra in
flatus sensus carnis sue nõ tenẽs/ caput
ex quo totũ corpus compactum/ et cõiunctiõe
subministratũ/ crescit in augmentũ dei/ Quid
ḡo opus est in cor admittere/ qd' lex nõ do
cuit/ quod prophecia nõ cecinit/ quod euan
gelij veritas nõ predicauit/ quod aplica doc
trina nõ tradidit/ Sed hec apta sũt eoꝝ me
tibus/ de quib9 aplus loquit' dicẽs/ Erit enim
tpus/ cũ sanã doctrinam nõ sustinebũt/ sed
ad sua desideria coacerbabũt sibi magros pru
rientes auribus/ et a ueritate quidẽ audi
tum auertent/ ad fabulas aũt cõuertentur/
Nichil itaqȝ nobiscum cõmune habeant/
qui talia audent uel docẽ uel credẽ/ uel q
buslibet modis mtũr astruẽ/ quod sub a
carnis/ ab spe resurrectionis aliena sit/
atȝ omẽ sacramm incarnationis xpi re sol
uit/ quia sicut dignũ fuit integrũ hoiem
suscipi/ sit dignum erat integrum liberari tercio

TERCIODECIMO decĩo
loco/ po
situm est dicẽ eosdem/ quod oẽ
corpus scripturarum cum nominibus/ sub patriarcharum
nominibus accipiendũ sit/ quia ille duode
cim virtutes/ que reformacõnem homis inte
rioris operant'/ in eoꝝ vocabul' dedicentur/
sine qua scia/ nullam animã posse asse
qui ut in eã substanciam de qua prodijt/ refor
metur Sed hanc impiam vanitatem de
spectui habet xpiana sapia/ que nouit

deitatis inuiolabilem et incõmutabilem esse naturam
animã aũt siue corpore separatam/ multis
passionib9 subiacere/ que utiqȝ si de diuina
esset essencia/ nichil aduersi posset incidẽ/ Et
ideo inefabilir/ aliud creator/ aliud creatura
Ille enim semper idem est et nulla varietate mu
tatur/ hec aũt mutabilis eciã nõ mutata
quod aũt nõ mutetur/ donatũ potit habẽ
non proprium Caplm quartodecimum

SVB quartodecimo uõ capitulo
de statu corporis/ sentire dicũt
quod sub ptate sydeꝝ atȝ signoꝝ
pro qualitate terrena seruatur/ Et ideo multa in
scris libris/ que ad exteriorem hominẽ ptineat
reperiri/ ut in ipis scripturis int' diuinã terre
namqȝ naturam/ quedam sibi repugnet adũ
sitas/ et aliud sit/ quod sibi vendicent anĩe
psules/ aliud quod corporis conditores/ que
fabule adeo deserũt'/ ut anime diuĩe affir
ment' esse subãe/ et caro credat' male eẽ nẽe/
qm̃ et ipm mũdũ cũ elementis suis/ nõ opus
di boni/ sed cõdicionẽ mali profitent'/ aucto
ris/ atȝ ut hec mendacioꝝ suoꝝ sacrilegia/ bo
nis titulis colorarent/ omnia pene diuina elo
quia/ sensuũ nephandoꝝ immixtiõe violarũt

DEQUA re xvmo caplõ XV.
sermo conquerit' / et p
sumptione dyabolicam/ merito detes
tatur/ quia et nos istud/ veracium testium re
lacione cõperim9/ et multos corruptissimos
eoꝝ codices/ qui canonici titulantur inuenim9
quõ enim decipere simplices possent/ nisi vene
nata pocula quodam melle prelinirent/ ne usqȝ
qua sentirent' insuaua/ que essent futura
mortifera. Curandũ ḡo est et sacerdotali dili
gencia maxime prouidendũ/ ut falsati co
dices/ et a sincera veritate discordes/ in nullo
usu leccionis habeant'/ Apocrife aũt scripturẽ
que sub nominibus aploꝝ/ multaꝝ hent semi
na falsitatum/ nõ solum int'dicende sunt
sed eciam penitus auferende/ et ignibus concre
mande/ quamuis enim sint in illis quedam q
videant' speciem habẽ pietatis/ nũqm̃ tamẽ
vacua sũt venenis/ sȝ per fabularum illecebras
hoc latent' operant'/ ut mirabilium narracioni
seductos laqueis cuiuscumqȝ erroris inuoluant/
Vnde si quis epõꝝ uel apocrifa habẽ nõ pro
hibuerit/ uel sub canonicoꝝ codicum nomine/
eos libros in ecclia permiserit legere/ qui priscil
liam adulterina sũt/ emendacioẽ corrupti
heticum se nouerit iudicandũ/ qm̃ qui alios
ab errore nõ reuocat/ seipm̃ errare demõstrat

POSTREMO capitulo/ hoc pro
didit/ iusta que
rimonia/ quod dictinij tractatus/ qd'
scdm priscilliani dogma conscripsit/ a multis cũ
veneraciõe legentur/ cum si aliquid memoiẽ
dictinij tribuendum putant/ reparacioꝝ eius
magis debeat amare/ qm̃ lapsum Non ḡo
dictiniũ sȝ priscillanũ legunt/ et illud probat
quod errans docuit/ nõ quod correctus elegit

Sed hoc nemo impune presumat / nec inter catholicos censeatur / quisquis utitur scriptis / non solum ab ecclesia catholica / sed etiam a suo auctore dampnatis / non sit perversis liberum simulare / quod fingunt / nec sub velamine nominis christiani decretorum imperialium statuta declinent / Ideo enim ad ecclesiam catholicam / cum tanta cordis diversitate conveniunt / ut et quos possunt suos faciant / et legum severitatem / dum se nostros mentiuntur / effugiant / faciunt hoc priscillianiste / faciunt hoc manichei / quorum cum istis tam federata sunt corda / ut in solis nominibus discreti / sacrilegiis autem suis inveniantur uniti / quia si vetus testamentum / quod isti se suscipere simulant / manichei refutant / ad unum tamen finem utrorumque tendit intentio / cum quod illi abdicando impugnant / isti recipiendo corrumpunt / In execrabilibus autem misteriis eorum / que quanto immundiora sunt / tanto diligentius occultantur / unum prorsus nephas / una est obscenitas / et similis turpitudo / quam et si eloqui erubescimus / sollicitissimis tamen inquisitionibus indagatam / et manicheorum qui comprehensi fuerant confessione detectam / ad publicam fecimus pervenire notitiam / ne ullomodo dubium posset videri / quod iudicio nostro / cui non solum frequentissima presentia sacerdotum / sed etiam illustrium virorum dignitas / et pars quedam senatus ac plebis interfuit / ipsorum qui omne facinus perpetraverant / ore reseratum / sicut ea que ad dilectionem tuam misimus gesta demonstrant / quod autem de manicheorum fedissimo scelere / hoc etiam de priscillianistarum incestissima consuetudine / olim compertum / multumque vulgatum est / Et quia per omnia in impietate sensuum pares / non possunt in sacris suis esse dissimiles / discussis itaque omnibus / que libelli series comprehendit / et a quibus commonitorii forma non discrepat / sufficienter ut opinor ostendimus / quid de hiis que ad nos fraternitas tua retulit censeamus / et quam non sit ferendum si tam profanis erroribus etiam quorundam sacerdotum corda consentiunt / vel ut mitius dixerim non resistunt / qua conscientia honorem sibi prestitum vendicant / qui pro animabus sibi creditis non laborant / bestie irruunt / et ovium septa non claudunt / fures insidiantur / et excubias non pretendunt / morbi crebrescunt / et remedia nulla prospiciunt / Cum autem etiam illud addunt / ut hiis qui sollicitius agunt / consentire detrectent / et impietates orbe toto olim dampnatas / subscriptionibus suis anathematizare dissimulant / quid de se intelligi volunt / nisi quod non de numero fratrum / sed de parte sunt hostium / Iam vero / quod in extrema familiaris epistole tue parte posuisti / miror cuiusquam catholici intelligentiam laborare / tamquam incertum sit / an descendente ad infernum Christo / caro eius requieverit in sepulcro / que sicut vere et mortua et sepulta / ita vere est die tercio suscitata / hoc enim et ipse dominus denuntiaverat dicens ad iudeos / Solvite templum hoc / et in triduo suscitabo illud / ubi evangelium subiunxit / hoc autem dicebat de templo corporis sui / Cuius rei veritatem etiam David predixerat / loquens sub persona domini salvatoris et dicens / Insuper et caro mea requiescet in spe / quoniam non derelinques animam meam in inferno / nec dabis sanctum tuum videre corruptionem / Quibus utique verbis manifestatum est / quod in sepulchro requievit / et corruptionem non subiit / quia celeriter vivificata reditu anime resurrexit / Quod non credere satis impium est / et ad manichei priscillianique doctrinam pertinere non dubium est / qui sacrilego sensu ita se Christum simulant confiteri / ut et incarnationis et mortis et resurrectionis auferant veritatem / habeatur ergo inter vos episcopale concilium / et ad eum locum / qui omnibus oportunus sit / vicinarum conveniant sacerdotes provinciarum / ut secundum hec / que ad tua consulta respondimus / plenitudine disquiratur examinis / an sint aliqui inter episcopos / qui huius heresis contagione polluantur / a communione sine dubio separandi / si nefandissimam sectam per omnium sensuum pravitatem / dampnare noluerint / nulla enim ratione tollerandum est / ut qui predicande fidei suscepit officium / is contra evangelium Christi / contra apostolicam doctrinam / contra universalis ecclesie symbolum / audeat disputare / quales illic erunt discipuli / ubi tales docebunt magistri / que illic religio populi / que salus plebis / ubi contra humanam societatem / pudoris sanctitas tollitur / coniugiorum fedus aufertur / propagatio generationis inhibetur / carnis natura dampnatur / veri dei cultus interdicitur / trinitatis deitatis negatur / personarum proprietas confunditur / animabus humanis divina essentia datur / et eadem ad dyaboli arbitrium / carne concluditur / dei filius per id quod de virgine ortus / non per id quod ex patre natus est / unigenitus predicatur / deinde nec veri dei proles / nec vere virginis partus asseritur / ut per falsam passionem / mortemque non veram / mendax etiam resurrectio / resumpte de sepulcro carnis habeatur / frustra utuntur catholico nomine / qui istis impietatibus non resistunt / possent hec credere / qui possunt patienter audire / dedimus itaque litteras ad fratres et coepiscopos nostros / Terraconenses / Carthaginenses / Lusitanos atque Gallicos / eisque concilium synodi generalis indiximus / que ad tue dilectionis sollicitudinem pertinebat / ut nostre ordinationis auctoritas / ad predictarum provinciarum episcopos deferatur / si autem aliquid / quod absit obstiterit / quominus possit celebrari generale concilium / Gallicie saltem in unum conveniant sacerdotes / quibus congregandis fratres nostri Ydacius et Ceponius imminebunt /

commissa cum eis sub cura tua/quo cicius uel provin
ciali concilio remedium tantis uulneribus
afferatur/ **Epistola eiusdem leonis ad episcopos
per ytaliam quod plurimi manicheorum in
gilancia pape leonis in urbe roma detecti sunt.**

LEO omnibus episcopis per ecclesias per ytaliam con
stitutis/in domino salutem/In consorci
um vos nostre sollicitudinis dilectissimi fratres
advocamus/ut vigilancia pastorali ne
quid dyabolice rei astucia possit/nocere
commissis vobis gregibus/diligencius con
sulatis/ne his/qui divina misericordia reve
lante/per curam circa animas quibus insidiis
abicitur/nec dum vos premonitis/et ad
huc quid agatur ignaris/per vestre sedis pa
gat ecclesias/et suarum furtim cuniculos i
veniat latebrarum/ut quod a nobis in urbe ex
tingwitur/tenebrosis apud vos radicibus
seminetur/plurimos impietatis manichee
sequaces et doctores/in urbe investigacio
nostra repperit/vigilancia divulgavit aucto
ritas et censura coheravit/quos potuimus
emendare correximus/et ut dampnarent ma
micheum cum predicacionibus et disciplinis suis
publica in ecclesia professione/et manus sue
subscriptione/compulimus/et ita devoragine
impietatis sue confessis/penitenciam concedendo
levavimus/aliquanti vero/qui ita se merserant
ut nullo his auxilii possit remedio sub
veniri/aliter/ut nullum his auxiliantis pos
set remedium subvenire/subditis legibus
secundum christianorum principum constituta/ne
sanctum gregem sua contagione pollueret/per
publicos iudices/perpetuo sunt exilio rele
gati et omnia que tam in scripturis quam in oc
cultis tradicionibus suis habent/prophana et
turpia/ut posset populus quid refugeret aut
quid vitaret/oculis christiane plebis certa
manifestacione probavimus/adeo ut ipse
qui dicebatur eorum episcopus/a nobis tentus pro
deret flagiciosa/in suis misteriis/que tene
rent/sicut gestorum vos series poterit edo
cere/ad instructionem enim vestram/eciam ipsa
direximus/quibus lectis omnia que a nobis
reprehensa sunt/nosse poteritis/Et quia a
liquantos de his quos hic ne se absolverent/
arcior ratis involverat/cognovimus effu
gisse/hanc ad dileccionem vestram epistolam mi
simus/per acolitum nostrum/ut effecta cercior sanctitas
vestra/solicitius agere dignetur et cautius/ne
alicubi manichee perversitatis homines/ple
bes vestras facultatem ledendi/et huius sa
crilegii possint invenire doctores/aliter
enim nobis commissos regere non possumus
nisi hos qui sunt proditores et proditi
zelo fidei dominice persequamur/et a sanis men
tibus/ne pestis hec latius divulgetur/
severitate/qua possumus abscidamus
Unde hortor dileccionem vestram et obtestor/
et moneo/ut qua debetis et potestis solli
citudine vigiletis/ad investigandos eos
nec ubi occultandi se reperiant facultas
tem/ut enim habebit a deo digne remunera
cionis premium/qui diligencius quod ad sa
lutem commisse sibi plebis proficiat/fu
erit executus/ita ante tribunal domini de reatu
negligencie se non poterit excusare quicunque
plebem suam contra sacrilege persuasionis auc
tores noluerit custodire/Data kalendis febru
arii theodosio xviii et albio iiii consulibus

Epistola eiusdem leonis pape ad aquilegiensem episcopum

RElacione sancti fratris et co
episcopi nostri/septimi
que in subditis habetur/cogno
vimus/quosdam presbiteros ac dyaconos/ac
diversi ordinis clericos/quos pelagiana sive
celestiana heresis/habuit implicatos/ita
in vestra provincia/ad communionem catholicam
pervenisse/ut nulla ab eis dampnacio proprii
exigeretur erroris/et pastoralibus excubiis
nimium dormitantibus/lupos ovium pellibus
tectos/in ovile dominicum non depositis bestialibus
animis introisse/et quod per auctoritatem
canonum decretorumque nostrorum/ne in insontibus
quidem conceditur usurpasse/ut relictis ec
clesiis/quibus clericatum aut acceperant aut rece
perant/instabilitatem suam per diversa circum
ferant/amantes semper errare/et nunquam
in fundamento apostolico permanere/qui cum nullo
discussi examine/nullo sunt preiudicio sue
professionis obstricti/hinc maxime expe
tunt fructum/ut sub velamento communio
nis plures domos adeant/et per falsi nominis
scienciam multorum corda corrumpant/quod
utique efficere non possent/si ecclesiarum presules/
necessariam diligenciam in talium recepcione ser
vassent/nec cuiquam eorum evagari/in diversa
licuisset/ne ergo hoc ultius fieri/per quorun
dam negligenciam introducta pernicies/ad
eversionem multarum tendat animarum/hoc
vos auctoritate precepti/in diuste tue fraterni
tatis iudicamus/ut congregata apud vos syno
do/provincialium sacerdotum/omnes sive presbiteri si
ve dyaconi/vel cuiuscunque ordinis clerici/qui
de pelagianorum ac celestianorum consorcio/in co
mmunionem catholicam/ea sunt imprudencia
recepti/ut non prius ad dampnacionem sui coar
tarentur erroris/nunc saltem postea quam
yprocrisis eorum ex quadam parte detegitur
ad veram correccionem/que et ipsis prodesse/et
nullis possit nocere/cogantur/dampnent apertis
professionibus suis/superbi erroris auctores/
et quod in doctrina eorum/universalis ecclesia
horruit/detestentur/omniaque decreta synoda
lia/que ad excisionem huius heresios/apostolice
sedis confirmavit auctoritas/amplecti se
et in omnibus approbare/plenis et apertis
ac propria manu scriptis protestacionibus/eloquantur
/nichil in verbis eorum/nichil in sensu inveniatur

ambiguum, quin nouimus, hanc eorum esse versuciam,
ut in quacumque particula dogmatis execrandi
quam ad nostrorum soliditatem dissenserint, intelli-
gi sibi suorum sensuum estiment non saluari. Cumque omnes
diffinitiones suas, ad subrepentem fallacita-
tem improbare se simulet, atque deponere, hoc
sibi tanta arte fallendi non intelligunt exci-
piunt ut gratia dei secundum merita dari accipientium
senciatur quae utique nisi gratis detur, non
est gratia, sed merces retributioque meritorum, dicente
apostolo gratis salui facti estis per fidem, et hoc non
ex nobis dei donum est non ex operibus, ne for-
te quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum
creati in Christo Ihesu in operibus bonis, que prepa-
uit deus || presbyterum ordinem fuisse turbatum ita
ut vanis festina et immatura prouectio, quo-
rundam eorum deiectio facta sit, quos etas comme-
dabat, et nulla culpa minuebat. Quod si
ambientis intentio, aut imperita fauentium
studia, id quod numquam habebat consuetudo
poscebant, ut incipiens emeritis, et nouel-
lus preferretur antiquis, tue fuerat industrie
atque doctrine, ut iniuste petentium desideria ra-
tionabili auctoritate cohiberes, ne quem
in sacerdotali perperam perhibebas honorem,
ad iniuriam eorum quibus sociari ... inci-
peret. Mirum quis fieret, dum in illo non humi-
litatis virtus, sed furoris vicium roboraretur.
Neque enim ignorabas dixisse, vos autem
queritis de pusillo crescere, et de honore ma-
iores. Utrumque enim inordinatum, utrumque pre-
posterum est, et omnis laborum fructus aufer-
tur, omnis meritorum mensura vacuatur, si
tantum quis assequitur dignitatis, quantum
adulationis obtinuit, ut cupiditas eminen-
di non solum superbientem inuitat, sed etiam
Conuenientium fratrum uero ut asserit primi sedi-
que presbiteri circa epicarpium sibimet preponendum
tam hinc assentatio fuit, ut illum cum sui
dedecore possent honorari, ne hoc quidem
illis pro se iudicio decidentibus, sibi de-
buit quod uolebant. Cui tam misere volun-
tati, te dignius fuerat obuiare, quam
cedere, deformis autem ignauia tua, sit sibi con-
sciis et non irritam facientibus gratiam dei,
preiudicare non potuit, ut primatus suos
quodam commercio in alterum transferentes
obsequentium suorum minuerent dignitatem,
et que ultimum sibi ante posuerant, ceteris
preminent, predicti ergo presbiteri, qui indignos se
honoris sui ordine sunt professi, licet priuari
etiam sacerdotio mererentur, tamen ut apostoli-
ce sedis pietate parcatur, ultimi inter omnes
ecclesie presbiteros habeantur, et ut iudicii sui sententiam
ferant, inferiores etiam illo erunt, quem
propria sententia sibimet pretulerunt, ceteris omnibus
presbiteris in prior ordine permanentibus, quem unicui-
que ordinationis sue tempus ascribit, nec quis-
quam preter predictos duos in minuitione digni-
tatis patiatur iniuriam, sed in eorum statu tam eo

hoc reputat obprobrium, qui nouello et in-
matura ordinato inferiores fieri elegerunt,
ut illam euangelicam sententiam ad se senciant
pertinere, qua dicitur quo iudicio iudicaueritis
iudicabitur de vobis, et qua mensura
mensi fueritis, eadem remetietur vobis.
Paulus uero presbyter ordine suum, de quo lau-
dabili firmitate non cessit, obtineat, nec
altius aliquid in nullius contumeliam plurimum iniuri-
am, ita ut dilectio tua, quam non inmerito to-
ta facti huius pulsat iniuria, hoc saltem
remedio curare se properet, ut sine dissi-
mulatione hec que decreuimus tradantur
effectui, ne si iterato ad nos imploratio
iusta confugerit, necesse sit seuerius commo-
ueri, cum his que male sunt correctis
malimus redintegrare disciplinam, quam au-
gere vindictam. Execucionem vero preceptionum nostrarum fratri et coepiscopo nostro Iulio commi-
sisse nos noueris, ut omnia illa quemadmo-
dum constituimus roborentur. Data idus
marcii postumiano ii et ... consulibus. Item[va]
epistola leonis pape ad uniuersos episcopos
per siciliam constitutos directa etc.

LEO episcopus uniuersis episcopis per
siciliam constitutis in
domino salutem diuinis preceptis
et apostolicis monitis incitamur etc. || Require

Ut ambulemus omnes. Itaque bonorum operum
donatio, diuina operacio est, quia non
prius iustificatur quisquam virtute, quam
gratia, que est unicuique principium iusticie
et bonorum fons atque origo meritorum. Sed ab
istis deo preter naturalem industriam dicitur
preueniri, ut que ante gratiam proprio clara
sit studio, nullo videatur peccati origina-
lis vulnere sauciata, falsumque sit quod veri-
tas ait, quia filius hominis venit querere
et saluare quod perierat. Cauendum
ergo dilectioni tue est, magnaque diligentia
prouidendum, ne per huiusmodi homines extincta
dudum scandala suscitentur, et de olim
exciso dogmate, aliquod in prouincia tua
eiusdem mali germen oriatur, quod non solum
in radicibus suis crescat, sed etiam sancte ecclesie
sobolem ueneni sui ore inficiat. Qui cor-
rectos se uideri volunt, ab omni suspicione
se purgent, et obediendo nobis, probent
se esse nostros. Quorum si quisquam salubribus
preceptis satisfacere detrectauerit, siue ille cle-
ricus, siue sit laycus, ab ecclesie societate
pellatur, ne perditione anime sue saluti
insidietur aliene. Illam quoque partem ec-
clesiastice discipline, que olim a sanctis pat-
ribus et a nobis sepe districta est, ut nec in
presbiteratus gradu, nec in dyaconatus
nec in subsequenti ordine clericorum, ab
ecclesia ad ecclesiam cuiquam transire sit liberum,
ut in integrum reuocetis admonemus, ut
unusquisque non ambicione illectus, non

cupiditate seductus, non persuasione hominum depravatus, ubi ordinatus est perseveret, ita ut si quis sua querens, non que sunt Ihesu Christi, ad plebem et ecclesiam suam redire neglexerit, et ab honoris privilegio et a communionis vinculo habeatur extraneus. Non autem dubitet dilectio tua nos, si que non arbitramur neglecta fuerit, que pro custodia canonum et pro fidei integritate decrevimus, vehementius commovendos, quia inferiorum ordinum culpe ad nullos magis referende sunt, quam ad desides negligentesque rectores, quia multam sepe nutriunt pestilenciam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam. Item epistola Leonis pape ad Dorolcum beneventanum episcopum.

Dilectissimo fratri Dorolco Leo episcopus. Iudicium quod de te sperabamus dolemus esse frustratum, cum ea te commisisse perspicimus, que omnem ecclesiastice sanctionis regulam culpabili novitate fedaret. Cum plenissime noveris quanta sollicitudine per omnes Domini ecclesias paternorum velimus canonum precepta servare, et hanc maxime curam ad sacerdotes universarum plebium pertinere, ut sacrarum constitutionum regulam nullis corrumpant excessibus. Unde miramur te, que auctoritatem apostolice sedis observantissimum esse convenerat, tam negligenter ac potius insolenter egisse, ut traditarum tibi legum non custos, sed transgressor existeres. Libello enim Pauli presbiteri tui, qui in subditus habetur, cognovimus apud te novo ambitu fedo colluvio presbiterii ordinem. Item epistola Leonis pape ad universos episcopos per Siciliam constitutos directa etc.

Leo episcopus universis episcopis per Siciliam constitutis in Domino salutem. Divinis preceptis et apostolicis monitis incitamur, ut pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus effectu, ac si quid usquam reprehensioni invenitur obnoxium, celeri sollicitudine aut ab ignorantie imperitia aut a presumptionis usurpatione revocemus. Admonente enim nos dominice vocis imperio, quo beatissimus apostolus Petrus trina repetitione mistice sanctionis imbuitur, ut Christi oves qui Christum diligit pascat, ipsius sedis cui per habundanciam divine gratie presumus, reverencia cohortamur, ut periculum desidie quantum possumus declinemus, ne professio summi apostoli, qua se amatorem Domini esse contestatus est, non inveniatur in nobis, quia qui negligenter pascit totiens commendatum dominicum gregem, convincitur summum non amare pastorem. Rubrica. Quod prohibeatur in die epiphaniorum baptismum celebrari et cetera etc.

Cum ergo michi de caritatis vestre actibus fraterna affectione sollicito certis indiciis innotuerit vos in eo quod inter sacramenta ecclesie principale est, ab apostolice institutionis consuetudine discrepare, ita ut baptismi sacramentum numerosius in die epiphanie quam in paschali tempore celebretis, miror vos vel predecessores vestros tam irrationabilem novitatem usurpare potuisse, ut confuso temporis utriusque misterio nullam esse differentiam crederetis inter diem quo adoratus est Christus a magis et diem quo resurrexit Christus a mortuis, quam culpam nullo modo potuissetis incidere, si unde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius observantie sumeretis, et beati Petri apostoli sedes, que vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiastice magistra rationis, atque vos regulis rectissime minore possit equanimitate tolerari, si aliqua commonitionis nostre increpatio non precessisset. Nunc autem quia non desperatur correctio, servanda est mansuetudo, et licet vix ferenda sit in sacerdotibus excusatio, que pretendat insciencium, tamen malumus et censuram nostram temperare, et ratione vos aptissime veritatis instruere. Rubrica. Quod cuncta nobis per ordinem rerum per incarnationem Domini nostri salutis sacra districta sunt etc.

Semper quidem in intimo consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter preordinata reparatio, sed ordo rerum per Ihesum Christum Dominum nostrum temporaliter gerendarum in incarnatione ubi sumpsit exordium. Unde aliud tempus est, quo adnunciante angelo beata Maria virgo fetu dandam se per Spiritum Sanctum credidit et concepit; aliud quo salva integritate virginea puer editus exultatione gaudio celestium ministeriorum pastoribus indicatur; aliud quo infans circumciditur; aliud quo hostia pro eo legalis offertur; aliud cum tres magi claritate novi syderis incitati in Bethleem ab oriente pervenerunt, ut adoratum parvulum mistica munerum oblatione venerarentur. Nec idem sunt dies, quibus impio Herodi ordinatione divina in Egyptum sublatione subtractus est, vel quibus ab Egipto in Galileam mortuo persecutore revocatus est. Inter has autem varietates sacre dum augmenta corporea crescit Dominus, sicut evangelista testatur, profectibus etatis et gratie, per dies Pasche in templum Ierusalem cum parentibus venit, et cum abesset a societate redeuntium, sedens cum senioribus et inter admirantes magistros disputans invenitur, rationemque remansionis sue reddens: Quid est in quid quod querebatis me? nesciebatis, quia in his que patris mei sunt oportet me esse, significans eius se esse filium, cuius erat et templum. Iam vero cum in annis maioribus aptius declarandus, baptismum precursoris sui expeteret, quid deitatis eius remansit

ambiguum, quando baptizato domino Ihesu spiritus sanctus in columbe specie super eum descendit et mansit, audita de celis voce patris dicentis: Tu es filius meus dilectus in quo michi complacui. Que omnia ideo quanta potuimus breuitate perstrinximus, ut notum sit dilectioni vestre, venerandos Christi dies in numeris consecratos fuisse virtutibus, et in cunctis eius actionibus sacramentorum mistica coruscasse, sed aliquorum signis denunciari, aliorum rebus impleri, nec quecumque numerantur in operibus saluatoris ad tempus potest pertinere baptismatis. Nam si etiam illa que post beati Iohannis lauacrum ab eodem gesta cognouimus sub indiscreto honore recolamus, omnia tempora continuatis erunt deputata festis, quia omnia plena sunt miraculis. Verum quia spiritus sapientie et intellectus ita apostolos et totius ecclesie erudiuit magistros, ut in christiana obseruantia nichil patiatur esse confusum, discernende sunt cause solempnitatum et in omnibus institutis patrum principumque nostrorum rationabilis est seruanda distinctio, quia non aliter grex et unus pastor sumus, nisi quemadmodum apostolus docet, id ipsum omnes dicamus omnes, simus autem perfecti in eodem sensu et in eadem sententia. Rubrica. Quod in baptismo mors proueniat interfectione peccati, et sepulturam triduanam imitetur trina dimersio, et ab aquis eleuatio sit velut resurrectio de sepulchro.

Quamuis ergo et illa que ad gloriam Christi pertinent in unam concurrant eandemque personam, totumque quod in illo est et uirtutis diuine et infirmitatis humane ad nostre reparationis tendat effectum, proprie tamen in morte crucifixi et in resurrectione ex mortuis potencia baptismatis nouam creaturam condit ex ueteri, ut in renascentibus et mors Christi operetur et uita, docente beato apostolo: An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Ihesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus resurrexit a mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate uite ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus, et cetera. Que latius magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputauit, ut pateret ex huius doctrine spiritu regenerandis filiis hominum et in dei filios adoptandis illum diem esse et illud tempus electum, in quo per similitudinem formamque misterii ea que geruntur in membris his que in ipso sunt capite gesta congruerent, dum in baptismatis regula mors interuenit interfectione peccati, et sepulturam triduanam imitatur trina dimersio, et ab aquis eleuatio resurgentis est instar de sepulchro.

Ipsa ergo operis qualitas docet celebrande generaliter gracie eum diem legitimum esse, in quo orta est et virtus muneris et species actionis. Ad quod rei confirmationem plurimum ualet, quod ipse dominus Ihesus, postea quam surrexit a mortuis, discipulis suis, in quibus omnes ecclesiarum presules docebantur, et formam et potestatem tradidit baptizandi, dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. De quo utique eos etiam ante passionem potuisset instruere, nisi proprie uoluisset intelligi regenerationis graciam ex sua resurrectione cepisse. Additur sane huic obseruancie etiam penthecostes ex aduentu sancti spiritus sancti solempnitas, que de paschalis festi pendet articulo, et cum ad alios dies alia festa pertineant, hec semper ad eum diem qui resurrectione domini est insignis occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gracie manum, et eos quos a die pasche aut molestia infirmitatis aut longinquitas itineris aut nauigationis difficultas interclusit, inuitans, ut quibuslibet necessitatibus impediti desiderii sui effectum dono sancti spiritus consequantur. Ipse enim unigenitus dei nichil inter se et spiritum sanctum uoluit esse distantiam, quia nulla est diuersitas in natura, dicens: Ego rogabo patrem meum, et alium paraclitum dabit uobis, ut uobiscum sit in eternum, spiritum ueritatis; et iterum: Paraclitus autem spiritus sanctus, quem mittet pater meus in nomine meo, ille uos docebit omnia et suggeret uobis omnia quecumque dixi uobis. Et iterum: Cum uenerit ille spiritus ueritatis, ille diriget uos in omnem ueritatem. Cum itaque ueritas sit Christus et spiritus sanctus spiritus ueritatis sit, nomenque paracliti utrique sit proprium, non dissimile est festum, ubi unum est sacramentum. Rubrica. Quod beatus apostolus Petrus in die penthecostes uirorum tria milia baptizauit.

Hoc autem nos non ex nostra persuasione defendere, sed ex apostolica auctoritate satis ydonee probamus exemplo, sequentes beatum Petrum apostolum, qui in ipso die quo omnium credentium numerum promissus spiritus sancti repleuit aduentus, tria milia populorum sua predicatione conuersum lauacro baptismatis consecrauit, quod sancta scriptura que apostolorum continet actus fideli historia docet dicens: His auditis compuncti sunt corde, et dixerunt ad Petrum et ad reliquos apostolos: Quid faciemus, viri fratres? Petrus uero ad illos: Penitentiam, inquit, agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini Ihesu Christi in remissionem peccatorum, et accipietis donum spiritus sancti. Vobis enim est repromissio hec, et filiis uestris, et omnibus qui longe sunt, quoscumque aduocauerit dominus deus noster.

nr/ aliis etiam pluribus verbis/ testificatus est/ et exhortabatur eos dicens/ Salvamini a generatione ista prava/ Qui ergo receperunt sermonem eius/ baptizati sunt/ et apposite sunt in illa die anime/ circiter tria milia Rubrica Quod hec duo tempora id est pascha et penthecosten ad baptizandum a Romanis pontificibus sunt prefixa

Unde quia manifestissime patet baptizandis in ecclesia electis/ hec duo tempora/ de quibus locuti sumus esse legitima/ dilectionem vestram monemus ut nullos alios dies/ huic observantie misceatis Rubrica Quod omni tempore hii qui necessitate mortis urgentur/ id est egritudinis obsidionis persecutionis naufragii debeant baptizari/

Quia et si sunt alia/ quoque festa/ quibus multa in honorem domini reverentia debeatur/ principalem tamen et maximi sacramenti custodienda nobis est mistica et rationabilis exceptio/ non interdicta licentia/ qua in baptismo tribuendo/ quolibet tempore periclitantibus subveniatur/ Ita enim ad has duas festivitates/ connexas sibimet atque cognatas/ incolomium et in pacis securitate degentium libera vota differimus/ ut in mortis periculo in obsidionis discrimine/ in persecutionis angustiis/ in timore naufragii/ nullo tempore hoc vere salutis singulare presidium/ cuiquam denegemus Si quis autem epiphanie festivitatem/ que in suo ordine debito honore veneranda est/ ob hoc existimat privilegium habere baptismatis/ quia hoc quidam putant quod in eadem die dominus/ ad baptismum sancti Iohannis accesserit/ sciat illius baptismi aliam gratiam/ aliam fuisse rationem/ nec ad eandem pertinuisse virtutem/ qua per spiritum sanctum renascuntur/ de quibus dicitur/ qui non ex sanguine neque ex voluntate carnis/ neque ex voluntate viri/ sed ex deo nati sunt/ dominus enim nullius indigens remissione peccati/ nec querens remedium renascendi/ sic voluit baptizari/ quomodo et voluit circumcidi/ hostiamque pro se emundationis offerri/ ut qui factus erat ex muliere/ sicut apostolus ait/ fieret et sub lege/ quam non venerat solvere/ sed adimplere et implendo finiri/ Et sic beatus apostolus predicat dicens/ finis autem legis christus/ ad iustitiam omni credenti/ Baptismi autem sui in se condidit sacramentum/ quia in omnibus primatum tenens/ se docuit esse principium/ et tunc regnationis potentiam sanxit/ quando de latere eius profluxerunt/ sanguis redemptionis/ et aqua baptismatis/ Sicut ergo veteris testamenti testificatio fuit/ et lex per moysen data est/ gratia et veritas per ihesum christum facta est/ sic diversa sacrificia/ unam hostiam preformaverunt/ et multorum agnorum occisio/ illius immolatione finita est/ de quo dicitur Ecce agnus dei/ ecce qui tollit peccata mundi/ Sic et Iohannes non christus sed christi previus/ non sponsus sed sponsi amicus/ adeo fuit fidelis et sua non querens/ sed que ihesu christi/ ut se profiteretur ad solvendum calciamenta eius indignum/ cum ipse quidem baptizaret in aqua et penitentia/ ille autem baptizaturus esset in spiritu sancto/ et igni/ qui dupplici potestate et vitam redderet/ et peccata consumeret/ His itaque fratres karissimi tot ac tantis documentis/ omni ambiguitate summota/ evidenter agnoscatis/ in baptizandis electis/ qui secundum apostolicam doctrinam/ et exorcismis scrutandi/ et ieiuniis sanctificandi et frequentibus sunt predicationibus imbuendi/ duo tantum tempora idest pascha et penthecosten esse servanda/ hoc ergo vestre indicimus caritati/ ut ab apostolicis institutis/ nullo ulterius recedatis excessu/ quia inultum post hec esse non poterit/ si quis quamquam apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas/ Rubrica Ut de sicilia terni/ semper annis singulis/ de episcopis ad diem tertium kalendas octobris Romam/ sociandi synodo indissimulanter occurrant/

Quare illud primitus pro custodia concordissime unitatis exigimus/ ut quia saluberrime a sanctis patribus constitutum est/ binos annis singulis debere esse conventus/ terni semper ex vobis ad diem tertium kalendarum octobrium/ Rome fraterno concilio sociandi/ indissimulanter occurrant/ quoniam adiuvante gratia dei/ facilius poterit provideri/ ut in ecclesiis christi/ nulla scandala nulli nascantur errores/ cum coram beatissimo apostolo petro/ id semper in commune tractandum sit/ ut omnia ipsius constituta/ canonumque decreta apud omnes domini sacerdotes/ inviolata permaneant/ Hec autem que inspirante domino/ vobis insinuanda credimus per fratres et coepiscopos nostros vatillum et paschasium/ ad vestram noticiam voluimus pervenire/ quibus referentibus recognoscamus/ quemadmodum recolentes a nobis apostolice sedis instituta servetis/ Rubrica Datum XII kalendas novembris Calpodio et Ardabore .vv.cc. consulibus/ Eiusdem leonis/ ad episcopos per universas provincias constitutos/ et cetera

Leo episcopus urbis Rome/ universis episcopis per campaniam picenum tusciam et per universas provincias constitutis in domino salutem/ Ut nobis gratulationem facit ecclesiarum status/ salubri dispositione compositus/ ita non levi nos merore contristat/ quotiens aliqua contra statuta canonum/ et ecclesiasticam disciplinam/ presumpta vel commissa cognoscimus/ que si non qua debemus vigilantia resecemus/ illi qui nos speculatores esse voluit/ excusare non possumus/ permittentes sincerum corpus ecclesie/ quod ab omni puro macula custodire debemus/ ambientium improba contagione fedari/

cum ipa sibi membrorum/ p dissimulacionem
compago non congruat **Rubrica** Ut
nullus epor(um) servum alterius/ ad clericatus
officium promovere presumat/

Admittuntur passim ad
ordinem sa
crum/ quibus nulla natalium/ nulla
morum dignitas suffragatur/ et qui a dominis
suis libertatem consequi minime potu
erunt/ ad fastigium sacerdocii tamquam servilis
vilitas/ hunc honorem capiat provehuntur
/ et probari posse deo creditur/ qui domino
suo/ nec dum probare se potuit// duplex
itaque in hac parte/ reatus est/ quod et sa
crum ministerium/ talis consorcii vilitate pol
luitur/ et dominorum/ quantum ad illicite usur
pationis temeritatem pertinet/ iura solvuntur
ab his itaque fratres karissimi/ omnis vestre provincie
abstineat sacerdotes/ **E**t non tantum ab his/ sed
ab aliis/ qui aut originali/ aut alicui con
dicioni obligati sunt/ volumus temperari/ nisi
forte eorum/ peticio/ aut voluntas accesse
rit/ qui aliquid sibi in eos vendicat potestatis/
/ debet enim esse immunis ab aliis/ qui di
vine milicie fuerit aggregandus/ ut a castris
dominicis/ quibus nomen eius ascribitur
nullis necessitatis vinculis abstrahatur
Rubrica Ut quicumque ad sacerdocium vel vidu
as maritati vel uniuscuiusque habentes coniugi
a/ promoti fuerint/ ab omnibus ecclesiasticis
officiis arceantur cetera etc.

Qualis vero unicuique natalium
honestas/ morumque esse
debeat/ qui sacri altaris ministerio
est sociandus/ et apostolo nos docente/ et divina
preceptione didicimus/ et canonum regulis/
a quibus plerosque fratrum declinasse/ ac peni
tus deviasse **R**eperimus/ nam constat ad
sacerdocium pervenisse/ viduarum maritos/ quos
dam etiam quibus fuerint numerosa
coniugia/ et ad omnem licencia/ vita liberior/
ad sacrum ordinem/ passim patefactis adi
tibus/ fuisse permissos/ contra illam beati apostoli
vocem/ qui talibus exclamat dicens/ unius
uxoris virum/ et contra illud/ antique legis
preceptum quo dicitur/ sacerdos virginem uxorem
accipiat/ non viduam/ non repudiatam hoc
ergo quicumque tales admissi sunt/ ab ecclesias
ticis officiis/ et sacerdotali nomine/ apostolice se
dis auctoritate/ iubemus arceri/ **N**ec hoc enim
poterunt vendicare/ cuius capacis per hoc quod
illis obstiterat/ non fuerunt/ huius discussionis
curam/ nobis specialiter vendicantes/ ut si qua
forsitan de his commissa sunt/ corrigantur
/ nec liceat ultra committi/ **E**t ne qua excu
sacio/ de ignorancia nascatur/ quamquam ig
norare numquam licuerit sacerdoti/ quid ca
nonum regulis fuerit diffinitum/ hec ergo ad
provincias vestras/ per innotescencium legittimum
et segetinum fratres/ et coepiscopos nostros/ scripta

duximus ut que male pullulasse noscuntur/
radicitus evellantur et messem dominicam zi
zania nulla corrumpat/ ita enim terram ubere
que sunt sincera prestabunt/ si ea que natam
segetem enecare consuevit/ diligenciis
amputentur/ **Rubrica** Quod usuras
non solum clerici exigere non debeant/ sed
nec layci cristiani cetera

Nec hoc pretereundum esse duximus/
quosdam lucri turpis cupidi
tate captos/ usurariam exercere pe
cuniam/ et fenore velle ditescere/ quod nos
non dicam in eos/ qui sunt in clericali officio
constituti/ sed et in laycos cadere qui xpianos
se dici cupiunt condolemus/ quod vindicari
acrius in eos/ qui fuerint confutati/ decerni
mus ut omnis peccandi opportunitas adimatur
Rubrica Ut clericus nec suo nec alieno
nomine fenus exerceat/ etc.

Illud etiam duximus premonen
dum/ ut sicut non suo ita
/ nec alieno nomine/ aliquis cleri
cus fenus exercere attemptet/ **I**ndecens ei
est/ crimen suum commodis alienis impendere
fenus aut hoc solum aspicere et exercere
debemus/ ut quod hic misericorditer tribuimus
/ ab eo domino/ qui multiplicet et in perpetuum man
sura retribuit/ recipere valeamus/ **Rubrica**
Ut siquis sacerdotium contrahet interdicta
fecerit/ a suo sit officio submovendus etc.

Hoc itaque admonicio nostra de
nunciat/ quod siquis fratrum
contra hec constituta venire temp
taverit/ et prohibita fuerit ausus admittere/
a suo se noverit officio submovendum/ nec
eum communionis nostre futurum esse consortem
/ qui socius esse noluit discipline/ **N**e quid
vero sit/ quod pretermissum a nobis forte cre
datur/ omnia decretalia constituta tam
beate recordationis Innocencii/ quam omnium
decessorum nostrorum/ que de ecclesiasticis or
dinibus et canonum promulgata sunt
disciplinis/ ita vestram dilectionem custo
dire debere mandamus/ ut si quis in illa
commiserit/ veniam sibi deinceps noverit de
negari **Rubrica**/ datum vi ydus octo
bris maximo iterum et paterno iiii contra
consulibus/ **I**tem leonis pape ad Januarium
episcopum/ quod omnis cuiuslibet ordinis cleri
cus/ qui catholicam deserens/ heretice co
munioni se miscuerit/ et ad ecclesiam
conversus fuit/ in eo gradu quo erat si
ne promocione permaneat

Leo episcopus urbis Rome/ Januario 18
episcopo aquileiensi/ lectis fraternitatis
tue litteris/ vigorem fidei tue
quem olim noveramus agnovimus gratu
lantes tibi/ quod ad custodiam gregum xpi
pastoralem curam/ vigilanter exequeris/
ne lupi/ qui sub specie ovium subintrant

bestiali sentencia simplices quosque dilaterent
et non solum ipsi nulla correctione proficiant
sed etiam ea que sana sunt corrumpant
quod ne in perpetua possit obtinere fallacia di-
lectionem tuam duximus commonendam in sinu-
antes ad anime periculum pertinere si quisquam
de his que a nobis docentur in hereticorum
atque scismaticorum secta delapsus et se utcum-
que heretice communionis contagione
commaculaverit sine satisfactionis habeatur. Saluberrimum
enim et spiritualis medicine utilitate plenis-
simum est ut sive presbiteri sive dyaconi vel sub-
dyaconi aut cuiuslibet ordinis clerici qui se
correctos videri volunt atque ad catholicam fi-
dem quam iam pridem amiserant rever-
sum reciti ambiunt prius errores suos et
ipsos auctores erroris dampnari a se sine
ambiguitate fateantur et sensibus pravis
etiam peremptis nulla desperandi supersit
occasione ullumque membrum talium possit societa-
te violari cum per omnia illius professio propria
ceperit obiurgare. Circa quos etiam illam
canonum constitutionem precipimus custodiri ut
in magno habeant beneficio si adempta
sibi omni spe promotionis in quo inveniuntur
ordine stabilitate perpetua maneant si tamen
iterata tinctione non fuerint maculati non
leve apud deum noxam incurrit qui de
talibus ad sacros promovendos ordines in
dicavit. Quod si enim grandi examinatione
promotio conceditur inculpatis multo
magis non debet licere suspectis. Proinde
dilectio tua cuius devotione gaudemus in-
gat curam suam dispositionibus nostris et det
operam et velociter et circumspecte impleantur
que ad totius ecclesie incolumitatem et lau-
dabiliter digesta sunt et salubriter ordina-
ta. Nisi autem dubitet dilectio tua nos si quod
non arbitramur neglecta fuerint que pro cus-
todia canonum et fidei integritate decernimus
vehementius commovendos quia inferiorum or-
dinum culpe ad nullos magis referende sunt
quam ad negligentes desidesque rectores qui
multam sepe nutriunt pestilenciam dum medicinam
dissimulant adhibere disciplina. Rubrica
Datum iii kalendas Januarii alipio et ardabore
consulibus. Epistola eiusdem leonis pape ad rusticum
narbonensem episcopum
167 Leo Rustico episcopo Narbonensi
Subditis responsionibus
et ad eiusdem consulta rescriptis
epistolas fraternitatis tue quas hermes archi-
dyaconus tuus detulit libenter accepi di-
versarum quidem causarum provinciarum con-
nexione multiplices sed non ita pacientie
legentis onerosas ut aliquid earum inter-
rente undique sollicitudine fuerit pretermissum.
Unde totius sermonis tui allegatione con-
cepta et gestis que in episcoporum honoratorum-
que examine confecta sunt recensitis sa-

bimano et leonem presbiteris actionis sue intel-
leximus fiduciam defuisse nec eis iustam
super esse querimoniam qui se ab inchoatis
disceptationibus sponte subtraxerunt. Circa quos
quam formam quam mensuram tenere iusti-
cie debeas tuo relinquo moderamini suadens
caritatis hortatu ut sanandis egris spiritua-
lem debeas adhibere medicinam. Et di-
cente scriptura noli esse nimium iustus mitius
age cum eis qui zelo pudicitie videntur
modum excessisse unde ne dyabolus qui
decepit adulteros de adulterorum exultet
ultoribus. Miror autem dilectionem tuam intantum
scandalorum quacumque occasione nascentium
adversitate turbari ut vacatione episco-
patus laboribus preoptare te dicas et
malle in silencio et ocio vitam degere
quam in his que tibi commissa sunt permanere
dicente vero domino beatus qui perseveraverit
usque in finem unde erit beata per-
severancia nisi de virtute paciencie. Nam secundum
apostolicam predicationem omnes qui volunt
in christo pie vivere persecutionem paciuntur.
Que non in eo tantum computanda est quod
contra christianam pietatem aut ferro aut igni-
bus agitur aut quibuslibet suppliciis cum
persecutionum sevicia suppleat et dissimilitu-
dines morum et contumacie inobedientium et ma-
lignarum tela linguarum quibus conflictatio-
nibus cum per omnia semper membra pulsentur
et nulla piorum porcio a conflictatione sit li-
bera ita ut periculis nec ocia careant nec la-
bores quis inter fluctus maris navim di-
riget si gubernator abscedat. Quis sub
insidiis luporum oves custodiat si pastoris
cura non vigilat. Quis denique latronibus
obsistet et furibus si speculatorem in pro-
spectu explorationis locatum ab intencione
sollicitudinis amor quietis abducit. Per-
manendum est ergo in opere credito et in labore
suscepto. Constanter tenenda est iusticia et
benigne prestanda clemencia odio habeantur
peccata non homines corripiantur timidi
tollerentur infirmi et quod severius castiga-
ri necesse est non sevientis plectatur animo sed
medentis at si vehemencior tribulacio in-
cubuerit non ita expavescamus quasi ulli ad-
versitati propriis viribus resistendo cum et
consilium nostrum et fortitudo nostra sit christus sine
quo nichil possumus et per quem cuncta pos-
sumus. Qui confirmans predicatores evan-
gelii et sacrorum ministros ecce ego inquit
vobiscum sum omnibus diebus usque ad
consumacionem seculi. Et iterum hec inquit
locutus sum vobis ut in me pacem ha-
beatis in hoc mundo tribulacionem habebitis
sed confidite quia ego vici mundum que pol-
licitaciones quia sine dubio manifeste sunt
nullis debemus scandalis infirmari ne
electioni dei videamur ingrati cuius tam

potencia sit adiutoria/quamvis vera premis-
sa. De consultationibus autem dilectionis
tue/quas separatim conscriptas archidyaco-
nus tuus detulit/quid sentiendum sit inter-
presentes oportunius quereretur/si nobis conspec-
tus tui copia provenerit/nam cum quedam
interrogationes modum videantur excedere/in-
telligo eas aptiores esse colloquiis/quam
scriptis quia sicut quedam sunt que nulla
possunt ratione convelli/ita multa sunt/
que sunt que aut consideratione etatum/aut
contemplatione rerum/oporteat temperari/illa semper
consideratione servata/ut in his que dubia
fuerint aut obscura/id noverimus sequen-
dum quod nec preceptis evangelicis contrarium
nec decretis sanctorum patrum inveniatur adver-
sum Rubrica Quod non habeantur episcopi quos
nec clerus elegit/nec populus exquisivit/nec
provinciales episcopi consecraverunt/si qui tamen
clerici/ab hiis pseudo episcopis ordinantur/rata
potest talis ordinatio existere/

Nulla ratio sinit/ut inter episcopos ha-
beantur/qui nec a clericis
sunt electi/nec a plebibus expeti-
ti/nec a provincialibus episcopis/cum metro-
politani iudicio consecrati/Unde cum se-
pe questio de male accepto honore nas-
catur/quis ambigat/nequaquam istis esse
tribuendum/quod non docetur esse collatum/
Sed qui autem clerici ab istis pseudo episcopis in
eorum ecclesia sunt ordinati/qui ad proprios episcopos
pertinebant/et ordinatio eorum consensu et
iudicio presidentium facta est/potest rata haberi/
ita ut in ipsis ecclesiis perseverent/aliter autem
vana habenda est consecratio/que nec
loco fundata est/nec auctore munita Rubrica
Quod presbiteri aut dyaconi/si in aliquo cri-
mine detecti fuerint/non possint per manus
impositionem penitentie remedium consequi

Alienum est a consuetudine
ecclesiastica/ut si-
qui in presbiterali honore/aut in dy-
aconii gradu/fuerint consecrati/hi pro
crimine aliquo suo/per manus impositionem/
remedium accipiant penitendi/Quod sine
dubio ex apostolica traditione descendit/secundum
quod scriptum est/Sacerdos si peccaverit/quis
orabit pro illo/Unde huiusmodi lapsis
ad promerendam misericordiam/privata
est expetenda secessio/ubi illis satisfactio
si fuerit digna/sit etiam fructuosa Ru-
brica/ Quod dyaconi sicut episcopi et presbiteri
cessare debent ab opere coniugali non tamen
repudiare coniugia cetera

Lex continentie eadem est al-
taris ministris/que et episcopis
atque presbiteris/qui cum essent laici/sive
lectores/licito et uxores ducere/et filios pro-
creare potuerunt/Sed cum ad predictos pervenerunt
gradus/cepit eis non licere/quod licuit in-
ut de carnali fiat spirituale coniugium/oportet
eos/nec dimittere uxores/et quasi non ha-
beant sic habere/quo et salva sit cari-
tas coniugiorum/et cesset operatio nuptiarum/
Rubrica Quod aliud sit uxor/aliud
concubina/nec errat quisquam si filiam
suam in matrimonium tradiderit ei/qui
habuit concubinam/

Non omnis mulier/iuncta viro
uxor est viri/quia nec omnis
filius heres est patris/nuptiarum
autem federa/inter ingenuos sunt legittima/
et inter equales/et multo prius hoc ipsum
domino constituente quam initium romani iuris
existeret/Itaque aliud est uxor/aliud concubi-
na/sicut aliud est ancilla/aliud est libera/
propter quod etiam apostolus ad manifestandam
harum personarum discretionem/testimonium
ponit ex genesi/ubi dicitur abrahe/eice
ancillam et filium eius/non enim heres erit
filius ancille/cum filio meo ysaac/Unde
cum societas nuptiarum/ita ab initio con-
stituta sit/ut preter sexuum coniunctionem ha-
beret in se Christi et ecclesie sacramentum/dubium
non est eam mulierem non pertinere ad matri-
monium/in qua docetur nuptiale non fu-
isse ministerium/Igitur cuiuslibet loci clericus/
si filiam suam viro habenti concubinam/
in matrimonium dedit/non ita accipiendum
est/quasi eam coniugato dedit/nisi forte
illa mulier/et ingenua facta et dotata
legittime/et publicis nuptiis honestata vi-
deatur/paterno arbitrio viris iuncte/ca-
rent culpa si mulieres que a viris ha-
bentur in matrimonio non fuerunt quia
aliud est nupta aliud concubina Rubrica
Quod non sit coniugii duplicatio/cum
ancilla relicta/uxor assumitur

Ancillam a thoro abicere
et uxorem certe
ingenuitatis accipere/non du-
plicatio coniugii sed profectus est hones-
tatis/Culpanda sit sane talium negligentia
sed non penitus desperanda/ut crebris co-
hortationibus incitati/quod necessarie
expetiverunt/fideliter exequantur/nemo
enim desperandus est/dum in hoc corpore
constitutus est/quia non numquam quod dif-
fidencia etatis differtur/consilio matu-
riori perficitur De communione priva-
tis et ita defunctis cetera

Horum causa divino iudicio
reservanda est in cuius
manu fuit/ut talium obitus us-
que ad communionis remedium differretur
nos autem quibus viventibus non com-
municavimus mortuis communicare
non possumus De hiis qui penitentiam

D[illegible] agere debent
hec potest

nō de ↄtemptu ēē remedij/ sed de metu grauius
delinquendi/ vnde pnīa que dilata est/ cū
studiosius petita fuit/ nō negetur/ ut q°
quo° admodū egrotantē medicinam aīma
vulnerata prouentat/ Qd' oporteat eū
qui pro illicitis ueniā poscat/ etiam a
multis licitis abstinere rēcē/

Aliud quidem est debita uis/ta repostere/ aliud gratis pstare/ pfectionis/ amore ↄtempnere/ sz illicitor ueniam postulantem/ opꝫ etiam a multis licitis abstinere/ dicente aplō/ omnia michi licent/ sed nō omnia expediunt/ vnde si penitens heat tantū quā negligere forte nō debeat/ melius expetit quis ecclesiasticum/ quā forense iudicium Quod/ penitenti nulla lucri negotiationis exercere conueniat/

Qualitas lucri negotiantem/ aut excusat/ aut arguit/ quia ē et honestus questus/ et turpis/ verumptamen penitenti vtilius est etiam dispendia pati/ quā periclis negociacionis obstringi quia difficile est inter uendentis ementisqz comertiū/ nō interuenire peccatum Qd' ad miliciā secularē redire nō debeat

Contrarium est omnino ecclesiasticis regulis/ post penitentie actionē redire ad miliciā secularem/ cū apls dicat/ nemo militās dō/ implicat se negocijs secularibus/ vnde nō est liber a laqueis dyaboli/ qui se militie mundane voluit implicare Qd' adolescēs/ si urgente quocūqz periclo/ pniam gessit/ et nō se continet/ potest ei vxoris remedio subueniri/ recta

In adolescentia constitutus/ si urgente aut metu mortis/ aut captiuitatis periclo/ pniāz gessit/ et postea timēs lapsum/ incontinentie iuuenilis/ copulam uxoris elegit/ ne crimē fornicationis incurreret/ rem uidetur fecisse uenialē/ si preter ↄiugem nullam omnino cognouit/ in quo tamen regulam nō constituimus/ sed quid sit tollerabilius estimamus/ nā scdm veram cognicionē nichil magis ei congruit/ qui pniam gessit quā castitas pseuerās et mentis et corporis Qd' si quis ppositū monachi deseruerit/ publice sit penitentie satisfactione purgandus/

Propositum monachi ppo arbitrio aut volūtate susceptum deseri nō pt/ absqz pctō/ quod enim quis vouit dō/ debet et reddere/ vnde qui relicta singularitatis professione/
/ad miliciā/ uel ad nupcias/ deuolutus est/ publice penitencie satisfactione/ purgādus ē/ quia et si innocens milicia/ et honestum pt esse ↄiugiū/ electioꝫ melioꝫ deseruisse/ transgressio est/ Rubrica Quod puelle q̄ nō coacte sed volūtate ppa virginitatis ppositū susceperūt/ delinquāt/ si nupserit etiam si nūquā fuerint consecrate/

Puelle que nō parentum coacte imperio/ sz spontaneo iudicio/ virginitatis ppositum atqz habitū susceperunt/ si postea nuptias eligūt/ preuaricantur/ etiā si nō dum eis grā consecrationis accessit/ Cuius utiqz nō fraudarentur munere/ si in pposito pmanerent De hys que consecrate sunt si postea nupserint recta

Ambigi nō pt/ magnū crimē admitti/ ubi et ppositū deserit/ et cōsecracio violatur/ Nam si humana facta nō pūt/ impune calcari/ quid eis manebit/ qui corruperint diuina federa sacramenti Rubrica De hys quibus dubiū est/ vtrum baptismū perceperint necē est ut renascantur

Si nulla extant indicia inter ppinquos aut familiares/ nulla inter clericos aut vicinos/ quibus hij de quibus quritur/ vtrum baptizati fuisse doceantur/ agendū est/ ut renascantur/ ne manifeste pereant/ in quibus quod nō ostenditur gestum/ racio nō sinit/ ut videatur iteratū Qui aut possunt meminisse/ quod ad ecclesiam ueniebant/ cū parentibus suis/ possunt recordari/ an quod a beorum parentibus dabatur/ acceperint/ Sed si hoc etiam ab ipa memoria alienū est/ conferendū eis videtur/ quod collatū ēē nescitur/ quia nō temeritas interuenit psumpcionis/ ubi est diligencia pietatis Rubrica Quod eos qui se baptizatos agnoscūt/ sed in qua fide nesciūt/ pmanus imposicionē suscipi

Si aut de quibus scripsistis/ consciat/ fisti/ qui nō se baptizatos nesciunt/ sed cuius fidei fuerint/ qui eos baptizauerunt/ se nescire profitentur/ quia quolibz mō/ formā baptismatis acceperunt baptizandi nō sunt/ sed pmanus imposicione/ inuocata virtute spūs scī/ quia ab hereticis accipe nō potuerūt/ catholicis copulandi sunt Rescripta de baptizatis/
Qui postea conuiuijs gentiliū et escis immolaticijs usi sunt rēcē

Qui conuiuio solo gentiliū/ et escis immolaticijs/ usi sūt/ possunt ieiunijs et manus imposicione purgari/ ut deinceps ab idolaticis abstinentes/ sacrorū xpi possint ēē participes/ Si aut/ aut idola adorauerint/ aut homicidijs uel fornicationibus contaminati sunt/

ad communio͡z eos nisi p penitēciā publicam/ nō
oportet admitti/ Rubrica Eiusdem leonis
pape ad anastasiū tessalomcensem epm̄ Q̄d
semp thessalomcenses antistites vicem apli
ce sedis impleuerint tercia

LEO epus urbis rome/ anastasio
epō thessalomcēsi/ Quāta
frīnitati tue/ a beatissimi petri apli
auctoritate/ commissa sūt/ et qualia eciam
nrō tibi fauore sint credita/ si sine racioē
prospiceres/ sine iusto examine ponderares/
multum possemus de iniūcte tibi sollicitu
dinis deuocione gaudē/ qm̄ sicut pcessores
mei pcessoribus tuis/ Ita eciam ego dilectioi
tue/ idco͡z priorz secutus exemplum/ vices mei
moderaminis delegaui/ curam quam vniuer
sis ecclijs principalit̄ debem9/ ex diuina in
stitucioē imitator nr̄e mansuetudinis effectus/
adiuuares/ et longinqsa nobis puincijs p
senciam quodāmō nr̄e visitacionis impen
deres/ siquidem contineri oportuoq͡z ꝯspectu
promptum tibi eēt agnoscē/ quid in q̄buscq͡z
rebus uel tuo studio cōponēs/ uel nrō iudi
cio reseruares/ nam cū maiora negocia/ et diffi
ciliores causaꝝ exitus/ liberō tibi eēt sub nr̄e
sine expectatioē suspendē/ nec racio tibi nec
neccessitas fuit/ in id quod mēsuām tuam
excedēt demandi/ abundant eīn apud te
monitoꝝ scpta nroꝝ/ quibus te de omniū
actionū temparancia freqūet̄ instruxim9/
ut cōmēdatas tibi xpi ecclesias/ p exhortaoēs
caritatis/ ad salubritatem obediencie pro
uocares. Quia et si plerq͡z existunt/ int̄
negligentes uel desides frēs/ que oporteat
maiori aucte curari/ sic tamē adhibenda
est correctio/ ut semp sit salua dilectio/ vñ
et btūs aplus paulus/ ad ecclesiasticū re
gimē/ timotheū imbuens dixit/ Seniorem
ne increpaueris/ sed obsecra ut prēm iu
uenes ut frēs/ anus ut matres/ iuuenculas
ut sorores in omni castitate/ que moderacio
si quibuscūq͡z inferioribus membris/ ex apli
ca institucione debetur/ quāto magis frīb9
et coepis nrīs/ sine offensione reddenda est/
et licet nō nūqm̄ accidant/ que in sacdotali
bus sint rp̄hendenda psonis/ plus tamen
erga corrigendos agat beniuolencia/ qm̄
seueritas/ plus cohortacō qm̄ ꝯmocio/ plus cari
tas qm̄ potestas Sꝫ ab hīs/ qui que sua sūt
querunt/ nec que ihū xpi/ facile ab hac lege
disceditur/ Et dum dñari magis qm̄ ꝯsulē
subditis placet honor inflat supbiā/ et qd̄
prouisum est ad concordiam/ tendit ad nox
am. Quod ut nece habeam9 ita dicere/ nō
de paruo/ animi dolore procedit Me ipm
eīn quodam mō trahi in culpā sencio/ cum
te a traditis regulis in modicū discessisse cog
nosco/ qui si tue existimacōs parz diligens
eras/ mee saltem fame parcere debuisti/
ne que tuo tm̄ facta sunt animo/ nrō uiderenꝝ

gesta iudicio Relegat frīnitas tua paginas
nostras/ omnaq͡z ad tuos emissa ma
iores/ aplice sedis presulum scripta/ pcur
rat/ et nec uel a me uel a pcessoribus meis i
ueniet ordinatū quod a te cognouimus ee
presumptum Venit namq͡z ad nos/ cū epis
prouincie/ sue frr̄ nr̄ / atticus ueteris epyri me
tropolitanus antistes/ et de indignissima
afflictioē quā ptulit/ lacrimabili actioē/ con
questus est coram astantibus dyaconib9
tuis/ qui querelis flebilibus nichil refen
do/ con ea que nobis ingerebant/ fide no
carere mostrabant/ legebatur quoq͡z ī lris
tuis/ quas idem dyaconi tui/ detulerūt/ qd̄
frr̄ atticus thessalomcam uenisset/ ꝯq͡z co
cessium suū/ etiam scptre professione sig
nasset/ ut de illo nō aliud a nobis posset in
telligi/ qm̄ ꝓprij arbitrij et spontanee deuo
cionis fuisset/ quod ueneat/ quod q͡z cartulā
de obediē sponsione conscpserat/ in cui9 tm̄
cartule mencione/ signū probatur iniurie
Non eīn necessariū fuerat/ ut obligaretur scp
to/ qui obediam suā/ ipō iam voluntarij
aduentus probat officio/ vnde deploranda
omnibus supdicti/ hec uba eplē tue/ testiom
pbuerūt et pbat quod nō est tacitū/ nuda
tū est illud/ quod silencio fuerat adoptū/ ad
ditam scilicet illiriti prefectūam/ et subli
missimā int̄ mūdanos apices ptatam in
exhibicionem insontis antistitis/ incitatā/
ut inissa exeacione terribili/ que omnā si
bi officia publica/ ad effcm pcepcionis ad
iungēt/ a sacris eccle aditis/ nullo uel falso
insimulatus crimine/ extraheretur sacdos/
cui nō ob molestiam egrītudinis/ nō ob seuici
am hyemis/ darent̄ indutie/ sed it̄ asperū
et periculis plenū/ p niuas niues agere co
geretur/ quod tanti laboris tantiq͡z discrimi
nis fuit ut ex hijs qui epm̄ comittati sūt
quidam defecisse dicantur/ Multum stu
peo frr̄ kīme/ sed et plurimū doleo/ qd̄ in eo
de quo nichil uidicaueras qm̄ quod euocā
tus adee differret/ et excusatione infir
mitatis obtendēt/ tam atrociter et tam ve
hementer potueris commoueri/ pstim cum
eciam si tale aliquid mereretur/ expectā
dum tibi fuerat/ quid ꝯsulti rescriberem9/
Sed ut uideo bene de meis moribus esti
masti/ et qm̄ ciuilia/ pro conseruanda sac
dotali concordia/ responsurus essem veris
sime pūidisti/ Et ideo motus tuos exequi/
sine dilacione pperasti/ ne cū moderacōis
nr̄e/ aliud disponencia scpta suscepisses/ faci
endi id quod factū est licenciam nō habēs/
an forte aliquod tibi facinus innotuerat
et metropolitanū epm̄/ noui apud te crimi
nis pondus/ arguebat/ at hoc quidem
alienū/ ab illo ee etiam/ tu nil ei obiciendo
confirmasses/ sed eciam si quid graue in
tollerandūq͡z conmitteret/ nrā erat ex

pectanda censuram ut nichil prius ipse discer-
neres quam quid nobis placeret agnos-
ceres / vices enim nostras ita tue credidimus
caritati ut in partem sis vocatus sollicitudi-
nis / non in plenitudine potestatis / Unde
sicut multum nos / ea que a te pie sunt cu-
rata letificant / ita minimum ea que per pe-
ram sunt gesta / contristant / et nunc est post
multarum experimenta causarum / sollicitius
prospiciendum / et diligencius precavendum / quatinus
per spiritum caritatis / et pacis / omnis maties scan-
dalorum / de ecclesiis domini / quas tibi commenda-
vimus auferatur / preeminente quidem in illis
provinciis episcopatus fastigio sed amputato
totius usurpacionis excessu **Ut metropo-
litanis sua iura serventur**

IGitur secundum sanctorum pa-
trum / canones spiritu
dei conditos / et totius mundi re-
verencia consecratos / metropolitanos sin-
gularum provinciarum episcopos / quibus ex legatione
nostra / cura fraternitatis tue pretenditur / ius
tradite sibi antiquitus dignitatis inte-
meratum habere decernimus / ita ut a regulari-
bus prestitutis / nulla aut negligentia aut
presumptione / discedant **Rubrica Quod
a metropolitanis non laici nec bigami non
viduarum mariti sed irreprehensibiles ordinentur**

IN civitatibus quarum episcopi
rectores obie-
rint / de substituendis episcopis / hec
forma servetur / ut his qui ordinandus
est / etiam si bone vite testimonio fulciatur
non laycus / non neophitus / nec secundae coniugis
sit maritus / aut qui vel unam quidem habe-
at / vel habuit / sed nec qui sibi viduam
copulavit / Sacerdotium enim tam excellens est
electio / ut hec que in aliis ecclesie membris
non vocantur ad culpam / in illis tamen habe-
antur illicita / **Quod subdyaconis carnale
coniugium denegetur / et cetera**

NAM cum extra clericorum ordinem
constitutis / nupciarum socie-
tati et procreationi filiorum / studere
sit liberum arbitrium / ad exhibendam tamen
perfecte continencie puritatem / nec subdya-
conibus quidem conubium carnale conce-
ditur / ut et qui habent sint tamquam non
habentes et qui non habent permaneant singula-
res Quod si in hoc ordine qui quartus est
a capite / dignum est custodiri / quanto magis
in primo vel secundo tercio ve servandum est /
ne / aut levitico aut presbiterali honore aut
episcopali excellencia quisquis ydoneus estimetur
qui se a voluptate luxurie / nec dum frenas-
se detegitur **Ut nullus plebibus invitis
ordinetur antistes**

CUM ergo de summi sacerdotis electione
tractabitur / ille omnibus preponatur
quem cleri plebisque consensus
concorditer postularit / ita ut si in aliam for-
tasse personam partium se vota diviserint / me-
tropolitani iudicio / his alter preferatur / qui
maioribus et studiis iuvatur et meritis / tantum
ut nullus invitis et non petentibus ordinetur /
ne plebs invita episcopum non optatum aut contempnat /
aut oderit / aut fiat minus religiosa quam
convenit / cui non licuerit habere quem voluerit
**Rubrica Ut metropolitanus episcopi de e-
lecto quem est ordinaturus episcopum ad thes-
salonicensem pontificem referat et
de metropolitano electo provinciales
episcopi similiter faciant et cetera**

DE persona autem consecrandi episcopi / et
de cleri plebisque consensu me-
tropolitanus episcopus / ad fraternitatem
tuam referat / quodque in provincia bene pla-
cuit / scire te faciat / ut ordinationem rite ce-
lebrandam / tua quoque firmet auctoritas / que
rectis disposicionibus / nichil more aut dif-
ficultatis debebit afferre / ne gregibus domini
diu desit cura pastorum / Metropolitano vero
defuncto / cum in loco eius alius fuit subro-
gandus / provinciales episcopi ad civitatem me-
tropolim venire debebunt / ut omnium clericorum
atque omnium civium voluntate discussa / ex presbiteris
eiusdem ecclesie vel ex dyaconibus / optimus
eligatur / de cuius nomine ad tuam noticiam
provinciales referant sacerdotes / impleturi
vota poscencium / cum quod ipsis placuit / tibi
quoque placuisse cognoverint / Sicut enim
iustas electiones / nullis dilacionibus volu-
mus fatigari / ita nichil permittimus te ig-
norante presumi **Rubrica Ut bis per annum
provincialia episcoporum concilia celebrentur / et
si res difficilis emerserit / nec fuit thessa-
lonicensis episcopi terminata iudicio / ad romanum
referatur antistitem et cetera**

DE conciliis autem episcopalibus / non ali-
ud indicimus / quam sancti patres salu-
briter ordinaverunt / ut scilicet bini
conventus per annos singulos habeantur / in qui-
bus de omnibus querelis que in diversos
ecclesie ordines nasci assolent iudicetur Ac
si forte inter ipsos / qui presunt de maioribus / quod
absit peccatis / causa nascitur / que provinci-
ali nequeant examine finiri / fraternitatem
tuam de totius negocii qualitate / metro-
politanus curabit instruere / ut si coram
positis partibus / nec tuo fuerit res sopita
iudicio / ad nostram cognicionem / quidquid illud
illud est transferatur / **Rubrica Ut si quis episcopus**

SIquis autem episcopus civi-
tatis sue mediocritate
te despecta / vel ministracionem loci
celebrioris ambierit / et ad maiorem se
plebem quacumque racione transtulerit non
solum a cathedra quidem pellatur aliena
sed carebit et propria / ut nec illis presideat quos
per superbiam sprevit / Suis igitur terminis quisque

contentus sit nec supra mensuram iuris sua
affectet augeri/ Rubrica Vt nullus alie
num clericum sollicitare uel tenere presumat
suo episcopo non prebente consensum/

Alienum clericum/ inuito episcopo
ipsius/ nemo suscipiat/
nemo sollicitet/ nisi forte ex pla
cito caritatis/ id inter dantem accipientem
que conueniat/ nam grauius iniurie reus est/ qui
de fratris ecclesia/ quod est utilius/ aut preciosius/
audet uel abducere uel tenere/ Itaque si intra
prouinciam res agitur/ transfugam cleri
cum ad ecclesiam suam/ metropolitanus redire
conpellat/ si autem longius recessit/ tui precep
ti auctoritate reuocabitur/ ut nec cupiditati/ nec
ambitioni/ occasio relinquatur Rubrica Vt
in euocandis prouincialibus episcopis/ ad Tessa
lonicensem pontificem/ moderacio consuetu
ne sub hoc colore/ sacerdotalis honor/ contu
meliis addicatur/ nec amplius quam bini
de prouinciis episcopi/ quos metropolitanus pro
bauerit dirigantur/ et cetera

In euocandis autem ad te coe
piscopis/ moderatissimum esse te uo
lumus ne per maioris diligencie
speciem/ fratribus grauari uidearis in iuriis/ unde
si causa aliqua maior extiterit/ ob quam
rationabile ac necessarium sit/ fraternum aduocare
conuentum/ binos de singulis prouinciis episcopos/
quos metropolitani crediderint esse mit
tendos/ ad fraternitatem tuam uenire sufficiat/
Rubrica Vt non amplius a constituto tempore
concilii/ quam dies xv^cim remorentur episcopi/
et si inter eos de negocio fuerit aborta con
tencio/ cuncta romano pontifici/ sub gestorum
insinuatione/ pandantur et cetera

Ita ut a praestituto tempore/ non ul
tra xv dies/ qui conuenerint
retardentur/ Si autem in eo/ quod
cum fratribus tractandum diffiniendumque credi
dis diuisa eorum fuerit a tota tua uoluntate sen
tencia/ ad nos omnia sub gestorum testificatione
referantur/ ut remotis ambiguitatibus/ quod
deo placeat discernatur/ Adhuc enim finem
omnem effectum nostrum curamque dirigimus/ ut quod
ad unitatem concordie/ et quod ad custodi
am pertinet discipline/ nulla dissensione
uioletur/ nulla desidia negligatur/ Et te
igitur frater dilectissime/ et eos fratres nostros/ qui de
tuis offenduntur excessibus/ cum tamen non simi
lis sit omnibus materies querelarum/ hortor
et moneo/ ut que pie sunt ordinata/ salubri
ter disposita/ nulla concertatione turbentur/
Nemo quod suum est querat sed quod al
terius/ Et sicut ait apostolus/ unusquisque proximo
suo placeat in bonum ad edificationem Non
enim poterit unitatis nostre firma esse compago
nisi nos ad inseparabilem soliditatem/ uincu
lum caritatis astrinxerit/ quia sicut in uno
corpore/ multa membra habemus/ omnia

autem membra/ non eundem actum habent
ita multi unum corpus sumus in Christo/ si
guli autem alter alterius membra/ Conexio to
cius corporis/ unam sanitatem/ unam pulcri
tudinem facit/ Et hec quidem conexio tocius
corporis/ unitatem requirit/ sed precipue
exigit concordiam sacerdotum/ Quibus
et si dignitas communis non est/ tamen or
do generalis est/ quoniam et inter beatissimos apostolos
in similitudinem honoris/ fuit quedam
discretio potestatis/ et cum omnium par esset/ electio
uni tamen datum est/ ut ceteris preemineret/ De qua
forma/ episcoporum quoque est orta distinctio/
et magna ordinacione prouisum est/ ne
omnes sibi omnia uendicarent/ sed essent in
singulis prouinciis singuli/ quorum inter fratres
haberetur prima sententia/ et rursum quidam
una in maioribus urbibus constituti/ sol
licitudinem eius susciperent ampliorem
per quos ad unam petri sedem/ uniuersalis
ecclesie cura/ influeret/ et nichil usquam
a suo capite dissideret Qui ergo scit se qui
busdam prepositum/ non moleste ferat/ aliquem
sibi esse prelatum/ sed obedienciam quam
exigit/ sibi/ etiam ipse dependat/ Et sicut
non uult grauis oneris sarcinam ferre/ ita
non audeat alii/ importabile pondus in
ponere/ discipuli enim sumus humilis et mi
tis magistri/ dicentis discite a me quia mitis
sum et humilis corde/ et inuenietis requi
em animabus uestris iugum enim meum sua
ue est et onus meum leue/ Quod quomodo
experiemur/ nisi et illud in obseruanciam ue
niat/ quod idem dominus ait Qui maior est
uestrum erit minister uester Qui autem se exal
tauerit humiliabitur/ et qui se humiliat exalta
bitur/ Item epistola leonis pape ad Nicetam
aquilegensem episcopum et cetera

Leo episcopus Nicete episcopo aquileiensi/ 159
salutem/ Regressus ad nos
filius meus/ Adeodatus/ sedis nostre
dyaconus/ dilectionem tuam poposcisse me
morauit/ ut de his auctoritatem apostolice sedis
acciperes/ que quidem magnam difficultatem
diiudicacionis uidentur afferre/ Sed inprospec
tione temporalium necessitatum adhibenda curatio
est/ ut uulnera que aduersione hostilitatis
illata sunt/ religionis maxime ratione sa
nentur Rubrica quod debeant femine
que captis uiris aliis nupserunt/ reuersis
uiris de captiuitate/ uiris prioribus copulari
ut quod suum est/ unusquisque recipiat/

Cum ergo per bellicam cladem/
et per grauissimos hostili
tatis incursus/ ita quedam
dicatis esse diuisa coniugia ut cum abduc
tis in captiuitatem uiris femine eorum
remanserint destitute/ que uiros proprios aut
numquam a dampnatione crederent liberan
dos/ et maiorum coniugum solitudine cogerentur/

transierint, cunctaque nunc statu rerum auxiliante domino in meliora converso, nonnulli eorum qui putabantur periisse remearint, merito caritas tua videtur ambigere quid de mulieribus que aliis iuncte sunt viris a nobis debeat ordinari. Sed quia novimus scriptum, quod a domino iungitur mulier viro, et iterum preceptum agnovimus ut quod deus iunxit homo non separet, necesse est ut legitimarum federa nuptiarum redintegranda credamus, et remotis malis que hostilitas intulit unicuique id quod legitime habuit reformetur, omnique studio procurandum est ut recipiat unusquisque quod proprium est. Rubrica Quod non probetur esse culpabilis iudicetur qui uxorem captivi in matrimonio videtur esse sortitus

Nec tamen culpabilis iudicetur et tamquam alieni iuris pervasor habeatur qui personam eius mariti qui iam non esse estimabatur assumpsit. Sic enim multa que ad eos qui in captivitatem ducti sunt pertinebant in ius alienum transire potuerunt, et tamen iustitie plenum est ut hisdem reversis propria reformentur. Quod in mancipiis vel in agris aut etiam in domibus recte servatur, quanto magis in coniugiorum redintegratione faciendum est, ut quod bellica necessitate turbatum est pacis remedio reformetur. Rubrica Ut si viri de captivitate reversi in tantum uxoris offensi non fuerint, et voluerint eas in coniugium recipere liberam habeant facultatem

Et ideo si viri post longam captivitatem reversi ita in dilectione suarum coniugum perseverent ut eas cupiant in suum redire consortium, omittendum et inculpabile iudicandum quod necessitas intulit et restituendum quod necessitas intulit et restituendum quod fides poscit. Rubrica Ut si mulieres ad proprios viros redire noluerint velut impie ecclesiastica communione privande sunt et cetera

Si autem alique mulieres ita posteriorum virorum amore sunt capte ut malint his coherere quam ad legittimum redire consortium, merito sunt notande, ita ut et ecclesiastica communione priventur, que de re excusabili contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibimet pro sua incontinencia placuisse quod iusta remissio poterat expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione coniugia, neque ullo modo ad opprobrium male voluntatis trahatur quod condicio necessitatis extorsit, quia sicut hee mulieres que reverti ad viros suos noluerint impie sunt habende, ita ille que in affectum ex deo initum redeunt merito sunt laudande. Rubrica De captivis aut terrore aut fame non veneratione cibos ymolaticios edere compulsis penitencia concedenda

De hiis autem christianis qui inter eos a quibus fuerant captivati immolaticiis cibis asseruntur esse polluti, consultationi caritatis tue hoc etiam credidimus esse respondendum, ut penitencie satisfactione purgentur, que non tam temporis longitudine quam cordis compunctione pensanda est. Et sive hoc terror extorserit sive fames suaserit, non dubitetur abolendum, cum huiusmodi cibus pro metu aut indigencia non pro religionis veneratione sit sumptus. Rubrica Quod qui ad iterationem baptismi vel vi vel timore coacti animos inclinaverunt penitencie sint sublevandi remedio, ita ut senilis etatis periculorum quoque et egritudinum ceterarum necessitatum habeatur sollicita consideratione respectus

Hii vero de quibus similiter dilectio tua credidit nos consulendos, qui ad iterandum baptismum vel metu coacti vel errore traducti sunt et nunc se contra catholice fidei sacramentum egisse cognoscunt, ea est custodienda moderatio, quod in societatem nostram non nisi per penitencie remedium et per impositionem episcopalis manus communionis recipiant unitatem; tempore penitudinis habita moderatione tuo constituenda iudicio, prout conversorum animos inspexeris esse devotos, pariter etiam habentes etatis senilis intuitum et periculorum quoque aut egritudinum respicientes necessitates, in quibus si quis graviter urgeatur ut dum adhuc penitet de salute eius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subveniri. Rubrica Ut qui ab hereticis baptizati sunt sola sancti spiritus invocatione firmentur et cetera

Nam hii qui baptismum ab hereticis acceperunt, cum antea baptizati non fuissent, sola sancti spiritus invocatione per impositionem manuum confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. Et hanc regulam, ut scitis, servandam in omnibus ecclesiis predicamus, ut lavacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente apostolo: Unus deus, una fides, unum baptisma. Cuius ablutio nulla iteratione temeranda est, sed ut diximus sola sanctificatio sancti spiritus invocanda est, ut quod ab hereticis nemo accipit a catholicis sacerdotibus consequatur. Hanc autem epistolam nostram quam ad consultationem fraternitatis tue emisimus ad omnes fratres et comprovinciales tuos facias pervenire, ut in omnium observancia data prosit auctoritas. Rubrica Datum xii kalendas aprilis consulatu maiorani augusto.

Epistola leonis pape ad episcopos per cesariensem mauritaniam constitutos Rubrica alia

i Ne illicite persone ad episcopatum provehantur
ii De donato novacianorum episcopo et de maximo ex donatistis iii De aggara et tiberiano

qui ex lapsis fuerant ordinati. De virginibus sacris que vi barbaricam pertulerunt.

Leo episcopus universis episcopis per Cesariensem Mauritaniam constitutis in Domino salutem. Cum de ordinationibus sacerdotum quedam apud vos illicite usurpata crebrior ad nos commeantium sermo perferret, ratio pietatis exegit, ut pro sollicitudine quam universe ecclesie ex divina institutione impendimus, rerum fidem studeremus agnoscere, vicem cure nostre proficiscenti a nobis fratri et consacerdoti nostro Potentio delegantes, qui sedis nostre scripta que prius ad vos direximus, de episcopis quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet inquireret, nobisque omnia fideliter indicaret. Unde quia idem plenissime notitie nostre cuncta reseravit, et sub quibuslibet rectoribus quedam Christi plebes in partibus provincie Cesariensis habeantur, sincera nobis relatione patefecit, necessarium fuit ut dolorem cordis nostri quo pro dominicorum gregum periculis estuamus, datis ad dilectionem vestram litteris promeremus, mirantes tantum apud vos per occasionem temporis impacati aut ambientium presumptionem aut tumultum valuisse popularium, ut indignis quibusque et longe extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium et gubernatio ecclesie crederetur. Non est hoc consulere populis sed nocere, nec prestare regimen sed augere discrimen. Integritas enim presidentium salus est subditorum. Et ubi est incolumitas obedientie, ibi sana est forma doctrine. Principatus autem quem aut seditio extorsit aut ambitus occupavit, etiam si moribus atque actibus non offendit, ipso tamen initii sui est perniciosus exemplo. Quod si in quibuslibet ecclesie gradibus providenter scienterque curandum est ut in domo Domini nichil sit preposterum, quanto magis elaborandum est ut in electione eius qui super omnes gradus constituitur non erretur. Nam totius familie Domini status et ordo nutabit, si quod requiritur in corpore non sit in capite. Ubi est illa beati apostoli Pauli per spiritum Dei preceptio, qua in persona Timothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur, et unicuique nostrum dicitur: Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. Quid est cito manus imponere, nisi ante meritum laboris, ante experientiam discipline, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem qualis ille est qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum qui rectum tenet in eligendo sacerdote iudicium, ita gravi semetipsum afficit dampno qui ad sue dignitatis collegium sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona pretermittendum est quod institutis generalibus continetur. Nec putandus est honor ille legitimus qui fuit contra divine legis precepta collatus. Dicente enim apostolo inter alias electionis regulas, eum episcopum ordinandum quem unius uxoris virum fuisse aut esse constiterit, tam sacrata semper habita est ista preceptio, ut etiam de muliere sacerdotis eligenda eadem intelligeretur servanda conditio, ne forte illa prius quam in societatem eius veniret qui aliam non habuisset uxorem, alterius viri esset experta coniugium. Quis ergo dissimulare audeat quod in tanti sacramenti perpetratur iniuriam? Cum hinc magno venerandoque ministerio nec divine legis statuta defuerint, quibus evidenter diffinitum est ut virginem sacerdos accipiat, et alterius thorum nesciat coniugis, que uxor futura est sacerdotis. Iam tunc enim in sacerdotibus figurabatur Christi ecclesie spirituale coniugium. Et quia vir caput est mulieris, discat sponsa Christi non alium virum nosse quam Christum, qui merito unam elegit, unam diligit, et aliam preter ipsam suo consortio non adiungit. Si ergo etiam in veteri testamento hec sacerdotalium coniugiorum forma servata est, quanto magis sub evangelii iam gratia constituti apostolicis debemus obedire preceptis, ut quamlibet quis bonis moribus preditus et sanctis operibus inveniatur ornatus, nequaquam tamen vel ad diaconatus gradum vel ad presbyterii honorem vel ad episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut ipsam non uxorem unius viri fuisse constiterit. Monente ergo apostolo ac dicente: Hi autem probentur primum et sic ministrent, quid aliud in hoc intelligendum putamus, nisi ut in his provectionibus non solum matrimoniorum castimoniam, sed etiam laborum merita cogitemus, ne aut a baptismo rudibus aut a seculari actu repente conversis officium pastorale credatur? Cum per omnes gradus militie christiane de incrementis provectuum debeat estimari, an possint aliqui maiora committi. Merito beatorum patrum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum ydoneos sacris administrationibus censuerunt, quorum omnis etas a puerilibus exordiis usque ad perfectiores annos per disciplinae ecclesiastice stipendia cucurrisset, ut unicuique testimonium prior vita preberet, nec posset de eius provectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris loci premium debetur. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris, indignum est pervenire, et notari ambitus solent quos probitatis documenta non adiuvant, quam diligens et quam prudens habenda est dispensatio divinorum munerum et celestium dignitatum, ne in aliquo apostolica et canonica decreta violentur, et his ecclesia Domini regenda credatur qui legittimorum institutionum

ignari/ et totius humilitatis nescii/ non a minimis sumere incrementum/ sed a summis volunt
habere principium/ cum valde iniquum sit/ et
absurdum/ ut imperiti magistris/ novi antiquis
et rudes preferantur emeritis/ In domo qui
dem magna sicut apostolus disserit/ necesse est/
ut vasa diversa sint/ quedam aurea et argen
tea quedam vero lignea et fictilia/ Sed horum
ministerium/ pro materie qualitate discernitur/
nec idem est preciosorum et vilium/ Nam inor
dinata erunt omnia/ si fictilia aureis/ et lignea
a preferantur argenteis/ Sicut autem in ligneis
et fictilibus/ eorum hominum species figuratur/ qui
nullis adhuc virtutibus nitent/ ita in aureis
et in argenteis/ hi sine dubio declarantur/
qui per longum eruditionis ignem/ et per for
nacem diuturni laboris excocti/ aurum probatum
et argentum purum esse meruerunt/ quibus si merc
tes pro devotione non redditur/ omnis ecclesi
astica disciplina resolvitur/ omnis ordo tur
batur/ dum in ecclesia/ qui nullum subierunt
ministerium/ perverso ecclesie generum iudicio/ indebitum
obtinent principatum/ Cum ergo mores vestri
valuerint/ aut studia populorum/ aut ambitus
superborum/ ut non solum laicos/ sed etiam
secundarum uxorum viros/ aut viduarum mari
tos/ ad officium cognoscamus pastorale pro
vectos/ nonne apertissime exigunt cause/ ut
ecclesie/ in quibus ista commissa sunt/ iudicio
severiore purgentur et non solum in tales
presules/ sed etiam in ordinatores eorum/
digna districtione moveamur/ Sed circum
stant nos/ hinc mansuetudo clemencie/ hinc
censura iusticie/ Et quia universe vie domini
misericordia et veritas/ cogimur secundum sedis
apostolice pietatem/ ita nostram temperare sen
tenciam/ ut trutinato pondere delictorum/
quorum utique non una mensura est/ quedam
diffiniamus/ ut cumque tolleranda/ quedam
vero penitus amputanda/ Eos enim qui vel
secundas nuptias inierunt/ vel viduarum se coniugio
sociarunt/ nec apostolica/ nec legalis auctori
tas/ sacerdocium obtinere permittit/ et multo
magis illum/ si fuerit in vero iudicio convic
tus/ qui sicut ad nos relatum est/ simul
duarum est maritus uxorum/ vel illum/ qui pri
ma uxore dimissa/ alteram duxisse perhibetur/
privandos honore decernimus Ceteros vero
quorum provectio/ hoc tantum reprehensionis meretur/ quod ex laicis/ ad officium episcopale electi/
sunt/ neque ex hoc/ quod uxores habent puto
esse culpabiles/ susceptum sacerdocium tenere
permittimus/ non preiudicantes apostolice sedis sta
tutis/ nec beatorum patrum regulas resolventes/
quibus salubriter constitutum est/ ut nec pri
mum/ vel secundum/ aut tercium in ecclesia gradum/
quisquam laycorum/ quibuslibet suffragiis
fultus/ ascendat/ priusquam ad hoc meritum per
legitima augmenta perveniat/ quod enim nunc
utcumque patimur esse veniale/ inultum postmodum
esse non potest/ si quisquam id/ quod omnino interdi
cimus/ usurpare presumpserit/ quia remissio pec
cati/ non dat licenciam delinquendi/ nec quod
potuit aliqua ratione tolerari/ fas erit impu
ne committi/ Cum itaque de omnibus fere/ que fratris
nostri potencii relatio continebat/ plenissime
dilectionem vestram per Davidem fratrem et coepiscopum
nostrum/ qui et sacerdocii merito/ nobis est proba
tus et moribus/ videatis instructam/ superest
fratres ut concorditer salubres suscipiatis hor
tatus/ et nichil per contentiones agentes/ sed
ad omne studium devocionis unanimes/ divi
nis et apostolicis constitucionibus pareatis/ ut
in nullo pacia mini/ providentissima canonum
decreta violari/ que enim contemplatione remissius con
sideratione causarum/ antiquis deinceps custo
dienda sunt regulis/ ne quod ad tempus pia
lenitate concessimus/ post ultione iusta plec
tamus/ in eos specialius et propensius commo
vendi/ qui in episcopis ordinandis/ sanctorum patrum
statuta neglexerint/ et quos conferre debu
erint/ consecraverint/ Unde/ si qui episcopi talem
consecraverint sacerdotem/ qualem esse non li
ceat etiam si aliquo modo dampnum proprii ho
noris evaserint/ ordinationis tamen ius
ulterius licenciam non habebunt/ nec umquam
et sacramento intererit/ quod neglecto divino iu
dicio immerito prestiterit/ Illud sane quod ad
sacerdotalem pertinet dignitatem inter omnium
volumus canonum statuta servari/ ut non in
quibuslibet locis neque quibuscumque castellis/
et ubi ante non fuerunt/ episcopi consecrentur/ cum
tum ubi minores sunt plebes/ minoresque con
ventus/ presbiterorum cura sufficiat/ episcopalia autem
gubernacula/ non nisi maioribus populis/ et fre
quencioribus civitatibus/ oporteat presidere/
ne quod sanctorum patrum divinitus inspirata
decreta vetuerunt/ in villulis possessi
onibus/ vel obscuris et solitariis municipiis prebeatur/ sacerdotale fastigium/ et honor cui
debent excellenciora committi/ ipsa sui nu
merositate vilescat/ Quod nunc in sua dyo
cesi/ Restitutus episcopus/ factum esse causatus est/
et racionabiliter postulavit/ ut si episcopi eorum
locorum/ in quibus non debuerant ordinari/ hu
mana condicione discesserint/ loca ipsa ad
ius eius antistitis redigantur/ cuius fuerant
ante prius/ et inutile est/ ut sacerdotalis dig
nitas/ inconsiderata ordinantis facilitate/ super
flua multiplicatione minuatur/ De his autem
que in sancte virginitatis proposito constitute/
barbaricam pertulere violenciam/ et integritate
pudoris/ non animo/ sed corpore/ perdiderunt
ea nobis videtur servanda moderacio/ ut ne
que in viduarum deiciantur gradum/ neque in sa
crarum et perseverancium virginum numero cen
seantur/ Quibus si in omnibus virgina
libus perseverant/ et castimonio soliditate
mente custodiunt sacramentorum/ non est neganda communio/ quia iniustum est/ illas in eo

vel argui vel notari / quod non voluntas amittit sed
vis hostilis eripuit / Causam quoque lupi
cini illic iubemus audiri / cui multi et se
pius postulanti / communionem hac ratione
reddimus / quia cum ad nostrum iudicium se prouo
casset / inuito eum / pendente negocio a
communione videbamus fuisse suspensum
Adiectum etiam illud est quod hic temere
super ordinatus esse cognoscitur / qui non debuit
ordinari / antequam lupicinus in presenti positus
aut confutatus / aut certe confusus iuste pos-
sit subiacere sententie / ut vacantem locum
quemadmodum disciplina ecclesiastica exi
git / is qui consecrabatur / acciperet / Si que vero
alie emerserint cause / que ad statum eccle
siarum / ut ad concordiam pertineat sacerdotum / illic
sub timore domini volumus / ventilentur / et de
componendis atque compositis omnibus / ad nos
relacio plena mittatur / ut ea que iuxta eccle-
siasticum morem iuste et racionabiliter fue
rint diffinita / nostra quoque sentencia roborentur

Datum iii ydus Aug. ii. recta

Donatum aut nouatia
nensem / ex no
uacianis / cum sua ut comperimus ple
be conuersum / domino volumus gregi presidere / ita
ut libellum fidei sue ad nos / meminerit dirigendum
quo et nouacianam dogmatis dampnet
errorem / et plenissime confiteatur catholi
cam / Maximum quoque ex laico licet repre
hensibiliter ordinatum / si donatista iam non
est et ab spiritu scismatice prauitatis alienus /
est / a bepali / quam quoquo modo adeptus
est non repellimus dignitate / ita ut et ipse
libello ad nos edito / catholicum se esse mani
festet Epistola tercia recta

De aggaro et tibeliano / quorum
ac ceteris / qui ex laicis ordinati
sunt / in hoc causa diuersa est / quod
eorum ordinacionum atroces tumultus / et seue
sediciones memorantur esse famulate / vestro
iudicio tuicia commisimus / ut relata habita a
pud nos examinis fide / quid de superdictis
statuendum sit scire possimus / Epistola quarta

Ille aut famule dei / que integri
tatem pudoris / ab oppressione
barbarica perdiderunt / laudabili-
ores sunt in humilitate / ac verecundia / si se
in contaminatis non audeant comparare vir
ginibus / Quamuis enim omne peccatum ex volun
tate nascatur / et potuit corrupcione car
nis mens inuita / non pollui / minus tamen
hoc illis oberit / si quod potuerit animo non
admittere / doleant se vel corpore perdidisse

Cum itaque de Epistola quinta
omnibus / que fratris nostri po
tencii relacio continebat / ple
nissime dileccionem vestram videatis instructam
superest / ut concordi obediencia / salubres susci
piatis hortatus / nichil per contencionem
agentes / sed ad omne studium deuocionis
vnanimes / diuinis et apostolicis institutio
nibus / seruiatis / et in nullo paciamini
pia canonum decreta violari / que enim inte
rim simul / certarum consideracione causarum /
antiquis de metropolis custodienda sunt re
gulis / ne quod ad tempus pia lenitate con
cessimus / post hoc ulcione plectamus Ru
brica Item leonis pape / ad theodorum
forouiliensem episcopum ut hiis / qui in exitu
sunt pena et communio non negetur /

Leo episcopus / theodoro episcopo foro
iuliensi / salutem / Solicitu
dinis quidem tue / iste ordo esse
debuerat / ut cum metropolitano tuo primi
tus quod querendum esse videbatur / con
ferres / ac si id quod ignorabat / dileccio
tua / ipse nesciret / instrui vos pariter posce
ritis / quia in causis / que ad generalem obser
uanciam pertinent / nichil sine primatibus
oportet inquiri / Sed quomodo instruatur am-
biguitas consulentis / vel quid penitencium
institutum ecclesiastica regula habeat /
non tacebo / Multiplex misericordia dei
ita lapsibus humanis subuenit / ut non
solum per baptismi graciam sed etiam per pe
nitencie medicinam / spes vite reparetur
eterne / ut qui regeneracionis dona violas
sent / proprio se iudicio condempnantes / ad re
missionem criminum / peruenerint / sic diuine
voluntatis presidiis ordinatis / ut indulgen
cia dei / nisi supplicacionibus sacerdotum ne
queant obtineri / Mediator enim dei et homi
num ihesus christus / hanc prepositis ecclesie tra
didit potestatem / ut confitentibus penitencie
sanctionem darent / et eosdem salubri satis
factione purgatos / ad communionem sacramen
torum / per ianuam reconciliacionis admitteret /
Cui itaque operi incessabiliter ipse saluator in
tervenit / nec vnquam ab hiis abest / quibus
dicit / ecce ego vobiscum sum omnibus diebus
usque ad consummacionem seculi / ut siquis per
seruitutem nostram bono ordine / et grato imple
tur affectu / non ambigamus per spiritum sanctum nobis
fuisse donatum / Si autem aliquis eorum / pro quibus
domino supplicamus / quocumque interceptus ob
staculo / a munere indulgencie presentis exci
derit / ut priusquam ad constituta remedia per
ueniret / temporalem vitam / humana con
dicione finierit / quod manens in corpore
non accepit / consequi exutus carne / non po
terit / Nec necesse est ergo nos / eorum qui obierint
merita / actusque discutere / cum dominus noster cuius
iudicia nequeunt comprehendi / quod sacerdotis
implere ministerium non sunt sue iusticie re
seruauit / ita potestatem suam timeri volens / ut hic
terror omnibus prosit / et quod quibusdam te
pidis aut negligentibus accidit / nemo non
metuat / Multum enim utile ac necessarium est /
ut peccatorum reatus / ante ultimum diem sacerdotali

supplicatione soluatur. His autem qui in tempo-
re necessitatis et in periculi urgentis instancia
presidium penitencie et mox reconciliacionis
implorant, nec satisfactio interdicenda
est, nec reconciliatio deneganda, quia
misericordie dei nec mensuras possumus
ponere nec tempora diffinire, apud quem nullas
patitur moras uera conuersio, dicente
dei spiritu per prophetam: Cum conuersus ingemu-
eris, tunc saluus eris. Et alibi: Dic tu iniqui-
tates tuas prior, ut iustificeris. Item quia
apud dominum misericordia est et copiosa apud eum
redempcio. In dispensandis itaque dei do-
nis non debemus esse difficiles, nec se accusan-
tium gemitus lacrimasque negligere, cum ipsam
penitendi affectionem ex dei credamus in-
spiracione conceptam, dicente apostolo: Ne for-
te det illis deus penitenciam et resipiscant
a diaboli laqueis, a quo captiui tenentur
ad ipsius uoluntatem. Unde oportet unum-
quemque consciencie sue habere iudicium, nec de
die in diem differat ad deum conuerti, nec satis-
factionis sibi tempus inueniat sine fine
constituat, quem periculose ignorancia huma-
na concludit, ut ad paucarum horarum spacium
se reseruet incertum, et cum posset pleniore
satisfactione indulgenciam promereri, illius
temporis angustias lugeat, quo uix inue-
niat spacium uel confessio penitentis uel re-
conciliatio sacerdotis. Ita ergo necessitati auxi-
liandum est, ut nec actio illis penitencie
nec communionis gracia denegetur, si eam e-
tiam amisso uocis officio per indicia inte-
gri sensus querere comprobentur. Quod si
ita aliqua egritudine fuerint aggrauati
ut quod paulo ante poscebant sub presenti
significare non ualeant, testimonia eis
fidelium circumstancium prodesse debebunt,
simul tamen et penitencie et reconciliationis bene-
ficium consequantur, seruata tamen regula ca-
nonum patrum circa eorum personas qui in deum
ca fide peccauerunt. Hec autem frater ad interro-
gationem dilectionis tue ideo respondi, ne
aliquid contrarium sub ignorancie excusatione
geratur, que tamen ad metropolitani episcopi
noticiam facias peruenire, ut si qui forte sunt
fratrum qui de his antea putauerunt am-
bigendum, per ipsum de omnibus que ad te scripta
sunt instruantur. Rubrica. Datum iij kl.
Junij ij ks. Eiusdem leonis pape ad leo-
nem Rauennatem episcopum. De hiis
qui in captiuitate deuenerunt et baptis-
mi graciam non reminiscuntur. Ut ab hereticis
baptizatus per impositionem manus spiritum
sanctum accipiat etc.

LEO episcopus Leoni episcopo Rauenna-
ti salutem. Frequenter quidem
in diuersarum ambiguis questionum
titubancia fratrum corda spiritu dei instructe
solidauimus, responsionis formam uel sanctarum

PL 54, 287

de scripturarum disciplinis uel ex patrum regulis col-
ligentes, nec periculose nouum et inauditum
antea genus consultationis exortum est.

Nam quorundam fratrum suggesti-
one comperimus aliquos cap-
tiuorum ad sedes suas libere redeun-
tes, qui scilicet in captiuitatem illa etate perue-
nerunt que nullius rei formare poterat firme
noticiam, remedium quidem implorant
baptismatis, et sacramenta perceperint in infancie
inscicia asseuerant, non posse se reminisci, et
ideo sub hoc latentis recordationis incerto
animas suas indiscrete abduci sub specie
cautionis negatur gracia, que ideo non impen-
ditur quia putatur impensa. Cum itaque conue-
talibus dubia sacra misterii, non immerito quo-
rundam fratrum formido dubitaret, in synoda-
lium diximus coetum, formamque huius consultatio-
nis accepimus, quam diligencius discucientes
pro uniuscuiusque sensu sollicita uolumus
ratione tractari, quo aduertite obcogniti-
onem multorum certius peruenire possimus.
Eadem ergo que in scriptis michi diuina inspi-
ratione deuenerunt frequens eciam fratrum
firmauit assensio. In primis itaque prouidere
debemus, ne dum spem quandam cautionis
tenemus, dampnum regenerandarum incidamus
animarum. Quis enim ita sit suspicionibus
suis deditus ut uerum esse diffiniat quod dum
manifestatione cessante ex opinione am-
bigua est suspicatum. Cum itaque baptismi sui
nichil recordetur qui regeneracionis est cu-
pidus, nec alter attestari de eo possit qui nes-
ciat consecratum, nec ille qui consecratur, sci-
mus quidem inexpiabile esse facinus, quoci-
ens iuxta hereticorum dogma a sanctis patribus
institutum cogitur aliquis iterare lauacrum, quod
regenerandis semel tributum est bis subiacere,
apostolica reclamante doctrina, que nobis unam
predicat in trinitate deitatem, unam in fide
confessionem, unum in baptismate sacramentum.
Sed in hoc nichil simile formidatur, quoniam non
potest in iteracionis crimine uenire quod
factum esse omnino nescitur. Atque ideo quociens
persona talis inciderit, sollicita primum exami-
natione discutite, et longo tempore, nisi forte
supremus finis immineat, indagate, utrum nemo
penitus sit qui testimonio suo iuuare pos-
sit ignoranciam nescientis. Et cum constiterit
hunc qui baptismatis indiget sacramento sola
inanis suspitione prohiberi, accedat intre-
pidus ad consequendam graciam, cuius in se
nullum scit esse uestigium, nec uereamur ianu-
am salutis aperire quam nunquam ante docetur ingressus.

QUOD si ab hereticis baptizatum quem-
piam esse constiterit, erga hunc nul-
latenus sacramentum regeneracionis iteretur,
sed hoc tantum quod ibi defuit conferatur, ut
per episcopalis manus impositionem uirtutem sancti

spiritus consequatur. Quam rem fratri karissime ideo
generaliter ad omnium vestrum noticiam voluimus
pervenire, ne dum plus iusto metuimus, misericordia
dei saluari cupientibus negetur. **Leo episcopus
ad dioscorum alexandrinum episcopum. .j.** De
ordinatione presbiteri aut dyaconi, ut sabbato
sancto celebretur id est die dominico. **ij** De
festiuitatibus ut si vna agenda pluries non suffe-
cerit nulla sit dubitacio iterari sacrificium

LEO episcopus dioscoro episcopo alexan-
drino salutem. Quantum
dilectioni tue diuine caritatis impen-
damus affectum, ex hoc poteris approbare, quod
tua firmius fundare festinamus inicia, ne
quid caritati tue ad perfectionem deesse videatur,
cum tibi spiritualis gracie merita, ut probauimus
suffragentur. Paterna igitur et fraterna collatio
debet sanctitati tue esse gratissima, et a te
taliter suscipi quemadmodum eam a nobis intel-
ligis proficisci. Vnum nos sentire oportet et
agere, ut sicut legimus, in nobis quoque vnum
esse cor et vna anima comprobetur. Cum enim
beatissimus petrus apostolus a domino acceperit
principatum, et Romana ecclesia in eius permane-
at institutis, nephas est credere, quod sanctus
discipulus ipsius marcus qui alexandrinam pri-
mus gubernauit, aliis regulis tradicionum suarum
decreta firmauerit. Cum sine dubio de eo-
dem fonte gracie vnus spiritus et discipuli fuerit et
magistri, nec aliud ordinatus tradere potuerit,
quam quod ab ordinatore suscepit. Non ergo pa-
timur, ut cum vnius nos esse corporis et fidei
fateamur, in aliquo discrepemus, et alia doc-
toris, alia discipuli statuta videantur.

QVOD ergo a patribus nostris propen-
siori cura seruatum esse noui-
mus, custodiri ut non passim diebus
omnibus sacerdotalis vel leuitica ordinacio ce-
lebretur, sed post diem sabbati, eius noctis
que in prima sabbati lucescit exordia, hoc est
sub lege diuini officii subsistuant, in quibus
his qui consecrandi sunt, ieiuniis a ieiunantibus
sacra benedictio conferatur. Quod eius-
dem obseruantie erit, et mane ipso die dominico
continuato sabbati ieiunio celebretur, a quo
tempore precedentis noctis inicia non recedunt,
quam ad diem resurrectionis sicut eciam in
pascha domini declaratur pertinere non dubium
est. Nam preter auctoritatem consuetudinis,
quam ex apostolica nouimus venire doctrina, eci-
am sacra scriptura manifestat, quod cum apostoli
paulum et barnabam ex precepto sancti spiritus
ad euangelium gentibus mitterent predicandum,
ieiunantes et orantes imposuerunt eis manus,
ut intelligamus quanta et dancium et accipiencium
deuocione curandum sit, ne tante benedictio-
nis sacramentum negligenter videatur impletum, et
ideo pie et laudabiliter apostolicis morem gesse-
ris institutis, si hanc ordinacionem sacerdotum
formam per ecclesias quibus dominus preesse te voluit

et tam ipse seruaueris, ut hiis qui consecrandi
sunt, nunquam benedictio nisi in die resurrectio-
nis dominice tribuatur, cui a vespere sabbati inici-
um constat ascribi, et que tantis diuinarum dis-
pensacionum misteriis est consecrata, ut quicquid
quod a domino est insignius constitutum, in huius diei
dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit
exordium, in hac per resurrectionem christi et mors
interitum et vita accepit principium, in hac apostoli a
domino predicandi omnibus gentibus euangelii
tubam sumunt, et inferendum vniuerso mundo
sacramentum regenerationis accipiunt, in hac sicut be-
atus ewangelista johannes testatur, cum
congregatis in vnum discipulis clausis ianuis
ad eos dominus introisset, insufflauit et dixit:
Accipite spiritum sanctum, ut quorum remiseritis peccata
remittantur eis, et quorum detinueritis dete-
ta erunt. In hac denique promissus a domino a-
postolis spiritus sanctus aduenit, et celesti quadam
regula insinuatum et traditum nouerimus, in illa
die celebranda nobis esse misteria sacerdotalium
benedictionum, in qua collata sunt omnia do-
na graciarum. Vt autem in omnibus obseruancia
nostra concordet, illud quoque volumus custodiri,
ut cum solempnior festiuitas conuentum
populi numerosioris indixerit, et ad eam
dem multitudo fidelium conuenerit, quam re-
cipere basilica vna simul non possit, sacrificii
oblatio indubitanter iteretur, ne hiis tantum ad-
missis ad hanc deuotionem, qui primi ad-
uenerint, videantur hii qui postmodum con-
fluxerint non recepti, cum plenum pietatis atque
rationis sit, ut quociens basilicam in qua
agitur presencia noue plebis impleuerit, tociens
sacrificium subsequens offeratur. Necesse est
autem ut quedam populi pars sua deuotione
priuetur, si vnius tantum misse more seruato,
sacrificium offerre non possint, nisi qui prima diei par-
te conuenerint. Studiose ergo dilectionem tuam
familiariter admonemus, ut quod nostre con-
suetudini ex forma paterne tradicionis inse-
dit, tua quoque cura non negligat, ut per omnia
nobis fide et actibus congruamus. Propter
quod remeante filio nostro possedonio presbitero
ad fraternitatem tuam hanc epistolam dedimus
perferendam, qui nostris processionibus atque or-
dinationibus frequenter interfuit, et totiens
ad nos missus, quid de omnibus apostolice se-
dis auctoritate teneremus agnouit. **Rubri-
ca** Epistola leonis pape de priuilegiis coepiscoporum
siue presbiterorum ad vniuersos germanie atque
gallie episcopos directa

LEO Romane ecclesie et apostolice [Ep. 2 api sp. 1238]
sedis episcopus, vniuersis germa-
niarum ac galliarum regionum episcopis
salutem. Cum in dei nomine in Romana ecclesia
synodum episcoporum siue ceterorum consacerdotum christi
que fidelium coadunatam habuissemus, et de or-
dinacionibus illicitis, super quibus crebro ad
nos illarum partium commeancium sermo perueneat,

atque de aliis necnon ecclesiasticis negociis
tractantes / sacrosque canones relegen
tes / solle(m)niter egissemus / a multis lacrima
bili multum relatum est nobis / quod quidam
germaniarum atque galliarum urbium epi / sicque qui
re- epos / qui iuxta canones neocesarie
ses / siue secundum aliorum decreta patrum / idem
sunt qui et presbiteri uel presbiteros destinarent
qui absente pontifice altaria erigerent
basilicasque consecrarent / Quod quidem
non est mirum id precepisse uiros ecclesiastice
disciplinae ignaros / quod est canonice re
gule contrarium / et statim a seculari milicia
in sacerdotale misterium delegatos atque pro
motos / Ergo ne ultra a nobis talis licen
tia usurpetur / communi sententia statuendum
oportuit / scientes quia sicut re- epo uel
presbitero illicita consecratio est altaris ita
et constitutio / In diuinis enim libris precipiente
domino / solus moyses in tabernaculo dei erexit
altare solus ipse unxit / qui utique quia
sacerdos summus dei erat / scriptum est de eo
Moyses et aaron in sacerdotibus eius
Ideoque id quod tantum facere principibus
sacerdotum iussum est / quorum typum moyses
et aaron tenuerunt / omnino decretum
est ut re- epi uel presbiteri qui filiorum aaron
gestant figuram / arripere non presumant
nam quamuis cum episcopis plurima illis ministe
riorum communis sit dispensatio / quedam
tamen auctoritate ueteris legis / quedam nouel
le et ecclesiasticis regulis / sibi prohibita
nouerint / sicut presbiterorum ac dyaconorum ac
uirginum consecratio / sicut constitutio
altaris ac benedictio uel unctio / Siquidem
nec erigere eis altaria / nec ecclesias uel
altaria consecrare licet / nec impositionem
manuum fidelibus baptizandis uel conuersis
ex heresi / paraclitum spiritum sanctum tradere / nec
crisma conficere / nec crismate baptiza
dorum frontes signare / nec publice quidem
in missa quemquam penitentem reconciliare
nec formatas cuilibet epistolas mittere
Hec enim omnia illicita sunt chorepiscopis qui
ad exemplum et formam lxx^{ta} disciplorum
esse cognoscuntur uel presbiteris qui eandem ges
tant figuram quia quamquam consecrationem
habeant pontificatus tamen apicem non
habent / que omnia summis debere pontificibus
auctoritate canonum precipitur / ut per hoc et dis
cretio graduum et dignitatis fastigium sum
mi pontificis demonstretur / Sed neque coram
epo licet presbiteris in baptisterium introire
nec presente antistite infantem tingere
aut signare / nec penitentem sine precep
tione episcopi sui reconciliare / nec eo presente
nisi illo iubente / sacramentum corporis et
sanguinis christi conficere / nec eo coram po
sito populum docere uel benedicere aut saluta
re / nec plebem utique exhortari / et reliqua

Rubrica Item epistola leonis pape ad uniuer
sos epos per campaniam samnium et picenum con
stitutos / I · Ut non omni tempore baptismi
regeneratio detur sed tantum in pascha et pen
thecosten nisi periculosa infirmitas oppresse
rit / II de penitentia fidelium ut confessio eorum
non publicetur et cetera

LEO episcopus / uniuersis episcopis per campa 168
niam samnium et picenum con
stitutis salutem / Magna indig
natione commoueor / et multo dolore contristor
quod quosdam ex uobis comperi / interesse a
postolice tradicionis oblitos / et studio sui erro
ris intentos / ut preter paschale festiuitatem
cui sola penthecosten solempnitas comparatur
/ audeant sibi non aliqua humane in
firmitatis necessitate cogente / sed sola indis
ciplinati arbitrii libertate / usum baptisma
tis uendicare / et in natalibus martirum / quorum
finis aliter honorandus est / quam dies dominice
passionis / regeneracionis celebrare misteria
ac sine ullis spiritualium preparacionum erudicio
nibus / ita rudibus et impitis tradere sacrum
ut circa renouacionis / nichil doctrine ecclesi
astice / nichil in exorcismis impositionum / nichil
ipsa ieiunia quibus homo instruitur operentur
neque in tot misteriis salutis humane / ulla eius
dies habeant / excepto die dominice passionis / quem
in ipso domini est conditum renascendi

ADMONEMUS igitur quod
non sine
periculo status eorum / qui hoc faciunt
protestamur / ut ab hac presumpcione
cessetur et summam hanc potentissimamque dei
graciam non nisi in paschali et penthecosten
die desiderantibus et ardentibus conferatis
maneat quolibet tempore grauioris necessita
tis ac periculorum consideracione secundum quod oportrat
subuenire / ne condicione mortali coartata in
firmitas / necnon liberacione fraudetur / conserua
ta sicut prelocuti sumus duarum tantum modo festiuitatum
reuerencia / propter multa pericula sit cauendum / ne
cuiquam aut in desperata egritudine aut in hosti
litatis incursu / aut metu sui aut in timore
naufragii / per sacerdotem diu regeneratio dene
getur / Siquis uero post hoc interdictum in eadem
usurpatione fuerit detectus / dignam pro tma
ne sue meretur ultionem / quam ostendit se turpe
pe potius lucrum quam religionis cultum esse sectatum

ILLAM etiam contra apostolicam re
gulam presumptionem / quam
nuper per quianam a quibusdam illicita
ta usurpatione uidemus committi / modis om
nibus constituimus submoueri / de penitencia scilicet que
uiua a fidelibus postulatur / ne de singulorum pec
catorum genere libelli scripta professio / publice
recitetur / cum reatus consciencia cum sufficiat /
solis sacerdotibus indicari per confessionem secretam /
Quamuis enim plenitudo fidei uideatur esse lau
dabilis que propter dei timorem apud omnes erubescere

non vereantur, tum quia non omnium huiusmodi sunt peccata, ut ea que prodi timeant publicare, removeatur tam improbabilis consuetudo, ne multi a penitentie remediis arceantur, dum aut erubescunt aut metuunt inimicis suis sua facta reserare, a quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio que primum deo offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis penitentium precator accedit. Tunc enim plures ad penitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. Datum iiij nonas marcii recitatum. Incipit hylarii pape synodale decretum. Ut canones niceni vel apostolice sedis decreta custodiantur. Ut bigami aut vidue vel corrupte mariti ad ecclesiasticos gradus non accedant. Ut penitentes vel inscii litterarum sine defectu membrorum aut decisione aliquid minus habentes ad superiorem ordinem non veniant. Ut ea que illicite episcopus vel decessor eius ordinavit ab eo qui superest emendentur. Ut nullus episcopus sibi eligat successorem etc.

Fer 74-75
PL 84
285

Flavio basilisco et hermenerico viri clarissimi consulibus sub die xiiij kl' novembris in basilica sancte marie residente venerabili papa hylario una cum episcopis numero l residentibus etiam universis presbyteris assistentibus quoque dyaconibus hylarius episcopus ecclesie catholice urbis rome synodo presidens dixit etc.

Quoniam religiosus sancto spiritu congregatus conventus, ut quedam que pro disciplina ecclesiastica sunt necessaria circa diligentiore tractemus, si placet fratres ea que ad ordinationum tenorem pertinent iuxta divine legis precepta et nicenorum canonum constituta ita iuvante domino in omne tempus mensura solidemus, ut nulli fas sit sine status sui periculo vel divinas constitutiones vel apostolice sedis decreta temerare, qui in nos qui potentissimi sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis dei desides fuerimus inventi, quia meminimus quod timere debemus qualiter comminetur dominus negligentie sacerdotum, siquidem reatu maiore delinquit qui potiori honore fruitur et graviora facit vitia peccatorum sublimitas dignitatum etc.

Cavendum igitur imprimis est ne ad sacros gradus, sicut gestis prioribus ante prescriptum est, quisquam qui uxorem virginem non duxit aspiret. Repellendi sunt etiam qui in fide uxoris nuptias contra apostolica precepta convenerint. Inscii quoque litterarum nec non et aliqua membrorum dampna perpessi vel hi qui ex penitentibus sunt ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis talium consecrator extiterit factum suum ipse dissolvet.

Sed et quod quis commisit illicite aut a decessoribus suis invenit admissum, si periculum proprium vult vitare, dampnabit. Nos enim nullo volumus severitatem ulcionis exercere, sed qui in causa dei vel ignorantia vel aliquo excessu deliquerit aut ipse quod perperam fecit abolere noluerit, in se quidquid in alium non resecavit inveniet. Quod ut deinceps possit tenacius custodiri, si placet omnes sententias et subscriptiones vestras commodate, ut synodali iudicio aditus claudatur illicitis. Ab universis episcopis et presbyteris acclamatum est: Exaudi Christe, Hylario vita. Dictum est sexies. Hec et confirmamus et docemus. Dictum est octies. Hec tenenda hec servanda sunt. Dictum est quinquies. Doctrine vestre gratias agimus. Dictum est decies. Ista ut in perpetuum serventur rogamus. Dictum est quindecies. Ista per sanctum petrum ut in perpetuum serventur optamus. Dictum est octies. Hec presumptio numquam fiat. Dictum est decies. Qui hec violaverit in se inveniet. Dictum est septies. Et facto silentio hylarius episcopus dixit:

Preterea fratres nova et inaudita sunt, sicut ad nos missa de hyspaniis epistola subiecta relatione pervenit, in quibusdam locis presumpta semina subinde nascuntur. Denique nonnulli episcopatum, qui non sine meritis precedentibus datur, non divinum munus sed hereditarium putant esse compendium, et [illegible] scilicet hec credunt, sicut res caducas atque mortales, ita sacerdotium velut legatorio aut testamentario iure posse dimitti. Nam plerique sacerdotes in mortis confinio constituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogari, ut scilicet non legitima expectetur electio sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu, quod quam grave sit estimate. Atque ideo si placet etiam hanc licentiam ab ecclesiis generaliter auferamus, ne quod turpe dictum est hominis esse quisquam putet debere quod dei est. Ut autem quod ad nos prelatum est ad vestram etiam possit pervenire notitiam, hispanorum fratrum et coepiscoporum nostrorum scripta legantur. Paulus notarius recitavit. Quod statutum est ne quid ultra huiusmodi a sacerdotibus presumatur. Epistola eiusdem hylarii pape ad ascanium et ad universos terraconenses provincie episcopos. Ut nullus sine consensu metropolitani episcopus ordinetur. Ut nullus episcoporum relicta propria ecclesia ad aliam transeat, et ne in una ecclesia duo episcopi habeantur. Ut hyreneus remotus a barcinonensi ecclesia ad propria revertatur. De removendis episcopis qui illicite ordinati sunt. De dampnatione hyrenei si ad suam ecclesiam non revertatur.

Dilectissimis fratribus ascanio et universis episcopis terraconensis provincie.

terraconensis provincie/hylarius epus/po
tras vre dilectionis/accepimus/quibus pre
sumptiones siluani epi calagorrensis
eccle/retundi petistis/et Regimi barcino
nensium/quietis vnius illicita vota firma
ri/honoratorum et possessorum tyrasonen
sium/leuiensium et nerouitensium ciuita
tum/tum subscriptionibus diuersorum tras nobis
constat in gestis/per quas id quod de sil
uano/querela vestra ingesserat excusabant
Sed reprehensione iustissima eorum palliata alle
gacio non carebat/quia preter consciam me
tropolitanum/fris et coepi nri ascanii/non
nullis ciuitatibus/ordinatos/clarnit sacer
dotes/ Vnde qum quicquid ab alterutra parte
est indicatum/omnium iudices preuersitate co
fusum/temporum intitate per specta hac ra
tione decernimus/ad ueniam pertinere/quod ges
tum est/michil deinceps contra precepta bti
apli/michil contra Nicenorum canonum statu
ta temptetur/ Secunda epla hilarii pape

HOC
aut primum/iuxta eorundem
patrum regulas/volumus
custodiri/ut nullus preter noticiam
atque consensum fris nri ascanii metropo
litani/aliquatenus consecretur epus/quia
hoc vetus ordo tenuit/hoc ccc^torum^ xviij^o
sctorum patrum diffiniuit auctoritas/ Cui
quisquis obuius tetendit/manus/eorum se
consortio fatetur indignum/quorum preceptionibus
resultarit/in quorum contumeliam
super bo spu etiam per illa contempnitur/
que uere tur/ne quis relicta ecclia sua
ad alteram transire presumat/quod nimis
improbe/cohibentibus/et ut doleatur fin
us nobis asserentibus hyrenius eps cona
tur admittere/quod nra auctoritate roborare cu
pitis/quos maxime decebat magna illius
tis indignacione probatis attendi/lectis
ergo in conuentu fratrum/quos natalis mei festiui
tas congregauerat/lris vris/ que de ordina
dis epis/secundum statuta canonum/uel preceptio
rum meorum decreta/fuerit prolata sumam
gestorum patefecit direximus tenorem

Vnde
remoto ab ecclia bar
cinonensi atque ad suam
remisso hyreneo/epo/sedatis per
sacerdotalem modestiam uoluntatibus
que per ignorantiam ecclesiasticarum legum/
desidant/quod non licet/obtinere/talis pos
tmodum de clero proprio barcinonensibus epus
ordinetur/qualem te precipue fr ascanii/
oporteat eligere/et deceat consecrare/ne
si aliter factum fuit/non sine obiurgatione
maxime tui nominis/retundat nra pre
ceptio/quod in iniuriam dei aquo specialiter
sacerdotalium est gra dignitatum/didicerimus
admissum/nec epalis honor/hereditarium
ius putetur/quod nobis salua dei nri xpi be
nignitate deferetur/ Etc

ORDINATOS
ergo nunc epos
qui licet dum
te ignorante prouecti sunt/cum
sinis auctoribus meruerint submouerihac
ratione firmamus/si nec uidue maritus
fuerit quisquam/nec in sede coniugis nuptias
ac nota/conuenerit/sicut et legalia instituta
ta precipiunt dicendo/ Sacerdos vxorem virginem
accipiat/non uiduam/non repudiatam/ Secundum
quod etiam btus aplus paulus/magister gen
tium/de his qui fieri desiderabat sacerdotes/ypa
instituere non tacuit/dicens/ vnius vxoris
virum/ Cuius tenore sinceri ita informati esse
debetis frs kmi/ut infecta que caueda
sunt/studeatis hec precipue custodi/que cog
ante vniusa mandai/ in quibus etiam per
spiciendum est ne duo simul sint in vna
ecclesia/sacerdotes aut literarum ignarus/aut ca
rens aliqua parte membrorum/uel etiam ex pe
nitentibus aliquis/ad sacrum ministerium pro
sus non sinatur accedere/nec tamen putetis petici
ones ualere populorum/ut cum his parere
cupitis/voluntatem dei nri/que nos peccare
prohibet/deseratis/ Cuius indignacio grauius
commouetur/quia benignitas illius diuina
fuit illicita per eos qui sunt inpertes placa
tionis/offenditur Etc

VT AUTEM
omnia secundum hec q
scripsimus corrigantur/
presentes tras/traiano subdiacono
nro veniente direximus/quod si hyreneus
epus/ad ecclesiam suam deposito improbita
tis ambitu redire neglexit quod ei non
iudicio sed humanitate prestabatur remouendum
se ab epali consorcio esse cognoscat/ Deus
vos incolumes custodiat frs kmi Rub
ta datur iiij kl. ian. basilio et herm
nerico iiij ex. css. Eiusdem hylarii pa
pe ad eundem ascanium terraconensem
epm de his que supius sunt scripta

DILECTISSIMO
fri ascanio hy
larius epus
diuine circa vos gracie/memores esse
debemus qui nos per dignacionis sue mi
sericordiam ad fastigium sacerdotale prouexit
/ut mandatis ipius inherentes/et in qua
dam sacerdotum eius specula/constituti/pro
hibeamus illicita/et sequenda doceamus/
vnde directis per traianum subdyaconum nrum
lris/admonemus/ut que male sunt facta corri
gantur/ Et miraremur admodum dilectionem
tuam barcinonensium peticiones/non solum nulla
auctoritate retundisse/uerum etiam directis
ad nos lris/consensionem prauj desiderij
postulasse/adhibendo in eplarum prohemio
conciliorum menciones/tamquam culpe minuere
extessus/per multitudinem improborum/cum si etiam
sub significatione uniuscuiusque sui nominis/tecu
pariter retulisset/et subscriptiones propas
fres singuli commendassent/dilectione tamen

tiam/rei de qua displicet/summa tangebt
quia pro loco et honore tibi debito ceteri
sacerdotes docendi fuerant/nō sequendi Vnde
sicut in generalibus lr̄is indicatum/hyrene
us ad ppam reuocatur ecclesiam/et barcino
nensibus de suo clero protinus consecretur
antistes/cui tamē statuta canonū/et apli
ca precepta concordent/Et licet hii/qui pp
noticiam atqꝫ consensum tue dilectionis
ordinati sūt sacerdotes/cum suis debuerint
auctorib9 submoueri/nequid tamē inutata
necessitate decernimus austerius/eos qui epi
facti sunt/ita volum9 pmanere ut in apli
cis preceptionibus et statutis scōꝝ patrꝫ
non reperiantur obnoxii/ac deinceps nichil
quod contra disciplinam ecclesiasticam ueni
at/sicut hactenus factū est/ppetret/tue sol
licitudinis est frater kme/omnia debita tibi
auctē tueri/et illicitis nō modo nō pbere as
sensum/sed etiam cuncta q̄ contra regulam
fiūt repperis/cohercere/atqꝫ ante omnia
que sola unitate decernim9/hyreneū ad
ecclesiam suam redire conpelle/ad quam
sponte pocius remeare debebit/si sac
dotali consorcio/nō metuit separari Nec
unius ecclesie duo permittuntur esse antis
tes/quod oportunius supdicti subdyaco
ni fieri delegamus instancia/quē etiam
pro conseruanda ecclie disciplina/commeare
ad hispanias disposicionis nr̄e facit auc
toritas/Deus autē incolumē te custodiat
frater kme ac̄

Finiunt Epistole leonis pape vrbis
Rome deo Gracias Anno mo
cccco xxxvo et cetera

Registrum Epistolarum beati Cypriani

Accleratio venie culpatur — cclxii v
Adam nominatur primus homo — cclxxxviii
Adulatio — cvii d
Agnitio dei quo non sit in terra — x q
Adversitas mundi quomodo ferenda — xiii x
Agonem nostrum quis iudicat — clxxviii l
Alea arguitur — cclxxxii
Amor christi preponendus — xx l
Ambulandum caute — xxxiii d
Aqua in calice cur vino admisceatur — cxli p
Armatura spiritualis — clxxviii l et
Arguit qui tacet cvii d — cclix a
Auxilium dei — xxiii m

Balneas communes vitent virgines — xcix s
Baptismus · b · et xvii — s
Baptismus per aquam significatur — cxxxix o
Baptismus hereticorum clxxxii o et cclx p
Baptismi forma — clxxxviii a
Baptismus sanguinis — cxx c
Baptismus hereticorum cxci c et supra
Baptismus in necessitate suppletur c cxxxiii d
Baptismus quo ad omnes equalis gratie ccxxxv c
Baptisari possunt infantes indifferenti etate ccxli l
Bellum cur permittatur a deo — x p

Caritas — lxxxii g
Caritatis hodierne defectus — xlv b
Carne quo sit glorandum — xciii a
Caute ambulandum — xxxiii d
Celicolarum delicie — clxii p
Circumcisio quare fiebat octavo die ccxli n
Confessor — xliii c
Confessorum premium — xxiii t
Confessorum victoria — xxxiii c
Cogitandum quid sit — xcii o
Cognitio dei preceptorum mandatorum observantia clxx t
Concordia conveniunt christiani — xxxviii k l m
Consortia malorum vitanda — cxxxii l
Consuetudo cedit veritati cxcii g et ccviii n
Consumatio laudanda — ccxv a
Commendatio virtuosorum pulcra — cxx k
Comminationes potentum non timende — cxxxv k
Continentia in quo constat — xciii x
Correctio iniquorum — cxiii b c
Crimina non palpanda — cvii s
Cura exhibenda infirmis — cl v
Creatio hominis — cclxxviii p

Defectus mundi et hominum — viii o
Defectus caritatis huius temporis — xlv b
Defectus ecclesie huius temporis — ccxxxix k
Degeneratio culpatur — cxvii
Detractio — ccxiii
Deus solus colendus — xiv i
Dei patientia — lxxxviii c c etc.
Dei humilitas — lxxviii d
Dii falsificabant —
Dyaboli astutia xvii f et xxxiii d c f — xii t et xviii h et lxxxii l
Dyabolus temptat christianos dei permittit — liii p
Dies est christus — lvii b
Disciplina — xcii b
Divites seculi — v i et vii m
Divitie quo impediant salutem — cvi q
Divitie spernende et honores — clxiii l
Dimittendum debitoribus — lii o
Doctrina salutis brevius est — lv b
Docentis premium — ccxlvii v

Ecclesia est una xxxvi h ccxxxiii b et cclxxx r
Ecclesie primitive fervor — lxxvi a
Ecclesie primitive ritus — cxv d
Ecclesia habet instar paradisi c lxxxv s
Elemosine — xlvi n
Elemosinarum largitio — lxvii m
Elemosina requiritur ad orationem lxviii o p
Episcopus est in ecclesia et quis ccxxxvii r
Episcopus cclxxxii b et cxliii d
Episcopi avari arguuntur — ciii n
Episcopi unde gloriosi fiant cxvi b
Episcopi quo et ad quid prodeat clxxxii t
Episcopus non tantum doceat sed et discat ccvii o
Episcopatus est tantum unus — xxxvi h et cliii b
Epistole commendatio xxiv v cxiii r ccxlv r s etc. et cclx ix c
Error non semper sed requirendi debet cxc d
Eukaristia cxxii o et cxxxviii m
Extra ecclesiam non est salus clxxxix b

Facies fucata arguitur — xiii f
Felicitatis gradus duo — cxiii g
Fidei persecutio — ciii o
Fidei constantia et robur — cxxv f
Fidei oculi quales sint — ccliii f
Filii non debent se retrahere a bello lxxiii t
Flagella ire dei — ix p q etc.
Fletus nascentis in mundo — lxxi k
Firmus laudatur —
Fuga et eius consolatio — ccxv a
 — clxvi h
Fugere christianis in persecutione licet — cv p

Gaudent boni semper et quo xiii a c

Heretici unde orant xxxviii l et cxxvii a
Heretica quo corrumpit sepultos xxix m
Hereticorum baptismus unde sup baptismum
Histrio repellendus est a commode ccxli n
Hominis signa xii v
Hominis creatio et propagatio cclxxvii p
Humilitas xlii v
Humilitas dei lxxviii d

Idola reprobant xviii h
Idolatrie pena et comminatio xxix k
Impaciencia lxxxiii k
Inferni pene xv v
Infernus clxv o
Infirmi sunt curandi cl v
Inimicus occultus magis timendus xl xxxiii d
Inuidia dyaboli lxxxvi l m
Inuidia radix malorum lxxxvii m n
Inuidie reprehensio lxxxviii o
Infamare bonos per studia malorum cclvii t
Iudex Ira dei x q et c xxxii g
Ira lxxxii h
Iudicium finale xiii lxxiii p

Laus pulcra cxii c
laudantur que et qualia ccxlviii
lapsus cii k et per totum x
largitas in pauperes suadet lxix p
Loqui facit nos deus xxiii o
Loqui quid debeamus cxxxi c
Loquens quando sit cclxii

Mala mundi que perturbet xiii x
Mala pellis uite cur superueniat clix v f
Mali non possunt eradicari de medio bonorum cclxix v
Mandata domini seruanda xxxiii c
Mandata domini conferunt immortalitatem xxxiii c
Mane cum Christo quid sit clxx v c f
Mendacium cedit uitam viii o
Misericordie opera lxiii n
Misericordia dei mixta est cum iusticia cix
Misereri quibus uelit lxxxi f
Maternidi eopus xii d

Martirii adhortacio xvi c xxv p xxxii b
Martirii premium xxviii b t
Martir xl o cii f
Martirii confortatio pulcra clii d c clxxvii g
Martirii laus clviii c ic
Martirium quid sit clix f
Martirii quanta sit uirtus clxii i
Martirium cui prosit clxv n
Martirium preponderat uirginitati clxviii q
Mortalitas explicatur lviii c i
Mors magis laudanda quam ploranda lx c l x e
Mors contempnitur lxii h
Moriendum uoluntarie lxiii i
Mortuos non lugendus lxiii k
Mori appetendus lxiii l ic
Mundi speculatio iii t
Mundus iam senuit et defecit ibidem et lxv l
Mundi aduersitas lix d
Mutatio naturalis forme hominis arguitur xcviii f
Mulierum conuersatio ccxvii c
Mulierum et clericorum cohabitatio cclv
Martirii dilatio quare adeo fiat ccxxiii l

Nascitur homo in mundum flens lxxxi f
Nupcijs uirgo non misit xcix g

Occulta iudicat solus deus cxxiii p
Oratio dominica exponitur xlv c lv t
Orandi modus lv v
Orationis tempora lvii a
Orare nos docuit dominus lv t
Oratio requirit elemosinam adesse lxviii o
Oratio etiam sanctorum aliquando non audiuntur cxi t
Oratio cxxi m clxx n
Ornatus corporis arguitur xcvii c ic
Omnis dicitur christianus quare lxxxix p
Ouis morbida expellenda cxxxiii h

Paciencia sanctorum lxxx c lxxxii g h
a lxxxi i k z
Panis noster quis sit li n
Paciencia iustorum lxi
Paciencie uirtus lxxviii b per totum
Panis quotidianus petendus li n
Parcus arguitur lxx q
Passio christi lxvi m
Pastorum arguitio cxxiii q
Pater noster deus xlviii q l
Pax xliii a vi l
Peccatum non intelligitur ira dei cxxxii g
Peccatum non ei quem peccauit imputatur clv c
Peccatores omnes sumus li o
Penitencie modus cxv c ccl xvii x
Penitencia clii a
Penitentia requirit moram cclxiii k
Persecutio iustorum ab inimicis uiguit xxiii p cxxv d
Perseuerancia coronatur xlii d ic
Perseuerancia laudatur ccxii a ccliii g
Persecutio est a domesticis cxxv d
Persecutio non timenda cxxii t
Persecutio clxxi a clxxv f g
Philosophi et christiani quo differunt cli v
Philosophia uera ubi sit lxxvii b

Potentatus seculi vj k
Potestas datum dyabolo adversus nos dum lxiij q
Palientia clxxiiij d ccxlviij v
Presbiteri non ponat tutores ccxx z
Presbiter audiat cclvj l

Regnum dei quid sit clx l
Retributio celestium protrastorijs cxvj r

Sacerdos qualis esse debeat ccxxxviij h
Sacerdotum honor cxxviij x ccxxvj p et
Sacrificium usurpatio arguit ccxxxij b ccliv o
Silere et loqui adversus stultum cij viij n
Signum reprobationis cx v
Solitudo non timenda clxxvj h
Scriptura divina est regula veritatis ccviij o p
Scripturas non semper secundum sensum esse intelligendas cxcij g
Sperenda dea maximi salutis clxiiij l
Sapientia non est extra fidem lxxviij b
Stabilitas hominis xlix k
Spiritus sanctus in columba cur apparuit xxxvij
Superbia superstitis detestatur omni cclxxviij p
Superbia fugienda ccxvij d
Superior recognoscendus ccxxvij q

Temptatio nos probat xxij n
Temptatio sit deo permittente lxiiij p
Temptationes assidue in iudicio lix d
Temptationes communes omnibus lx f
Temptationes lxj g h et
Temptat dyabolus super nos ccxxiiij m
Templa dei sumus xciij t
Tempus et locus merendi xvj d
Temeritas intellectus vitanda cxcij g
Tranquilitas vera que sit vj l

Venia cum denegetur penitenti clvj b
Verbum prodit cor hominis cxxvj v
Verecundia lapsorum cxxix h
Virginum instructio cxiij v preterea
Virginum adhortatio c h
Uxor conditio bona cclmj h
Victoria christianorum militum xcj a
Vita hominis in terra plena miserijs lxxxvj z et
Vita habet tria in ecclesia cxcij f
Unitas in ecclesia in fide et ccxcix f
Unitas ecclesie xxvj et cet ccxxxviij et
Voluntas tua fiat et xlix m

Zelus lxxxvj l

Christianus xcv b
Christianum et philosophum quo differat clj v
Christus exemplum omnium clx g et clxv m
Christus in suis patitur clxix r
Christus sine patre nulli prestat nec econverso clxxxviij x

Incipit Cyprianus ad donatum



i Bene admones Donate karissime
nam et promisisse me
memini et reddendi tem
pestivum prorsus hoc tempus
est quo indulgente vin
demia solutus animus in quietem solemp
nes ac statutas anni fatigantis indutias
sortitur. Locus etiam cum die congruit et mi
tigandis sensibus ac fovendis ad lenes auras
blandientis autumpni ortorum facies amena
consentit. Hic iocundum sermonibus diem ducere
et studentibus fabulis in divina precepta con
scientiam pectoris erudire. At ne eloquium nostrum
arbiter prophanus impediat aut clamor intem
perans familie strepentis obtundat, petamus
hanc sedem. Dant secessum vicina secreta
ubi dum erratice palmitum lapsus nexibus
pendulis per arundines baiulas repunt, vitea
porticum frondea tecta fecerunt. Bene hic stu
dia in aures damus et dum in arbores
et in vites quas videmus oblectante prospec
tu oculos amovemus, animam simul et audi
tus instruit et pascit obtutus. Quamquam tibi
sola nunc gratia, sola cura sermonis est. Contemp
tis voluptatis visionis illecebris in me ocu
lus tuus fixus est. Tam ore quam mente totus
a auditor es et hoc amore quo diligis. Ceterum
quale vel quantum est quod in pectus tuum veni
at ex nobis. Exilis ingenii angusta medi
ocritas tenues admodum fruges parit, nullis
ad copiam fecundi cespitis culminibus ingraves
cit. Aggrediar tamen facultate qua valeo. Nam
et materia dicendi facit mecum. In iudiciis, in
concione, pro rostris opulenta facundia volubi
li ambitione iactetur. Cum de domino et deo
vox est, vocis pura sinceritas non eloquentie
viribus utitur ad fidei argumenta sed rebus.
Denique accipe non diserta sed fortia nec ad
audientis populi plausus illecebram culto sermone
fucata sed ad divinam indulgentiam predicanda
rudi veritate simplicia. Accipe quod sentitur
antequam discatur. Nec per moras temporum longa
agnitione colligitur sed compendio gratie ma
turantis hauritur. Ego cum in tenebris atque
in nocte ceca iacerem fluctuque in salo iactantis
seculi nutabundus ac dubius vestigiis oberr
b antibus fluctuarem vite mee nescius veri
tatis ac lucis alienus, difficile prorsus ac duru
pro illis tunc moribus opinabar quod in salutem
mihi divina indulgentia pollicebatur ut quis re
nasci denuo posset utque in novam vitam la
vacro aque salutaris animatus quod prius fuerat
exueret exponeret, corporis licet manente compage ho
minem animo ac mente mutaret. Quomodo inquam impos
sibilis aiebam tanta conversio est ut repente
ac perniciter exuatur quod vel genuinum situ ma
terialis obduruit vel usurpatum iamdiu senio

vetustatis inolevit. Alta hec et profunda pe ·n· a
nitus radice sederunt. Quando parsimoniam discit qui
epularibus cenis et largis dapibus assuevit
et qui preciosa veste conspicuus in auro atque
in purpura fulsit ad plebeium se ac simpli
cem cultum quando deponit. Fascibus ille oblectatus
et honoribus esse privatus et inglorius non
potest. Hic stipatus clientium cuneis frequentiore
comitatu officiosi agminis honestatus penam
putat esse cum solus est. Tenacibus semper illece
bris necesse est ut solebat vinolentia invi
tet, inflet superbia, iracundia inflammet, ra
pacitas inquietet, crudelitas stimulet, am
bitio delectet et libido precipitet. Hec ego
met sepe mecum. Nam ut ipse quoque pluribus
vite prioris erroribus implicitus tenebar
quibus exui me posse non crederem sic vitiis
adherentibus obsecundans eram, desperatione
meliorum malis meis velut iam propriis ac
vernaculis favebam. Unde genitalis auxilio / Sed postquam
superioris evi labe detersa in expiatum pec
tus ac purum desuper se lumen infudit, post
quam celitus spiritu hausto in novum me hominem
nativitas secunda reparavit, mirum in modum
protinus confirmare se dubia, patere clausa,
lucere tenebrosa, facultatem dare quod prius
difficile videbatur, geri posse quod impossibile pu
tabatur, ut esset agnoscere terrenum fuisse quod prius
carnaliter natum delictis obnoxium viveret, dei
esse cepisset quod iam spiritus sanctus animaret. Scis
profecto et mecum pariter recognoscis quid
detraxerit nobis quid ve contulerit mors is
ta criminum, vita virtutum. Scis ipse nec predi
co in proprias laudes odiosa vel iactatione Quicquid non virtuti hominis
cuius non iactatum potest esse sed gratum. Dei est inquam ascribitur sed de dei munere predi
dei est omne quod possumus. Inde vivimus, in catur. Hec iam non pertineat cepisse
de pollemus, inde sumpto vigore hic adhuc esse fidei quod ante peccatum
positi futurorum indicia. Sit tamen timor inno fuerit erroris humani.
centie custos, ut qui in mentes nostras indulgen
tie celestis allapsu clemens influxit dominus
in animi oblectantis hospitio iusta operatione
teneatur, ne accepta securitas indulgentiam pa
riat et vetus denuo hostis obrepat. Ceterum
si tu innocentie, si iusticie viam teneas,
illapsa firmitate vestigii tui, si in deum vi
ribus totis ac toto corde suspensus, hoc
sis tantum tibi ad licentiam datur quantum gratie spiritualis / tantum quod esse cepisti
augetur. Non enim qui beneficiorum terrestrium mos
est in capessendo munere celesti mensura
ulla vel modus est. Profluens largiter spiritus
nullis finibus premitur nec coercentibus
claustris intra certa metarum spacia frenatur.
Manat iugiter, exuberat affluenter. Nostrum tantum
sitiat pectus et pateat. Quantum illuc fidei
capacis afferimus, tantum gratie inundantis hauri
mus. Inde iam facultas datur castitate
sobria, mente integra, virtute sincera, voce pu
ra in medulla adolescentium posse venenorum
virus extinguere, animorum desipientium
labes reddita sanitate purgare, infestis

nube pacem, violentis quietem, ferocien
tibus lenitatem, inmundos et erraticos spiritus
qui se expugnandis hominibus inmerserint
ad confessionem minis increpantibus
cogere, ut recedant duris verberibus ur
gere conflictantes, eiulantes, gementes
incremento pene propagantis extendere, fla
gris cedere, igne torrere. Res illic geritur
nec videtur, occulta plaga et pena manifes
ta. Ita quod esse cepimus acceptus spiritus licen
tia sua potitur, quod nec dum corpus ac mem
bra mutavimus, adhuc carnalis aspectus seculi
nube cecatur. Quantus animi potentatus
quanta vis est, non tantum ipsum esse subtractum per
niciosis contactibus mundi, ut quis expiatus
et purus nulla incursantis inimici labe
capiatur, sed adhuc fortiorem et maiore
viribus fieri ut in omnem adversarii grassan
tis exercitum imperioso dicatur iure. Atque ut illus
trius veritate patefacta divini muneris
indicia clarescant, lucem tibi ad cognitionem
dabo, malorum caligine abstersa operti se
culi tenebras revelabo. Paulisper te crede
subduci in montis ardui verticem celsiorem,
speculare inde rerum infra te iacentium fa
cies, et oculis in diversa porrectis ipse a ter
renis contactibus liber fluctuantis mundi tur
bines intuere. Iam seculi et ipse miserebe
ris, tuique commonitus et plus in deum gratus
maiori leticia quod evaseris gratulaberis.
Cerne tu itinera latronibus clausa, ma
ria obsessa predonibus, cruento horrore
castrorum bella ubique divisa. Madet orbis
mutuo sanguine et homicidium cum admit
tunt singuli crimen est, virtus vocatur cum
publice geritur. Impunitatem sceleribus
acquirit non innocentie ratio sed sevicie mag
nitudo. Iam si ad urbes ipsas oculos tuos
atque ora converteris, celebritate offendas omni
sollicitudine tristiorem. Paratur gladiatorius
ludus ut libidinem crudelium luminum sang
uis oblectet. Impletur in succum cibis for
tioribus corpus et arvine torosis viribus mem
brorum moles robusta pinguescit ut sagi
natus in penam carius pereat. Homo occiditur
in hominis voluptatem et ut quis possit occi
dere peritia est, usus est, ars est. Scelus non
tantum geritur sed docetur. Quid potest in
humanius, quid acerbius dici? Disciplina est
ut perimere quis possit, gloria est quod perimit.
Quid illud oro te quale est ubi se feris obi
ciunt quos nemo dampnavit ad bestias,
etate integra, venusta satis forma, veste
preciosa viventes in ultroneum funus ornantur,
malis suis miseri gloriantur. Pugnant ad besti
as non crimine sed furore. Spectant filios suos
patres, frater in cavea et soror presto est, et spec
taculi licet precium largior muneris apparatus
amplificet, ut meroribus suis mater inter
sit, hoc precio dolor mater et redemit et vi

tam impiis spectaculis tamquam divisis esse
se non putant oculis parricidas. Converte
hinc vultus ad diversi spectaculi non minus pe
nitenda contagia. In theatris quoque con
spicies quid tibi et dolori sit et pudori.
Cothurnus est tragicus prisco carmine for
tiora recensere de parricidiis et incestis,
horror antiquus expressa ad ymaginem veri
tatis actione replicatur, ne seculis transeunti
bus exolescat quod aliquando commissum est. Ad
monetur omnis etas auditu fieri posse
quod factum est. Numquam enim senio delicta mo
riuntur, numquam temporibus crimen obruitur, numquam
scelus oblivione sepelitur. Exempla fiunt
que esse iam facinora desierant. Iuvat de
lectant mimis turpitudinum magisterio vel quod
domi gesserit recognoscere vel quod gerere
possit audire. Adulterium discitur dum
videtur, et lenocinante ad vicia publi
ce auctoris malo que pudica fortasse ad
spectaculum matrona processerat de spec
taculo revertitur impudica. Adhuc de
inde morum quanta labes, quod probrorum fome
ta, que alimenta viciorum histrionicis ges
tibus inquinari videre contra fedus iusque
nascendi patientiam incesti turpitudinis
elaboratam. Cum monstratur mares, ho
nor omnis et vigor sexus enervati
corporis dedecore emollitur. Plusque illic
placet quisque virum in feminam magis
fregerit. In laudem crescit ex crimine
et eo peritior quo turpior iudicatur. Spectatur
hoc pro nephas et libenter quod non potest suadere quod
talis est. Movet sensus, mulcet affectus, ex
pugnat boni pectoris conscientiam fortiorem.
Nec deest blandientis auctoritas ut auditu
molliore pernicies hominibus obrepat. Expri
munt impudicam venerem, adulterum mar
tem, Iovem illum suum magis non regno quam vi
tiis principem in terrenos amores cum ipsis
suis fulminibus ardentem, nunc in plumas
oloris albescere, nunc aureo imbre defluere,
nunc in puerorum pubescentium raptus ministris
avibus prosilire. Quere iam nunc an possit
esse qui spectat integer vel pudicus. Deos suos
quos venerantur imitantur. Fiunt miseris et de
licta religiosa. O si et possis in illa subli
mi specula substitutus oculos tuos in
serere, secretis recludere cubiculorum obductas
fores et ad conscientiam luminum penetralia oc
culta reserare. Aspicias ab impudicis
geri quod nec possit aspicere frons pudica,
videas quod crimen sit et inde videas. Qui vi
ciorum furore dementes gessisse se negant
et gerere festinant, libidinibus insanis in
viros viri proruunt. Fiunt que nec ipsis possunt
placere qui faciunt. Mentior nisi alios qui talis
est increpat, turpes infamat et evasisse
se conscium se credit, cui conscientia satis non
sit. Inde in publico accusatores, tacito

quod au reis in semetipsos censores/ prius et nocentes
dampnant foris quod intus operantur admit
tunt libenter/ admiserint criminantur/ Auda
tiam quam perversus cum viciis fallens/ et impu
dencia coagruens impudicis/ Nolo mi
reris/ qui loquitur huiusmodi ore illo/ quicquid iam vo
ce delinquitur minus est Sed et post insidio
sas vias post diversas orbe toto multi
plices pugnas/ post spectacula vel cruen=
ta vel turpia/ post libidinum probra vel
lupanaribus prostituta vel domesticis
parietibus obsepta/ quorum quo secrecior
culpa maior audacia est/ Forum
fortasse videatur immune quod ab iniuriis
lacescentibus liberum/ nullis malorum con
tactibus polluatur/ Illuc aciem tuam
flecte/ plura illic que detesteris invenies
Magis oculos tuos inde diuertes
incise sint licet leges duodecim tabu
lis/ et publico ere prefixo iura prescripta
sint/ inter leges ipsas delinquitur/ inter iura
peccatur/ innocencia nec illic ubi defen
ditur reservatur/ Sevit invicem dissor
dancium rabies et inter togas pace rup
ta/ forum litibus mugit insanum/ Hasta
illic/ et gladius et carnifex presto est
ungula effodiens/ eculeus extendens
ignis exurens/ Ad hominis corpus
unum supplicia plura quam membra sunt
Quis inter hec vero subveniat/ patronus/
sed prevaricatur et decipit/ Iudex sed sentenciam
vendit/ Qui sedet crimina vindicaturus
admittit/ Et ut reus innocens pe
reat/ fit nocens iudex/ Flagrant ubique
delicta et passim multiformi genere pec
candi/ per improbas mentes nocens virus
operatur hic testamentum subicit/ ille fal
sum capitali fraude conscribit/ hic carentes here
ditatibus libenter illic bonis donantur alie
ni/ inimicus insimulat calumpniator im
pugnat/ testis infamat Utrobique grassatur
in medacium emptum/ prostitute vo
cis venalis audacia cum interim no
centes ut cum innocentibus pereunt/ Nullus
de legibus metus est/ de questiore de iu
dice pavor nullus/ Quod potest redimi non
timetur/ Esse iam inter nocentes/ innoxium
crimen est/ Malos quisquis non imitatur offe
dit Consensere iura peccatis/ et cepit li
citum esse quod publicum est/ Quis illic rerum
pudor/ que esse potest integritas ubi qui
dampnent improbos desunt/ Soli tibi
qui dampnentur occurrunt Sed nos vi
deantur eligere fortasse peiora/ et stu
dio destruendi/ per ea oculos tuos ducere
quorum aspectus atque adulsandus aspectibus omnia
et vultus conscientie melioris offendat
Iam tibi illa que ignorancia secularis
bona opinatur ondam Illuc etiam fu
gienda conspicies Quos honores
putas esse quos fasces quam
affluenciam in diviciis quam potenciam in
castris in magistratu purpure spem in prin
cipatu licencie potestatem/ malorum blandie
cium virus occultum est et arridentis nequicie
facies quidem sed calamitatis abstruse
illecebrosa fallacia instar quoddam vene
ni ubi in letales succos dulcedine aspersa
calliditate fallendi sapore medicato po
cium videtur esse quod sumitur ubi epotatum est
pernicies hausta grassatur Quippe illum
vides qui amictus clarore conspicuus fulgens
sibi videtur in purpura Quibus hoc sordi
bus emit ut fulgeat/ quos arrogancie fas=
tus prius pertulit quas superbas fores ma
tutinus salutator obsedit/ quot tumencium
contumeliosa vestigia/ stipatus clientum
cuneis ante precessit ut ipsum eciam saluta
tum comes postmodum pompa precederet
obnoxia non homini sed potestati Neque enim coli
moribus meruit ille sed fascibus/ Horum de
nique videas exitus turpes cum auceps temporum
vel palpator abscessit cum privatum latus
nudum desertor assecla fedavit Tunc lacerate
domus plage conscienciam ferunt/ tunc rei fami
liaris exhausta dampna noscuntur/ quibus
redemptus favor vulgi/ et caducis atque
inanibus votis popularis aura quesita
est/ Stulta prorsus et vana iactura/ frus
tratus spectaculi voluptate id parare voluis
se quod nec populus accipet et perderet ingratus
Sed et quos divites opinaris continuantes sal
tibus saltus et de confinio pauperibus exclusis
infinita ac sine terminis rura latius porri
gentes quibus argenti et auri maximum po
dus et pecuniarum ingencium vel extructi ag
geres vel defosse strues hos eciam inter di
vicias suas trepidos cogitacionis incerte sol
licitudo discruciat ne predo vastet ne per
cussor infestet ne inimica cuiusque locuple
tioris invidia calumpniosis litibus inquietet
Non cibus securis sompnus vel contingit/ Sus
pirat ille in convivio/ bibat licet in gemma et
cum epulis marcidum corpus torus mollior
altus sinu condidit vigilat in pluma Nec in
telligit miser/ speciosa sibi esse supplicia au
ro se alligatum teneri et possideri magis
quam possidere divicias Atque o detestabi
lis cecitas mencium et cupiditatis insane
profunda caligo/ Cum exonerare se pos
sit et levare ponderibus pergit magis
fortunis augentibus incubare/ pergit
penalibus cumulis pertinaciter adherere/ nulla
in clientes inde largicio est/ cum indigen
tibus nulla porcio est/ et pecuniam suam di
cunt quam velut alienam domi clausam sol
licito labore custodiunt ex qua non amicis
non liberis quicquam quam non sibi denique impertiuntur pos
sident ad hoc tantum ne possideat alter liceat
et omnium quanta diversitas bona appellat

[illegible] ubi [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

ex quibus nullus illis non ad res malas usus est.
Clientes putas vel illos tutos, illos saltem inter
honorum infulas, et opes largas, stabili fir
mitate securos, quos regalis aule splen
dore fulgentes, armorum excubancium tutela
circumstat, maior illis quam ceteris est [metus]. Tam
ille timere cogitur quam timetur. Exigit penas
pariter de potentibus sublimitas, sit licet satellitum ma
nu septus et clausum ac protectum latus nu
meroso stipatore tueatur. Quam securos non sinit esse
subiectos, tam necesse est non sit et ipse secu
rus. Ante ipsos terret potestas sua quam facit esse
terribiles. Arridet ut seviat, blanditur ut fal
lat, illicit ut occidat, extollit ut deprimat.
Fenore quodam nocendi, quo fuerit amplior
summa dignitatis et honorum, tanto maior
exigitur usura penarum. Una igitur placida
et fida tranquillitas, una solida et firma
securitas, si quis ab hiis inquietantis seculi
turbinibus extractus, salutaris portus sta
tione fundatus, ad celum oculos suos tollit
a terris, et ad domini munus admissus, ac deo
suo mente iam proximus, quicquid apud ceteros
in rebus humanis sublime ac magnum vi
detur, infra suam iacere conscienciam gloriatur.
Nichil appetere iam, nichil desiderare de
seculo potest qui seculo maior est. Quam stabilis,
quam inconcussa tutela est, quam perhennibus bonis
celeste presidium, implicantis mundi laqueis
solui et immortalitatis et in lucem eterne de
terrena fece purgari. Viderit que in nos prius
infestantis inimici pernicies insidiosa gras
sata sit, plus amare compellimur quod futuri
sumus, dum et scire conceditur et dampnare
quod eramus. Nec adhoc aliquo precio preciis aut
ambitu aut manu opus est, ut hominis
summa vel dignitas vel elaborata mole
pariatur. Set gratuitum de deo munus et
facile est. Ut sponte sol irradiat, dies illu
minat, fons rigat, imber irrigat, ita se spiritus
celestis infundit. Postquam auctorem suum
celum intuens anima cognovit, sole alcior et hac
omni terrena potestate sublimior id esse incipit
quod esse se credit. Tu tantum, quem iam spiritualibus
castris celestis milicia signavit, tene incor
ruptam, tene sobriam religiosis virtutibus
disciplinam. Sit tibi vel oracio assidua vel lec
cio. Nunc cum deo loquere, nunc deus tecum. Ille
te preceptis suis instruat, ille disponat.
Quem ille divitem fecerit, nemo pauperem
faciet. Penuria esse nulla iam poterit, cum
semel pectus celestis sagina saciaverit.
Iam tibi auro distincta laquearia, et preciosi
marmoris crustis vestita domicilia sor
debunt, cum scieris te esse colendum magis, te
pocius ornandum, domum tibi hanc esse po
tiorem, quam dominus insedit, templi vicem, in
qua spiritus sanctus cepit habitare. Pingamus
hanc domum pigmentis innocencie, lumi
nemus lumine iusticie. Non hec umquam prolabetur
in lapsum senio vetustatis, nec pigmento
parietis aut auro exolescente fedabitur.
Caduca sunt quecumque fucata sunt, nec fi
duciam prebent possidentibus stabilem
que possessionis non habent veritatem. Hec
manet iugiter cultu mundo, honore inte
gro, splendore diurno. Aboleri non potest
nec extingui, potest tantum in melius corpore
redeunte formari. Hec interim breviter,
Donate karissime. Nam et si facilem de
bonitate pacienciam, mentem in deum solidam,
fidem tuam salutaris auditus oblec
tat, nichilque tam tuis auribus gratum
est moderari, tamen dicenda demus simul
iuncti et sepius locuturi, et quoniam feriata
nunc quies ac tempus est ociosum, quicquid
inclinato iam sole in vesperam diei su
perest ducamus hunc diem leti, nec sit vel
hora convivii gracie celestis immunis. So
net psalmos convivium sobrium, ut tibi te
nax memoria est, vox canora, ag
gredere hoc munus ex more. Magis
karissimos pascis, si sit nobis spiritualis audi
cio, prolectet aures religiosa mulcedo.

Item eiusdem de demetriano

Oblatrantem te et adversus
deum, qui unus et verus est,
ore sacrilego et verbis impiis
obstrepentem frequenter, Deme
triane, contempseram, verecundius et melius
existimans errantis imperitiam silencio sper
nere quam loquendo dementis insaniam
provocare. Nec hoc sine magisterii divini
auctoritate faciebam, cum scriptum sit:
In aures imprudentis noli quicquam dicere,
ne quando audierit irrideat sensatos sermo
nes tuos. Et iterum: noli respondere imprudenti
ad imprudenciam eius, ne similis fi
as illi. Et sanctum quoque iubeamur intra conscienciam
nostram tenere, nec conculcandum porcis et
canibus exponere, loquente domino et dicente:
ne dederitis sanctum canibus, neque miseritis
margaritas vestras ante porcos, ne con
culcent eas pedibus et conversi elidant
vos. Nam cum ad me sepe studio magis
contradicendi quam voto discendi venires,
et clamosis vocibus insonans malles
tua impudenter ingerere quam nostra pacienter
audire, ineptum videbatur congredi tecum, quando
facilius esset et levius turbulenti maris
concitos fluctus clamoribus retundere quam
tuam rabiem tractatibus coherere. Certe et
labor irritus et nullus effectus offerre
lumen ceco, sermonem surdo, sapienciam bruto,
cum nec sentire brutus possit, nec cecus
lumen admittere, nec surdus audire. Hec
considerans sepe conticui, et impacientem
paciencia vici, cum nec docere indocibilem
possem, nec impium religione comprimere

nec furentem lenitate cohibere. Sed cum
tu dicas plurimos conqueri et quod bella cre-
brius surgant, quod lues, quod fames seviat,
quodque imbres et pluvias longa suspen- [serena]
dant nobis imputari, tacere ultra non oportet,
ne iam non verecundie sed diffidentie esse in-
viii incipiat quod taceamus et cum criminationes
falsas contempnimus refutare, videamur
crimen agnoscere. Respondemus igitur et tibi De-
metriane pariter et ceteris quos tu forsan
concitasti et adversus nos odia tua ma-
ledicis vocibus seminando comites tibi
plures radicis atque originis tui pullula-
tione fecisti, quos tamen sermonis nostri ad-
mittere rationem credo. Nam qui ad ma-
lum motus est mendacio fallente, mul-
to magis ad bonum movebitur veritate
cogente. Dixisti per nos fieri et quod nobis
debeant imputari omnia ista quibus nunc
mundus quatitur et urgetur, quod dii vestri
a nobis non colantur. Qua in parte quia
ignarus divine cognitionis et veritatis
alienus es, illud primo in loco scire debes
senuisse iam mundum, non illis viribus sta-
re quibus prius steterat, nec vigore et
robore eo valere quo antea prevalebat.
Hoc etiam nobis tacentibus et nulla de
scripturis sanctis predicationibus quoque divinis do-
cumenta promentibus mundus ipse iam lo-
quitur et occasum sui rerum labentium pro-
batione testatur. In hieme nutriendis
seminibus non tanta imbrium copia est, non
frugibus estate torrendis solita fla-
grancia est, nec sic vernante temperie
sata leta sunt, nec adeo arboreis fetibus
autumpna fecunda sunt. Minus de effossis
et fatigatis montibus eruuntur marmo-
rum crustae, minus argenti et auri opes
suggerunt exhausta iam metalla et
pauperes vene. Breviatur in dies singu-
los et decrescit ac deficit in arvis a-
gricola, in mari nauta, miles in castris,
innocencia in foris, iusticia in iudicio, in
amicitiis concordia, in artibus pericia, in
moribus disciplina. Putas ne tu tan-
tam substantiam rei senescentis existere quantam pri-
us potuit novella adhuc et vegetata
in iuventa pollere? Minuatur necesse est quicquid
fini iam proximum in occidua et extrema
devergit. Sic sol in occasu suo radios mi-
nus claro et igneo splendore iaculatur,
sic declinante iam cursu exoletis cornibus
luna tenuatur, et arbor que fuerat ante viridis
et fertilis arescentibus ramis fit post-
modum sterili senectute deformis, et fons
qui exundantibus prius venis largiter pro-
fluebat senectute deficiens vix modico
sudore distillat. Hec sententia data est mundo,
hec lex dei est, ut omnia orta occidant et
aucta senescant ut infirmentur fortia et
magna minuantur ut cum infirmata et di-
minuta fuerint finiantur. Christianis impu-
tatur quod minuantur singula mundo senes-
cente. Quid si et senes imputent Christianis
quod minus valeant in senectute, quod non per-
inde ut prius vigeant auditu aurium, cursu
pedum, oculorum acie, virium robore, succo
viscerum, mole membrorum, et cum olim ultra oct-
ingentos et nongentos annos vita homi-
num longeva procederet, vix nunc possit ad Septu-
agenarium pervenire. Canos videmus
in pueris, capilli deficiunt antequam crescant, nec
etas in senectute desinit sed incipit a senec-
tute. Sic in ortu adhuc suo ad finem nati-
vitas properat, sic quodcumque nunc nascitur mundi
ipsius senectute degenerat, ut nemo mirari
debeat singula in mundo cepisse deficere,
quando totus iam ipse mundus in defectione
sit et in fine. Quod autem crebrius bella continu- ix
ant, quod sterilitates et fames sollicitudinem
cumulant, quod sevientibus morbis valitudo x
frangitur, quod humanum genus luis populatione
vastatur, et hoc scias esse predictum in novissi-
mis temporibus multiplicari mala et adver-
sa variari et appropinquante iam iudicii die magis
ac magis in plagas generis humani censuram
dei indignantis accendi. Non enim sicut tua
falsa querimonia et imperitia veritatis ignara
iactat et clamitat, ista accidunt quod dii vestri
a nobis non colantur, sed quod a vobis non colatur
deus. Nam cum ipse sit dominus mundi et rector
et arbitrio eius et nutu geruntur omnia, nec
quicquam fieri possit nisi quod aut fecerit aut fieri
ipse permiserit, utique quando ea fiunt que iram
dei indignantis ostendunt, non propter nos fiunt a qui-
bus deus colitur, sed delictis et meritis vestris
irrogantur a quibus deus omnino nec queritur
nec timetur, nec relictis vanis supersticioni-
bus religio vera cognoscitur, ut qui deus v-
nus est omnibus unus colatur ab omnibus
et rogetur. Ipsum denique audi dicentem,
ipsum voce divina instruentem et monentem:
Dominum deum tuum adorabis et illi soli servies.
Et iterum: Non erunt tibi alii dii absque me. Et:
Nolite ambulare post deos alienos ut
serviatis eis, et ne adoraveritis eos, et ne
incitetis me in operibus manuum vestrarum ad
disperdendos vos. Propheta item spiritu sancto plenus
contestatur et denunciat iram dei dicens:
Hec dicit dominus deus omnipotens: Eo quod domus do-
mus mea deserta est, vos autem sectatum unus-
quisque in domum suam, propterea abstinebit celum
a rore et terra subtrahet proventus
suos et super frumentum et super vinum et oleum
et super homines et super pecora et super omnes
labores manuum eorum. Item alius propheta
repetit et dicit: Et pluam super unam civitatem,
et super aliam non pluam; pars una compluetur.

et pars sup quam no pluero arefiet / Et co
ggabunt due et tres ciuitates in vnam po
tande aque cam / nec saciabunt / et no quti
adme dicit dns / Indignatur ecce dns et irasc
itur et cladem [...] no quitami quia / et tu mi
raris aut quereris in hac obstinacione et
contemptu vro / si rara desup pluuia descen
dat / si terra situ puluis squalcat / si vix ieiu
nas pallidas herbas sterilis gleba produ
cat / si vineam debilitet grando / cedens fo
lera detruncet / turbo subuertens / si fontem
siccitas statuat / aerem pestilens aura cor
rumpat hominem morbida valitudo consumat
cum omnia ista peccatis prouocantibus veniant
et plus acerbetur deus qui nichil talia et tan
ta proficiunt / fieri enim ista vel ad disciplinam
contumacium / vel ad penam malorum declarat / in
scripturis sanctis idem deus dicens Sine causa percussi
filios vros / disciplinam no exceperunt / Et propha
deo deuotus et dicatus / ad hec eadem re
det dicens / Verbasti eos nec doluerunt / flagel
lasti eos nec voluerunt tibi aliy dij absque me
credere nec accipe disciplinam / Ecce irroga
tur diuinitus plage et nullus dei metus est /
Ecce verbera desup et flagella no desunt et
trepidacio nulla / nulla formido est / Quid si
no interuederet rebus humanis vel ista cen
sura correctio adhuc maior in hominibus esset au
dacia / facinorum impunitate secura / quereris
quod minus nunc tibi vberes fontes et aure
salubres et frequens pluuia et fertilis terra
obsequium prebeant / quod no ita utilitatibus
suis et voluptatibus clemencia deseruiat / Cu
enim deo uos seruitis per quem cuncta tibi deseruiunt fa
mularis illi cuius nutu tibi vniuersa famu
lantur / Ipse de seruo tuo exigis seruitutem / et
homo hominem parere tibi et obedire compellis /
cum sit nobis eadem nascendi sors / condicio
vna moriendi / corporum materies consimilis /
animarum racio communis / equali iure et pari lege
vel veniatur in istum mundum vel demundo
post modum recedatur tu tamen nisi pro arbitrio tuo serui-
atur nisi ad voluntatis obsequium pareatur
imperiosus et nimius seruitutis exactor es / fla
gellas et verberas fame et siti nuditate et
ferro frequenter affligis et carcere crucias
et no agnoscis dominum deum tuum cum sic exerceas
ipse dominatum / Merito ergo nec cessantibus pla
gis / no desunt dei flagella et verbera / Que cum
nichil istic promoueant / nec ad deum singulos
tantorum cladium terrore conuertant / manet post
modum carcer eternus et iugis flama et pena
perpetua / Nec auditur illic rogancium gemitus
quia nec hic dei indignantis terror auditus
est qui per prophetam clamat et dicit / Audite
sermonem domini filij israel / quoniam iudicium est domini aduersus
incolas terre / quia neque misericordia neque veritas ne
que agnicio dei sit super terram / sed execracio et men
dacium et cedes et furtum et adulterium diffu
sum est super terram / sanguinem sanguini miscent
Ideo terra lugebit cum vniuersis incolis
suis / cum bestijs agri cum serpentibus terre cum
volucribus celi et deficient pisces maris
ut nemo iudicet nemo reuincat / Indig
nari se deus dicit quod agnicio dei no sit
in terris et deus no agnoscatur nec timeatur
delicta mendaciorum / libidinum / fraudium / cru
delitatis / impietatis / furoris / deus incre
pat et incusat / et admonet etiam quod nemo
nemo fiunt ecce quod domini verbis ante predicta
sunt nec quisquam fide presencium ut in futurum
consulat admonetur / Inter ipsa aduersa quibus
vix coartata et conclusa anima respirat
vacat malos esse et in periculis tantis no de
se magis sed de altero iudicare / Indignum
indignatur deum quod aliquid boni male viuen
do mereamur / quod omnia ista que accidunt mino
ra adhuc sint et leuiora peccatis vestris / Qui
alios iudicas aliquando et tu esto tui iudex
Conscie tue latebras intuere / ymo quia
nullus iam delinquendi pudor est / et sic
peccatur / quasi magis per ipsa peccata placeatur
Qui perspicuus et nudus cunctis videris
et ipse te respice / Aut enim superbia infla
tus es aut auaricia rapax es aut iracun
dia seuus / aut alea prodigus / aut vino
lencia temulentus aut liuore inuidus aut
libidine incestus aut crudelitate violentus
et miraris in penas generis humani iram dei
crescere cum crescat cotidie quod puniatur / hos
tem quereris exurgere / quasi et si hostes de
sit esse pax inter ipsas togas possit / hostem
quereris exurgere quasi non et si externa de
barbaris arma et pericula comprimantur ferocius
intus et grauius de calumpnijs et in
iurijs potencium ciuium domestice impug
nacionis tela grassentur / de sterilitate ac fa
me quereris / quasi famem maiorem siccitas
quam rapacitas faciat / quasi no de captatis annonarum
incendijs et preciorum cumulis fla
grancior inopie ardor excrescat / Quereris
claudi imbribus celum cum sic horrea clau
dantur in terris / Quereris nunc minus nasci
quasi que nata sunt indigentibus prebeantur
pestem et luem criminaris cum peste ipsa et
lue vel detecta sint vel aucta crimina sin
gulorum / dum nec infirmis exhibetur misericordia
et in defunctis auaricia inhiat ac rapina
Idem ad pietatis obsequium timidi ad im
pia lucra temerarij fugiunt morientium fu
nera et appetentes spolia mortuorum ut
appareat inquietudine sua miseros adhuc
derelictos forsitan esse ne possint dum curarentur
euadere / Nam perire eum voluit qui census
pereuntis inuadit / Tantis cladium terror
dare no potest innocentie disciplinam et inter
populum frequenti strage morientem nemo con
siderat et se esse mortalem / passim discurri-
tur rapitur occupatur / predandi dissimulacio
nulla nulla cunctacio quasi liceat quasi oporteat

Quid ille qui non rapit dampnum et dispendium
proprium senciat sic universis rapere se es-
timat. In latronibus est ut utique aliqua
sceleris verecundia avias fauces et deser-
tas solitudines diligunt et sic illic delin-
quitur ut tamen delinquentium facinus tene-
bris et nocte veletur. Avaricia pala-
m seuit et ipsa audacia sua tuta in fori
luce abrupte cupiditatis arma prosti-
tuit. Inde falsarii venefici inde in media
civitate sicarii tam ad peccandum preci-
pites quam impune peccantes. A nocente cri-
men admittitur nec innocens qui vindi-
cet invenitur. De accusatore vel iudi-
ce metus nullus est. Impunitatem conse-
cuntur mali dum modesti tacent timent
conscii veniunt iudicaturi. Et ideo per prophetam
domino spiritu et instinctu rei veritas promitti-
tur certa et manifesta ratione monstratur dominum pos-
se adversa prohibere sed ne ille subveniat
merita peccancium facere. Numquid ait non
valet manus dei ut salvos nos faciat
aut gravavit aurem ut non exaudiat. Sed
peccata vestra inter nos et deum separant et propter
delicta vestra avertit faciem a nobis ne mise-
reatur. Peccata itaque et delicta reputentur
consciencie vulnera cogitentur et desinet unus-
quisque de deo et de nobis conqueri si quod
patitur intelligat se mereri. Ecce id
ipsum quale est unde nobis sermo maxime
primo est quod nos infestatis innoxios quod
in contumeliam dei impugnatis atque opprimitis
dei servos. Parum est quod furencium varieta-
te viciorum quod iniquitate feralium criminum
quod cruentarum compendio rapinarum vita vestra
maculatur quod superstitionibus falsis religio
vera subvertitur quod deus omnino nec queritur nec
timetur. Adhuc insuper et dei servos ac maies-
tati ac nomini eius dicatos iniustis persecucionibus
omnibus flagellatis. Satis non est quod ipse
tu deum non colis adhuc insuper eos qui co-
lunt sacrilega infestatione persequeris. Do-
minum nec colis nec coli omnino permittis
et cum ceteri qui non tantum ista inepta ydola
et manu hominis facta simulachra sed et
portenta quedam et monstra venerantur
tibi placeant solus displicet dei cultor.
Fumant ubique in templis vestris hostiarum
busta et rogi pecorum et dei altaria vel
nulla sunt vel occulta. Cocodrilli et ceno-
cephali et lapides et serpentes coluntur
et deus solus in terris aut non colitur aut non est
impune quod colitur. Innoxios iustos dei
caros domo privas patrimonio spolias
cathenis premis carcere includis bestiis
gladiis ignibus punis. Nec saltem contentus
es dolorum nostrorum compendio et simplici ac
veloci brevitate penarum. Admoves
laniandis corporibus longa tormenta multi-
plicas lacerandis visceribus numerosa

supplicia nec feritas atque inhumanitas tua
usitatis potest contenta esse tormentis. Excogitat
novas penas ingeniosa crudelitas. Que
est hec insaciabilis carnificine rabies
que inexplicabilis libido seviendi. Quin potius .XII.
elige tibi alterum de duobus. Christianum esse aut
crimen est aut non est. Si crimen est quid non interfic-
iatis confitentem. Si crimen non est quid persequeris
innocentem. Torqueri enim debui si ne-
garem. Si penam tuam metuens id quod prius
fueram et quod deos tuos non colueram men-
dacio fallente celarem tunc torquendus fu-
issem tunc ad confessionem criminis vi doloris
adigendus sicut in questionibus ceteri torquen-
tur rei qui se negant crimine quo accusan-
tur teneri ut facinoris veritas quam indice voce
non prodit dolore corporis exprimatur. Nunc vero
cum sponte confitear et clamem et crebris
et repetitis identidem vocibus Christianum
me esse confitear contester quid tormenta ad-
moves confitenti et deos tuos non in abditis
et secretis locis sed palam sed publice sed in
foro ipso magistratibus et presidibus audientibus
destruenti ut et si parum fuerat quod in me prius
arguebas crevit quod et odisse et punire me
plus debeas quod dum me Christianum celebri loco
et populo circumstante promitto et vos et de-
os vestros clara et publica predicatione con-
fundo. Quid te vertis ad infirmitatem cor-
poris vertis quid cum terrene carnis imbecil-
litate contendis. Cum animi vigore congredere
virtutem mentis infringe fidem destrue discep-
tatione si potes vince ratione vel si quid
dii tui numinis et potestatis habent ipsi in ulti-
onem suam surgant ipsi se sua maiestate
defendant. Aut quid prestare colentibus
possunt qui se de non colentibus vindicare
non possunt. Nam si eo qui vindicatur pluris
est ille qui vindicat tu diis tuis maior es.
Si autem his quos colis maior es non tu illos colere sed ab illis
coli debes et timeri ut dominus. Sic illos lesos
ultio vestra defendit quomodo et clausos ne pe-
reant tutela vestra custodit. Pudeat te eos colere
quos ipse defendis pudeat tutelam de
eis sperare quos tu tueris. O si audire eos
velles et videre quando a nobis adiurantur
et torquentur spiritualibus flagris et verborum
tormentis de obsessis corporibus eiciuntur quando
eiulantes et gementes voce humana et
potestate divina flagella et verbera sencientes
venturum iudicium confitentur. Veni et cog-
nosce vera esse que dicimus et quia sic te
deos colere dicis vel ipsis quos colis crede.
Aut si volueris et tibi credere de te ipso loquetur
audiente te qui nunc tuum pectus obsedit qui
nunc mentem tuam ignorancie nocte cecavit.
Videbis nos rogari ab eis quos tu ado-
ras videbis sub manu nostra stare vinctos
et tremere captivos quos tu suspicis et ve-
neraris ut deos. Certe vel sic confundi

in istis erroribus tuis poteris, quando eos speres
et audieris deos tuos, quod sint, interrogatione
nostra statim prodere, presentibus licet nobis
prestigias illas et fallacias suas non posse
celare. Que ergo mentis ignavia est, immo
que desipientium ceca et stulta dementia, ad
lucem de tenebris non venire, et mortis eterne
laqueis vinctos spem nolle immortalitatis ex
capere, non metuere comminantem et dicentem:
Sacrificans dijs eradicabitur, nisi domino soli. Et
iterum: Adoraverunt eos quos fecerunt digiti eorum
et curvatus est homo et humiliatus est vir
et non laxabo illis. Quid te ad falsos deos
humilias et inclinas? quid ante inepta simu
lachra et figmenta terrena captivum corpus
inclinas? Rectum te deus fecit, et cum cetera
animalia prona et ad terram situ vergente
depressa sint, tibi sublimis status et ad celum
atque dominum suum vultus erectus est. Illuc intuere,
illuc oculos tuos erige, in superis dominum quere,
xii ut carere inferis possis. Ad alta et celesti
a suspensus pectus attolle. Quid te in
lapsum mortis cum serpente quem colis sternis?
Quid in ruina dyaboli per ipsum et cum ipso
cadis? Sublimitatem serva qua natus
es, perseverans talis qualis a deo factus es. Cum
statu oris et corporis animum tuum statue. Ut cog
noscere dominum possis, te ante cognosce. Relinque
ydola que humanus error invenit, ad dominum
convertere, quem si imploraveris subvenit. Christo
crede, quem vivificandis ac reparandis nobis
pater misit. Ledere servos dei et Christi persecutio
nibus tuis desine, quos lesos ultio divi
na defendit. Inde est quod nemo nostrum quando ap
prehenditur reluctatur, nec se adversus iniustam
violenciam vestram quamvis nimius et copiosus
noster populus ulciscitur. Patientes facit de se
cutura ultione securitas. Innocentes nocen
tibus cedunt, insontes penis et cruciati
bus acquiescunt, certi et fidentes quod inultum
non remaneat quodcumque perpetimur, quantoque ma
ior fuerit persecutionis iniuria, tanto et ius
tior fiet et gravior pro persecutione vindicta.
Nec unquam impiorum scelere in nostrum nomen
exurgitur ut non statim divinitus vindicta
comitetur. Ut memorias taceamus anti
quas et ultiones pro cultoribus dei sepe
repetitas nullo vocis preconio revolvamus,
documentum recentis rei satis est, quod sic
celeriter quodque in tanta celeritate sic granditer
nuper secuta defensione ruinis rerum, iacturis
rerum, opum dispendio, militum diminucione,
castrorum. Nec hoc casu accidisse aliquis existi
met aut fuisse fortuitum putet, cum iam pridem
scriptura divina posuerit et dixerit: Michi vin
dictam et ego retribuam, dicit dominus. Et iterum spiritus
sanctus premoneat et dicat: Ne dixeris: ulciscar me
de inimico meo, sed expecta dominum ut tibi auxilio
sit. Unde clarum est atque manifestum quia
non per nos sed pro nobis accidunt cuncta ista que

de dei indignatione descendunt. Nec eo quis
putet christianos hijs que accidunt non vindi
cari quod et ipsi videantur actum incursione
pertingi. Penam de adversis mundi ille sentit
cui et leticia et gloria omnis in mundo est.
Ille meret et deflet, si sibi male sit in
seculo, cui bene non potest esse post seculum. Cuius
vivendi fructus hic capitur, cuius hic solacium
omne finitur, cuius caduca et brevis vi
ta hic aliquam dulcedinem computat volup
tatum, quando istinc excesserit pena iam
sola superest ad dolorem. Ceterum hic nullus
dolor est de incursione malorum presentium
quibus fiducia est futurorum bonorum. Deni
que nec contremiscimus adversis nec frangi
mur nec dolemus neque in ulla aut rerum cla
de aut corporum valitudine mussitamus.
Spiritu magis viventes quam carne viventes
firmitate animi infirmitatem corporis
vincimus. Per ipsa que nos cruciant et fatigant
probari et corroborari nos scimus et confidi
mus. Putatis nos adversa nobiscum e
qualiter perpeti, quando eadem adversa videatis
a nobis et vobis non equaliter sustineri?
Apud vos impaciencia clamosa semper et que
rula est, apud nos fortis et religiosa
paciencia, quieta semper et semper in deum grata est.
Nec quicquam istic letum aut prosperum sibi
vindicat, sed mitis et lenis et contra omnes
fluctuantis mundi turbines stabilis divi
ne pollicitationis tempus expectat.
Quamdiu enim corpus hoc permanet, commune
cum ceteris sit necesse est et corporalis condicio
communis est. Nec separari quoquam humano
a communitate datur nisi istinc de seculo
xiiii recedatur. Intra unam domum boni et mali
interius continentur. Quicquid intra domum ve
nerit pari sorte perpetitur, donec evo tem
porali fine completo ad eterne vel mortis
vel immortalitatis hospitia dividamur. Non
ergo idcirco compares vobis et equales sumus
quia in isto adhuc mundo et carne hac
constituti mundi et carnis incommoda no
biscum pariter incurrimus. Nam cum in sensu
doloris sit omne quod punit, manifestum est
eum non esse participem pene tue quem videas te
cum non dolere. Viget apud nos spei robur
et firmitas fidei. Inter ipsas seculi labentis
ruinas erecta mens est et immobilis vir
tus et nunquam non leta paciencia et de deo suo
semper anima secura, sicut per prophetam spiritus sanctus
loquitur et hortatur, spei ac fidei nostre firmi
tatem celesti voce corroborans: Ficus inquit
non afferet fructum et non erunt nascencia in vine
is. Mencietur opus olive et arvi et cam
pi non prestabunt cibum. Deficient a stabulo oves
et non erunt in presepibus boves. Ego autem
in domino exultabo et gaudebo in deo salu
tari meo. Dei hominem et cultorem dei, sub
nixum spei veritate et fidei firmitate fundatum

negat mundi hominum et seculi infestationi-
bus commoveri/ Vinea licet fallat et olea
decipiat/ et herbis siccitate morientibus
estuans campus arescat/ quid hoc ad christi-
anos/ quid ad dei servos quos paradisus in-
vitat/ quos gratia omnis et copia regni ce-
lestis expectat. Exultant semper in domino et le-
tantur et gaudent in deo suo/ et mala
atque adversa mundi fortiter tollerant dum bona
et prospera futura prospectant/ Nam qui
exposita nativitate terrena spiritu recreati
et renati sumus/ nec iam mundo sed deo
vivimus/ non nisi cum ad deum venerimus dei
promissa et munera capiamus/ et tamen pro
arcendis hostibus et imbribus impetran-
dis vel auferendis et temperandis adversis ro-
gamus semper et preces fundimus ac pro pa-
ce ac salute vestra propiciantes et placan-
tes deum diebus et noctibus iugiter atque
instanter oramus. Nemo itaque sibi blan-
diatur quod nobis et prophanis dei cultoribus et
deo adversantibus sit interim pro equalita-
tem carnis et corporis laborum secularium
condicio communis/ ut ex hoc opinetur non omnia ista
que accidunt vobis irrogari/ cum dei ipsius
predicatione et prophetica contestatione an-
te predictum sit venturam super iniustos iram dei et per-
secutiones/ que nos humanitus ledunt non de-
futuras/ sed et ultiones que lesos divinitus de-
fendunt secuturas/ Et quanta sunt que sic
pro nobis interim fiunt/ In exemplum aliquid
datur ut dei vindicantis ira noscatur/ Ceterum
reservatus est iudicii dies/ quem scriptura sancta denunci-
at dicens/ Ululate proximus est enim dies
domini et obtricio a deo erit/ Ecce enim dies
domini venit insanabilis indignacionis
et ire/ ponere orbem terre desertum/ et pec-
catores perdere ex eo/ Et iterum/ Ecce dies domini
venit ardens ut clibanus/ et erunt omnes
alienigene et omnes iniqui stipula et suc-
cendet illos adveniens dies dicit
dominus/ Succendi et cremari alienigenas
precinit dominus id est alienos a divino genere/ et propha-
nos/ spiritualiter non renatos/ nec dei filios factos
Evadere enim solos posse/ qui renati et sig-
no christi signati fuerint/ Alio in loco deus loquitur
qui ad vastacionem et interitum generis hu-
mani angelos suos mittens/ gravius in ul-
timo comminatur dicens/ Vadite et cedite
et nolite parcere oculis vestris/ nolite mise-
reri senioribus aut iuvenibus et virgines
et mulieres et parvulos interficite ut deleantur/
omnem autem super quem signum inscriptum est ne
tetigeritis. Quod autem sit hoc signum et qua
in parte corporis positum manifestat alio
xv. in loco dicens dominus Transi mediam iherusalem
et notabis signum super frontes virorum qui in-
gemunt et merent/ super iniquitates que fiunt
in medio ipsorum Et quod ad passionem et sang-
uinem christi pertineat hoc signum et ille sal-

vus ac incolumis reperietur quisquis in hoc
signo invenitur/ Item dei testimonio com-
probatur dicentis Et erit sanguis in signum
vobis super domos in quibus fueritis/ et vide-
bo sanguinem et protegam vos/ et non erit
in vobis plaga diminucionis/ cum per-
cussero terram egipti Quod autem occiso agno
precedit in ymagine/ impletur in christo secu-
ta postmodum veritate ut illic percussa egip-
to iudaicus populus evadere non nisi sanguine msi
et signo agni potuit/ ita et cum vastari ce-
perit mundus et percuti quisquis in sanguine
et signo christi inventus fuerit/ solus evadet
Respicite itaque dum tempus est ad veram et e-
ternam salutem/ et quia iam finis mundi in proxi-
mo est/ ad deum mentes vestras dei
timore convertite Nec vos delectet in seculo
inter iniustos et mites impotens ista et va-
na dominatio/ quando et in agro inter cultas et
segetes fertiles lolium et avena dominantur
Nec dicatis mala accidere/ quia dii vestri
a nobis non coluntur sed sciatis hanc iram dei esse
censuram/ ut qui beneficiis non intelligitur vel
plagis intelligatur/ Deum vel sero quere-
te/ quia iam pridem per prophetam deus premo-
nens hortatur et dicit/ Querite deum et
vivet anima vestra/ Deum vel sero cognoscite/ quia
et christus adveniens hoc admonet et docet
dicens hec est vita eterna ut cognoscant
te solum verum deum et quem misisti ihesum christum
Credite illi qui non fallit/ Credite illi qui
hec omnia futura predixit/ Credite illi qui
credentibus premium vite eterne dabit/ Cre-
dite illi qui incredulis eterna supplicia
gehenne ardoribus irrogabit/ Que tunc erit
fidei gloria/ que pena perfidie cum iudicii dies
venerit/ Que leticia credencium que mesticia
perfidorum noluisse istic prius credere et ut cre-
dant iam redire non posse/ Cremabit addic-
tos ardens semper iehenna/ et vivacibus
flammis vorax pena Nec erit unde habere tor-
menta vel requiem possint aliquando vel finem
Servantur cum corporibus suis anime infinitis cru-
ciatibus ad dolorem/ Spectabitur illic a nobis
semper/ qui hic nos spectavit ad tempus/ et in
persecutionibus factis oculorum crudelium bre-
vis fructus perpetua visione pensabitur
secundum scripture sancte fidem dicentis/ Vermis eorum
non morietur et ignis eorum non extinguetur
et erunt ad visionem universe carnis/ Et iterum
Tunc stabunt iusti in magna constancia adversus
eos qui se angustiaverunt et qui abstulerunt
labores eorum/ Videntes turbabuntur timore
horribili/ et mirabuntur in subitacione insperate
salutis/ et dicent inter se/ penitenciam agentes et pre
angustia spiritus gementes/ Hii sunt quos aliquando
habuimus in derisum et in similitudinem improperii
Nos insensati vitam illorum estimabamus
insaniam et finem illorum sine honore quo-
modo computati sunt inter filios dei et inter sanctos

sors illorum est. Ergo erravimus a via veritatis
et lumen iusticie non luxit nobis et sol non
est ortus nobis. lassati sumus in iniquita-
tibus via et perdicionis et ambulavimus
solitudines difficiles viam autem domini igno-
XVI. ravimus. Quid nobis profuit superbia aut quid di-
viciarum iactancia contulit nobis. Transierunt
omnia illa tamquam umbra. Erit tunc sine fruc-
tu penitencia et dolor pene inanis ploracio et
inefficax deprecacio. In eternam penam sero cre-
dunt qui in vitam eternam credere noluerunt.
Securitati igitur et vite dum licet providete. Of-
ferimus vobis et animi et consilii nostri salutare
munus et quia non licet odisse nobis et sic
deo plus placemus dum nullam pro iniuri-
a vicem reddimus. hortamur dum facul- no
tas adest dum adhuc aliquid de profundo
seculo superest deo satisfacere et ad verum reli-
gionis candidam lucem de profundo te-
nebrose supersticionis emergere. Non invi-
demus commodis vestris. Nec beneficia divina
celamus. odiis vestris benivolenciam reddimus
et pro tormentis ac suppliciis que nobis in- XVII.
feruntur salutis itinera monstramus. Cre-
dite et vivite et qui nos ad tempus perseq-
uimini in eternum gaudete nobiscum. Quando istic
recessum fuerit nullus iam penitencie locus
est nullus satisfactionis effectus. hic vita
aut amittitur aut tenetur hic saluti eterne cul-
tu dei et fructu fidei providetur. Nec quis- f
quam aut peccatis retardetur aut annis quo
consequendam minus veniat ad confida salutem. In isto
adhuc mundo manenti penitencia nulla sera
est patet ad indulgenciam dei aditus
ac intelligentibus et querentibus veritatem facilis accessus est.
Tu sub ipso licet exitu et vite temporalis occasu
pro delictis roges et deum qui unus et ve-
rus est confessione et fide agnicionis eius
implores venia confitenti datur et credenti
indulgencia salutaris de divina pietate
conceditur et ad immortalitatem sub ipsa
morte transitur. hanc graciam Christus impertit
hoc munus misericordie sue tribuit subigendo
mortem tropheo crucis redimendo credentem
precio sui sanguinis reconciliando hominem
vivificando mortalem regeneracione celesti
hunc si fieri potest sequamur omnes huius sacramen-
to et signo censeamur. hic nobis viam vite
aperit hic ad paradisum reduces facit hic
ad regna celorum perducit. Cum ipso semper
vivemus facti per ipsum filii dei. Cum ipso ex-
ultabimus semper ipsius cruore reparati. E-
rimus christiani cum ipso simul gloriosi de deo letantes
pre perpetua voluptate semper in conspectu dei
et agentes deo gratias semper. Neque enim
poterit non letus esse et gratus qui cum morti fu-
isset obnoxius factus est de immortalitate
epistola ad fortunatum de hortacione martirii securus etc. Sequitur epistola ad
fortunatum de hortacione marti-
rii et est talis rectera

Desiderasti fortunate karissime
ut quoniam persecucionum et pres-
surarum pondus incumbit
et in fine atque consumacione
mundi antichristi tempus infestum appro-
pinquare iam cepit ad preparandas et cor-
roborandas fratrum mentes de divinis scripturis
hortamenta componerem quibus milites
Christi ad celeste et spiritale certamen ani-
marem. Obtemperandum fuit desiderio tuo tam
necessario ut quantum sufficit mediocritas nostra
auxilio divine inspiracionis instructa
quasi arma ac munimenta quedam pugnan-
tibus fratribus de preceptis dominicis promantur.
Parum est enim quod dei plebem classico nostre
vocis erigimus nisi credencium fidem et di-
catam deo devotamque virtutem divina
lectione firmemus. Quid autem potius ac
magis cure nostre et sollicitudini con-
gruit quam ut commissam nobis divinitus
plebem et exercitum in celestibus castris
constitutum adversus dyaboli tela et
iacula ex hortacionibus assiduis prepa-
remus. Neque enim ydoneus potest esse miles ad
bellum qui non exercitatus prius in campo
fuerit aut qui agonisticam coronam querit
adipisci in stadio conabitur nisi usum et
periciam virium ante meditetur. Adversarius
vetus est et hostis antiquus cum quo
prelium gerimus. Sex milia annorum iam
pene complentur ex quo hominem diabolus
impugnat. Omnia genera temptandi et ar-
tes atque insidias decipiendi usu ipso ve-
tustatis edidicit. Si inparatum invenerit
militem Christi si rudem si non sollicito ac
toto corde vigilantem circumvenit nescium
fallit incautum decipit imperitum. Si vero quis
dominica precepta custodiens et fortiter Christo
adherens contra eum stetit vincatur necesse
est quia Christus quem confitetur invictus est. Et
ne in longum sermonem meum extendam frater
karissime et audientem vel legentem stili
lacioris copia fatigarem compendium
feci ut propositis titulis quos scire et nos-
se debeat et tenere capitula dominica subnec-
terem et id quod proposuerim divine lectionis
auctoritate solidarem ut non tam tractatum meum
videar tibi misisse quam materiam tractantibus
prebuisse. Que res in usu singulis pro-
ficit utilitate maiore. Nam si confectam
et paratam iam vestem darem vestis
esset mea qua alius uteretur et forsitan
non pro habitudine stature et corporis res
altera facta minus congruens haberetur.
Nunc vero de agno per quem redempti et vivi-
ficati sumus lanam ipsam et purpuram
misi quam tu accepis tunicam tibi pro volun-
tate perficies et plus in domestica tua
atque propria veste letaberis et ceteris

quoque ut confiteri et ipsi pro arbitrio suo possint
quem misimus exhibebis ut vetere illa nudi
tate contecta proferant omnes indumenta
Christi celestis gratie sanctificatione vestiti
Nec non et illud consilium fratres karissime utile
et salubre prospexi in exhortatione tam
necessaria quam martires faciat amputandas
esse verborum nostrorum moras et traditates atque
ambages sermonis humani subtrahendas
ponenda sola illa que deus loquitur quibus
servos suos ad martiria Christus hortatur pre
cepta ipsa divina velut arma pugnantibus
suggerenda sunt Illa sint militaris tube hor
tamenta illa pugnantibus classita Inde
aures erigantur inde instruantur mentes
animi et corporis vires ad omnem passionis tol
lerantiam roborentur Nos tamen qui domino per
mittente primum baptisma credentibus de
dimus ad aliud quoque singulos preparemus
insinuantes et docentes hoc esse baptis
ma in gratia maius in potestate sublimius
in honore preciosius baptisma in quo an
geli baptizant baptisma in quo deus
et Christus eius exultant baptisma post
quod iam nemo peccat baptisma quod fidei
nostre incrementa consummat baptisma quod nos de
mundo recedentes statim deo copulat
In aqua baptismo percipitur peccatorum remis
sio in sanguine corona virtutum amplectenda
res est et optanda et omnibus postulationum
nostrarum precibus expetenda ut qui dei servi su
mus simus amici In hortandis itaque
ac preparandis fratribus nostris et virtutis ac fi
dei firmitate ad preconium dominice confessio
nis atque ad prelium persecutionis et passionis
armandis primo in loco dicendum est ido
la deos non esse que homo sibi facit Neque ei
que fiunt factore suo et fabricatore ma
iora sunt Aut protegere et servare quemquam
possint que ipsa de templis suis pereunt nisi
ab homine serventur Sed nec elementa colen
da esse que homini secundum dispositionem et preceptum
dei serviunt Destructis idolis et elemen
torum ratione monstrata ostendendum deum co
lendum solum esse Tunc addendum quod
comminatio dei sit adversus eos qui ydolis
sacrificant Preterea docendum non facile ignos
cere deum idolatris Et quod sit ydolatrie in
dignetur deus ut preceperit eos etiam
interfici qui sacrificare et servire ydolis
suadent Subiungendum post hec quod re
dempti et vivificati sanguine Christi nichil
Christo preponere debeamus quia nec ille nobis quicquam
preposuerit et ille propter nos mala bonis pre
tulerit paupertatem diviciis servitutem
dominationi mortem immortalitati Nos contra
in passionibus nostris paupertati secularis paradi
si delicias et divicias preferamus dominatum
et regnum eternum pro parte servituti immor
talitatem morti deum et Christum diabolo
et antichristo Insinuandum quoque ne erepti de
faucibus diaboli et de laqueis seculi libe
rati si in angustiis et pressuris esse ceperint
regredi denuo ad seculum velint et perdant
quod evaserint Insistendum potius esse et per
severandum in fide et virtute et celestis ac
spiritualis gratie consummatione ut ad palmam et co
ronam possit perveniri Adhuc enim pressuras
et persecutiones fieri ut probemur Nec timendas
esse iniurias et pugnas persecutionum quia
maior est dominus ad protegendum quam dyabolus
ad impugnandum Et ne expavescat quis
et conturbetur ad pressuras et persecutiones quas
patimur in isto mundo probandum ante predictum esse
quod nos mundus odio habiturus esset quod persecuti
ones adversus nos excitaret ut ex hoc ipso quod
hec fiant manifesta sit fides divine polli
citationis in mercedibus et premiis postmodum
secuturis Nec novum quid accidit Christianis quia
ab initio mundi boni laboraverint et oppressi
atque occisi sunt iusti ab iniustis In novissima
parte ponendum que spes et que merces ma
neat iustos et martires post conflictiones huius
temporis et passiones et quod plus accepturi
simus in passionis remuneratione quam quod hic
sustinemus in ipsa passione Quod ydo
la dii non sint et quod elementa vice deorum co
lenda non sint in psalmo cxiii Idola gentium ar
gentum et aurum opus manuum hominum os
habent et non loquentur oculos habent et non
vident Aures habent et non audiunt neque enim
est spiritus in ore ipsorum Similes illis fiant
qui faciunt ea Item in sapientia Salomonis Omnia
idola nationum estimaverunt deos quibus
neque oculorum visus est ad videndum neque na
res ad percipiendum spiritum neque aures ad audi
endum nec digiti in manibus ad tractandum
sed et pedes eorum pigri ad ambulandum homo
enim fecit illos et qui spiritum mutuatus est finxit
illos Nemo enim sibi similem homo poterit deum
fingere Cum sit enim mortalis mortuum fin
git manibus iniquis Melior est autem hiis quos
colit quia quidem ipse vixit illi autem nunquam
Item in exodo Ne facias tibi ydolum nec
cuiusquam similitudinem Item apud Salomo
nem Neque opera attendentes ignoraverunt
quis esset artifex sed aut ignem aut spiritum
aut citatum aerem aut girum stellarum aut
nimiam aquam aut solem aut lunam deos pu
taverunt Quorum si propter speciem hec estimaverunt
sciant quanto hiis dominus sit speciosior Aut
si virtutes aut opera eorum attenderunt intelligant
ab ipsis quia qui hec fortia constituit forti
or est illis Quod deus solus colendus sit in
exodo Dominum deum tuum adorabis et ipsi soli
servies Item in deuteronomio Non erunt tibi
dii alieni absque me Item illic Videte vi
dete quia ego sum et non est deus preter me
Ego occidam et vivere faciam percutiam et ego
sanabo et non est qui eripiat de manibus meis

Item in apoc. Et vidi angelum volantem in
medio celo habentem ewangelium eternum ut e-
vangelizaret super terram et super omnes naciones
et tribus et linguas et populos dicentem voce
magna timete deum et date illi
claritatem quia venit hora iudicii eius. Ado-
rate eum qui fecit celum et terram et mare
et omnia que in eis sunt. Sic et dominus in ewangelio
commemoracionem facit primi et secundi precepti
dicens. Audi israel dominus deus tuus deus unus
est. Et diliges dominum deum tuum de toto corde
tuo et de tota anima tua et de tota virtute
tua. Hoc primum et secundum simile huic. Diliges proxi-
mum tuum tamquam te. In hiis duobus preceptis
tota lex pendet et prophete. Et item hec est vi-
ta eterna ut cognoscant te solum et verum
deum et quem misisti ihesum christum. // Quod contra
dei sit adversus eos qui idolis sacrificant
in exodo legitur. Sacrificans diis eradicabi-
tur domino soli. Item in deuteronomio Sacrificaue-
runt demoniis et non deo. Item apud ysaiam
Adoraverunt eos quos fecerunt digiti eorum
et curvatus est homo et humiliatus est vir
et non parcabo illis. Et item Illis fudistis liba-
mina et illis posuistis sacrificia. Super hec
ergo indignabor dicit dominus. Item apud Iere-
miam. Nolite ambulare post deos alie-
nos ut serviatis eis et ne adoretis eos ne
irritetis me in operibus manuum vestrarum ad dis-
perdendos vos. Item in apocalipsi Si quis
adorat bestiam et ymaginem eius et acci-
pit notam in fronte sua aut in manu bibet et
ipse de vino ire dei mixto in poculo ire eius
et punietur igne et sulphure sub oculis
sanctorum angelorum et sub oculis agni et
fumus eorum de tormentis ascendet in secula
seculorum. Nec habent requiem die ac nocte
quicumque adoraverint bestiam et ymaginem
eius. Non facile deum ignoscere idolatris
moyses pro populo in exodo deum rogat nec
impetrat. Precor domine ait. Delinquit populus hic
delictum grande. Fecerunt sibi deos aureos. Aut
si dimittis eis delictum dimitte. Sin autem sine
me et dele de libro quem scripsisti. Et dixit dominus
ad moysen. Si quis deliquerit ante me de-
leam eum de libro vite. Item cum Ieremias propheta
de populo deprecaretur dominus prohibuit postu-
lare pro ipsis in prece et oracione quia non exau-
diam inquit in tempore quo invocabunt me
in tempore afflictionis sue. Ezechiel quoque hanc
eandem denunciat indignacionem de hiis qui
deo delinquunt. Et fuit inquit verbum domini ad
me dicens. Fili hominis terra quecumque peccaverit
ut delinquat delictum extendam manum me-
am super eam et obteram firmamentum pa-
nis et inmittam in eam famem et auferam
de ea hominem et pecora. Et si fuerint tres
viri hii in medio eius noe et daniel et iob
non liberabunt filios neque filias ipsi soli sal-
vi erunt. Item in libro regnorum. Si delinquendo

xx. delinquerit vir adversus virum orabunt
pro eo ad [illegible] dominum. Si autem in domino peccaverit
homo quis orabit pro eo. Quod sit ydola-
tris indignetur deus iam precepit etiam eos
interfici qui sacrificare ydolis suaserint
in deuteronomio. Quod si rogaverint te
frater tuus aut filius tuus aut filia tua aut
uxor tua que est in sinu tuo aut ami-
cus tuus qui equalis est anime tue latenter
dicens eamus et videamus et serviamus
diis alienis diis gentium non consencies
eum et non exaudies eum et non parcet oculus
tuus super eum et non celabis eum. Annuncian-
dis de illo annuncians manus tua erit
super eum primus interficere illum et
manus omnis populi postremo lapida-
bunt eum et morietur quia quesivit te
avertere a domino deo tuo. Et item loquitur dominus
et dicit nec civitati parcendum etiam si
universa consenserit ad ydolatriam. Aut
si audieris in una de civitatibus quas
dominus deus tuus dabit tibi dicentes eamus
et serviamus diis alienis quos non nosti
interficiens necabis eos omnes qui sunt in
civitate cede gladii et incendes civi-
tatem igni et erit sic habitaculo corpori
eternum et non reedificabitur. // Nunc ut a-
vertat dominus ab indignacione ire sue et
dabit tibi misericordiam et miserebitur tui et mul-
tiplicabit te si exaudieris vocem domini
dei tui et observaveris precepta eius. Cuius
precepti et vigoris memor mathathias
interfecit eum qui ad aram sacrificaturus
accesserat. Quod si ante adventum christi circa
dominum colendum et ydola precepta spernen-
da hec precepta servata sunt. Quanto magis
post adventum christi servanda sunt. Quia ille
veniens non tantum verbis nos hortatus sit sed
et factis post omnes iniurias et contumelias
passus quoque et crucifixus ut nos pati
et mori exemplo suo doceret ut nulla
sit homini excusacio pro se non pati cum
ille passus sit pro nobis et cum ille passus
sit pro peccatis alienis multo magis pro peccatis
suis unumquemque debere. Et ideo in ewangelio
communatur et dicit. Quicumque confessus me
fuerit coram hominibus et ego confitebor
in ipso coram patre meo qui in celis est. Qui
autem negaverit me coram hominibus et ego
negabo eum coram patre meo qui in celis
est. Item apostolus paulus. Si enim commorimur
in eo et convivemus. Si tollerabimus et conregna-
bimus. Si negabimus et ipse negabit nos.
Item Iohannes. Qui negat filium neque patrem
habet et qui confitetur filium et filium et patrem
habet. Unde nos ad contemptum mundi hortatur
et corroborat dominus dicens. Nolite timere
eos qui occidunt corpus animam autem oc-
cidere non possunt. Magis autem metuite eum
qui potest animam et corpus occidere in gehenna

Et item Qui amat animam suam perdet eam
et qui odit animam suam in isto seculo in vi
tam eternam custodiet illam / Quod re
l. dempti et vivificati sanguine xpi nichil
xpo preponere debeamus in ewangelio domino lo
quente et dicente Qui diligit patrem aut
matrem super me non est me dignus Et qui
non accipit crucem suam et sequitur me non
est me dignus Et qui diligit filium aut
filiam super me non est me dignus Sic
et in deutronomio scriptum est Qui dicit
patri aut matri non novi te / aut filios suos
non agnoverunt / hii custodierunt preceptum tuum et
testamentum tuum servaverunt Item apostolus paulus
xxi Quis nos in quid separabit a caritate xpi
pressura an angustia an persecutio an fa
mes an nuditas / an periculum an gladius
sicut scriptum est / Quia propter te occidimur tota
die / Estimati sumus ut oves occisionis
Sed in hiis omnibus superamus propter eum qui
dilexit eum nos Et item Non estis vestri /
Empti enim estis precio magno / glorificate
et portate deum in corpore vestro / Et item
pro omnibus mortuus est / ut qui vivunt iam
non sibi vivant sed ei qui pro ipsis mortuus est
et resurrexit // Ereptos de faucibus dya
m boli et de secularibus laqueis liberatos
non debere denuo ad seculum redire / ne perdat
eum quod evaserunt in exodo iudaicus populus
et umbra nostri et imagine prefiguratus
cum deo tutore et vindice evasisse pharao
nis atque egipti id est seculi et dyaboli durissi
mam / servitutem / circa dominum perfidus et
ingratus / adversus moysen mussitat / respi
ciens solitudinem et laboris incommoda at
et non intelligens libertatis ac salutis bene
ficia divina redire querit in egiptum / hoc est ad
dyaboli servitutem unde fuerat abstractus
/ cum magis fidere in domino debet et credere / quoniam
qui a dyabolo et seculo liberat populum suum
proteget liberatum / Quid hoc nobis in
quit fecisti eiciendo nos de egipto Me
lius erat nobis servire egiptiis quam obire
in solitudine hac / Et dixit moyses ad
populum / fidite et state et cernite salutem
que a domino est / quam nobis hodie faciet
dominus ipse pugnabit pro nobis et vos tacebitis
Quod nos admonens in ewangelio suo di
cens ne ad dyabolum rursus et seculum cui
renunciavimus et unde evasimus redire
mur dicit / Nemo retro attendens et sup
ponens manum suam super aratrum aptus est
regno dei Et item / Et qui in agro est non con
vertatur retro / Memores estote uxoris
loth / Ac ne quis aliqua vel cupiditate
rerum vel suorum dulcedine retardetur
quominus sequatur xpm / Addit et dicit
Qui non renunciat omnibus que sunt eius
non potest esse meus discipulus // Insistendum
esse et perseverandum in fide et virtute celesti
ac spiritualis gratie consummacione / ut ad palmam et
coronam possit perveniri In paralipomenon dominus no
biscum est quamdiu vos estis cum ipso Si autem
dereliqueritis eum delinquet vos Item apud
ezechiel Justicia iusti non liberabit eum
in quacumque die erraverit Item in ewangelio
dominus loquitur et dicit / Qui perseveraverit usque
in finem / hic salvus erit / Et item Si perman
seritis in verbo meo vere discipuli mei estis
et cognoscetis veritatem et veritas liberabit
vos / Premonens nos quoque paratos semper esse
debere et expeditos in procinctu firmiter
stare adiecit / Sint lumbi vestri precincti / et lucer
ne ardentes in manibus vestris et vos similes
hominibus expectantibus dominum suum quando veniat
a nuptiis ut cum venerit et pulsaverit aperiant
ei felices servi illi / quos adveniens dominus
invenerit vigilantes / Item beatus paulus apostolus
ut fides nostra proficiat et crescat et ad sum
ma et ad summa perveniat / hortatur dicens
Nescitis quod qui in stadio currunt omnes qui
dem currunt sed unus accipit palmam / sic
currite ut comprehendatis / Et illi quidem ut xxii
corruptibilem coronam accipiant / nos autem
incorruptam Et item Nemo militans obli
gat se deo molestiis secularibus ut possit
placere ei cui se probavit / Sed et si certaverit
quis non coronabitur nisi qui legittime pug
naverit / et item oro ergo vos fratres per misericordiam dei
ut constituatis corpora vestra hostiam vivam sanctam
placentem deo / nec configuremini seculo huic
sed transformemini in renovatione sensus ad
probandum que sit voluntas dei bona et bene
placens et perfecta Et item Sumus filii dei
at si autem filii et heredes quidem dei coheredes
autem xpi Siquidem compatimur ut conmagni
ficemur Et in apocalipsi eadem loquitur divine
predicacionis hortacio Tene quod habes / ne
alius accipiat coronam tuam / Quod exemplum
perseverandi et permanendi designatur in exodo
ubi moyses ad superandum amalech qui
figuram portat dyaboli in signo et sa
cramento crucis allevabat supinas ma
nus / nec vincere adversarium poterat nisi postea
quam stabilis in signo allevatis iugiter ma
nibus perseveravit / Et factum est in quid cum
levabat manus moyses prevalebat israel
ubi autem summiserat manus invalescebat
amalech / et accepto lapide supposuerunt
subeo et sedebat super eum et aaron et
hur sustinebant manus eius hinc et inde
et facte sunt manus moysi stabiles usque
ad solis occasum et fugavit ihesus ama
lech et omnem populum eius / Et dixit dominus
ad moysen Scribe hoc ut sit in memoria
et in libro et da in aures ihesu / quoniam delectione
delebo memoriam amalech de sub celo
Ad hoc pressuras et tribulaciones fieri ut
n probemur In deutronomio Temptat nos
dominus deus vester ut sciat si diligitis dominum deum

vrm ex toto corde vro· ex tota anima vra
ex tota v̄tute ura Et itm̄ apud salomoȝ/
vasa figuli probat fornax/et homines
iustos temptacio tribulacionis/paulus
quoqȝ pacia testatur dicens/Gl'amr in
spe claritatis dei/no solum aut̄ ſȝ et gl'a
mur in pssuris scientes/qm̄ pssura tolle
ranciam opatur/tollerancia aut̄ pro
bacoīm/probacio vero spem/spes a' no
confundit quia dilectio dei infusa est in cor
dibus nris p spm̄ scm̄ qui datus est nob'
Et petrus in epl'a sua ponit et dicit kmi
nolite mirari ardorem accidentem nob'
qui ad temptacoēm nram fit/nec excida
tis tamqm̄ nouū nobis contingat/sed
quociescuqȝ cōicatis xpi passionib9/p'ora
gaudete ut et in reuelacioē facta clari
tatis eius gaudentes exultetis/Si imp
peratur vobis ī noīe xpi/bti estis qm̄
maiestatis et v̄tutis dm̄ nomē in vob'
requiescit Quod quidē p illos blasphea'
p uos a' honoratur // Timeda'ms no ce
iniurias et penas psecucionū et ne ex
pauescat quis/in isto mundo patitur/qr
maior est dns ad protegendū q̄ dya
bolus ad impugnadum/Johes in epl'a su
a pbat dicens maior ē/qui in nobis ē
qm̄ qui in hoc mūdo/Item in ps xix°.
hij in curribus et hij in equis/nos aut
in nomine dm̄ nri inuocabim9/Illis co
pulati sūt pedes/et ceciderunt/nos a'
ex surreximus et erecti sum9/Item in ps
xxiii· cxvij° Dns m̄ adiutor est no timebo
q̄ faciat m̄ hō/Adhuc fortius docēs
et ondens spus scūs/castra diabolicā
timēda/et si bellum nob' hostis indix
erit in ipo mag' bello spē nram consi
tere et congrssione illa iustos ad dīne
sedis et salutis eterne p'mia puenire/In
ps xxvi° ponit et dicit Si directa sunt
in me castra no timebit cor meū/Et si
exurgat ī me bellū in illud ego spabo
Vnā peti a dn̄o hanc requiram ut in
habitem ī domo dm̄ omnib9 dieb9 vite
mee/Item in exodo declarat diuīa scrip
tura pssuris multiplicari nos et auge
ri potius dicens/Quātoqȝ eos deprimebāt
tanto pluēs fiebant et inualescebant
magis Et in Apoc' ptectio dīna pmit
ti' passionibus nris Nichil eor' que
timeas q̄ passurus es/Nec alius secu
ritatem nob' et protectoēm pollicetur
q̄ qui p ysaiam pphām loqu'/Noli
timē' qr te redemi et vocaui te nomine
meo quia meus es tu Si trāsieris p a
aqm̄ tecū sum et flumina te no mūda
bunt Et si trāsieris p igne flāma te nō
conburet qm̄ ego sum dns deus tuus scūs
isrl' qui te saluū facio/Qui et in ewāg°
pmittit auxiliū diuinū dei filius in ipse

cuciomb9 no defutur' dices/Cū aute
uos tradiderint nolite cogitare quomo
aut quid loqm̄i/No em vos estis qui loq
mi ſȝ spus pris vri qui loqu' in vobis
Et itm ponite in cordib9 vris no pre
meditari excusare/Ego em dabo vob'
os et sapiam cui no poteri t resistere
adūsarij vri/Sic et in exodo ad moysen
cunctantem et ad pplm trepidantē de9
loqu' dicens/Quis dedit in os homis
et quis fecit mutū aut quis surdum
quis videntē et quis cecū None ego
dns deus et nūc pge et ego apiar os
tuū ꝛ instruā te quid loquaris/Nec dif
ficile est deo apire os homis deuoti/si
bi et cōfessori suo inspirare constantia
et fiduciā loquēdi/qui adūsus balaā
pphām eciam azinā fecit loqui/Quare
in psecucionib9 nemo cogitet quod pīculm
diabolus importet/ſȝ pmo cōsidet quod
auxiliū deus pstet Nec mētē labe
faciat huāna infestacio ſȝ corroboret
fidem dīna protectio/qm̄ vnusquisqȝ scdm
dn̄ica promissa et fidei sue mita tm
accipiet de dei ope quātū se credit acci
pe nec sic q̄ omips pstare no pt/n̄ ac
cipientis fides/caduca defecerit // Cān
te pdem q̄ nos mundus odio hitturus
eet/q̄ psecucōs adūsum nos concitaret
et q̄ nichil nouū xpianis accidit qm̄
ab inicio mūdi boni laborauerūt et op
pssi sunt/atqȝ occisi iusti ab iniustis/dns
in ewang° pmouet et pnūciat dicens
Si mūd9 vos odit scitote qm̄ p'mū
me odit/Si de mūdo eētis mūd9 q̄ su
um est amaret/ſȝ quia de mūdo no
estis ſȝ ego elegi vos de mūdo pptea
odit vos mūdus/Memēto te ſmonis
q̄ dixi uobis/no est suus maior dn̄o
suo/Si me psecuti sūt et nos psequēt'
Et itm̄ veniet hora ut omīs qui occi
derit nos putet se officiū deo facere
ſȝ hec facient/qm̄ no cognouūt pre̅
neqȝ me/hec aut locutus sum vobis
ut cū venit hō eor' meores sitis quia
ego dixi uobis/Et itm Ame ame di
xxiiii· co uobis/qm̄ vos plorabitis et plage
tis/seclm aut gaudebit/vos tristes ei
tis ſȝ tristicia vra u̇tetur ī gaudiū/Et
itm hec locutus sum vobis ut ī me pacē habeatis
in seculo aut pssura ſȝ confidite qm̄
ego vici mundū/Et itm Cum adiscaplis
suis interogaret de signo aduētus sui/
et cōsumacoē mūdi rndit et dixit/Ca
uete ne quis vos fallat/multi em ve
nient in noīe meo dicētes ego sum xpc
et multos fallent/Incipietis a' audire
bella et audit9 bellor'/videte nolite
tumultuari/oportet hec fieri ſȝ nōdum
est finis Consurget aut gens sup gētem

et regnu sup regnu/ et erut fames et t
re motus et pestilencie p loca/ Omnia
em ista incia p turbacionu sunt Tuc tra
dent uos in pssura et interficient uos et eritis
odibiles omnib gentibus/ pp nome meum
et tuc scandaliz abuntur multi et inuicem
tradent et odient inuicem/ Et multi
pseudo pphe exurgent et seducent
et multos/ eo facinus qd hunc det refrigescet
cet caritas multoz/ Qui aut pseuerauit
usq in fine hic saluus erit/ Et pdicabit
hoc ewangeliu regni p totu mudu in
testimoniu omnib gentib et tuc veniet
finis/ Cum aut videritis abhominacioz
vastacionis que dca est p dam ele in
pphetam stante in loco suo/ qui legit in
telligat tuc qui i iudea sunt fugiant
i montes qui in tecto est no descendat
tolle qd qm de domo/ et qui in agro est
no reu tat retro auferre vestimeta sua/ Ve
aut pgnantibus et nutrientib in illis
dieb/ Orate aut ne fiat fuga vra in
hieme uel in sabbo Erit tuc pssura mag
qualis no est fca ab inicio mudi usq
nuc neq fiet/ Et n breuiati essent di
es illi/ no libararetur ois caro pp elcos s
aut breuiabunt dies illi/ no liberaretur
ois caro pp elcos n breuiabunt dies illi
Tuc si quis dixit vobis/ ecce h e xpus
aut illic/ nolite credere/ Surgent em
pseudo xpi et pseudo pphe/ et dabunt
signa magna et porte ta ad errore
faciendum si fieri pt et electis/ Vos aut
cauete ecce pdixi vobis omia Si ergo dix
erint vobis/ ecce in solitudine est no
lite exire Ecce in cubiculis nolite crede
Sicut em chorusacio q exit ab oriente
et apparet usq in occidentem/ ita erit
aduectus homis/ vbi fuerit corpus illic
congregabunt aquile/ Contimio aute pq
pssuram dieru illoz sol tenebrescet et
luna no dabit lume suu/ et stelle cadet
de celo et lametabunt oms tbus tre
et videbunt filiu homis venientem i nu
bib celi/ cu vtute magna et maiesta
te et cu tuba magna/ et mittet ange
los suos cu vtute magna/ et claritate
et colligent elcos eius/ a quatuor vent
a summis celoz usq ad summitatem eoz
Hec noua et repentina hec sut q nuc
accidut xpianis/ tum boni et iusti sep
et dei i nocencia lege ac vere religionis
timore deuoti/ pssuras et i iurias et
grues et multi formes infestacoiu pe
nas augusti itineris difficultate gdi
xxv. ani Sic in origine statim mudi abel ius
tus a fre pnus occiditur et iacob fu
gatur et Joseph venudatur/ et dauid
misericordem/ saul rex psequitur/ et helia
maiestatem dei constant ac fortiter
asserentem/ rex achab opprimere conatur/ Zacha
rias sacdos interficitur in medio templi,
et altaris ut illic hostia eet ipe ubi do
hostias imolabat/ Tot denique inuria ms
toro sepe celebrata/ Tot edita i poste
fidei et vtutis exempla/ Tres pueri ana
nias azarias et misahel etate gpares
dilectioe concordes/ fide stabiles vtute
gstantes/ flammis ac penis vrgentibus
forciores/ soli se do seruire soluin se
nosse solu se colere clamat dicentes
ad nabuchodonozor/ Rex no opus est nob
de hac vbo ridere tibi Etenim deus cui
nos seruimus potens est eripere nos de ca
mino ignis ardentis et de manibus tu
is rex nos liberare/ Qd si noluit sit t
notum qd dys tuis no seruimus et ima
ginem auream quam statuisti no adoramus
Daniel deo deuotus et spu sco plenus
exclamat et dicit Nichil colo ego n dnm
deu meu qui fecit celu et tra Tobias
quoq sub regali licet ac tirannica seru
tute sensu tu ac spu lib gfessioz suam
deo suat et vtutem maiestatem qz dnina
sublimitas pdicat dices/ Ego in tra capti
uitatis gfiteor illi et ondo vtute eius
in nacione peccatrice/ Quid vo de macha
beis septem fres et natalium pit et vtu
tum sorte gsimiles/ septenariu numi
sacrameto pfecte gsumacionis impletes
sic septem fres i mirio coherentes et ut pmi
i dispoe dnua septem dies anoz septe
milia gtinetes et vij spus et angeli vij
qui assistut et gusamt an facie dei et lu
cerna septiformis in tabnaclo moy p in apoc
septem candelabra aurea/ et apud salo
monem columpne septem/ sup quas edifi
cabat domu sapia/ Ita et istic septena
rius fratrum numus/ etiam eoz vij numi sui gtitute
gplexus/ scdm qd in pmo li regnoz legis
sterilem vij pepisse et apud ysaia/ vij
mulieres vnu homine apphendut/ cu iru o
ri nomie supse exposcut Et aplus Johannes
qui huius numeri legittimu et certi meminit
ad vij eccias scribit in apoc dnus/ madata
dnina et pcepta celestia ad vij ecclesias
et earudem angelos dirigit qui nuc istic
nus in vij fratrib inveni/ Cosuacio gple
legittima cu septem liberis plane copu
la et nui origo et radix q eccias vij pq
modu pepit ipa pma et vna sup petra
dmi voce fudata/ Nec vacat qd in pas
sionib sola cu liberis mir est/ Martires
em quos dei filios in passione testatur
iam no nisi pre do censent sicut i euo
docet dns dicens Ne vocet prem uobis
sup trram/ vnus e em pr vr qui in celis
est Qui uero ediderit gfessionu pconia
qus pclara q magna documeta fidei
p buerit eoz

·p·

Rex antiochus
in festus immo in antiocho
antixpus ora mrum glo sa
et spu confessionis i uicta
contagio carnis fulle maculare querebat
et cum flagellis quatuor verberasset at nichil
promouere potuisset sartagines iussit ig
niri Quibus ignitis et accensis eum qui pri
locutus fuerat et magis ceteros virtutis ac
fidei constancia prouocabat admoueri p
cepit et frigi producta et exsecta prius ling
ua q confessa diuini fuerat quoniam gloriosius
contingit lingwa eius confessa nomen
dei prior debuit addiuinari ipa perficisti post
in secundo excogitatis acrioribus penis anxi
etata membra torquet cutem capitis cum
capillis detraxit odio scilicet certo Nam cum capud
viri xpus sit et caput xpi dicens deus
qui caput laniabat in iniuriam diuini et xpm
persequebatur in capite At ille in merito suo
fidens et resurrectionis sue premium de
di remuneracione promittens exclamauit et
dixit Tu quidem potes ex hac presenti
vita nos perdis sed mundi rex defunctos pro
suis legibus in eterna vite resurrectionem
suscitabit iij Tercius lingwa postulatus
cito protulit Nam penarum extende
ra diducerat aforte contempnere Manus quoque
amputandas constanter extendit multo
brevius genere isto supplicij cum contigit exte
sis ad penam manibus passionis dominice
instar imitari iiij Nec non et quartus pari
virtute tormenta contempnens et adrecuu
dendum ceteros celesti voce ridens excla
mauit et dixit potius est ab hominibus
morti datos ex spe tenere spes a deo iterum ab
eo suscitandos in vitam eternam Tibi enim
resurrectio ad vitam non erit v Quintus
post quod carnificinam regis et durs valos que
cruciatus fidei vigore calcabat ad presenciam
quoque ad noticiam futurorum spiritu diuinitatis
animatus prophetauit regi indignacionem dei
et ulcionem velociter secuturam potestatem i
quid inter homines huius cum sis corruptibilis
facis quod vis Noli tamen putare genus nostrum
a deo derelictum esse Sustine et vide magnam
potestatem eius qualiter te et semen tuum torquebit
Quare illud leuamentum fuit martiri quam mag
num quam grande solacium in cruciatibus suis
non ipsa cogitare sed tortoris sui supplicia
predicare vj In sexto vero non virtus sola
sed et humilitas predicanda est nichil sibi
meritum vindicasse nec confessionis sue hono
rem superbis vocibus ventilasse peccatis potius
suis ascripsisse quod persecutorem a rege pateretur
deo vero dedisse quod postmodum vindicaret
docuit esse martires vexandos de ulcione

fide et nichil in passione iactare Noli in
quid frustra errare nos enim propter nos met
ipsos hec patimur peccantes in deum nostrum
Tu autem ne te existimes inpunitum futurum
aggressus pugnare cum deo .vij Admirabi
lis quoque mater que nec sexus infirmitate
fracta nec multiplici orbitate commota
morientes liberos spectauit libenter nec
penas illas pignorum sed glorias computabat
tam grande martirium deo prebens virtute
oculorum suorum quam prebuerat filij eius tor
mentis et passione membrorum cum sex prin
tis et occisis superesset vnus ex fratribus cui
rex diuicias et potestatem et multa pol
licebatur ut crudelitas eius et feritas vel
vnius subacti solacio foueretur et peteret
ut ad filium deiciendum secum deprecaretur et mater
deprecata est illa sed ut decebat matrem
matrem ut decebat legis et dei memorem
ut decebat filios suos non delicate sed
fortiter diligentem deprecata est enim sed ut deo
confiteretur deprecata est ne a fratribus suis fr
in consorcio laudis et glorie separetur
tunc se septem filiorum computans matrem
si sibi contingeret filios vij deo pocius pe
perisse non seculo Hortans itaque eum et
corroborans et feliciore cum partu fili
gignans Fili inquit miserere mei que te in
vtero mensibus decem portaui et lac
triennio dedi et alui et in istam etatem
perduxi Oro fili aspicias in celum et terram
et omnibus que in eis sunt aspectis intelli
gas quia ex nichilo fecit illa deus et hom
genus Ita fili ne timeas carnificem
istum sed dignus fratribus effectus excipi
as mortem ut et illa miseracione cum fra
tribus tuis te recipiam Magna laus matris
in exhortacione virtutis sed maior in deo timor
est et in fidei veritate quod nichil sibi ant
filio de sex martirum honore promittit nec
suam precem profuturam credidit abnegati
salutem persuasit pocius participem pas
sionis fieri ut in iudicij die possit cum
fratribus inueniri post hoc liberis suis
commoritur et mater Neque enim aliud iam
licebat quam ut que nutrierat et pepererat et
fecerat in consorcio illis glorie iungeretur et
quos addiuinam premiserat ipa quoque se
queretur At ne quis vel libelli vel ali
cuius rei oblate sibi quamuis fallat amplec
tatur accipiendum munus nec eleazarus
tacendus est qui cum sibi a ministris regis
offerretur facultas ut accepta carne
que liceret ei vesci ad decipiendum regem
simularet se ille edere que de sacrificijs atque
illicitis cibis ingerebantur consentire ad
hanc fallaciam noluit dicens nec eta
ti sue nec nobilitati conuenire id fingere
quo ceteri scandalizentur et in errorem
inducerentur existimantes eleazarum nongita

amos natu ad alienigenarum morem
relicta et perdita dei lege transisse nec tanti
te lucrari brevia uite momenta ut offen
so deo incurreret inetherna supplicia atque illic
excruciatus diu et in extremo iam constitutus
cum inter uerbera et tormenta moreretur inge
miscens dixit domine qui sanctam habes scientiam
manifestum est quia cum possim a morte
liberari durissimos dolores corporales tol
lero flagellis vapulans anima uero propter tuum
metum libenter hec patior Sinceritas presus
fides et virtus integra ac satis pura regem
anthiochum cogitasse secundum deum iudicem
et scisse non profuturum sibi ad salutem si ho
minem deciperet ac falleret quando deus qui
consciencie nostre iudex est et solus timendus
est nec decipi possit omnino nec falli Si
x. igitur et nos ditati ac devoti deo vivimus
si super iustorum antiqua et sancta vestigia
iter facimus per eadem documenta ad martyrium
passionum pergamus hoc ampliorem gloriam
computantes temporis nostri quod cum vetera exem
pla uincuntur exubante post modum copia
virtutis ac fidei numerari non possunt martires christi
ani testante apocalipsi et dicente post hec
vidi turbam magnam quam nemo dinumerare
nemo poterat ex omni tribu et populo et lingua
ua stantes in conspectu throni et agni et
erant amicti stolas albas et palme
in manibus eorum et magno clamore di
cebant Salus deo nostro et agno sedenti
super thronum Respondens unus de senioribus
xxviii dixit michi Isti qui amicti sunt stolas al
bas qui sunt et unde venerunt et dixi
ei domine tu scis Et ait michi hii sunt qui
venerunt ex magna tribulacione et lauerunt
stolas suas et candidas eas fecerunt in
sanguine agni propter hoc sunt in conspectu thro
ni dei et serviunt ei in templo illius Quod
si tantus ostenditur et probatur christianorum
martirum populus nemo difficile uel arduum
putet posse martirem fieri quando videat martirum
6. populum non posse numerari Que spes et mer
ces maneat iustos et martires post conflic
tacionem huius temporis per salomonem spiritus sanctus
ostendit et premit dicens Et si coram ho
minibus tormenta passi sunt spes eorum in
mortalitate plena est Et si in paucis vex
ati in multis bene disponentur Quoniam deus
temptavit illos et invenit illos dig
nos se Tamquam aurum in fornace proba
uit illos et quasi holocausti hostiam acce
pit illos et in tempore erit respectus illorum
iudicabunt sancti naciones et dominabuntur populis
et regnabit dominus illorum in perpetuum Sic
apud eundem vindicta nostra describitur
et persequentium nos atque infestancium penitencia
predicatur Tunc stabunt iusti inquit in mag
na constancia aduersus eos qui se angus
tiaverunt et qui abstulerunt labores eorum videntes
turbabuntur timore horribili et mira
buntur in subitatione insperate salutis dicentes
inter se penitenciam habentes et pre angustia spiritus
gementes hii sunt quos aliquando habuimus
in derisum et in similitudinem inproperii Nos in
sensati vitam illorum estimabamus insa 15
niam et finem illorum sine honore quomodo com
putati sunt inter filios dei et inter sanctos sors
illorum est Ergo erravimus a via veritatis et
iusticie lumen non luxit nobis lassati sumus
in iniquitatis via et perdicionis et ambula
uimus vias difficiles viam autem domini igno
ravimus Quid nobis profuit superbia aut
quid diviciarum iactancia contulit nobis Transi
erunt omnia illa tamquam umbra Item in psalmo
Cxv° preciu et mercedis passionis ostenditur
preciosa est inquit in conspectu domini mors sanctorum
eius Item in psalmo cxxv° tristicia conflictacionis
et leticia retribucionis exprimitur Qui
seminant inquit in lacrimis in gaudio metent
Euntes ibant et flebant mittentes semina
sua Venientes autem venient cum exultacione portantes manipulos suos
Item in psalmo cxviii° Beati inmaculati in via
qui ambulant in lege domini Beati qui scrutantur testimonia
eius in toto corde exquirunt eum Item dominus in ewangelio
ultor ipse persecucionis nostre et remunerator
passionis Beati inquid qui persecucionem passi
fuerint propter iusticiam quia ipsorum est regnum
celorum Et iterum beati eritis cum vos odio ha
buerint homines et separaverint vos et
expulerint et maledixerint nomen vestrum quasi
nequam propter filium hominis gaudete in illa
die et exultate ecce enim merces vestra mul
ta est in celis Et iterum Qui perdiderit animam
suam propter me hic saluabit eam Nec so
los aduersus et in futuro divine pollici
tacionis manet premia sed eciam ipsa pas
sio si desit fidelibus si fides integra atque
inuicta perstiterit et contemptis et relictis
omnibus christum se sequi christianus ostendit ipse
quoque a christo inter martires honoratur dicente
ac pollicente ipso Nemo est inquit qui relinquit
domum aut agrum aut parentes aut fratres aut
uxorem aut filios propter regnum dei et non
recipiat septies tantum in isto tempore in seculo autem
futuro vitam eternam Item in apocalipsi idipsum XXIX
loquitur et vidi inquit animas occisorum propter nomen
ihesu et sermone dei primo in loco cum posuisset
sic occisos addidit dicens Et quicumque ima
ginem bestie non adoraverunt nec acceperunt in
scripcionem in fronte et in manu sua quos
omnes simul a se in eodem loco simul uisos
coniungit et dicit Et vixerunt et regnaverunt
cum christo vivere omnes dicit et regnare cum
christo non tantum qui occisi fuerunt sed et quicumque
in fidei sue firmitate et dei timore per
stantes imaginem bestie non adoraverunt
neque ad funesta eius et sacrilega dicta
consenserunt plus nos accipere in passionis
mercede quam quod hic sustinemus in ipsa passione

probat beatus apostolus paulus qui dignatione
diuina usque in tercium celum in paradisum rapto
audisse se inenarrabilia testatur / qui
occulta fide ihesum dominum uidisse gloriatur quod
et didicit et uidit / maiori consciencie ueritate pro
fitetur / Non sunt inquid condigne passiones
huius temporis ad futuram gloriam que reuelabi
tur nobis Quis enim nobis tacio omnibus ui
ribus elaborare ad claritatem tantam
peruenire ut amicus dei fiat / ut cum christo
statim gaudeat ut post tormenta et sup
plicia terrena premia diuina percipiat Si mi
litibus secularibus gloriosum est ut hoste de
uicto redeant in patriam triumphantes quan
to potior et maior est gloria uicto diabo
lo ad paradisum triumphantem redire / et unde
adam peccator eiectus est illuc prostrato eo
qui ante deiecerat / trophea uictricia repor
tare ac ferre domino acceptissimum / admo
minimus incorruptam fidem uirtutem men
tis incolumem / laude deuocionis illustre
tantaiu deo cum uenire cepit uindictam de
inimicis receptum / lateri eius assistere
cum sedere iudicaturus / coheredem christi fieri
angelis adequari cum patriarchis
cum prophetis cum apostolis celestis regni pos
sessione letari / has cogitaciones que perse
cucio possit uincere que possint tormenta superare
durat fortis et stabilis / religiosis medi
tacionibus fundata mens et aduersus omnes
dyaboli terrores et minas mundi animus
immobilis perstat quem futurorum fides certa et
solida corroborat / Cluduntur oculi in persecu
cionibus sed patet celum / comminatur antichristus
sed christus tuetur / Mors infertur sed inmor
talitas sequitur / Occiso mundus eripitur / sed
restituto paradisus exhibetur / uita temporalis
extinguitur sed eterna reparatur / Quanta est
dignitas et quanta est securitas / exire hinc
letum / exire inter pressuras et angustias
gloriosum / claudere in momento oculos / quibus
homines uidebantur et mundus / aperire eos
dem statim ut uideatur et christus / Tam
feliciter migrandi quanta uelocitas terris
repente subtraheris ut in regnis celesti
bus reponaris / Hec oportet mente et co
gitatione complecti hec die ac nocte me
ditari Si talem inuenit persecucio omnis dies
christi militem uincere non poterit uirtute ad
pugnam / uel si accersicio ante peruenit sine premio
non erit fides que erat ad martyrium preparata
sine dampno temporis merces iudice deo
redditur / In persecutione milicia in pace
consciencia coronatur / Sequitur alia
epistola ad moysen et maximum et
est talis Cyprianus moysi rectra

Cyprianus moy
si et maximo presbiteris et
confessoribus in domino fratribus
salutem Et cunctos vos pariter et singulos
XXX · computauit affectibus nostris fratres carissimi
celerinus adueniens / fidei ac uirtutis vestre
comes / et gloriosis congressionibus dei mi
les / uniuersos uos in illo uenientes conspex
imus et cum caritatem circa me dulcem
uestram ac sepe loqueretur / in eius sermo
nibus uos audiebamus / Satis ac plurimum
gaudeo quando nobis per tales talia perferuntur
nobis cum illic in carcere quodammodo et nos
sumus / diuine dignacionis hortamenta
uobiscum sentire nos credimus qui sic uestris
cordibus inheremus honori uos uestro / cari
tas nostra indiuidua connectit / separari dilec
cionem spiritus non sinit / uos illic confessio me
afflictio includit Et nos quidem uestri die
bus ac noctibus memores / quando in sacri
ficiis precem cum pluribus facimus / et cum in
secessu priuatis precibus oramus / coronis
ac laudibus vestris plenam domini fauenciam
postulamus / sed ad reddenda uobis uice
minor est nostra mediocritas / plus uos da
tis quando nostri in oracione meministis / qui spera
tes iam sola celestia et tantum diuina me
ditantes / ad fastigia celsiora in hora
ipsa passionis ascenditis / longoque tempore
ductu glorias uestras non subtrahitis / sed
augetis / Beatum facit prima et una con
fessio / uos tociens confitemini quociens
rogati ut de carcere recedatis carce
rem fide et uirtute prelegistis Tot uestre
laudes quot dies / quot mensium curri
cula tot incrementa meritorum / Semel uin
cit qui statim patitur / At qui manens
semper in penis congreditur cum dolore
nec uincitur / quottidie coronatur Eant
nunc magistratus et consules / siue proconsules / annue
ue dignitatis insignibus et duodecim fascibus
glorientur / Ecce dignitas celestis in uobis
honoris annui claritate signata est / et iam
redeuntis anni uolubilem circulum uic
trix glorie diuturnitate transgressa est / Illuminabat
mundum sol oriens et luna decurrens / sed uobis
idem qui solem fecit et lunam maius in
carcere lumen fuit / et in corde ac mentibus uestris
christi claritudo resplendens horribiles ce
teris atque funestas penalis loci tenebras
eterna illa et candida luce radiauit / Per
uicissitudines mensium transmeauit hiber
nus sed uos inclusi tempore hiemis persecucio
nis hieme pensabitis / Successit hiemi
uerna temperies / rosis leta / et floribus
coronata sed uobis rose et flores de paradi
si deliciis aderant et caput uestrum ser
ta celestia coronabant / Estas ecce messi
um fertilitate fecunda est / et area est fru
gibus plena / sed uos qui gloriam seminastis
frugem glorie metistis atque in dominica area con
stituti exuri paleas inextinguibili igne
conspicitis / ipsi ut tritici grana purgata

Epistola ad moysen et maximum

et fuit meta pciosa iam probata et con
diti hospiciu carceris horreu coputat
Nec deest autupno admina fugeda
tempis gra spualis vindemia foris pre
mit et profusura poculis in torcularibus
vua calcatur Vos de dni vinea ping
ues racemi et iam maturis fructibus
botri pssure secularis infestacione cal
cati torcular vrm carcere torquente senti
tis vini vice sanguinem funditis ad pas
sionis tollanciam fortes mrij poculu
libent hauritis sitis apud quos dies a
nus euoluit sic spualibus mult et celesti
bus pmijs tpm vicissitudo celebratur
xxxi. Beati satis qui ex vobis p glarum vesti
gia gmeantes iam de seculo recesserunt
confecto itinere virtutis ac fidei ad gplex
um et osculum dni dno ipo gaudente ue
nerunt Sz et vra no minor gla qui ad
huc in certamine gstituti et comitu glas
secutim pugna diu gerentis imota qz et
inconcussa fide stabiles cotidie spectaculum
deo de vris virtutibus exhibetis Quo
longior vra confessio uel pugna hec
corona sublimior Agon vnus s mul
tiplici preliorum mnsitate congestus fa
me vincitis et sitim spernitis et squalorem
carceris ac receptaculi penalis hor
rorem roboris vigore calcatis pena illic
subicitur cruciatus abscitur nec mors me
tuitur s optatur Que s i mortalitatis pmio
vincitur ut vite etnitate qui vicerit honoretur
Quis nunc in vobis animus q sublime q ca
pax pectus ubi talia et tanta voluuntur ubi
no nisi dei pcepta et xpi pmia cogitantur
volutas est illic tm dei et in carne adhuc
licet vobis positis vita ia viuitur no pntis
seculi sed futuri Nuc e fres kmi sed fu
turi ut memores mei sitis ut inter mag
nas atqz diuinas cogitaciones vras
nos quoqz aio ac mente voluatis simqz
in pcibus et oronibus vris cu illa vos pu
ricacione confessionis illustris et ingi
honoris sui tenore laudabilis ad dei au
res penetrat et apto sibi celo de subac
tis mundi ptibus ad supna transmissa in
penetrat de dni bonitate qd postulat Qd
eni petitis de indulgencia dni qd no impe
trare meamini qui sic dni mandata suatis
qui ewangelicam disciplinam sincero fidei
vigore tenuistis qui incorrupto honore
virtutis cu pceptis dni et cu aplis eius sta
tes fortit nutante multorum fidem in
vra veritate solidastis ve ewangelij
testes et ve mres xpi radicibus eius innixi
sup petram robusta mole fundati disci
plinam cu virtute iunxistis ad timorem dei
ceteros puocastis mria vra exempla fe
cistis Opto vos fortissimi ac beatissimi
fres bn valere Item de Aurelio etc

Cyprianus p
sbiteris et dyaconibus
et plebi vniuse salutem
De ordinandis clericis fres
carissimi solemus vos an cosulere et mo
res ac merita singulorum coi consilio pon
dare s expectanda no sut testimonia hu
mana cu pcedant diuina suffragia Au
relius fr nr illustris adolescens a dno
iam probatus et deo carus est i annis ad
huc nouellus sed in virtute ac fidei laude
puectus minor in etatis sue indole s ma
ior in honore Gemino hic agone certauit
bis confessus et bis cofessionis sue glosus
et qn vicit marsu factus extorris et cu de
nuo certamine forcior pugnauit triumphator
et victor in plio passionis Quociens ad
usaius puocare suos dies voluit tociens
fortissimus et pmptissimus miles et pugnauit
et vicit paz fuerat sub oculis an paucorum
qn extorris fiebat congressum fuisse me
ruit et in foro congdi clariore virtute ut
post magistratus et pconsule vinceret et post
exiliu tormenta superaret Nec inuenio
qd in eo pdicare plus debeam glam vul
nerum an verecundiam morum qd honore virtutis
insignis est an pudoris ammiracione lau
dabilis ita et dignitate excelsus e et
humilitate summissus ut appeat illu diuinitus xxxii.
reseruatu qui ad ecclesiastica disciplina
ceteris eet exemplo quo suui dei in cofessi
one virtutibus vincerent et post gfessionem
moribus eminerent Merebatur talis clericatus or
dinacionis ulteriores gradus et incrementa ma
iora no de annis suis s de meritis estima
dus s interi placuit ut ab officio lectionis
incipiat qr et nichil magis congruit voci
q dnm gloriosa pdicacione confessa e qz
celebrandis lectionibus diuinis p sonare
post vba sublimia q xpi martirium prolocu
ta sut ewangeliu xpi legere vn martires fiunt
ad pulpitu post catastam venire Illic
fuisse cospicuu gentilium multitudini hic
a fribus conspici Illic auditu cu mira
culo circustantis ppli h gaudio fraternitatis
audiri Hunc igr fres dilectissimi a me
et a collegis q pntes aderant ordinatu
sciatis qz vos scio et libent amplecti et
optare tales in ecclia vra q plurimos or
dinari Et qm semp gaudiu ppat nec
pt moras ferre leticia dnico legit Inte
rim nobis hac die auspicatus est pace
du dedicat lectionem vos orones frequent
insistite et pces nras vris pcibus adiu
uate ut dni mia fauens nobis cito ple
bi sue et sacdotem reddat incolume et
martirem cu sacdote lectorem Opto vos
in deo pre et xpo ihu semp bn valere

percipit ad martires

Incipit epistola ad martires et confessores Cypriani

6 Cyprianus martiribus et confessoribus in xpo domino nostro et in deo patre salutem perpetuam. Exulto letus et gratulor fortissimi ac beatissimi fratres cognita fide ac virtute vestra in quibus mater ecclesia gloriatur. Gloriata est et nuper tum confessione quidem constante suscepta pena est que confessores xpi fecit extorres. Confessio tamen presens quanto in passione fortior tanto clarior et maior in honore. Crevit pugna crevit et pugnantium gloria. Nec retardati estis ab acie tormentorum metu sed ipsis tormentis magis estis ad aciem provocati fortes et stabiles ad maximi certaminis prelium prompta devotione prodistis. Et quibus quosdam iam corpore coronatos quosdam vero ad coronam victorie iam iamque proximos universos vero quos agmine glorioso carcer inclusit pari ac simili calore virtutis ad agendum certamen animatos sicut esse oportuit in divinis castris milites xpi incorruptam fidei firmitatem non blandicie decipiant non mine terreant non cruciatus ac tormenta devincant quia maior est qui in nobis quam qui in hoc mundo. Nec plus ad deiciendum potest terrena pena quam ad erigendum tutela divina. Probata res est etiam fratrum gloriosa qui ad tormenta vincenda ceteris duces facti exemplum virtutis ac fidei prebuerunt congressi in acie donec acies succumberet victa. Quibus ergo vos laudibus predicem fortissimi fratres. Robur pectoris vestri et perseverantiam fidei quo preconio vocis exornem. Tolerastis usque ad summam consummationem glorie durissimam questionem nec cessistis suppliciis sed vobis supplicia cesserunt. Finem doloribus quem tormenta non dabant corone dederunt. Questio gravior ad hoc diu perseveravit non ut stantem fidem deiceret sed homines dei ad dominum velocius mitteret. Vidit admirata presentium multitudo celeste certamen et certamen dei et certamen spirituale prelium xpi stetisse servos eius voce libera mente incorrupta virtute divina telis quidem secularibus nudos sed armis fidei credentes armatos. Steterunt torti torquentibus fortiores et pulsantes ac laniantes ungulas pulsata ac laniata membra

.xxxvj. vicerunt. Inexpugnabilem fidem superare non potuit seviens diu plaga repetita quamvis rupta compage viscerum torquerentur in servis dei iam non membra sed vulnera. Fluebat sanguis qui incendium persecucionis extingueret qui flammas et ignes gehenne glorioso cruore sopiret. O quale illud fuit spectaculum domini quam sublime quam magnum quam dei oculis sacramento ac devotione militis eius acceptum sicut scriptum est in psalmis spiritu sancto loquente ad nos pariter et monente: Preciosa in conspectu domini mors iustorum eius. Preciosa mors hec est que emit immortalitatem precio sui sanguinis que accepit coronam de consummatione virtutis. Quam letus illic xpus fuit quam libens in talibus servis suis et pugnavit et vicit protector fidei et dans credentibus tantum quantum se credit accipere qui sumit. Certamini suo affuit preliatores atque assertores sui nominis erexit corroboravit animavit et qui pro nobis semel vicit mortem semper vincit in nobis. Cum vos inquid tradiderint nolite cogitare quid loquamini. Non enim estis vos qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Documentum rei presens probavit. Vox plena spiritu sancto de martiris ore prorupit cum mappalicus beatissimus inter cruciatus suos proconsuli diceret: videbis cras agonem. Et quod ille cum virtutis ac fidei testimonio dixit dominus implevit. Et agon celestis exhibitus est et dei servus in agonis promissi certamine coronatus est. Hic est agon quem propheta ysayas ante promisit dicens: Non pusillum vobis certamen cum hominibus quoniam deus prestat agonem. Et ut ostenderet quis hic agon esset futurus addidit dicens: Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium et vocabitis nomen eius emanuel. Hic est agon fidei nostre quo congredimur quo vincimus quo coronamur. Hic est agon quem nobis ostendit et beatus apostolus paulus in quo oportet nos currere et ad coronam glorie pervenire. Nescitis inquit quoniam qui in stadio currunt omnes quidem currunt sed unus accipit palmam. Sic currite ut comprehendatis. Omnis enim qui agonizatur in omnibus continens est. Et illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant vos autem incorruptam. Item suum certamen ostendens et hostiam se domino cito futurum esse promittens ait: Ego iam delibor et tempus instat assumptionis mee. Bonum agonem certavi cursum perfeci fidem servavi. Iam superest mihi corona iusticie quam reddet mihi qua dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi sed omnibus qui diligunt adventum eius. Hunc igitur agonem per prophetas ante predictum per dominum commissum per apostolos gestum mappalicus ... suo et collegarum suorum nomine repromisit nec fefellit in promisso suo. Vox fidelis pugnam quam spopondit exhibuit et palmam quam meruit accepit. Istum beatissimum martirem et alios participes eiusdem congressionis et comites in fide stabiles in

dolore patientes, in congressione victores. Ut te-
ti quoque sectemini et opto pariter et hor-
tor, ut quos vinculum confessionis et
hospitium carceris simul iunxit, iungat
etiam et consummatio virtutis et corona
celestis, ut lacrimas matris ecclesie que plangit
ruinas et funera plurimorum, vos vestra
letitia sedatis et ceteros quoque stantium
firmitatem vestri exempli provocatione
xxxiiii. solidetis. Si vos acies vocaverit, si cer-
taminis vestri dies venerit, militate for-
titer, dimicate constanter, scientes vos
bis sub oculis domini presentis dimicare, con-
fessione nominis eius ad ipsius gloriam
pervenire. Qui non sic est ut servos suos
tantum spectet, sed et ipse luctatur in nobis,
ipse congreditur, ipse in agone certaminis
nostri et coronat pariter et coronatur. Quod si
t. ante diem certaminis vestri de indulgentia dei
pax supervenerit, vobis tamen manet voluntas
integra et conscientia gloriosa. Nec contristetur
aliquis ex vobis, quasi illis minor sit
qui ante vos tormenta perpessi, victo et
calcato seculo ad dominum glorioso seculo
itinere venerunt. Dominus scrutator est
renis et cordis, archana perspicit et
intuetur occulta. Ad coronam dei pro-
merendam sufficit ipsius testimonium
solum qui iudicaturus est. Ergo utraque
res fratres dilectissimi sublimis pariter et
illustris, illa securior ad dominum nostrum vic-
torie consummatione properare, hec letior
accepto post gloriam commeatu in ecclesie
laude florere. O beatam ecclesiam nostram quam
[illegible] sic honor divine dignationis illustrat.
Erat ante in operibus fratrum candida, nunc
facta est in martirum cruore purpurea. Flo-
ribus eius nec rose nec lilia desunt. Cer-
tent nunc singuli ad utriusque honoris
amplissimam dignitatem. Accipiant co-
ronas vel de opere candidas vel de sang-
uine purpureas. In celestibus castris et
pax et acies habent flores suos, quibus
milites Christi ob gloriam coronantur. Sequitur

Incipit ad novacianum heretica

Cum moneat
dominus et dicat: Vos estis sal
terre. Cumque nos iubeat ad
innocentiam simplices et
in simplicitate prudentes, quid aliud
fratres dilectissimi quam providere nos con-
venit et sollicito corde vigilantes sub-
doli hostis insidias intelligere pariter
et cavere, ne qui Christum sapientiam dei patris
induimus minus sapere in tuenda salute
videamur. Neque enim persecutio sola metu-
enda est et ea que subruendis ac dei-
ciendis dei servis aperta impugnatione
grassantur. Facilior cautio est ubi mani-
festa formido est. Et ad certamen animus an-
te procurrit, quando se adversarius confitetur; plus
metuendus est ac cavendus inimicus
cum latenter obrepit, cum per pacis imaginem
fallens occultis accessibus serpit, unde
et nomen serpentis accepit. Ea est eius semper
astutia, ea est circumveniendi hominis ceca
et latebrosa fallacia. Sic ab initio mundi
statim fefellit et verbis mendacibus blan-
diens rudes animas incauta credulitate
decepit. Sic dominum ipsum temptare conatus
quasi obreperet, rursus et falleret latenter ac-
cessit. Intellectus tamen est et retusus et
ideo prostratus, quia agnitus atque detec-
tus. Unde nobis exemplum datum est veteris
hominis viam fugere, vestigiis Christi vincen-
tis insistere, ne denuo incauti in mortis
laqueum revolvamur, sed ad periculum providi
accepta immortalitate potiamur. Immorta-
litate autem potiri quomodo possumus nisi ea quibus
mors expugnatur et vincitur Christi man-
data servemus, ipso monente et dicente:
Si vis ad vitam venire, serva mandata. Et xxxv.
iterum: Si feceritis que mando vobis, iam non di-
co vos servos sed amicos. Hos denique dicit
fortes et stabiles, hos super petram robus-
ta mole fundatos, hos contra omnes tempes-
tates et turbines seculi immobili et incon-
cussa firmitate solidatos. Qui audit inquit
verba mea et facit ea, similabo eum viro
sapienti qui edificavit domum suam supra
petram. Descendit pluvia, advenerunt flumina,
flaverunt venti et impegerunt in domum
illam et non cecidit; fundata enim fuit
super petram. Verbis igitur eius insistere, quecumque
et docuit et fecit discere et facere debemus.
Ceterum credere se in Christum quomodo dicit qui non
facit quod Christus facere precepit? Aut unde
perveniet ad premium fidei qui fidem non
vult servare mandati? Nutet necesse est et
vagetur et spiritu erroris arreptus velut
pulvis quem ventus excutit ventiletur, nec
ambulando proficiat ad salutem qui sa-
lutaris vie non tenet veritatem. Cavenda
sunt autem non solum que sunt aperta atque
manifesta, sed astute fraudis subtili-
tate fallentia. Quid vero astutius quidve f.
subtilius quam ut Christi adventu detectus
ac prostratus inimicus, postquam lux gentibus
venit et sospitandis hominibus salutare
lumen effulsit, ut surdi auditum spiritalis
gratie admitterent, aperirent ad dominum oculos
suos ceci, infirmi sanitate revalescerent, etiam
claudi ad ecclesiam currerent, muti claris
vocibus et precibus orarent, videns ille
idola derelicta et per nimium credentium
populum sedes suas ac templa deserta, ex-
cogitavit novam fraudem ut sub ipso Christi-
ani nominis titulo fallat incautos. He-
reses invenit et scismata, quibus sub-
verteret fidem, veritatem corrumperet, scinderet
unitatem. Quos detinere non potest in vie

Incipit ad novacianum

veteris cecitate/ circumscribit et decipit novi iti-
neris errore/ Rapit de ipsa ecclesia homines
et dum sibi appropinquasse appropinquasse
iam lumini atque evasisse seculi noctem
videntur/ alias nescientibus tenebras
rursus infundit/ ut cum evangelio xpi
et cum observatione eius et lege non stan
tes xpianos se vocent/ et ambulantes
in tenebris habere se lumen existiment/ bla
diente adversario atque fallente/ qui secundum apli
vocem transfigurat se velut angelum lucis
et ministros subornat suos/ velut ministros
iusticie/ asserentes noctem pro die/ interitum
pro salute/ desperationem sub obtentu spei/
perfidiam sub pretextu fidei/ antixpm sub
vocabulo xpi/ ut dum vel similia men-
tiuntur veritatem subtilitate frustrentur
hoc eo fit fratres dilectissimi/ dum ad veritatis
originem non reditur nec caput queritur
nec magistri celestis doctrina servatur/ Que
5 si quis consideret et examinet/ tractatu
longo atque argumentis opus non est/ probatio
est ad fidem facilis/ compendio verita
tis // loquitur dominus ad petrum/ Ego tibi dabo
dico inquid tu es petrus et super hanc pe
tram edificabo ecclesiam meam et porte in-
ferorum non vincent eam/ Tibi dabo claves
regni celorum Et que ligaveris super terram erit
ligata et in celis/ Et idem post resurrec
tionem suam dicit/ pasce oves meas
Super illum unum edificat ecclesiam/ et illi
pascendas mandat oves/ et quamvis aplis
omnibus post resurrectionem suam parem potestatem
tribuat et dicat/ Sicut misit me pater et
ego mitto vos/ accipite spm sanctum si cui
remiseritis peccata remittuntur ei si cui re
tinueritis tenebuntur/ tamen ut unitatem ma
XXXVI nifestaret unitatis eiusdem origi
nem ab uno incipientem sua auctorita
te disposuit hoc erant utique et ceteri
apli quod fuit petrus/ pari consortio predi-
ti et honoris et potestatis/ sed exordium ab u
nitate proficiscitur/ ut ecclesia xpi una
6 monstretur Quam unam ecclesiam etiam in
cantico canticorum spiritus sanctus ex perso
na domini designat et dicit/ una est columba
mea perfecta mea/ una est matri sue electa
genitrici sue/ hanc ecclesie unitatem qui
non tenet tenere se fidem credit/ Qui ecclesie
renititur et resistit in ecclesia se esse confi-
dit/ quando et beatus paulus hoc doceat et
sacramentum unitatis ostendat dicens unum
corpus et unus spiritus/ una spes vocationis
omnis vestre/ unus dominus/ una fides/ unum bap-
tisma unus deus quam unitatem tenere
firmiter et vindicare debemus/ maxime
episcopi qui in ecclesia presidemus/ ut episcopatum
quoque ipsum unum atque indivisum probemus
Nemo fraternitatem mendacio fallat/ nemo
fidei veritatem perfida prevaricatione
corrumpat/ Episcopatus unus est cuius a singulis
in solidum pars tenetur/ Ecclesia una est que in mul-
titudine latius incremento fecunditatis
extenditur/ Quomodo solis multi radii
sed lumen unum/ et rami arboris multi
sed robur unum/ tenaci radice fundatum
Et cum de uno fonte rivi plurimi defluunt
numerositas licet diffusa videatur exunda-
tis copie largitate/ unitas tamen servatur
in origine/ Avelle radium a solis corpore di
visionem lucis unitas non capit/ Ab ar
bore frange ramum/ fractus germinare
non poterit/ A fonte precide rivum precisus
arescit/ Sic et ecclesia domini luce perfusa per
orbem totum radios suos porrigit unum
tamen lumen est quod ubique diffunditur nec
unitas corporis separatur/ Ramos suos in
universam terram copia ubertatis extendit
profluentes largiter rivos latius expandit
unum tamen caput est et origo una et una
mater fecunditatis successibus copiosa/ Illius
fetu nascimur illius lacte nutrimur spiritu eius
animamur/ Adulterari non potest sponsa xpi
incorrupta est et pudica/ unam domum
novit/ unius cubiculi sanctitatem casto pu
dore custodit/ hec nos deo servat/ hec fi
lios regno quos generavit assignavit
Quisquis ab ecclesia segregatus adultere iun
gitur/ a promissis separatur/ Nec perveniet ecclesie
ad xpi premia/ qui relinquit ecclesiam xpi
Alienus est et prophanus est hostis est
habere iam non potest deum patrem qui ecclesiam
non habet matrem/ Si potuit evadere quisquis
extra archam noe fuit/ et qui extra ecclesiam
foris fuit evadit/ Monet dominus et dicit
Qui non est mecum adversum me est et qui
mecum non colligit spargit Qui pacem xpi
et concordiam rumpit/ adversus xpm facit
Qui alibi preter xpm ecclesiam colligit/ ec
clesiam spargit/ dicit dominus ego et pater unum
sumus Et iterum de patre et filio et spiritu sancto
scriptum est/ et tres unum sunt/ Et quisquam
credit hanc unitatem de divina firmi
tate venientem sacramentis celestibus co
herentem scindi in ecclesia posse et volun-
tatum collidentium divortio separari/ hanc
unitatem qui non tenet dei legem non tenet
non tenet patris et filii fidem/ vitam non tenet et salutem
Hoc unitatis sacramentum hoc vinculum con
cordie inseparabiliter coherentis ostenditur
XXXVII quando in evangelio/ tunica domini nostri ihu xpi
non omnino dividitur nec scinditur sed sor
tientibus de veste xpi/ quis xpm potius
indueret integra vestis accipitur in-
corrupta atque indivisa/ cum ea possidetur
loquitur ac dicit scriptura divina/ De tunica
autem/ quia de superiore parte non consutilis
sed per totum textilis/ fuit dixerunt ad invi
cem/ Non scindamus illam sed sortiamur
de ea cuius sit/ unitatem illa portabat

de superiore parte venientem que ab accipi
ab accipiente / ente et possidente scindi
omnino non potrat sed totam simul ac soli
dam firmitatem inseparabiliter optinebit /
possideri non potest indumentum xpi / qui scindit
et dividit ecclesiam xpi / Contra denique cum
salomone moriente regnum eius et populus
scinderetur achias propheta Jeroboam re
gi obvius factus in campo in duodecim
scissuras vestimentum suum discidit dicens
Sume tibi decem scissuras / quia hec dicit dominus
Ecce scindo regnum de manu salomonis et da
bo tibi x sceptra / et duo sceptra erunt ei propter servum meum
david / et propter iherusalem civitatem quam elegi ut
ponam nomen meum illic / cum xii tribus israel scinderentur
vestimentum suum propheta achias scidit / At vero
quia xpi populus non potest scindi / tunica eius
per totum textilis et coherens divisa a
possidentibus non est / individua copulata
connexa / ostendit populi nostri qui xpm induimus
concordiam cohaerentem sacro vestis et signo
declaravit ecclesie unitatem / Quis ergo sic sce
leratus et perfidus / qui sic discordie furore
vesanus / ut aut credat scindi posse aut audeat
scindere unitatem dei / vestem domini ecclesiam xpi
Monet ipse in evangelio suo et docet dicens
et erunt unus grex et unus pastor Et esse
posse uno in loco aliquis existimat aut mul
tos pastores aut greges plures / Apostolus item
paulus hanc eandem nobis insinuans
unitatem obsecrat et hortatur dicens
Obsecro vos inquid vos fratres per nomen domini nostri
ihesu xpi / ut id ipsum dicatis omnes et non sint
in vobis scismata sitis autem compositi in eodem
sensu et in eadem sententia Et iterum dicit dictus
tinentes invicem in dilectione satis agentes ser
vare unitatem spiritus in coniunctione pacis
Stare tu et vivere putas posse de ecclesia
recedentem sedes sibi alias et diversa do
micilia condentem / cum dicatur sit ad raab in
qua prefigurabatur ecclesia / patrem tuum et matrem
tuam et fratres tuos et totam domum patris tui colliges ad te in domum tuam / et erit omnis
qui exierit hostium domus tue foris reus
sibi erit / Ita sacramentum pasche nichil aliud
exodi lege contineat / quam ut agnus qui
in figura xpi occiditur in domo una edatur
loquitur deus dicens In domo una comede
tur / non eicietis de domo carnem foras
Caro xpi et sanctum domini eici foras non potest nec
alia ulla potest credentibus nisi una ecclesia domus
mus est hanc domum hoc unanimitatis
hospitium designat et denuntiat spiritus sanctus
in psalmis dicens / Deus qui inhabitare facit
unanimes in domo In domo dei in ecclesia
xpi / unanimes habitant concordes et simpli
ces perseverant / Ideo et in columba venit
spiritus sanctus / Simplex animal et letum non felle
amarum non morsibus sevum non unguilarum
laceratione violentum hospitia humana di
ligere unius domus consortium nosse cum

generant simul filios edere cum commeant vola
tibus invicem coherere cum conversatione vitam
suam degere oris osculo concordia pacis
agnoscere legem circa omnia unanimitatis
implere / hec est in ecclesia noscenda simplici
tas hec caritas optinenda / ut columbas di
lectio fraternitas imitetur ut mansuetudo et
lenitas agnis et ovibus equetur / Quid
facit in pectore xpiano luporum feritas / et
canum rabies / et venenum letale serpentum
et cruenta sevicia bestiarum / Gratulandum
est cum tales de ecclesia separantur ne columbas ne
oves xpi seva sua et venenata contagi
one perdant / Coherere et coniungi non potest a
maritudo cum dulcedine / caligo cum lumine
pluvia cum serenitate / pugna cum pace / cum
fecunditate sterilitas / cum fontibus siccitas
cum tranquillitate tempestas / Nemo ex
istimet bonos de ecclesia posse discedere Triti
cum non rapit ventus / nec arborem solida
radice fundatam procella subvertit / Inanes
palee tempestate iactantur / invalide
arbores turbinis incursione evertuntur
hos execratur et percutit Johannes apostolus dicens
ex nobis exierunt sed non erant ex nobis Si
enim fuissent ex nobis mansissent nobiscum
Heresses hinc et facte sunt frequenter et fiunt
dum perversa mens non habet pacem / dum perfi
dia discordans non tenet unitatem / Fieri vero
hec dominus permittit et patitur / manente
proprie libertatis arbitrio / ut dum mentes
nostras et corda veritatis discrimine examinat
probatorum fides integra manifesta luce
clarescat / per apostolum premonet spiritus sanctus, dicit et
dicens Oportet et hereses esse ut probati
manifesti sint in vobis Sic probantur fideles
sic perfidi deteguntur sic et ante iudicii di
em hic quoque iam iustorum atque iniustorum
anime dividuntur et a frumento palee separantur
Hii sunt qui se ultro apud temerarios
convenas sine divina dispositione preficiunt qui
se prepositos sine ulla ordinationis lege
constituunt / qui nemine episcopatum dante
episcopi sibi nomen assumunt Quos designat
in psalmis spiritus sanctus sedentes in pestilentie
cathedra / pestes et lues fidei serpentis
ore fallentes / et corrumpende veritatis
artifices / venena letalia linguis pesti
feris evomentes / Quorum sermo ut cancer
serpit / quorum tractatus pectoribus et cor
dibus singulorum / mortale virus infundit
Contra eiusmodi clamat dominus ab hiis re
frenat et revocat errantem plebem
suam dicens / Nolite audire sermones
pseudo prophetarum quoniam visiones cordis eorum
frustrantur eos / loquuntur sed non ab ore domini
dicunt eis qui abiciunt verbum dei / pax
erit eis vobis / et omnibus ambulanti
bus in voluptatibus suis Omni qui am
bulat errore cordis sui / non venient

super te mala. Non loquutus sum ad eos et
ipsi prophetabant. Si stetissent in substantia me
a et audissent verba mea et si docuis
sent populum meum, conuertissem eos a malis
cogitacionibus eorum. Hos eosdem desig
nat denuo et denotat dicens: Me
dereliquerunt fontem aque viue et effo
derunt sibi lacus detritos qui non possunt
aquam portare. Cum aliud baptisma
preter vnum esse non possit, baptisare se posse
opinantur. Vite fonte deserto vitalis
et salutaris aque graciam pollicentur.
xxxix. Non abluuntur illic homines sed pocius sor
didantur, nec purgantur delicta sed cumu
lantur. Non deo natiuitas illa sed dyabo
lo filios generat. Per mendacium nati verita
tis promissa non capiunt. De perfidia procrea
ti fidei graciam perdunt. Ad pacis premium
peruenire non possunt qui pacem domini dis
cordie furore ruperunt. Nec se quidam
vana interpretacione decipiat quod dixit dominus:
m. vbi fuerint duo vel tres congregati in
nomine meo ego cum illis sum. Corrup
tores euangelii atque interpretes falsi extre
ma ponunt et superiora pretereunt, partis
memores et partem subdole comprimentes.
ut ipsi ab ecclesia scissi sunt ita capituli vnius
sententiam scindunt. Dominus enim cum discipulis
suis vnanimitatem suadet et pacem:
dico inquid vobis quoniam si duobus ex uo
bis conuenerit in terra de omni re quamcumque pe xl.
cieritis continget vobis a patre meo qui
in celis est. Vbicumque enim fuerint duo
aut tres congregati in nomine meo ego cum
eis sum. Ostendens non multitudini sed v
nanimitati deprecancium plurimum tribui. Si
duobus inquid ex vobis conuenerit in terra.
Vnanimitatem prius posuit, concordiam
pacis ante premisit ut conueniat nobis fi
deliter et firmiter docuit. Quomodo autem potest
ei cum aliquo conuenire cui in corpore
ipsius ecclesie et cum vniuersa fraternitate non
conuenit? Quomodo possunt duo aut tres in nomine
Christi colligi quos constet a Christo et ab eius
euangelio separari. Non enim nos ab illis
sed illi a nobis recesserunt, et cum hereses et scis
mata postmodum nata sint, dum conuen
ticula sibi diuersa constituunt, veritatis
caput et originem reliquerunt. Dominus autem de
ecclesia sua loquitur ad hos qui sunt in ec
clesia loquitur ut si ipsi concordes fuerint
si sicut mandauit et monuit duo aut
tres licet collecti vnanimiter orauerint
duo aut tres licet sint, impetrare pos
sint de dei maiestate quod postulabant.
n. Vbicumque duo aut tres collecti fuerint
in nomine meo ego inquit cum eis sum. Cum
simplicibus scilicet atque pacatis, cum
deum timentibus et dei precepta seruantibus.
Cum hiis duobus vel tribus licet se esse

dixit, quo et cum tribus pueris in camino
ignis fuit. Et quia in deum simplices
atque inter se vnanimes permanebant
flammis ambientibus medios spiritu ro
ris animauit. Quomodo apostolis duobus in car
cere clausis, quia simplices quia vna
nimes erant, ipse affuit, ipse solutis car
ceris claustris ut verbum quod fidelibus predi
cabant multitudini traderent ad forum
rursus imposuit. Cum ergo in preceptis su
is ponit et dicit: vbi fuerint duo vel
tres collecti in nomine meo ego cum eis
sum, non homines ab ecclesia diuidit qui in
stituit et fecit ecclesiam, sed exprobans dis
cordiam perfidis et fidelibus pacem
sua voce commendans ostendit magis esse
se cum duobus aut tribus vnanimiter oran
tibus quam cum dissidentibus plurimis, plus
que impetrari posse paucorum concordi prece
quam discordiosa multorum. Et ideo cum orandi
legem daret addidit dicens: Et cum steti
tis ad oracionem remittite si quid habetis
aduersus aliquem ut et pater noster qui in celis
est remittet vobis peccata. Et ad sacrificium cum
dissensione venientem reuocat ab altari
et iubet recordari prius concordari cum fra
tre cum pace redeuntem deo munus of
ferre, quia nec ad Cain munera respex
it dominus. Neque enim habere pacatum deum po
terat qui cum fratre pacem per zeli discordiam
habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt
inimici fratrum? Que sacrificia celebrare
se credunt emuli sacerdotum? An secum Christum
esse cum collecti fuerint opinantur qui extra
Christi ecclesiam colliguntur? Tales eciam
si occisi in confessione nominis fuerint ma
cula ista nec sanguine abluitur. Inexpi
abilis et grauis culpa discordie nec pas
sione purgatur. Esse martir non potest qui
o. eam que regnatura est derelinquid pa ^Ecclesiam
cem nobis Christus dedit. Christus concordes
atque vnanimes esse precepit, dilectionis at
que caritatis federa incorrupta atque invi
olata seruari mandauit. Exhibere se
non potest martirem qui fraternam non tenuit cari
tatem. Docet hoc et testatur Paulus apostolus
dicens: Et si habuero fidem ita ut mon
tes transferam, caritatem autem non habeam nichil
sum. Et si in cibos pauperum distribuero
omnia mea, et si tradidero corpus meum
ita ut ardeam, caritatem autem non habeam
nichil proficio. Caritas magnanima
est, benigna est. Caritas non emulatur,
non inflatur, non irritatur, non agit perpe
ram, non cogitat malum. Omnia diligit,
omnia credit, omnia sustinet. Caritas numquam
excidet. Numquam inquid excidit caritas.
Hec enim semper et in regno erit, hec in
eternum fraternitatis sibi coherentis vnita
te durabit. Ad regnum celorum non potest

pervenire discordia nec ad premium Christi qui
dixit hoc est preceptum meum ut diligatis
invicem sicut dilexi vos. Pertinere non poterit
ad premium Christi qui dilectionem Christi perfida dis-
sensione violavit. Qui caritatem non
habet deum non habet. Iohannis apostoli vox est: De-
us inquid dilectio est, et qui in dilectione
manet, manet in deo et deus in illo ma-
p not. Cum deo manere non possunt qui in ec-
clesia dei unanimes esse noluerunt. Ardeant
licet flammis et ignibus traditi vel ob-
iecti bestiis animas suas ponunt, non e-
rit illa fidei corona sed pena perfidie nec
religiose virtutis exitus gloriosus sed despera-
cionis interitus. Occidi talis potest coronari
non potest. Sic se christianum esse confitetur et quo-
modo Christum diabolus sepe mentitur ipso domino
monente et dicente: Multi venient in no-
mine meo dicentes ego sum Christus et multos
fallent. Sicut ille Christus non est quamvis fal-
lat in nomine eius, ita nec christianus vi-
deri potest qui non permanet in evangelii
eius et fidei veritate. Nam et prophetare
et demonia excludere et virtutes mag-
nas in terris facere sublimis itaque et admira-
bilis res est non tamen regnum celeste conse-
quitur quisque in hiis omnibus invenitur nisi recti
et iusti itineris observatione gradiatur. De-
nunciat dominus et dicit: Multi michi dicent in
illo die: domine, domine, nonne in nomine tuo propheta-
vimus et in tuo nomine demonia exclusi-
mus et in nomine tuo virtutes multas fecimus,
et tunc dicam illis: nunquam vos cognovi,
recedite a me qui operamini iniquitatem.
Iusticia opus est ut promereri quis possit
deum iudicem, preceptis eius et monitis ob-
temperandum est ut accipiant merita nostra merce-
dem. Dominus in evangelio cum spei et fidei
nostre viam compendio breviate digereret:
dominus deus tuus inquit unus est, et diliges
dominum deum tuum de toto corde tuo de tota
anima tua. Hoc primum et secundum simile est hu-
ic: diliges proximum tuum tamquam te. In hiis
duobus preceptis tota lex pendet et prophe-
unitatem simul et dilectionem magisterio suo
docuit, prophetas omnes et legem preceptis du-
xli. obus inclusit. Quam vero unitatem servat,
quam dilectionem cogitat qui discordie furo-
re vesanus ecclesiam scindit fidem
destruit, pacem turbat, caritatem dissi-
pat, sacramentum prophanat. Malum hoc fide-
lissimi fratres iam pridem cepit, sed nunc cre-
vit eiusdem mali infesta clades et sur-
gere ac pullulare plus cepit heretica pra-
vitatis et scismatum venenata perni-
cies quia et sic in occasum mundi oporte-
bat premittente et premonente per apostolum
nobis spiritu sancto. In novissimis inquit die-
bus aderunt tempora molesta, erunt homines
sibi placentes superbi tumidi cupidi blas-

phemi parentibus inobedientes ingrati impii
sine affectione sine federe delatores inconti-
nentes immites bonum non amantes pro-
ditores procaces stupratores inflati vo-
luptates habentes deformationem religionis
virtute autem eius abnegantes. Ex hiis sunt
qui repunt in domos viduarum et predantur
mulierculas honeratas peccatis que ducuntur
variis desideriis semper discentes et nunquam
ad scientiam veritatis pervenientes, et quo Ian-
nes et Mambres restiterunt Moisi sic et
hii resistunt veritati, sed non proficient plu-
rimum, impericia enim eorum manifesta erit
omnibus sicut et illorum fuit. Adimplentur
quecumque predicta sunt et appropinquante seculi
fine hominum pariter et temporum probatione ve-
nerunt. Magis ac magis adversario ve-
niente error fallit, extollit stupor, livor
incendit, cupiditas excecat, depravat im-
pietas, superbia inflat, discordia exasperat,
ira precipitat. Non tamen nos moveat aut tur- q.
bet multorum nimia et abrupta perfidia
sed pocius fidem nostram premunciante rei ve-
ritate corroboret, ut quidam tales esse ce-
perunt quia hoc ante predicta sunt, instruente domino
et dicente: vos autem cavete, ecce predixi vobis
omnia. Vitate queso vos eiusmodi homines
et a latere atque auribus vestris perniciosa collo-
quia velut contagium mortis arcete sicut
scriptum est: Sepi aures tuas spinis et noli
audire linguam nequam; et iterum: corrumpunt
ingenia bona confabulationes pessime. Docet
nos dominus et a talibus amovet recedendum:
Ceci sunt inquid duces cecorum. Cecus autem
cecum ducens simul in foveam cadunt. Ad-
versandus est atque fugiendus talis quisquis
fuit ab ecclesia separatus. Perversus est huiusmodi et
peccat et est a semet ipso dampnatus. An
esse sibi cum Christo videtur qui adversus
sacerdotes Christi facit, qui se a cleri eius
ac plebis societate secernit, arma ille
contra ecclesiam portat, contra dei disposicionem re-
pugnat, hostis altaris, adversus sacrificium
Christi rebellis, pro fide perfidus, pro religione
sacrilegus, inobsequens servus, filius impi-
us, frater inimicus, contemptis episcopis et dei
sacerdotibus derelictis constituere audet aliud
altare, precem alteram illicitis vocibus fa-
cere, dominice hostie veritatem per falsa sacrificia
prophanare, nec scire quoniam qui contra ordina-
cionem dei nititur ob temeritatis audaciam
divina animadversione punitur. Sic Chore et
Dathan et Abiron qui sibi contra Moisen et
Aaron sacerdotem sacrificandi licenciam ven-
xlii. dicare conati sunt penas statim pro suis co-
natibus rependerunt. Terra inpagibus
rupta in profundum sinum patuit, stantes atque vi-
ventes recedentes soli hiatus absorbuit
nec tamen eos qui auctores fuerant dei indig- x.
nantis ira dei percussit sed et ceteros ductos

quīquaginta principes eiuſdem furo-
ris et comites qui coagulati cum eiſdē
ſimul ad audaciam fuerant. exiens a 6
dn̄o ignis properata ultione conſumpſit. Ec
mouens ſcȝ et oſtendens contra deum fieri
quicquid improbi fecerunt/ ad deſtruendā xliij.
ordinationem dei/ humana uoluntate co
nati/ ſic et ozias rex cū thuribulum fe
rens et contra legem dei ſacrificiū ſibi vi +
olenter aſſumens/ reſiſtente ſibi azaria ſac
dote/ obtemperare nollet et cede/ diuina in
dignatione confuſus/ et lepre varietate ī
fronte maculatus est ea parte corporis no
tus offenſo dn̄o/ ubi ſignantur q̄ deum p̄
merentur/ Et filij aaron qui impoſuerūt
altari ignē alienū/ q̄ nō preceperat deus/ in
conſpectu ſtatim dn̄i vindicantis extincti
ſunt Quos imitantur ſcȝ atq̄ſ ſectantur
qui dei traditione contempta/ alienas doc
trinas appetunt et magiſteria humane in
ſtitutionis inducunt Quos increpat dn̄s
et obiurgat in ewangelio ſuo dicens Re
icitis mandatū dei/ ut tradicionem vestram v.
ſtatuatis/ peius hoc crimen est q̄ quod hij q̄
ſacrificaverūt admiſiſſe lapſi videntur/ qui
tamen in penitencia criminis conſtituti deum plenis
ſatisfactionibus deprecantur/ hic eccliā que
ritur et rogatur/ illic eccl̄e repugnatur
hic potest neceſſitas fuiſſe illic voluntas te
netur in ſcelere hic qui lapſus est ſibi tan
tum nocuit illic qui hereſim uel ſciſma face
re conatus est/ multos ſecum trahendo decepit/ hic
anime vnius est dampnum illic periculum
plurimorum/ Certe peccaſſe ſe hic et intelligit
et lamentatur et plangit Ille tumens
in peccato ſuo et ipſis ſibi delictis placens a
matre filios ſegregat/ oues a paſtore ſolli
citat/ dei ſacramenta diſturbat/ et cū lapſus
ſemel peccauerit/ ille cottidie peccat/ poſtre
mo lapſus martirium poſtmodū conſequutus
potest regni promiſſa percipere/ ille ſi extra eccliam
fuerit occiſus ad eccl̄e nō potest premia pe
rvenire/ quiſq̄ miretur dilectiſſimi fratres e
tiam de confeſſoribus/ quaſdam ad iſta p̄
cedere inde quoq̄ alios tam nephan
da tam grauia peccare. Neque enim con
feſſio immunē facit ab inſidijs diaboli
aut contra temptationes et pericula/ et incur
ſus atq̄ impetus ſeculares adhuc in ſeculo
poſitum perpetua ſecuritate defendit Ce
terum nunq̄ in confeſſoribus fraudes et ſtupra
et adulteria poſtmodū videmus q̄ nunc
in quibuſdam videntes ingemiſcimus
et dolemus Quiſq̄ ille confeſſor est ſa
lomone maior aut melior aut deo carior
nō est qui tamen q̄ diu in vijs dn̄i ambulat
tam diu graciam quam de dn̄o fuerat conſecu
tus obtinuit poſtquam dereliquit viam
dn̄i perdidit et graciam dn̄i Et ideo ſcriptū est
Tene quod habes ne alius accipiat corona

Quod utiq̄ dn̄s nō comminaretur auferri poſ
ſe coronam iuſticie/ niſi recedente iuſticia
recedat neceſſe est et corona Confeſſio ex 6
ordium glorie est nō meritum iam corone/ nec
perficit laudem ſed initiat dignitatem cū
ſcriptum ſit Qui perſeuerauerit uſq̄ in fine xliij.
hic ſaluus erit Quicquid ante finem fue
rit gradus est quo ad faſtigium ſalutis aſ
cenditur nō terminus quo iam culminis ſū +
ma teneatur/ Confeſſor est ſed poſt con
feſſionem periculum maius est quia plus
aduerſarius prouocatus est/ Confeſſor est
hoc magis ſtare debet cū dei ewangelio
per ewangelium dei gloriam conſequutus est
a dn̄o Cui multum datur multum queritur
ab eo/ Et cui plus dignitatis aſcribitur plus
de illo exigitur ſeruitutis Nemo per confeſſo
ris exemplum pereat/ nemo iniuſticiam/ nemo
inſolenciam nemo perfidiam de confeſſo
ris moribus diſcat/ Confeſſor est ſit humil'
et quietus ſit in actu ſuo cū diſciplina
modestus ut qui xpi confeſſor dicitur xpm quem
confitetur imitetur Nam cū dicat ille v.
qui ſe extollit humiliabitur et qui humiliat
ſe exaltabitur et ipſe a patre exaltatus ſit
quia ſe in terris ſermo et virtus et ſapiencia dei patris
humiliauit/ quomodo potest extollenciam diligere q̄
et nobis humilitatem ſuā legem man
dauit et ipſe ampliſſimum nomen a patre
premio humilitatis accepit/ Confeſſor est
xpi ſed ſi nō poſtea blaſphemetur per ipſum
maieſtas et dignitas xpi ſit ſi nō poſtea
blaſphemetur per ipſum maieſtas et digni
tas xpi ſit lingua xpm confeſſa est nō ſit
maledica/ nō ſit turbulenta nō conuicijs
et litibus perſtrepens audiatur/ nō
contra fratres et dei ſacerdotes poſt verba laudis
ſerpentis venena iaculetur/ Ceterum ſi culpa
bilis et deteſtabilis poſtmodū fuerit ſi con
feſſionem ſuam mala conuerſacione
perdiderit/ ſi vitam ſuam turpi feditate
maculauit ſi eccliam denique ubi confeſſor
factus est delinquens et vnitatis concordiā
ſcindens fidem primā poſteriore perfidia
mutauit blandiri ſibi per confeſſionem nō
potest quaſi electus ad glorie premium quando ex hoc
ipſo magis creuerint merita penarum
Nam et iudam iudā inter apoſtolos dn̄s e
legit et tamen dn̄um iudas poſtmodum
perdidit nō tamen ideo apoſtolorum firmitas et fi
des cecidit quia proditor iudas ab eorum ſo
cietate defecit/ Sic et hic nō ſtatim con
feſſorum ſanctitas et dignitas communi
ta est quia quorundam fides confracta
est Beatus apoſtolus loquitur in epiſtola ſua di
cens Quid enim exciderunt a fide quidā
illorum numquid infidelitas illorum fidem
dei euacuauit abſit Est enim deus ve
rax/ omnis homo mendax Stat confeſſorum
pars maior et melior in fidei ſue robore

veritate

et in legis ac discipline divine. Nec ab
ecclesie pace discedunt qui se in ecclesia gratiam
consequutos de dei dignatione memi
nerunt. Atque hoc ipso ampliorem consecuntur
fidei sue laudem quod ab eorum perfidia segrega
ti qui iuncti confessionis consortio fuerant
a contagio criminis recesserunt. Vero illuminati
evangelii lumine, pura et candida domini
luce radiati, tam sunt in conservanda Christi
pace laudabiles quam fuerunt in diaboli
congressione victores. Opto equidem di
lectissimi fratres et consulo pariter et suadeo
ut si fieri potest nemo de fratribus pereat, et con
xliiii. sentientis populi corpus unum gremio suo
gaudens mater includat. Si tamen quosdam
scismatum duces et dissensionis auctores
in ceca et obstinata dementia permanen
tes non potuit ad salutis viam consilio
salubri revocare, ceteri tamen vel simplicitate
capti vel errore inducti vel aliqua fal
lentis astucie calliditate decepti, a fal
lacie vos laqueis solvite, vagantes
gressus ab erroribus liberate, iter rectum vie
x celestis agnoscite. Contestantis apostoli
vox est: Precipimus vobis inquit in nomine domini
nostri Ihesu Christi ut recedatis ab omnibus
fratribus ambulantibus inordinate et
non secundum traditionem quam acceperunt a nobis.
Et iterum dicit: Nemo vos decipiat ina
nibus verbis; propterea enim venit ira dei
in filios contumacie; nolite ergo esse participes
eorum. Recedendum est a delinquentibus
vel immo fugiendum, ne dum quis male
ambulantibus iungitur et per itinera erroris et
criminis graditur a via veri itineris exerrans
pari crimine teneatur. Et ipse unus deus est
et Christus unus et una ecclesia eius et fides
una et plebs in solidam corporis unitatem
concordie glutine copulata. Scindi uni
tas non potest nec corpus unum discidio compagi
separari nis celebrari, divulsis laceratione visceri
bus in frustra discerpi. Quicquid a matrice dis
cesserit seorsum vivere et spirare non poterit:
substantiam salutis amittit. Monet spiritus sanctus
et dicit: Quis est homo qui vult vitam et
amat videre dies bonos? Contine linguam
tuam a malo et labia tua ne loquantur
insidiose; declina a malo et fac bonum; que
re pacem et sequere eam. Pacem querere de
bet et sequi filius pacis; a dissensionis
malo continere linguam suam debet
qui novit et diligit vinculum caritatis.
Inter sua divina mandata et magisteria sa
lutaria passioni iam proximus dominus addi
dit dicens: Pacem vobis dimitto, pacem
meam do vobis. Hanc nobis hereditatem
dedit; dona omnia sue pollicitacionis
et premia in pacis conservatione promisit.
Si coheredes Christi sumus, in Christo pace mane
amus; si filii dei sumus, pacifici esse

debemus. Beati inquit pacifici quoniam ipsi 62
filii dei vocabuntur. Pacificos esse oportet
dei filios, mites, sermone simplices, affectione cord[e]
concordes, fideliter sibi unanimitatis nex
ibus coherentes. Hec unanimitas sub a
postolis [oli]m fuit; sic novus credentium populus domini
mandata custodiens caritatem suam tenuit.
Probat scriptura que dicit: Turba autem eorum qui
crediderant anima ac mente una agebat. Et
iterum: Et erant perseverantes omnes unani
mes in oratione cum mulieribus et Maria que
fuerat mater Ihesu et fratribus eius. Et ideo effica
cibus precibus orabant, ideo impetrare cum fi
ducia poterant quecumque de dei misericordia postula
bant. In nobis ideo sic unanimitas dimi
nuta est ut et largitas operacionis infracta in fracta
est. Domos tunc et fundos venundabant et
thesauros sibi in celo reponentes distribuen
da in usus indigentium precia apostolis offerebant.
At nunc de patrimonio nec decimas damus
et cum vendere iubeat dominus emimus pocius
et augemus. Sic in nobis emarcuit vi xlv.
gor fidei, sic credentium robur elanguit. Et b.
ideo dominus tempora nostra respiciens in evangelio
suo dicit: Filius hominis cum venerit putas in
veniet fidem super terram? Videmus fieri
quod ille predixit. In dei timore, in lege iusticie,
in dilectione, in opere fides nulla est. Nemo
futurorum metum cogitat diem domini et iram
dei et incredulis ventura supplicia et
statuta perfidis eterna tormenta. Nemo consi
derat. Quod metueret conscientia nostra si crederet, quia
non credit omnino nec metuit; si autem crederet
et caveret evaderet. Excitemus nos quantum
possumus dilectissimi fratres et somno in
ercie veteris abrupto ad observanda et ge
renda domini precepta vigilemus. Simus ta
les quales esse nos precepit dicens: Sint lum
bi vestri precincti et lucerne ardentes et vos
similes hominibus exspectantibus dominum suum
quando veniat a nupciis ut cum venerit et pul
saverit aperiant ei. Beati servi illi quos adve
niens dominus invenerit vigilantes. Accinctos
nos esse oportet, ne cum expedicionis dies
venerit impeditos et implicatos apprehen
dat. Luceat in bonis operibus nostrum lumen
et fulgeat, ut ipsum nos ad lucem claritatis
eterne de hac seculi nocte perducat. Exspec
temus solliciti semper et cauti adventum
domini repentinum, ut quando ille pulsaverit evigi
let fides nostra vigilancie premium a domino re
ceptura. Si hec mandata serventur, si hec
monita et precepta teneantur, opprimi dor
mientes diabolo fallente non possumus;
servi vigiles Christo donante regnabimus.

Incipit de oratione domini
ca et sequitur et cetera

Evangelica p
recepta fratres dilectissimi mich

ſunt aliud quam magiſteria diuina / fundamen-
ta edificande ſpei / firmamenta corrobora-
nde fidei / nutrimenta fouendi cordis / guberna-
cula dirigendi itineris / preſidia obtinende
ſalutis / que cum dociles credencium mentes in
terris inſtruunt / ad celeſtia regna perducunt /
Multa et per prophetas ſeruos ſuos dominus dici
uoluit et audiri / ſed quanto maiora ſunt / que
filius loquitur / que dei ſermo qui in prophetis fu-
it propria uoce teſtatur / non iam mandans ut
pararetur uenienti uia / ſed ipſe ueniens et
viam nobis aperiens et oſtendens ut qui in
tenebris mortis errantes improuidi et ce-
ci prius fuimus / luce gratie illuminati / iter ui-
te duce et rectore domino teneremus / qui
inter cetera ſalutaria ſua monita et precep-
ta diuina / quibus populo ſuo conſuluit ad
ſalutem etiam orandi ipſe formam dedit
/ ipſe quid precaremur monuit et inſtruxit / Qui
fecit uiuere docuit et orare / benignitate
ea ſcilicet qua et cetera dare et conferre
dignatus eſt / ut cum prece et oratione quam filius
docuit apud patrem loquimur facilius audi-
amur / Iam predixerat horam uenire quando
ueri adoratores adorarent patrem in ſpiritu
et ueritate / et impleuit quod ante promiſit ut
qui ſpiritum et ueritatem de eius ſanctificatione
percepimus de traditione quoque eius uere et
ſpiritualiter adoremus / Que enim ſpiritualis po-
teſt eſſe oratio quam que a christo nobis data eſt a
quo nobis et ſpiritus ſanctus miſſus eſt / Que
uera apud patrem precatio quam que a filio
qui eſt ueritas de ore eius prolata eſt / ut
aliter orare quam docuit non ignorantia
ſola ſit ſed et culpa quando ipſe poſuerit et
dixerit / reicitis mandatum dei ut traditionem
ueſtram ſtatuatis / Oremus itaque fratres dilec-
xlvi tiſſimi ſicut magiſter deus docuit / Amica
et familiaris oratio eſt deum de ſuo rogare
ad aures eius aſcendere christi oratione / Agno-
ſcat pater filii ſui uerba cum precem facimus / qui
habitat intus in pectore ipſe ſit in uoce /
Et cum ipſum habeamus apud patrem aduoca-
tum pro peccatis noſtris / quando peccatores pro delictis
noſtris petimus / aduocati noſtri uerba prompa-
mus / Nam cum dicat / quia quodcumque petieri-
mus a patre in nomine eius dabit / quanto
efficacius impetramus quod petimus in
christi nomine / ſi petamus ipſius oratione / Sit
autem orantibus ſermo et precatio cum diſci-
plina quietem continens et pudorem /
8 Cogitemus nos ſub conſpectu dei ſtare / pla-
cendum eſt diuinis oculis / et habitu corporis
et modo uocis / Nam ut impudentis eſt
clamoribus ſtrepere / ita contra congruit
uerecundo modeſtis precibus orare / de-
nique magiſterio ſuo / dominus ſecrete nos ado-
rare precepit / in abditis et ſemotis locis
in cubiculis ipſis / Quod magis conuenit
fidei ut ſciamus deum ubique eſſe preſen-
tem / audire omnes et uidere et maieſtatis ſue
plenitudine in abdita quoque et occulta
penetrare ſicut ſcriptum eſt / Ego deus
approximans et non deus de longinquo
Si abſconditus fuerit homo in abſcon-
ditis ego ergo non uidebo eum / Nonne
celum et terram ego impleo / Et iterum
in omni loco oculi domini ſpeculantur bo-
nos et malos / et quando cum fratribus conueni-
mus et ſacrificia diuina cum dei ſacerdo-
te celebramus celebra uerecundie et
diſcipline memores eſſe debemus / non paſ-
ſim uentilare preces noſtras inconditis uo-
cibus nec petitionem commendandam mo-
deſte deo tumultuoſa loquacitate iac-
tare / quia deus non uocis ſed cordis eſt au-
ditor / Nec admonendus eſt clamori-
bus / qui cogitationes uidet probante domino
et dicente / Quid cogitatis nequam
in cordibus ueſtris / et alio loco / Et ſciant
omnes eccleſie / quia ego ſum ſcrutator renis
et cordis / Quod anna in primo regnorum
eccleſie typum portans cuſtodit et
ſeruat / que domino non clamoſa uoce nec pe-
titione ſed tacite et modeſte intra ipſas
latebras pectoris / precabatur / loquebatur
prece occulta / ſed manifeſta fide / loque-
batur non uoce ſed corde / quia ſic ſciebat deum
audire et impetrauit efficaciter quod pe-
tiit / quia fideliter poſtulauit / declarat
ſcriptura diuina que dicit / loquebatur
in corde ſuo et labia eius mouebantur
et uox penitus non audiebatur / et ex-
audiuit eam dominus / Item legimus in
pſalmis dicite in cordibus et in ſtratis ueſtris
et conpungimini / Per Ieremiam quoque hec
eadem ſpiritus ſanctus ſuggerit et do-
cet dicens / In ſenſu autem tibi debet ado-
rari deus / adorans autem fratres dilectiſſi-
mi nec illud ignoret quemadmodum in
templo cum phariſeo et publicanus ora-
uerit / Non alleuatis impudenter
ad celum oculis nec manibus inſo-
lenter erectis pectus ſuum pulſans et pecca-
ta intus incluſa conteſtans diuine miſericordie im-
plorat auxilium / Et cum ſibi phariſe-
us placeret ſanctificari / hic magis meru-
it qui ſic orauit / qui ſpem ſalutis non
in fiducia innocencie ſue poſuit cum in-
nocens nemo ſit ſed peccata confeſſus hu-
militer orauit et exaudiuit orantem qui
humilibus ignoſcit / que dominus in euangelio
ſuo ponit et dicit / Homines duo aſcen-
derunt in templum orare / unus phariſe-
us et alter publicanus / Phariſeus cum
ſtetiſſet talia apud ſe precabatur / deus
gratias ago tibi quia non ſum ſicut ceteri ho-
mines raptores iniuſti adulteri quomodo
et publicanus iſte / Ieiuno bis in ſab-
bato / decimas do de omnibus quecumque

xlvii

possides. Publicanus autem de longinquo stabat et neque oculos volebat ad celum levare sed percutiebat pectus suum dicens deus propicius esto mihi peccatori. Dico vobis descendit hic iustificatus magis in domum suam quam ille phariseus quia omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliavit exaltabitur. Hec nos fratres karissimi de divina lectione discentes postquam cognovimus ad orationem qualiter accedere debeamus, cognoscamus docente domino et quid oremus. Sic inquid orate. Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum adveniat regnum tuum fiat voluntas tua sicut in celo et in terra panem nostrum cottidianum da nobis hodie et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem sed libera nos a malo. Amen. Ante omnia pacis doctor atque unitatis magister singulatim noluit et privatim precem fieri ut quis cum precatur pro se tantum precetur. Non dicimus pater meus qui es in celis nec panem meum da mihi hodie nec dimitti sibi tantum unusquisque postulabat debita aut ut in temptationem non inducatur atque a malo liberetur pro se solo rogat. Publica est nobis et communis oratio et quando oramus non pro uno sed pro populo toto oramus quia totus unum sumus. Deus pacis et concordie magister qui docuit unitatem sic orare unum pro omnibus voluit quomodo in uno omnes ipse portavit. Hanc orationis legem servaverunt tres pueri in camino ignis inclusi consonantes in prece et spiritus consensione concordes quod declarat divine scripture fides et cum docet quomodo oraverint tales dat exemplum quod imitari in precibus debeamus ut tales esse possimus. Tunc inquid illi tres quasi ex uno ore hymnum dicebant et benedicebant dominum. Loquebantur quasi ex uno ore et nondum illos christus orare docuerat. Et ideo orantibus fuit impetrabilis et efficax sermo quia promerebatur dominum pacifica et simplex et spiritualis oratio. Sic et apostolos cum discipulis post ascensionem domini invenimus orasse. Erant inquit perseverantes omnes unanimes in oratione cum mulieribus et Maria que fuerat mater Ihesu et fratribus eius. Perseverabant in oratione unanimes orationis sue et instantiam simul et concordiam declarantes. Quia deus qui inhabitare facit unanimes in domo non admittit in eternam et divinam domum nisi apud quos est unanimis oratio. Qualia autem sunt fratres dilectissimi orationis dominice sacramenta, quam multa quam magna breviter in sermone collecta sed in virtute

f

g

spiritualiter copiosa ut nichil omnino pretermissum sit quod non in precibus nostris atque orationibus celestis doctrine compendio comprehendatur. Sic ait orate pater noster qui es in celis. Homo novus renatus et deo suo per eius gratiam restitutus pater in primo loco dicit quia filius iam esse cepit. In sua inquit propria venit et sui eum non receperunt. Quotquot receperunt eum dedit illis potestatem filios dei fieri qui credunt in nomine eius. Et qui ergo credidit in nomine eius et filius dei est hinc debet incipere ut et gratias agat et profiteatur se dei filium dum nominat patrem sibi esse in celis deum. Contestetur quoque inter prima statim nativitatis sue verba renunciasse se terreno et carnali patri et patrem solum nosse se et habere cepisse qui sit in celis sicut scriptum est. Qui dicit patri aut matri non novi te et filios suos non agnoverunt hii custodierunt precepta tua et testamentum tuum servaverunt. Item dominus in evangelio precepit ne vocemus nobis patrem in terra quod sit scilicet nobis unus pater qui in celis est. Et discipulo qui mentionem defuncti patris fecerat respondit sine mortui mortuos suos sepeliant. Dixerat enim patrem suum mortuum cum sit credentium pater vivus. Nec hoc solum fratres dilectissimi animadvertere et intelligere debemus quod appellemus patrem qui sit in celis sed et dicimus pater noster id est eorum qui credunt eorum qui per eum sanctificati et gratie spiritualis nativitate reparati filii dei esse ceperunt. Que vox etiam iudeos perstringit et percutit qui christum sibi per prophetas annunciatum et ad se prius missum non tantum spreverunt infideliter sed et crudeliter necaverunt. Qui iam non possunt patrem dicere dominum cum dominus eos confundat et redarguat dicens vos de patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere. Ille enim homicida fuit ab initio et in veritate non stetit quia veritas non est in illo. Et per Ysaiam prophetam deus clamat indignans filios genui et exaltavi ipsi autem me spreverunt. Agnovit bos possessorem suum et asinus presepe domini sui. Israel autem me non cognovit et populus meus non intellexit. Ve gens peccatrix populus plenus peccatis semen nequam filii scelesti dereliquistis dominum et in indignationem misistis illum sanctum Israel. In quorum exprobationem christiani quando oramus pater noster dicimus quia iam esse cepit et iudeorum qui eum reliquerunt esse desiit. Nec peccator populus potest esse filius sed quibus remissio peccatorum datur eis filiorum nomen ascribitur eis et eternitas repromittitur dicente domino ipso. Omnis qui facit peccatum servus est peccati. Servus autem non manet in domo in eternum. Quanta autem domini indulgentia quanta circa nos dignationis eius et bonitatis ubertas

b3

pater

xlviii

h

qui sic nos voluit oroem celebrare/ in eo
spu dei/ ut deu prem vocemus/ et ut est
xpus filius dei/ sic et nos dei filios nuncu
i pemus Qd nome nemo nrm in oroe
audet attingere n ipe nobis sic pmi
sisset orare/ meminisse itaq fres dilec
tissimi et scire debemus/ quia qn deu
prem dicim9/ qr filij dei age debemus/
ut quo nos nob de deo prem placemus/
sic sibi placeat et ille de nobis/ Conuer
sem' qi dei templa/ ut deu in nobis co
stet hitare/ nec sit degener actus nr
a spu/ ut qui spales et celestes ee cepi
mus n nisi spalia et celestia cogitem9/
et agamus qz et ipe deus dixit/ Eos
qui clarificant me clarificabo/ et q
me spernit spnetur/ Btus quoq aplus
in epla sua posuit no estis vri/ Empti
em estis pcio magno glificate uel cla
rificate et portate deu in corde vro/ p9
hc dicim9 Scificetur nome tuu/ No q
optamus deo ut sanctificet' orönib9
nris s3 q petamus a deo ut nome eius
sanctificetur in nobis Ceterum a quo
deus sanctificat' qui ipe scificat s3 qz
ipe dixit/ sancti estote qm ego scus su
Id petimus et rogamus ut qui in bap
tismo scificati sum9 in eo/ qd ee cepi9
pseuemus/ et hoc cottidie deptamur/
sanctificatio ut ... cottidie opus eni nobis est cottidiana/ delin
xlix quimus delcta nra sanctificatione as m
k sidua repurgemus/ Q aut sit scificatio
que nobis de dei dignacione coferetur
aplus pdicat dicens/ Neq fornicarij
neq ydolis suientes neq adulteri ne
q molles neq masculoz cōcubitores
neq fures neq fraudulenti neq eb
riosi neq maledici/ neq raptores reg
nu dei cosequtur Et h quidem fuis
tis s3 abluti estis s3 iustificati estis s3 sci
ficati estis in nomine dni nri ihu xpi/ et
in spu dei nri Scificatos nos dt in noe
dni nri ihu x et spu di nri h scificacio
ut in nobis pmaneat oramus/ Et quia
deus et iudex nr sanato a se et viuifica
to comiatur ia no delinquere/ neq ei
detius fiat/ hanc cotinuis orönibus p l
cem facimus hoc diebus ac noctibus
postulamus ut scificacio ac viuificacio
q de di gra sumitur ipius protectione s
l uetur/ Sequitur in oroe Adueniat regnu
tuu/ Regnu eciam dei reputari nobis
petimus sicut et nome eius ut in nob
sanctificetur postulamus/ Na deus qn
no regnat d' apud eum qd incepit q
et semp fuit et ee no desinit Nrm reg
nu petimus aduenire a deo nobis re
pmissum x sanguine et passione que
situm ut qui in seculo ante seruimus post
modum xpo dominante regnemus/ sicut
dominante
et ipe pollicetur et dicat Venite bene
dicti pris mei pcipite regnu qd uobis
patu est ab origine mundi/ pt vo fres
dilectissimi et ipe xpus ee regnu dei
qd venire cotidie cupim9 cui9 aduct9
ut cito nobis veniteur optamus Na
cum resurrectio ipe sit qz in xpo re
surgim9 sic et regnu di pt ipe intelli
gi quia in illo regnaturi sumus Bene
aut regnu di petimus id est celeste
quia est et terrestre regnu s3 qui re
nunciauit iam seculo maior e et ho
noribus eius et regno Et io qui se
deo et xpo dicat no terrena s3 celestia
regna desiderat Continua a' oroe
et pce opus e ne excidamus a regno
celesti sicut iudi quib9 hoc prius pro
missu fuit exciderut dno manifesta
te et pbante Multi venient ab oriente
et occidente et recumbent cu abraha
et isaac et iacob in regno celorum
filij aut regni eicietur in tenebras
exteriores illic erit ploracio et strdor de
tiu Ondit quia aut filij regni iudi
erant qn et filij dei ee pseuerabant
postqm cessauit circa illos nome pr
mi cessauit et regnu Et io xpiani q
in oroe appellare prem dni cepimus
nos ut et regnu veniat di i nobis o
ramus/ Addim9 quoq et dicimus fi
at volutas tua sicut in celo et in tra
No ut deus faciat qd vult s3 ut nos
face possim9 qd deus vult Nam qs
deo quo minus qd uelit faciat s3 qz
nob a diabolo obsistitur quo minus
p omnia nr animus ac actus deo obse
quatur oramus et petimus ut fiat
i nobis volutas dei que ut fiat in nob
opus est dei volutate id e ope eius et
ptectione quia nemo suis uirib9 fortis
est s3 di indulgencia et mia tutus est
denique et deus infirmitatem homis
qd portabat ondens ait pr si fieri pt
transeat a me calix iste Et exemplum
discipulis tribuens ut no volutatem
suam s3 dei faciant addidit dicens Ve
rumptn no qd ego uolo s3 qd tu Et alio loco
dicit No descendi de celo ut faciam vo
lutatem mea s3 eius qui misit me Q
si filius obaudiuit ut faceret pris vo
lutatem quato magis seruus obau
dire debet ut faciat dei volutatem si
cut in epla sua iohes quoq ad facie
dam dei volutatem hortatur et insti
tuit dicens Nolite dilige mundu neq
ea que i mundo sut Siquis dilexit mudu
no est dilectio pris in illo quia ome qd
in mudo est concupia carnis e et con
cupia oculoz et ambicio seculi que
no est a pre s3 ex concupia mudi et

et mundus transibit et concupiscentia eius. Qui autem fecerit voluntatem dei manet in eternum quomodo et deus manet in eternum. Qui in eternum manere volumus dei qui eternus est facere voluntatem debemus. Voluntas autem dei est quam Christus docuit et fecit. Humilitas in conversatione, stabilitas in fide, verecundia in verbis, in factis iusticia, in operibus misericordia, in moribus disciplina, iniuriam facere non nosse, et factam posse tollerare, cum fratribus pacem tenere, de toto corde diligere, amare in illo quod pater est, timere quia deus est, nichil Christo omnino preponere, quia nec nobis ille quicquam preposuit, caritati eius inseparabiliter adherere, cruci eius fortiter ac fidenter assistere, quando de eius nomine vel honore certamen est, exhibere in sermone constanciam qua confitemur, in questione fiduciam qua congredimur, in morte pacienciam qua coronamur. Hoc est coheredem Christi velle esse, hoc est dei facere preceptum, hoc est voluntatem patris adimplere. Fieri autem petimus voluntatem dei in celo et in terra, quod utrumque ad consummacionem incolumitatis pertinet et salutis. Nam cum corpus e terra et spiritum possideamus e celo, ipsi terra et celum sumus, et in utroque, id est corpore et spiritu, ut dei voluntas fiat, oramus. Est enim colluctacio inter carnem et spiritum, et discordantibus adversus se invicem cottidiana congressio, ut non que volumus ipsa faciamus, dum spiritus celestia et divina querit, caro terrena et secularia concupiscit. Et ideo petimus inpense inter duo ista ope et auxilio dei concordiam fieri, ut dum et spiritu et carne voluntas dei geritur, que per eum renata est anima servetur. Quod aperte atque manifeste apostolus paulus sua voce declarat. Caro inquit concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem. Hec enim invicem adversantur sibi, ut non que vultis illa faciatis. Manifesta autem sunt opera carnis. Que sunt adulteria, fornicationes, inmunditie, spurcitie, idolatrie, veneficia, homicidia, inimicitie, contenciones, emulaciones, animositates, provocationes, simulaciones, dissenciones, hereses, invidie, ebrietates, comessaciones et hiis similia, que predico vobis sicut predixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, magnanimitas, fides, mansuetudo, continencia, castitas. Et ideo cotidianis immo continuis oracionibus hoc precamur, et in terra et in celo voluntatem circa nos dei fieri. Quia hec est voluntas dei ut terrena celestibus cedant, spiritualia et divina prevaleant. Potest et sic intelligi fratres dilectissimi, ut quoniam mandat et monet deus etiam inimicos diligere, et hiis quoque

qui per se caiuntur nos orare petamus et pro illis qui adhuc terreni sunt et necdum celestes esse ceperunt, ut et circa illos voluntas dei fiat, quam Christus hominem conservando et redintegrando perfecit. Nam cum discipuli ab eo non iam terreni appellentur, sed sal terre, et apostolus primum hominem vocet de limo terre, secundum vero de celo, merito et nos qui esse debemus patri deo similes qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos, sic Christo monente oramus et petimus, ut precem pro omnium salute faciamus, ut quomodo in celo, id est in nobis per fidem nostram, voluntas dei facta est, ut essemus de celo, ita et in terra, hoc est in illis credentibus, fiat voluntas dei, ut qui sunt adhuc prima nativitate terreni incipiant esse celestes ex aqua et spiritu nati. Procedente oracione postulamus et dicimus: Panem nostrum cottidianum da nobis hodie. Quod potest et simpliciter et spiritualiter intelligi, quia et utrumque intellectus utilitate divina proficit ad salutem. Nam panis vite Christus est, et panis hic omnium non est, sed noster est. Et quomodo dicimus pater noster, quia in[tellectus est]telligencium et credencium pater est, sic et panem nostrum vocamus, quia Christus eorum qui corpus eius contingunt panis est. Hunc autem panem dari nobis cotidie postulamus, ne qui in Christo sumus et eucharistiam cotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abstenti et non communicantes a celesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur, ipso predicante et monente: Ego sum panis vite qui de celo de celo descendi. Si quis ederit de pane meo vivet in eternum. Panis autem quem ego dedero caro mea est pro seculi vita. Quando ergo dicit in eternum vivere si quis ederit de pane eius, ut manifestum est eos vivere qui corpus eius attingunt et eucharistiam iure communicationis accipiunt, ita timendum est et orandum ne dum quis abstinet, separetur a Christi corpore, remaneat a salute, comminante ipso et dicente: Nisi ederitis carnem filii hominis et biberitis sanguinem eius, non habetis vitam in nobis. Et ideo panem nostrum, id est Christum, dari nobis petimus cotidie, ut qui in Christo manemus et vivimus a sanctificatione et corpore non recedamus. Potest vero et sic intelligi, ut qui seculo renunciavimus et divicias eius et pompas fide gracie spiritualis abiecimus, cibum nobis tantum petamus et victum, cum instruat dominus et dicat: Qui non renunciaverit omnibus que sunt eius, non potest meus esse discipulus. Secundum vocem magistri sui renuncians omnibus diurnum debet cibum petere, nec in longum desiderium peticionis nostre extendere, ipso iterum domino prescribente et dicente: Nolite in crastinum cogitare. Crastinus enim dies

// non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra fidelis et iustus // est deus qui nobis peccata re[mittat]

ipse cogitabit sibi. Sufficit diei malici
a sua. Merito quod Christi discipulus victum
sibi in diem postulat, qui de crastino co
gitare prohibetur, quia et contrarium sibi fit et
repugnans, ut queramus in seculo diu
vivere, qui petimus et regnum dei veloci
ter advenire. Sic et beatus apostolus monet
informans et corroborans spei nostre ac
fidei firmitatem. Nichil inquit intulimus
in hunc mundum verum neque auferre quid pos
sumus. Habentes itaque victum et tegume
Bona est oracio cum ieiunio et elemosina, quia elemosina a
morte liberat, et ipsa purgat peccata. Ostendit
oraciones nostras ac ieiunia minus posse, nisi
elemosinis adiuventur, deprecationes solas
parum ad impetrandum valere, nisi factorum et operum
accessione sacientur. Revelat angelus et
manifestat et firmat, elemosinis peticiones nos
tras efficaces fieri, elemosinis vitam de periculis
redimi, elemosinis animas a morte liberari. Nec sic
fratres karissimi ista proferimus, ut non quod Ra
phael angelus dixit, veritatis testimonio
comprobemus. In actibus apostolorum facti fides
posita est, et quod elemosinis non tantum a secundis sed et
a prima morte anime liberentur, geste et imple
te rei probatione compertum est. Tabita o
peracionibus iustis elemosinis prestandis, plurimum de
dita cum infirmata et mortua esset, ad tabida
ver exanime petrus accitus est, qui cum i
pigre pro apostolica humanitate venisset, cir
cumsteterunt eum vidue flentes et rogantes,
pallia et tunicas, et omnia illa que prius sump
serant induimenta monstrantes, nec pro defuncta
suis vocibus, sed ipsius operibus deprecan
tes. Sensit petrus impetrari posse, quod sic pe
tebatur, nec defidit futurum christi auxilium vi
duis deprecantibus, quando esset in ipsis ipse vesti
titus. Cum itaque genibus nixus orasset et
viduarum et pauperum idoneus advocatus,
legatas sibi preces ad dominum protulisset, con
versus ad corpus, quod in tabula iam lotum
iacebat, Tabita inquid exurge in nomine
ihesu christi. Nec defuit petro, quo minus statim
ferret auxilium, qui in ewangelio dixerat dari quicquid
esset fuisset in eius nomine postulatum. Mors
itaque suspenditur et spiritus redditur et
mirantibus cunctis ac stupentibus, ad hanc
mundi denuo lucem redivivum corpus anima
tum potuerunt merita, tantum opera iusta va
luerunt. Que laborantibus viduis largita
fuerat subsidia vivendi, meruit ad vitam
viduarum peticione revocari. Itaque in ewangelio
dominus doctor vite nostre et magister salutis eterne vi
vificans credencium populum, et in vivificatis
consulens in eternum, inter sua mandata divina
et precepta celestia, nichil crebrius mandat et
precipit, quam ut insistamus elemosinis dandis, nec ter
renis possessionibus incubamus, sed celestes
thezauros pocius recondamus. Vendite in
lxix quid res vestras et date elemosinam. Et iterum Thezau
rizate vobis thezauros in celo, ubi neque
tinea neque comestura exterminat, et ubi fures
non effodiunt nec furantur. Ubi enim fuerit the
zaurus tuus illic erit et cor tuum. Et cum ob
servata lege perfectum et consumatum vellet osten
dere, Si vis perfectus esse vade et vende omnia
tua et da egenis et habebis thezaurum
in celo, et veni sequere me. Item alio loco
negociatorem celestis gracie et comparatorem sa
lutis eterne distractis omnibus rebus suis
preciosam margaritam hoc est vitam et
nam christi cruore preciosam de quantitate patri
monii sui dicit debere mercari, dicens Simile in quo
est regnum celorum homini negociatori que
renti bonas margaritas, ubi autem invenit
preciosam margaritam abiit et vendidit omnia
que habuit et emit illam. Eos denique et ab
rahe filios dicit, quos in iuvandis alendis
que pauperibus operarios cernit. Nam cum zache
us dixisset Ecce dimidium ex substantia mea
do egenis, et si cui quid fraudavi qua
druplum reddo, Respondit ihesus Quia salus
huic domui facta est, quoniam et hic filius est
abrahe. Nam si abraham credidit deo
et deputatum est ei ad iusticiam, utique qui
secundum preceptum dei elemosinas facit, deo credit
et qui habet fidei veritatem servat dei
timorem. Qui autem dei timorem servat in
miseracionibus pauperum deum cogitat, o
peratur enim ideo quia credit quod sciat vera
esse que predicta sunt verbis dei, nec scripturam
sanctam posse mentiri, arbores infructuosas
id est steriles homines excidi et in ignem
mitti, misericordes ad regnum vocari. Qui et
alio in loco operarios et fructuosos fideles
appellat, infructuosis vero et sterilibus
fidem et sterilibus fidem derogat dicens
Si in iniusto mamona fideles non fuis
tis quod est verum quis credet vobis, et si in
alieno fideles non fuistis, vestrum quis da
bit vobis. Si verearis et metuis, ne si
operari plurimum ceperis, patrimonio tuo lar
ga operacione finito finito, ad penuri
am forte redigaris, Esto in hac parte
intrepidus, esto securus. Finiri non potest
unde in usus christi impenditur, unde opus
celeste celebratur. Nec hoc tibi de meo
spondeo, sed de scripturarum spiritualium fide et de
divine pollicitacionis auctoritate pro
mitto. Loquitur per salomonem spiritus sanctus
et dicit, qui dat pauperibus numquam egebit,
Qui autem avertit oculum suum in magna
penuria erit. Ostendens misericordes atque operan
tes egere non posse, magis parcos et steri
les ad inopiam postmodum devenire. Item
beatus apostolus paulus, dominice inspiracionis
gracia plenus, Qui administrat inquit se
men seminanti et panem ad edendum
prestabit et multiplicabit seminacionem
vestram et augebit incrementa fructuum ius
ticie vestre, ut in omnibus locupletemini. Et
iterum Administratio huius officii non tantum
supplebit ea que sanctis desunt, sed habundabit

per multam gratiarum actionem in domino. Cum dum
gratiarum actio ad dominum pervenit atque operacionibus
nostris pauperum orare dirigitur, census operantis
dei retribucione cumulatur. Et dominus in ewangelio
iam tunc eiusmodi hominum corda consideras
et perfidis et incredulis precia voce denun
lxx. tians contestatur et dicit. Nolite cogi
tare dicentes, quid edemus aut quid bibe
mus aut quid vestiemur. Hec enim naciones que
runt. Scit enim pater vester quia horum omnium indige
tis, querite ergo primum regnum dei et iusticiam
am et omnia ista apponentur vobis. His
omnia apponi dicit et tradi qui regnum dei
et iusticiam querunt. Eos enim dominus cum iu
dicii dies venerit ad percipiendum regnum
dei dicit admitti qui fuerant in ecclesia
eius operati. Metuis ne patrimonium tuum
forte deficiat, si operari ex eo largiter
ceperis, et nescis miser quia dum times ne
res familiaris deficiat vita ipsa et sa
lus deficit, et dum nequid de rebus tu
is minuatur attendis, non respicias quod ipse
minuaris amator magis mamone quam
anime tue, ut dum times ne pro te pa
trimonium tuum perdas, ipse pro patrimonio pereas.
Et ideo bene apostolus hoc clamat, et dicit. Nichil
intulimus in hunc mundum, verum nec auferre
quid possumus. Habentes itaque exhibitorem
et tegumenta, hys contenti simus. Qui
autem volunt divites fieri incidunt in temp
tacionem et muscipulas et desideria mul
ta et nocencia, que mergunt hominem in perdi
cionem et in interitum. Radix enim omnium ma
lorum est cupiditas, quam quidam appetentes
naufragaverunt a fide et inseruerunt
se doloribus multis. Metuis ne forte
patrimonium tuum forte deficiat, si operari ex
eo largiter ceperis. Quando enim factum est ut
iusto possint deesse subsidia, cum scriptum
sit. Non occidet fame dominus animam iusti.
Helias in solitudine corvis ministranti
bus pascitur et danieli in lacum ad leonum
predam iussu regis incluso prandium divini
tus apparatur. Et tu metuis ne operanti et
dominum promerenti desit alimentum, quando in ewangelio
ipse ad exprobacionem eorum quibus mens
dubia est et fides parva contestetur et di
cat. Aspiciate volatilia celi, quoniam non semi
nant neque metent, neque colligunt in hor
rea et pater vester celestis alit illa. Nonne
vos pluris estis illis. Volucres deus
pascit, et passeribus alimenta diurna
prestantur, et quibus nullus divine rei
sensus est, eis nec potus nec cibus de
est. Tu christiano, tu dei servo, tu operibus
bonis dedito, tu domino suo caro, aliquid existi
mas defuturum. Nisi si putas, quia qui christum
pascit, a christo ipse non pascitur, aut eis ter
rena deerunt, quibus celestia et divina
tribuuntur. Unde impia et sacrilega ista men
dicatio, unde hec incredula cogitacio.
Quid in domo fidei perfidum pectus, quid qui
christo omnino non credit, appellatur et dicitur
christianus. Pharisei tibi magis nomen congruit
nomen. Nam cum dominus dicit in ewangelio
de elemosinis disputaret. Et ut nobis amicos
de terrestribus lucris provida operatione fa
ceremus, qui nos postmodum in tabernacula
eterna susciperent, fideliter ac salubriter pre
moneret, addidit post hec scriptura dicens.
Audiebant autem hec omnia pharisei, qui
erant cupidissimi et irridebant. Qua
les nunc in ecclesia quosdam videmus, quorum
preclause aures et corda cecata, nullum de
spiritalibus ac salutaribus monitis lumen
admittunt, de quibus mirari non oportet
quod contempnant in rebus tatibus servum, quando a ta
libus ipsum dominum videamus esse contemptu.
Quid tu istis ineptis et stultis cogitacioni
bus plaudis, quasi metu et sollicitudine
futurorum ab operibus retarderis. Quid um
bras et prestigias, quasdam varie excu
sacionis obtendis. Confitere immo que vera
sunt, et quia scientes non potest fallere, secreta
et abdita mentis exprime. Obsederunt
animam tuam sterilitatis tenebre, et inde
recedente lumine veritatis, carnale pectus
alta et profunda avaricie caligo ce
cavit. Pecunie tue captivus et servus
es, cathenis cupiditatis et vinculis
ligatus es, et quem iam solverat christus de
nuo vinctus es. Servas pecuniam que te
non servata servat, patrimonium cumulas, quod
te pondere suo onerat. Nec meministi quid
deus responderit diviti exuberantem fructuum
copiam stulta exultacione iactanti. Stul
te, inquit hac nocte anima tua expostulatur,
que ergo parasti cuius erunt. Quid divicias tuis so
lus incubas, quid in penam tuam patrimonii
pondus exaggeras, ut quo locupletior
seculo fueris, pauperior deo fias. Redditus tu
os divide cum domino tuo. Fructus tuos partire cum
christo. Fac tibi possessionum terrestrium christum participem
pem ut et ille te faciat sibi regnorum
celestium coheredem. Erras et falleris quisquis
te in seculo divitem credis. Audi in apocalipsi
domini tui voce, eiusmodi homines iustis obiur
gacionibus increpantem, inquit. Dives dicis
sum, et ditatus sum, et nullius rei egeo
et nescis quoniam tu es miser et pauper et cecus
et nudus. Suadeo tibi emere a me aurum igni
tum de igne ut sis dives, et vestem albam
ut vestiaris et non appareat in te feditas
nuditatis tue, et collirio unge oculos tu
os ut videas. Qui ergo locuples et dives
es, eme tibi a christo aurum ignitum, ut sordibus
tuis tanquam igne decoctis, esse aurum mundum
possis, si elemosinis et iusta operatione purgeris.
Eme tibi albam vestem ut qui secundum adam
nudus fueras et horrebas, ante deformis

induméto x candido uestiaris/ et q matro
na locuples et diues es/ unge oculos tu
os no stibio dyaboli/ s; collio xpi/ ut pue
nire ad videndu deu possis/ du deu et o
pibus et moibus pmereris/ Cetem que
talis es nec opari in ecclia potes/ Egente
em et pauperem no uident oculi supfusi
nigrorib tenebris et nocte cooperti/ locu
ples et diues dnicu celebrare te credis qui
corbona omo no respicis/ q in dnicu sine
sacrificio venis q partem de sacrificio qd
paup obtulit sumis/ Intuere in ewanglio
viduam preceptor celestium memorem int
ipas pssuras et angustias egestatis o
perantem in gazophilacio duos q sola si
bi fuerant minuta mittentem/ Quam cu aduer
teret dns et uidet no de patrimonio s; de
animo opus eius examinans et considerans
no quantu s; ex quanto dedisset rndit et
dixit Amen dico vobis/ qm vidua ista om
nibus plus misit in dona dei/ Omnes enim
isti deo ex habundanti illis miserunt in dona
dei/ hec aut de inopia sua omnem quamuis
huit uictum misit/ Multum beata mulier et
gloriosa que etiam ante diem iudicii meru
it iudicis uoce laudari/ pudeat diuites
sterilitatis atq; infelicitatis sue/ vidua et
inops uidua inope inuenitur/ Et cu q ommi
a que dantur pupillis et uiduis confe
rantur/ dat illa qm oportebat accipe ut sti
amus que pena sterilem diuitem ma
neat qm hoc documento operari etiam pau
peres debeant/ atq; ut intelligamus hec opera
deo dari et qu quisq; hec faciat deum pro
mereri xpus illud dei appellat et in do
na dei viduam duos quadrantes misisse
signat ut magis ac magis possit esse mani
festum/ Quia qui miseretur pauperi deo
fenerat s; nec illa res fres karmi ab omnis
opibus et iustis refrenet et reuocet xpia
num q excusari se posse aliquis existimet
beneficio filiorum qm in impensis spalibus xpm
cogitare q accipe se pfessus est studeam
nec eo filios liberis nris sed dnm pferam
ipo instruente et monente/ Qui diligit ali
quid prem aut matrem sup me no e me dignus
Item in deutronomio ad corroboracoem fi
dei et dilectoem di parila conscripta sunt Qui
dicit matri aut patri no noui te et fili
os suos no agnouerunt hij custodierunt p
cepta tua et testamentu tuu seruauerunt/
Nam si deu toto corde diligimus nec parentes
nec filios deo pferre debemus/ Quod et iohes
in epla sua ponit caritatem di apud eos
no esse quos uidemus operari in paupem nolle
Qui habuerit inquid substantiam mundi et uiderit
fratrem suu desiderantem et clauserit viscera
sua quo caritas di manet in illo Si enim
deus elis pauperum feneratur et cu datur
minimis xpo datur/ no est q quis terrena
celestibus pferat nec diuinis humana p
ferat Sic uidua illa in tercio regum libro
cu in siccitate et fame/ consumptis omnibus
de modico farre et oleo/ qd superfuerat/ fe
cisset subcinericium panem/ quo assumpto
moritura cu liberis esset/ superuenit he
lias/ et petit sibi prius ad edendu dari
tunc qd superfuisset/ inde illa cu filiis suis
uesci/ nec obtemperare illa dubitauit/ aut
helie filios in fame et egestate p
posuit sit abea immo in conspectu dei qd deo
placeat prompte ac libenter qd petebatur
offertur nec de habundantia porcio s; de
modico totu datur/ et esurientibus liberis
alter prius pastus/ neq; in penuria et fa
me cibus ante cogitatur ut dum
inope carnaliter uita contempnitur spaliter
anima seruetur/ helias itaq; typum xpi
gerens et q ille pro misericordia uicem singulis
reddat ondens rndit et dixit/ hec di
cit dns ydrea farris no deficiet
et capsaces olei no minuetur/ usq; in
diem quo dabit dns imbrem sup ter
ram secundum diuine pollicitacoinis fidem
multiplicata sunt uidue/ et cumulata
q pstitit et opibus iustis ac misericordiis lxxiij
augmenta et incrementa sumentibus far
ris et olei/ uasa conpleta sunt Nec filiis
abstulit mater qd helye dedit/ sed magis
contulit filiis qd benigne et pie fecit
et illa no dum xpm sciebat no dum precep
ta eius audierat/ no cruce et passione
eius redempta/ cibu et potu/ pro sang
uine rependebat/ ut ex hoc appeat
quantu in ecclia peccet/ qui se et filios xpo
anteponens/ diuicias suas seruat/ Nec
patrimoniu copiosum cu indigencia pau
pertatis communicat/ Sed enim multi sunt in domo
liberi et retardat te numerositas filiorum/
quo minus largiter bonis operibus insistas
At qm hoc ipo operari amplius debes/
quo multorum pignerum pater es/ plures sibi
pro quibus dnm depreceris/ multorum delic
ta redimenda sunt/ multorum purgande
consciencie multorum aie liberande/ Vt in
hac vita seculari/ alendis sustinendis
q; pignoribus/ quo maior est numerus/ hoc
maior et sumptus est/ ita et in uita spiritua
li atq; celesti/ quo amplior fuerit pigne
rum copia/ esse maior et operum debet
impensa Sic iob sacrificia numerosa pro
liberis offerebat/ quantusq; erat in do
mo pignerum numerus/ tantus dabatur deo
et numerus hostiarum/ Et qm cotidie deesse
no potest q peccetur in conspectu di sacrificia
cotidiana no deerant/ quibus possent peccata
tata tergi/ probat scriptura dicens/ Iob ho
uerus et iustus/ habuit filios vij et fi
lias iij/ et emundabat illos offerens pro
eis hostias deo/ secundum numerum illorum et

pp̄tis coꝝ uitulum vnum/ Si ergo vere filios
tuos diligis/ si eis exhibes plenam et
paternam dulcedinem caritatis/ operari
magis debes ut filios tuos iusta opera-
tione deo commendes. Nec cum liberis tuis
cogites patrem/ qui et temporalis et infir-
mus es/ sed illum pares/ qui eternus et fir-
mus filiorum spiritalium pater est/ Illi assigna
facultates tuas/ quas heredibus ser-
uas/ Ille sit liberis tuis tutor/ ille cura-
tor ille contra omnes iniurias seculares di-
uina maiestate protector/ Patrimonium deo
creditum/ nec res publica eripit/ nec
fiscus inuadit/ nec calumpnia aliqua
forensis euertit/ In tuto hereditas ponitur
que deo custode seruatur/ hoc est caris
pignoribus in posterum prouidere/ hoc est fu-
turis heredibus paterna pietate consulere/
secundum fidem scripture sancte dicentis/ Iunior
fui et senui et non uidi iustum derelictum
nec semen eius querens panem. Tota die
miseretur et fenerat et semen eius in
benedictione est. Et iterum. Qui conuersatur
sine uituperatione in iusticia beatos filios re-
linquit/ Preuaricator itaque et prodi-
tor pater es/ nisi filiis tuis fideliter consulas
nisi conserues eis religiosa et uera pieta-
te prospicias/ qui studes terreno magis quam
celesti patrimonio filios tuos diabolo magis
commendare quam christo/ bis delinquis et ge-
minum ac duplex crimen admittis/ et quod non
preparas filiis tuis dei patris auxilium/ et quod
doces filium patrimonium plus amare quam
christum/ Esto potius liberis tuis pater talis
qualis thobias extitit. Da utilia et sa-
lutaria precepta pignoribus qualia ille
lxxiiii. filio dedit. Manda filiis tuis quod et ille
mandauit dicens. Et nunc fili mando uo-
bis. Seruite deo in ueritate et facite coram
illo quod illi placet/ et filiis uestris manda-
te ut faciant iusticiam et elemosinas/ et sint
memores dei/ et benedicant nomen eius
omni tempore/ Et iterum omnibus diebus
uite tue/ deum in mente habe et noli pre-
terire precepta eius. Iusticiam fac omni-
bus diebus uite tue et noli ambulare
uiam iniquitatis quoniam agente te ex ueri-
tate/ erit respectus operum tuorum/ Ex substantia tu-
a fac elemosinam/ et noli auertere faciem tuam
ab ullo paupere/ Ita fiet ut nec a te a-
uertatur facies dei/ prout habueris fili sic
fac/ Si tibi fuerit copiosa substantia/ plus ex illa
fac elemosinam/ si exiguum habueris/ ex hoc
ipso exiguo communica/ et ne timueris
cum facis elemosinam/ premium bonum reponis tibi
in diem necessitatis/ quia elemosina a morte libe-
rat et non patitur ire in tenebras/ Mu-
nus bonum est elemosina omnibus/ qui faciunt eam
v. coram deo. Quale munus est fratres karissimi
cuius editio deo spectante celebratur/ Si in gentilium

munere grande et gloriosum uidetur/ proconsules
uel imperatores habere presentes/ et apparatus
ac sumptus apud munerarios maio-
res ut possint placere maioribus/ quanto il-
lustrior muneris et maior est gloria deum
et christum spectatores habere/ quanto istic et
apparatus uberior/ et sumptus largior/ ex-
hibendus est ubi ad spectaculum conue-
niunt celorum uirtutes/ conueniunt angeli omnes/
ubi munerario non quadriga uel consula-
tus petitur/ sed uita eterna prestatur/ nec cap-
tatur inanis et temporarius fauor uulgi/
sed perpetuum premium regni celestis accipitur/
Atque ut pigros et steriles et cupiditate
nimia nichil circa fructum salutis opera-
tes magis pudeat ut plus conscientiam de-
decoris ac turpitudinis sue robur cedat/
ponat unusquisque ante oculos suos dia-
bolum cum suis seruis/ id est cum populo perditionis
et mortis/ In medium prosilire plebem
christi et presentem iudicante ipso comparationis
examine prouocare dicentem/ Ego pro
istis quos mecum uides/ nec alapas ac-
cepi nec flagella sustinui nec crucem
pertuli nec sanguinem fudi/ nec familiam
meam precio passionis et cruoris redemi
sed nec regnum illis celeste promitto/ nec ad
paradisum restituta inmortalitate denu-
o reuoco/ et munera mihi quam preciosa quam gran-
dia quam nimio et longo labore quesita
sumptuosissimis apparatibus comparant re-
bus suis uel obligatis in muneris ap-
paratione uel uenditis. Ac nisi editio ho-
nesta successerit/ iniuriis ac sibilis ei-
ciuntur/ et furore populari nonnumquam pene la-
pidantur/ Tuos tales munerarios christe
demonstra/ illos diuites/ illos copiosis opibus
affluentes/ an in ecclesia presidente et spec-
tante te eiusmodi munus edant/ oppigne-
ratis uel distractis rebus suis/ immo ad ce-
lestes thesauros mutata in melius posses-
sione translatis/ In istis muneribus meis
caducis atque terrenis nemo pascitur/ nemo
uestitur/ nemo cibi alicuius aut potus
solacio sustinetur/ Cuncta inter furorem
edentis et spectantis errorem prodiga
et stulta uoluptatum frustranea ua- lxxv.
nitate depereunt/ Illic in pauperibus tuis
tu uestiris et pasceris tu eternam uitam
operantibus polliceris et uix tamen meis
pereuntibus adequantur qui a te diuinis
mercedibus et premiis celestibus honorantur.
Quid ad hec respondemus fratres karissimi/ Steri-
litate et quadam tenebrarum nocte co-
opertas diuitum mentes qua ratione defen-
dimus/ qua excusatione purgamus/ qui dia-
boli seruis minores sumus ut christo pro precio
passionis et sanguinis uicem nec in mo-
dicis rependamus/ Precepta ille dedit
nobis/ quid facere seruos eius oporteat

instruxit/ operantibus premium pollicetur/
supplicium sterilibus comminatur/ Sermonem
suam protulit quo iudicaturus sit ante
predixit que pro excusacio esse cessanti
que defensio sterili non quod non fecerit bono
quod precepit dominus faciet quod comminatur qui et di
cit Cum venit filius hominis in claritate lxxvij. a
sua et omnes angeli cum eo tunc sedebit
in throno claritatis sue/ et colligentur
ante eum omnes gentes et segregabit eos
ab inuicem/ quemadmodum segregat pas
tor oues ab edis/ et statuet oues ad
dexteram suam edos autem ad sinistram/
Tunc dicet rex eis qui ad dexteram sua
sunt/ Venite benedicti patris mei percipite
regnum quod vobis paratum est ab origine mun
di/ Esuriui enim et dedistis michi manducare
Sitiui et potastis me/ hospes fui et ad
duxistis me. Nudus et texistis infirma
tus sum et visitastis me/ In carcere fui
et venistis ad me Tunc respondebunt ei iusti
dicentes/ domine quando vidimus te esurientem
et pauimus/ sicientem et potauimus
Quando vidimus te hospitem et adduximus/
nudum et vestiuimus/ quando te vidimus
infirmari et in carcere et venimus ad te
Tunc respondens rex dicit eis/ Amen amen di
co vobis Quod vni fecistis vni horum ex fratri
bus meis michi fecistis/ Tunc dicet qui a
sinistris eius erunt discedite a me ma
ledicti in ignem eternum qui paratus est
dyabolo et angelis eius/ Esuriui enim
et non dedistis michi manducare/ Sitiui et
non potastis me etc. Tunc respondebunt et ipsi
dicentes/ domine quando vidimus te esurientem
aut sicientem aut hospitem aut nudum aut
infirmum aut in carcere et non ministrauimus
tibi et respondebit illis Amen dico vobis
quamdiu non fecistis vni ex minimis meis
hiis neque michi fecistis et abibunt isti in
combustionem eternam iusti autem in vitam
eternam/ Quid potuit nobis maius xpistus
edicere/ quo magis potuit iusticie ac
misericordie nostre opera prouocare/ quam quod pro se statui dixit
sibi/ quicquid egenti prestetur/ et pauperi
ut qui respectu fratris in ecclesia non mouetur/
uel xpisti contemplatione moueatur/ et
qui non cogitat in labore atque in egesta
te conseruum/ vel dominum cogitet in ipso illo
quem despicit constitutum/ Et ideo fratres karissimi
quibus metus in deum prior est et spreto
calcato que iam mundo/ ad superna et diuina
animus iam erectus est in fide plena
mente deuota/ operatione continua promme
rendo deum/ obsequium prebeamus/ Demus
xpisto vestimenta terrena/ et indumenta celes
tia recepturi/ Demus cibum et potum secula
rem cum abraham ysaac et iacob ad
conuiuium celeste venturi/ Ne parum metta
mus/ plurimum semienimus Securitati ac
salutis eterne/ dum tempus est consulamus/
paulo apostolo ammonente et dicente/ Ergo
dum tempus habemus operemur bonum quod est
ad omnes/ maxime autem ad domesticos
fidei Bonum autem facientes non deficiamus/
tempore enim suo metemus/ Cogitemus ergo
fratres dilectissimi quid sub apostolis fecerit
credentium populus/ quando in ipsa primordia
maioribus virtutibus mens vigebat/ quando
credentium fides nouo adhuc fidei calore
feruebat/ domicilia tunc et predia vendu
dabant/ et dispensanda pauperibus
quantitate libenter et largiter apostolis offe
rebant terreno patrimonio vendito atque
distracto/ fundos illuc transferentes
ubi fructus caperent possessionis eterne
illic comparantes domos/ ubi inciperent ha
bitare Talis tunc fuit in operacionibus
cumulus/ qualis in dilectione consensus sic
legimus in actibus apostolorum Turba autem
corum que crediderant/ anima ac mente vna
agebant/ nec fuit inter illos discrimen
vllum/ nec quicquam suum iudicabant/ ex bo
nis que eis erant/ sed fuerunt illis omnia
communia/ hoc est vere dei filium
fieri hoc est lege celesti equitatem dei
patris imitari/ Quodcumque enim dei est in nostra
vsurpatione commune est/ nec quisquam a beni
ficiis eius et muneribus arcetur/ quo
minus omne humanum genus bonitate
ac largitate diuina equaliter perfruatur/
Sic equaliter dies illuminat/ sol radiat
imber rigat/ ventus aspirat/ et dormi
entibus vnus est sompnus/ et stellarum
splendor ac lune communis est/ Quo equitatis
exemplo/ qui possessor in terris redditus
ac fructus suos cum fraternitate partitur dum
largicionibus gratuitis communis ac iustus est/
dei patris imitator est/ Que illa erit fratres karissimi
operantium gloria/ quam grandis et summa leticia
cum plebem suam dominus ceperit recensere/ et meritis
atque operibus nostris premia promissa contribu
ens pro terrenis celestia pro temporalibus sempiterna
pro modicis magna prestare/ offerre nos
patri cui nos sua sanctificatione restituit/ et im
mortalitatem nobis et immortalitatem que largiri ad
quam nos sanguinis sui viuificatione reparauit
reduces ad paradisum denuo facere/ regna
celorum fide et veritate sue pollicitationis
aperire Hec haveant firmiter sensibus nostris/
hec intelligantur plena fide hec toto corde
diligantur/ hec indesinenter operum magnanimitate
redimantur/ preclara et diuina res fratres karissimi
salutaris operacio solacium grande credencium/
securitatis nostre salubre presidium/ munimen
tum spei/ tutela fidei/ medela peccati/ reposita in
potestate facientis/ res et grandis et facilis
sine periculo persecucionis/ corona pacis vnum di
uinius et maximum infirmis necessarium fortibus
bus gloriosum/ quo xpistianus adiutus perfert

gratiam spiritalem promerentes Christum iudicem Deum
computat debitorem. Ad hanc operum salutarium palmam libenter ac prompte certemus
omnes in agone iusticie Deo et Christo spectante curramus, et qui seculo et mundo
maiores esse iam cepimus cursum nostrum
nulla seculi et mundi cupiditate tardemus.
Si expeditos si veloces si in hoc operis
agone currentes dies nos vel redditionis
vel persecutionis invenerit, nusquam Dominus meritis nostris ad premium deerit. In pace vincentibus coronam candidam pro operibus dabit,
in persecutione purpuream pro passione geminabit. Amen. Explicit. Incipit de paciencia

lxxvii. b. De bono paciencie

De paciencia locuturus fratres dilectissimi et utilitates eius et commoda predicaturus, unde potius incipiam quam quod nunc quoque ad audienciam vestram paciencie video esse necessariam, ut nec hoc ipsum quod auditis et discitis sine paciencia facere possitis.
Tunc enim demum sermo Dei et ratio salutaris efficaciter discitur si patienter quod dicitur
audiatur. Nec invenio fratres dilectissimi
inter ceteras discipline celestis vias quibus
consequenda ad consequenda divinitus premia fidei ac spei nostre
secta dirigitur, quid magis sit vel utilius
ad vitam vel maius ad gloriam quam ut qui preceptis dominicis obsequio timoris et devotionis innitimur pacienciam maxime tota
observatione tueamur. Hanc se sectari philosophi quoque profitentur, sed tam illic paciencia falsa est quam et falsa sapiencia est. Unde
enim vel sapiens esse vel paciens possit
qui nec sapienciam nec pacienciam Dei novit,
quando ipse de hiis qui sibi sapere in mundo videntur moneat et dicat: Perdam sapienciam
sapiencium et prudenciam prudencium reprobabo. Item beatus apostolus Paulus plenus
Spiritu Sancto et ad vocandas formandasque gentes missus contestetur et instruat dicens:
Videte ne quis vos depredetur per philosophiam
et inanem fallaciam secundum traditionem hominum
secundum elementa mundi et non secundum Christum quia
in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis.
Et alio loco: Nemo se inquit decipiat; si quis
putat se esse sapientem in vobis, in mundo hoc
stultus fiat ut fiat sapiens. Sapiencia enim
mundi huius stulticia est apud Deum. Scriptum
est enim: Reprehendam sapientes in astucia
ipsorum. Et iterum: Cognovit Deus cogitationes
Quare si sapiencia, paciencia sapiencium quoniam sunt stulte. Si illic vera non est
esse non potest et vera sapiencia, nam si paciens ille
est qui est humilis et mitis, philosophos autem nec
humiles videamus esse nec mites, sed sibi multum placentes et hoc ipso quod sibi placeant Deo displicentes, apparet illic non esse
pacienciam ubi sit insolens affectate libertatis audacia et exerti et seminudi pectoris inverecunda iactancia. Nos autem
fratres dilectissimi qui philosophi non verbis sed factis
sumus, nec vestitu sapienciam sed veritate preferimus, qui virtutum conscienciam magis quam
iactanciam novimus, qui non loquimur magna
sed vivimus, quasi servi et cultores Dei pacienciam
quam magisteriis celestibus discimus obsequiis spiritualibus prebeamus. Est enim nobis cum Deo virtus
ista communis. Inde paciencia incipit, inde claritas eius
et dignitas caput sumit. Origo et magnitudo paciencie Deo auctore procedit. Diligenda
res homini que Deo cara est. Bonum quod amat [illegible] maiestas
divina commendat. Si Dominus nobis et pater Deus
est, sectemur pacienciam Domini pariter et patris quia
et servos oportet esse obsequentes et filios non
decet esse degeneres. Qualis vero in Deo et c
quanta paciencia, qui contumeliam maiestatis
sue et honoris instituta ab hominibus
prophana templa et terrena figmenta et sacra sacrilega patientissime sustinens
super bonos et malos equaliter facit diem
nasci et lumen solis oriri, et cum imbribus
terras rigat nemo a beneficiis eius excluditur
quominus iustis similiter et iniustis indiscretas pluvias largiatur. Videmus inseparabili equitate equalitate paciencie lxxviii
nocentibus et innoxiis religiosis et impiis
gratias agentibus et ingratis Dei nutu tempora
obsequi, elementa famulari, spirare ventos, fontes fluere, grandescere copias messium,
fructus maturescere vinearum, exuberare
pomis arbusta, nemora frondescere, prata
florere. Et cum crebris immo continuis exacerbationibus
offensus Deus indignationem suam temperat et
prestitutum semel retributionis diem patienter
expectat. Et cumque habeat in potestate vindictam
mavult diu pacienciam sustinens scilicet clementer et differens ut si fieri potest multum malicia protracta aliquando mutetur et homo errorum
et scelerum contagione volutatus vel sero
ad Deum convertatur, ipso monente et dicente:
Nolo mortem morientis quantum ut revertatur
et vivat. Et iterum: Revertimini ad me dicit
Dominus. Et iterum: Convertimini ad Dominum Deum vestrum,
quia misericors et pius est et paciens et
multe miserationis et qui sententiam flectat
adversus malicias irrogatas. Quam beatus
Paulus apostolus commemorans et peccatorem
ad penitenciam revocans proponit et dicit: An
ignoras quod opulenciam bonitatis eius et sustinencie et pacienciam contempnis ignorans
quoniam paciencia bonitatis Dei ad penitenciam te adducit? Tu autem secundum duriciam tuam et cor impenitens thezaurizas tibi iram in die
ire et revelationis iusti iudicii Dei qui
reddet unicuique secundum opera sua. Iustum
iudicium Dei dixit esse quia serum est quia
diu multumque differtur ut homini ad vitam
longa Dei paciencia consulatur. Tunc reservata pena
impio et peccatori et cum iam non potest penitencia

prodesse paciencia. Atque ut plenius intelligere
possimus fratres dilectissimi quia paciencia
dei res est, et quisque lenis paciens et
mitis dei patris imitator est, cum in euangelio
suo dominus precepta in salutem daret, et divi-
na monita depromens ad perfectum discipulos
erudiret, posuit et dixit. Audistis quia
dictum est, diliges proximum tuum et odies in-
imicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite
inimicos vestros, et orate pro eis qui vos
persequuntur, ut sitis filii patris vestri qui in ce-
lis est, qui solem suum oriri facit super bo-
nos et malos, pluit super iustos et iniustos.
Si enim dilexeritis eos qui vos diligunt, quam
mercedem habetis? nonne et publicani
hoc faciunt? Eritis itaque vos perfecti quomodo pater
vester celestis est perfectus. Dixit perfectos fieri
fieri dei filios, sic consummari ostendit et do-
cuit, celesti nativitate reparatos, si paciencia dei
patris maneat in nobis, si similitudo di-
vina quam peccato Adam perdiderat, manifestetur
et luceat in actibus nostris. Que gloria est si-
milem deo fieri, qualis et quanta felicitas
habere in virtutibus quod divinis laudibus possis e-
quari. Nec hoc fratres dilectissimi Christus
Jhesus dominus noster tantum verbis docuit, sed implevit
et factis, et qui ad hoc descendisse se diceret
ut voluntatem dei patris faceret, inter cetera
admirabilia virtutum quibus iudicia divine
maiestatis expressit, paternam quoque pacienciam
tollerantie tenore servavit. Omnis denique
actus eius, ab ipso statim adventu pa-
ciencia comite signatur, quod primum de illa subli-
mitate celesti ad terrena descendens non
aspernatur dei filius carnem hominis induere
et cum peccator ipse non esset, aliena peccata por-
lxxix taret. Inmortalitate interim posita fieri
se et mortalem patitur, ut innocens pro no-
cencium salute perimatur. Dominus baptizatur
a servo, et remissa peccatorum daturus ipse
non dedignatur lavacro regeneracionis
corpus abluere. Diebus xl ieiunat per quem ce-
teri saginantur. Esurit et famem sentit, ut
qui fame sermonis et gratie fuerant, celesti
pane saturarentur. Cum diabolo temp-
tante congreditur, et inimicum tantum vicisse
contentus, nichil ultra verba conatur. Disci-
pulis non ut servis domini potestate prefuit, sed
benignus et mitis fraterna eos caritate di- lxxx
lexit. Dignatur etiam apostolorum pedes lavare,
ut dum circa servos talis est dominus, exemplo
suo doceret qualis circa compares et equales
debeat esse conservus. Nec mirandum
quod circa obedientes talis extiterit, qui Judam
potuit usque ad extremum longa paciencia
sustinere, cibum cum inimico capere, hostem
domesticum scire nec palam ostendere, tradito-
ris osculum non recusare. In iudeis vero
tollerandis equanimitas quanta, et quanta
paciencia incredulos ad fidem suadendo flec-
tere, obsequio ingratos fovere, contradicentibus respondere
leviter, superbos sustinere clementer, humiliter
persequentibus cedere, prophetarum interfectores
et adversus deum semper rebelles usque ad
crucis et passionis horam velle colligere.
Sub ipsa autem passione et cruce priusquam
ad crudelitatem necis et effusionem
sanguinis veniretur, que conviciorum probra
paciencius audita, que contumeliarum audita
tollerata ludibria, ut insultancium sputa-
mina exciperet, qui sputo suo ceci oculos
paulo ante formasset, et cuius in nomine
a servis nunc diabolus cum angelis
suis flagellatur, flagella ipse pateretur.
Coronaretur spinis qui martyres floribus
coronat eternis, palmis in faciem verbe-
raretur qui palmas veras vincentibus tri-
buit, spoliaretur veste terrena qui in-
dumento inmortalitatis ceteros vestit, ci-
baretur felle qui cibum celestem dedit,
aceto potaretur qui salutare poculum
propinavit. Ille innocens, ille iustus, immo
innocencia ipse et ipse iusticia, inter facino-
rosos deputatur, et testimoniis falsis veritas
premitur, iudicatur iudicaturus, et dei sermo
ad victimam tacens ducitur, et cum ad crucem
domini confundantur sydera, et elementa tur-
bentur, contremiscat terra, nox claudat di-
em, sol ne iudeorum facinus aspicere
cogatur, et oculos et radios suos sub-
trahat, ille non loquitur nec movetur nec
maiestatem suam sub ipsa saltem passi-
one profitetur. Usque ad finem perseve-
rantur et iugiter tollerantur omnia ut con-
summetur in Christo plena et perfecta innocencia
vel paciencia. Et post ista adhuc interfecto-
res suos si conversi ad eum venerint sus-
cipit, et paciencia salutari ad conservandos
benignos, ecclesiam suam nemini claudit. Illos
adversarios blasphemos, illos nominis
sui semper inimicos, si penitenciam delicti
agant, si admissum facinus agnoscant,
non solum ad indulgenciam criminis sed ad
premium regni celestis admittit. Quid pot-
est paciencius, quid benignius dici? Vivifi-
catur Christi sanguine etiam qui fudit
sanguinem Christi. Talis est Christi ac tanta
paciencia, que nisi tanta ac talis existeret, Paulum
quoque apostolum ecclesia non haberet. Quod et si nos
fratres dilectissimi in Christo sumus, si ipsum in-
duimus, si ipse est salutis nostre via, qui Christum
vestigiis salutaribus sequimur, per Christi ex-
empla gradiamur, sicut Johannes apostolus
instruit dicens: Qui in Christo manere
se dicit, debet quomodo ille ambulavit et
ipse ambulare. Item Petrus super quem
ecclesia domini dignacione fundata est, in
epistola sua ponit et dicit: Christus passus
est pro nobis relinquens vobis exemplum
ut sequamini vestigia eius qui peccatum

non fecit nec dolus

non fecit nec dolus inventus est in ore eius qui cum malediceretur non maledixit qui cum patitur non minabatur. Tradebat autem se iudicanti iniuste. Invenimus denique patriarchas et prophetas et iustos omnes qui figuram christi ymaginem premittentes portabant nichil magis custodisse in laude virtutum suarum quam quod patientiam forti et stabili equanimitate tenuerunt. Sic abel originem martirii et passionem iusti hominis inicians primus et dedicans adversus fratrem parricidam non resistit nec reluctatur sed humilis et mitis patienter occiditur. Sic abraham deo credens et radicem ac fundamentum fidei primus instituens temptatus in filio non dubitat neque cunctatur sed preceptis dei patientia devotionis obsequitur. Et ysaac ad hostie dominice sepulturam prefiguratus quando a patre immolandus offertur patiens invenitur. Et iacob fugatus a fratre de domo sua patienter excedit cum maiore patientia postmodum supplex adhuc magis impium et persecutorem muneribus pacificis ad concordiam redigit. Ioseph venundatus a fratribus et relegatus non tantum patienter ignoscit sed et gratuita frumenti venientibus largiter et clementer impartit. Moyses ab ingrato et perfido populo contemptus frequenter et pene lapidatus et tamen lenis et patiens pro eisdem dominum deprecatur. In david vero ex quo secundum carnem christi nativitas oritur quam magna et mira et christiana patientia habuisse in manu semel (sepe) ut saul regem persequentem se et interficere concupiscentem posset occidere et tamen subditum sibi et traditum maluisse servare nec rependisse inimico vicem sed occisum adhuc insuper et vindicasse. Tot deinde prophete interfecti tot martires gloriosis mortibus honorati qui omnes ad celestes coronas patientie laude venerunt. Neque enim potest accipi dolorum et passionum corona nisi precedat in dolore et passione patientia. Quam sit autem patientia utilis et necessaria fratres dilectissimi ut manifestius possit et plenius nosci dei sententia cogitetur quam in origine statim mundi et generis humani adam precepti immemor et date legis transgressor accepit. Tunc sciemus quam patientes esse in isto seculo debemus qui sic nascimur ut pressuris istic et conflictationibus laboremus. Quia audisti inquit vocem mulieris tue et manducasti ex illa arbore de qua sola preceperam tibi ne manducares maledicta terra erit in omnibus operibus tuis.

xxxi. In tristicia et gemitu edes ex ea omnibus diebus vite tue spinas et tribulos eiciet tibi et edes pabulum agri. In sudore vultus edes panem tuum donec revertaris in terram ex qua sumptus es quoniam terra es et in terram ibis. Huius sententie vinculo colligati omnes et constricti sumus donec morte expuncta de isto seculo recedamus. In tristicia et gemitu simus necesse est omnibus diebus vite nostre edamus panem necesse est cum labore et sudore. Unde unusquisque cum nascitur et hospicio huius mundi excipitur initium sumit a lacrimis et quamvis adhuc omnium nescius et ignarus nichil aliud novit in illa ipsa prima nativitate quam flere. Providentia naturali lamentatur vite mortalis anxietates et labores et procellas mundi quas ingreditur in exordio statim suo ploratu et gemitu rudis anima testatur. Sudatur enim istic quamdiu vivitur et laboratur nec sudantibus et laborantibus possunt alia magis quam patientie subvenire solatia. Que cum apta sint et necessaria in isto mundo omnibus tunc magis nobis qui diabolo impugnante plus quatimur qui in acie cotidie stantes inveterati et exercitati hostis conflictationibus fatigamur quibus preter varias et assiduas temptationum pugnas et in persecutionum quoque certamine patrimonia relinquenda sunt subeundus carcer portande cathene anime impendende gladius bestie ignes [illegible] omnia denique tormentorum ac penarum genera fide ac virtute patientie perferenda domino ipso instruente et dicente Hec locutus sum vobis ut in me pacem habeatis in mundo autem pressuram sed credite et fidite quoniam ego vici mundum. Si autem qui diabolo et mundo renuntiavimus pressuras et infestationes diaboli et mundi crebrius ac violentius patimur quanto magis patientiam tenere debemus qua adiutrice et comite omnia infesta toleremus. Domini et magistri nostri salutare preceptum est. Qui toleraverit inquit usque in finem hic salvus erit. Et iterum Si permanseritis in verbo meo vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos. Tolerandum et perseverandum fratres dilectissimi ut ad spem veritatis et libertatis admissi ad veritatem et libertatem ipsam pervenire possimus quia id ipsum quod christiani sumus fidei et spei res est. Ut autem pervenire spes et fides ad fructum sui possint patientia opus est. Non enim presentem gloriam sectamur sed futuram secundum quod et paulus apostolus monet dicens Spe salvati sumus. Spes autem que videtur non est spes. Quod enim videt quis quid sperat. Si autem quod non videmus speramus per patientiam expectamus. Expectatio et patientia necessaria est ut id quod esse cepimus impleamus et quod speramus et credimus deo prestante capiamus. Denique alio in loco idem apostolus iustos et operantes et divinis feneris incremento celestes thezauros sibi recondentes ut patientes quoque sint instruit et docet dicens Ergo dum tempus

hemus operi bonu qd est ad omnes maxime
ad domesticos fidei. Boni aut faci
entes no deficiamus tpe enim suo me
temus. Admonet ne quis impaciens in opa
cione deficiat ne quis in paciens in temp
tacionibus avocatus et victus in me
dio laud et gle cursu desistat et pereat
pterita dum que cepant desinut ee pfecta
sicut scriptum est Iusticia iusti no libe
rabit eum in quacumque die erraverit et
item Tene qd habes ne alius accipiat co
ronam tuam que vox adhortatur et pacientes
et fortiter pseverare ut qui ad coronam
lxxxii laudis iam pxima nititur durante pa
cia coronetur. Paciencia aut frs dilectissimi
no tm bona custodit sz et repellit adu
sa spiui sancto favens et celestibus ac
divinis coherens contra facta carnis et corpo
ris quibus anima expugnatur et capitur
virtutum suarum ppugnaculo reluctatur. Inspi
ciamus denique pauca de multis ut de
paucis intelligantur et cetera. Adulteriu
fraus homicidium mortale crimen est. Sit for
tis et stabilis in corde paciencia et nec adul
terio sanctificatum corpus et templum dei pol
luitur nec iusticie dicata innocencie
contagione fraudis inficitur nec post ges
tatam eucharistiam manus gladio et
cruore maculatur. Caritas firmitatis vin
culum est fundamentum pacis tenacitas
ac firmitas unitatis. Que et spe et
fide maior est que et misericordie opa precedit que
nobiscum semper eterna apud deum in regnis
celestibus pmanebit. Tolle illi paciam
et desolata no durat. Tolle illi sustine
di de[...] tollerandi que substanciam et illis ra
dicibus ac viribus pseverat. Apostolus demum
cum de caritate loqueretur tollerancia illi
et paciam iunxit. Caritas inquit magna
nima est caritas benigna est caritas no
emulatur no inflatur no irritatur no co
gitat malum omnia credit omnia diligit
omnia sperat omnia sustinet. Ondit inde
illam pseverare tenaciter posse qz novit
omnia sustinere. Et alio loco dicit Sustine
tes inquit invicem in dilectione satagentes
servare unitatem spus in coniunctione pacis
pbavit nec unitatem servari posse nisi pace
fres mutua tollerancia foveant et con
cordie vinculum paciencia intercedente vincikm
custodiant. Quid deinde ut no iures
neque maledicas ut tua ablata no repe
tas ut accepta alapa et alteram maxillam
verberanti pbeas ut fratri in te peccanti no tm
septuagesies et vij sz omnia omnino peccata dimit
tas ut diligas inimicos tuos ut pro adu
sariis et psecutoribus precem facias possis
ne ista ferre nisi paciencie et tollerancie firmita
te. Quod factum videmus in stephano qui et cum
iudeis lapidibus necaretur no sibi vin
dictam sz interfectoribus veniam postula
bat dicens. Dne ne statuas illis hoc pec
catum. Sic esse oportuit primum martirem xpi
qui martires secuturos gloriosa morte precurrens
no tm predicator esset dominice passionis sz
et pacientissime lenitatis imitator. Quid
dicam de ira de discordia de simultate
que in xpiano esse no debent. Sit paciencia in
pectore et h[ec] illic locum habere no pot aut si
adire temptaverit cito exclusa disce
dit ut domicilium pacificum pseveret in
corde ubi deum pacis delectet habitare.
Admonet denique aplus et docet dicens
Nolite contristare spm sanctum dei in quo
signati estis in diem redempcionis
Omnis amaritudo et ira et indignacio
et clamor et blasphemia auferantur
a vobis. Si enim xpianus a furore et co
tencione carnali tamquam de maris tur
binibus excessit et tranquillus ac
levis in portu xpi esse iam cepit nec iram
nec discordiam debet intra pectus ad
mittere cui nec malum pro malo reddere li
ceat nec odisse. Nec no advaria quoque
carnis incommoda et crebros corporis du
ros que cruciatus quibus humanum genus
cotidie fatigatur et conteritur paciencia
lxxxiii necessaria est. Nam cum in illa prima transgressio
ne precepti firmitas corporis cum immor
talitate discesserit et cum morte debilitas
et cum morte infirmitas venit nec possit
firmitas recipi nisi cum recepta et immor
talitas fuerit. Oportet in hac fragilitate
atque infirmitate corporali luctari semper et
congredi. Que luctacio et congressio
no nisi paciencie potest viribus sustineri. Examin
andis aut nobis atque explorandis di
versi importantur dolores et multiplex temp
tacionum qualitas irrogatur de iactitus
facultatum de ardoribus febrium de cruciati
bus vulnerum de amissione carorum. Nec
aliud magis inter iniustos discernit et iustos
quam quod in adversis per inpacienciam queritur
et blasphemat iniustus. Paciencia iustus
probatur sicut scriptum est. In dolore sustine
et in humilitate tua paciam habe quoniam
in igne probatur aurum et argentum.
Sic iob examinatus et probatus est ad
summum fastigium laudis paciencie virtute provec
tus. Quanta adversus eum diaboli iacula
missa quanta admota tormenta. Iactura
rei familiaris infligitur numerose sobolis
orbitas irrogatur. Dives in censu dns
et in liberis pater dicior nec dns subito re
pente nec pater est. Accedit vulnerum vasti
tas et tabescentes artus ac fluentes
vermium quoque edax pena consumit. At ne quid
omnino remaneret quod no iob in suis tempta
cionibus experiretur armat diabolus et
uxorem illo antiquo nequicie sue usus

ingenio quo omnis per mulierem decipere possit
et fallere quod fecit in origine. Nec tamen Iob
pressuris et densis conflictationibus
frangitur quominus inter illas angusti-
as et pressuras suas benedictio dei victrice
patientia perducitur. Thobias quoque post
iusticie et misericordie sue opera magnifica lumi-
num amissione temptatus in quantum
patienter cecitatem pertulit in tantum grandi-
dem patientie laude promeruit. Atque ut
magis fratres dilectissimi patientie bonum lu-
ceat, quid mali e contrario impatientia impor-
tet consideremus. Nam ut patientia Christi
bonum est sic e contrario impatientia diaboli
malum. Atque sicut in quo habitat et ma-
net Christus patiens invenitur, ita im-
patiens semper existit cuius mentem dia-
boli nequitia possidet. Exordia denique
sic ipsa videamus. Diabolus hominem
ad imaginem dei factum impatienter tulit.
inde et periit primus et perdidit. Adam
contra celeste preceptum cibi letalis im-
patiens in mortem cecidit, nec acceptam
divinitatis gratiam patientia custode
servavit. et ut fratrem Cayn perimeret sacrifi-
cio et muneris eius impatiens fuit. Et
quod esau de maioribus ad minora descendit & decedit
primatus suos per impatientiam lentis ami-
sit. Quid iudaicus populus contra beneficia di-
vina perfidus et ingratus. Nonne quod adeo
primum recessit in patientie crimine fuit. Dum
moysi colloquentis cum deo moras
non potest ferre prophanos deos ausus est
postulare ut itineris sui duces nuncu-
paret caput bubulum et terrestre fig-
mentum. Nec umquam ab eadem impati-
entia destitit quominus semper doci-
litatis et divine admonitionis impa-
tiens prophetas suos et iustos quosque peri-
mendo ad crucem etiam et sanguinem domini
lxxxiiii prosiliret. Impatientia etiam et in ecclesia hereti-
cos facit et ad iudeorum similitudinem
contra Christi pacem et caritatem rebel-
les ad hostilia et furiosa odia compel-
lit. Et ne longum sit singula recensere
omnia omnino que patientia operibus suis edifi-
cat ad gloriam impatientia destruit ad rui-
nam. Quare fratres dilectissimi et bonis
patientie et impatientie malis diligenter expen-
sis patientia est per quam in Christo manemus et
ut venire cum Christo ad deum possimus plena
observatione teneamus. Que copiosa
et multiplex non angusto fine concluditur
nec brevibus terminis cohercetur. Late patet
patientie virtus et ubertas eius ac largitas de
unius quidem nominis fonte proficiscitur
sed exundantibus venis per multa gloriarum
itinera diffunditur. Nec proficere aliquid
in actibus nostris potest ad consummandam lau-
dem nisi inde consummationis accipiat

firmitatem. Patientia est que nos deo et
commendat et servat. Ipsa est que iram temperat
que linguam refrenat que mentem gubernat pa-
cem custodit disciplinam regit libidinis
impetum frangit tumoris violentiam
comprimit incendium simultatis extinguit
Coheret potentiam divitum inopiam pau-
perum refovet. Tuetur in virginibus beatam
integritatem in viduis laboriosam casti-
tatem in coniugatis et maritatis individu-
am caritatem facit humiles in prosperis
et in adversis fortes contra iniurias et con-
tumelias mites. Docet delinquentibus cito
ignoscere si ipse delinquat diu et multum
rogare. Temptationes expugnat perse-
cutiones tolerat passiones et martiria con-
summat. Ipsa est que fidei nostre fundamenta
firmiter ponit. Ipsa est que incrementa spei
sublimiter provehit. Ipsa actum dirigit ut
tenere possimus viam Christi dum per eius tolanci-
am gradimur. Ipsa efficit ut perseveremus
filii dei dum patientiam patris imitamur. Et quoniam
plurimos scio fratres dilectissimi vel pondere
iniuriarum urgentium vel dolore de eis qui
adversum grassantur et seviunt vindicari
velociter cupere nec illud in extrema parte
reticendum est ut in istis fluctuantibus
mundi turbinibus et iudeorum sive gentilium
et hereticorum quoque persecutionibus con-
stituti patienter conspectemus ultionis di-
em nec ad vindictam doloris nostri que-
rula festinatione properemus cum scriptum sit
Exspecta me dicit dominus in die resurrecti-
onis mee in testimonium quoniam iudicium meum
est ad congregationes gentium ut excipiam
reges et effundam super eos iram meam
Exspectare nos iubet dominus et future ul-
tionis diem forti patientia sustinere. Qui
et in apocalipsi loquitur dicens Ne signaveris
verba prophetie libri huius quia iam tempus
in proximo est et hii qui perseverant nocere
noceant et qui in sordibus est sordescat
adhuc iustus autem adhuc iustiora faci-
at similiter et sanctus sanctiora. Ecce venio
cito et merces mea mecum est reddere unicui-
que secundum facta sua. Unde etiam clamantes
martires et ad vindictam sui doloris erumpere
properantes adhuc exspectare iubentur et
temporibus consummandis implendisque martiribus
prebere patientiam. Et cum aperuisset inquit quintum
signum vidi sub ara dei animas occisorum lxxxv
propter martirium suum et verbum dei et clamaverunt
voce magna dicentes. Quousque domine
sancte et verax non iudicas et vindicas sangui-
nem nostrum de hiis qui in terris habitant. Et
data est eis singulis stola alba et dictum
est ut sustinerent adhuc in brevi tempo-
re donec impleatur numerus conservorum et fratrum
eorum qui et postea occiduntur exemplo eorum.
Quando autem veniat sanguinis iusti divina

vindicta declat · p malachiam sp̄us
scūs dicens Ecce dies venit ardens sic
clibanus erunt qz oms alienigene et in
iqui stipula et accendet illos adueni
ens dies dni/ Cz item legimus ī p̄ls ubi
de iudicis p̄dicat' aduentus/ te sue sue
maiestate venerandus/ deus manifest9
veniet deus nr̄ et nō silebit/ Ignis ante
eū ardebit et in circuitu eius pcella miņa
p̄uābit celū sursum et t̄ram ut separet
pplm suū/ Colligite illi iustos eius cos
qui disponūt testimonia eius in sacrificys
Et nūciabūt celi iusticiam eius/ qm de9
iudex est/ Nam et ysaias eadem p̄nuncti
at dicens Ecce enī dns sicut ignis ve
niet et sicut procella currus eius/ retribue
in ira vindictam eius In igne enī dni
iudicabūt' et in gladio eius uulnabūt'/
et item dns deus u̅tutū p̄dibit/ et con
minuet bellū/ Excitabit clamore/ et clama
bit sup inimicos suos cū fortitu°/ Tacui
nūq̄d ty sp̄ tacebo/ quis aut̄ ē hic/ qui
tacuisse p̄us se dixit/ et nō sp̄ tacebit/
vtiqz ille/ qui nō clamauit neqz in pla
teis vox eius audita est/ Vtiqz ille/ qui
nō fuit ɔtrax neqz ɔdixit cum dorsū
suū ponet ad flagella/ et maxillas ad
palma/ faciem aūt suā nō auūtet ad feditate
sputorū/ vtiqz ille qui cū nō accusare'
a sacerdotibus et senioribus/ nichil rñdit
et admirātē pilato pacientissime sile
cū tenuit/ h' ē qui cū in passione tacuit
in ulcōe post modū nō tacebit/ h' ē de9
nr̄ i nō om̄ꝫ fideliū et credenciū de9
qui cū in scdo aduētu manifestus ve
nerit nō silebit Nam cū in humilitate
p̄us fuit occultus/ ueniet in p̄tate ma
nifestus/ hc exspectemus f̄res dilectissi
mi iudicem et vindicem nr̄m/ ecclesie
sue pplīy et ab inicio mūdi iustorum
om̄ꝫ nūm secū p̄it iudicaturū/ Qui ad
vindictam suā minime festinat et p̄pat/ co
sidet quia nec dum vindicatus ē ip̄e p̄m
vindicat/ In apoc· angelus iob̄oi uolenti
adorare se resistit et dicit/ vide ne feceris
quia cōseruus tuus sum/ et f̄rm tuorū/ dnm
dm tuū adora p̄r deus iūm filiū p̄cepit
adorari/ et aplus diuini p̄cepti mediꝫ pot
et dicit/ deus exaltauit illū/ et dōnit
illi nomē/ ut sit sup̄ omē nomen ut ī noē
ih̄u omē genu flectetur/ celestiū t̄rest'
iūm et inf̄norꝫ/ Qualis dns ih̄us/ et
quāta paciā ut qui in celis adoratur/
nec dum vindicte' inf̄festus/ huius paciētia
f̄res dilectissimi/ in p̄secucionib9 et pas
sionib9 nr̄is cogitemus/ huius aduētu
plen9/ exspectacionis obsequiū p̄beamus/
Nec defendi an dum huius/ irreligiosa
et inuerecunda festinacōe p̄pemus/ In
sistamus potius et laboremus/ et toto
corde vigilantes/ atqz ad omēm tollerancia
am stabiles dīnca p̄cepta seruemus
ut cū ille ire et vindicte dies venerit/
nō cū impys et peccatoribus puniamur ꝫ
cū iustis et deū timentib9 honoremur/
Incipit de zelo cetera · i· de p̄uidia
lxxxvi · Zelare quod bo
nū uideas et inuide melioribꝫ
leue apud quosdam et ꝫ modicū
crimen uidetur f̄res dilectissimi dū ex
istimat' leue ee et modicū/ nō timetur
dum nō time' ɔtempnit' dū ɔtemp
nit' nō facile uitatur/ Et fit ceca et
occulta p̄nicies/ q dū minus p̄spicit'
ut caueri a prudentib9 p̄t posset in p̄uidas
mētes latent' affligit porro aut̄ dns
prudētes esse nos iussit/ et cauta solli
citudine vigilare p̄cepit/ ne aduersa
rius vigilans semp/ et sp̄ insidians
ubi ī pectus obrepserit/ de scintillis co
flet incēdia/ de puis maxima exaggeret
et dū remiss' et incautis leuiore au
ra et flatu molliore blanditur/ p
cellis ac turbinib9 excitatis/ ruinas
fidei et salutis/ ac uite naufragia
moliatur/ Excubandū ē itaqz f̄res
dilectissimi/ atqz omibus uiribus ela
borandum ut inimico seuienti/ et ia
cula sua ī oms corpis sui p̄tes/ quib9
uulneraī et pacti possimus dirigenti/
sollicita et plena vigilancia repugne
mus s̄m q petrus quoqz aplus in e
pla sua p̄monet et docet dicens/ So
bij estote et vigilate/ q̄ aduersarius
vr̄ diabolus/ tanq̄ leo rugiēs/ et aq̄
deuorare q̄rens/ circuit/ Circuit ille
nos singulos/ et tanq̄ hostis clausos
obsidens/ muros explorat et temptat
an sit aliqua p̄s mēbrorū/ minus sta
bilis et minus fida/ cui9 aditu adin
teriora penetretur/ Offert oculis for°
illices et faciles voluptates/ ut uisu
destruat castitatem Aures p canora
musica/ temptat/ ut soni dulcioris
auditu/ soluat et molliat xp̄ianū vi
gorem/ linguā ɔuicio p̄uōt/ manū i
iniurys lacessentibus ad petulanciaz
cedis instigat ut fraudatorem faciat
lucra opponit iniusta/ ut aiam pe
cunia capiat/ ingerit p̄ niciosa compē
dia honores t̄renos p̄mittit/ ut celestes
adimat/ ostendit f̄la ut uā surripiat/ et
cū latent' nō p̄t falle' aperte atqz apte
mina', terrorem turbide p̄secucionis in
cutiens ad debellandos s̄uos dei/ in
quietus sp̄ et sp̄ infestus/ in pace sub
dolus/ in p̄secucōe uiolentus Quaz
obrem f̄res dilectissimi ɔ oms diaboli

uel fallaces insidias/ uel apertas minas
stare debet instructus animus/ et ar-
matus tamquam paratus semper ad repugnan-
dum/ cum semper adsit ad impugnandum semper in-
imicus paratus. Et quoniam frequenciora
sunt tela eius que latenter obrepunt/ magis-
que occulta et clandestina iaculacio
quominus conspicitur/ hoc et grauius et
crebrius in uulnera nostra grassatur ad hec
quoque intelligenda et debellanda
uigilemus/ Ex quibus est zeli et li-
uoris malum quod si penitus quis inspi-
ciat/ inueniet nichil magis christiano
cauendum/ nichil cautius prouidendum
quam ne quis inuidia et liuore capiatur
ne quis fallentis inimici cecis laque-
is implicatus/ dum zelo frater in fratris odia
conuertitur gladio suo nesciens ipse perimatur
Quod ut colligere plenius et manifestius
perspicere possimus/ ad caput eius
atque originem recurramus/ videamus
lxxxvii vnde zelus et quando et quomodo cepit/ facilius
enim a nobis malum tam perniciosum
uitabitur/ si eiusdem mali et origo
et magnitudo noscatur/ hinc diabo-
lus inter inicia statim mundi et periit
primus et perdidit. Ille angelica ma-
iestate subnixus/ ille deo acceptus et
carus/ postquam hominem ad ymaginem
dei factum aspexit in zelum maliuolo
liuore prorupit/ non prius alterum deiciens
instinctu zeli quam ipse zelo ante deiectus
captiuus antequam capiens/ perditus antequam
perdens/ dum stimulante liuore homini
graciam date immortalitatis eripit ipse
quoque id quod prius fuit amisit/ Quale
malum fratres dilectissimi/ quo angelus
cecidit quo circumueniri et subuerti alta
illa et preclara sublimitas potuit/ quo
deceptus est ipse qui decepit/ Exinde
inuidia grassatur in terris/ dum liuore pe-
riturus magistro perdicionis obsequitur/ dum
dyabolum qui zelat imitatur sicut scrip-
tura dicit. Inuidia diaboli mors in-
trauit in orbem terrarum. Imitantur er-
go illum qui sunt ex parte eius/ hinc de-
nique noue fraternitatis prima odia/ hinc
parricidia nephanda ceperunt/ abel
iustum caym zelat iniustus/ dum bo-
num malus inuidia et liuore persequitur
Tantum valuit ad consummacionem facinoris
emulacionis furor/ ut nec caritas
fratris nec sceleris immanitas nec timor
dei/ nec pena delicti cogitaretur/ In-
iuste oppressus est qui iusticiam primus
ostenderat/ odia perpessus est qui odisse non
nouerat/ occisus est impie qui moriens
non repugnabat/ et quod esau fratri suo
iacob inimicus existit zelus fuit nam
quia ille benediccionem patris acceperat

hinc in odium persecucionis facibus liuoris
exarsit Et quod ioseph fratres sui uenderent
causa uendendi de emulacione descendit/ post-
quam id quod sibi in uisionibus prosperum fuerat
ostensum simpliciter ut fratribus frater exposuit
in inuidiam maliuolus animus erupit/
Saul quoque rex ut dauid odisset/ ut perse-
cucionibus sepe repetitis innocentem/ mi-
sericordem miti lenitate pacientem/ ne-
care cuperet/ quid aliud quam zeli stimulus
prouocauit Quia goliad interfecto/ et ope
atque dignacione diuina tanto hoste
deleto/ populus admirans in laudem da-
uid predicacionis suffragio prosiluit/ saul
simultatis atque insectacionis furias
de liuore concepit Et ne longum faciam
singulos recensendo/ perempti semel populi
attendamus interitum/ Iudei nonne inde pe-
rierunt dum christo malunt inuidere quam credere
obtrectantes magnalibus que ille facie-
bat/ zelo excecante decepti sunt/ nec ad
diuina noscenda cordis oculos aperire po-
tuerunt/ Que nos considerantes fratres dilec-
tissimi contra mali tanti perniciem/ uigilanter
et fortiter dicata deo pectora mu-
niamus/ Aliorum mors proficiat ad nostram
salutem/ imprudencium pena/ prudenti-
bus conferat sanitatem/ Non est autem
quod aliquis existimet una specie contineri/ aut bre-
uibus terminis et angusto fine concludi/ illud malum
late zeli patet/ multiplex et fecunda pernici-
es/ Radix est omnium malorum/ fons cla-
dium/ seminarium delictorum/ materia culparum/
Inde odium surgit animositas inde proce-
dit/ Auariciam zelus inflammat dum
quis suo non potest esse contentus uidens al- lxxxviii
terum diciorem/ Ambicionem zelus exci-
tat dum cernit quis alium in honoribus
altiorem/ zelo excecante sensus nostros
atque in dicionem suam mentis archana
redigente/ dei timor spernitur/ magisterium
christi negligitur/ iudicii dies non prouidetur
Inflatur superbia/ exacerbatur seuicia/ per-
fidia preuaricatur/ impaciencia concutit/ furit
discordia/ ira feruescit/ nec se iam potest
cohibere uel regere qui factus est potestatis
aliene/ hinc dominice pacis vinculum rumpitur
hinc caritas fraterna uiolatur/ hinc adul-
teratur ueritas/ vnitas scinditur/ ad hereses
atque ad scismata prosilitur/ dum obtrectatur
sacerdotibus dum episcopis inuidetur/ dum quis aut
queritur non se pocius ordinatum/ aut de-
dignatur alterum ferre prepositum/ hinc recalci-
trat hinc rebellat de zelo superbus/ de
emulacione peruersus/ animositate et liuo-
re non hominis sed honoris inimicus/ Qua-
lis uero est anime tinea/ que cogitacionum ta-
bes/ pectoris quanta rubigo/ zelare in
altero uel uirtutem eius/ uel felicitatem
id est odisse in eo uel merita propria uel beneficia

diuina in malum proprium bona aliena conuertere, illustrium prosperitate torqueri, aliorum gloriam facere suam penam, velut quosdam suo pectori admouere carnifices, cogitationibus et sensibus suis adhibere tortores, qui se intestinis cruciatibus lacerent, qui cordis secreta maliuolencie vngulis pulsent. Non cibus talibus letus, non potus potest esse iocundus. Suspiratur semper et ingemiscitur et doletur, dumque ab inuidis nunquam liuor exponitur, diebus ac noctibus pectus obsessum sine intermissione laceratur. Mala cetera habent terminum, et quicquid delinquitur delicti consumatione finitur. In adultero cessat facinus perpetrato stupro. In latrone conquiescit scelus homicidio admisso, et predonis rapacitatem statuit possessa preda, et falsario modum ponit impleta fallacia. Zelus terminum non habet; permanens iugiter malum et sine fine peccatum. Quantoque ille cui inuidetur successu meliore profecerit, tanto inuidus in maius incendium liuoris ignibus exardescit. Hinc vultus minax, toruus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, verba rabida et effrenata conuicia, manus ad cedis violentiam prompta, etiam si sit a gladio interim vacua, odio tamen furiate mentis armata. Et ideo spiritus sanctus dicit in psalmis: Noli zelare bene ambulantem in via sua. Et iterum: Obseruabit peccator iustum et stridebit aduersus eum dentibus suis; Deus autem irridebit eum, quoniam prospicit quia veniet dies eius. Hos beatus paulus apostolus designat et denotat dicens: Venenum aspidum sub labiis eorum, et os eorum maledicto et amaritudine plenum est; veloces ad effundendum sanguinem pedes eorum. Contritio et calamitas in viis eorum, qui viam pacis non cognouerunt; nec est timor dei ante oculos eorum. Multo malum leuius et periculum minus est cum membra gladio vulnerantur. Facilis cura est ubi plaga perspicua est, et cito ad sanitatem medela subueniente perducitur. Quod videtur zeli vulnera obstrusa sunt et occulta, nec remedium medentis admittunt, que se intra conscientie la-
xxxix tebram ceco dolore cluserunt. Quisquis es inuidus et malignus, videris quam sis eis quos odisti insidiosus, periculosus, infestus. Nullius magis quam tue salutis inimicus es. Quisque ille est quem zelo persequeris subterfugere et uitare te poterit; Tu te non potes fugere. Ubicumque fueris, aduersarius tuus tecum est, hostis semper in pectore est, pernicies intus inclusa est, ineluctabili nexu cathenarum ligatus et uictus es zelo dominante, captiuus es

nec solacia tibi ulla subueniunt. Perseuerans malum est hominem persequi ad dei gratiam pertinentem, calamitas sine remedio est odisse felicem. Et ideo fratres dilectissimi huic periculo consulens dominus ne quis zelo fratris laqueum mortis incurreret, cum eum discipuli interrogarent quis inter illos maior esset, qui fuerit minimus, inquit, in omnibus vobis hic erit magnus. Amputauit omnem emulationem responso suo; omnem causam et materiam mordacis inuidie eruit et abscidit. Discipulo Christi zelare non licet, non licet inuidere. Exaltari omnes apud nos non potest esse contencio; de humilitate ad summa crescimus, didicimus placeamus. Denique et apostolus paulus instruens et monens ut qui illuminati Christi lumine tenebras nocturne conuersationis euasimus, in factis atque operibus lucis ambulemus, scribit et dicit: Nox transiit, dies autem appropinquabit. Abiciamus ergo opera tenebrarum et induamur arma lucis. Tanquam in die decenter ambulemus, non in comessationibus et ebrietatibus, non in comessatio cupiscencijs, non in certaminibus et zelo. Si recessit de pectore tuo tenebre, si nox inde discussa est, si caligo detersa est, si illuminauit sensus tuos splendor diei, si homo lucis esse cepisti, que sunt Christi gere, quia lux et dies Christus est. Quid in zeli tenebras ruis? Quid te nubilo liuoris inuoluis? Quid inuidie cecitate omne pacis et caritatis lumen extinguis? Quid ad diabolum cui renunciaueras redis? Quid cain similis existis? Homicidii namque facinore constringi eum quisque zelauit et odio habuit fratrem suum declarat iohannes apostolus in epistola sua: Qui odit fratrem suum homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet in se vitam manentem. Et iterum: qui dicit se in luce esse et fratrem suum odit in tenebris est usque adhuc et in tenebris ambulat et nescit quo eat. It enim nesciens in gehennam ignarus et cecus precipitatur in penam, recedens scilicet a Christi lumine monentis et dicentis: Ego sum lumen mundi. Qui me secutus fuerit non ambulabit in tenebris sed habebit lumen vite. Sequitur autem Christum qui preceptis eius insistit, qui per magisterium eius viam graditur, qui vestigia eius atque itinera sectatur, et monet dicens: Christus passus est pro nobis relinquens vobis exemplum ut sequamini vestigia eius. Meminisse debemus quo vocabulo plebem suam Christus appellet, quo titulo gregem suum nuncupet. Oues nominat ut innocentia

et qui que xpus et docuit et fecit imitatur 2ª p(etri) / petrus quoque ortatur et monet 2º

xpiana ouibus equetur Agnos vocat
ut agnoz nam simplicem simplicitas
mentis mutetur Qui sub vestitu oui
um lupus latitat Quid congrem qui
xanu se menti infamat ipi nomen
induit et no p xpi via pgit quid ali
ud q puaricacio diuini nomis q
deseccio itineris salutaris cu ipe do
ceat et dicat eum admicti et nam
ueme qui mandata seruauit et eum
esse sapientem q uba eius audierit
et fecit doctorem quoq eu maxim
in regno uocari qui fecerit sicut docu
erit tunc pdicanti pfuturu qd bn atq utilit
pdicatu fuit si id qd ore pmitur fact
sequentibus impleatur Quid uo insi
nuauit crebrius discipulis suis dns qd
int monita salutaria pcepta et celes
tia custodiendu magis seruandu q ma
dauit q ut eadem dileccione q discipu
los ipe dilexit nos q inuice diligamus
quo aut uel pacem dni uel caritatem
tenet q intercedente zelo nec pacificus
pt ee nec carus Ideo et aplus paulus
cu pacis et caritatis merita de pmerentu
q asseueraret firmit et doceret nec
fidem sibi nec clam nec possessione
quoq ipam confessoris et martiris pfu
turam n caritatis federa integra atq
inuiolata seruasset adiecit et dixit
caritas magnanima e benigna e
caritas no zelat docens sq et ondens
eu posse caritatem tene quisq mag
nanimus fuit et benignus et zeli ac li
uoris alienus Item alio loco cu mo
net ho iam spu sco plenus et natiui
tate celesti dei filius factus no n
spalia et dina sectetur ponit et di
cit Et ego quidem fres no potui uo
bis loqui quasi spualibus s qi car
nalibus qi in infantibus in xpo lacte
uos potaui no cibo no du em potatis
s neq nunc potestis Adhuc em carnales
estis vbi em in uobis zelus et contencio
et dissensiones nonne carnales estis
et sm hominem ambulatis obtenda
sunt uicia fres karmi uicia et pcca car
nalia et terreni corporis infecta labes
spitali uigore calcanda ne dum ad
iterum aduectis homis conuersacionem re
soluim letalibus laqueis implicemur
aplo hoc idem prouident et salubrit
pmouete Itaq inquit fres no sm car
nem viuamus Si em sm carnem uixeritis
incipietis mori Si aut spu opaciones
mortificatis uiuetis Quotquot em spiritu
di agunt hij sunt filij dei Si filij dei su
mus si templa eius ee iam cepimus
si accepto spu sco sce et spiritualit uiui
mus si de terris oculos ad celu sustulimus
si ad supna et diuina plenu do et xo
pectus ereximus no n q sunt do et xpo
digna faciamus sicud aplus excitat et
hortatur Si consurrexistis cu xo inquid
q sursu sunt querite ubi xpus est in dex
tera dei sedens Que sursu sunt sapite
no que terrena sunt Mortui em estis et
uita ura abscondita e in xo cu deo Cu
aut xpus apparuerit uita ura tunc et
uos apparebitis cu eo in gloria Qui igr in
baptismo sm homis antiqui pcca car
nalia et mortui et sepulti sumus qui
regeneracione celesti xpo consurreximus que
sunt x et cogitemus pit et geramus
sicut idem aplus docet rursus et mo
net dicens Primus homo de terra limo sedus
ho de celo qualis ille e limo tales et q
de limo et qualis celestis tales et celes
tes Quomo portauimus imagine eius q
de limo e portemus et imagine eius
qui de celo est ymagine aut celestem
portare no possumus n in eo qd esse nunc
cepimus xi similitudine pbeamus Hoc
em e mutasse qd fueras et cepisse
ee qd no eras inte diuina natiuitas
luceat ut ad patrem dni deifica discipli
na respondeat ut honore et laude uiuendi
deus in homine clarescat ipo exhortante
et monente et eis qui se clarificent uite
mutua pollicente Eos inquit qui clarificant
me clarificabo et qui spnit me spnetur
Ad quam clarificacionem formans nos ac p
parans deus et filius dei similitudinem
di patris insinuans in ewangelio suo dicit Au
distis q dictu est Diliges pximu tuu et
odies inimicu tuu Ego aut dico uobis
diligite inimicos uros et orate pro
eos qui uos psequuntur ut sitis filii patris
uri qui in celis e qui solem suu oriri
facit sup bonos et malos et pluit sr
iustos et iniustos Si hominibus letum
et gloriosum e filios hre consiles et tunc
magis genuisse delectat si ad patrem suc
cessiua liniamentis paribus soboles re
deat quanto maior in deo pre leticia est
cu quis sit spalit nascitur ut in acti
bus eius et laudibus diuina generositas
pdicetur Que iusticie palma e que
diuina cona ee te talem de quo de
us no dicat filios no genui et exal
taui ipi aut me spreuerunt Conlaudet
te potius xpus et inuitet ad pmiu di
cens Venite bndicti patris mei percipite
regnu qd uobis paratu e ab origine mundi
Hijs meditacionibus corroborandus e
animus fres dilectissimi eiusmodi exhor
tacionibus contra omnia diaboli iacula
firmandus Sit in manibus diuina lectio
in sensibus diuina cogitatio Oro iugis
oro no cesset salutaris operacio pseueret

[occupemur]
Spiritalibus semper actibus cogitemus ut quo
tiescumque inimicus accesserit / quotiens
adire temptauerit / et clausum aduersum
se pectus inueniat et armatum / Non
enim christiani hominis corona tantum est una que
tempore persecutionis accipitur / habet et pax co
ronas suas quibus de uaria et multiplici
congressione prostrato et subacto aduer
sario coronantur / libidinem subegisse conti
nentie palma est. Contra iram contra
iniuriam repugnasse corona patientie est. De
auaritia triumphus est / pecuniam spernere
laus est fidei / fiducia futurorum / mundi ad
uersa tollerare. Et qui superbus in prosperis
non est gloriam de humilitate consequitur. Et
qui ad pauperum fouendorum misericordiam pronus
retributionem thezauri celestis adipiscitur /
Et qui zelare non nouit / quique unanimus et
mitis fratres suos diligit / dilectionis et
pacis premio honoratur. In hoc uirtutis
stadio cottidie currimus / ad has iustitie
palmas et coronas sine intermissione temporis
peruenimus / ad quas ut tu etiam possis / [peruenire]
qui fueras zelo et liuore possessus / omnem
illam malitiam qua prius tenebaris / abi
ce / ad uiam uite eterne uestigiis salutari
bus reformare. Euelle de pectore tuo
spinas et tribulos / ut te dominicum semen fer
tili fruge locupletet / ut diuina et spiritualis
seges inopiam fecunde messis exuberet /
.xcii. uenena fellis euome / discordiarum ui
rus exclude. purgetur mens quam serpenti
nus liuor infecit / Amaritudo omnis que
intus insederat christi dulcedine leniatur
Si de sacramento crucis et cibum sumis et
potum / lignum quod apud Merram profecit in
imagine ad saporis dulcedinem tibi in
ueritate proficiat / ad mulcendi pectoris
lenitatem. Nec ad medelam conparande
ualitudinis laborabis / unde uulneratus xciii
fueras inde curare. Ama eos quos ante
oderas / dilige illos quibus iniustis ob
trectationibus inuidebas. Bonos imi
tare si sectari non potes / collectare certe / [si sectari potes]
et gratulare melioribus / fac te illis aduna
ta dilectione participem / fac te consortio
caritatis et fraternitatis uinculo coheren
tem / dimittentur tibi debita / cum et ipse di
miseris. Accipientur sacrificia tua / cum pa
cificus ad deum ueneris. Sensus tui atque
actus diuinitus dirigentur cum ea que
diuina et iusta sunt cogitaueris / sicut scrip
tum est / cor uiri cogitet iusta ut a domino
dirigantur gressus eius. Habes autem multa
que cogites. paradisum cogita quo Cain non
redit qui zelo fratrem peremit. Cogita ce
leste regnum ad quod non nisi concordes atque u
nanimes dominus admittit. Cogita quod filii
dei hii soli possint uocari qui sunt pacifi
ci / qui natiuitate et lege diuina ad simili
tudinem dei patris et christi respondeant adunati
Cogita sub oculis dei nos stare spectan
te ac iudicante ipso cursum conuersationis ac
uite nostre curricula decurrere / peruenire nos
tunc demum posse ut eum uidere contingat
si ipsum uidentem delectemus actibus
nostris / si nos dignos gratie eius et indul
gentia prebeamus / si conplacituri semper in
regno sibi hic in mundo ante placeamus.

Incipit de disciplina et de habitu
uirginum cetera sequitur etc.

6. Disciplina custos
spei / retinaculum fidei dux
itineris salutaris fomes ac
nutrimentum bone indolis / magistra
uirtutis / facit in christo manere semper ac
iugiter deo uiuere / ad promissa celestia
et diuina premia peruenire / hanc et sectari
salubre est / et auersari ac negligere leta
le. In psalmis loquitur spiritus sanctus / Continete
disciplinam ne forte irascatur dominus / et pe
reatis de uia recta / cum exarserit cito ira
eius super nos / et iterum / peccatori autem dixit deus /
ut quid exponis iustificationes meas / et
assumis testamentum meum per os tuum / tu
autem odisti disciplinam et abiecisti sermones
meos retro / et denuo legimus / disciplinam
qui abicit infelix est / Et de salomone
mandata sapientie monentis accipimus / fili
ne neglexeris disciplinam dei nec defeceris
[Que] ab eo correptus / quem enim diligit deus cor
ripit. Si autem deus quem diligit corripit / et
corripit ut emendet / fratres quoque et maxime
sacerdotes non oderunt sed diligunt eos / quos
corripiunt / ut emendent / cum et deus per Ie
remiam ante predicaret / et tempora nostra significa
ret dicens / Et dabo uobis pastores secundum
cor meum / et pascent uos pascentes cum
xciii. disciplina. Quod si in scripturis sanctis frequenter
et ubique disciplina precipitur / et fundamen
tum omne religionis ac fidei / de obseruatione
ac timore proficiscitur / quid cupidius
appetere quam magis uelle ac tenere nos con
uenit / quam ut radicibus fortius fixis / et
domiciliis nostris super petram robusta mo
le solidatis inconcussi ad procellas et tur
bines seculi stemus / ut ad dei munera per
diuina precepta ueniamus / considerantes pariter
ac scientes quod templa dei sint membra
nostra ab omni fece contagionis antique /
lauacri uitalis sanctificatione purgata /
nec uiolari ea aut pollui fas sit / quoniam qui
uiolat et ipse uioletur / eorum nos templo
rum cultores et antistites sumus / Serui
amus illi cuius iam esse cepimus / paulus
in epistolis suis dicit quibus nos ad curricula
uiuendi per diuina magisteria formauit / non es
tis uestri. Empti enim estis precio magno /
clarificate deum in corpore uestro / clarificetis

et portemus deum in puro et mundo corpore
observatione meliore. Et qui per sanguinem
Christi redempti sumus, per omnia servitutis
obsequia redemptoris imperio pareamus,
demusque operam ne quid immundum et profa-
num templo dei inferatur, ne offensus se-
dem quam inhabitat derelinquat. Hospita-
tis domini verba sunt et docentis et monentis:
Ecce inquit sanus factus es, iam noli pec-
care, ne quid tibi deterius fiat. Dat vivendi mo-
rem, dat innocentie legem postquam contulit
sanitatem, nec habenis liberis et so-
lutis vagari postmodum patitur, sed ipsis
potius quibus sanatus fuerat mancipato
gravius comminatur, quia sit minor culpa de-
liquisse antea, cum necdum nosses disciplinam
dei. Nulla sit venia ultra delinquere
postquam deum nosse cepisti. Et quidem hoc tam
viri quam mulieres, tam pueri quam puelle,
sexus omnis atque omnis etas observet et curet
pro religione et fide quam deo debet, ne quod
sanctum et purum de domini dignatione perceptum
minus sollicito timore teneatur. Nunc
v nobis ad virgines sermo est, quarum quo su-
blimior gloria et maior cura est. Flos
est ille ecclesiastici germinis, decus atque or-
namentum gratie spiritalis, leta indoles lau-
dis et honoris, opus integrum atque incor-
ruptum, dei imago respondens ad sanctimo-
niam domini, illustrior portio gregis Christi.
Gaudet per illas atque in illis largiter flo-
ret ecclesie matris gloriosa fecunditas, quan-
to quia plus copiosa virginitas numero
suo addit, tanto gaudium matris augescit.
Ad has loquimur, has adhortamur affectione
potius quam potestate, non quo extremi et minimi
et humilitatis nostre admodum conscii aliquid
ad censuram licentie vindicemus, sed quod
ad sollicitudinem magis cauti plus de
diaboli infestatione timeamus. Neque in-
anis hec cautio et vana formido, que
ad salutis viam consulit, que dominica et vita-
lia precepta custodit, ut que se Christo dica-
verint et a carnali concupiscentia recedentes
tam carne se quam mente deo voverint, con-
summent opus suum magno premio desti-
natum, nec ornari iam aut placere cuiquam nisi domino
suo studeant, a quo et mercedem virgini-
tatis exspectant, dicente ipso: Non omnes ca-
piunt verbum, sed illi quibus datum est. Sunt
xxiiii enim spadones qui ex utero matris nati sic
sunt, et sunt spadones qui coacti sunt ab ho-
minibus, et sunt spadones qui se ipsos cas-
traverunt propter regnum celorum. Denuo quoque
per hanc angeli vocem continentie mu-
nus ostenditur, virginitas predicatur. Hii sunt
qui cum mulieribus se non coinquinaverunt,
virgines enim permanserunt. Hii sunt qui sequuntur
agnum quocumque ierit. Neque enim tantum mascu-
lis continentie gratiam dominus repromittit et

et feminas preterit, sed quoniam femina viri portio est
atque ex eo sumpta et formata est, in scripturis
fere omnibus ad prothoplastum sermo fit, Deus loquitur per prophetam
quia sunt duo in carne una, et in masculo simul signi-
ficatur et femina. Quod si Christum continentia se-
quitur et regno dei virginitas destinatur,
quid est illis cum terreno cultu et cum ornamen-
tis, quibus dum hominibus placere gestiunt,
dominum offendunt, non cogitantes esse prodi-
tum: qui hominibus placent confusi sunt, quoniam deus
nihil fecit illos. Et Paulum quoque gloriose
et sublimiter predicasse: si hominibus place-
re vellem, Christi servus non essem. Continentia vero x
et pudicitia non in sola carnis integrita-
te consistit, sed etiam in cultus et ornatus ho-
nore pariter ac pudore, ut secundum apostolum que in-
nupta est sancta sit et corpore et spiritu. In-
struit Paulus ac dicit: Celebs cogitat
ea que sunt domini, quomodo placeat domino; qui autem
matrimonium contraxit cogitat ea que sunt mun-
di huius, quomodo placeat uxori. Sic et mulier
et virgo innupta cogitat ea que sunt domini,
ut sit sancta et corpore et spiritu. Virgo non esse tantum
sed intelligi debet et credi. Nemo cum virgi-
nem viderit dubitet an virgo sit. Aut
virgo sit, parem se integritas in omnibus prestet,
nec bonum corporis cultus infamet. Quid
compta, quid ornata procedit, quasi maritum aut
habeat aut querat? Timeat potius placere
si virgo est, nec periculum sui appetat que ad me-
liora et divina se servat. Que viros non
habent cui placere se simulent, integre
et pure non tantum corporaliter sed et spiritaliter
perseverent. Neque enim virginem fas est ad
speciem forme comi, aut de carne et de
eius pulchritudine gloriari, cum nulla sit illis
magis quam adversus carnem colluctatio
et vincendi corporis ac domandi obstina-
ta certatio. Paulus forti et sublimi vo-
ce proclamat: Mihi autem absit gloriari nisi in cru-
ce domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus cru-
cifixus est et ego mundo. Et virgo in ecclesia
de specie carnis et de corporis pulchritudine
gloriatur. Addit Paulus et dicit: Qui enim
sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vi-
ciis et concupiscentiis. Et que se concupiscentiis carnis
et viciis renuntiasse profitetur, in hiisdem
quibus renuntiaverat invenitur. Deprehenderis,
virgo, detegeris: aliud esse te iactas et a-
liud affectas. Maculis te concupiscentie carnalis
aspergis cum integritatis candidata sis et
pudoris. Clama, inquit Isaie deus: omnis caro
fenum et omnis claritas eius ut flos feni.
Aruit fenum et flos decidit, sermo autem domini
manebit in eternum. Neminem Christianum decet,
et maxime virginem non decet claritatem
ullam computare carnis et honorem, sed so-
lum appetere sermonem dei, bona in eternum man-
sura complecti. Aut si carne sit gloriandum,
tunc plane quando in Christi nominis confessione

cruciatur/ qm fortior femina viris torquen
tibus inuenit/ qm ignes aut cruces aut ferrum
.xxv. aut bestias patitur ut coronetur/ Illa sunt
carnis preciosa monilia/ illa corporis ornamen
ta meliora/ Sed sunt alique diuites et
facultatum vbertate locupletes/ que opes suas
preferunt/ et se bonis suis uti debere con-
tendant/ Sciat primo illam diuitem esse que
deo diues est/ illam esse locupletem que locu
ples in xpo est/ bona illa esse que sunt spi
ritualia/ diuina celestia que nos ad deum du
cant/ que nobiscum aput deum perpetua pos
sessione permaneat/ Ceterum quecumque terrena sunt
in seculo accepta et hic cum seculo remansu
ra tam contempni debent/ quam mundus ipse
contempnitur/ cuius pompis et deliciis
iam tunc renunciauimus/ cum meliore tran
situ ad deum uenimus/ hinc iohes nos
excitat et hortatur spiritali et celesti uo
ce contestans/ Nolite ait diligere mundum ne
que ea que in mundo sunt/ Siquis dilexerit mundum
non est caritas patris in illo quoniam omne quod in mundo
est/ concupiscencia carnis est et concupiscencia oculorum
et ambicio seculi que non est a patre sed ex con
cupiscencia seculi/ et mundus transibit et concu
piscencia eius/ Qui autem fecerit voluntatem dei
manebit in eternum quomodo et deus manebit
in eternum/ Eterna igitur et diuina sectanda sunt
et omnia de dei uoluntate facienda sunt/
ut domini nostri uestigia et magisteria diuina sec
temur/ qui monuit et dixit/ non descendi de ce
lo ut faciam uoluntatem meam sed voluntatem
b eius qui misit me/ Quod si non est maior
domino suo seruus et liberatori debet obsequium
liberatus/ qui esse cupimus christiani debemus
quod xpus dixit imitari/ Scriptum est et le
gitur et auditur/ et in exemplum nostrum
ecclesie ore celebratur/ Qui dicit se in xpo
manere debet/ quo ille ambulauit et
ipse ambulare/ Ambulandum est igitur
uestigiis paribus/ emula ingressione ni-
tendum est/ Tunc rudet ad fidem nominis
sectacio veritatis/ et credenti premium datur
si quod creditur et geratur/ locupletem te
dicis et diuitem sed diuiciis tuis paulus
occurrit/ et adultum atque cultum tuum iusto fine d
moderandum sua uoce prescribit/ Similiter inquid
mulieres cum uerecundia et pudicicia componentes
se non in tortis crinibus neque auro neque
margaritis aut ueste preciosa/ sed ut decet
mulieres/ promittentes castitatem per bo
nam conuersacionem/ Item petrus ad hec eadem
precepta consentit/ et dicit/ Sit in muliere
non exterior ornamenti aut auri aut uestis cultus/
sed cultus cordis/ Quod si illi mulieres quoque ad
monet coherendas/ et ad ecclesiasticam
disciplinam religiosa obseruacione mode-
randas que excusare cultus suos solent per
maritum/ quanto id magis obseruare virgi-
nem fas est/ cui nulla ornatus sui com

petat uenia/ nec deriuari in alterum potest
mendacium culpe sed sola ipsa remane-
at in crimine/ locupletem te dicis et
diuitem/ Sed non omne quod potest debet et fieri
nec desideria prolixa et de seculi am
bicione nascencia/ ultra honorem ac
pudorem uirginitatis extendi cum scrip-
tum sit/ Omnia licent sed non omnia expe
diunt/ omnia licent sed non omnia edificant
Ceterum si tu te sumptuosius comis et per
publicum notabilis incedas/ oculos in te
iuuentutis illicias/ suspiria adolescentum
.xxvi. post te trahas/ concupiscendi libidines nutrias/ spe
randi fomenta succendas/ ut et si ipsa non
pereas alios tamen perdas/ et uelut gladium
te et uenenum uidentibus prebeas/ excu
sari non potes quasi mente casta sis et pudica
Redarguit te cultus improbus et in
pudicus ornatus/ Nec computari iam potes
inter puellas et virgines xpi que sic uiuis
ut possis adamari/ locupletem te dicis
et diuitem sed iactare diuicias suas
virginem non decet cum dicat scriptura diuina
Quid nobis profuit superbia aut quid diui
ciarum iactacio contulit nobis/ transierunt omnia
illa tamquam vmbra/ Et apostolus rursum
moneat et dicat et qui emunt sic sint
quasi non possidentes/ et qui utuntur hoc mundo
quasi non vtantur/ preterit enim figura huius
mundi/ petrus etiam cui oues suas domi-
nus pascendas tuendas que commendat super
quem posuit et fundauit ecclesiam/ aurum qui-
dem sibi esse et argentum negat sed esse
se dicit xpi gratiam diuitem/ esse fide eius
et virtute locupletem quibus multa
magnalia cum miraculo faceret quibus
ad graciam glorie spiritualibus donis habun-
daret/ has opes has diuicias possidere
non potest que se diuitem seculo maluit esse
quam xpo locupletem te dicis/ et diuitem
et vtendum putas te hiis que possidere
te deus uoluit/ vtere sed ad res salutares
et ad bonas artes vtere/ ad illa que deus
precepit que dominus ostendit diuitem te senciant
paupes/ locupletem te senciant indi-
gentes/ patrimonia tua deo fenera/ xpm
ciba ut virginitatis perenne gloriam liceat
at/ ut ad dei premia venire contingat
multorum precibus exora/ commenda illic the-
sauros tuos/ ubi fur nullus effodiat/ quo
nullus insidias grassator irrumpat/ pos-
sessiones tibi sed celestes magis compara
ubi fructus tuos iuges ac perhennes et
ab omni contactu iniurie secularis immu-
nes nec rubigo atterat nec grando ce-
dat nec sol urat nec pluuia corrumpat
Nam delinquis et si ipsa in deum si ad
hoc tibi ab illo diuicias datas credis
ut illis non salubriter perfruaris/ Nam
et vocem homini deus dedit et tamen non sunt

ideo amatoria cantanda / nec turpia
Et fieri esse adulteram licere deus voluit
nec homicidia sunt ideo facienda. Aut
quia thura et merum et ignem dominus institu
it / sacrificandum est ydolis vel quia habun
dant pecudum greges / in agris tuis vic
timas et hostias ymmolare debebis.
Aut alioquin temptatio est patrimonium grandi
dem. Adversus bonos census opere iuste
patrimonio suo unusquisque locupletior
magis redimere debeat quam augere de
licta / ornamentorum ac vestium insigni
a et lenocinia formarum non prostitutis
et impudicis feminis congruunt / et nul
larum fere preciosior cultus est quam quarum
pudor vilis est. Sic in scripturis sanctis quibus
nos instrui dominus voluit et moneri descri
bitur civitas meretrix / compta pulchrius
et ornata cum ornamentis suis ac propter ipsa
potius ornamenta peritura. Et venit unus
michi ex vii angelis habentibus fialas vii
et aggressus est me dicens / veni ostendam
tibi dampnationem meretricis magne sedentis
tis super aquas multas cum qua forni
cati sunt reges terre. Et duxit me in spiritu
et vidi mulierem sedentem super bestiam
et mulier illa amicta erat pallio pur
pureo et coccineo et adornata erat
auro et lapidibus preciosis et marga
ritis tenens poculum aureum in manu
sua plenum execrationum et inmundicie et
fornicationis / totius terre. Fugiant caste
virgines et pudice incestarum cultus habi
tus inpudicarum lupanarum insignia orna
tum meretricum / clamat etiam spiritu sancto ple
nus Ysaias et filias Syon auro et veste
corruptas increpat et obiurgat per mari
osis opibus affluentibus et a domino
per seculi delicias recedentes / Exaltate sunt
ait filie Syon / et ambulaverunt alto
collo et nutu oculorum et incessu pedum
trahentes tunicas / et pedibus simul
ludentes et humiliabit deus principales
filias Syon et revelabit dominus earum habi
tum et auferet dominus gloriam vestis illarum
et ornamenta earum et crines et anulos
et lunulas et discrimen et armillas et
botronatum et dextralia et anulos et
inaures et serica contexta cum auro et
iacincto et erit pro odore suavitatis
pulvis et pro cingulo / reste cingeris et
pro ornamento capitis aureo / calvicium
habebis. Hoc deus culpat hoc denotat hinc
corruptas esse virgines / hinc a cultu vero
atque divino defluisse pronunciat. Exalta
te ceciderunt compte turpitudinem se
dicitatemque meruerunt / sericum et purpu
ram indute / Christum induere non possunt auro
et margaritis et monilibus adornate
ornamenta cordis ac pectoris perdiderunt

Quis non id execretur et fugiat quod alii fuerit
exicio / quis id appetat et assumat quod ad
necem alterius pro gladio fuit / et telo si
in isto poculo moreretur ille qui biberat
venenum / scies esse quod ille potavit. Si accep
to cibo qui acceperat interiret / scires esse
letale quod acceptum potuit occidere / nec
ederes inde nec biberes unde interisse a
lios ante conspiceres / Nunc quanta ignorantia
est veri animi / quanta dementia id velle
quod et nocuit semper et noceat et putare quod
inde ipsa non peream unde alias perisse cognoscas.
Neque enim coccineas deus aut pur
pureas oves fecit aut herbarum succis et con
chyliis tingere et colorare lanas do
cuit / nec distinctis auro lapillis et mar
garitis contexta serie et numerosa compage
digestis / monilia instituit / quibus cer
vicem quam fecerat absconderet ut operiatur
illud quod deus in homine formavit et conspi
ciatur id de super quod diabolus invenit.
An vulnera inferri deus auribus voluit
quibus innocens adhuc infantia et ma
li secularis ignara crucietur / ut postea de
aurium cicatricibus et cavernis preciosa
grana dependeant / gravia et si non suo ponde
re mercium quantitate. Que omnia peccatores
et apostate angeli suis artibus prodi
derunt quando ad terrena contagia devoluti
a celesti vigore recesserunt. Illi et oculos xviii
circumducto nigrore fucare et genas men
dacio ruboris inficere et mutare adul
terinis coloribus crinem / et expugnare
omnem oris et capitis veritatem corrup
tele sue inpugnatione docuerunt. Et qui
dem isto in loco pro timore quem nobis fides
suggerit pro dilectione quam fraternitas exigit
non virgines tantum aut viduas sed et nuptas
puto / et omnes omnino feminas admonendas
quod opus dei et facturam eius et plasticam
adulterari nullomodo debeat / adhibito
flavo colore vel nigro pulvere vel rubore
aut quolibet denique lineamenta nativa
corrumpente medicamine. Dicit deus faci
amus hominem ad imaginem et similitu
dinem nostram / et audet quisquam mutare
et convertere quod deus fecit. Manus deo in
ferunt quando id quod ille format et transfigurare reformare
contendunt nescientes quia opus dei est omne
quod nascitur / diaboli quodcumque mutatur. Si quis
pingendi artifex vultum alicuius et speciem
et corporis qualitatem / emulo colore sig
nasset / et signato iam consummatoque simula
chro / manus alius afferret / iam formata
iam picta quasi peritior reformaret / gravis
prioris artificis iniuria / et iusta indignatio
videtur. Tu te existimas impune tam
ram / tam inprobe temeritatis audaciam
dei artificis offensam et si impudica circa
ea homines / et incesta fucatis lenocinatibus

11

non sanctis corruptis idolatriis que deterior sint
peior adultera detineris. Quod ornari
te putas quod putas comi impugnatio est
ista diuini operis preuaricatio est veritatis.
Admonentis apostoli vox est. Expurgate vetus
fermentum ut sitis noua conspersio sicut
estis azimi. Nam et pascha nostrum immo-
latus est xpistus. itaque festa celebremus
non in fermento neque veteri in fermento
malitie et nequicie sed in azimis sinceri-
tatis et veritatis. Numquid sinceritas perse-
uerat et veritas quando que sincera sunt polluuntur
colorum adulteriis. medicamina fucis
in mendacium vera mutantur. Dominus tuus dicit
non potes facere capillum unum album aut
nigrum. et tu ad vincendam domini tui voce(m)
vis te esse potiorem. Audaci conatu et
sacrilego contemptu crines tuos inficis
malo presagio futurorum. capillos iam tibi flam-
meos auspicaris. et peccas grave nephas
capite id est corporis parte meliore. Et cum
scriptum sit de domino. Caput autem eius et ca-
pilli erant albi et capilli velut lana aut nix
tu execraris caniciem. detestaris albo-
rem qui sit ad domini caput similis. Non
metuis oro que talis es ne cum resur-
rectionis dies venerit artifex tuus te
iam non recognoscat ad sua promissa et
premia venientem removeat. et exclu-
dat increpans vigore censoris et iu-
dicis. opus hoc meum non est nec
imago hec nostra est. cutem falso medicamine
polluisti. crinem adultero colore mutasti.
expugnata est mendacio facies. figura cor-
rupta est. vultus alienus est. deum videre
non poteris. quia oculi non sunt quos deus fecit
sed quos diabolus infecit. illum secutata
es. rutilos atque depictos oculos ser-
pentis imitata es. de inimico tuo comp-
ta cum illo pariter arsura. Hec oro non cogi-
tanda sunt dei seruis. non die semper
ac nocte metuenda. Viderint que sibi
nupte placendi studium de coniugum
solatio blandiantur. quos dum in ex-
cusationem suam proferunt. ad societatem
criminose consensionis asciscunt. Virgines
certe quibus hic sermo noster consulit. si se eius-
modi artibus magis compserint. mi(nus) ...
virgines puto deere numerari. sed tamquam
contactas oues et morbidas pecudes.
a sanctis et puris gregem virginitatis arceri. ne
contagio suo ceteras polluat. dum simul
degunt. ne perdant alias. quamquam
pierit et quoniam continentie bonum querimus
perniciosa queque infesta vitemus. Nec illa
pretereo que dum neglegentia in usum
venerunt. contra pudicos et sobrios mores
licentiam sibi de usurpatione fecerunt.
Quasdam non pudet nubentibus
interesse. et inter illam lasciuientium libertatem

sermonum colloquia incesta miscere.
audire quod non decet. quod non licet dicere.
obseruare et esse presentes inter verba turpia
et temulenta conuiuia. quibus libidi-
num fomes accenditur. sponsa ad patientiam
stupri. ad audaciam sponsus animatur. Quis
illic in nuptiis locus est cui animus ad
nuptias non est. Aut voluptatis illic
et lete esse possunt ubi et studia et vota
diuersa sunt. Quid illic discitur. quid videtur.
Quantum a proposito suo virgo deficit. cum que
impudica que venerat pudica dis-
cessit. Corpore licet virgo et mente permaneat
oculis auribus lingua minuit illa que
habebat. Quid vero que promiscuas balneas
adeunt. que oculis ad libidinem curiosis. pudo-
ri ac pudicitie corpora dicata prostituunt.
que cum viros ac a viris nude vident tur-
piter ac videntur. nonne ipse illecebram
viciis prestant. nonne ad corruptelam et
iniuriam suam desideria presentium sollici-
tant et inuitant. Viderit inquis qua illuc
mente quis veniat. michi tantum cure est ut refice-
re corpusculum cura est et lauandi.
Non te purgat ista defensio nec las-
ciuie et petulantie crimen excusat.
Sordidat lauacrum istud non abluit nec
emundat membra sed maculat. Impu-
dice neminem conspicias sed ipsa conspi-
ceris. impudice oculos tuos turpi o-
blectatione non polluis. sed dum oblectas
alios ipsa pollueris. spectaculum de la-
uacro. Theatris sunt fediora quo conue-
nis. verecundia illic omnis exuitur. simul cum
amictu vestis honor corporis ac pudor
ponitur. denotanda et contrectanda vir-
ginitas reuelatur. Iam nunc considera
an cum vestita est verecunda sit inter viros
talis que ad audaciam profecit auda-
cia nuditatis. Sic ergo frequenter ecclesia vir-
gines suas plangit. sic ad infames et
earum detestabiles fabulas ingemis-
cit. Sic flos omnis virginum extinguitur.
honor continentie ac pudor ponitur. gloria omnis
ac dignitas prophanatur. Sic se expugna-
tis inimicus per artes suas inserit. sic
insidiis occultis fallentibus dyabolus
obrepit. Sic dum ornari cultius. dum
liberius euagari virgines volunt. esse vir-
gines desinunt. furtiuo dedecore cor-
rupte. vidue antequam nupte. non mari-
ti et xpisti adultere. quantum fuerant premiis
ingentibus virgines destinande tan-
tum magna supplicia pro amissa virginita-
te sensure. Audite itaque virgines. ut
parentem audite queso ut timen-
tem pariter ac monentem. audite utilita-
tibus et commodis vestris fideliter consulente(m).
Estote tales quales vos deus artifex
fecit. Estote tales quales vos manus

precis instituit. Maneat in vobis faci-
es incorrupta, cervix pura, forma since-
ra. Non inferantur auribus vulnera, nec
brachia includat aut armillis de collis
et monilibus cathena preciosa; sint a com-
pedibus aureis pedes liberi, crines nullo
colore fucati, oculi conspiciendo deo digni.
Celebrentur lavacra cum feminis, quarum in-
ter vos pudica lavacio est. Nupciarum festa
improba et convivia lasciva vitentur, quorum
periculosa contagio est. Vince vestem que
virgo es, vince aurum que carnem vincis
et seculum. Non est eiusdem non posse a ma-
ioribus vinci et imparem minoribus inve-
niri. Arta et angusta est via que ducit ad
vitam, durus et arduus limes qui ten-
dit ad gloriam. Per hunc viae limitem martires
pergunt, eunt virgines, iusti quique gradiuntur. La-
ta et spaciosa itinera vitate; letales illic
illecebre et mortifere voluptates; illic
diabolus blanditur ut fallat, arridet
ut noceat, illicit ut occidat. Primus centen-
arius martirum fructus est, secundus sexagenarius
vester est. Ut apud martires non est carnis et se-
culi cogitacio nec parva et levis et de-
licata congressio, sic et in vobis, quarum
ad graciam merces secunda est, sit et virtus ad to-
lerantiam proxima. Non est ad magna fa-
cilis accessus. Quem sudorem perpetimur,
quem laborem, cum conamur ascendere colles
et vertices moncium. Quid ut ascendamus
ad celum? Si premium pollicitacionis atten-
das, minus est quod laboras. Inmortalitas
perseverantibus datur, perpetua vita promittitur,
regnum dominus pollicetur. Servate virgines,
servate quod esse cepistis, servate quod debitis.
Magna vos merces manet, premium grande
de virtutis munus maximum castitatis.
Vultis scire quo malo careat et quid boni
teneat condicio virtutis? Multiplicabo, inquit,
mulieri deus tristicias tuas et gemitus
tuos, et in tristicia paries filios, et conversio
tua ad virum tuum, et ipse tui dominabitur. Vos
ab hac sentencia libere estis; vos mulierum tristi-
cias et gemitus non timetis; nullus vo-
bis de partu circa filios metus est, nec
maritus est dominus; dominus vester et caput Christus
est ad instar et vicem masculi; sors vobis
et condicio communis. Dominica vox est illa dicen-
tis: Filii huius seculi generant et generantur;
qui autem habuerit dignacionem seculi huius
et resurrectionis a mortuis, non nubunt
neque matrimonium faciunt. Neque enim incipiet
mori; equales enim sunt angelis dei, cum sint
filii resurrectionis. Quod futuri sumus,
iam vos esse cepistis. Vos resurrectionis
gloriam in isto seculo iam tenetis; per seculum
sine seculi contagione transitis. Cum caste
perseveratis et virgines, angelis dei estis e-
quales. Tantum maneat et duret solida et
illesa virginitas, et ut cepit iugiter fortiter
perseveret; nec monilia aut vestium querat or-
namenta, sed morum. Deum spectet et celum, neque
oculos ad sublime porrectos ad carnis
et mundi concupiscentiam deprimat et ad ter-
rena deponat. Prima sententia crescere et generare
precepit, secunda continenciam suasit. Cum
adhuc rudis mundus et inanis esset, copia
fecunditate generante propagamur et crescimus
ad humani generis augmentum. Cum iam orbis et
mundus impletus, qui continenciam capiunt
spadonum more viventes castrantur ad
regnum. Nec hoc iubet dominus, sed hortatur, nec
iugum necessitatis imponit, cum maneat vo-
luntatis arbitrium liberum. Sed cum habitaciones
multas apud patrem suum dicat, melioris
habitaculi hospicia demonstrat. Habitacula
ista meliora vos petitis, carnis desideria
castrantes, maioris gracie premium in celesti-
bus obtinetis. Omnes quidem qui ad di-
vinum munus et patrium baptismi sanctifi-
catione perveniunt hominem illic veterem gracia
lavacri salutaris exponunt et innovati spiritu
sancto a sordibus contagionis antique itera-
ta nativitate purgantur. Sed nativitatis
iterate vobis maior sanctitas et veritas com-
petit, quibus desideria iam carnis et cor-
poris nulla sunt; sola in vobis que sunt virtutis
et spiritus ad gloriam remanserunt. Apostoli vox
est, quem dominus vas electionis sue dixit, quem ad
promenda mandata celestia dominus misit:
Primus, inquit, homo de terre limo, secundus e
celo. Qualis ille e limo, tales et qui de
limo; et qualis celestis, tales et celes-
tes. Quomodo portavimus imaginem eius
qui est de limo, portemus et imaginem
eius qui de celo est. Hanc ymaginem vir-
ginitas portat, integritas portat, sanctitas portat
et veritas; portant discipline dei memo-
res, iusticiam cum religione retinentes, sta-
biles in fide, humiles in timore, ad omnem
tolleranciam fortes, ad sustinendam iniuri-
am mites, ad faciendam misericordiam faciles,
fraterna pace unanimes atque concordes. Que
vos singula, o bone virgines, observare,
diligere, implere debetis, que deo et Christo va-
cantes ad dominum, cui vos dicastis, et maiore
et meliore parte preceditis. Provecte annis
iunioribus facite magisterium, minores natu
prebete comparibus incitamentum; hortamentis
vos mutuis excitate, emulis de virtute do-
cumentis ad gloriam provocate. Durate for-
titer, spiritaliter pergite, pervenite feliciter. Tantum
mementote tunc nostri, cum incipiet in vobis
virginitas honorari. Incipit de lapsis

Pax ecce dilecti-
ssimi fratres, ecclesie reddita est, et
quod difficile nuper incredulis
ac perfidis impossibile videbatur

Cij ope atque ultione diuina securitas nostra
reparata est. In letitiam mentes redeunt
et tempestate pressure ac nube discussa
tranquillitas ac serenitas refulserunt. Dan-
de laudes deo et beneficia eius ac munera
cum gratiarum actione celebranda. Quamuis gratias
agere nostra uox nec in persecutione cessauit.
Neque enim tantum inimico licere potest, ut non qui
dominum toto corde et anima et uirtute diligi-
mus, benedictiones eius et laudes semper et ubique
cum gloria predicemus. Exoptatus uotis omnium
dies uenit, et post longe noctis horribi-
lem tetramque caliginem dei luce radiatus
mundus illuxit. Confessores preconio boni
nominis claros et uirtutis ac fidei lau-
dibus gloriosos letis conspectibus intue- Ciij
mur, sanctis osculis adherentes, desideratos diu
inexplebili cupiditate complectimur.
l Adest militum Christi cohors candida, qui perse-
cutionis urgentis ferociam turbulentam
stabili congressione fregerunt, pati ad
patientiam carceris armati, ad toleran-
tiam mortis repugnastis fortiter, seculo spec-
taculum gloriosum prebuistis deo, secuturis
fratribus fuistis exemplo. Religiosa uox m
Christum locuta est, in quem se semel credidisse
confessa est. Illustres manus, que non nisi di-
uinis operibus assueuerant, sacrificiis sa-
crilegis restiterunt. Sanctificata ora ce-
lestibus cibis post corpus et sanguinem
domini profana contagia et idolorum reliquias
respuerunt. Ab impio scelerato que uelamine
quo illic uelabantur sacrificantium capita
captiua, caput uestrum liberum mansit. Frons
cum signo dei pura diaboli coronam fer-
re non potuit, corone se domino reseruauit. Quam
uos leto sinu excipit mater ecclesia de prelio
reuertentes. Quam beata quam gaudens por-
tas suas aperit, ut adunatis agminibus
inferatis, de hoste prostrato trophea re-
ferentes. Cum triumphantibus uiris et femine
ueniunt que cum seculo dimicantes sex-
um uicerunt, quoque ueniunt et gemina-
ta milicie sue gloria uirgines et pueri an-
nos suos uirtutibus transcendentes. Nec non
et cetera circumstantium multitudo uestram
gloriam sequitur proximis et pene iunctis lau-
dibus insignibus uestigia uestra comitatur.
Eadem et in illis sinceritas cordis, ea-
dem fidei uel firmitatis integritas. Incon-
cussis preceptorum celestium radicibus innixos
et euangelicis tradicionibus roboa-
tos non prescripta exilia, non destinata tor-
menta, non rei familiaris et corporis
supplicia terruerunt. Exploranda fidei pre-
finiebantur dies, sed qui renuntiasse
seculo se meminit, nullum seculi diem nouit,
nec tempora terrena iam computat qui eterni-
tatem de deo sperat. Nemo fratres nemo
hanc gloriam milicie, nemo incorrupti

stantium firmitatem maligna obtrectatione
debilitet. Cum dies negantibus prestitu-
tus excessit, quisquis professus intra di-
em non est, Christianum se esse confessus est. Pri-
mus est uictorie titulus gentilium ma-
nibus apprehensum dominum confiteri. Secundus
ad gloriam gradus est cauta secessione
subtractum domino reseruari. Illa publica,
hec priuata confessio est. Ille iudicem se-
culi uincit, hic contentus deo suo iudice
conscientiam puram cordis integritate
custodit. Illic fortitudo securior, ille
appropinquante hora sua iam maturus
inuentus est, hic fortasse dilatus est qui
patrimonio derelicto, ideo secessit quia no-
ucat negaturus. Confitetur utique si
fuisset et ipse detentus. Has martyrum ce-
lestes coronas, has confessorum glorias spiritua-
les, astantium fratrum maximas eximias-
que uirtutes, mesticia una contristat, quod
auulsam uirorum uiscerum partem uiolentus
inimicus populationis sue strage deiecit.
Quid hoc loco faciam dilectissimi fratres
fluctuans uario mentis estu? Quid aut
quomodo dicam? lacrimis magis quam uerbis
opus est ad exprimendum dolorem, quo
corporis nostri plaga deflenda est, quo
populi aliquando numerosi multiplex lamentanda
iactura est. Quis enim durus sic ac
ferreus, quis sic fraterne caritatis oblitus,
qui inter suorum multiformes ruinas et
lugubres ac multo squalore deformes
reliquias constitutus, siccos oculos te-
nere preualeat, nec erumpente statim fletu
prius gemitus suos lacrimis quam uoce de-
promat? Doleo fratres, doleo uobiscum, nec mi-
hi ad leniendos dolores meos integritas et sani-
tas priuata blanditur, quando plus pastor in
gregis sui uulnere uulneratur. Cum singulis
pectus meum copulo, meroris et funeris
pondera luctuosa participo. Cum plange-
tibus plango, cum deflentibus defleo,
cum iacentibus iacere me credo. Iaculis
illis grassantis inimici mea membra per-
cussa simul sunt, seuientes gladii per uiscera
mea transierunt. Immunis et liber a perse-
cutionis incursu fuisse non potest animus.
In prostratis fratribus et me prostrauit af-
fectus. Habenda tamen est fratres dilectissimi ra-
tio ueritatis, nec sic mentem debet et sensum
persecutionis infeste tenebrosa caligo
cecasse, ut nichil remanserit lucis et lu-
minis, unde diuina precepta perspici possint. Si
cladis causa cognoscitur, et medela uul-
neris inuenitur. Dominus familiam suam probare
uoluit, et quia traditam nobis diuinitus dis-
ciplinam pax longa corruperat, iacentem
fidem et pene dixerim dormientem ce-
lestis censura erexit. Cumque nos pro peccatis
nostris amplius mereremur, clementissimus

dominus suis accommodatus est ut hoc omne quod
gestum est/exploratio potius quam persecutio
videtur. Studebant augendo patrimonio
singuli/et obliti quid credentes/aut sub apos
tolis ante fecissent/aut semper facere deberent/insa
ciabili cupiditatis ardore/ampliandis
facultatibus incubabant/Non in sacerdo
tibus religio devota/non in ministris fides
integra/non in operibus misericordia/non in moribus
disciplina/Corrupta barba in viris/in fe
minis forma fucata/Adulterati post dei
manus oculi capilli mendacio colorati
ad decipienda corda simplicium/callide
fraudes/circumveniendis fratribus subdole vo
luntates. Iungere cum infidelibus vinculum
matrimonii/prostituere gentilibus membra xpi
non iurare tantum temere sed adhuc etiam peie
rare/prepositos superbo tumore contempnere
/venenato sibi ore maledicere odiis pertina
Ciiij tibus invicem dissidere. Episcopi plurimi
quos et ortamento esse oportet ceteris/et exe
plo divina procuratione contempta/procurato
res rerum secularium fieri/Derelicta kathedra/
plebe deserta per alienas provincias oberra
tes/negociationis questuose nundinas aucu
pari/esurientibus in ecclesia fratribus/habere ar
gentum largiter velle/fundos insidiosis frau
dibus rapere/usuris multiplicantibus fe
nus augere/Quid non perpeti tales pro peccatis eius
modi mereremur cum iam pridem premonuerit
ac dixerit censura divina/Si dereliquerint legem
meam et in iudiciis meis non ambulave
rint/Si iusticias meas prophanaverint et
precepta mea non observaverint visitabo in virga
facinora eorum et in flagellis delicta eorum
Prenunciata sunt ista nobis/et ante predicta sed
nos date legis et observacionis immemores
id egimus per nostra peccata ut dum domini man
data contempnimus ad correpcionem delic
ti et probacionem fidei remediis severiori
bus veniremus. Nec saltem sero conversi
ad dei timorem sumus ut hanc correp
cionem nostram probacionemque divinam pateremur
et subiremus. Ad prima statim verba minantis
inimici maximus fratrum numerus fidem suam
prodidit nec prostratus est persecucionis im
petu sed voluntario lapsu se ipse prostravit/
Quid oro inauditum quid novum venerat ut ve
luti incognitis atque inopinatis rebus ex
ortis xpi sacramentum temeritate precipiti solveretur
Nonne iustorum pressuras/et gentilium semper iniu
rias/pleni spiritu sancto predicaverunt. Nonne
fidem nostram semper armans/et dei servos ce
lesti voce corroborans/dicit scriptura divina
dominum deum tuum adorabis/et illi soli servi
es. Nonne iram divine indignacionis
ostendens/et pene metum premonens domino
dicens/adoraverunt eos quos fecerunt digi
ti eorum/et curvatus est homo et humi
liatus est vir/et non laxabo illis/et iterum

deus loquitur dicens/Sacrificans diis eradi
cabitur nisi deo soli. In evangelio quoque postmodum
dominus in verbis doctor et consummator in fac
tis docens quid fieret/et faciens quicquid docu
isset quicquid est gerendum et gerere. Nonne ante pre
monuit. Nonne et negantibus eterna sup
plicia et salutaria confitentibus premia ante
constituit. Exciderunt quibusdam pro
nephas omnia et de memoria recesserunt
Non expectaverunt saltem ut ascenderent
apprehensi ut interrogati negarent. Ante
aciem multi victi sine congressione prostra
ti/nec hoc sibi reliquerunt ut sacrificare y
dolis viderentur inviti/Ultro ad forum currere
ad mortem sponte properare quasi hoc oli
cupierint quasi amplecterentur occasionem da
tam quam semper optassent. Quot illic magistra
tibus vespera urgente dilationem sunt quin ne
eorum differretur instantius et rogaverunt
Quam vim potest talis obtendere quo crimen suum
purget cum vim magis ipse fecerit ut periret
ret/Nonne quando ad capitolium sponte ventum
quando ultro ad obsequium diri facinoris acces
sum est labavit gressus caligavit aspectus
tremuerunt viscera brachia conciderunt
Non sensus obstupuit lingua hesit sermo Cv
illic potuit dei servus et loqui et renuncia
re xpo qui iam diabolo renunciaverat ipso
qui iam diabolo et seculo. Non ara illa quo
moriturus accessit/rogus illi fuit. Non
diaboli altare quod fetore tetro fumare
ac redolere conspexerat velud funus et
bustum vite sue horrere ac fugere debeat
Quid hostiam tecum miser quid victi
mam immolaturus imponis. ipse ad aras hos
tia victima ipsa venisti. Immolasti illic
virtutem tuam sapienciam tuam fidem tuam/funes
tis illis ignibus concremasti. At multis
proprius interitus satis non fuit/hortamen
tis mutuis in exitium populus impulsus est
mors invicem letali poculo propinata est
Ac ne quid deesset ad criminis cumulum/infantes
quoque parentum manibus vel impositi vel
attracti amiserunt parvuli quod in primo statim
nativitatis exordio fuerant consecuti/Non
ne illi cum iudicii dies venerit dicent/Nos
nichil fecimus nec derelicto cibo et poculo
domini ad prophana contagia sponte propera
vimus/perdidit nos aliena perfidia parentes
sensimus parricidas/illi nobis ecclesiam matrem
illi patrem deum negaverunt/ut dum parvi et im
providi/et tanti facinoris ignari per alios
ad consorcium criminum iungimur aliena frau
de caperemur/Nec est pro dolor iusta aliqua
et gravis causa que tantum facinus excuset. Reli
quenda erat patria et patrimonii facien
da iactura. Cui nascenti atque morienti non
relinquenda quoque patria et patrimonii
sui facienda iactura est/xpus non relin
quatur/salutis ac sedis eterne iactura timeatur/

clamat ecce per prophetam spiritus sanctus discedite
discedite exite inde et immundum nolite
tangere exite de medio eius separamini qui
fertis vasa domini Et qui vasa sunt domini ac tem
plum dei ne immundum tangerent et feralibus
cibis pollui violari que cogantur non exeunt
de medio nec recedunt Alibi quoque vox
auditur e celo premonens quid dei servos con x
veniat facere dicens Exite de ea populus meus
ne particeps sis delictorum eius et ne percu
ciaris plagis eius Qui exit et recedit de
licti particeps non fit plagis vero et ipse con
stringitur qui socius criminis invenitur Et
ideo dominus in persecucione secedere et fugere man
davit atque ut id fieret docuit et fecit Nam
cum corona de dei dignacione descendat nec possit
potest accipi nisi fuerit hora sumendi quisque in
Christo manens interim cedit non fidem de
negat sed tempus exspectat Qui autem cum non
se cederet cedit negaturus remansit dissi
mulanda fratres veritas non est nec vulne
ris nostri materia et causa reticenda decepit mul
tos patrimonii sui amor cecus nec ad rece
dendum pati aut expediti esse potuerunt quos
facultates sue velud compedes ligave
runt Illa fuerunt remanentibus vincula
Ille cathene quibus et virtus retardata
est et fides pressa et mens est victa et a
nima preclusa ut serpenti terram secundum dei
sententiam devoranti preda et cibus fierent
qui terrestribus inhererent Et ideo dominus
bonorum magister et premonens in futurum si
vis inquit perfectus esse vende omnia tua et
da pauperibus et habebis thezaurum
in celis et veni sequere me Et hoc si divites
facerent per divicias non perirent Cor viri cogitet iusta
ut a domino dirigantur gressus eius ha
bes aut multa que cogites paradisum co
gita quo cum non redit qui zelo fratrem pe
rimit Cogita celeste regnum ad quod non nisi
concordes atque unanimes dominus admittit
Cogita quod filii dei hii soli possint nominari non periret
pereret Thezaurum in celo reponentes hos
tem nunc expugnatorem domesticum non
haberent Esset in celo cor et animus et sen
sus thezaurus esset in celo Nec vinci a Cvij
seculo posset qui unde vinceretur in seculo
non haberet Sequeretur dominum solutus et liber
ut apostoli et sub apostolis multi et nonnulli se
pe fecerunt qui et rebus suis et parentibus
derelictis individuis Christo nexibus adhe
serunt Sequi autem Christum quomodo possunt qui patrimo
nii vinculo detinentur Aut quomodo celum
petunt et ad sublimia et alta conscen
dunt qui terrenis cupiditatibus degravantur
Possidere se credunt qui potius possidentur
Census sui servi nec ad pecuniam domini sua
sui sed magis pecunie mancipati hic tempus
hos homines apostolus predenotat dicens
Qui autem volunt divites fieri incidunt in 6

temptacionem et muscipulas et desideria
multa et nociva que mergunt hominem
in interitum Radix enim omnium malorum est
cupiditas quam quidem appetentes
erraverunt a fide et inseruerunt se dolori
bus multis Dominus autem quibus nos premiis
ad contemptum rei familiaris invitat
parva hec et exigua huius temporis dampna
quibus mercedibus pensat Nemo est
inquit qui relinquat domum aut agrum
aut parentes aut fratres aut uxorem aut filios propter
regnum dei et non recipiat septies tantum in
isto tempore in seculo autem venturo vitam eternam
Quibus cognitis et de domini pollicentis
veritate compertis non tantum timenda non est
sed huiusmodi sed et optanda iactura ipso
denuo predicante domino et monente beati
eritis cum persecuti vos fuerint et separave
rint vos et expulerint et maledixerint
nomen vestrum quasi nequam propter filium hominis gau
dete in illa die et exultate Ecce enim
merces vestra multa est in celis Sed tor
menta postmodum venerant et cruciatus
graves reluctantibus imminebant Que
ri de tormentis potest qui per tormenta su
peratus est et excusacionem doloris ob
tendere cuius victus est in dolore potest rogare
talis et dicere Certare quidem fortiter vo
lui et sacramenti mei devocionis ac fi
dei arma suscepi sed me in confessione
pugnantem cruciamenta varia et sup
plicia longa vicerunt Stetit mens stabi
lis et fides fortis et cum torquentibus pe
nis immobilis diu anima luctata est sed cum
durissimi iudicis recrudescente sevicia
iam fatigatum nunc flagella adhuc
scinderent nunc contunderent fustes nunc
eculeus extenderet nunc ungula effo
deret nunc flamma torreret caro me
in colluctatione deseruit infirmitas
viscerum cessit nec animus sed corpus in
dolore defecit potest cito proficere ad veni
am causa talis potest huiusmodi excusacio esse
miserabilis sic Casto et Emilio aliquando
dominus ignovit sic in prima congressione Cviij
devictos victores in secundo prelio reddidit
ut forciores ignibus essent qui ignibus cessissent sicut qui ignibus
et unde superati essent inde superarent De
precabantur illi non lacrimarum miseracione
sed vulnerum nec sola lamentabili voce
sed laceracione corporis et dolore Mana
bat pro fletibus sanguis et pro lacrimis
cruor semiustulatis visceribus deflue
bat Nunc vero que vulnera ostendere victi possunt
quas plagas hiancium viscerum que tor
menta membrorum ubi non fides congressa ce
cidit sed congressionem perfidia prevenit Nec
excusat oppressum necessitas criminis ubi crimen
est voluntatis Nec hoc ex eo dico ut
fratrum causas onerem sed ut magis fratres ad

penitentiam satisfactionis instigent. Nam cum scrip-
tum sit: Qui vos felices dicunt in errore
vos mittunt et semitas pedum vestrorum tur-
bant, qui peccantem blandimentis adu-
lantibus palpat peccandi fomitem submi-
nistrat nec comprimit delicta ille sed nutrit.
At qui consiliis fortioribus redarguit simul
atque instruit fratrem promovet ad salutem.
Quos diligo inquit dominus redarguo et
castigo. Sic oportet dei sacerdotem non ob-
sequiis decipientibus fallere sed remediis
salutaribus providere. Imperitus est medi-
cus qui tumentes vulnerum sinus manu
parcente contrectat et in altis recessibus vis-
cerum virus inclusum dum servat exag-
gerat. Aperiendum vulnus et secandum
et putaminibus amputatis medela for-
tiore curandum. Vociferetur et clamet
licet et conqueratur eger impatiens per
dolorem gratias agit postmodum cum
senserit sanitatem. Emersit enim fratres
dilectissimi novum genus cladis et quasi
parum persecutionis procella sevierit ac-
cessit ad cumulum sub misericordie titulo malum
fallens et blanda pernicies. Contra evange-
lii vigorem contra dominum ac dei legem te-
meritate quorundam laxatur incautis co-
municatio irrita et falsa pax periculosa
dantibus et nichil accipientibus profu-
tura. Non querunt sanitatis pacientiam nec veram
de satisfactione medicinam. Penitentia de pectoribus
excussa est. Gravissimi extremique delicti memo-
ria sublata est. Operiuntur morientium vulnera
et plaga letalis altis et profundis visceri-
bus infixa simulato dolore contegitur. A dia-
boli aris revertentes ad sanctum domini sordidis et
infectis nidore manibus accedunt. Mortife-
ros idolorum cibos adhuc pene ructantes ex-
alantibus etiam nunc scelus suum faucibus
et contagia funesta redolentibus domini cor-
pus invadunt nec sciunt quod occurrat scriptura
divina clamat et dicat: Omnis mundus man-
ducabit carnem et anima quecumque mandu-
caverit ex carne salutaris sacrificii quod est domini
et inmundicia ipsius super ipsum est peribit anima illa
de populo suo. Apostolus item testetur et dicat:
Non potestis calicem domini bibere et calicem
Cviij demoniorum non potestis mense domini communicare
et mense demoniorum. Idem contumaci-
bus et pervicacibus comminatur dominus et de-
nuntiat dicens: Quicumque ederit panem
aut biberit calicem domini indigne reus erit
corporis et sanguinis domini. Spretis hiis om-
nibus et contemptis vis infertur corpori
eius et sanguini eius, et plus modo in dominum ma-
nibus atque ore delinquunt quam cum dominum
negaverunt. Ante expiata delicta, ante ex-
confessio exomologesim factam criminis, ante purga-
tam conscientiam sacrificio et manu sacerdotis,
ante offensam placatam in-

dignantis domini et minantis pacem putant esse
quam quidam verbis fallacibus vendicant. pni
Non est pax illa sed bellum nec ecclesie iungitur
qui ab evangelio separatur. Quid iniuriam
beneficium vocant? Quid impietatem vo-
cabulo pietatis appellant? Quid eis
qui flere iugiter et rogare dominum suum debent
interrupta penitencie lamentatione communicare se si-
mulant? Hoc sunt eiusmodi lapsis quod gran-
do frugibus, quod turbidum sidus arbo-
ribus, quod armentis pestilens vastitas, quod na-
vigiis seva tempestas. Solacium eterne spei
adimunt, arborem a radice subvertunt. Ser-
mone morbido ad letale contagium serpunt,
navem in scopulos ne in portum perveniat
illidunt. Non concedit pacem facilitas
ista sed tollit, nec communicationem tribuit sed impe-
dit ad salutem. Persecutio est hec alia et a-
lia temptatio per quam subtilis inimicus in
pugnandis adhuc lapsis occulta populatione
grassatur, ut lamentatio conquiescat, ut
dolor sileat, ut delicti memoria conquies-
cat, ut comprimatur pectorum gemitus, statuatur fle-
tus oculorum, nec dominum graviter offensum lon-
ga et plena penitentia deprecetur, cum scriptum sit: Me-
mento unde cecideris et age penitentiam. Nemo
se fallat, nemo decipiat. Solus dominus mi-
sereri potest. Veniam peccatis que in ipsum commissa sunt
solus potest ipse largiri, qui peccata nostra portavit,
qui pro nobis doluit, quem deus tradidit pro
peccatis nostris. Homo deo esse non potest maior nec
remittere aut donare indulgentia sua
servus potest quod in dominum delicto graviore co-
missum est, ne adhuc lapso et hoc acce-
dat ad crimen, si nesciat esse predictum: Maledic-
tus homo qui spem habet in homine. Dominus
orandus est, dominus nostra satisfactione placandus
est, qui negantem negare se dixit, qui
omne iudicium de patre solus accepit. Credimus
quidem posse apud iudicem plurimum vale-
re martyrum merita et opera iustorum, sed cum iudi-
cii dies venerit, cum post occasum seculi huius
et mundi ante Christi tribunal populus eius asti-
terit. Ceterum si quis prepropera festinatione te-
merarius remissionem peccatorum dare se cunc-
tis putat posse aut audet domini precepta re-
scindere, non tantum nichil prodest sed et obest
lapsis. Provocasse est iram, non servasse
sententiam nec misericordiam prius dei deprecandam Cix
putare, sed contempto domino de sua facilitate
presumere. Sub ara dei anime occisorum martyrum
clamant voce magna dicentes: Quousque
domine non vindicas et non iudicas sang-
uinem nostrum de hiis qui in terris inhabitant?
Et requiescere ac patientiam tenere adhuc
iubentur. Et quis qui posse existimat remit-
tendis passim donandisque peccatis bonum
fieri contra iudicem velle, aut prius quam vindicetur
ipse alios posse defendere? Mandant aliquid
martyres fieri, sed si scripta non sunt in domini lege

// si iusta si licita si non contra ipsum dominum a dei sacerdote
facienda sunt si obtemperans facilis et prona
consensio si petentis fuerit religiosa moderatio
mandant aliquid martyres fieri sed si scripta non sunt

que mandant cum scriptum est ut sciamus illos de
deo impetrasse quod postulant tunc facere quod ma
dant. Neque enim statim videri potest de di
vina maiestate concessum quod fuerit huma
na pollicitacione promissum. Nam et moyses
pro peccatis populi petiit nec tamen peccantibus veni
am cum petisset accepit. Precor ait domine deli
quit populus hic delictum grande et nunc si di
mittis eis delictum dimitte, sin autem dele me
de libro quem scripsisti. Et dixit dominus ad moysen
Si quis deliquit ante me delebo eum de
libro meo. Ille amicus dei, ille facie ad
faciem locutus sepe cum domino suo quod peciit
impetrare non potuit, nec dei indignantis
offensam sua deprecacione placavit. Jheremi
am deus laudat et predicat dicens: Priusquam
te formarem in utero novi te et priusquam ex
ires de vulva sanctificavi te et prophetam in
gentibus posui te. Et eidem pro peccatis populi
deprecanti frequenter et oranti: Noli inquit
orare pro populo hoc, et noli postulare pro
eis in prece et oracione quia non exaudiam in
tempore in quo invocabunt me in tempore afflic
tionis. Quis vero iustior noe qui cum re
pleta esset terra peccatis solus inventus est
in terris. Quis gloriosior daniele, quis ad fa
ciendum martirium in dei firmitate robustior,
in dei dignacione felicior qui tociens et
cum conflictaret vicit et cum vinceret supervixit.
Quis iob in operibus promptior, in tempta
cionibus fortior, in dolore pacientior, in
timore summissior, in fide verior. Nec his
tamen si rogarent concessurum se deus dixit.
Cum propheta ezechiel pro delicto populi depreca
retur: Terra inquit quecumque peccaverit mihi ut
delinquat delictum, extendam manum
meam super eam et obteram stabilimentum
panis et mittam in eam famem et auferam
ab ea hominem et pecora. Et si fuerint tres
viri hii in medio eius noe daniel et iob
non liberabunt filios neque filias, ipsi soli
salvi erunt. Adeo non omne quod petitur in preiudicio
petentis sed in dantis arbitrio est, nec quicquam
sibi usurpat et vindicat humana sentencia
nisi annuat et censura divina. In ewangelio
dominus loquitur dicens: Qui confessus me
fuerit coram hominibus, et ego confitebor
eum coram patre meo qui in celis est. Qui
autem me negaverit et ego negabo eum. Si
negantem non negat, nec confitentem
confitetur. Non potest ewangelium in parte stare et in parte nu
tare. Aut utrumque oportet ut valeat, aut
utrumque vim veritatis amittat. Si nega
ntes rei criminis non erunt, nec confitentes
premium virtutis accipiunt. Porro si fides que
vicerit coronatur, necesse est et victa perfidia
puniatur. Ita martires aut nichil possunt si ewa
gelium solvi potest, contra ewangelium facere
non possunt qui de ewangelio martires fiunt. Nemo
fratres dilectissimi nemo infamet martirum

Cxi.

dignitatem, nemo eorum glorias destruat et
coronas. Manet incorrupte fidei ro
bur incolume, nec dicere aliquid aut facere
contra christum potest, cuius et spes et fides et virtus
et gloria omnis in christo est, ut ab eis possit contra
mandatum dei fieri, auctores esse non possunt
qui ipsi mandata dei fecerunt. An quisquam
maior deo aut divina bonitate clemencior
qui aut infectum velit quod passus est deus fieri, aut
quasi illi minus potestatis ad protegendam ecclesiam
suam fuerit, auxilio nos suo putet pos
se servari. Nisi si hec ignaro deo gesta sunt
aut non permittente illo ista omnia vene
runt, cum doceat indociles et admoneat
inmemores scriptura divina que loquitur
dicens: Quis dedit et in direpcionem
iacob et israel eis qui predabantur illum, non
ne deus cui peccaverunt et nolebant
in viis eius ambulare neque audire
legem eius, et superduxit super eos iram
animacionis sue. Et alibi testatur ac di
cit: Numquid non valet manus dei ut
salvos faciat, aut gravavit aurem ut
non exaudiat, sed peccata vestra inter nos et
deum separant, et propter peccata vestra avertit
faciem a vobis ne misereatur. Delicta
pocius nostra reputemus, actus nostros et
animi secreta volentes consciencie merita po
demus, recedat in corde nostrum non ambu
lasse nos in viis domini et abiecisse legem
domini, precepta eius et monita salutaria
numquam servare voluisse. Quid de eo boni se
ntias quem timorem fuisse apud eum, quam
fidem credas quem corrigere nec metus po
tuit, quem persecucio ipsa non reformavit. Alta
et erecta cervix nec quia cecidit inflexa
est, tumens animus et superbus nec quia
victus est fractus est. Iacens stanti
bus et integris vulneratus minatur et quod
non statim domini corpus inquinatis ma
nibus accipiat aut ore polluto domini sangui
nem bibat sacerdotibus sacrilegus iras
citur. Atque o tuam nimiam furiose deme
nciam. Irasceris ei qui abstinere a te iram
dei nititur, et ei minaris qui pro te domini misericordiam
deprecatur, qui vulnus tuum sentit quod ipse
non sentis, qui pro te lacrimas fundit quas
forsitan ipse non fundisses, oneras ad
huc crimen et cumulas. Et cum sis ipse
implacabilis ad antistites et sacerdo
tes dei, putas circa te dominum posse pla
cari. Accipe pocius et admitte quod loqui
mur. Quid surde aures salutaria pre
cepta non audiunt que monemus. Quid ce
ci oculi penitencie iter non vident quod ostendi
mus. Quid preclusa et alienata mens
remedia vitalia non percipit que de scrip
turis celestibus et discimus et doce
mus. Aut si incredulis quibusdam minor
est fides de futuris, vel presentibus terreatur.

confiteri et in parte nutare

Cx.

Ecce eorum qui negaverunt que supplicia conspicimus quos eorum tristes exitus flemus. Nec hic esse sine pena putant quamvis nec dum pene dies venerit, plectuntur interim quidam quo ceteri dirigantur. Exempla sunt omnium tormenta paucorum. Unus ex hiis qui sponte capitolium negaturus ascendit, postquam christum negavit obmutuit. Pena inde cepit unde cepit et crimen, ut nec rogare iam posset qui verba ad precem misericordie non haberet. Alia in balneis constituta (hoc enim crimini eius et malis deerat ut et ad balneas statim pergeret que lavacri vitalis gratiam perdidisset) illic ab inmundo spiritu inmunda correpta laniavit dentibus linguam que fuerat vel pasta impie vel locuta. Postquam sceleratus cibus sumptus est, in perniciem suam rabies oris armata est. Ipsa sui carnifex extitit nec diu superesse postmodum potuit, doloribus ventris et viscerum cruciata defecit. Presente ac teste meipso accipite quid evenerit. Parentes forte fugientes dum trepidi minus consulunt sub nutricis alimento parvulam filiam reliquerunt. Relictam nutrix detulit ad magistratus. Illi ei apud idolum quo populus confluebat, quod carnem nec dum posset edere per etatem, panem mero mixtum, quod tamen et ipsum de immolatione pereuntium superaverat, tradiderunt. Recepit filiam postmodum mater. Sed facinus puella commissum tam loqui et indicare non potuit quam nec intelligere prius potuit nec arcere. Ignoratione igitur obreptum est ut sacrificantibus nobis eam secum mater inferret. Sed enim puella mixta cum sanctis precis nostre et orationis impatiens nunc ploratu concuti, nunc mentis estu fluctuabunda iactari, velut tortore cogente quibus poterat indiciis conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Ubi vero solempnibus adimpletis calicem diaconus offerre presentibus cepit et accipientibus ceteris locus eius advenit, faciem suam parvula instinctu divine maiestatis avertere, os labiis obturantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamen diaconus et reluctanti licet de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus et vomitus. In corpore atque ore violato eucharistia manere non potuit. Sanctificatus in domini sanguine potus de pollutis visceribus erupit. Tanta est potestas domini, tanta est maiestas. Secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt, sacerdotem dei nec occulta crimina fefellerunt. Hec circa infantem que ad loquendum alienum circa se crimen nec dum habuit etatem. At vero ea que etate provecta et in annis adulescentioribus constituta sacrificantibus latenter obrepsit,

non cibum sed gladium sibi sumens et velud quedam venena letalia inter fauces et pectus admittens, admittens angi et anima exestuante concludi postmodum cepit et pressuram non iam persecutionis sed delicti sui passa palpitans et tremens concidit. Inpunitum diu non fuit nec occultum dissimulare conscientie crimen. Que fefellerat hominem deum sensit ultorem. Et cum quedam arcam suam in qua domini sanctum fuit manibus indignis temptasset aperire, igne inde surgente deterrita est ne auderet attingere. Et quis alius et ipse maculatus sacrificio a sacerdote celebrato partem cum ceteris ausus est latenter accipere, sanctum domini edere et contrectare non potuit, cinerem ferre se apertis manibus invenit. Documento unius ostensum est dominum recedere cum negatur, nec immerentibus ad salutem prodesse quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem sanctitate fugiente mutetur. Quam multi cotidie inmundis spiritibus adimplentur, quam multi ad insaniam mentis excordes dementie furore quatiuntur. Nec necesse est ire per exitus singulorum, cum per orbis multiformes ruinas tam delictorum pena sit varia quam delinquentium multitudo numerosa. Unusquisque consideret non quid alius passus sit sed quid pati et ipse mereatur, nec evasisse se credat si eum interim pena distulerit, cum timere plus debeat quod sibi dei iudicis censura reservavit. Nec sibi quo minus agant penitentiam blandiantur qui et si nephandis sacrificiis manus non contaminaverunt libellis tamen conscientiam polluerunt. Et illa professio denegantis contestatio est christiani quod fuerat abnuentis. Fecisse se dixit quicquid alius faciendo commisit, et cum scriptum sit: Non potestis duobus dominis servire, servivit seculo, obtemperavit eius edicto, magis obaudivit humano imperio quam deo. Viderit an minore vel dedecore vel crimine apud homines publicaverit quod admisit, deum tamen iudicem subterfugere et vitare non poterit, cum dicat spiritus sanctus in psalmis: Inperfectum meum viderunt oculi mei et in libro tuo omnes scribentur. Et item: Homo videt in facie, deus in corde. Ipse quoque dominus premoneat et prestruat dicens: Et scient omnes ecclesie quia ego sum scrutator renis et cordis. Perspicit ille abdita et secreta atque occulta considerat, nec dei oculos potest aliquis evadere dicentis: Ego deus approximans et non deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in absconditis, ego ergo non videbo eum? Videt ille corda et pectora singulorum et iudicaturus non tantum de factis sed et de verbis et de cogitationibus nostris omnium mentes voluntatesque conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris latebris intuetur. Denique et quanto fide maiore et timore

Cxij

meliores sunt qui quamvis nullo sacrificii aut li
Cxiii belli facinore constricti quoniam tamen de hoc vel cogi
taverunt hoc ipsum apud sacerdotes dei dolenter
et simpliciter confitentes exhomologe-
sin conscientie faciunt animi sui pondus
exponunt salutarem medelam parvis licet
et modicis vulneribus exquirunt scientes
scriptum esse deus non deridetur deridi et cir-
cumveniri deus non potest nec astutia aliqua
fallente deludi plus immo delinquit qui
secundum hominem deum cogitans se evadere
penam criminis credit sine palam crimen ad
misit Christus in preceptis suis dicit Qui con
fusus me fuerit confundet eum filius hominis
Et christianum se putat qui christianus esse aut con
funditur aut veretur Quomodo potest esse cum christo
qui ad christum pertinere se aut erubescit aut
metuit Minus plane peccavit non viden
do ydola nec sub oculis circumstantis atque
insultantis populi sanctitatem fidei prophanan
do non polluendo manus suas funestis
sacrificiis nec sceleratis cibis ora maculan
do Hoc eo proficit ut sit minor culpa non ut in
nocens conscientia facilius potest ad criminis veni
am pervenire non est tamen immunis a crimine
Nec cesset in agenda penitentia atque in domini
misericordia deprecanda ne quod minus esse in qua
litate delicti videtur in neglecto satisfac
tione cumuletur Confiteantur singuli que
so vos fratres delictum suum adhuc qui deliquit
in seculo est dum admitti confessio eius potest
dum remissio et satisfactio facta per sacerdo
tes apud dominum grata est Convertamur ad dominum
mente tota et penitentiam criminis veris dolori
bus exprimentes dei misericordiam deprecemur Illi se
anima prosternat illi mesticia satisfaci
at illi spes omnis incumbat Rogare qualiter
debeamus dicit ipse Revertimini inquit ad me
toto corde vestro simul et ieiunio et fletu
et planctu et scindite corda vestra non
vestimenta vestra Ad dominum toto corde rede
amus iram et offensam eius ieiuniis
et fletibus planctibus sicut admonet
ipse placemus Lamentari cum putamus
ex toto corde ieiuniis fletibus plancti
bus dominum deprecari qui ex primo criminis di
e lavacra cum scortis cotidie celebrat qui
epulis affluentibus pastus et sagina
largiore distentus cruditates suas post
ridie eructat nec cibos suos et potus
cum pauperum necessitate communicat qui hila
ris ac letus incedit quomodo mortem suam
deflet Cumque scriptum sit non corrumpetis
effigiem barbe vestre Barbam vellit et
faciem suam comit Et placere nunc cuiquam
studet qui deo displicet An illa inge
miscit et plangit cui vacat cultum pre
ciose vestis induere nec indumentum christi
perdidit cogitare accipere preciosa ornamen
ta et monilia elaborata nec divini et
celestis ornatus dampna deflere Tu licet
indumenta peregrina et vestes sericas
induas nuda es auro te licet et mar
garitis gemmisque condecores sine christi de
core deformis es Et que capillos tuos
inficis vel nunc in doloribus desine
Cxiiii Et que nigri pulveris ductu oculorum li
neamenta depingis vel nunc lacrimis
oculos tuos ablue Si quem de tuis caris
mortalitatis exitu perdidisses ingemisce
res dolens et fleres faciem incultu ves
te mutata neglecto capillo vultu nubilo
bibus ore deiecto iudicia meroris os
tenderes animam tuam misera perdidisti spi
ritualiter mortua supervivere hic tibi
et ipsa ambulans funus tuum portare
cepisti Et non acriter plangis non iu
giter ingemiscis non te vel pudore crimi
nis vel continuatione lamentationis abscon
dis Ecce peiora adhuc vulnera peccan
di ecce maiora delicta peccasse nec
satisfacere deliquisse nec delicta de
flere Ananias azarias misahel illu
stres ac nobiles pueri quo minus
exomologesin deo facerent nec inter fla
mmas et camini estuantis incendia que
verunt Quamvis sibi licet conscii et domini fi
dei ac timoris obsequio sepe promeriti
humilitatem tamen tenere et domino satisfa
cere nec inter ipsa gloriosa virtutum suarum
martyria destiterunt Loquitur scriptura divi
na Stans inquit azarias precatus est et
aperuit os suum et exomologesin faciebat
deo simul cum sodalibus suis in medio
igni Daniel quoque post fidei atque innocen
tie sue multiplicem gratiam post dignatio
nem domini circa virtutes et laudes suas se
pe repetita ieiuniis adhuc deum prome
reri nititur in sacco et cinere volutatur ex
omologesin faciens dolenter et dicens
Domine deus magnus et fortis et metu
endus qui disponis testamentum et mi
serationem eis qui diligunt et conservant
impia tua peccavimus facinus admi
simus impii fuimus transgressi sumus
ac deseruimus precepta tua et iudicia
tua non audivimus nec pueros tuos
prophetas qui locuti sunt in nomine tuo super
reges nostros et omnes gentes et super omnem
terram Tibi domine iusticia nobis autem confusio Hec
mites hec simplices hec innocentes ad prome
renda dei maiestate faciebant et nunc sa
tisfacere et dominum deprecari detrectant qui
dominum negaverunt Queso vos fratres adqui
escite salutaribus remediis consiliis obe
dite melioribus Cum lacrimis nostris vestras la
crimas iungite cum nostro gemitu vestros gemi
tus copulate Rogamus vos ut pro vo
bis deum rogare possimus preces ipsas ad
vos prius vertimus quibus deum pro vobis

rogare possimus preces ipsas ad nos prius
vertimus quibus deum pro nobis ut misereatur
oramus. Agite penitentiam plenam doloris
ac lamentantis animi probate mesti
ciam. nec vos quorundam moveat
aut error improvidus, aut stupor vanus
qui cum teneantur in tam gravi crimine percussi
sunt animi cecitate, ut nec intelligant
delicta nec plangant. Indignantis
dei maior hec plaga est, sicut scriptum
est. Et dedit ei deus spiritum conpunctio
nis. Et iterum dilectionem veritatis non receperunt
ut salvi fierent, ac propterea mittet illis
deus operacionem erroris, ut credant men
dacio, ut iudicentur omnes, qui non credi
derunt veritati, sed sibi placent in iusticia.
CXV Inniuste sibi placentes, et cum spirituali mentis
alienacione dementes dei precepta contempnunt
medelam vulneris negligunt, agere penitenciam
nolunt. Ante admissum facinus improvidi
post facinus obstinati, nec prius stabiles
nec post modum supplices, qui debuerant
stare iacuerunt, qui iacere et prosternere se deo de
bent stare se opinantur. pacem sibi ultro
nemine dante sumpserunt, falsa pollicitacione
seducti atque apostatis ac perfidis iuncti
errorem pro veritate susceperunt. Communicacionem non
communicancium ratam ducunt, hominibus con
tra deum credunt, qui contra homines deo non cre
diderunt. Eiusmodi homines quantum potestis
effugite, perniciosis contactibus adherentes
salubri caucione vitate, sermo eorum sicut
cancer serpit, colloquium velut contagium
transilit. Noxia et venenata persuasio, pe
ius cede ipsa inficit. Illic super est penitencia que
satisfaciat; qui autem penitenciam criminis tollunt
satisfactionis viam cludunt. Ita fit ut dum
temeritate quorundam vel promittitur salus
falsa vel creditur. Spes vero fratres quorum
timor in deum primus est et in ruina licet ani
mus constitutus mali sui memor est, penitentes
ac dolentes peccata vestra prospicite,
gravissimum conscientie crimen agnoscite. Ad intel
ligentiam delicti vestri oculos cordis ape
rite, nec desperantes misericordiam domini nec tamen
iam veniam vendicantes. Deus quantum pieta
te indulgens pater et bonus est, tantum iudicis
maiestate metuendus est. Quam magna
deliquimus tam granditer defleamus. Al
to vulneri diligens et longa medicina
non desit, penitencia minor crimine non sit. Putas
tu dominum cito posse placari, quem verbis
perfidis abnegasti, cui patrimonium preponere
maluisti, cuius templum sacrilega contagione
violasti. Putas facile eum misereri tui quem
tuum non esse dixisti. Orare oportet impen
sius et rogare, diem luctu transigere, vigi
liis noctes ac fletibus ducere, tempus omne
lacrimosis lamentacionibus occupare,
strato solo adherere cineri, in cilicio volutari
et sordibus, post indumentum Christi perditum
nullum iam velle vestitum, post diaboli cibum
malle ieiunium, iustis operibus incumbere
quibus peccata purgantur, elemosinis frequenter
insistere, quibus a morte anime liberantur. Quod
adversarius auferebat, Christus accipiat. Nec
teneri iam nec amari patrimonium debet quo
quis et deceptus et victus est. Ab hoste
vitanda res, velut hostis fugienda, pro
gladio metuenda possidentibus et ve
neno. Ad hoc tantum proficerit quod remansit ut
inde crimen et culpa redimatur. Incunctan
ter et largiter fiat operacio, census omnis
in medelam vulneris erogetur, opibus
et facultatibus nostris quibus de bonis iudica
turus est dominus feneretur. Sic sub apostolis fides
viguit sic primus credencium populus Christi
mandata servavit, prompti erant, largi
erant, distribuenda per apostolos tota dabant
et non talia delicta redimebant. Si precem
toto corde quis faciat, si veris penitencie
lamentacionibus et lacrimis ingemiscat
si ad veniam delicti sui dominum iustis
et continuis operibus inflectat, misereri
talium potest qui et misericordiam suam protulit CXVI
dicens: Cum conversus ingemueris tunc sal
vaberis, et scies ubi fueris. Et iterum No
lo mortem morientis, dicit dominus, quantum
ut revertatur et vivat. Et Iohel propheta
pietatem domini domino ipso monente declarat:
Revertimini inquit ad dominum deum vestrum quia
misericors et pius est et paciens et mul
te miseraciones, et qui sententiam flectat ad
versus maliciam irrogatam. Potest ille in
dulgenciam dare, sententiam suam potest ipse de
flectere. penitenti, operanti, roganti potest
clementer ignoscere, potest acceptum ferre
quicquid pro talibus et pecierint martires et fe
cerint sacerdotes. Vel si quis eum plus su
is satisfactionibus moverit, si eius iram
si indignantis offensam iusta deprecatione
placaverit, dat ille et arma rursum qui
bus victus armetur, reparat et corrobo
rat vires quibus fides instaurata ve
getetur. Repetet et certamen suum miles
iterabit in aciem, provocabit hostem et qui
dem factus ad prelium forcior per dolorem.
Qui sic deo satisfecerit, qui penitentiam facti
sui, qui pudore delicti plus et virtutis et
fidei de ipso lapsus sui dolore conceperit
exauditus et adiutus a domino, [quam] contrista
verat nuper letam faciet ecclesiam, nec iam
solam dei veniam merebitur sed coronam.

Sequitur Epistola ad cyprianum etc.

Cypriano pape presbiteri et dyaco
nes rome consistentes
salutem etc.

31

Quamquam bene sibi conscius animus et evangelicae disciplinae vigore subnixus et verus sibi in castris caelestibus testis effectus soleat se deo solo iudice esse contentum nec alterius aut laudes petere aut accusationes pertimescere, tamen geminata sunt laude condigni qui conscientiam sciant soli deo debere, iudicia actus suos desiderant et etiam ab ipsis suis fratribus comprobari. Quod te, frater Cypriane, facere non mirum est, qui pro tua verecundia et ingenita industria consiliorum tuorum nos non tam iudices voluisti quam participes invenire, ut in tuis rebus gestis laudem tecum dum illas probamus inveniremus et tuorum consiliorum bonorum coheredes et quasi adfirmatores esse possemus. Idem enim omnes credimur operati in quo deprehendimur eadem omnes censurae et disciplinae consensione sociati. Quid enim magis aut in pace tam aptum aut in bellis persecutionis tam necessarium quam debitam severitatem divini vigoris tenere? Quam qui remiserit instabili rerum cursu erret necesse est et huc atque illuc variis et incertis negotiorum statibus dissipetur et quasi extorto de manibus consiliorum gubernaculo navem ecclesiasticae salutis illidat in scopulos, ut appareat non aliter saluti ecclesiasticae consuli posse nisi si qui et contra ipsam faciunt quasi quidam adversi fluctus repellantur et disciplinae ipsius semper custodita ratio quasi salutare aliquod gubernaculum in tempestate servetur. Nec hoc nobis nunc nuper consilium cogitatum est nec haec apud nos adversus improbos modo superve-
Cxvii runt repentina subsidia, sed antiqua haec apud nos severitas, antiqua fides, disciplina legitur antiqua, quoniam nec tantas de nobis laudes apostolus protulisset dicendo quia fides vestra praedicatur in toto mundo, nisi iam exinde vigor iste radices fidei de temporibus illis mutuatus fuisset. Quarum laudum et gloriae degenerem fuisse maximum crimen est. Minus est enim dedecoris numquam ad praeconium laudis accessisse quam de fastigio laudis ruisse; minus est criminis honoratum bono testimonio non fuisse quam honorem bonorum testimoniorum perdidisse; minus est sine praedicatione virtutum ignobilem sine laude iacuisse quam exheredem fidei factum laudes proprias perdidisse. Ea enim quae in alicuius gloriam proferuntur nisi anxio et sollicito labore serventur in invidiam maximi criminis intumescunt. Hoc nos non falso dicere superiores nostrae litterae probaverunt, in quibus nobis sententiam nostram dilucida expositione protulimus et adversus eos qui se ipsos infideles illicita nefariorum libellorum professione prodiderant, qui hoc evasuros se crederent illos diaboli laqueos, quo non minus quam si ad nefarias aras accessissent hoc ipso quod ipsum contestati fuerant tenerentur, sed etiam adversus illos qui acta fecissent, licet praesentes cum fierent non adfuissent, cum praesentiam suam utique ut sic scriberentur mandando fecissent. Non est enim immunis a scelere qui ut fieret imperavit, nec est alienus a crimine cuius consensu licet non a se admissum crimen tamen publice legitur. Et cum totum fidei sacramentum in confessione Christi nominis intellegatur esse digestum, qui fallaces in excusatione praestigias quaerit negavit, et qui vult videri paruisse negasse voluit. Nec non etiam contra illos quoque qui illicitis sacrificiis manus suas atque ora polluerant, pollutis mentibus prius, unde etiam sunt ipsae manus atque ora polluta, fidem nostram consensimusque invenimus. Absit enim ab ecclesia Romana vigorem suum tam profana facilitate dimittere et nervos severitatis eversa fidei maiestate dissolvere, ut cum adhuc non tantum iaceant sed et cadant eversorum fratrum ruinae, properata nimis remedia communicationum utique non profutura praestentur et nova per misericordiam falsam vulnera veteribus transgressionis vulneribus imprimantur, ut miseris ad eversionem maiorem eripiatur et paenitentia. Ubi enim poterit indulgentiae medicina proficere, si etiam ipse medicus intercepta paenitentia indulget periculis, si tantum operit vulnus nec sinit necessaria temporis remedia obducere cicatricem? Hoc non est curare sed, si dicere verum volumus, occidere. Quamquam confessores quos hic adhuc in carcere dignitas suae confessionis inclusit et ad certamen evangelicum sua fides in confessione iam gloriosa semel coronavit, litteras habeas conspirantes cum litteris nostris, quibus severitatem evangelicae disciplinae protulerunt et illicitas petitiones ab ecclesiae pudore revocaverunt. Nisi hoc fecissent, disciplinae evangelicae ruinas non facile sarcirent, praesertim cum nulli magis tam congruens esset tenorem evangelici vigoris illibatum dignitatemque servare quam qui se excruciandos et excarnificandos pro evangelio furentibus tradidissent, ne martyrii honorem merito perdidissent si in occasione martyrii praevaricatores evangelii esse noluissent. Nam qui quod habet non cus-
Cxviii todit in eo ex quo illud possidet, dum id ex quo possidet violat, amittit illud quod possidebat. In quo loco maximas tibi atque uberes gratias referre debemus,

expositione

Cxix

et reddimus conspectui illorum carceris tenebras
lucis tuae illuminasti quod ad illos venisti, quos
antire potuisti, eorum animos sua fi
de et confessione robustos tuis allocuti
onibus tuis roborasti, eorum felicitates eorum
condignis laudibus prosecutus, accendis
ti ad multo ardentiorem celestis glorie
cupiditatem quod per nos impulisti, quod ut
credimus et optamus victores futuros
viribus tui sermonis animasti, ut quamquam hoc
totum de fide confitentium et de divina in
dulgentia venire videatur, tamen in martirio
suo tibi ex aliquo debitores facti esse videan
tur. sed ut ad id unde digressus sermo vi
debatur esse revertatur, rursus quales litteras
in Siciliam quoque miserimus subiectas ha
bebis. Quamquam nobis differende huius rei ne
cessitas maior incumbat, quibus post ex
cessum nobilissime memorie viri Fabi
ani nondum est episcopus propter rerum et temporum
difficultates constitutus, qui omnia ista
moderetur et eorum qui lapsi sunt possit cum auc
toritate et cum consilio habere rationem. Quamquam
nobis in tam ingenti negotio placeat quod [possit]
tu et ipse tractasti prius esse pacem sustine
dam, deinde sic collatione consiliorum
cum episcopis presbiteris diaconibus confessoribus
pariter ac adstantibus laicis, facta lapsorum
tractare rationem. Perquam enim nobis et invidi
osum et onerosum videtur non per multos ex
aminare quod per multos commissum videatur
fuisse, et unum sententiam dicere cum tam grande
crimen per multos diffusum notetur ex
isse, quoniam nec firmum decretum potest esse quod non
plurimorum videbitur habuisse consensum. Aspice
totum orbem vastatum et ubique iacere de
iectorum reliquias et ideo expeti tam
grande expeti consilium, quam late propagatum
videtur esse delictum. Non sit minor me
dicina quam vulnus, non sint minora re
media quam funera, ut quo modo qui ruerunt
ob hoc ruerunt quod caeca temeritate ni
mis incauti fuerunt, ita qui hoc dispo
nere nituntur consiliorum moderamine utantur
ne quod non ut oportet factum tamquam irritum
ab omnibus iudicetur. Uno igitur eodemque
consilio isdem precibus et fletibus tam
nos qui adhuc usque videmur temporis istius
ruinas subterfugisse quam illi qui in has
temporis videntur clades incidisse divinam
maiestatem deprecantes pacem ecclesiasti
co nomine postulemus. Mutuis votis
nos invicem foveamus, custodiamus,
armemus. Oremus pro lapsis ut erigantur,
oremus pro stantibus ut non ad ruinas
usque temptentur. Oremus ut qui cecidisse
referuntur delicti sui magnitudinem ag
noscentes intelligant non momentaneam
neque praepropere desiderare medi
cinam. Oremus ut effectus indulgentie
lapsorum subsequatur penitentia, ut intellecto
suo crimine velint nobis interim prestare
patientiam, nec adhuc fluctuantem turba
re ecclesie statum, ne inflammationem nobis perse
cutionis ipsi incendisse videantur et accre
dat ad cumulum tumultum quod etiam inquie
ti fuerunt. Maxime enim illis congruit
verecundia, quorum in delictis damnatur
mens inverecunda. Pulsent sane fores
sed non utique confringant. Adeant ad limen
ecclesie sed non utique transiliant. Castrorum ce
lestium excubent portis sed armati mo
destia qua intelligant se desertores fu
isse. Resumant precum suarum tubam sed qua [resumat]
non bellicum clangant. Arment se quidem
modestie telis, et quam negando mortis
metu fidei dimiserat clipeum sed ut contra
hostem diabolum vel nunc armati non contra
ecclesiam quae illorum dolet casus armatos esse
se credant. Multum illis proficiet petitio
modesta, postulatio verecunda, humilitas
necessaria, patientia non otiosa. Mittant legatos
pro suis doloribus lacrimas, advocati
one fungantur ex intimo pectore pro
lati gemitus dolorem probantes com
missi criminis et pudorem. Immo si de
decoris admissi magnitudinem per
horrescunt, si pectoris et conscientie sue letale [al' cpurosi]
plagam et sinuosi vulneris altus re
cessus vere medicinam sentiunt, erubes
cant et petere, nisi quia maioris est rursum
et periculi et pudoris auxilium pacis non
petisse. Sed hoc totum in sacramento sed in ipsius pos
tulationis lege temporis facto temperamento
sed postulatione dimissa sed prece subdi
ta quoniam et qui petitur flecti debet, non
incitari, et sicut respici debet divina
clementia, sic respici debet et divina
censura, et sicut scriptum est donavi tibi omne
debitum quia me rogasti, sic scriptum
est qui me negaverit coram hominibus [negabo]
et ego eum coram patre meo et coram
angelis eius. Deus enim ut est indulgens
ita est preceptorum suorum exactor, et qui
dem diligens, et sicut ad convivia vocat
sic habitum nuptiarum non habentem ligatum
manibus et pedibus extra sanctorum ce
tum foras iactat. Paravit celum sed paravit et
tartarum. Paravit refrigeria sed et paravit
iam eterna supplicia. Paravit inaccessibi
lem lucem sed paravit iam perpetue noctis
vastam eternamque caliginem. Cuius
temperamenti moderamen nos hic tenere que
rentes diu et quidem multi et quidem
cum quibusdam episcopis vicinis nobis et
appropinquantibus et quos ex aliis provin
ciis longe positis persecutionis istius
ardor eiecerat, ante constitutionem episcopi nihil
innovandum putavimus sed lapsorum
curam mediocriter temperandam esse credimus,

ut interim dum episcopus dari a deo nobis sustinetur, in suspenso eorum qui moras possunt dilationem sustinere causa teneatur. Eorum autem quorum vite sue finem urgens exitus dilationem non potest ferre, acta penitentia et professa frequenter suorum detestatione factorum, si lacrimis, si gemitibus, fletibus dolentes, ac vere penitentes animi signa prodiderunt, cum spes vivendi secundum hominem nulla substiterit, ita demum caute et sollicite subveniri, deo ipso sciente quid de talibus faciat, et qualiter iudicii sui examinet pondera, nobis tamen anxie curantibus ut nec pronam nostram improbi homines laudent facilitatem, nec vere penitentes accusent nostram quasi duram crudelitatem. Optamus te beatissime ac gloriosissime papa semper in domino bene valere.

Cxx

Sequitur epistola ad Cornelium etc.

Cyprianus Cornelio fratri salutem.

Cognovimus frater karissime fidei ac virtutis vestre testimonia gloriosa et confessionis vestre honore sic exultanter accepimus ut in meritis ac laudibus vestris nos quoque participes et socios computemus. Nam cum nobis et ecclesia una sit et mens iuncta et individua concordia, quis non sacerdos in consacerdotis sui laudibus tamquam in suis propriis congratuletur, aut que fraternitas non in fratrum gaudio ubique letetur. Exprimi satis non potest quanta istic exultatio fuit et quanta istic leticia. Cum de vobis prospera et fortia comperissemus, ducem te illic confessionis fratribus extitisse, sed et confessionem ducis crevisse, ut dum precedis ad gloriam, facis multos glorie comites, et confessorem populum suaseris fieri dum primus paratus es pro omnibus confiteri, ut non inveniamus quid prius predicare in vobis debeamus, utrumne tuam promptam et stabilem fidem an inseparabilem fratrum caritatem. Virtus illic episcopi precedentis publice comprobata est, adunatio sequentis fraternitatis ostensa est. Dum apud vos unus animus et una vox est, ecclesia omnis romana confessa est. Claruit frater karissime fides quam de vobis beatus apostolus predicavit. Hanc laudem virtutis et roboris firmitatem iam tunc in spiritu providebat et preconio futurorum merita vestra contestans, dum parentes laudat, filios provocat. Dum sic unanimes, dum fortes estis, magna et ceteris fratribus unanimitatis et fortitudinis exempla prebuistis. Docuistis granditer deum timere, Christo adherere firmiter, plebem sacerdotibus in periculo iungi, in persecutione fratres a fratribus non separari, concordiam simul iunctam vinci omnino non posse, quicquid simul petitur a cunctis deum pacis pacificis exhiberi. Prosilierat adversarius terrore violento Christi castra turbare, sed quo impetu venerat eodem impetu impulsus est. Et quantum formidinis et terroris attulit, tantum fortitudinis invenit et roboris. Supplantare se iterum posse crediderat dei servos et velut tirones et rudes, quasi minus paratos et minus cautos, solito suo more concutere, unum primo aggressus ut lupus ovem secernere a grege, ut accipiter columbam ab agmine volantium separare temptaverat. Nam cui non est adversus omnes satis virium, circumvenire querit sollicitudinem singulorum. Sed retrusus adunati exercitus fide pariter et vigore intellexit milites Christi vigilare iam, sobrios et armatos ad prelium stare, vinci non posse, mori posse, et hoc ipso invictos esse quod mori non timent, nec expugnare contra impugnantes, cum occidere innocentibus nec nocentem liceat, sed prompte et animas et sanguinem tradere, ut cum tanta in seculo malicia et sevicia grassatur, a malis et sevis velocius

Cxxi

recedant. Quale illud fuit sub oculis dei spectaculum gloriosum, quale in conspectu Christi ecclesie sue gaudium, ad pugnam quam temptaverat hostis inferre, non singulos milites sed tota simul castra prodisse. Omnes enim constat venturos fuisse si audire potuissent, quando accurrerit properanter et venit quisquis audivit. Quot illic lapsi gloriosa confessione plurimum fortiores, ut appareat improvisos subitatos esse et nove atque insuete rei pavore trepidasse, redisse ad se postmodum fidem veram et vires suas de dei timore collectas ad omnem patientiam constanter et firmiter roborasse, nec iam stare ad criminis veniam sed ad passionis coronam. Quid ad hec Novatianus frater karissime, utrumne iam deponit errorem an vero qui dementium mos est ipsis bonis et prosperis nostris plus adactus est ad furorem, et quo magis ac magis dilectionis et fidei crescit hic gloria, illic dissensionis et zeli recrudescit insania. Nec vulnus suum miser curat, sed adhuc gravius et se et suos vulnerat in perniciem fratrum in lingua sua prestrepens et facundie venenate iacula contorquens, magis durus secularis philosophie pravitate quam philosophie dominice lenitate pacificus, desertor ecclesie, misericordie hostis, interfector penitentie, doctor superbie, veritatis corruptor, perditor caritatis. Agnoscit ne iam qui sit sacerdos dei, que sit ecclesia et domus Christi, qui sint dei servi quos diabolus infestet

|| sunt restituti / steterunt fortes et ipso dolore preliatores facti ad plures

qui sint christiani

qui sunt xpiani quos antixpus impugnet
neque enim querit illos quos iam subegit aut
gestit euertere quos iam suos fecit inimicus
et hostis ecclesie quos alienauit ab ecclesia
et foras duxit ut captiuos et uictos con
tempnit et preterit eos pergit lacessere in
quibus xpm cernit habitare. Quia et si a
liquis ex talibus fuit adprehensus non est
quod sibi quasi in confessione nominis blandiatur
cum constet si occisi eiusmodi extra ecclesiam
fuerint fidei coronam non esse sed potius esse pena
perfidie. nec in domo dei inter unanimes
habituros esse quos uidemus de pacifica
et diuina domo furore discordie re
cessisse. Hortamur plane quantum possumus
frater karissime pro caritate mutua qua nobis
inuicem coheremus ut quia prouidentia do
mini monentis instruimur et diuine misericordie con
siliis salubribus admonemur appropinquare
iam certaminis et agonis nostri diem ieiu
niis uigiliis orationibus insistere cum omni ple
be non desinamus. Incumbamus gemiti
bus assiduis et deprecationibus crebris.
Hec sunt enim nobis arma celestia que stare
et perseuerare fortiter faciunt. hec sunt mu
nimenta spiritualia et tela diuina que
Cxxxii protegunt. Memores nostri inuicem simus concor
des atque unanimes utrobique semper oremus
pressuras et angustias mutua caritate
releuemus. Et si quis istinc nostrum prior di
uine dignationis celeritate precesserit
perseueret apud deum nostra dilectio pro fratribus et
sororibus nostris apud misericordiam patris non
cesset oratio. Opto te frater karissime semper bene
valere. Incipit Epistola secunda
ad Cornelium rest talis

Cyprianus libe
ralis Caldonius Nicome
des Cecilius Iulius Mar
rutius Felix Successus Faus
tinus Fortunatus Victor Saturninus a
lius Saturninus Aurelius Saturninus
eutices iambus alius saturninus aure
lius priscus herculanus uictoricus quin
tus honoratus manthaneus horten
sianus uerianus Iambus donatus
priuatianus fortunatus rogatus et mo
nulus Cornelio fratri salutem. Statueramus
quidem iam pridem frater karissime participato
inuicem consilio ut qui in persecutionis in
festatione supplantati ab aduersario lap
si fuissent et sacrificiis se illicitis macu
lassent agerent diu penitentiam plenam
Et si periculum infirmitatis urgeret pacem
sub ictu mortis acciperent. Nec enim phas
erat aut permittebat paterna pietas et di
uina clementia ecclesiam pulsantibus
cludi et dolentibus ac deprecantibus

spei salutaris subsidium denegari ut de
seculo recedentes sine communicatione et pa
ce ad dominum dimitterentur cum permiserit ipse
qui legem dedit ut ligata in terris et in ce
lis ligata essent solui autem possent illic que hic pri
us in ecclesia soluerentur. Sed enim cum uide
amus diem rursus alterius infestationis
appropinquare cepisse et crebris atque assidu
is ostensionibus admoneamur ut ad
certamen quod hostis nobis indicit armati
et parati simus plebem etiam nobis
de diuina dignatione commissam exhortati
onibus nostris preparemus et omnes omnino
milites xpi qui arma desiderant et preli
um flagitant intra castra domini colligamus
necessitate cogente censuimus eis qui
de ecclesia domini non recesserunt sed penitentiam a
gere et lamentari et dominum deprecari a
primo lapsus sui die non destiterunt pacem
dandam esse et eos ad prelium quod imminet
armari et instrui oportere. Obtemperandum
namque est ostensionibus atque admonitioni
bus iustis ut a pastoribus oues in peri
culo non deserantur sed grex omnis in unum
congregetur et exercitus domini ad certamen mi
litie celestis armetur. Merito enim trahe
batur dolentium penitentia tempore longiore ut
infirmis in exitu subueniretur quamdiu
quies et tranquillitas aderat que dif
ferre diu plangentium lacrimas et sub ve
nire sero morientibus in infirmitate pa
teretur. At uero nunc infirmis sed fortibus
pax necessaria est nec morientibus sed uiuenti
bus communicatio a nobis danda est ut quos
excitamus et hortamur ad prelium non iner
mes et nudos relinquamus sed protectione
sanguinis et corporis xpi muniamus et cum
ad hoc fiat eucaristia ut possit accipi
entibus esse tutela quos tutos esse contra
aduersarium uolumus munimento dominice
saturitatis armemus. Nam quo docemus Cxxxiii
aut prouocamus eos in confessione nominis
sanguinem suum fundere si eis militaturis
xpi sanguinem denegamus. Aut quo ad
martyrii poculum ydoneos facimus si non eos
prius ad bibendum in ecclesia poculum domini iu
re communicationis admittimus. Interesse debet
frater karissime inter eos qui uel apostatauerunt
et ad seculum cui renuntiauerant reuersi
gentiliter uiuunt uel ad hereticos transfuge
facti contra ecclesiam parricidalia cotidie
arma suscipiunt et inter eos qui ab ecclesie
limine non recedentes et implorantes
iugiter ac dolenter diuina et paterna solaci
a nunc se ad pugnam paratos esse et pro
domini sui nomine ac pro sua salute stare for
titer et repugnare fortiter profitentur. Hoc in
tempore pacem non dormientibus sed ui
gilantibus damus pacem non delitiis
sed armis damus pacem non ad quietem

non

sed ad aciem damus. Si secundum quod eos audivimus fortiter steterint et adversarium nobiscum in congressione prostraverint, non penitet pacem concessisse tam fortibus, immo episcopatus nostri honor grandis et gloria est pacem dedisse martiribus, ut sacerdotes qui sacrificia dei cotidie celebramus hostias deo et victimas preparemus. Si autem quod dominus avertat a fratribus nostris aliquis lapsorum fefellerit, ut pacem subdole petat et inpendentis prelii tempore communicationem non preliaturus accipiat, se ipsum fallit et decipit qui aliud corde occultat et aliud voce pronunciat. Nos in quantum nobis et videre et iudicare conceditur, faciem singulorum videmus, cor scrutari et mentem perspicere non possumus. De hiis iudicat occultorum scrutator et cognitor, cito venturus et de archanis cordis atque abditis iudicaturus. Obesse autem mali bonis non debent, sed magis mali a bonis adiuvari. Nec ideo martirium facturis pax neganda est quia sunt quidam negaturi, cum propter hoc pax danda sit omnibus militaturis, ne per ignoranciam incipiat ille preteriri qui habet in prelio coronari. Nec quisquam dicat quod martirium tollit, sanguine suo baptizatur, nec pax illi est necessaria ab episcopo habituro glorie sue pacem et accepturo maiorem de domini dignatione mercedem. Primo idoneus esse non potest ad martirium qui ab ecclesia non armatur ad prelium, et mens deficit quam non recepta eucharistia erigit et accendit. Dominus enim in ewangelio suo dicit: Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Cum autem dicat in traditis atque in confessione nominis constitutis spiritum patris loqui, quomodo potest ad confessionem paratus aut idoneus inveniri qui non prius pace accepta recepit spiritum patris, qui corroborans servos suos ipse loquitur et confitetur in nobis? Tunc deinde si relictis omnibus rebus suis fugerit in latebris atque in solitudine constitutus in latrones forte inciderit aut in febribus et in languore decesserit,

Cxxiiii

nonne nobis imputabitur quod tam bonus miles, qui omnia sua dereliquit et contempta domo et parentibus et liberis sequi dominum suum maluit, sine pace et communicatione decedit? Nonne nobis vel negligencia segnis vel duricia crudelis ascribetur in die iudicii, quod pastores creditas et commissas nobis oves nec curare in pace nec in acie voluimus armare? Nonne ingeretur nobis a domino quod per prophetam suum clamat et dicit: Ecce lac consumitis et lanis vos tegitis et quod crassum est mactatis et

Cxxv

oves meas non pascitis; quod infirmatum est non confortastis et quod male habuit non corroborastis et quod contribulatum est non consolati estis et quod errabat non revocastis, omne quod periit non inquisistis et quod forte fuit confecistis labore, et dispersae sunt oves mee eo quod non sint pastores et facte sunt in comestionem omnibus bestiis agri, et non fuit qui inquireret aut qui revocaret. Propterea dicit dominus: Ecce ego super pastores et inquiram oves meas de manibus eorum et avertam eos ne pascant oves meas, et eximam oves meas de ore ipsorum et pascam eas cum iudicio. Ne igitur ore nostro quo pacem negamus, quo duriciam magis humane crudelitatis quam divine et paterne pietatis opponimus, oves nobis commisse a domino reposcantur, placuit nobis spiritu sancto suggerente et domino per visiones multas et manifestas admonente, quia hostis nobis imminere pronunciatur et ostenditur, colligere intra castra milites Christi et examinatis singulorum causis pacem lapsis dare, immo pugnaturis arma suggerere. Quod credimus vobis quoque paterne misericordie contemplatione placiturum. Quod si de collegis aliquis extiterit qui urgente certamine pacem fratribus et sororibus non putat dandam, reddet ille racionem in die iudicii domino vel inportune censure vel inhumane duricie sue. Nos quod fidei et caritati et sollicitudini congruebat que erant in consciencia nostra protulimus, diem certaminis appropinquasse, hostem violentum cito contra nos exurgere, pugnam non talem qualis fuit sed graviorem multo et acriorem venire. Hoc nobis divinitus frequenter ostendi, de hoc nobis providencia et misericordia domini sepius admoneri. De cuius ope et pietate qui in eum confidimus possumus esse securi, quia qui in pace militibus suis futuram pronunciat pugnam dabit militantibus in congressione victoriam.

Incipit epistola ad Cornelium tercia

Cyprianus Cornelio fratri salutem. Legi litteras tuas frater karissime quas per Saturum fratrem nostrum acolitum misisti, et dilectionis fraterne et ecclesiastice discipline et sacerdotalis censure satis plenas, quibus significasti Felicissimum hostem Christi non novum sed iam pridem ob crimina sua plurima et gravissima abstentum, et non tantum a te sed et a plurimis coepiscopis sententia condempnatum, reiectum a te illic esse. Et cum venisset stipatus caterva et factione desperatorum, vigore pleno quo episcopos agere oportet,

pulsū de eccā ee/ de qua iam pridem cū ci
suis filiibus dī maiestate/ et xpī dni/ et
iudicis nr̄i seueritate/ depulsus est/ ne
scismatis et dissidij auctor ne pecunie
commisse sibi fraudator/ ne stuprator
virginū ne matrimoniorū multorū depo
pulator atqȝ corruptor/ ultra adhuc
sponsā xpi incorruptam sanctam pudi
cam presencie sue dedecore et inpudi
ca atqȝ incesta contagione uiolaret/ sed
enim lecta epl'a alia tua frater qm̄ primis lib
subiunxisti/ satis miratus sum cū aīa ad
uertissem te minis ac terroribus corum
qui uenerant/ aliquatū ee commotū
cū te sicut scripsisti/ aggressi essent/ cū
summa desperacione/ comminantes qz si litteras
quas attulerant nō accepisses publice
eas recitarent et multa turpia ac probro
sa/ et ore suo digna proferret/ Quod si ita res
est fr̄ karissime/ ut nequissimorum timeatur au
dacia/ et quod mali iure atqȝ equitate nō
possunt temeritate ac desperacione perficiat/
actum est de episcopatus uigore/ et de ecclie
gubernande sublimi ac diuina potestate/ nec
xpiani ultra aut durare aut esse iam
possumus si ad hoc ventum est ut perditorum
minas atqȝ insidias pertimescamus/ Nam et gen
tiles et iudei minantur/ et heretici quorum pec
tora et mentes diabolus obsidet uene
natam rabiem suā cotidie furiosa uo
ce testantur/ Nō tm̄ ideo cedendum est qz
minantur/ aut ideo aduersarius et inimi
tus maior est xpo/ qz tm̄ sibi vendicat
6 et assumit in seculo/ Manere apud nos debet
fr̄ karissime/ fidei robur inmobile/ et stabi
lis atqȝ inconcussa virtus/ contra omnes incur
sus atqȝ impetus oblatrancium fluctuum
velut petre obiacentis fortitudine/
et mole debet obsistere/ Nec interest unde
epō aut terror aut periculum ueniat/ qui terroribus
et periculis uiuit obnoxius/ et tm̄ fit de ipsis
terroribus ac periculis gloriosus/ neqȝ enim
solas gentilium uel iudeorum minas cogi
tare et spectare debemus/ cū uideamus
ipm dnm a fratribus ee detentum/ et ab
eo qui inter aplos ipse delegerat proditum/
Inter inicia quoqȝ mundi/ abel iustū nō nisi frater
occiderit/ Jacob fugientem persecutus sit
frater infestus/ et Joseph puer uenierit
vendentibus fratribus/ In ewangelio et
legimus ee predictum/ magis domesticos
inimicos futuros et qui prius copulati
sacramento unanimitatis fuerint ipsos in
uicem tradituros/ Nichil interest quis
tradat aut seuiat/ cū deus tradi permittat
quos disponit coronare/ Neqȝ nobis igno
minia est pati a fratribus quod passus est xpc
nec illis gl'a est facere quod fecerit iudas qualis
ergo sui elacio est quam inmanior tumens et
inflata et uana iactacio/ aliter absenti

inmanior cū hic me habeant in potestate presentem
Conuicia eorum quibus se et vitam suā co
tidie lacerant nō timemus fustes et la
pides et gladios quos verbis parricidia
libus iactitant nō perhorrescimus/ Quod
in illis est homicide sunt tales apud deum
Necare tn̄ nō possunt/ nisi eis dns necare per
miserit et cū nobis semel moriendum
sit/ illi tm̄ odio et verbis et delictis suis
cotidie perimunt sed nō ideo fr̄ karissime re
linquenda est ecclesiastica disciplina/ aut
sacerdotalis soluenda censura/ quoniam contumeliis
infestamur aut terroribus comminamur/ quo oc
currat et moneat scriptura dicens Ille vero
qui presumit et contumax inrisor iactans
nichil omnino proficiet/ Qui dilatauit
tanquam infernus animam suā/ et iterum Et verba
uiri peccatoris ne timueritis/ quia gloria eius
in stercore erit et in vermes/ hodie extollitur
et cras non inuenietur quoniam conuersus est in terram
suā et cogitacio eius peribit/ Et iterum
vidi impium exaltatum/ et extolli super cedros
libani/ et transiui et ecce nō erat et quesiui
eum/ et nō est inuentus locus eius
Exaltacio et inflacio et arrogans ac
superba iactacio/ nō est de xpī magisterio/ qui hu
militatem docet/ sed de antixpi spiritu nascitur
cui exprobat per prophetam dns et dicit tu
autem dixisti in animo tuo in celum ascendam
super stellas dei ponam sedem meam/ Sede
bo in monte alto/ super montes altos in aqui
lonem ascendam super nubes/ ero similis
altissimo/ et addidit Tu vero ad inferos
descendes in fundamenta terre et qui ui
debunt te mirabuntur super te/ vnde et pare
talibus penam scriptura diuina loco alio
comminatur et dicit/ dies enim sabaoth
super omnem iniuriosum et superbum et super
elatum et excelsum/ De ore itaqȝ ac de
verbis suis vnusquisqȝ statim proditur
Et vtrum xpm in corde suo an uero antixpm
habeat loquendo detegitur secundum quod dns in
ewangelio suo dicit/ progenies uiperarum
quomodo potestis bona loqui/ cū sitis nequam
de habundancia/ enim cordis os emittit/ Bo
nus homo de bono thezauro emittit bonum/
et nequam homo de nequam thezauro emit
tit nequam/ vnde et diues ille peccator qui
de lazaro in sinu abrahe posito/ atqȝ in
refrigerio constituto implorat auxilium
cū in tormentis cruciabundus flamme
estuantis ardoribus adurantur/ inter omnes cor
poris partes magis os eius et lingua pe
nas dat/ quod plus scilicet lingua sua et ore
peccauit/ Nam cū scriptum sit neqȝ male
dici regnum dī consequentur/ Et iterum dns
in ewangelio suo dicat/ qui dixerit fratri
suo fatue/ et qui dixerit racha reus erit
gehenne ignis/ quo possunt censuram ultorem
dni euadere/ qui talia ingerunt/ nō solum

Cxxvii fribus s; et sacdotibus/ quib9 honor tāt9
x. de dignacione conceditur ut quisq3 sa
cdoti eius et ad tēpus hic iudicanti nō
obtēparet/ statim necaretur/ In deuto
nomio dns deus loquit^r dicens Et hō
quicūq3 fecit in supbiam/ ut nō exaudi
at sacdotem/ aut iudicem quicūq3 fuit
in diebus illis moriet^r in diebus illis/ hō
ille/ Et omis pplus cū audierit tiebit
et nō agent impie eciā nūc// Item ad
samuelem cū a iudeis spnetur deus
// s; me dicit nō te spreuerūt et dns quoq3 in
ewangelio Qui audit^r mq3 vos me au
dit/ et eū qui me misit Et qui reicit uos
me reicit Qui me reicit/ reicit eū q̄ me misit,
me/ Et cū leprsum emūdasset/ uade inq̄
et demōstra te sacdoti/ Et cū postea tpe
passionis alapam accepisset/ a suo sac
dotis/ eiq3 ei dixisset sic rūdes pontifi
ci/ ad uersus pontificē dns nichil cōtumeli
ose dixit/ nec q̄ quā de sacdotis honoē
detraxit/ sed ī nocencia suā mag; assens
et ostendens/ Si male inq̄ locutus sum
exprobra me de malo/ Si aut bene quid
me cedis. Item in actibus aplōr post
modū btūs aplus paulus/ cū ei dicer
etur sic insilis in sacdote dī maledicēdo/
q̄ illi dnō iam crucifixo sacrilegi et im
pii et cruenti illi se cepissent/ nec iā
q̄ q̄in de sacdotali honore et auctoritate
nōine
retinent tm̄ ipm̄ q̄uius mane, et vm
bram quādam sacdotis cogitans paulus
nesciebam fres inq̄ q̄r pontifex ē/ Scptū
ē enī pncipem ppli tui nō maledices
Cū hec tanta et talia et multa alia ex
empla pcedant/ quibus sacdotalis
auctas et ptas de diuina dignacōe
firmet^r/ quales putas esse eos qui sa
cdotum hostes et cōtra eccliam catholicā
rebelles nec pmonētis dnī cōminā
cōe nec futuri iudicii ulcōe/ terent^r/ Ne
q3 enī aliūde hereses aborte sūt aut na
ta sūt scismata nisi quia sacdoti dei
nō obtpat^r nec vnus in ecclia ad tē
vnus
// pus sacdos et ad tpus iudex vice xpi
cogitatur/ Cui si fm̄ iusticia diuina
obtpareret fraternitas vniusa/ nēo aduersū
sacdotum collegiū q̄c q̄ mouet/ nemo
post diuinū iudiciū post ppli suffragi
u post coepor consensum iudicem
se nō iam epi s; dei facet/ nemo dissi
dio vnitatis x̄ ecciam scinderet nemo sibi
placens ac tumens seorsum foris here
sim nouā conderet n̄ si ita ē aliquis sa
crilege temitatis ac pdite mentis ut pu
tet sine dei iudicio fieri sacdotem cū
dominus in ewangelio suo dicat Nonne
duo passeres asse veneunt/ et neutr illo
rum in terram cadit/ sine pris voluntate
cū ille nec minima fieri/ sine uoluntate dī
dicat/ Extimat aliquis sūma et mag
na aut nō sciente aut pmittente deo i
ecciā dei fieri/ et sacdotes id ē dispensa
tores eius nō de eius sntā ordinari
hoc ē fidem nō hre qua uiuimus/ hoc
ē deo honorem nō dare/ cuius nutu et arbi
trio regi et gubnari omnia scimus et te
nemus/ plane epi nō de voluntate dī fiunt
s; qui ex ecciam fiunt sicut ipē dns in
pphetis duodecim ponit et dicit Sibi
Cxxviii metipsi regem constituerūt et nō p me
Et itm/ Sacrificia eorum tamquā panis
luctus/ Omnes qui manducant ea contami
nabuntur Et p ysaiā quoq3 spus scūs cla
mat et dicit/ Ve vobis filii desertores
hec dicit dns/ habuistis cōsiliū nō p
me et fecistis cōuentionē, nō p spm̄ meū
addentes pcta sup pcta/ Cetm̄ dico/ dico ei
prouocatus/ dico dolens/ dico cōpulsus
q̄n epus in locū defuncti substituit^r qui
ppli uniuersi suffragio in pace deligit^r
qui dei auxilio in psecucione protegit^r
collegis omnibus fidelit^r iunctis plebi
sue tempestate in epatu quadriennio
iam probatus in quiete seruiens disci
pline/ in tempestate proscriptus/ applica
to et adiuncto epatus sui nomine/ toci
ens ad leone petitus/ in circo in theatro
circo dominice dignationis testimonio
honoratus/ his ipsis eciam diebus q̄
bus has ad te lras feci/ ob sacrificia q̄
de edicto pposito celebrare pplus vide
ba^r/ clamore pplarium ad leone denuo
postulatus/ in circo cū talis fr̄ tunc a q̄
busdam desperatis et pditis et ex ecciam
cōstitutis impugnari uideatur/ apparet
quis impugnet Non scilicet xpus qui
sacdotes aut cōstituit aut ptegit sed
ille qui xpi aduersarius et ecclie eius in
imicus ob hoc eccie ppositū sua infesta
cione prosequit^r ut gubnatore subla
to/ atrocius atq3 uiolentius circa ecclie
naufragia grassetur/ Nec quequā fi
delem et ewangelii memorem/ atq3 a
pli pmonentis mandata retinentem
mouere debet/ fr̄ tunc/ si quoddā in ex
mis tpibus supbi et contumaces/ et sac
dotum dei hostes aut de ecclia rece
dunt aut contra eccliam faciunt/ q̄n tales
fu-
mūt futuros et dns et apli eius ante
pdixerunt Nec pposituū fuum de sceli aqui
busdam miretur aliquis/ q̄n ipm̄ dnm̄
magnalia et mirabilia sūma facientē
et vtutes dī pris factorum suorum testimo
nio comprobante/ discipuli sui reliquerunt
et tn̄ ille nō increpuit recedentes aut grā
uiter comminatus est s; magis cōuersus ad
aplōs suos dixit nunq̄ et uos uultis ire
Seruans sc; legem qua homo libertati sue
relictus et in arbitrio pprio cōstitutus

sibi ipsi mortem appetit vel salutem. Pe-
trus tamen super quem edificata ab eodem
domino fuerat ecclesia, unus pro omnibus loquens
et ecclesie voce respondens ait: Domine ad quem
ibimus? Verba vite eterne habes, et nos credi-
mus et cognovimus quoniam tu es Christus
filius dei vivi. Significans scilicet et ostendens
eos qui a Christo recesserint culpa sua pe-
rire, ecclesiam tamen que in Christum credat
et quod semel id quod cognoverit teneat nunquam
Cxxix ab eo omnino discedere, et eos esse ec-
clesiam qui in domo dei permanent. Planta-
tionem vero plantatam a deo patre non
esse quos videmus non frumenti stabili-
tate solidari sed tamquam paleas dis-
sipantis inimici spiritu ventilari. De qui-
bus et Iohannes in epistola sua dicit: Exi-
erunt sed non fuerunt ex nobis. Si enim fuis-
sent ex nobis, mansissent utique nobiscum.
Item Paulus nos monet cum mali de ecclesia pereunt
non moveri nec recedentibus perfidis fi-
dem minus tenere vel fidem minui. Quid
enim inquit si exciderunt a fide quidam
eorum, numquid infidelitas illorum fidem
dei evacuavit? Absit. Est enim deus verax,
omnis autem homo mendax. Quod ad nos
attinet conscientie nostre convenit frater karissime
dare operam ne quis culpa nostra de ecclesia
pereat. Si autem quis ultro et crimine suo pe-
rierit et penitentiam agere atque ad ecclesiam
redire noluerit, nos in die iudicii inculpa-
tos futuros qui consuluimus sanitati, illos
solos in penis remansuros qui noluerint
consilii nostri salubritate sanari. Nec mo-
vere nos debent convicia perditorum quo-
minus a via recta et a certa regula non re-
cedamus quando et apostolus instruit dicens:
Si hominibus placerem Christi servus non essem.
Interest utrum quis hominibus promereri an
deo cupiat. Si hominibus placetur, dominus of-
fenditur. Si vero nitimur et elaboramus ut
possimus placere deo, et convicia et male
dicta debemus humana contempnere. Quod
autem tibi de Fortunato isto pseudo episcopo
a paucis et inveteratis hereticis constituto
non statim scripsi, frater karissime, non ea res erat
que in notitia deberet festinato statim
quasi magna et metuenda perferri, maxime
et quod Fortunati nomen iam satis nosses,
qui est unus ex quinque presbiteris iam pridem de
ecclesia profugis et sententia coepiscoporum nostrorum
multorum et gravissimorum virorum nuper ab-
stentus, qui super hac re priore anno ad
te litteras fecerunt. Item Felicissimum signife-
rum seditionis recognosceres qui et ipse
in hisdem coepiscoporum nostrorum factis ac pri-
dem litteris nostris continetur. Qui non tan-
tum ab illis istic abstentus sed et abs te
illic de ecclesia nuper pulsus est. Que cum in
notitia tua esse confiderem et pro certo

scirem memorie et discipline tue scirem
necessarium non putavi celeriter et urgentes he-
reticorum tibi ineptias nuntiandas. Neque enim
ad catholice ecclesie maiestatem pertinet ac dig-
nitatem curare debet quid apud se he-
reticorum et schismaticorum moliatur audacia.
Nam et partes Novatiani maximum presbyterum
nuper ad nos a Novatiano legatum missum
atque a nobis contumaciter reiectum nunc istic sibi
fecisse pseudo episcopum dicitur. Nec tamen de
hoc tibi scripseram quando hec omnia contemp-
nantur a nobis, et miseram tibi proxime
nomina episcoporum istic constitutorum qui integri
et sani in ecclesia catholica president. Quod fratribus
ideo utique de omnium nostrorum consilio tibi
placuit scribere ut errores diluendi
ac perspiciende veritatis compendium
fieret et scires tu et collegie nostri
quibus scribere et litteras mutuo a quibus
nos accipere oporteret. Si quis Cxxx
autem preter hos quos epistola nostra com-
plexi sumus scribere vobis auderet, scire-
tis eum vel sacrificio vel libello esse ma-
culatum vel unum de hereticis perversum
scilicet et prophanum. Nactus tamen familia-
rissimi hominis et clerici fratrem Felicia-
num acolitum, quem tu cum Persea collega
nostro miseras, inter cetera que in notitiam
tuam perferenda hinc fuerant, et iam
de Fortunato isto tibi scripsi. Sed dum
istic Felicianus frater noster vel vento re-
tardatur vel accipiendis aliis epistolis a
nobis detinetur, Felicissimo ad vos properante
prevenitus est. Ita enim semper scelera fes-
tinant, quasi possint innocentiam festinatione
prevalere. Per Felicianum autem significavi
tibi venisse Carthaginem Privatum veterem he-
reticum in Lambesitana colonia ante multos
fere annos ob multa et gravia delicta nona-
ginta episcoporum sententia condempnatum, antecessorum
etiam nostrorum quod et vestram conscientiam non latet,
Fabiani et Donati litteris severissime notum,
qui cum causam suam apud nos in concilio quod
habuimus idibus maiis que proxime fuerunt
diceret se agere velle nec admissus esset, For-
tunatum istum sibi pseudo episcopum dignum
collegio suo fecit. Venerat et iam cum
et illo Felix quidam quem ipse extra ecclesiam
in heresi pseudo episcopum olim constituerat.
Sed et Iovinus et Maximus comites cum
Privato predicto heretico affuerunt ob nefan-
da sacrificia et crimina in se probata sententia
novem collegarum nostrorum condempnati, et
iterato quoque a pluribus nobis anno priore
in concilio abstenti. Cum hiis autem quat-
tuor iunctus est et Repostus Sutunurcen-
sis, qui non tantum ipse in persecutione cecidit
sed et maximam partem plebis sue sacrilega
persuasione deiecit. Hii quoque cum paucis
vel sacrificatis vel male sibi conscius for-

timatum sibi pseudo episcopum coaptauer-
int temporibus unum conuenientibus. talis esset
rector. quales illi regunt. hinc
iam et tota mendacia fratres karissime potestis
noscere que illic homines desperati et perdi
ti uentilauerunt ut cum de sacrificatis uel
hereticis amplius quam quinque pseudo episcopi non
fuerint qui cartaginem uenerint et
fortunatum sibi dementie sue socium consti
tuerint. illi tamen quasi filii diaboli et men
dacio pleni ausi sunt ut dixi iactitare.
uiginti quinque episcopos affuisse. Quod men
dacium illic prius apud fratres nostros iacti
bant dicentes. uiginti quinque episcopos de nu-
midia esse uenturos qui sibi episcopum facerent.
Quo in mendacio suo postea quam quinque
solis conuenientibus naufragis et a no
bis abstentis detecti sunt atque confusi. ro
mam cum mendaciorum suorum merce de nauiga
uerunt. quasi ueritas post eos nauigare non
posset que mendaces linguas rei certe
CXXXI probatione conuinceret. Atque hec est fratres uera
dementia. non cogitare nec scire quod men
dacia non diu fallant. noctem tamdiu
esse quamdiu illucescat dies. Clarificato
to autem die et sole oborto. luci tenebras
et caligine cedere et que grassabantur per noc
tem latrocinia cessare. Denique si nomina
ab eis queras. non habent uel quos falso CXXXII
nominarent. Tanta apud eos etiam
malorum penuria est. ut ad illos nec de
sacrificatis nec de hereticis uiginti quinque
colligi possint. Et tamen ad decipiendas aures
simplicium et absentium mendacium nume
rus inflatur. quasi et si numerus esset hic
minus et ab hereticis ecclesia et ab iniustis iu
sticia uinceretur. Nec me oportet fratres karissime
paria nunc cum illis facere. et ea que con
miserunt atque hucusque committunt meo ser
mone decurrere. cum despiciendum sit nobis
quid proferre et scribere sacerdotes dei oporte
at. nec tam dolor aput nos debeat
quam pudor loqui. et ne uideatur prouo
catus maledicta potius quam crimina et
peccata congerere. Taceo itaque de fraudibus
ecclesie factis. coniurationes et adulteria
et uaria delictorum genera pretereo. unum illud
in quo mea nec hominum sed dei causa est
de eorum facinore non puto esse reticendum
quod a primo statim persecutionis die cum re-
centia delinquentium facinora ferue
rent et sacrificiis nefandis non tantum di
aboli altaria sed adhuc manus ipse
lapsorum atque ora fumarent communicare
cum lapsis et penitencie agende intercedere
non destiterunt. Clamat dicens Sac
rificans diis eradicabitur nisi deo soli
et dominus in euangelio dicit Qui me
negauerit et ego negabo eum Et alio
loco indignatio et ira diuina non

taceret dicens. Illis fudistis libamina
et illis imposuistis sacrificia. Super hec
non indignabor dicit dominus. Et intercedunt
ne rogetur deus qui indignari se ipse
testatur. Intercedunt ne exoretur preci
bus et satisfactionibus Christus qui nega
tem se negare profitetur. Nos in
ipso persecutionis tempore de hoc ipso litteras mi
simus nec auditi sumus. Concilio fre
quenti acto non consensione tantum nostra sed
et comminatione decreuimus. ut primas
fratres agerent. ut primam non agentibus
nemo temere pacem daret. Et illi con
tra sacrilegi contra sacerdotes dei impio
furore temerarii de ecclesia recedentes
et contra ecclesiam parricidalia arma
tollentes. elaborant ut opus suum di
aboli malicia consummet. ne uulneratos
diuina clemencia medicetur sua curet
miserorum penitentiam mendaciorum suorum
fraude corrumpunt ne deo indignanti sa
tisfiat. ne ex penitentia qui christianus
esse uel erubuit ante uel timuit. post mo
dum querat ne ad ecclesiam qui de ecclesia
recesserat redeat. Datur opera ne satis
factionibus iustis delicta redimantur
ne uulnera lacrimis abluantur. Pax
uera false pacis mendacio tollitur
salutaris sinus matris nouerca interce
dente precluditur nec de pectore atque ore
lapsorum fletus et gemitus audi
atur. Compellitur adhuc insuper lap
si ut linguis atque ore quo in capitolio
ante deliquerant contumeliam faciant Con sacerdotibus
fessores et uirgines et iustos quosque
fidei laude precipuos atque in ecclesia glori
osos contumeliis et maledictis uocibus
prosequantur. A quibus quidem non tam
nostrorum modestia et humilitas et pudor
ceditur quam illorum ipsorum spes et uita la
ceratur. Neque enim qui audit sed qui
facit conuicium et iniuriam miser est
Nec qui a fratre uapulat sed qui fratrem ce
dit in lege peior est. Et cum nocentibus
tes innocentibus iniuriam faciunt
illi patiuntur iniuriam qui facere se
credunt. Denique hinc illis percussa mens
et hebes animus et sensus alienus est
Ira dei est non intelligere delicta ne sequatur
penitencia sicut scriptum est Et dedit illis deus
spiritum transpunctionis ne reuertantur scilicet et
curentur et de precationibus ac satisfac
tionibus iustis peccata sanentur. Paulus
apostolus in epistola sua ponit et dicit dilectionem
ueritatis non habuerunt ut salui fierent
ac propterea mittet illis deus operationem
erroris ut credant mendacio ut iu
dicentur omnes qui non crediderunt ueritati
sed sibi placent in iniusticia. Primus feli
citatis gradus est non delinquere secundus

delicta cognoscere. Illic manet integra et illibata que servet, hic succedit medela que sanet. Quod utrumque isti offenso deo perdiderunt, ut et amissa sit gratia que de baptismi sanctificatione percipitur et non subveniat penitentia per quam culpa curatur. An putas frater levia esse adversus deum facinora, parva et modica delicta, quod per illos non rogatur maiestas indignantis dei, quod ~~imminente antixpo~~ [illegible] non timetur ira et ignis et dies domini, quod imminente antichristo examinatur fides militantis populi, dum tollitur vigor et timor Christi? Viderint laici hoc quomodo curent. Sacerdotibus labor maior incumbit in asserenda et propicianda dei maiestate, ne quid videamur in hac parte negligere, quando admoneat dominus et dicat: Et nunc preceptum hoc ad vos est o sacerdotes: si non audieritis et si non posueritis in corde vestro ut detis honorem nomini meo, dicit dominus, immittam in vos maledictionem et maledicam benedictionem vestram. Honor ergo datur deo quando sic dei maiestas et censura contempnitur, ut cum se ille indignari et irasci sacrificantibus dicat, et cum penas eternas et supplicia perpetua comminetur, proponatur a sacrilegis atque dicatur: ne ira cogitetur dei, ne timeatur iudicium domini, ne pulsetur ad ecclesiam Christi, sed sublata penitentia nulla exomologesi criminis facta, despectis episcopis atque calcatis, pax non a veris presbyteris, verbis fallacibus predicatur, et ne lapsi surgant aut foris positi ad ecclesiam redeant, communicatio non communicantibus offeratur.

Cxxxiii Quibus et non satis fuit ab evangelio recessisse, spem lapsis satisfactionis et penitentie sustulisse, fraudibus involutos vel adulteriis contaminatos vel sacrificiorum funesta contagione pollutos, ne deum rogarent nec in ecclesia exomologesin criminum facerent, ab omni sensu et fructu penitentie removisse, foris sibi extra ecclesiam et contra ecclesiam constituisse conventiculum perdite factionis, cum male sibi consciorum et deum rogare ac satisfacere nolentium caterva confluxit. Post ista adhuc insuper pseudo episcopo sibi ab hereticis constituto navigare audent et ad Petri cathedram atque ad ecclesiam principalem unde unitas sacerdotalis exorta est a scismaticis et prophanis litteras ferre, nec cogitare eos esse romanos quorum fides apostolo predicante laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum. Que autem causa veniendi et pseudo episcopum contra episcopos factum nunciandi? Aut enim placet illis quod fecerunt et in suo scelere

scelere

perseverant. Aut si displicet et recedunt, sciunt quo redeant. Nam cum statutum sit ab omnibus nobis et equum sit pariter ac iustum ut uniuscuiusque causa audiatur ubi est crimen admissum, et singulis pastoribus portio gregis sit ascripta, quam regat unusquisque et gubernet, rationem sui actus domino redditurus, oportet utique eos quibus presumus non circumcursare nec episcoporum concordiam coherentem sua subdola et fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam ubi et accusatores habere et testes sui criminis possint, nisi si paucis desperatis et perditis minor videtur esse auctoritas episcoporum in Affrica constitutorum, qui iam de illis iudicaverunt et eorum conscienciam multis delictorum laqueis vinctam iudicii sui nuper gravitate dampnaverunt. Iam causa eorum cognita est, iam de eis dicta sententia. Nec censure congruit sacerdotum mobilis atque inconstantis animi levitate reprehendi, cum dominus dicat: Sit sermo vester est est, non non. Si de eorum qui de illis priore anno iudicaverunt numerus cum presbyteris et diaconis computetur, plures tunc affuerunt iudicio et cognitioni quam sunt idem isti qui cum Fortunato nunc videntur esse coniuncti. Scire enim debes frater karissime, cum postea quam pseudo episcopus ab hereticis factus est iam pene ab omnibus esse desertum. Nam quibus hii quibus in preteritum prestigia ostendebantur et dabantur verba fallacia quod simul ad ecclesiam regressuri dicerentur, postea quam viderunt illic pseudo episcopum factum, frustratos et deceptos se esse didicerunt et remeant cotidie atque ad ecclesiam pulsant. Nobis tamen a quibus ratio domino reddenda est anxie ponderantibus et sollicite examinantibus qui recipi et admitti ad ecclesiam debeant. Quibusdam enim ita aut crimina sua obsistunt aut fratres obstinate et firmiter renituntur ut recipi omnino non possint cum scandalo et periculo plurimorum. Neque enim sic putamina quedam colligenda sunt ut que integra et sana sunt vulnerentur. Nec utilis aut consultus est pastor qui ita morbidas et contactas oves gregi admisceat ut gregem totum mali coherentis afflictacione contaminet. Si posses frater karissime istic interesse nobiscum cum pravi isti vel subversi de scismate redeunt, videres quis michi labor sit persuadere pacientiam fratribus nostris ut animi dolore sopito recipiendis malis curandisque consenciant. Cxxxiiii. Namque ut gaudent et letantur cum tollerabiles et minus culpabiles redeunt, ita confremunt et reluctantur quociens inemedabiles et protervi et vel adulteriis vel sacrificiis contaminati et post hec adhuc insuper et superbi sic ad ecclesiam remeant

ut bona fratrum ingenia corrumpant/ vix
plebi persuadeo immo extorqueo/ ut ta-
les patiantur admitti/ Et iustior factus
est fraternitatis dolor eo quod unus atque alius
obnitente plebe/ et contradicente/ mea tamen
facilitate suscepti peiores extiterunt
quam prius fuerant/ nec fidem penitencie servare
potuerunt quia nec cum vera penitencia venerant/ De
istis vero quid dicam/ qui nunc ad te cum felicissimo
omnium criminum reo navigaverunt/ legati
a fortunato pseudo episcopo missi/ tamen falsas ad
te litteras afferentes quam sit et ipse cuius
litteras ferunt falsus quam sit eius peccatorum mul-
tiplex conscientia quam exsecrabilis vita
quam turpis ut et si in ecclesia essent/ eici
tales de ecclesia debuissent/ Denique quia
conscientiam suam noverunt/ nec nos audent
adire aut ad ecclesie limina accedere/ sed fo-
ris per provinciam circumeundis fratribus et
spoliandis/ pererrant/ et omnibus iam satis
noti atque undique pro suis facinoribus ex-
clusi/ illuc etiam ad vos navigant/ Neque
enim possunt illis frons esse ad nos accedendi
aut apud nos consistendi cum sint acer-
bissima et iustissima crimina que eis a
fratribus ingerantur/ Si iudicium nostrum vo-
luerint experiri veniant Denique si qua
illis excusatio et defensio potest esse videa-
mus que habeant satisfactionis sue sen-
sum/ quem afferant penitencie fructum/ Nec ecclesia
istic cuiquam cluditur/ nec episcopus alicui de-
negatur/ pacientia et facilitas et humanitas
nostra venientibus presto est/ opto omnes in
ecclesiam regredi/ opto universos commilito-
nes nostros intra Christi castra et dei patris domici-
lia concludi Remitto omnia/ multa dissi-
mulo Studio et voto colligende unita-
tis multitatis etiam que in deum commissa sunt
non pleno iudicio religionis examino
delictis plusquam oportet remittendis
pene ipse delinquo/ amplector prompta
et plena dilectione cum penitencia reverten-
tes peccatum suum satisfactione humili et sim-
plici confitentes/ Si qui autem sunt qui pu-
tant se ad ecclesiam non precibus sed minis
regredi posse/ aut existimet aditum se si-
bi non lamentationibus et satisfactioni-
bus sed terroribus facere/ pro certo habeat con-
tales clausam stare ecclesiam domini/ nec cas-
tra Christi invicta et fortia et domino tuente mu-
nita minus cedere/ Sacerdos dei euangelium tenens
et Christi precepta custodiens/ occidi potest/ vinci non
potest Suggerit et subministrat nobis
exempla virtutis ac fidei/ zacharias
Antistes dei qui cum terreri minis et lapidatio-
ne non posset/ in templo dei occisus est clamans
et redemptionem dicens Quod nos quoque contra
hereticos clamamus et dicimus Hec dicit
dominus/ Reliquistis vias domini et dominus delin-
quet vos/ Neque enim quia pauci temerarii

et improbi/ celestes et salutares vias
domini delinquunt et sancta non agentes/ a sancto
spiritu deseruntur/ Ideo et nos divine tradi-
tionis inmemores esse debemus/ ut ma-
iora esse furencium scelera quam sacerdotum
iudicia censeamus/ aut plus existimemus
ad impugnandum posse humana cona-
mina/ quam quod ad protegendum prevaleat
divina tutela/ an ad hoc frater karissime depo-
nenda est catholice ecclesie dignitas
et plebis intus posite fidelis atque incorrup-
ta maiestas/ et sacerdotalis quoque auc-
toritas ac potestas/ ut iudicare se di-
cant velle de ecclesie preposito extra ecclesiam
constituti/ de catholico heretici/ de sano
saucii/ de integro vulnerati/ de stante
lapsi de iudice rei/ de sacerdote sacrilegi
Quid superest quam ut ecclesia capitolio cedat
et recedentibus sacerdotibus ac domini
altare removentibus in cleri nostri sacro
venerandumque congestum/ Simulachra
atque ydola cum aris suis transeant/ et
novaciano declamandi adversum nos
atque nos incessendi largior et ple-
nior materia prestetur/ Si michi qui sacri-
ficaverunt et Christum publice negaverunt
non tantum rogari et sine penitencia admit-
ti sed adhuc insuper terrere ceperint terroris
sui potestate/ dominantur si pacem postulant
arma deponant Si satisfaciunt quid
minantur/ Sciant quia a sacerdotibus
non timetur/ Neque enim et antichristus cum
venire ceperit introibit ecclesiam/ quia minatur
aut arma eius et violentie cedetur
quia resistentes perempturum se esse pro-
fitetur/ Armant nos heretici dum nos
putant sua comminatione terreri/ nec
in faciem nos deiciunt sed magis erigunt
et accendunt/ dum ipsam pacem peiorem
persecutione fratribus faciunt/ Et optamus
quidem ne quod loquuntur furore imple-
ant crimine ne quod verbis perfidis et crudeli-
bus peccant factis quoque delinquant
Oramus ac deprecamur dominum quem exacer-
bare non desinunt/ ut corda eorum mitescant/
ut furore deposito ad sanitatem
mentis redeant/ ut peccatores ac delictorum
tenebris penitencie lumen agnoscant/ et ma-
gis petant fundi pro se preces atque oratio-
nes antistitis/ quam ipsi fundant sangui-
nem sacerdotis Si autem in suo furore per-
manserint atque in istis insidiis agminibus
suis parricidalibus crudeliter perseveraverint/ nullus dei sacerdos sit in firmus
est/ sit iacens et abiectus/ sit inbecilli-
tate humane mediocritatis invalidus
qui non contra hostes et impugnatores
dei divinitus erigatur/ Cuius non humili-
tas et firmitas vigore et robore domini
protegentis animatur/ Nam nichil interest

Cxxxv

aut aqua aut igni perimuntur, mortis et sacrilegii
premium de deo receptum. Illorum flenda
et lamentanda consortia est, quos sic di-
abolus excecat ut etiam gehenne su-
pplicia non cogitantes, antichristi iam appro-
pinquantis adventum conentur imitari. Et
quamquam sciam frater karissime pro mutua dilectione
Cxxxvi quam debemus invicem nobis, florentissimo
illic clero tecum presidenti et sanctissime
atque amplissime legere te semper litteras
nostras, tamen et ammoneo et peto ut quod
alias sponte atque honorifice facis, etiam
petente me facias, ut hac epistola mea
lecta si quod illic contagium venenati sermo-
nis irrepserit, ita deo ne fratrum auribus
et pectoribus exuatur, et bonorum integra
ac sincera dilectio ab omnibus heretice
detractionis sordibus repurgetur. De-
clinent autem de cetero fortiter et evitent
dilectissimi fratres nostri verba et colloquia eorum
quorum sermo ut cancer serpit, sicut
apostolus dicit: Corrumpunt bonos mores
confabulationes pessime. Et iterum: Here-
ticum hominem post unam correptionem evita,
sciens quia perversus est huiusmodi et peccat
et est a semetipso dampnatus. Et per Salo-
monem loquitur spiritus sanctus: Rursus in-
quit in suo ore portat perditionis sue
ignem et condit. Item denuo monet
dicens: Sepi aures tuas spinis et no-
li audire linguam nequam. Et iterum: Malus
obaudit lingue iniquorum, iustus autem
non intendit labiis mendacibus. Quod
quamquam sciam illic firmitate vestram satis
prudencia munitam fore et sua vigilan-
cia satis cautam, nec capi hereticorum
venenis posse, nec decipi, tamen apud il-
los prevalere et magisteria et precepta
divina quatenus illis in domini timore est,
tamen ex habundanti vel sollicitudo mea
vel caritas scribere ad vos ista persuasit,
ut nulla cum talibus commercia copulentur,
nulla cum malis convivia vel colloquia
misceantur, simusque ab eis tam separati
quam sunt illi de ecclesia profugi. Quia
scriptum est: Si autem ecclesiam contempserit,
sit tibi tamquam ethnicus et publicanus.
Et beatus apostolus non monet tantum, sed et iu-
bet a talibus ut recedamus: Precipimus
autem vobis in nomine domini Ihesu Christi ut
recedatis ab omnibus fratribus ambulan-
tibus inordinate et secundum traditionem
quam acceperunt a nobis. Nulla societas
fidei et perfidie potest esse. Qui cum Christo
non est, qui adversarius Christi est, qui
unitati et paci eius inimicus est, no-
biscum non potest coherere. Si cum precibus et sa-
tisfactionibus veniunt, audiantur; si
maledicta et minas inge-
runt, respuantur. Et cetera.

Incipit epistola ad Cecilium de vino ponendo in calice pro Christi sanguine consecrando

63

Cyprianus
Cecilio fratri salutem. Quamquam sci-
am frater karissime episcopos plurimos
ecclesiis dominicis in toto mundo
divina dignatione prepositos
evangelice veritatis ac dominice tradi-
tionis tenere rationem nec ab eo quod Christus magister
et precepit et gessit humana et novella in-
stitutione decedere, tamen quia quidam vel igno-
ranter vel simpliciter in calice dominico sanctifican-
do et plebi ministrando non hoc faciunt quod Ihesus
Christus dominus et deus noster sacrificii huius auc-
tor et doctor precepit et docuit, religiosum
Cxxxvii pariter ac necessarium duxi de hoc ad vos lit-
teras facere, ut si quis in isto errore adhuc
tenebatur, veritatis luce perspecta ad radicem
atque originem traditionis dominice re-
vocatur. Nec hoc putes frater karissime nostra et
humana conscribere aut ultronea voluntate
hoc nobis audacter assumere, cum mediocri-
tatem nostram semper humili et verecunda mode-
ratione teneamus, sed quando aliquid deo inspi-
rante et mandante precipitur, necesse est domino
servus fidelis obtemperet, excusatus apud
omnes quod nichil sibi arrogant assumat, qui
offensam domini timere compellitur nisi faciat
quod iubetur. Admonitos autem nos scias ut
in calice offerendo dominica traditio servetur,
neque aliud fiat a nobis quam quod pro nobis dominus
prior fecit, ut calix qui in commemoratione
eius offertur mixtus vino offeratur. Nam
cum dicat Christus: Ego sum vitis vera, sang-
uis Christi non aqua est utique sed vinum. Nec potest
videri sanguis eius, quo redempti et vi-
vificati sumus, esse in calice quando vinum desit
calici, quo Christi sanguis ostenditur, qui scriptu-
rarum omnium sacramento ac testimonio predicatur.
Invenimus enim in genesi circa sacramentum Noe
hoc idem precucurrisse et figuram dominice
passionis illic extitisse, quod vinum bibit, quod
inebriatus est, quod in domo sua nudatus est,
quod fuit recubans nudis et patentibus
femoribus, quod nuditas illa patris a me-
dio filio denudata est et foris nunciata [inviolata]
[?], a duobus vero maiore et minore contecta,
et cetera que necesse non est exequi, cum satis sit
hoc solum complecti quod Noe typum future
veritatis ostendens non aquam sed vinum
biberit et sic imaginem dominice passionis
expresserit. Item in sacerdote Melchizedech
sacrificii dominici sacramentum figuratum videmus, secundum
quod scriptura divina testatur et dicit: Et
Melchizedech rex Salem protulit panem
et vinum. Fuit autem sacerdos dei summi et bene-
dixit Abraham. Quod autem Melchizedech typum
Christi portaret, declarat in psalmis spiritus sanctus
ex persona patris ad filium dicens: Ante luciferum

genui te. Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchizedech. Qui ordo utique hic est de sacrificio veniens illo et inde descendens quod melchizedech sacerdos dei summi fuit, quod panem et vinum obtulit, quod abraham benedixit. Nam quis magis sacerdos dei summi quam dominus noster ihesus christus qui sacrificium deo patri obtulit et obtulit hoc idem quod melchizedech obtulerat, id est panem et vinum, suum scilicet corpus et sanguinem. Et circa abraham benedictio illa precedens ad nostrum populum pertinebat. Nam si abraham deo credidit et deputatum est ei ad iusticiam, utique quisquis deo credit et fide vivit, iustus invenitur, et iam pridem in abraham fideli benedictus et iustificatus ostenditur, sicut beatus apostolus paulus probat dicens: Credidit abraham deo et deputatum ei est ad iusticiam. Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt hii sunt filii abrahe. Providens autem scriptura quia ex fide iustificat deus gentes, prenunciavit abrahe

CXXXVIII n he quia benedicentur in illo omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt benedicti sunt cum fideli abraham. Unde in evangelio invenimus de lapidibus excitari, id est de gentibus colligi filios abrahe. Et cum zacheum lau- CXXXIX o

daret dominus, respondit et dixit: Salus hodie domui huic facta est, quia et hic filius est abrahe. Ut ergo in genesi per melchizedech sacerdotem benedictio circa abraham posset rite celebrari, precedit ante imago sacrificii in pane et vino scilicet constituta. Quam rem perficiens dominus et adimplens, dominus panem et calicem mixtum vino obtulit et qui plenitudo est veritatis, prefigurate imaginis adimplevit. Sed et per salomonem spiritus sanctus typum dominici sacrificii ante premonstrat immolate hostie et panis et vini, sed et altaris et apostolorum faciens mentionem. Sapientia edificavit sibi domum et subdidit columnas septem. Mactavit suas hostias, miscuit in cratere vinum suum et paravit suam mensam et misit suos servos convocans cum excelsa predicatione ad craterem dicens: Qui est insipiens, declinet ad me. Et egentibus sensu dixit: Venite et edite de meis panibus et bibite vinum quod miscui vobis. Vinum mixtum declarat, id est calicem domini aqua et vino mixtum prophetica voce denunciat, ut appareat in passione dominica id esse gestum quod fuerat ante predictum. In benedictione iude quoque hoc idem significatur, ubi et illic christi figura exprimitur, quod a fratribus suis laudari et adorari haberet, quod inimicorum dorsa cedentium atque fugientium manibus quibus crucem pertulit et mortem vicit compressurus fuisset, quodque ipse sit leo de tribu iuda et recubet dormiens in passione et surgat et sit ipse spes gentium. Quibus scriptura divina adiungit et dicit: Lavabit in vino stolam suam et in sanguine uve amictum suum. Quando autem sanguis uve dicitur, quid aliud quam vinum calicis dominici sanguinis ostenditur? Necnon apud ysaiam hoc idem spiritus sanctus de domini passione testatur dicens: Quare rubicunda sunt vestimenta tua et indumenta tua velut in calcacione torcularis pleni et perculcati? Numquid rubicunda vestimenta aqua potest facere aut in torculari aqua est que pedibus calcatur et prelo exprimitur? Vini utique mentio est et ideo ponitur ut domini sanguis in vino intelligatur et quod in calice dominico postea manifestatum est prophetis annunciantibus predicaretur. Torcularis quoque calcatio et pressura repetitur, quia quomodo ad potandum vinum veniri non potest nisi botrus calcetur ante et prematur, sic nec nos sanguinem christi possemus ebibere nisi christus calcatus prius fuisset et pressus et calicem prior biberet in quo credentibus propinaret. Quotiens autem aqua sola in scripturis sanctis nominatur, baptisma predicatur, ut apud ysaiam significari videmus: Nolite inquid priora meminisse et antiqua nolite reputare. Ecce ego facio nova que nunc orientur et cognoscetis et faciam in deserto viam et flumina in loco inaquoso adaquare genus meum electum, plebem meam quam adquisivi ut virtutes meas exponeret. Renunciavit illic per prophetam deus quod apud gentes in locis que inaquosa prius fuissent flumina postmodum redundarent et electum genus dei, id est per regenerationem baptismi filios dei factos, adaquarent. Item denuo repromittitur et ante predicitur iudeos si sitierint et christum quesierint apud nos esse potaturos, id est baptismi gratiam consecuturos. Si sitierint inquit per desertum adducet illos, aquam de petra producet illis, findetur petra et fluet aqua et bibet plebs mea. Quod in evangelio adimpletur quando christus qui est petra finditur ictu lancee in passione. Qui et admonens quid et per prophetam sit ante predictum, clamat et dicit: Si quis sitit veniat et bibat. Qui credit in me, sicut scriptura dicit, flumina de ventre eius fluent aque vive. Atque ut magis posset esse manifestum quia non de calice sed de baptismo illic loquitur dominus,

addidit scriptura dicens hoc autem dixit
de spiritu quem accepturi erant credentes
in eum. Per baptisma enim spiritus sanctus accipitur
et sic baptizatis et spiritum sanctum consecutis
ad bibendum calicem domini pervenitur. Nemo
autem moveat quod cum de baptismo lo
quatur scriptura divina sitire nos dicat
et bibere quando et dominus in evangelio dicat
Beati sicientes et esurientes iusticiam
Quia quod avida et esurienti cupidita
te suscipitur plenius et uberius hauritur
sicut et alio loco ad samaritanam muli
erem dominus loquitur dicens. Omnis qui
biberit ex aqua ista siciet iterum. Qui
autem biberit ex aqua quam ego dedero
non siciet in eternum. Quo et ipsum baptisma
salutaris aque significatur quod semel
scilicet sumitur nec rursus iteratur. Ceterum
calix domini in ecclesia semper et sititur et bi
bitur. Nec argumentis pluribus opus est
frater karissime ut probemus appellatione
aque baptisma significatum semper esse et sic
nos intelligere debere quando dominus adve
niens baptismi et calicis manifestavit
veritatem qui aquam illam fidelem
aquam vite eterne precepit credentibus
in baptismo dari calicem vero docuerit
exemplo magisterii sui vini et aque
coniunctione misceri. Calicem etenim
sub die passionis accipiens benedixit
et dedit discipulis suis dicens. Bibi
te ex hoc omnes. hoc est enim sanguis meus
qui pro multis effundetur in remissionem
peccatorum. Dico vobis non bibam modo
ex ista creatura vitis usque in diem illum
quo vobiscum bibam novum in regno
Lxl. patris mei. Qua in parte invenimus ca
licem mixtum fuisse quem dominus obtulit
et vinum fuisse quod sanguinem suum dixit
Unde apparet sanguinem christi non offerri
si desit vinum calici nec sacrificium dominicum
legittima sanctificatione celebrari nisi
oblacio et sacrificium nostrum responderit
passioni. Quomodo autem de creatura vitis no
vum vinum cum christo in regno patris bibemus
si in sacrificio dei patris et christi vinum non
offerimus nec calicem domini dominica tradi
cione miscemus. Beatus quoque apostolus pau
lus a domino electus et missus et predica
tor veritatis evangelice constitutus hec
eadem in epistola sua ponit dicens. Dominus
Ihesus inquit antequam traderetur accepit
panem et gratias egit et fregit et dixit
hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur
hoc facite in meam commemorationem.
Simili et modo calicem postquam cenatum
est accepit dicens hic calix novum tes
tamentum est in meo sanguine hoc facite
quocienscumque sumitis in meam commemora
tionem. Quocienscumque enim ederitis

panem istum et calicem biberitis mortem
domini annunciatis donec veniat. Quod et
si a domino precipitur et ab apostolo eius hoc idem
confirmatur et traditur ut quocienscumque
biberimus in commemoracionem domini hoc fa
ciamus quod fecit et dominus invenimus non
observari a nobis quod mandatum est nisi eadem
que dominus fecit nos quoque faciamus et calicem
pari racione miscentes a divino ma
gisterio non recedamus. Ab evangelicis autem
preceptis omnino recedendum non esse et ea
demque magister docuit et fecit discipulos quoque
quoque observare et facere debere. Constan
tius et forcius alio in loco beatus apostolus
docet dicens. Miror quod sic tam cito de
mutamini ab eo qui vos vocavit ad graciam
ad aliud evangelium quod non est aliud nisi sunt
aliqui qui vos turbant et volunt convertere
evangelium christi. Sed et si nos aut angelus
de celo aliter annunciet preter quod annunciavimus
vobis anathema sit. Cum ergo neque ipse
apostolus neque angelus de celo adnunciare
possit aliter aut docere preter quam quod christus
semel docuit et apostoli eius annunciaverunt
miror satis unde hoc usurpatum sit ut contra
evangelicam et apostolicam disciplinam quibus
dam in locis aqua offeratur in dominico
calice que sola christi sanguinem non possit
exprimere. Cuius rei sacramentum nec in psal
mis tacet spiritus sanctus faciens mencionem
dominici calicis dicens. Calix tuus ineb
rians perquam optimus. Calix autem qui inebriat
utique vino mixtus est. Neque enim aqua
quemquam inebriare potest. Sic autem calix domini
cus inebriat ut et noe in genesi vinum bi
bens inebriatus est. Sed quia ebrietas dominici
calicis et sanguinis non est talis qualis Lxli
ebrietas vini secularis cum dicat spiritus sanctus in
psalmo calix tuus inebrians addidit per
quam optimus. Quod scilicet dominicus sit biben
tes inebriat ut sobrios faciat ut mentes ad
spiritualem sapientiam redigat ut a sapore
isto seculari ad intellectum ~~istum~~ dei unusquisque
resipiscat et quemadmodum vino isto commu
ni mens solvitur et anima relaxatur et
tristicia omnis exponitur ita epoto sanguine
domini et poculo salutari exponatur memoria
veteris hominis et fiat oblivio conversacionis
pristine secularis et mestum pectus ac ~~xpe~~ triste
quod prius peccatis angentibus premebatur divi
ne indulgencie leticia resolvatur
Quod tunc demum letificare potest in ecclesia
domini bibentem si quod bibitur dominicam teneat
veritatem. Quam vero perversum est quamque contrarium
ut cum dominus in nuptiis de aqua vinum fece
rit nos de vino aquam faciamus cum sa
cramentum quoque illius rei admonere et instru
ere nos debeat ut in sacrificiis dominicis vinum
potius offeramus. Nam quia apud iude
os defecerat gratia spiritualis defecerat et vinum

vinea enim dni sabaoth domus erat israel
xpus aut docens et ostendens gentiu
pplm succedere et in locu que iudei p di
deant nos postmodu mito fidei p'uenire
de aqua fecit uinu. Id e q ad nuptias
xpi et eccle iudeis cessantibus plebs
magis gentiu confluet et conueniret
ostendit. Aquas nāq3 pplos significa
re in apocalipsi scriptura diuina declarat
dicens. Aq q quas uidetis sup quas mer'
illa sedet ppli et turbe et gentes sunt
et lingue. Qd scilicet et pspicimus et
in sacrio calicis cotineri. Nam quia nos
oms portabat xpus qui et pcca nra por
tabat uidemus in aqua pplm intelli
gi in uino u' ostendi sanguinem xpi. Qn
aut in calice uino aqua miscetur xpo
pplus aduna' et credentiu plebs et in
que credidit copulatur et iungitur. Q
copulatio et coniunctio aque et uini sic
miscetur in calice dni ut commixtio illa
no possit ab inuicem separi. Vn ecclam
id est pplm in eccla constitutu fideli
et firmit' in eo qd credidit pseuerante
nulla res separare potit a xpo quo mi
nus hereat sep et maneat indiuidua
dilectione. Sic aut in sanctificando ca
lice dni offerri aqua sola no pt. quo'
nec uinu solum pt. Nam si uinu tm
quis offerret sanguis x' incipit ee sine
nobis. Si u'o aqua sit sola plebs incip'
ee sine xpo. Quando aut utraq3 mis
cetur et adunatioe cofusa sibi inuice
copula' tc sacmetu spuale et celeste
pficitur. Sic u'o calix dni no e aqua so
la aut uinu solum n' utraq3 sibi misce
atur. q'mo nec corpus dni pot ee fari
na sola aut aqua sola n' utraq3 aduna
tum fuit et copulatu et panis unus
. Cxlii. copage solidatu. Quo et ipo sacro ppls
nr ostendi' adunatus ut quemadmodu
grana minuta in unu collecta et como
lita et commixta panem unu faciut sic
in x'o qui est panis celestis unu sciam'
ee corpus cui coniunctus est sit nr nu
merus et adunatus. Non est g'o fr' ka
rissime qd aliquis ex timet sequeda
esse quorudam consuetudinem si qui
in pteritu in calice dnico aquam solam of
ferendam putauert. Querendu e enim ipsi
quem sint secuti. Nam si in sacficio qd
xpus obtulit n' n' xpus sequendus e
utiq3 id nos obaudire et facere oportet
qd xpus fecit et qd faciendu ee man
dauit qn ipe in euangelio dicat. Si
feceritis que mado uobis ia no dico uos
seruos sed amicos. Et qd xpus debeat
solus audiri pr' etiā de celo testatur
dicens hic e filius meus dilectissimus
in quo bene sensi ipm audite. Quare
si solus xpus audiendus e no debem'
attendere quid aliquis an nos facie
dum putauit. Sed quid q ante oms
e xpc pior fecerit. Neq3 oni hominis co
suetudinem sequi oportet sed di uerita
te cu p isaiam pphām deus loqua'
et dicat sine cā aut colut me mada
ta et doctrinas hom docentes et iter
dns in eu'a'o hoc idem repetat dicens
reicitis madatum ut tradicōz urām
statuatis. Sz et alio in loco ponit et
dicit. Qui soluit unu ex mandatis istis
minimis et docuit sic homines minim'
uocabitur in regno celoꝝ. Qd si nec
minima de madatis dnicis licet solue
quato magis tam magna tam gra
dia tu ad ipm dnice passionis et nre
redemptionis sacmetu ptinentia fas
no est infringere aut in aliud quā qd
diuinitus institutu sit huāna tradicōe
mutare. Nam si ihus xpus dns et deus
nr ipe est summus sacdos dei pris et
sacficiu pris seipm pmus obtulit et
hoc fieri in sua comemoratoe pcepit.
Itaq3 ille sacdos uice xpi uere fung'
qui id qd xpus fecit imitatu et sacficiu
uerum et plenu tunc offerri in ecclesia deo
patri si sic incipiat offerre scdm q ipm
xpm uidat obtulisse. Ceteru omnis re
ligionis et ueritatis disciplina subuerti'
n' id qd spualit' pcipit' fidelit' obseruet'
n' in sacficiis matutinis hoc quis uer'
ne p saporem uini redoleat sanguinem
x'. Sic ie' incipit et a passione xpi in p
secutionibus fraternitas retardari du in
oblationibus discit de sanguine eius
et cruore cofundi. Porro aut dns in
euangelio dicit. Qui cofessus me
fuit confitebi' eu filius hominis. Et
apls qq3 loqui' dicens. Si hominibus
placerem xpi seruus no eem. Quomo
aut possum' pp' xpm sanguinem fun
dere qui sanguinem x' erubescim' bibe'.
. Cxliii. An illa sibi aliquis contemplacioe bla
ditur. Qd et si mane aqua sola of
ferri uide' tn cu ad cenā uenim' mix
tum calicem offerimus. Sz cu cenamus
ad conuiuiu nrm plebem conuocare no
possim' ut sacri ueritatem fraternitate omni
psente celebremus. At enim no mane sed
post cenā mixtu calice obtulit dns. Nu
quid g'o dnicu post cenā celebrare de
bemus ut sic mixtu calicem frequē
tandis dnicis offeram'. xpm offerre
oportebat circa uespam diei ut hora
ipa sacficii ostenderet occasum et uespaz
mudi sicut in exodo scriptu e. Et occident
illu omne uulgus synagoge filioꝝ isrl'
ad uespam. Et iterum in psalmis. Ele

vatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Nos autem celebramus resurrectionem domini mane, et quia passionis eius mentionem in sacrificiis omnibus facimus, passio est enim domini sacrificium quod offerimus, nihil aliud quam quod ille fecit facere debemus. Scriptura enim dicit ut quotienscumque calicem in commemorationem domini et passionis eius offerimus, id quod constat dominum fecisse faciamus. Et viderit frater karissime si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc observavit et tenuit quod nos dominus facere exemplo et magisterio suo docuit, simplicitati eiusdem indulgentia domini venia concedi. Nobis vero non poterit ignosci qui nunc a domino admoniti et instructi sumus, ut calicem dominicum vino mixtum secundum quod dominus obtulit offeramus. Et de hoc quoque ad collegas nostros litteras dirigamus, ut ubique lex evangelica et traditio dominica servetur, et ab eo quod Christus et docuit et fecit non recedatur. Que ultra iam contempnere et in errore pristino perseverare, quid aliud est quam incurrere in obiurgatione domini increpantis in psalmo et dicentis: Ad quid exponis iustificationes meas et assumis testamentum meum per os tuum? Tu autem odisti disciplinam et abiecisti sermones meos retro. Si videbas furem, concurrebas cum eo, et cum mechis participationem tuam ponebas. Exponere enim iustificationes et testamentum domini et non hoc idem facere quod fecit dominus, quid aliud est quam sermones eius abicere et disciplinam dominicam contempnere, nec terrena sed spiritualia furta et adulteria committere? Dum quis de evangelica veritate furatur domini nostri verba et facta, et corrumpit atque adulterat divina precepta, sicut est scriptum in Hieremiam: Quid est, inquit, paleis ad triticum? Propterea ecce ego ad prophetas dicit dominus qui furantur verba mea unusquisque a proximo suo, et seducunt populum meum in mendaciis suis et in erroribus suis. Item apud eundem alio loco: Et mechata est, inquit, lignum et lapidem, et in his omnibus non est reversa ad me. Quod furtum et adulterium ne in nos etiam cadat, cavere sollicite et timide ac religiose observare debemus. Nam si sacerdotes dei sumus, non invenio quem magis sequi quam deum et Christum debeamus, quando ipse in evangelio maxime dicat:
Cxliiij Ego sum lumen seculi. Qui me fuerit secutus non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vite. Ne ergo in tenebris ambulemus, Christum sequi et precepta eius observare debemus, quia et ipse in loco alio committens apostolos dixit: Data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Ite ergo et docete omnes gentes tingentes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti, docentes eos observare omnia quecumque precepi vobis. Quare si in nomine Christi ambulare volumus, a preceptis et monitis eius non recedamus, agentes gratias quod dum instruit in futurum quid facere debeamus, de preterito ignoscit quod simpliciter erravimus. Et quia iam secundus eius adventus nobis appropinquat, magis ac magis benigna eius et larga dignatione corda nostra luce veritatis illuminat. Religioni ergo nostre congruit et timori, et ipsi loco atque officio sacerdotii nostri frater karissime in dominico calice miscendo et offerendo custodire traditionis dominice veritatem, et quod prius apud quosdam videtur erratum, domino monente corrigere, ut cum in claritate sua et maiestate celesti venire ceperit, inveniat nos tenere quod monuit, observare quod docuit, facere quod fecit. Opto te frater karissime semper bene valere.

Sequitur et incipit epistola ad Anthonianum cetera sequentur.

Cyprianus Anthoniano fratri salutem. Accepi litteras tuas primas frater karissime, concordiam collegii sacerdotalis firmiter obtinentes et catholice ecclesie coherentes, quibus significasti cum Novatiano te non communicare, sed sequi consilium nostrum et cum Cornelio coepiscopo nostro unum tenere consensum. Scripsisti etiam ut exemplum earundem litterarum ad Cornelium collegam nostrum transmitterem, ut deposita omni sollicitudine iam sciret te secum, hoc est cum catholica ecclesia communicare. Sed enim supervenerunt postmodum alie littere tue per Quintum conpresbyterum missae, in quibus animadverti animum tuum Novatiani litteris motum nutare cepisse. Nam cum et consilium et consensum tuum firmiter ante fixisses, desiderasti in his litteris ut rescriberem tibi quam heresim Novatianus introduxisset, vel Cornelius qua ratione Trophimo et thurificatis communicet. Quod quidem pro sollicitudine fidei anxie curas, et rei dubie veritatem sollicitus exploras, reprehendenda non est in timore divino estuantis animi sollicitudo suspensa. Quoniam tamen video post primam sententiam epistole tue Novatiani litteris postmodum te esse commotum, illud frater karissime primo in loco pono. Graves viros et semel super petram solida stabilitate fundatos non dico aura levi sed nec vento et turbine commoveri, ne animus dubius et incertus variis opinionibus velut quibusdam ventorum incursantium flatibus frequenter agitetur et a proposito suo cum quadam levitatis reprehensione mutetur. Quod ne apud te vel apud quemquam Novatiani littere faciat, ut desiderasti

Cxlv sit rationem rei breviter exponam. Et qui
dem primum quantum de meo quoque actu motus vi
deris, mea apud te et persona et causa pur
ganda est, ne me aliquis existimet a
proposito meo leviter recessisse, et cum evangeli
cum vigorem primo et initio defenderim,
postmodum videar animum meum disciplina
et censura priore flexisse, ut his qui libellis
conscientiam conscienciam maculaverint
vel nefanda sacrificia commiserint laxan
dam pacem putaverim. Quod utrumque non si
ne librata diu et ponderata ratione a me
factum est. Nam cum acies adhuc in manus
esset et pugna gloriosi certaminis in persecutione
ferveret, toto hortatu et pleno impetu
militum vires fuerant excitande, et maxime
lapsorum mentes classico quodam nostre vocis
animande, ut penitencie viam non solum precibus
et lamentationibus sequerentur, sed quoniam repe
tendi certaminis et reparande salutis da
batur occasio, ad confessionis potius ardo
rem et martirii gloriam nostris increpiti vo
cibus provocarentur. Denique cum de quibus
dam ad me presbiteri et diaconi scripsissent, eos
immoderatos esse, ad communicationem accipi
dam festinare, urgere scribentes eis in e
pistola mea que extat et hoc addidi: Si qui
nimium properant, habent in sua potestate quod
postulant, tempore ipso sibi plus quam quod postu
lant largiente. Acies adhuc geritur et
agon cottidie celebratur. Si commissi vere et
firmiter penitet et fidei calor prevalet, qui dif
ferri non potest, potest coronari. De eo tamen quod statu
endum esset circa causam lapsorum distuli,
ut cum quies et tranquillitas data esset
et episcopis in unum convenire indulgentia divi
na permitteret, tunc communicato et librato de
omnium collacione consilio statueremus
quod fieri oporteret. Si quis autem ante consilium nostrum
et ante sententiam de omni consilio statutam
lapsis temere communicare voluisset, ipse
a communicatione abstineret. Quod et Roma
ad clerum tunc adhuc sine episcopo agentem
et ad confessorem maximum presbiterum et ceteros
tos in custodia positos, nunc in ecclesia cum
Cornelio iunctos, plenissime scripsi, quod me
scripsisse de eorum rescriptis potes noscere. Nam
in epistola sua ita posuerunt: Quamquam nobis in
genti negocio placeat quod et tu ipse trac
tasti, prius ecclesie pacem sustinendam, deinde
sic collatione consiliorum cum episcopis presbiteris dy
aconis confessoribus, pariterque adstantibus
laicis, facta lapsorum tractare rationem. Ad
ditum est, Novatiano tunc scribente et
quod scripserat sua voce recitante, et presbitero
Moyse tunc adhuc confessore nunc iam martire
subscribente, ut lapsis infirmis et in exitu
constitutis pax daretur. Que littere per to
tum mundum misse sunt et in noticiam eccle
siis omnibus et universis fratribus perlate sunt.

Cxlvi Secundum quod tamen ante fuit destinatum, persecu
cione sopita, cum data esset facultas in
unum conveniendi, copiosus episcoporum nume
rus, quos integros et incolumes fides
sua et domini tutela protexit, in unum conve
nimus, et scripturis diu ex utraque parte pro
latis temperamentum salubri moderacione
libravimus, ut nec in totum spes commun
icationis et pacis lapsis denegaretur,
ne plus desperatione deficerent, et eo quod
sibi ecclesia clauderetur secuti seculum genti
liter viverent, nec tamen rursus cen
sura evangelica solveretur, ut ad commu
nicationem temere prosilirent, sed traheretur diu
penitencia et rogaretur dolenter pater
na clementia et examinarentur cause et
voluntates et necessitates singulorum, secundum
quod libello continetur, quem ad te pervenisse
confido, ubi singula placitorum capita
conscripta sunt. Et si minus sufficiens episcoporum
in Affrica numerus videbatur, etiam Ro
mam super hac re scripsimus, ad Cornelium col
legam nostrum, qui et ipse cum plurimis coe
pis habito consilio in eandem sententiam
pari gravitate et salubri moderatione
consensit. De quo tibi necesse nunc fuit scri
bere, ut scias me nichil leviter egisse, sed
secundum quod litteris meis fueram ante complexus
omnia ad commune consilium nostri consilium
distulisse, et nemini quidem ex lapsis
prius communicasse quamdiu adhuc erat unde
non tamen indulgentiam sed et coronam
lapsi ut acciperent, postea tamen sicut
et collegii concordia et colligende
fraternitatis ac medendi vulneris utili
tas exigebat, necessitati temporum succubu
isse et saluti multorum providendum putasse,
et nunc ab hiis non recedere que semel
in consilio nostro de communi collatione pla
cuerunt, quamvis multa multorum vocibus
ventilentur et mendacia adversus sacerdo
tes dei diaboli ore prolata ad rumpendum
catholice unitatis concordiam ubique iac
tentur. Sed oportet ut bonum fratrem atque una
nimem consacerdotem nunquam maligni atque
apostate facile dictum suscipere, sed quid
collegae tui modesti et graves faciant
faciant de vita et disciplina nostra exploratione
ratione perpendere. Venio nunc iam fra
ter karissime et ad personam Cornelii collegae nostri
ut Cornelium nobiscum verius noveris
non de malignorum et detrahentium men
dacio, sed de dei iudicio qui episcopum fecit
illum, et coepiscoporum testimonio, quorum nu
merus universus per totum mundum concor
di unanimitate consensit. Nam quod Cor
nelium carissimum nostrum deo et Christo et ecclesie
eius item consacerdotibus cunctis lauda
bili predicatione commendat, non iste ad
episcopatum subito pervenit, sed per omnia

ecclesiastica officia promotus et in divi-
nis administrationibus dominum sepe promeri-
tus ad sacerdocii sublime fastigium cunctis
religionis gradibus ascendit. Tunc deinde
episcopatum ipsum nec postulavit nec volu-
it nec ut ceteri quos arrogantie et superbie
sue tumor invadit, sed quietus alioquin
et modestus et quales esse consueverunt qui
ad hunc locum divinitus eliguntur pro pudore
Cxlvii virginalis continencie sue et pro humilitate
ingenite sibi et custodite verecundie
Non ut quidam vim fecit ut episcopus fieret
sed ipse vim passus est ut episcopatum co-
actus exciperet. Et factus est episcopus a colle-
gis plurimis nostris qui tunc in urbe roma
aderant qui ad nos litteras honorificas
et laudabiles et testimonio sue predica-
tionis illustres de eius ordinacione miserunt.
Factus est autem cornelius episcopus de dei
et christi eius iudicio, de clericorum pe-
ne omnium testimonio, de plebis que
tunc affuit suffragio, de sacerdotum antiquo-
rum et bonorum collegio virorum. Cum ne-
mo ante se factus esset cum fabiani lo-
cus id est cum locus petri et gradus cathe-
dre sacerdotalis vacaret. Quo occupa-
to et de dei voluntate atque omnium nostrum
consensione firmato, quisquis iam episcopus
fieri voluerit, foras fiat necesse est nec ha-
beat ecclesiasticam ordinacionem qui ec-
clesie non tenet unitatem. Quisquis ille
fuit multum de se licet iactans et sibi plu-
rimum vindicans, profanus est, alienus est, fo-
ris est. Et cum post primum sedere non possit, quis-
quis post unum qui solus esse debeat factus
est, iam non secundus ille sed nullus est. Tunc de-
inde post episcopatum non exambitum nec ex-
tortum sed dei qui sacerdotes facit volun-
tate susceptum, quanta in ipso episcopatu
suo virtus, quantum robur animi, qualis
firmitas fidei, quod nos simplici corde
et perspicere penitus et laudare debemus,
sedisse intrepidum rome in sacerdotali ca-
thedra eo tempore cum tyrannus infestus sa-
cerdotibus dei fanda atque infanda commi-
naretur, cum multo pacientius et tollerabilius
audiret levari adversus se emulum principem
quam constitui dei sacerdotem. Nonne hic for-
tissimo virtutis et fidei testimonio
predicandus est? Nonne inter gloriosos con-
fessores et martires deputandus, qui
tam diu sedit expectans corporis sui car-
nifices et tyranni ferocientis ultores, qui
cornelium adversus edicta feralia resisten-
tem et minas et cruciatus et tormen-
ta fidei vigore calcantem vel gladio inva-
derent vel cruci figerent vel igne torreret
vel quolibet inaudito genere penarum
viscera eius et membra laniaret. Et si quam
maiestas domini protegentis et bonitas
sacerdotem quem fieri voluit etiam quoque pro-
texit, tamen cornelius quantum ad eius de-
vocionem pertinet et timorem passus
est quicquid pati potuit et tyrannum armis
et bello postmodum victum prior sacerdocio
suo vicit. Quod autem de isto inhonesta
et maligna iactantur nolo mireris cum scias hoc
opus semper diaboli ut servos dei mendacio
laceret et opinionibus falsis gloriosum
nomen infamet, ut qui conscientie sue
luce clarescunt alienis rumoribus sordi-
dentur. Explorasse autem collegas nostros Cxlviii
scias et invenisse omnino nulla illum
libelli ut quidam iactant labe macula-
tum esse, neque cum episcopis qui sacrificaverunt
communicationem sacrilegam miscuisse, sed
eos demum quorum causa audita et innocentia
comprobata sit communicasse nobiscum. Nam
et de trophimo de quo tibi scribi deside-
rasti non ita res est ut ad te pertulit rumor
et mendacium malignorum. Nam sicut an-
tecessores nostri sepe fecerunt colligendis fra-
tribus nostris beatissimus noster necessitati succu-
buit. Et quoniam cum trophimo pars maxima
plebis abscesserat, redeunte nunc ad
ecclesiam trophimo et satisfaciente et
penitentia deprecationis errorem pristinum con-
fitente, fraternitatem quam nuper abstraxe-
rat cum plena humilitate et satisfactione
revocante, audite sunt eius preces et in ec-
clesia domini non tam trophimus quam maxi-
mus fratrum numerus qui cum trophimo fu-
erat admissus est, qui omnes regressuri ad
ecclesiam non essent nisi cum trophimo comi-
tante venissent. Tractatu igitur cum colle-
gis plurimis habito susceptus est trophi-
mus, pro quo satisfaciebat fratrum reddi-
tus et restituta multorum salus. Sic tamen
admissus est trophimus ut laicus commu-
nicet, non secundum quod ad te malignorum littere
pertulerunt quasi locum sacerdotis usurpet. Sed
et quod passim communicare sacrificatis corne-
lius tibi nunciatus est, hoc quoque de apostata-
rum fictis rumoribus nascitur. Neque enim pos-
sunt laudare nos qui recedunt, aut expec-
tare debemus ut placeamus illis qui
nobis displicent et qui contra ecclesiam re-
belles sollicitandis de ecclesia fratribus vio-
lenter insistunt. Quare que de cornelio
et de nobis iactantur nec audias facile
nec credas, frater karissime. Si qui enim infirmita-
tibus occupantur illis sicut in periculo sub- placuit
venitur. Postea quam tamen subventum est
et periclitantibus pax data est, suffocari
a nobis non possunt aut opprimi aut vi et
manu nostra in exitum mortis urgeri, ut
quia morientibus pax datur necesse sit mori
eos qui acceperint pacem, cum magis in hoc
indicium divine pietatis appareat quod
qui pignus vite in data pace perceperunt

h' q̊q3 admitam ꝑcepta pace teneant᷑.
Et ideo si acceptapace comeatus ado
datur nemo hoc debet in sac'dotibus
criminari/ Cũ semel placuit fr̃ibus/ in
p'iculo subueniri Nec tu existimes fr̃
k̃me/ sicut quibusdam uidetur/ libel
laticos cũ sac'ficatis equare oportere/
qm̃ int' ipos et qui sac'ficauint/ et con
dicio frequent' et causa diuisa sit/ Ne
q3 enĩ equandus est ille/ qui ad sac'fi
ciũ nefandũ statim uolūtate ꝓsiluit
/ et qui reluctatus et congressus diu/ ad
hoc funestũ opus/ nec̃citate copulsus
est/ nec qui et se et oĩs suos prodidit/
et qui ipe ꝑ ceteris addiscrime/ accedens
uxorem et libos et domũ totã/ p'iculis
in pactione cotexit/ et ille qui inquili
nos uel amicos suos/ ad facinꝰ cõpulit
et qui inq̃linis et colonis pepcit/ Nc
solum fr̃s sed et plures/ qui extorres et
ꝓfugi recedebant/ in sua tecta et hos
picia suscepit/ ostendens et offerens
dño multas aĩas uiuentes et incolũes/
que ꝑ una saucia dep'cent᷑/ Cũ g° int᷑
ipos qui sac'ficauint/ sit multa diu'si
tas que uel ã'mẽta est et quã ac'ba
diu'cia libellationes cũ his qui sac'fi
cauint iungere/ quando his cui libellꝰ
acceptus est dicat Ego p'us legeram
et epo tractante cog'noueram/ nõ sac'
ficandũ idolis/ nec simulachra s'ui di
adorare debere/ Et ideo ne hoc facerem
qđ nõ licebat/ cũ occasio libelli fuisset
oblata/ quẽ nec ipm̃ acciperem n'i ostensa
fuisset occasio/ ad magistratum ul' veni
vl' alio eunte mandaui xp̃ianũ me
ẽẽ/ sac'ficare m' nõ lic'e/ ad aras diabo
li me venire nõ posse/ dare me ob h'
p'miũ ne qđ nõ licet faciã/ Nc tm̃ etiã
qui libello maculatus ẽ/ postea cũ nob
admonentibus didicit/ ne h' se fac'e
debuisse et si manus pura sit/ et os
eius feral' cibi contagia nulla pollue
rint/ conscientiã tñ eius ẽẽ pollutam/
flet auditis nobis et lamẽtat᷑/ et q' deli
quit/ nc admonẽ/ et n' tã c'mine q'
errore deceptus qđ iã decet' instructꝰ
et paratus sit/ contestatur Quorũ si
p'niam respuamus/ h'ntã aliquã fi
duciam/ tollabilis conscie/ stati cũ vxo'e
cũ liberis quos incolumes reſuaue
rant in heresim uel scisma/ diabolo
inuitante rapiũ᷑/ et ascribetur nob' in
die iudicij nec oue sauciã curasse/ et ꝑp'
unã sauciã multas integras ꝑdidisse/
Et cũ dñs relictis nonaginta et noue
sanis/ unã errãtem et lassã quesierit
et inuentam in hũeris suis ipe portauerit/ Nos
nõ tm̃ nõ queramus lapsos/ s3 et ueniẽ
tes arceamus/ Et cũ pseudo ꝓp'hã/ g'ge

xp̃i nc uastare et lacerare nõ desinat
occasionẽ canibus et lupis demꝰ ut
quos ꝑsecucio infesta nõ ꝑdidit cõsci
nos/ duricia nr̃a et inhumanitate ꝑdamꝰ
Et ubi erit fr̃ k̃me/ qđ ap'lus dicit/ oĩ
bus ꝑ oĩa placeo nõ querens/ qđ m' ẽ
utile sed qđ multis ut saluent᷑/ Imita
tores mei estote/ sicut et ego xp̃i/ Et
iterũ factus sum infirmus infirmis/
ut infirmos lucrarer/ Et iterũ Si pati᷑
mebrũ vnum copatiunt᷑ et cetã mebra
Si letat᷑ mebrũ unũ colętent᷑ et cet'a
mebra Alia ẽ philozophorũ et stoicorũ
racio fr̃ k̃me/ qui dicunt oĩa pecca
ta paria ẽẽ/ et virũ grauẽ/ nõ facile
flecti oportere/ Int' xp̃ianos aũt et phi
lozophos plimũ distat/ Et cũ ap'lus
dicat/ uidete ne quis uos depredet᷑
ꝑ ph'iam et inanẽ fallaciam uita
da sunt/ q̃ n' de dei clemẽcia ueniunt
s3 de philozophie durioris ꝑsumpcioẽ
descendunt/ De moyse aũt legimus in
sc'ptis dãn et fuit moyses hõ lenis
nimis Et dñs in euuglio suo dicit/ Esto
te misericordes sicut et p' u' in celis
est mi'/ Et iterũ/ nõ est opus sanis
medicus s3 male h'ntibus/ Qua pot
te exercere medicinam/ qui dicat ego
solos sanos curo/ quibꝰ medicus ne
cessarius nõ ẽ/ Opẽ nr̃am medelam
nr̃am uulneratis exhibere debemus
Nec putemꝰ mortuos ẽẽ/ s3 magis semi
animes iacere eos/ quos ꝑsecucioẽ
funesta sauciatos uidemus/ Qui
si in totũ mortui ẽẽnt/ nũquã de eis
dem postmodũ/ et cõfessores et mr̃
tires fierent/ S3 q'm est illis/ qđ penitencia
ti ꝑsequẽte reualescat ad fidem et
v'tutem/ de penitẽcia robur armat᷑/
qđ armari nõ pot'it/ siquis desꝑacoẽ
defecerit/ si a becc'lia dure et crudelit'
segregatus/ ad gentiles se uias et s'clarĩa
opa cõuertat/ uel ad h'eticos et scisma
ticos/ reiectus a becc'lia/ transeat/ ubi
et si occisus ꝑp' nomẽ/ postmodum
fuerit/ ex' ecc'liam constitutus et a bo
nitate atq3 caritate diuisus/ coronari
in morte nõ pot'it/ Et ideo placuit fr̃
k̃me/ examinatis causis singulorũ/
libellaticos interim admitti/ sac'fi
catis in exitu subueniri/ quia exhomo
logesis/ apud inferos nõ est/ nec ad
p'niam quis a nobis cõpelli pot'/ Si
fictis ꝑ'nie subtrahatur/ Si plus ꝑ'us
uenit/ corroboratus a nob' inuenie᷑
armatus ad plũ/ Si uero ante plui
firmitas urgerit/ consolacio pacis
et communicacionis nõ abscedit/ Ne
q3 enĩ ꝑiudicamus dño iudicaturo
cominꝰ Si penitenciam plenam

Cxlix

Cl v.

vehementia

et iustam peccatoris inveniret. tunc ra-
tum faciat quod a nobis fuerit hic statu-
tum. Si vero nos aliquis penitencie simulacione
deluserit, deus qui non deridetur et qui
cor hominis intuetur, de hiis que nos
minus perspeximus iudicet et servorum sen-
tenciam dominus emendet. Dum tamen nos memi-
nisse fratres debeamus scriptum esse: frater fratrem
adiuvans exaltabitur. et apostolum quoque dix-
isse: in contemplacione habentes unus-
quisque ne et vos temptemini. alterutrum
onera sustinete et sic adimplebitis legem
Christi. Item quod superbos redarguens et ar-
rogantiam frangens in epistola sua ponat:
et qui se putat stare, videat ne cadat.
Et alio in loco dicit: Tu quis es qui iudicas
alienum servum? domino suo stat aut cadit.
Stabit autem; potens est enim deus sta-
bilire eum. Iohannes quoque ihesum Christum dominum nos-
trum advocatum et deprecatorem pro pec-
catis nostris probet dicens: Filioli mei ista
scribo vobis ne delinquatis. Et si quis
deliquerit advocatum habemus apud patrem
ihesum Christum iustum, et ipse est deprecatio
pro delictis nostris. Et paulus quoque apostolus
in epistola sua posuit: Dicit cum adhuc pecca-
tores essemus Christus pro nobis mortuus
est, quanto magis nunc iustificati in
sanguine illius, liberabimur per illum ab ira.
Cuius pietatem et clementiam cogitan-
tes non acerbi adeo nec duri nec in fove-
dis fratribus inhumani esse debemus, sed
dolere cum dolentibus, et cum flentibus
flere, et eos quantum possumus auxilio et
solacio nostre dilectionis erigere, nec a-
deo immites et pertinaces ad eorum peni-
tenciam retundendam, nec iterum soluti et
faciles ad communicationem relaxandam.
Iacet ecce frater sanctus ab adversario in
acie vulneratus. Inde diabolus conatur
occidere quem vulneravit, hinc Christus
hortatur ne in totum pereat quod redemit.
Cui de duobus adsistemus, in cuius par-
te stabimus? Utrum ne diabolo faveamus
ut perimat, et semianimem fratrem iacentem
sicut in evangelio sacerdos et levites
pretereamus? an vero ut sacerdotes dei et Christi
quod Christus edocuit et fecit, imitantes vul-
neratum de adversarii faucibus rapimus
hunc curatum dei iudicio reservemus.
Nec putes frater karissime hinc aut virtutem
fratrum minui aut martiria deficere, quod
lapsis laxata sit penitencia, et quod pe-
nitentibus spes pacis oblata. Manet
vere fidencium robur inmobile, et
apud timentes et negligentes corde to-
to deum stabilis et fortis perseverat
integritas. Nam et mechis a nobis penitencie
tempus conceditur et pax datur. Non
tamen ideo virginitas in ecclesia deficit

aut continencie propositum gloriosum per aliena
peccata languescit. Floret ecclesia tot
virginibus coronata, et castitas ac
pudicicia tenorem glorie sue servat. Nec
quia adultero penitencia et venia laxatur,
continencie vigor frangitur. Aliud est ad
veniam stare, aliud est ad gloriam pervenire,
aliud missum in carcerem non exire inde do-
nec solvat novissimum quadrantem,
aliud statim fidei et virtutis accipere mer-
cedem. Aliud pro peccatis longo dolore cru-
ciatum emundari et purgari diu igne, *Ad penitencia passione purgari*
aliud denique pendere in die iudicii ad
sententiam domini, aliud denique pendere in die
iudicii statim a domino coronari. Et qui-
dem antecessores nostros quidam episcopi istic
in provincia nostra dandam pacem mechis
non putaverunt, et in totum penitencie
locum contra adulteria clauserunt. non tamen
a coepiscoporum suorum collegio recesserunt, aut
catholice ecclesie unitatem vel duricie
vel censure sue obstinacione ruperunt,
ut quia apud alios adulteris pax da-
batur, qui non dabat in ecclesia separaretur.
manente concordie vinculo et perseve-
rante catholice ecclesie individuo sacramento
actum suum disponit et dirigit unusquisque
episcopus, rationem propositi sui domino redditurus.
Miror autem quosdam sic obstinatos
esse ut dandam indulgenciam non pu-
tent lapsis, et penitentibus existimet
veniam denegandam, cum scriptum sit:
Memento unde cecideris, et age penitentiam
et fac priora opera. Quod utique ei dicitur quem
constat cecidisse, et dominus hortatur per opera
rursus exurgere, quia scriptum est: Elemo-
sina a morte liberat. Et non utique ab
illa morte quam semel Christi sanguis
extinxit, et a qua nos salutaris bap-
tismi et redemptoris nostri gratia liberavit,
sed ab ea que per delicta postmodum ser-
pit. Alio in loco penitencie tempus datur
et penitentiam non agenti dominus comminatur:
Habeo, inquit, adversus te multa, quod
uxorem tuam iezabel que se dicit prophetam
sinis docere et seducere servos meos
fornicari et manducare de sacrificio, et
dedi illi tempus ut penitentiam ageret
et penitere non vult a fornicatione. Ecce
ego mitto eam in lectum, et qui cum ea
fornicati sunt in maximam tribulacionem
nisi penitentiam gesserint ab operibus suis. Quos
utique ad penitentiam dominus non hortaretur
nisi quia penitentibus indulgenciam pol-
licetur. Et in evangelio, dico, inquit, vobis
sic erit gaudium in celo super uno peccatore
penitentiam agente quam super xc. viiii iustis
quibus non est opus penitencia. Nam
cum scriptum sit deus mortem non fecit nec
letatur in perdicione vivorum, utique qui

nemine vult perire set cupit peccatores peni
tentiam agere et per penitentiam denuo ad
vitam redire / Ideo per Iohel prophetam cla
mat et dicit Et nunc dicit dominus deus vester re
dimini ad me ex toto corde vestro / simul que
et ieiunio et fletu et planctu / et discin
dite corda vestra et non vestimenta vestra / et
revertimini ad dominum deum vestrum quia misericordi
cors et pius est patiens et multe mi
serationis / et qui sententiam flectat adver
sus malicias irrogatas / In psalmis et
legimus / censuram pariter et clemenciam
dei comminantis simul atque parcentis pu
nientis / ut corrigat et cum correxit reser
vantis / Visitabo inquit in virga ferrea
facinora eorum et in flagellis delicta
eorum / misericordiam autem non dispergam ab eis Dominus
in euangelio pietatem dei patris ostendens
ait Quis est ex vobis homo quem si pe
tierit filius eius panem lapidem porri
gat illi / Aut piscem postulaverit serpen
tem illi porrigat / Si ergo vos / cum sitis ne
quam / scitis bona dare filiis vestris / quanto
magis pater vester celestis dabit bona pos
centibus eum / Comparat hic dominus car
nalem patrem et dei patris eternam larga
que pietatem / Quod si iste in terris neque
pater offensus graviter a filio suo peccatore
et malo / si tamen eundem postmodum in
venerit reformatum / et depositis prioris
vite delictis / ad sobrios et bonos mores
et ad innocencie disciplinam penitencie
dolore correctum / gaudet et gratulatur
et susceptum quem ante proiecerat / cum voto
patrie exultationis amplectitur / quanto
magis unus ille et verus pater bonus / mi
sericors et pius immo ipse bonitas et
misericordia et pietas letatur in penitencia filiorum
suorum nec iram penitentibus aut plan
gentibus et lamentantibus / penam commi
natur / sed veniam magis et indulgenciam
pollicetur / Unde dominus in euangelio beatos
dicit plangentes Quia qui plangit
misericordiam provocat / Qui pervicax et superbus
est iram sibi et penam iudicii venientis ex
aggerat / Et ideo frater karissime / penitentiam non
agentes nec dolorem delictorum suorum
toto corde et manifesta lamentationis
sue confessione testantes / prohibendos
omnino censuimus a spe communicationis
et pacis si in infirmitate aut in periculo
ceperint deprecari Quia rogare illos non
delicti penitencia / sed mortis imminentis
admonitio compellit / Nec dignus est
in morte accipere solacium / qui se non cogi
tavit esse moriturum Quod vero ad Novatiani
personam pertinet frater karissime / de quo desi
derasti scribi quam heresim introduxisset
scias nos primo in loco nec curiosos esse
debere quid ille doceat / cum foris doceat

quisquis ille est et qualiscumque est / christianus non
est / qui in christi ecclesia non est / iactat se licet
et philosophiam vel eloquenciam suam / superbis vo
cibus predicet / qui nec fraternam caritatem
nec ecclesiasticam unitatem tenuit et
iam quod prius fuerat amisit / Nisi episcopus tibi vi
detur qui episcopo in ecclesia a sedecim coepiscopis fac
to / adulter atque extraneus episcopus fieri / a desertori
bus per ambitum nititur / et cum sit a christo una ec
clesia per totum mundum in multa membra
divisa Item episcopatus unus / episcoporum multorum
concordi numerositate diffusus / ille post
dei traditionem / post conexam et ubique con
iunctam catholice ecclesie unitatem huma
nam conatur ecclesiam facere et per plurimas ci
vitates novos apostolos suos mittat ut
quedam recentia institutionis sue funda
menta constituat Cumque iam pridem per omnes
provincias et per urbes / ordinati sint epi
scopi in etate antiqui / in fide integri / in pressura
probati / in persecutione proscripti ille super eos
creare alios pseudo episcopos audeat / quasi
possit aut totum orbem novi conatus
obstinatione peragrare / aut ecclesiasti
ci corporis compaginem / discordie sue se
minatione rescindere / nesciens scisma
ticos semper inicia fervere / incrementa
vero habere non posse nec augere quod illici
te ceperint sed statim cum prava sua emulatione
deficere / Episcopatum autem tenere non posset
et etiam si episcopus prius factus a coepiscoporum suorum
corpore et ab ecclesie unitate discederet quoniam apostolus
admoneat / ut invicem nosmetipsos sus
tineamus / ne ab unitate / quam deus consti
tuit recedamus et dicat / Sustinentes in
vicem in dilectione satis agentes / servare
unitatem spiritus in coniunctione pacis Qui
ergo nec unitatem spiritus nec coniunctionem
pacis observat / et se ab ecclesie vinculo
atque a sacerdotum collegio separat / episcopi nec
potestatem potest habere nec honorem qui e
piscopatus nec unitatem voluit tenere
nec pacem Tunc deinde ~~qui~~ quantus
arrogantie tumor est quanta humilitatis
et lenitatis oblivio / arrogancie sue
tere et immorari oportet et si sit una=
nimis oratio. Nam quod magis sua sit
et compulit ut has ad vos litteras scri-
berem scire debetis sicut dominus ostendere
et revelare dignatus est in visione
petite et impetrabitis. Tunc deinde preceptum
plebi assistenti ut pro quibusdam
personis designatis sibi peteret. Sed in pete-
ndo autem fuisse dissonas voces et dis-
pares voluntates et vehementer hoc dis-
plicuisse illi qui dixerat petite et impe-
trabitis quod plebis inequalitas discre=
paret nec esset fratrum consensio una
et simplex et iuncta concordia cum scrip-
tum sit deus qui inhabitare facit una=
nimes in domo. Et in actibus apostolorum
legimus. Turba autem eorum qui crediderant
anima ac mente una agebant. Et
dominus sua voce mandavit dicens hoc
est mandatum meum ut diligatis in-
vicem. Et iterum dico autem vobis quoniam
si duo ex vobis consenserint in terra de
omni re quecumque petieritis continget
vobis a patre meo qui in celis est. Quod si
duo unanimes tantum possunt quid si una=
nimitas apud omnes esset quid si secundum
pacem quam dominus nobis dedit universis
fratribus conveniretur. Iam pridem de
divina misericordia impetraremus quod petimus
nec tam diu in hoc salutis et fidei
nostre periculo fluctuaremus. Immo vero
nec venissent fratribus hec mala si in
Clxxxi. unum fraternitas fuisset animata. Nam et
illud ostensum est quod sedet pater famil-
ias sedente sibi ad dexteram iuvene
qui iuvenis anxius et cum quadam
indignatione subtristis maxillam
manu tenens mesto vultu sedebat.
Alius vero in sinistra parte consistens
rete portabat quod se mittere ut cir-
cumstantem plebem caperet minabatur.
Et cum miraretur quid hoc esset ille
qui vidit dictum est et iuvenem
qui ad dexteram sic sedet contristari
et dolere quod precepta sua non observa-
rentur. Illum vero in sinistra exultare
quod sibi daretur occasio ut a patre fa-
milias potestatem sumeret seviendi.
Hoc prius longe ostensum est quam
tempestas vastitatis huius oriretur.
Et videmus impletum quod fuerat
ostensum. Ut dum domini precepta contemp-
nimus dum date legis mandata sa-
lutaria non tenemus facultatem no-
cendi inimicus accipit minus arma-
tos et ad repugnandum minus cau-
tos in actu retis operiret. Oremus instanter

et assidue precibus ingemiscamus. Nam
et hoc nobis olim pro increpatione fratres karissimi
exprobatum in visionibus est quod dormitemus
in precibus nec vigilanter oremus. Et
deus utique quem corripit diligit. Quando
corripit ad hoc corripit ut emendet.
Ad hoc emendat ut servet. Excutiamus
itaque et abrumpamus somni vincula
et instanter ac vigilanter oremus sicut
Paulus apostolus precipit dicens. Instate ora-
tioni vigilantes in ea. Nam et apostoli orare
diebus ac noctibus non destiterunt. Et
dominus quoque ipse discipline magister et exem-
pli nostri via frequenter et vigilanter ora-
vit sicut in evangelio legimus. Exiit in
montem orare et fuit pernoctans in o=
ratione dei. Et utique quod orabat orabat
ille pro nobis cum peccator ipse non esset sed
nostra peccata portaret. Adeo autem pro
nobis ille deprecabatur ut legimus alio
loco. Dixit autem dominus ad petrum. Ecce satha-
nas postulavit ut vos vexaret quomodo
triticum. Ego autem rogavi pro te ne defi-
ciat fides tua. Quod si pro nobis ac pro
delictis nostris ille laborabat et vigilabat
et precabatur quanto nos magis insistere
precibus et orare et primo ipsum dominum ro=
gare tunc deinde per ipsum deo patri satisfacere
debemus. Habemus advocatum et de-
precatorem pro peccatis nostris ihesum christum
dominum et deum nostrum si modo nos in preteritum
peccasse peniteat et confitentes atque
intelligentes delicta nostra quibus nunc
dominum offendimus vel de cetero nos ambu-
lare in viis eius et precepta metuere
spondeamus. Pater nos corrigit et tue-
tur stantes tamen in fide et pressuris atque an-
gustiis sic christo eius firmiter adherentes
sicut scriptum est. Quis nos separabit
a dilectione christi pressura an angustia an
persecutio an fames an nuditas an
periculum an gladius. Nichil horum potest
separare credentes nichil potest avellere
corpori eius et sanguini coherentes. Per-
secutio ista examinatio est atque explo-
ratio pectoris nostri. Explorari nos deus voluit
et probari sicut suos semper probavit
nec tamen in probationibus eius aliquando aux-
ilium credentibus defuit. Denique ad mi= Clxxxii
nimum famulum suum et in delictis licet
pluribus constitutum et dignatione eius
indignum tamen ille pro sua circa nos bo-
nitate mandare dignatus est. Dic illi
inquit securus sit quia pax ventura
est. Sed quod interim morula est supersunt
adhuc aliqui qui probentur. Sed et de
victu parco et sobrio potu divinis
dignationibus admonemur scilicet ne in vi-
gore celesti sublime iam pectus ille-
cebra secularis enervet vel ne largioribus

uel ne latioribus epulis mens saturata
minus ad preces orationis euigilet. Dissi-
mulare hec singula et apud conscientiam
meam solus occultare non debui, quibus
unusquisque nostrum et instrui et regi possit.
Nec ipsi denique apud uos tenuerunt hanc e-
pistulam teneatis occultam, sed legendam
fratribus suggeratis. Interceptare enim quibus
nos dominus admonere et instruere dignatus
est, eius est qui admoneri et instrui fratrem
suum nolit. Probari nos a domino nostro sciat, nec
a fide qua in eum semel credidimus presentis
pressure conflictatione deficiat. Delicta sua
a singuli recognoscentes uel nunc con-
uersationem ueteris hominis exponat. Nemo
enim retro attendens et superponens ma-
num suam super aratrum aptus est regno dei.
Denique uxor loth que liberata contempto precepto
retrospexit, quod euaserat perdidit. Atten-
damus non posteriora quo dyabolus retroagi-
mus reuocat, sed priora quo christus uocat. Ocu-
los erigamus ad celum, nec oblectamen-
tis et illecebris nos suis terra decipiat.
Unusquisque oret deum non pro se tantum sed pro
omnibus fratribus, sicut dominus orare nos do-
cuit, ubi non singulis priuatam precem mandat
sed oracionem communem et concordi prece orantes
pro omnibus iussit orare. Si nos dominus
humiles et quietos, si nobis inuicem copu-
latos, si circa iram suam timidos, si presenti tri-
bulacione correctos, emendatos que conspexerit, tutos ab inimici infestacionibus
exhibebit. Precessit disciplina, sequitur et
uenia. Nos tantum sine cessacione poscen-
di et cum fide accipiendi simplices et u-
nanimes deum deprecemur, cum gemitu pariter
et fletu deprecantes sicut deprecari oportet
eos, qui sunt positi inter plangentium ruinas et
timentium reliquias, inter numerosam languen-
cium stragem et exiguam stancium paucita-
tem. Rogemus pacem maturius reddi, ci-
to latebris nostris et periculis subueniri, et
impleri, que famulis suis dominus dignatur
ostendere, redintegrationem ecclesie sue,
securitatem salutis nostre, post pluuias se-
renitatem, post tenebras lucem, post pro-
cellas et turbines placidam lenitatem,
pia paterne dilectionis auxilia, diuine
maiestatis solita magnalia, quibus
et persequencium blasphemia retundatur
et lapsorum penitencia reformetur et fortis
et stabilis perseuerancium fiducia glorietur.
Opto uos fratres karissimi semper bene ualere.

Incipit ad clerum et plebem de celeri-
no confessore ordinato et cetera

Cyprianus presbiteris et dy-
aconibus et plebi uniuerse
et fratribus salutem. Agnos-
cenda et amplectenda sunt fratres dilectis-
simi beneficia diuina quibus ecclesiam
suam dominus illustrare dignatus est con-
meatum dando bonis confessoribus
suis et martiribus gloriosis, ut qui subli-
miter christum confessi erant, clerum postmo-
dum christi ministeriis ecclesiasticis

Lxxxiii

adornarent. Exultate itaque et gaude-
te nobiscum lectis litteris nostris, quibus ego
et college mei qui presentes aderant
referimus ad uos, Celerinum fratrem nostrum
uirtutibus pariter et moribus gloriosum, cle-
ro nostro non humana suffragatione sed
diuina dignatione coniunctum. Qui cum
consentire dubitaret, ecclesie ipsius ad-
monitu et hortatu in uisione per noc-
tem compulsus est ne negaret nobis sua-
dentibus, cui plus licuit et coegit, quia
nec fas fuerat, nec decebat sine ec-
clesiastico honore esse quem sic dominus honorauit
celestis glorie dignitate. Hic ad tempo-
ris nostri prelium primus, hic inter christi milites
antesignanus, hic inter persecutionis ini-
tia feruentia cum ipso infestacionis prin-
cipe et auctore congressus, dum inex-
pugnabili firmitate certaminis sui
aduersarios uincit, uincendi ceteris uiam
fecit, non breui compendio uulnerum uicto-
r sed adherentibus diu et permaa-
nentibus penis longe colluctacionis
miraculo triumphator. Per decem et nouem
dies custodia carceris septis, in neruo
ac ferro fuit, sed posito in uinculis cor-
pore solutus ac liber spiritus mansit.
Caro famis ac sitis diuturnitate conta-
buit, sed animam fide et uirtute uiuente
mentis spiritualibus deus pauit. Ia-
cuit inter penas penis suis forcior, in-
clusus includentibus maior, iacens stan-
tibus celsior, uinctus uincientibus firmior, uic-
tus sublimior iudicantibus iudicatus.
Et quamuis ligati neruo pedes erant,
calcatus serpens et obtritus et uictus
est. Lucent in corpore glorioso clara uulne-
rum signa, eminent et apparent in ner-
uis hominis ac membris longa tabe con-
sumptis expressa uestigia. Sunt magna,
sunt mira que de uirtutibus eius ac laudibus
fraternitas audiat. Et si aliquis thome
similis extitit, qui minus auribus credat,
nec oculorum fides deest, ut quis quod audit
et uideat. In seruo dei uictoriam gloria
uulnerum fecit, gloriam cicatricum memo-
ria custodit. Nec rudis iste aut nouus
est in Celerino karissimo nostro titulus gloriam
per uestigia cognationis sue graditur pa-
rentibus ac propinquis suis honore
consimili diuine dignationis equatur.
Auia eius Celerina iampridem martirio
coronata est. Item patruus eius et

auunculus laurentinus et ignatius in cal
tris et ipsi quondam secularibus mili
tantes sed veri et spirituales dei milites
dum diabolum xpi confessione prosternunt
palmas dni et coronas illustres pas
sione meruerunt. Sacrificia pro eis sem
per ut meministis offerimus quotiens mar
tyrum passiones et dies anniversaria
commemoratione celebramus. Nec de
gener hic et minor poterat
esse quem sic domesticis exemplis virtut
ac fidei provocabat familie dign
tas et generosa nobilitas. Quod si in fa
milia seculari predicationis et laudis
est esse patricium quanto maioris laudis
et honoris est fieri in celesti predica
tione generosum. Non invenio quem
beatiorem magis dicam utrumne il
los de posteritate tam clara an hunc
de origine gloriosa. Ita equaliter apud eos
recurrit et commeat dignatio divina
ut et illorum coronam dignitas sobolis
illustret et huius gloriam sublimitas
Lxxiiii generis illuminet. Hunc ad vos fratres dilectissi
mi cum tanta dni dignatione venientem
testimonio et miraculo eius ipsius
qui se persecutus fuerat illustrem quid
aliud quam super pulpitum id est super tri
bunal ecclesie oportebat imponi ut
loci altioris celsitate subnixus et ple
bi universe pro honoris sui claritate
conspicuus legat precepta et evangelium dni
que fortiter ac fideliter sequitur. Vox dnm
confessa in his cottidie que dns lo
cutus est audiatur. Viderit an sit ulterior
gradus ad quem profici in ecclesia pos
sit. Nichil est in quo magis confessor
fratribus prosit quam ut dum evangelica
lectio de ore eius auditur lectoris fidem
quisque audierit imitetur. Iungendus
in lectione aurelio fuerat cum quo et
divini honoris societate coniunctus est
cum quo omnibus virtutis et laudis in
signibus copulandus est pares ambo
utrique consimiles in quantum gloria sublimes
in tantum verecundia humiles. Quantum
divina dignatione promoti tantum sua
quiete et tranquillitate summissi et vir
tutum pariter et morum singulis
exempla prebentes et congressioni et
paci congruentes illic robore hic pu
dore laudabiles. In talibus servis le
tatur dns in eiusmodi confessoribus
gloriatur quorum secta et conversatio sic pro
ficit ad preconium glorie ut magisterium
prebeat ceteris discipline. Ad hoc eos xpc
esse hic in ecclesia diu voluit ad hoc de
media morte subtractos quadam dix
erim resurrectione circa eos facta in
columes reservavit ut dum nichil in ho
nore sublimius nichil in humilitate summissius
a fratribus cernitur hos eosdem fraternitas sec
tata comitetur. Hos tamen lectores interim con
stitutos sciatis quia oportebat lucernam
super candelabrum poni unde omnibus luce
at et gloriosus vultus in loco altiore con
stitui ubi ab omni circumstante conspecti
incitamentum glorie videntibus prebeant. Et
ceterum presbiteri honorem designasse nos illis
iam sciatis ut et sportulis iidem cum presbiteris
honorentur et divisiones mensurnas
equatis quantitatibus partiantur sessuri
nobiscum provectis et corroboratis annis
suis quamvis in nullo minor possit videri
etatis indole qui consummavit etatem glorie
dignitate. Opto vos fratres karissimi et desi
deratissimi semper bene valere. Incipit epistola
ad thibaritanos et tercia etc.

Cyprianus plebi
thibari consistenti salutem.
Cogitaveram quidem fratres
dilectissimi atque in votis ha
bebam si rerum ratio ac temporis conditio
permitteret secundum quod frequenter desiderastis ipse
ad vos venire et quantulacumque mediocri
tate exhortationis nostre presens illic fir mi
tatem corroborare. Sed quoniam sic rebus ur
gentibus detinemur ut longe excurrere
et diu a plebe cui de divina in
dulgentia prepositi sumus abesse non detur facultas
has interim pro me ad vos nuncias litteras
misi. Nam cum dni instructu dignatione
instigemur sepius et admoneamur ad
vestram quoque conscientiam admonitionis nostre
sollicitudinem perferre debemus. Scire enim
debetis et pro certo credere ac tenere pressure
diem super caput esse cepisse et occasum se
culi atque antixpi tempus appropinquasse
ut parati omnes ad prelium stemus nec quicquam
nisi gloriam vite eterne et coronam confessionis
Lxxv
dominice cogitemus. Nec putemus talia esse
que veniunt qualia fuerunt illa que tran si
erunt. Gravior nunc et ferocior pugna
imminet ad quam fide incorrupta et vir
tute robusta parare se debeat mili
tes xpi considerantes idcirco se cotidie calicem
sanguinis xpi bibere ut possint et ipsi propter
xpm sanguinem fundere. Hoc est enim velle
cum xpo inveniri id quod xpc et docuit et
fecit imitari secundum aplm iohannem
dicentem. Qui dicit se in xpo manere de
bet quomodo ille ambulavit et ipse ambu
lare. Item beatus aplus paulus ex
hortatur et docet dicens. Sumus filii
dei si autem filii et heredes heredes quidem
dei coheredes autem xpi. Si quidem compa
tiamur ut et conmagnificemur. Que nunc
omnia consideranda sunt nobis ut nemo
quicquam de seculo moriente desideret sed

sequatur Christum qui et vivit in eternum et vivificat
servos suos in fide sui nominis constitu
tos. Venit enim tempus fratres dilectissimi
quod iam pridem dominus noster premuntiavit et do
cuit advenire dicens: Venit hora ut
omnis qui vos occiderit putet se officium
deo facere. Sed hec facient quoniam non no
verunt patrem neque me. Hec autem locutus
sum vobis ut cum venerit hora eorum remi
f niscamini quia ego dixi vobis. Nec quisquam
miretur persecutionibus nos assidu
is fatigari et pressuris augentibus fre
quenter urgeri, cum hec futura in novissi
mis temporibus dominus ante predixerat et mali
tiam nostram magisterio et hortamento
sui sermonis instruxerit. Petrus quoque apostolus
apostolus eius docuit ideo persecutiones
fieri ut probemur et ut dilectioni dei iusto
rum precedentium exemplo nos etiam mor
te et passionibus copulemur. Posuit enim
in epistola sua dicens: Karissimi nolite mirari ar h
dorem accidentem vobis qui ad temp
tacionem fit, nec excidatis tamquam novum
aliquid contingat, sed quotienscumque co
municatis Christi passionibus per omnia gau
dete ut et in revelatione facta clarita
tis eius gaudentes exultetis. Si impe
ratur vobis in nomine Christi, beati estis quia
maiestatis et virtutis domini nomen in vob[is]
requiescit, quod quidem secundum ipsos blasphe
matur, secundum nos autem honoratur. Docuerunt
autem nos apostoli ea que de preceptis dominicis
et celestibus mandatis ipsi quoque didicerunt,
domino ipso stiluet corroborante nos et di
cente: Nemo est qui relinquat domum
aut agrum aut parentes aut fratres aut ux
orem aut filios propter regnum dei et non re
cipiat septies tantum in isto tempore, in seculo au
tem venturo vitam eternam. Et iterum: Beati in
quit eritis cum odio vos habuerint ho
mines et separaverint vos et expulerint
et maledixerint nomini vestro quasi nequam
propter filium hominis. Gaudete in illa die et
exultate. Ecce enim merces vestra multa est
in celis. Gaudere nos et exultare vo
Clxxvi luit in persecutionibus dominus. Quia quando
persecutiones fiunt tunc dantur corone fidei,
tunc probantur milites Christi, tunc martiribus pa
tent celi. Neque enim sic nomen militie de
dimus ut pacem tantummodo cogitare et detrec
tare ac recusare militiam debeamus,
cum in ipsa militia primus ambulaverit
dominus humilitatis et tollerantie et pas
sionis magister, ut quod fieri docuit prior
faceret, et qui pati hortatur prior pro
nobis ipse pateretur. Sit ante oculos
vestros fratres dilectissimi quod qui omne iudi
cium a patre solus accepit et qui venturus
est iudicaturus iam iudicii sui et cogni
tionis future sententiam protulerit, premuntians

et contestans confessurum se coram patre suo
confitentes et negaturum negantes.
Si mortem possemus evadere, merito
mori timeremus. Porro autem cum morta
lem mori necesse sit, amplectamur occa
sionem de divina promissione et dig
natione venientem et fungamur exitu
mortis cum premio immortalitatis, nec
vereamur occidi quos constet quando
occidimur coronari. Nec quisquam fratres
dilectissimi cum populum nostrum fugari et
conspexerit metu persecutionis et spargi
conturbetur quod collectam fraternitatem
non videat nec tractantes episcopos audiat.
Simul tunc omnes esse non possunt quibus occi
dere non licet sed occidi necesse est. Ubicumque
in illis diebus unusquisque fratrum fuerit a
grege interim necessitate temporis corpore non
spiritu separatus, non moveatur ad fuge illius
horrorem, nec recedens et latens deserti
loci et solitudine terreatur. Solus non
est cui Christus in fuga comes est. Solus
non est qui templum dei servans ubicumque
fuerit sine deo non est. Et si fugientem in
solitudine ac montibus latro oppresserit,
fera invaserit, fames aut sitis aut fri
gus afflixerit, aut per maria precipiti na
vigatione properantem tempestas ac
procella submerserit, expectat militem
suum Christus ubicumque pugnantem et perse
cutionis causa pro nominis sui honore
morienti premium reddit quod daturum se in
resurrectione promisit. Nec minor est
martirii gloria non publice et inter multos
perisse cum pereundi causa sit propter Christum
perire. Sufficit ad testimonium martiris sui tes
tis ille qui probat martires et coronat.
Imitemur fratres dilectissimi Abel iustum
qui initiavit martiria dum propter iustici
am primus occiditur. Imitemur Abra
ham dei amicum qui non est cunctatus
ut filium victimam suis manibus offer
ret dum deo fide devotionis obsequitur.
Imitemur tres pueros Ananiam Azariam
Misahelem qui nec etate territi nec cap
tivitate fracti Iudea devicta et Ihe
rosolimis captis in ipso regno suo re
gem fidei virtute vicerunt, qui adorare
statuam quam Nabuchodonosor rex
fecerat iussi et minis regis et flammis
fortiores extiterunt proclamantes et
fidem suam per hec verba testantes:
Nabuchodonosor rex non est opus
nobis de hac respondere. Est enim
deus cui nos servimus potens eripere
nos de camino ignis ardentis et de
manibus tuis liberare nos. Et si non,
notum sit tibi quia diis tuis non servimus
et imaginem auream quam statuisti non
adoramus. Credebant illi secundum fidem

Clxxvii posse euadere sed addiderunt et si non ut
faciret rex illos propter deum quem colebant
et mori posse. Hoc est enim robur virtutis
et fidei, credere et scire quod deus a morte
presenti liberare nos possit, et tamen mortem
non timere nec cedere, ut probari potius
fides possit. Erupit per os eorum spiritus sancti
incorruptus et inuictus uigor, ut ap
pareant uera esse que in euangelio suo
dominus dixit. Cum autem uos apprehenderint,
nolite cogitare quid loquamini. Dabitur
enim uobis in illa hora quid loquamini.
Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus
patris uestri qui loquitur in uobis. Dixit quod
loqui et respondere possimus, dari nobis
in illa hora diuinitus et offerri, nec nos
tunc esse qui loquimur, sed spiritum dei patris,
qui cum a confitentibus non discedit, nec
diuiditur, ipse in nobis et loquitur et coro
7 natur. Sic et daniel cum compelleretur
adorare idolum bel, quem tunc populus et
rex colebat, in asserendum dei sui ho
norem plena fide et libertate prorum
pit dicens. Nichil colo nisi deum meum, qui
condidit celum et terram. Quid in
machabeis beatorum martyrum grauia tormenta
et multiformes septem fratrum pene,
et confortans liberos suos mater in pe
nis, et moriens ipsa quoque cum liberis? Non
ne magne uirtutis et fidei documenta
testantur, et nos ad martyrii triumphum
suis passionibus adortantur? Quid
prophete quos ad prescientiam futurorum
spiritus sanctus animauit? Quid apostoli
quos deus elegit? Nonne cum iusti occiduntur
propter iusticiam mori nos quoque docuerunt? Christi
natiuitas a martyriis infancium ince
pit, ut ob nomen eius a bimatu et infra
uexarentur. Etas nec dum habilis
ad pugnam ydonea extitit ad coronam,
ut appareret innocentes esse qui propter
christum necantur. Infancia innocens
ob nomen eius occisa est. Ostensum
est neminem a periculo persecutionis immu
nem, quando et tales martiria fecerunt. Quam
uero grauis causa sit hominis christiani, seruum pa
ti nolle, cum passus sit prior dominus, et pro
peccatis nostris nos nolle pati, cum peccatum suum
non habens, passus sit ille pro nobis.
Filius dei passus est, ut nos filios dei
faceret, et filius hominis pati non uult
ut esse dei perseueret. Si odio seculi labo
ramus, odium seculi sustinuit prior christus,
contumelias in hoc mundo, si fugam, si
tormenta tolleramus, grauiora expertus
est mundi factor et dominus, qui et admo
net dicens. Si seculum inquit uos odit,
mementote quoniam me primo odit. Si
de seculo essetis, seculum quod suum esset a
maret. Sed quia de seculo non estis
et ego uos elegi de seculo, propterea odit uos
seculum. Mementote uos sermonis quem
dixi uobis. Non est seruus maior domino suo.
Si me persecuti sunt et uos persequentur.
Dominus et deus noster docuit, quicquid et fecit,
ut discipulus excusatus esse non possit
qui discit et non facit. Nec aliquis ex
uobis fratres dilectissimi, future persecutionis me
tu aut antichristi imminentis aduentu
sic terreatur, ut non euangelicis exortationibus
et preceptis ac monitis celestibus ad
omnia inueniatur armatus. Venit antichristus
sed et superuenit christus. Grassatur et se
uit inimicus, sed et statim sequitur
dominus, passiones nostras et uulnera uindica
turus. Irascatur aduersarius et minatur,
sed est qui possit de eius manibus liberare.
Ille metuendus est, cuius iram nemo po Clxxviii
test euadere, ipso premonente et dicente
ne timueritis eos qui occidunt corpus,
animam autem non possunt occidere, magis
autem metuite eum qui corpus et animam
potest occidere in gehennam. Et iterum: Qui
amat animam suam perdet illam. Et qui
odit animam suam in isto seculo in uitam eter
nam conseruabit illam. Et apocalip
sis instruit dicens. Si quis adorat bes
tiam et imaginem eius, et accipiat no
tam in fronte sua et in manu, bibet
et ipse de uino ire dei mixto in poculo
ire eius, et punietur igne et sulphure
sub oculis sanctorum angelorum et sub o
culis agni, et fumus de tormentis eorum
ascendet in secula seculorum. Magis in
sistere precibus et orare, et primo ipsum
rogare, tunc deinde deo patri satisfacere
debemus. Habemus aduocatum et de
precatorem pro peccatis nostris ihesum christum do
minum nostrum et deum, si nos in preteritum
peccasse peniteat, et confitentes atque in
telligentes delicta nostra quibus nunc
dominum offendimus, uel de cetero nos am
bulare in uiis eius et precepta eius me
tuere spondeamus. Pater nos corrigit
et tuetur, stantes spectaculo perfruitur
preliantes nos et fidei congressione
pugnantes spectat deus, spectant angeli
eius, spectat et christus. Quanta est glorie
dignitas, quanta felicitas presidente deo
congredi et christo iudice coronari. Arme
mur fratres dilectissimi uiribus totis, et
paremur ad agonem mente incorrupta,
fide integra, uirtute deuota. Ad aciem que
nobis indicitur dei castra procedant.
Armentur integri ne perdat integer quod
nuper stetit. Armetur et lapsus ut lapsus
recipiat quod amisit. Integros honor,
lapsos dolor ad prelium prouocet. Armari
et parari nos beatus apostolus docet
dicens. Non est nobis colluctatio aduersus

carnem et sanguinem sed adversus potestates
et principes huius mundi et harum tene
brarum adversus spiritualia nequicie in celesti
bus/ propterea induite tota arma ut pos
sitis resistere in die nequissimo ut in
omnia perfectis stetis accincti lumbos
vestros in veritate induti loricam iusticie euangelii
et calciati pedes in preparatione euangelii
pacis assumentes scutum fidei in quo pos
sitis omnia ignita iacula nequissimi
extinguere/ et galeam salutis et gla
dium spiritus qui est verbum dei hec arma su
mamus his nos tutamentis spiritualibus
et celestibus muniamus/ ut in die ne
quissimo resistere dyaboli minis et
repugnare possimus/ Induamus loricam
iusticie ut contra inimici iacula muni
tum sit pectus et tutum/ Calciati sint
euangelico magisterio et armati pedes ut
cum serpens calcari a nobis et obteri ce
perit mordere et subplantare non possit
portemus fortiter scutum fidei/ quo protegente
quicquid iacula inimicus/ possit extingui/
accipiamus quoque ad tegumentum capitis ga
leam spiritualem ut muniantur aures ne
audiant edicta feralia/ muni
antur oculi/ ne videant detestanda si
mulachra Muniatur frons/ ut signum dei
incolume servetur/ Muniatur os ut dominum
suum christum victrix lingua fateatur/ Ar
memus et dexteram gladio spirituali
ut sacrificia funesta fortiter respuat
et eucaristie memor que domini corpus
accepit/ ipsum complectatur postmodum dominum/
Lxxix suptura premium celestium coronarum O
dies ille qualis et quantus adveniet
dilectissimi/ cum ceperit populum suum dominus re
censere et divine cognicionis examine
singulorum merita recognoscere/ mittere in
gehennam/ nocentes et persecutores
nostros/ flamme penalis perpetuo ardore
dampnare/ nobis vero mercedem fidei et de
vocionis exsolvere/ Que erit gloria
et quanta leticia admitti ut dominum videas
honorari cum christo domino deo tuo salutis/ ac
lucis eterne gaudium capias/ abraham et
ysaac et iacob et patriarchas omnes et
prophetas et apostolos et martires salutare cum
iustis et dei amicis in regno celorum
date immortalitatis/ voluptate/ gaudere
sumere illic quod nec oculus vidit/ nec au
ris audivit/ nec in cor hominis ascendit
Maiora enim nos accipere quam quod hic aut
operamur aut patimur apostolus predicat dicens
Non sunt condigne passiones huius temporis
ad superventuram claritatem que revela
bitur in nobis Cum revelacio illa venit
cum claritas super nos dei fluxerit/ tam beati e
rimus et leti dignatione domini honorati/
quam rei et miseri remanebunt qui

dei desertores aut contra deum rebelles vo
luntatem fecerunt diaboli ut eos necesse sit
cum ipso simul in extinguibili igne torqueri
hec fratres dilectissimi hereant cordibus
vestris/ hec sit armorum nostrorum preparacio hec
diurna ac nocturna meditatio/ ante
oculos habere et cogitacione semper ac sensi
bus volvere/ iniquorum supplicia et premi
a ac merita iustorum/ Quid negantibus
dominus comminetur ad penam/ quid con con
fitentibus promittat ad gloriam/ Si hec
cogitantibus ac meditantibus nobis
supervenit persecutionis dies/ miles christi
preceptis eius et monitis eruditus/ non
expavescit ad pugnam/ sed paratus est
ad coronam opto vos fratres karissimi semper bene va

Incipit ad martires et confessores in
metallo constitutos xx° sequitur

CYPRIANUS NEME
SIANO felici lucio alii
felici litteo polliano victo
rio ad aidatino coepis et
compbris diaconibus et ceteris fratribus
in metallo constitutis martiribus dei patris
omnipotentis/ et ihesu christi domini nostri et dei
conservatoris nostri/ eternam salutem/ Gloria
quidem vestra posceret ac beatissimi ac dilec
tissimi fratres ut ad conspectum atque complexum
vestrum venire ipse deberem/ nisi me quoque
ad confessionem christi nominis/ relegatum pre
scripti loci fines continerent/ Sed quo modo
possum represento me vobis/ ac ad vos etsi
corpore et gressu venire non datur/
dilectione tamen et spiritu venio exprimens lit
teris animum meum/ quo in istis virtutibus
et laudibus vestris letus exulto/ participem
me computans vobis/ et si non passione
corporis/ consortio caritatis/ An ego
possum tacere et vocem meam silen
cio premere/ cum de carissimis meis tam
multa et gloriosa cognoscam/ quibus
vos divina dignatio honoravit/ ut
ex vobis pars iam martirii sui consumma
cione/ precesserit/ meritorum suorum coronam de domino
receptura/ pars adhuc in carceris claus
tris sive in metallis et in vinculis demo
retur/ exhibendo per ipsas supplicio
morum moras corroborandis fratribus et arma
dis maiora documenta/ ad meritorum ti
tulos ampliores/ tormentorum tarditate
proficiens/ habitura tot mercedes in ce
lestibus premiis quot nunc dies numerantur in
Lxxx penis/ Que quidem vobis fortissimi
ac beatissimi fratres pro vestro religionis ac fi
dei vestre accidisse/ non miror/ ut vos sic
dominus ad gloriosissimum sublime fastigium clari
ficationis sue/ honore provexit/ qui
semper in ecclesia eius custodia et fidei te
nore vixistis/ conservantes firmiter dominica

mandata, in simplicitate innocentiam, in caritate concordiam, modestiam in humilitate, diligentiam in administratione, vigilantiam in adiuvandis laborantibus, misericordiam in fovendis pauperibus, in defendenda veritate constantiam, in discipline severitate censuram. Ac ne aliquid ad exemplorum bonorum factorum deessent in vobis, etiam nunc in confessione vocis et passione corporis fratrum mentes ad divina martiria provocatis, duces vos exhibendo virtutibus, ut dum grex pastores suos sequitur et quod fieri a prepositis cernit imitatur, paribus obsequiorum meritis a domino coronetur. Quod autem fustibus cesi prius graviter et afflicti per eiusmodi penas initiastis confessionis vestre religiosa primordia, execranda nobis ista res non est. Neque enim ad fustes christianum corpus expavit, cuius est spes omnis in ligno. Sacramentum salutis sue Christi servus agnovit. Redemptus ligno ad vitam eternam, ligno provectus est ad coronam. Quid vero mirum si vasa aurea et argentea in metallum, id est auri et argenti domicilium, dati estis, nisi quod nunc metallorum natura versa est, et loca que aurum et argentum dare consueverant accipere ceperunt. Imposuerunt quoque compedes pedibus vestris et membra felicia ac dei templa infamibus vinculis ligaverunt, quasi cum corpore ligetur et spiritus, aut aurum vestrum ferri contagione maculetur. Dicatis deo hominibus et fidem suam religiosa virtute testantibus ornamenta sunt ista, non vincula, nec christianorum pedes ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam. O pedes feliciter vincti, qui itinere salutari ad paradisum diriguntur. O pedes in seculo ad presens ligati, ut sint semper apud dominum liberi. O pedes compedibus et transversariis in tempus cunctabundi, sed celeriter ad Christum glorioso itinere cursuri. Quantum vult hic vel invida crudelitas vel maligna nexibus vos suis et vinculis teneat, cito a terris et penis istis ad celorum regna venietis. Non fovetur in metallis lecto et culcitris corpus, sed refrigerio et solatio Christi fovetur. Humi iacent fessa laboribus viscera, sed pena non est cum Christo iacere. Squalent sine balneis membra situ et sorde deformia, sed spiritualiter intus abluitur quod foris carnaliter sordidatur. Panis illic exiguus, at non in pane solo vivit homo, sed in sermone dei. Vestis algentibus deest, sed qui Christum induit et vestitus et cultus abundanter est. Semitonsi capitis capillus horrescit, sed cum sit caput

O pedes feliciter vincti, qui non a fabro sed a domino resolvuntur. O pedes in[...]

viri Christus, quale cumque illud caput dixerit necesse est quod ad domini nomen insigne est. Omnis ista deformitas detestabilis et tetra gentilibus quali splendore pensabitur. Secularis hec et brevis pena que clari et eterni honoris mercede mutabitur, cum secundum beati apostoli vocem transformavit dominus corpus humilitatis nostre conformatum corpori claritatis sue. Sed nec in illo, fratres dilectissimi, aliqua potest aut religionis aut fidei iactura sentiri, quod nunc illic sacerdotibus dei facultas non datur offerendi et celebrandi sacrificia divina. Celebratis immo atque offertis sacrificium deo et preciosum pariter et gloriosum et plurimum vobis ad retributionem premiorum celestium profuturum, cum scriptura divina loquatur et dicat: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum deus non despicit. Hoc vos sacrificium deo offertis, hoc sacrificium sine intermissione die ac nocte celebratis, hostie facti deo. Et vosmetipsos sanctas atque immaculatas victimas exhibentes, sicut apostolus adhortatur et dicit: Oro ego vos, fratres, per misericordiam dei ut constituatis corpora vestra hostiam vivam sanctam placentem deo, nec configuremini seculo huic, sed transfiguremini in renovatione sensus, ad probandum que sit voluntas dei bona et placens et perfecta. Hoc est enim quod precipue deo placeat, hoc est in quo maioribus meritis ad promerendam voluntatem dei opera vestra proveniant, hoc est quod solum deo de beneficiis eius grandibus et salutaribus fidei ac devotionis vestre obsequia retribuat, predicante in psalmis et contestante spiritu sancto: Quid retribuam, inquit, domino pro omnibus que mihi retribuit? Calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Quis non libenter et prompte calicem salutis accipiat? Quis non appetit gaudibundus et letus in quo aliquid et ipse domino suo retribuat? Quis non preciosam in conspectu dei mortem fortiter et constanter excipiat, placiturus eius oculis qui nos in congressione nominis sui desuper spectans volentes comprobat, adiuvat dimicantes, vincentes coronat, retributione bonitatis ac pietatis paterne remunerans in nobis quicquid ipse prestitit et honorans quod ipse perfecit. Ipsius esse quod vincimus et quod ad maximi certaminis palmam subacto adversario pervenimus declarat et docet dominus in evangelio suo dicens: Cum autem vos tradiderint, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri

qui loquitur in vob. Statuite ergo in cor
dibus vestris non premeditari excusare Ego
enim dabo vobis os et sapientiam cui
non poterunt resistere adversarii vestri In quo
quidem et ardenti in magna fiducia est
et culpa gravissima perfidorum non credere
ei qui se opem suam daturum confite
tibus pollicetur. Nec rursus eundem
timere qui eternam penam negantibus
cominatur. Que vos omnia fortissi
mi ac fidelissimi milites xpi insinu
astis fratribus vestris implentes factis quod
verbis ante docuistis. Futuri maximi in
regno celorum denique exemplum vestrum
secuta multiplex plebis portio confes
sa est vobiscum pariter et pariter corona
ta est. Connexa vobis vinculo fortissime
caritatis et appositis suis nec carcere
nec metallis separata. Cuius numero nec
virgines desunt quibus ad sexagenari
um fructum centesimus accessit. Quas secundum
ad celestem coronam gloria gemina pro
vexit. In pueris quoque virtus maior etate
annos suos confessionis laude trans
cendit ut martirii vestri beatum gregem et
sexus et etas ornaret. Que nunc vobis
dilectissimi fratres conscientie victricis vi
gor. que sublimitas animi. que in sen
su exultancia qui triumphus in pectore
unumquemque vestrum astare ad promis Lxxxiii
sum dei premium de iudicio dei esse securum
ambulare in metallo captivo quidem
corpore. sed corde regnante. Scire xpm
esse secum presentem gaudentem tolleranciam
servorum suorum. Per vestigia et vias su
as ad regna eterna gradientium exper
tatis cottidie leti percussionis vestre sa
lutarem diem et esse quod de seculo recessi
sui ad martirii munera et domicilia
divina properatis. post has mundi tene
bras in suum candidissima luce et accep
turi maiorem passionibus omnibus
de conflictationibus claritatem. apostolo tes
tante et dicente Non sunt condigne
passiones huius temporis ad superventuram
claritatem que revelabitur in nob.
plane quia nunc vob. in precibus efficacior
sermo est et admipetendum quod
in pressuris petitur facilior oratio est
petite impensius et rogate ut confessi
onem omnium dignatio divina consumet
ut de istis tenebris et laqueis mundi nos
quoque vobiscum integros et religiosos deus
liberet. ut qui hic caritatis et pacis vin
culo copulati hereticorum iniurias et
pressuras gentilium simul stetimus pariter
in regnis celestibus gaudeamus. Op
to vos fratres beatissimi semper in domino
bene valere. Et nostri semper ubique me
minisse etc. Sequitur epistola ad

iubaianum de hereticis baptizandis

Cyprianus Iu
baiano fratri salutem.
Scripsisti mihi frater karissime desi
derans significari tibi mo
tum animi nostri quid nob.
videatur de hereticorum baptismo qui
foris positi et extra ecclesiam constituti
vindicant sibi rem nec iuris sui nec
potestatis quod nos nec ratum possi
mus nec legittimum computare quia
constet hoc apud eos esse illicitum. Et quia
super hac re quid sentiremus litteris nostris
expressimus ut compendium facerem ex
emplum earum de litterarum tibi misi. quid in
concilio tum compluries adessemus de
crevimus. quid item postea quinto col
lege nostro de eadem re querenti re
scripserimus. Et nunc quoque cum in unum convenis
semus tam provincia affrica quam nu
midia episcopi numero septuaginta et unus
hoc idem denuo sententia nostra firmavi
mus statuentes unum esse baptisma
Quod sit in ecclesia catholica consti
tutum. ac per hoc non rebaptizari a
nobis sed quicumque adulteram et prophanam aquam
venientes abluendi sunt et sanc
tificandi salutaris aque veritate
Nec nos movet frater karissime quod in litteris
tuis complexus es novatianenses
rebaptizari eos quos a nob. sollici
tant quia ad nos omnino non pertineat quid
hostes ecclesie faciant dummodo tene
amus ipsi potestatis nostre honorem et
rationis ac veritatis firmitatem. Na
novatianus simearum more que cum
homines non sint humana imitentur vult
ecclesie catholice auctoritatem et veritatem sibi
dicare cum ipse in ecclesia non sit immo ad
huc in super contra ecclesiam rebellis et
hostis extitit. Sciens et enim unum esse et
ecclesiam dicat et nos hereticos faciat. Nos
autem qui ecclesie caput tenemus et ra
dicem tenemus pro certo scimus et fi
dimus nichil illi extra ecclesiam licere et
baptisma quod est unum apud nos esse ubi
et ipse baptizatus prius fuerat cum divine
unitatis et rationem et veritatem te
nebat Quod si in ecclesia baptizatos
rebaptizandos foris extra ecclesiam no
vatianus existimat a se incipere debue
rat ut prior extrito et heretico baptismo
rebaptizaretur qui post ecclesiam im
mo et contra ecclesiam baptizandos fo
ris opinetur. Quod est autem ut quia hoc
novatianus facere audeat nos pute
mus non esse faciendum. Quid ergo quia
et honorem cathedre sacerdotalis no
vatianus usurpat. Num id circo nos cathedre

pollicetur deo et dicete qui fecerit et sic docuit magnus vocabitur in regno celorum

Lxxxii

Lxxxiiii

renunciare debemus Et quia noua ci
anus altare collocare et sacrificia of
ferre contra fas nititur ab altari et sacrifi
cijs cessare nos . Non oportet ne paria et
similia cum illo celebrare uideamur / ua
num prorsus et stultum est / quia ut noua
cianus extra ecclesiam uindicat sibi ue
ritatis imaginem / relinquat ecclesia
ueritatem / Aput nos autem non noua aut
repentina res est ut baptizandos cos
censeamus / qui ab hereticis ad ecclesiam
ueniunt quando anni sint iam multi et lon
ga etas / ex quo sub agripino bone
memorie uiro / conuenientes in unum
episcopi plurimi hoc statuerunt atque exinde in ho
diernum tot milia hereticorum in pro
uincijs nostris ad ecclesiam conuersi non
aspernati sunt / neque cunctati immo ra
tionaliter et libenter amplexi sunt ut
lauacri uitalis et salutaris baptismi
graciam consequerentur . Neque enim difficile
est doctori / uera et legittima insinu
are ei / qui heretica prauitate damp
nata / et ecclesiastica ueritate comperta /
ad hoc uenit / ut discat / ad hoc discat
ut uiuat / nos non debemus stuporem
hereticis / patrocinijs et consensus nostri
ei quod libenter ac prompte obtemperat /
ueritati plane quoniam inueni in epistula cuius
exemplum ad me transmisisti scriptum
esse / quod querendum non sit / quis baptiza
uit / quando is qui baptizatus fuit / accipere
remissionem peccatorum potuit / secundum quod cre
didit / pretereundum hunc locum non pu
taui / maxime cum in eodem epistola ad
uerterim etiam marcionis fieri menci
onem / ut nec ab ipso uenientes dicat
baptizari oportere / quod iam in nomine
ihesu christi baptizati esse uideantur / Conside
rare itaque debemus fidem eorum / qui
foris credunt / an secundum fidem eandem
q possint aliquid gracie consequi / Nam
Clxxxiiii si fides una est / potest esse et gracia una
si eundem patrem / eundem filium / eunde
spiritum sanctum / eandem ecclesiam confitentur
nobiscum / pater passiani anthropiani
ualentiani apellete amonite / marci
onite et ceteri heretici pestes et gla
dij subuertende ueritatis / potest illic
et baptisma unum esse / si est et fides
una . Et ne longum sit per hereses uni
uersas decurrere / et singularum ineptias sa
recensere / quia nec delectat id dicere
quod aut horret aut pudet nosse / de mar
cione interim solo / cuius mencio in epla
ante ad nos transmissa facta examina
minemus / an possit baptismatis eius
ratio / constare / dominus enim post resur
rectionem apostolos suos mittens / quemad
modum baptizare deberent instituit
et docet dicens data est michi omnis potestas in celo
et in terra . Ite ergo et docete omnes gentes tinge
tes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti
Insinuat trinitatem cuius sacramento gentes tin
gerentur . Numquid hanc trinitatem marcion
tenet / numquid eundem asserit quem et nos
deum patrem creatorem eundem nouit filium christum
de uirgine maria natum / qui sermo caro
factus sit / qui peccata nostra portauit / qui mor
tem moriendo uicerit / qui resurrectionem
carnis per semetipsum primus initiauit / et
discipulis suis quod in eadem carne re
surrexit ostendit / longe alia est apud
marcionem / sed et apud ceteros hereticos
fides / immo nichil est aput illos nisi per
fidia et blasphemia et contencio / sa
nitatis et ueritatis inimica / Quomodo ergo
potest uideri / qui apud illos baptizatur
consecutus esse peccatorum remissionem et di
uine indulgencie graciam per suam fidem
qui ipsius fidei non habuit ueritatem / Si
ſic enim quibusdam uidetur / secundum fidem su
am quis accipere aliquid foris extra ecclesiam
potuit utique id accepit / quod credidit / Falsum
autem credens uerum accipere non potuit / sed
potius adultera et prophana / secundum quod cre
debat accepit / Quem locum prophanj
et adulteri baptismi subtiliter ieremias
propheta perstringit dicens / Ut quid qui con
tristant me preualent plaga mea soli
da est / unde sanabor dum sit facta est
michi / quasi / aqua mendax non habens
fidem / Mencionem fecit per propheram spiritus
sanctus / aque mendacis et fidem non habentis
que est hec aqua mendax et perfida . Utique
ea que baptismi imaginem mentitur
et graciam fidei adumbrata simulacione
frustratur . Quod si secundum prauam fidem
baptizari aliquis foris et remissam
peccatorum consequi potuit / aut neutrum
eorum qui foris fuerat accepit / Nam satis
tamen est aut ubi et per quos remissa peccatorum
dari possit / que in baptismo scilicet datur
Nam petro primum dominus super quem edificauit
ecclesiam et unde unitatis originem
instituit et ostendit potestatem istam de
dit ut id solueretur in terris quod ille soluisset
Et post resurrectionem quoque ad apostolos loquitur
dicens / Sicut misit me pater et ego mit
to uos / hoc cum dixisset inspirauit et ait
illis / Accipite spiritum sanctum si cuius remiseri
tis peccata remittentur illis / Si cuius retinu
eritis tenebuntur / Unde intelligimus non
nisi in ecclesia prepositis et euangelica lege ac
dominica ordinacione fundatis licere bap
tizare et remissam peccatorum dare / foris
autem nec ligari aliquid posse nec sol
ui / ubi non sit qui aut ligare possit aut
soluere / Nec hoc sine scripture
diuine auctoritate proponimus ut dicamus Clxxxv

cta lege ac ppa ordinacioe diuinitus
aucta esse disposita/ nec possit quisquam
contra epos et sacdotes usurpare/ sibi ali
quid qd no sit sui iuris et potestatis/ Nam
et core et dathan et abyron contra moy
sen et aaron sacdotem/ sacrificandi licen
ciam sibi usurpare conati sunt/ Nec tamen
qd illicite ausi sunt impunitu habuerunt
et filii aaron/ qui alienu ignem altari
imposuerunt in conspectu statim dni in
dignantis extincti sunt/ qd supplicium
maneat eos qui alienam aqua bap
tismo infert falso/ ut diuina censura
ulciscatur et vindicet id hereticos contra
ecclesiam gerere/ qd non nisi soli liceat
ecclie Qd aut quidam dicunt eis/ qui
in samaria baptizati fuerant/ adue
nientibus aplis petro et iohe/ tantum sup
eos manu impositam esse/ ut acciperent
spm stm rebaptizatos tamen eos no esse/ locu
istum fr karme/ tam ad presentem videmus
omnino non pertinere/ Illi enim qui samaria credi
derant/ fide vera crediderant/ et intus in ec
clesia que vna est/ et cui soli gram bap
tismi apli miserant/ baptizati erant et
ideo quia legittimu et ecclesiasticu bap
tisma consecuti fuerant/ baptizari eos
ultra no oportebat/ sed tantum qd deerat
id petro et iohe factum est/ ut oroe pro eis
habita et manu imposita inuocaretur
et infunderetur sup eos spus scs qd nunc quoque
apud nos geritur ut qui in ecclia baptizantur
prepositis ecclie offerantur/ et per nram oroem
ac manus impositionem spm stm consequantur
et signaculo dnico consumentur/ No ergo fr
karme qd hereticis cedendum existime
mus et baptisma qd non nisi unum et soli
ecclie datum sit pdendum putemus/ Boni
militis est aduersus rebelles et hos
tes imperatoris sui castra defendere/ glo
riosi ducis est comissa sibi signa seruare/ Scp
tum est dns deus tuus zelans est qui
spm dei accepimus zelum diuine fidei habere
debemus quo zelo fineces placuit/ et dnm
promeruit/ indignantis ira pplo pereunte
leniuit/ quid adultera et aliena et diuine
unitatis inimica in acceptum referimus
qui non nisi unum xpm et vna ecclesiam noui
mus/ Ecclia paradisi instar exprimens
arbores frugiferas/ intra muros suos
intus clusit/ ex quibus que no facit fructum
bonum excidit/ et in ignem mittitur has
arbores rigat iiii or fluuiis/ euangelys iiii or
quibus baptismi gram salutari et
celesti mundacioe largitur/ Numquid
de ecclie fontibus rigare pot/ qui intus
in ecclia no est/ Nu quid paradisi potus sa
lubres et salutares impertire alicui pot
qui peruersus et a semetipso dampnatus/ et
ex paradisi fontibus relegatus aruit/ et eterne

siccitatis siti defecit/ Clamat dns ut
qui sitit ueniat et bibat/ de fluminibus
aque uiue/ que de eius uentre flux
erunt/ quo venturus est/ qui sitit utrum
ne ad hereticos ubi fons et fluuius
Clxxxvi aque uitalis omnino no est/ an ad ecclam
que vna est et sup vnum/ qui et claues
eius accepit dni voce fundata est/ hec
est vna que tenet et possidet omem
sponsi sui et dni ptatem/ In hac pre
sidemus/ pro honore eius atque unitate
pugnamus huius et gram pariter et
glam fideli deuocoe defendimus/
nos diuino pmissu rigamus sitientem
dei pplm/ nos custodimus terminos ui
talium fontium/ Si possessionis nre ius
tenemus/ si sacrm unitatis agnoscimus
prevaricatores ueritatis/ cur proditores
unitatis existimus/ Aqua ecclia et
fidelis et uera et salutaris et scatorum
corrumpi et adulterari no pt/ sic et ipa
ecclia incorrupta et casta et pudica
est Si ecclie deuoti et in ecclia consti
tuti sunt heretici/ possunt et baptismo
eius et ceteris salutaribus bonis uti Si
aut in ecclesia no sunt immo et contra
ecclam faciunt/ quomodo baptizare bap
tismo ecclie possunt/ Neque enim parua res
hereticis et modica conceditur qum anobis
baptisma eorum in acceptum refertur
cum inde incipiat omnis fidei origo/ et ad
spem uite eterne salutaris ingressio/ et
purificandis ac uiuificandis dei seruis di
uina dignacio/ Nam si baptizari quis
aput hereticos potuit utique et remis
sam peccatorum consequi potuit/ si peccatorum
remissam consecutus est sanctificatus est/ Si
sanctificatus est templum dei factus est/ quero
cuius dei/ si creatoris non potuit/ qui in
eum no credidit/ Si xpi nec eius fieri
pot templum qui negat deum et xpm
Si spus sci/ cum tres vnum sint/ quo spus
stus placatus esse ei pot/ qui aut
filii aut patris inimicus est/ Frustra
quidam qui racoe uincuntur consuetu
dinem nobis opponunt quasi consuetu
do maior sit veritate/ aut non id sit in
spiritualibus sequendum qd in melius fuit
a sco spu reuelatum/ Ignosci enim
pot simpliciter erranti/ sicut de seipo
btus aplus paulus qui primo inquit
fui blasphemus et persecutor et iniu
riosus sed misericordiam merui quia ignorans
feci/ post inspiracionem uero et
reuelacionem factam qui in eo qd
errauerat perseuerat/ prudens et sciens
sine uenia ignorancie peccat/ pre
sumpcione enim atque obstinacioe quadam
nititur cum racione superetur/ Nec quis
quam dicat/ quid accepimus ab aplis

ab apostolis, quando apostoli non nisi unam ecclesiam tra-
diderint et baptisma unum quod non nisi in
eadem sit ecclesia constitutum. Et nemi-
nem invenimus ab apostolis, cum baptiza-
tus esset apud hereticos, in eodem bap-
tismate admissum esse et communicasse,
ut videantur apostoli baptisma hereticorum
probasse. Quod enim quidam dicunt quasi
ad hereticorum suffragium pertineat quod dix-
erit apostolus paulus: Verumtamen omnimodo sive
prophetarum quia visiones cordis eorum frus-
trantur eos et locuntur sed non ab ore
domini dicunt eis qui abiciunt verbum domini
pax erit vobis. Pacem nunc offerunt
qui ipsi non habent pacem. In ecclesiam lap-
sos reducere et revocare promittunt qui
de ecclesia recesserunt. Deus unus est et Christus
unus et una ecclesia et cathedra una
super petram domini voce fundata. Aliud
altare constitui aut sacerdotium novum
fieri preter unum altare et unum sacerdotium
non potest. Quisquis alibi collegerit spargit.
Adulterum est impium est sacrilegum est
quodcumque humano furore instituitur ut dis-
positio divina violetur. Procul ab huius-
modi hominum contagione discedi-
te et sermones eorum velut cancer
et pestem fugiendo vitate. Premonen-
te domino et dicente: Ceci sunt duces ce-
corum. Cecus autem cecum ducens simul
in foveam cadent. Intercedunt precibus vestris
quas nobiscum diebus ac noctibus ad
dominum funditis ut eum iusta satisfactione
placetis. Intercedunt paci quam vere et
fideliter de domini misericordia postulatis nesciunt
scriptum esse: et propheta ille aut somnium so-
mnians ille qui locutus est ut errare
te faceret a domino deo tuo. Nemo vos fratres
errare a domini viis faciat. Nemo vos
christianos ab evangelio Christi rapiat nemo
filios ecclesie tollat. Pereant sibi
soli qui perire voluerunt. Extra ecclesiam
soli remaneant qui de ecclesia reces-
serunt. Soli cum episcopis non sint qui contra
episcopos rebellaverunt. Coniurationis sue
penas subeant qui olim secundum nostra
suffragia nunc secundum dei iudicia sententiam
et coniurationis et malignitatis sue sub-
ire meruerunt. Monet nos dominus in e-
vangelio suo dicens: Reicitis manda-
tum dei ut traditionem vestram sta-
tuatis. Qui mandatum dei reiciunt et tra-
ditionem suam statuere conantur for-
titer et firmiter a vobis respuantur. Suffici-
at lapsis ruina nemo volentes sur-
gere sua circumventione precipitet nemo
iacentes pro quibus nos rogamus
ut dei manu et brachio sublevetur

Intercedunt lacrimis nostris quibus commissi delicti
crimen abluunt intercedunt etc.

seminatores

prosternat grauius et opprimat / Nemo se-
minatores et ut salutem suam penitus
recipiant desperantes ab omni spe salu
tis auertat / Nemo nutantibus lapsus
sui caligine omne itineris salutaris
lumen extinguat / Instituit apostolus di
cens / Siquis aliter docet et non adquies
cat sanis verbis domini nostri ihesu xpisti et doc
trine eius stupore elatus / discede ab
huiusmodi / Et iterum dicit ipse / Nemo
vos decipiat inanibus verbis propter hec
enim venit ira dei super filios contumacie
Nolite ergo esse participes eorum / Non est
quod decipit inanibus verbis ut prauitatis
eorum incipiatis esse participes / discre
dite a talibus queso vos / et ad quies
cite cum filiis vestris / qui pro vobis coti
die continuas preces domino fundimus
CCXX qui vos ad ecclesiam reuocari per domini
clementiam cupimus / qui deo de eo patre
plenissimam pacis matri tue et filiis
eius oramus / Cum precibus atque oratio
nibus nostris vestras quoque orationes
et preces iungite / Cum fletibus nostris
vestras lacrimas copulate / Vitate lupos
qui oues a pastore secernunt / vitate
linguam diaboli venenatam / qui ab
initio mundi est fallax semper et mendax /
Mentitur ut fallat / blanditur ut no
ceat / bona promittit ut mala prebu
at / vitam pollicetur ut perimat / lucet
quoque verba eius / et venena manifesta
sunt / Pacem pollicetur ne peruenire
possit ad pacem / Salutem promittit
ne qui delinquit / veniat ad salutem
Ecclesiam pereat / Nunc est fratres dilectis
simi ut et qui statis fortes perseuere
tis / et stabilitatem vestram gloriosam
quam in persecutione tenuistis perpetua fir
mitate seruetis / Et qui circumuenientes
aduersario lapsi estis / in secunda hac temp
tatione spei et paci vestre fideliter con
sulatis / Et ut vobis dominus ignoscat / a sa
cerdotibus domini non recedatis / Cum scriptum sit
et homo quicumque fecerit in superbia ut
non exaudiat sacerdotem aut iudicem
quicumque fuit in diebus illis / morietur
homo ille / persecutionis istius nouissi
ma hec est et extrema temptatio / que
et ipsa cito domino protegente transibit
repsenter ut representer vobis post pasche diem
cum collegis meis / quibus presentibus
secundum arbitrium quoque vestrum et omnium
vestrum commune consilium / sicut semel
placuit / ea que agenda sunt / dispo
nere pariter et ordinare poterimus / Siquis
autem penitenciam agere / et deo satisfacere
detrectans / felicissimi et satellitum eius
partes concesserit / et se heretice facti
oni coniunxerit / sciat se postea ad eccle-

+ siam ... ad ... / ut qui ... ... ab
ecclesia pereat ...

radire et cum episcopis et plebe xpisti communicare
non posse / opto vos fratres karissimi semper bene
valere et circa domini misericordiam conti
nuis nobiscum precibus resistere / Incipit
ad epictetum et plebem ad suras con
sistentes
Cyprianus epicteto fratri
et plebi assuras consistenti
salutem / Grauiter et dolenter
motus sum fratres karissimi / quod
cognouerim / fortunacianum quondam
apud vos episcopum / post grauem lapsum rui
ne sue / pro integro nunc agere velle / et pa
tum sibi velle vindicare cepisse / que
res contristauit me / primo propter ipsum qui mi
ser vel diaboli tenebris in totum exce
catus / vel quorundam sacrilega persuasione
deceptus / cum debeat satisfacere / et ad
dominum exorandum diebus ac noctibus
lacrimis et orationibus et precibus incum
bere / audet sibi adhuc sacerdocium / quod
perdidit vindicare / quasi post aras dia
boli / accedere ad altare dei fas sit / aut non
maiorem in se iram et indignationem
domini in die iudicii prouocet / Qui cum fidei
et virtutis dux fratribus esse non potuerit per
fidie et audacie et temeritatis magister
existat / Et qui non docuit fratres in prelio forti
ter stare / doceat eos qui victi et prostra
ti sunt / nec rogare / cum dominus dicat / Illis
fudistis libamina et illis imposuistis
sacrificia / super hec non indignabor dicit
dominus / Et alio loco / Sacrificans diis eradi
cabitur nisi domino soli / Item denuo dominus
vel eradicabitur nisi domino soli loquatur et
dicat / Adorauerunt eos quos fecerunt
digiti eorum / Et curuatus homo et hu
miliatus est vir et non laxabo illis / In a
pocalipsi quoque legimus iram domini com
minantis et dicentis / Siquis adorat CCXXI
bestiam et imaginem et accipit nota
men in fronte sua et in manu bibet de
vino ire dei mixto poculo ire eius et pu
nietur igne et sulphure sub oculis sanctorum
angelorum et sub oculis agni / Et fumus de
tormento eorum in secula seculorum ascendet / nec
habebunt requiem die et nocte qui ado
rant bestiam et imaginem eius / Cum er
go hec tormenta hec supplicia in die iudi
cii dominus comminetur his qui diabolo obtem
perant et ydola sacrificant / quomodo se
putat diabolo posse agere / pro dei sacer
dote qui obtemperauit et seruiuit diabo
li sacerdotibus / aut quomodo putat manum
suam transferri posse ad sacrificium et preces
domini que capta fuerit sacrilegio et crimine
Quando in scripturis diuinis deus ad
sacrificium prohibeat accedere sacerdotes e
tiam in leuiore crimine constitutos et in
leuitico dicat / Homo in quo fuit vicium

et macula non accedat offerre dona deo
Item in exodo. Et sacerdotes qui accedunt
ad dominum sanctificentur ne forte derelinquat
illos dominus. et iterum. Et qui accedunt ministra
re sancti, non adducant in se delictum, ne
moriantur. Qui ergo gravia delicta in
se adduxerunt idem qui ydolis sacrifi
cando sacrilega sacrificia fecerunt, sa
cerdotium dei sibi vendicare non possunt
nec ullam in conspectu eius precem
pro fratribus facere, quando in evange
lio scriptum sit deus peccatorem non audit. Sed si quis
deum coluerit et voluntatem eius fecerit
illum audit. Quamvis sit quorumdam pec
catores tenebrarum ingruentium profun
da caligo cecavit, ut de preceptis salubri
bus nichil lucis admittant, semel a recto
limite veri itineris aversi, per preceps et
abruptum criminum suorum nocte atque erro
re rapiantur. Nec mirum, si illi qui consi
lia nostra, ut dominum negaverunt, stipes et obla
tiones lucra desiderant. Quibus prius
insaciabiles incubabant, et cenis atque
epulis eciam nunc inhiant. Et quorum
crapula nuper superstite in dies crudi
tate ructabant, nunc manifestissime
comprobantes, nec ante se religioni
sed ventri potius et questui prophana
cupiditate servisse. Unde et ipsam ve
nisse perspicimus et credimus de dei explo
ratione censuram, ne aput altare co
sistere et contractare ultius perseverarent
rent, pudorem incesti, fidem perfidi, re
ligionem prophani, divina terreni, sancta sa
crilegi. Quod ne tales ad altare in pla
mente et contagio fratrum denuo redeant,
omnibus viribus excubandum est, omni
vigore nitendum ut quantum possimus,
ab hac eos sui sceleris audacia retun
damus, ne adhuc agere pro sacerdote
conentur, qui ad mortis extrema adiecti,
ultra lapsos laicos, ruine maioris pon
de profuerunt. Si vero apud insanos furor
insanabilis perseveraverit, et recedente
spiritu sancto, que cepit cecitas in sua noc
te permanserit consilium nobis erit singulos
fratres ab eorum fallacia separare. Et ne quis
in laqueos erroris incurrat ab eorum con
tagione secernere. Quando oblacio illic
sanctificari non possit, ubi spiritus sanctus non sit, nec
cuiquam dominus per eius oraciones et preces
prosit, qui dominum ipse violavit. Quod si
fortunacianus aut immemor criminis
sui, per diaboli cecitatem, aut minister
et servus diaboli factus, ad decipiendam
fraternitatem hoc suo furore permanserit,
vos quantum potestis, elaborate et
in hac caligine diaboli sementis fratrum
mentes ab errore revocate, ne aliene
demencie fraude consenciant, ne de

CCxxij peccatorum delictis participes fiant. Sed
teneant integritatis conservate a se
et custodite perpetuum vigorem. Lapsi vero
magnitudinem delicti sui cognoscen
tes, deprecando dominum non recedant, nec
ecclesiam catholicam que una et sola est
a domino constituta derelinquant. Sed satis
factionibus immorantes, et domini misericordiam
deprecantes, et ad ecclesiam pulsent ut
recipi illuc possint, ubi fuit et ad eam
redeant a quo recesserunt. Nec au
diant eos qui se fallaci et mortali
seductione decipiunt. Cum scriptum sit. Ne
mo vos decipiat inanibus verbis, propter ea
venit enim ira dei super filios contumacie.
Nolite ergo esse participes eorum. Ergo co
tumaces et deum non timentes, et ab ecclesia
in totum recedentes nemo comitetur.
Quod si quis impaciens fuit, ad depre
candum dominum, qui offensus est et nobis
obtemperare noluerit, sed desperatos
et perditos secutus fuit, quo enim depre
cari in die illo dominum poterit, qui et ante
hoc christum et nunc quoque ecclesiam christi ne
gavit. Et episcopis sanis et integris et vi
ventibus, non obtemperavit. Cum iterum se et
participem morientibus fecerit. Op
to vos fratres carissimi semper bene valere

Incipit epistola ad clerum et plebem
de victore qui faustinum presbiterum tu
torem nominavit et est talis

7 Cyprianus presbiteris
et dyaconibus et plebi
furnis consistentibus Sa
lutem. Graviter commoti
sumus ego et college mei, qui presentes
aderant, et conpresbiteri nostri, qui nobis as
sidebant fratres karissimi, cum cognovissemus
quod geminius victor frater noster de seculo ex
cedens geminium faustinum presbiterum tutorem
testamento suo nominaverit, cum iam
pridem in concilio episcoporum statutum sit, ne quis
de clericis et dei ministris, tutorem vel
curatorem testamento suo constituat.
Quoniam singuli divino sacerdocio honorati
et in clericali ministerio constituti, non nisi al
tari et sacrificiis deservire, et precibus
atque oracionibus vacare debeant. Scriptum
est enim. Nemo militans deo, obligat
se molestiis secularibus, ut possit placere
ei qui se probavit. Quod cum de omni
bus dictum sit, quanto magis molesti
tiis et laqueis secularibus, obligari non
debent, qui divinis rebus et spirituali
bus occupati ab ecclesia recedere, et ad
terrenos et seculares actus vacare non
possunt. Cuius ordinacionis et religio
nis formam levite prius in lege tenu
erunt, ut cum terram dividerent, et possessiones

partirent / vnde cum fribus leuitica fribus
que et altari et ministerijs diuinis ua
cabant / nich de illa diuisionis portione
paperet / sed alijs terram colentibus illi
tm diuina colerent / et aduictum atqz ali
mentu suu / abundeciu fribus / de fructi
bus qui nascebant / decimas paperent /
Quod totum fiebat de auctoritate
et dispositione diuina / ut qui opatio
nibus diuinis insistebant / in nulla re
uocarentur nec cogitare / aut cogitare
aut agere secularia cogerent / Que nc
ratio et forma / in clero tenet / ut qui in
ecclesia dni / ad ordinacione clericalem
promouent / in nulla ministracoe diui
na auocent / ne molestijs et negocijs
secularibus alligent / Sz in honore spor
tulantiu fratrum tamquam decimas ex fructibus
accipientes / ab altari et sacrificijs no re
cedant / et die ac nocte / celestibus rebus
CCxxiii et spiritalibus seruiant / Quod epi ante
cessores nri / religiose considantes / et
salubriter prouidentes / censuerunt / ne quis
fr excedens ad tutelam uel curam cle
f ricum nominaret / At si quis hoc fecisset /
no offeretur pro eo / nec sacrificiu pro dor
micoe eius celebraretur / Neqz enim apud
altare dei / meretur nominari / in sacerdo
tum prece / qui ab altari sacerdotes et mi
nistros uoluit auocare / Et ideo uictor
cu contra forma nup in concilio a sacerdo
tibus datam / geminiu faustinu pbrm
/ ausus sit tutorem constituere / Non
est / quo pro dormicoe eius / ap uos fiat
oblacio aut depcacio aliqua noi eius
/ in ecclesia frequentet / ut sacerdotu de
cretum / religiose et necessarie factu /
seruetur a nobis / sil et ceteris fribus / detur
exemplu / ne quis sacerdotes et ministros
dei / altari eius et ecclie uacantes / ad
seculares molestias deuocet / obseruari
enim de cetero poterit / ne ultra hoc fiat
circa psonam clericorum / si quod nc fuer
it uindicatum / opto te fr karme
semper bene ualere Epla ad lucium de
exilio reuersum et est talis etc

l Cyprianus cum col
legis / lu
cio fri salutem / Et nup
quidem tibi fr karme gratulati
sumus / cu te honore ge
minato / in ecclie sue administracione /
confessorem pariter et sacerdotem
/ constituit diuina dignatio / Sz et
nunc non minus tibi et comitibus tuis /
atqz vniuerse fraternitati / gratulamur / q cum
eadem gla / et laudibus uris / reduces
uos denuo / ad suos fecit benigna dni
et larga protectio / ut pseudo / gregi pas
tor / et gubernande naui gubernator et
et plebi regende rector / redderetur / et ap
pareret relegacionem uram sic diuinitus
ee dispositam / n ut epus relegatus et
pulsus / ecclie deesset / sed ut ad ecclesiam
maior rediret / Neqz enim in tribus pueris
minor fuit martirij dignitas / quia
martio frustrati / de camino ignis in
columes exierunt / aut no consumatus da
niel extitit / in suis laudibus / quia qui
leonibus missus fuerat ad pdam pro
tectus a dno uixit ad glam / In confes
soribus / xpi / dilata martiria / no minu
confessionis minuunt / sed magnalia
diuine protectionis ostendunt / Re
presentatum uidemus in uobis / q aput re
gem fortes atqz illustres pueri pdicta
uerunt / Ipsos quidem paratos ee ar
dere flammis medijs / eius ne seruiret /
aut imagine qua fecerat adorarent /
/ dni tamen que colebant / quecqz et nos
colimus / potentem esse / ut eos de cami
no ignis eximeret / et de regis manibus
ac de penis presentibus liberaret / Quod
inuenimus in confessionis ure fide / et
in dni circa uos protectione / nc gestum
ut cum uos pati fuitis et prompti / om
ne subire suppliciu / dns tamen uos pene
subtrahet et ecclie reseruaret / Regre
dientibus uobis bremata no est in epo
confessionis sue dignitas / sed magis
creuit sacerdotalis auctoritas / ut altari
dei assistat antistes / Qui ad confessio
nis arma suscienda / et faciendam martiria
n verbis plebem sed factis cohortetur /
Et imminente antixpo / pararet ad prelium
milites / no solo sermonis et uocis inci
tamento / sed fidei et uirtutis exemplo
Intelligimus fr karme / et tota cordis lu
ce pspicimus / diuine maiestatis salu
taria et sca consilia / unde illic repe
tina psecucio nup horta sit / unde con
ecclesiam xpi / et epm btm martirem
cornelium / nosqz / omnis secularis ptas
subito prupperit / ut ad confundendos
hereticos et retundendos / ostenderet CCxxiiii
dns / que eet ecclia / quis epus eius
vnus / diuina ordinacione delectus / qui
cu epis et pbris sacerdotali honore co
niunctus / quis adunatus et uerus xpi
ppls / dominici gregis caritate conexus
qui eent / quos inimicus lacesseret /
contra quos diabolus eet / ut suis p cet m
neqz n psequitur et impugnat xpi
aduersarius / n castra et milites xpi
/ hereticos prostratos et suos factos con
tempnit / et preterit eos / querit deice
quos uidet stare / atqz vtina nc facultas
daretur fr karme / ut in esse illic uobis
regredientibus possemus / qui uos
mutua caritate diligimus / ut aduect

vestri letissimum fratrum / presente cum ceteris episcopis que
carperemus / que illic exultatio omnium fratrum
/ qui concursus atque complexus osculorum
singulorum / vix oculis adherencium potest sa
tisfieri / vix vultus ipsi atque oculi plebis
possunt videndo saciari de adventus
vestri gaudio / Cognoscite illic fraternitas cepit /
qualis et quanta sit secutura / xº venientes
leticia / aut quia cito appropinquant adventus
magis iam quedam processit in vobis / ut
quomodo iohannes precursor eius / et preuius / ve
nientis predicavit christum venisse / sic nec episcopo
consentiente domini et sacerdote redeunte ap
pareat / dominum iam redire. / Vicarias vero
pro nobis ego et collegae et fraternitas om
nis has ad vos litteras mittimus / fratres karissime
representantes vobis per epistolam gaudium nostrum
fida obsequia caritatis expromimus / hic
quoque in sacrificiis atque in orationibus
nostris / non cessantes deo patri et christo filio eius
domino nostro gratias agere / et orare pariter ac
petere / ut qui perfectus est atque perficiens
/ custodiat et perficiat in vobis confessionis
vestre gloriosam coronam / qui et ad hoc vos
fortasse revocavit / ne gloria esset occul
ta / si foris essent confessionis vestre consu
mata martiria / nam victima que fraterni
tati prebet exemplum / et virtutis et
fidei presentibus debet fratribus immolari Op
tamus te frater karissime semper bene valere

Incipit ad maximum et nicostratum

Cyprianus max
imo et nicostrato et ceteris
confessoribus salutem Cum
frequenter karissimi cognove
ritis ex litteris meis / quem et confessi
onis vestre honorem / et fraternitati connexe
dilectionem / meo simone huault / cre
datis queso et adquiescatis litteris
meis / quibus vos et actui ac laudibus
vestris / et scribo et simpliciter et fideliter con
sulo / gravat enim me atque constringit / into
lerabilis perculsi et pene prostrati pec
toris mesticia perstringit / cum vos illic co
perissem contra dispositionem / contra evan
gelicam legem contra institucionis catho
lice unitatem / alium episcopum fieri ecclesiam al
teram institui / et membra discerpi / domini
gregis animum / et corpus discissa emula
tione lacerari / quod queso ut in vobis
saltem illicitum istud fraternitatis nostre dis
cidium non perseveret / sed confessionis vestre
et divine tradicionis memores / ad matrem
revertamini / unde prodistis / unde ad con
fessionis gloriam / cum eiusdem matris exul
tacione venistis / nec putetis sic vos e
vangelium christi asserere / dum vos metipsos
ab christi grege et ab eius pace concordie
separatis / cum magis militibus gloriosis

et bonis congregat intra domesticam castra
consistere et intus positos / eaque in
commune tractanda sunt agere ac provi
dere / Nam cum unanimitas et concor
CCxxv dia nostra scindi omnino non debeat quia
nos ecclesia derelicta foras exire / et ad
vos venire non possumus / ut vos ma
gis ad ecclesiam matrem / et ad nostram fra
ternitatem revertamini / quibus possumus hor
tamentis petimus et rogamus Opta
mus vos fratres karissimi semper bene valere et cetera

Incipit ad florentium pupianum et cetera

Cyprianus qui et tasci
us floren
tio et pupiano fratri salutem
Ego te frater credideram tan
dem ad penitentiam conversum / quod in
preteritum tam infanda / tam turpia
tam etiam gentilibus execranda / aut
audisses de nobis temere / aut credi
disses / Porro autem nunc in litteris tu
is animadverto / eundem adhuc
te esse qui prius fueras / eadem te de
nobis credere / et in eo quod credideris
perseverare / Et ne forte claritatis et
martirii tui dignitas / nostra communione
occultetur / in mores nostros diligenter
inquirere / et post deum iudicem / qui sacer
dotes facit / te velle non dicam de me
/ quantus enim ego sum / sed de dei et christi
iudicio iudicare / hoc est in deum non cre
dere / hoc est rebellem adversus christum / et
adversus evangelium eius existere / ut
cum ille dicat / nonne duo passeres / as
se veneunt / et neuter eorum cadit in ter
ram sine patris voluntate / Et probet
maiestas et veritas / sine conscientia
eius in ecclesia ordinari / Nam credere
quod indigni et incesti sint / qui ordinantur
quid aliud est quam credere quod non
a deo nec per deum sacerdotes eius in ecclesia
constituantur / An putas maius esse
de me / meum / quam dei testimonium
cum dominus ipse doceat et dicat / testimonium meum
non est verum / si quis ipse de se testis ex
istat / eo quod unusquisque utique sibi faveat
nec contra se aliquis / infesta et adversa
depromat / Fides illic sincera sit / verita
tis in predicationibus nostris / alius sit predi
cator / ac testis / Si testimonium meum non
est verum / alius est enim qui testis est de me /
Quod si ipse dominus / omnia postmodum
iudicaturus / noluit de testimonio suo
sibi credi / sed maluit de iudicio ac tes
timonio dei patris non probantur / tamen sed e
tiam glorientur / Prevaluit autem apud
te / contra divinam sententiam / contra sci
entiam mentem fidei sue viribus in eam
minencium et malignorum commentum / quasi
apud lapsos et profanos / et extra

patris probari / quanto magis servos eius observare
oportet / qui predicatio ac testimonio dei non 28

ecctiam positos / de quorum pectoribus ex
cesserit spiritus sanctus / esse aliud possit / nisi mens
praua / et fallax lingua / et odia uene
nata / et sacrilega mendacia / quibus qui
credit cum illis necesse est inueniatur
cum iudicii dies uenerit / quod uero dixisti
/ sacerdotes humiles esse debere / quia et
dominus et apostoli eius humiles fuerunt /
humilitatem meam / et fratres omnes et gen
tiles quoque optime norunt / et diligunt /
et tu quoque noueras / et diligebas / cum
adhuc in ecclesia esses / et mecum communi
cares / Quis autem nostrum longe est ab
humilitate / utrum ne ego / qui cotidie fra
tribus seruio / et uenientes ad ecclesiam
singulos benigne et cum uoto et gau
dio suscipio / an tu / qui te episcoporum et episcopi et
iudicem iudicis ad tempus a deo dati
constituisti / Cum dominus deus in deutro
nomio dicat / et homo quicumque fecit
in superbia ut non exaudiat sacerdotem
aut iudicem / quicumque fuit in diebus illis
morietur homo ille / et omnis populus cum
audierit timebit / et non agent impie
etiam nunc / Et item ad samuelem loquitur et dicat /
/ non te spreuerunt sed me spreuerunt / et ad hoc
CCXXVI dominus in euangelio cum ei diceretur / sic respondes
pontifici / custodiens et docens sacerdo
talem honorem / seruari oportere / contra
pontificem nichil dixerit / sed innocenti
am suam tantummodo purgans / respondebit di
cens / si male locutus sum exprobra de
malo / si autem bene quid me cedis / Item
beatus apostolus / cum ei diceretur / sic insilis in sa
cerdotem maledicendo / nichil contumeliose
locutus aduersus sacerdotem / qui et potuit
se constanter erigere aduersus eos qui
dominum crucifixissent et qui iam deum et
Christum et templum et sacerdotem perdidis
sent / sed quamuis in falsis et spoliatis
sacerdotibus / umbram tamen ipsam inanem
sacerdotalis nominis cogitans / dixerit / nes
ciebam fratres / quia pontifex est / scriptum est
enim / principem plebis tue non maledices
nisi si sacerdos fui ante persecutionem quando me
cum communicabas / post persecutionem sacerdos esse
desii / Persecutio enim ueniens / te ad
summam martirii sublimitatem prouexit /
me autem proscriptionis honore depressit / cum
publice legeretur / si quis tenet possidet
de bonis cypriani ceciliy episcopi christianorum
ut et qui non credebat deo / episcopum constitue
ti / uel diabolo credent / episcopum proscribenti /
Nec hec iactando / sed dolens profero / cum te iu
dicem dei constituas / et Christo qui dicit
ad apostolos / ac per hoc ad omnes prepositos qui
apostolis uicaria ordinatione succedunt / Qui
audit uos me audit / et eum qui me mi
sit / et qui reicit uos / me reicit
et eum qui me misit / Inde enim sci

smata et hereses / ab orte sunt et oriuntur /
dum episcopus qui unus est et ecclesie preest / superba
quorundam presumptione contempnitur /
et homo dignatione dei honoratus / in
dignus hominibus iudicatur / Quis est hic
enim / superbie timor / que arrogantia animi
que mentis inflatio / ad cognitionem suam pre
positos et sacerdotes uocare / ac nisi apud
te purgati fuerimus / et sententia tua absolu
ti / ecce iam sex annis / nec fraternitas habuit
episcopum / nec plebs prepositum nec grex pasto
rem / nec ecclesia gubernatorem / nec Christus
antistitem / nec deus sacerdotem / subue
niat puppianus et sententiam dicat / et
iudicium dei et Christi in acceptum referat / ne tan
tus fidelium numerus / qui sub nobis ar
cessitus est / sine spe salutis et pacis ex
isse iudicetur / ne nouus credentium populus
nullam per nos consecutus esse baptis
mi et spiritus sancti gratiam iudicetur / ne tot
lapsis et penitentibus pax data / et com
municatio nostra examinatione concessa
iudicii tui auctoritate resoluatur / annue
aliquando et dignare / pronunciare de nobis
et episcopatum nostrum cognitionis tue auc
toritate firmare / ut deus et Christus eius
agere tibi gratias possint / quod per te sit antis
tes et rector altari eorum pariter et plebi restitutus
et plebi / Apes habent regem / et ducem
pecudes / et fidem seruant latrones / man
cipia obsequio pleno humilitatis obtem
perant / Quanto simpliciores et meliores
uobis sunt / brute pecudes / et muti ani
malia / et currenti at florentes inter gla
dios / atque inter arma predones / prepositus
illic agnoscitur et timetur / quem non sententia di
uina constituit / sed in quem factio perdita
et nocens caterua consentit / dixisti sa
ne scrupulum tibi esse tollendum de animo
in quem incidisti / sed tua crudelitate et
uoluntate sacrilega / dum inresta / dum
impia / dum nephanda / contra fratrem contra
sacerdotem / fatale audis / libenter credis /
aliena mendatia quasi propria et seruata de
fendis / nec recordaris scriptum esse sepi
aures tuas spinis et noli audire / lin
guam nequam / et item malus obaudit lin
gue iniquorum / iustus autem non intendit
labiis mendacibus / Quare in hunc scru
pulum non inciderunt / martires / spiritu sancto
pleni / et ad conspectum dei et Christi eius pas
sione iam proximi / qui ad cyprianum episcopum
litteras de carcere direxerunt / sacerdotem dei
agnoscentes / et contestantes ei / Quare
in hunc scrupulum non inciderunt tot episcopi col
lege mei / qui uel cum de medio recederent
proscripti sunt / uel apprehensi in carcerem
et in catenis fuerunt / aut qui in exilium
relegati / illustri itinere ad dominum pro
fecti sunt / aut quibusdam locis animaduersi CCXXVII

celestes coronas de dni clarificacione suscepit/ In hunc scrupulum/ non inciderit
de plebe ipa nra/ que aput nos est/ et
nobis de di dignacione commissa est/
tot confessores/ questionati contorti et
insigniu vulnerum et cicatricum memoria glo
riosi/ tot virgines integre/ tot laudabi
les vidue/ ecclesie denique vniuerse/ per totum
mundum nobiscum vnitatis vinculo copula
te/ si omnes isti communicantes mecum sciendique
sunt/ suscipisti polluto nro ore polluti sunt
et spem vite eterne communicacionis nre
contagione perdiderunt/ Puppianus solus
integer/ inviolatus/ pudicus sanctus/ qui no
bis miscere se noluit/ in paradiso atque
in regno celorum solus habitabit/ Scripsis
ti quoque quod ecclesie populus et collectus sit et
adunatus/ et in individua concordia sibi
iunctus/ soli illi foris remanserunt qui et
si intus essent/ eiciendi fuerant/ nec pa
ciatur dns populi sui protector et tutor
triticum de area sua diripi/ sed sole possint
palee de ecclesia separari/ Quando et a
plus dicat/ quid enim si exciderunt a fide
infidelitas eorum/ fidem dei evacuavit
absit/ Est enim deus verax/ omnis autem
homo mendax/ Et dns quoque in ewan
gelio/ tunc cum loquente discipuli dereli
quent/ conversus/ xij dixit/ numquid et uos
vultis ire/ Respondit ei petrus dicens
dne ad quem ibimus/ verbum vite eterne habes
et nos credimus et cognovimus/ quia tu es
xpus filius dei vivi/ Loquitur illic petrus
super quem edificata fuerat ecclesia/ ecclesie
nomine docens et ostendens/ quia et
si contumax et superba audire nolencium
multitudo discedat/ ecclesia tamen a xpo
non recedat/ Et illi sunt ecclesie plebs sac
doti adunata/ et pastori suo grex adhe
rens/ Unde scire debes episcopum in ecclesia
esse et ecclesiam in episcopo/ et si qui cum episcopo non
sunt/ in ecclesia non esse/ et frustra sibi blan
diri eos/ qui pacem cum sacerdotibus dei
non habentes/ obrepunt/ et latenter aput quos
dam communicare se credunt/ quando ecclesia
que catholica una est/ scissa non sit/ neque
divisa/ sed sit conexa et coherencium sibi in
vicem sacerdotum glutino copulata/ Quam
obrem frater/ si maiestatem dei qui sacerdo
tes ordinat recogitaveris/ si xpm qui ar
bitrio et nutu omnia presencia et prepositos et
ecclesiam cum prepositis gubernat/ aliquando
respexeris/ si innocencia sacerdotum non
humano odio/ sed divino iudicio credideris
si temeritatis et superbie atque insolencie
tue/ agere/ vel sero penitenciam ceperis
si dno et xpo eius/ quibus servio et quibus
puro atque inmaculato ore sacrificia et
in persecucione pariter et in pace indesine
ter offero/ plenissime satisfeceris commu

tue potuimus habere racionem/ manente
tamen apud nos divine censure respectu
et metu/ et prius dnm meum consulam
an te pacem dari/ et te ad communica
tionem ecclesie sue admitti/ sua osten
sione et admonicione permittat/ Memi
ni enim quid iam mihi sit ostensum/ immo
quod sit preceptum obsequenti et timenti de domi
ta et divina auctoritate preceptum/ qui
inter cetera que ostendere et revelare dig
natus est et hoc addidit/ Itaque qui in
xpo non credit/ sacerdotem facienti/ pos
tea credere incipiet sacerdotem vindi
canti/ Quamquam sciam omnia ridicula
somnia/ et visiones ineptas/ quibus
dam videri/ sed utique illis qui malunt
contra sacerdotes ecclesie quam sacerdoti/ Sed
nichil mirum/ quando ioseph fratres sui dixerunt
ecce somniator ille venit/ nunc ergo ve
nite occidamus illum/ et somniator postmodum
ea quod somniaverat/ consecutus sit/ et
occisores ac venditores confusi sint/
et qui verbis prius non crediderant/ factis
postmodum crederent/ De his autem
que tu egisti/ vel in persecucione vel in pace
stultum est uel me iudicare/ quando tu me
gis iudicem te mihi constitueris/ et pani
tui mei pura consciencia/ et dni di mei
fiducia rescripsi/ Habes tu litteras meas et
ego tuas/ in die iudicii/ ante tribunal
xpi utraque recitabuntur/ Epistola ad maximum
et urbanum et sidonium et macarium

Cyprianus maximo
presbytero item
urbano et sidonio et ma
cario fratribus/ salutem/ lectis
litteris vris fratres karissimi/ quas ad me de
vra regressione fecistis/ in tantum me le
tatum esse confiteor/ in quantum fueram
et ante letatus/ quando confessionis vre
gloriam comperi/ et militie vre celeste
ac spiritalem laudem gratulabundus
excepi/ Nam et hec fidei et laudis vre
non alia confessio est/ unam esse ecclesiam
confiteri/ nec alicuius erroris vel pravitatis
participem fieri/ repetere ea
dem castra/ unde prodistis/ unde adre
grediendum prelium/ et adversarium subigen
dum/ fortissimis viribus profilistis/ Illuc ei
erant/ de acie trophea referenda/ unde
ad aciem fuerant arma suscepta/ ne
quos ad gloriam xpus parasset/ eosdem
gloriosos xpi ecclesia non haberet/ Nunc vero
et vos congruentem fidei vre tenorem
atque individue caritatis et concordie
legem dominicam/ pacem tenuistis et
exemplum ceteris dilectionis/ vro itinere
fecistis/ ut ecclesie veritas et evangelii
ac sacramenti unitas/ que a nobis tenebatur
ne confessores xpi erroris duces fierent/

qui virtutis et honoris auctores lau
dabiles extitissent / videant quanti vob
cum gratulentur / vel quantum aput se
ipsos singuli glorientur / ego me et cong
tulari satis vobis / et plus ceteris gau
in hac vestra pacifica regressione et ca
ritate confiteor / Simpliciter enim quid i
me defuit debetis audire / Dolebam
vehementer et graviter angebar quod his
communicare non possem / quos semel dili
gere cepissem / postea quam vos de car
cere prodentes scismaticus et hereticus
CCXXIX error recepit / sic res erat velut gloria
vestra ... remansisset / Illic enim rese
disse vestri nominis dignitas videbatur /
quando milites Christi non ad ecclesiam de carcere /
redirent / in quem prius cum ecclesie laude
et gratulacione venissent / Nam si vi
dentur in ecclesia esse zizania non tamen
impediri debet aut fides aut caritas
nostra / ut quoniam zizania esse in ecclesia semper
cernimus / ipsi de ecclesia recedamus / nobis
tantummodo laborandum est / ut frumen
tum esse possimus / ut cum ceperit frumentum dominicis horreis condi / fructum pro ope
re nostro et labore capiamus / apostolus in epistola
sua dicit / In domo autem magna non solum
vasa sunt aurea / et argentea / sed et lig
nea et quedam quidem honorata / que
dam vero inhonorata / Nos operam demus
et quantum possumus laboremus / ut
vas aureum vel argenteum simus / Cete
rum fictilia vasa confringere domino
soli concessum est cui et virga ferrea data est / esse non potest maior domino suo servus / nec quisquam sibi quod soli fi
lio pater tribuit / vendicare / ut se putet
aut ad aream ventilandam aut pur
gandam palam / ferre posse / aut a
frumento universa zizania humano iudicio
segregare / superba est ista obstinatio / et
sacrilega presumpcio / quam sibi furor
pravus assumit / et dum dominium sibi semper
quidam / plusquam mitis iusticia deposs
cit / assumunt / de ecclesia pereunt / et dum
se insolenter extollunt ipso suo tumore
virtutis sui ambitum / ... ceca/ti et lumen veritatis amittunt / Propter quod et nos temperamentum tenentes et libram domini contemplantes / et
dei patris pietatem / ac misericordiam cogitantes
diu multumque tractatu inter nos habito
iusta moderacione agenda libravimus
que penitus omnia potestis inspicere
lectis libellis / quos hic nuper legeram
et ad vos quoque legendos / promptum di
lectione transmiseram / ubi lapsis nec
censura deest / que increpet / nec medicina
que sanet / Sed et catholice ecclesie uni
tatem quantum potuit expressit / nostra me
diocritas / quem libellum / magis ac magis
nunc vobis placere confido / quando eum iam
sic legitis ut probetis et ametis / siqui
dem quod nos verbis conscripsimus vos fac
tis impletis quando ad ecclesiam caritatis
ac pacis unitate remeastis / Opto vos

fratres karissimi semper bene valere Incipit ad
magnum de novaciano rescriptum libris

Cyprianus mag
no filio salutem / pro tua religi
osa diligencia / consuluisti
me / an inter ceteros hereticos
eos quoque / qui a novaciano veniant /
post profanum eius lavacrum / baptizari et
sanctificari in ecclesia catholica legittimo
et vero et unico ecclesie baptismo opor
teat / De qua re quantum fidei capacitas
et scripturarum divinarum sanctitas / suggerit
dicimus / omnes omnino hereticos et scisma
ticos nichil habere potestatis ac iuris / propter quod
novatianus / nec debet nec potest / quo
minus ipse quoque extra ecclesiam consis
tens / et contra pacem ac dilectionem Christi fa
ciens / et inter adversarios et antichristos com
putetur / Neque enim dominus noster ihesus christus cum
ewangelio suo testaretur / adversarios
suos esse / eos qui secum non essent et se
cum non colligentes / gregem suum spar
gerent / adversarios esse contendit / genus aliquam spetialiter heresis designans / sed omnes omnino eos qui secum non essent et secum non colligentes / gregem suum spargerent adversarios esse contendit
CCXXX
que non est mecum / adversum me est / et qui
non mecum colligit spargit / Item beatus
apostolus iohannes / nec ipse ullam heresim aut
scisma discrevit / aut aliquos specialiter
separes posuit / sed universos qui de ec
clesia exissent / quique contra ecclesiam fa
cerent / antichristos appellavit dicens
Audistis quia antichristus venit / nunc autem
antichristi multi facti sunt / unde cognoscimus
quia novissima hora est / ex nobis exie
runt sed non fuerunt ex nobis / si enim fu
issent ex nobis / mansissent nobiscum
Unde apparet adversarios domini et anti
christos esse / quos constat a caritate atque
ab unitate ecclesie catholice / recessisse
Adhuc quoque in ewangelio suo dominus
in ewangelio suo ponit et dicit / si vero et
ecclesiam contempserit / sit tibi tamquam
ethnicus et publicanus / Si autem qui
ecclesiam contempnunt / ethnici et publi
cani habentur / multo magis utique rebel
les et hostes / falsa altaria et illicita
sacerdocia et sacrificia sacrilega / et nomina
adulterata fingentes / inter ethnicos
et publicanos necesse est computentur / quando mi
nora peccantes / et tantum ecclesie contemp
tores / ethnici et publicani / sentencia domini iu
dicentur / Quod autem ecclesia una sit / de
clarat in cantico canticorum spiritus sanctus ex
persona Christi dicens / una est columba mea
perfecta mea / una est matris sue elec
ta genitricis sue / De qua item denuo
dicit / Ortus conclusus / soror mea sponsa
fons signatus / puteus aque vive
Si autem ortus conclusus est / sponsa Christi
que est ecclesia / patere clausa alienis /

et prophanis non potest. et si fons signatus est
neque bibere inde neque consignari potest cui
foris posito accessus ad fontem non est.
puteus quoque aque viue si vnus est idem
qui intus est. viuificari et sanctificari
foris positus ex illa aqua non potest. ex qua
solis eis qui intus sunt vsus omnis et
potus concessus est. Quod et petrus os
tendens vnam ecclesiam esse. et solos eos
qui in ecclesia baptizari posse posuit et
dixit in archa noe pauci id est octo anime
hominum salue facte sunt per aquam. quod et vos
similiter saluos faciet baptisma. Probans
et contestans vnam archam noe typo fu
isse vnius ecclesie. si potuit tunc in illo ex
purgati et purificati mundi baptismo
saluus per aquam fieri qui in archa noe non
fuit. potest et nunc viuificari per baptis
ma qui in ecclesia non est. cui soli baptisma
concessum est. Sed et paulus apostolus hoc
idem adhuc apercius et clarius manifes
tans ad ephesios et dicit. xpistus dilexit
ecclesiam et seipsum tradidit pro ea. ut eam
sanctificaret purgans eam lauacro aque.
Quod si vna est ecclesia que a xpisto diligitur
et lauacro eius sola purgatur quomodo
qui in ecclesia non est aut diligi a xpisto et
ablui et purgari lauacro eius potest.
Propter quod cum a sola ecclesia habeat aquam
vitalem et baptizandi atque abluendi
hominis potestatem qui dicit apud nouaci
anum baptizari et sanctificari aliquem
posse prius ostendat et doceat nouaci
anum in ecclesia esse aut ecclesie presidere. Ecclesia
enim vna est que vna est et intus esse
et foris non potest. Si enim apud nouacianum
est apud cornelium non fuit. si enim apud
cornelium fuit qui fabiano episcopo legitima
ordinacione successit et quem preter sacer
docii honorem martirio quoque dominus
CCxxxi glorificauit. nouacianus in ecclesia non
est nec episcopus computari potest qui euangeli
ca et apostolica tradicione contempta ne
mini succedens a seipso ortus est. habere
namque aut tenere ecclesiam nullo modo potest
qui ordinatus in ecclesia non est. foris enim
non esse ecclesiam nec scindi aduersum se aut
diuidi posse sed inseparabilis atque indiui
due domus vnitatem tenere manifes
tat scriptura diuine fidei cum de sacramento
pasce et agni qui agnus xpistum designa
bat in domo vna commedetur in exitus
de domo carnem foras. Quod item cir
ca raab que ipsa quoque typum portabat
ecclesie expressum uidemus cui mandatur
et dicitur. patrem tuum et matrem tuam et fratres
tuos et totam cognationem tuam congrega
mihi domum tuam congregata et omnis qui
exierit hostium domus tue foras reus si
bi erit. Quo sacramento declaratur in
vnam domum solam id est in ecclesiam
victuros et a bmitti mundi eruasuros colli
gi oportere. quisquis autem de collectis fo
ras exierit id est quamuis in ecclesia gratiam con
secutus recesserit et ab ecclesia exierit
reum futurum id est ipsum sibi quod peccat
imputaturum. quod apostolus explanat do
cens et precipiens hereticum vitandum
esse ut peruersum et peccatorem et a semetipso
dampnatum. hic est enim qui reus sibi est
non ab episcopo eiectus sed sponte de ecclesia
profugus heretica presumpcione a semetipso
dampnatus. et ideo dominus insinuans nobis
vnitatem de diuina auctoritate uenien
tem et dicit. Si autem grex vnus est quomodo
potest gregi adnumerari qui in numero gregis non
nunc est. aut pastor haberi quomodo potest
qui manente vero pastore et in ecclesia
dei ordinacione succidanea presidente ne
mini succedens et a seipso incipiens
alienus fit et prophanus. domince pacis
ac diuine vnitatis inimicus non habitans
in domo dei id est in ecclesia dei in qua non
nisi concordes atque vnanimes habitant
loquente psalmis spiritu sancto et dicente
deus qui inhabitare facit vnanimes
in domo. Denique vnanimitatem xpistianam
firma sibi atque inseparabili caritate con
nexam etiam ipsa dominica sacrificia
declarant. Nam quando dominus corpus suum
panem uocat de multorum granorum adu
nacione congestum populum nostrum quem
portabat indicat adunatum. et quando
sanguinem suum vinum appellat de bo
tris atque acinis pluribus expressum atque
in vnum coactum gregem item nostrum sig
nificat commixtione adunate multi
tudinis copulatum. si nouacianus
huic pani dominico adunatus est si xpisti po
culo et ipse commixtus est. potuit uideri
et vnius ecclesiastici baptismi habere
gratiam posse. si eum constiterit ecclesie vni
tatem tenere. Denique quam sit inse
parabile vnitatis sacramentum et quam si
ne spe sint et perdicione sibi maxima
indignacione dei adquirant qui
scisma faciunt. et relicto episcopo alium sibi
foris pseudo episcopum constituunt. declarat
in libris regnorum scriptura diuina. ubi
a tribu iuda et beniamin decem tribus
scisse sunt. et relicto rege suo alium
sibi foris constituunt. et indignatus
est inquit dominus in omni semine israel. et
commouit eos in direpcionem donec abi
geret eos facie sua. quia dissipatus
est israel a domo dauid et constituerunt
sibi regem ieroboam filium nabat.
Indignatum esse dominum dixit et eos in
perdicionem dedisse. quod ab vnitate dissi
pati essent atque alium sibi regem con

CCXXXII scidissent/ Et tanta indignacio dei ex
titit/ adversus illos/ qui scisma fecerant/
ut eciam cum homo dei ad ieroboam
missus esset/ qui ei peccata sua exprobraret/
atque ulcionem futuram prediceret/ panem
quoque apud illos edere/ et aquam bibe
re/ vetaretur/ quod cum non custodisset/ et
contra preceptum dei/ prandisset/ statim
divine censure maiestate percussus est/
ut in regrediens/ impetu ac morsu
leonis/ in itinere necaretur/ et audet
quisquam dicere/ aquam baptismi sa
lutarem/ et graciam celestem/ commune
cum scismaticis esse posse/ cum quibus nec
terrestris/ nec secularis potus/ debet esse
communis/ Satiat adhuc evangelio suo
dominus et maiorem intelligencie lucem ma
nifestat/ quod hii qui tunc se a tribu iu
da et beniamin sciderant/ et ihe
rosolimis derelictis/ samariam secesse
rant/ inter prophanos et gentiles com
putarentur/ Nam cum primum discipulos
suos in ministerium salutis mitteret/ man
davit et dixit/ in viam nacionum/ nec
abitis et in civitatem samaritanorum
ne introitis/ Ad iudeos prius mittens/
gentiles adhuc preteriri iubet dei/ ad
dendo et civitatem samaritanorum/
debere omitti/ ubi erant scismatici/ os
tendit scismaticos/ gentilibus ade
6 quari/ Quod si aliquis illud oppo
nit/ ut dicat eandem novacianum
legem tenere/ quam catholica ecclesia
teneat/ eodem symbolo quo et nos
baptizare/ eundem nosse deum patrem
eundem filium christum/ eundem spiritum sanctum/ ac
per hoc usurpare cum potestatem baptiza
di posse/ quod videatur in interrogacione
baptismi/ a nobis non discrepare/ sciat
quisquis/ hoc opponendum putat primum
non esse unam nobis et scismaticis sim
boli legem/ neque eandem interrogacionem/
Nam cum dicunt/ credis in remissione peccatorum/
et vitam eternam/ per sanctam ecclesiam/ men
tiuntur in interrogatione/ quia non habeant
ecclesiam/ tunc deinde voce sua ipsi confitentur
remissionem peccatorum non dari/ nisi per ec
clesiam sanctam posse/ quam non habentes/ os
tendunt remitti illic peccata non posse/
Quod vero eundem/ quem et nos deum patrem/
eundem filium christum/ eundem spiritum sanctum
nosse dicuntur/ nec hoc adiuvare tales
potest/ Nam et chore et dathan et
abiron/ cum sacerdote aaron et moysen
eundem deum/ noverant pari lege et
religione viventes/ unum verum deum qui
colendus atque invocandus fuerat/ in
vocabant/ tamen/ quia loci sui ministerium
transgressi/ contra aaron sacerdotem/ qui
sacerdocium legittimum dignacione dei

atque ordinacione perceperat/ sacrificandi sibi
licenciam vindicavere/ divinitus percussi
penas statim pro illicitis conatibus pe
penderunt/ nec potuerunt rata esse et pro
ficere sacrificia/ irreligiose et illicite
contra ius divine disposicionis oblata/
Turibula quoque ipsa/ in quibus incensum
licite fuerat oblatum/ ne in usu de cetero
essent sacerdotibus/ sed pocius indignaci
onis et ulcionis divine memoriam cor
rigendis posteris exhiberent/ iussu domini
conflata atque igne purgata/ in laminas
ductiles produci et affigi iussa sunt
altari secundum quod loquitur scriptura divina/ me CCXXXIII
moriale inquit filiis israel/ ut non accedat
quisquam alienigena/ qui non est ex semine
aaron imponere incensum ante dominum
ut non sit sicut chore/ et tamen illi scisma non
fecerant/ nec foras egressi contra dei sacer
dotes impudenter atque hostiliter rebellave
rant/ quod nunc in ecclesia scindentes et contra
pacem atque unitatem christi rebelles/ cathedram
sibi constituere et primatum assumere
et baptizandi atque offerendi licenciam vin
dicare conantur/ quomodo perficere que agunt
aut impetrare aliquid/ illicitis conatibus
de deo possunt/ qui contra deum quod eis non licet
moliuntur/ Quare qui novaciano sive
ceteris eiusmodi scismaticis/ patrocinantur/
frustra contendunt/ baptizari et sanctificari
illic aliquem/ salutari baptismo posse
ubi constet baptizantem indulgenciam
non habere/ atque ut magis intelligi possit/ contra
eiusmodi audaciam que sit censura di
vina/ invenimus in tali facinore non so
lum duces et auctores/ sed et participes
penis destinari/ nisi se a communione malorum
separaverint/ precipiente per moysen domino
et dicente Separamini a tabernaculis
hominum istorum durissimorum/ et nolite tangi
ab omnibus/ que sunt eis/ ne simul pereatis
in peccato eorum/ et quod comminatus per moy
sen dominus fuerat implevit/ ut quisquis se
a chore et dathan et abiron non sepa
rasset/ penas statim pro impia communi
one persolveret/ quo exemplo ostenditur et
probatur/ obnoxios omnes et culpe et pe
ne futuros/ qui se scismaticis contra preposi
tos et sacerdotes irreligiosa temeritate
miscuerint sicut etiam per oseeam prophetam/ spiritus sanctus
contestatur/ et dicit sacrificia eorum/ tamquam
panis luctus/ omnes qui manducant ea
contaminabuntur/ Docens scilicet et osten
dens/ omnes omnino cum auctoribus sup
plicio coniungi/ qui fuerint eorum peccato con
taminati/ que ergo aput eos inita esse cara
deo possunt/ quibus supplicia divinitus
irrogantur/ Aut quomodo tales iustificare
baptizatos possunt/ qui hostes sacerdocium alie
na et illicita/ et nullo sibi iure concessa

concessa usurpare conantur. Quos tamen ipsos non miramur modo pro sua pravitate contendere asserant, necesse est singuli quique quod faciunt, nec volunt victi facile succumbere, quamvis sciant id quod faciunt non licere. Illud mirandum est, immo indignandum potius et dolendum, christianos antichristos assistere et prevaricatores fidei atque ecclesie proditores intus in ipsa ecclesia contra ecclesiam stare. Qui pertinaces alios et indocibiles vel hoc tamen confitentur, quod universi sive heretici sive scismatici non habent spiritum sanctum et ideo baptizare quidem possunt, dare autem spiritum sanctum non possunt, in hoc ipso nobis tenentur, ut ostendamus nec baptizare eos omnino posse, qui non habent spiritum sanctum. Nam cum in baptismo unicuique peccata sua remittantur, probat et declarat in evangelio suo dominus per eos solos posse peccata dimitti qui habent spiritum sanctum. Post resurrectionem enim discipulos suos mittens loquitur ad eos et dicit: Sicut misit me pater et ego mitto vos. Hoc cum dixisset insufflavit et ait illis: Accipite spiritum sanctum. Si cuius remiseritis peccata remittentur illi, si cuius tenueritis tenebuntur.

CCXXXIIII Quo in loco ostendit eum solum posse baptizare et remissionem peccatorum dare qui habeat spiritum sanctum. Denique ipsum spiritum dominum, non baptizatus Iohannes accepit, cum spiritum sanctum adhuc esset in utero matris constitutus certum. Item qui hereticis sive scismaticis patrocinantur respondeant nobis, habeant necne spiritum sanctum, an non. Si habent, cur illic baptizantes, cum ad nos veniunt, manus imponitur ad accipiendum spiritum sanctum, cum iam utique illic acceptus sit, ubi fuit dari potuit. Si autem foris cuncti heretici et scismatici non habent spiritum sanctum et ideo apud nos manus imponitur, ut hic accipiatur quod illic nec est nec dari potest, manifestum est nec remissionem peccatorum dari per eos posse, quos constet spiritum sanctum non habere. Et ideo ut secundum divinam dispositionem atque evangelii veritatem peccatorum remissionem consequi et sanctificari ac templa dei fieri possent, ecclesie baptismo baptizandi sunt omnes omnino qui ab adversariis et antichristis ad Christi ecclesiam veniunt. Incipit ad eundem secunda epistola et est talis.

Quesisti etiam fili karissime quid mihi de illis videatur, qui in infirmitate et languore gratiam dei consecuntur, an habendi sint legitimi christiani, eo quod aqua salutari non loti sint sed perfusi. Qua in parte nemini verecundia et molestia nostra prejudicat, quo minus unusquisque quod putat sentiat et quod senserit faciat. Nos quantum concipit mediocritas nostra estimamus in nullo mutilari et debilitari posse beneficia divina, nec minus aliquid illic posse contingere ubi plena et tota fide et dantis et sumentis accipitur quod de divinis muneribus hauritur. Neque enim sic in sacramento salutari delictorum contagia, ut lavacro carnali et seculari sordes cutis et corporis abluuntur, ut aphronitris et ceteris quoque adiumentis et solio et piscina opus sit quibus ablui et mundari corpusculum possit. Aliter pectus credentis abluitur, aliter mens hominis per fidei merita mundatur. In sacramentis salutaribus necessitate cogente et deo indulgentiam suam largiente totum credentibus conferunt divina compendia. Nec quemquam movere debet quod aspergi vel perfundi videntur egri, cum gratiam dominicam consecuntur, quando scriptura sancta per Ezechielem prophetam loquatur et dicat: Et aspergam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus immunditiis vestris et ab omnibus simulacris vestris emundabo vos et dabo vobis cor novum et spiritum novum in vobis. Item in Numeris: Et homo qui fuit immundus usque ad vesperam, hic purificabitur die tertio et die septimo et erit mundus. Si autem non fuerit purificatus die tertio et die septimo non erit mundus et exterminabitur anima illa de Israel, quoniam aqua aspersionis non est super eam sparsa. Et iterum dominus locutus est ad Moysen dicens: Accipe levitas de medio filiorum Israel et purificabis eos, et ita facies eis purificationem; circumspergens eos aqua purificationis. Et iterum: Aqua aspersionis purificatio est.

CCXXXV Unde apparet aspersionem quoque aque instar salutaris lavacri obtinere, et quando hec in ecclesia fiunt, ubi sit et accipientis et dantis fides integra, stare omnia et consummari ac perfici posse maiestate domini et fidei veritate. Porro quod quidam eos salutari aqua et fide legitima Christi gratiam consecutos non christianos sed clinicos vocant, non invenio unde hoc nomen assumant, nisi forte qui plura et secretiora legerunt apud Ypocratem vel Soranum clinicos istos deprehenderunt. Ego enim qui clinicum de evangelio novi, scio paralitico illi et debili per longa etatis curricula in lecto iacenti nichil infirmitatem suam obfuisse, quo minus ad firmitatem celestem plenissime perveniret, nec tantum indulgentia dominica excitandum de grabato esse, sed ipsum grabatum suum reparatis et vegetatis viribus sustulisse. Et ideo quantum fide concipere et sentire nobis datur, mea sententia hec est ut christianus iudicetur legitimus quisquis fuerit in ecclesia lege et iure fidei divinam gratiam consecutus. Aut si aliquis

Et atque manifestum baptizare non posse per eos qui non habeant spiritum sanctum

existimat eos nichil consecutos eo quod aqua
salutari tantum perfusi sunt, si manes et
vacui sunt, non decipiantur, ut si incommo
dum langworis evaserint et convaluerint,
baptizentur. Si autem baptizari non possunt
qui iam baptismo ecclesiastico sanctificati
sunt, cur in fide sua et domini indulgen
cia scandalizentur? An consecuti sunt
quidem gratiam dominicam, sed breviore mensura
muneris divini ac spiritus sancti, ut habeantur
quidem christiani, non sint tamen ceteris adequa
ti? Quin immo spiritus sanctus non de mensura
datur, sed super credentem totus infun
ditur. Nam si dies omnibus equaliter nascitur
et si sol super omnes ~~pari nam si dicit om~~
~~nibus equaliter nascitur et si sol super o~~mnes
pari et equali luce infunditur, quanto
magis Christus sol et verus dies in eccle
sia sua lumen vite eterne pari equalita
te largitur. Cuius equalitatis sacramentum
videmus in exodo esse celebratum, cum
de celo manna deflueret et futurorum prefigu
ratione alimentum panis celestis et cibum
Christi venientis ostenderet. Illic enim sine discri
mine vel sexus vel etatis gomor a singu
lis equaliter colligebatur. Unde appa
rebat Christi indulgenciam et celestem gratiam
postmodum secuturam equaliter omnibus
dividi, sine sexus varietate, sine annorum
discrimine, sine accepcione persone, super omnem
dei populum spiritualis gratie munus infundi.
Plane eadem spiritualis gratia, que equaliter
in baptismo accedentibus sumitur, in conversa
cione atque actu nostro postmodum vel mi
nuitur vel augetur, ut in evangelio dominicum
semen equaliter seminatur, sed pro varietate
terre aliud absumitur, aliud in multiforme copiam
vel tricesimi vel sexagesimi vel centesi
mi fructus exuberante cumulatur. Quid est quod
adeo equaliter distribuitur humana interpreta
cione minuatur? Quod si aliquis in illo
movetur quod quidam de his qui egri bapti
zantur spiritibus adhuc inmundis temptantur,
sciat diaboli nequiciam pertinacem
usque ad aquam salutarem valere, in bap
tismo vero omnem nequicie sue virus a
mittere. Quod exemplum cernimus in re
ge Pharaone, qui diu reluctatus et in
sua perfidia demoratus tam diu resiste
potuit et prevalere donec ad aquam veni
CCxxxvi ret; quo cum venisset, evictus est et ex
tinctus. Mare autem illud sacramentum bap
tismi fuisse declarat beatus apostolus Pau
lus dicens: Nolo enim vos ignorare fratres
quia patres nostri omnes sub nube fuerunt
et omnes mare transierunt et omnes in Moyse
baptizati sunt in nube et in mari. Et ad
didit dicens: Hec autem omnia figure nostre
fuerunt. Quod hodie etiam geritur, ut per ex
orcistas voce humana et potestate divina
flagelletur et uratur et torqueatur diabolus
et cum exire se et homines dei dimittere sepe
dicat, in eo tamen quod dixerit fallat, et id quod
per Pharaonem prius gestum est eodem men
dacio obstinacionis et fraudis exerceat.
Cum tamen ad aquam salutarem atque ad bap
tismi sanctificacionem venitur, scire debemus
et fidere quia illic diabolus opprimitur
et homo dicatus deo divina indulgencia li
beratur. Nam si scorpii et serpentes, qui
in sicco prevalent, in aquam precipitati preva
lere non possunt aut sua venena retinere, et spiritus
nequam, qui scorpii et serpentes appellantur
et tamen per nos data a domino potestate calcantur,
permanere ultra in hominis corpore in quo
baptizato et sanctificato incipit spiritus sanctus
habitare non possunt. Hoc denique et rebus
ipsis experimur, ut necessitate urguente in
egritudine baptizati et gratiam consecuti
careant inmundo spiritu quo antea mo
vebantur, et laudabiles ac probabiles
in ecclesia vivant, plusque per dies singu
los in augmentum celestis gratie per fidei incre
menta proficiant; et contra sepe nonnulli
de illis qui sani baptizantur, si postmo
dum peccare ceperint, spiritu inmundo
redeunte quaciuntur, ut manifestum sit
diabolum in baptismo fide credentis ex
cludi, si fides postmodum defecerit re
gredi. Nisi si iustum quibusdam videtur
ut illi qui extra ecclesiam apud adversarios et
antichristos prophana aqua polluuntur bap
tizati videantur; hii vero qui in ecclesia bap
tizantur minus indulgencie et gratie divi
ne consecuti esse videantur, et tantus ho
nor habeatur hereticis ut in venientes
non interrogentur utrum ne loti sint an per
fusi, utrum ne clinici an peripatetici; apud
nos autem de integra fidei veritate detra
hitur et baptismo ecclesiastico maiestas
sua et sanctitas derogatur. Rescripsi fili karissime
ad litteras tuas quantum parvitas nostra medio
critas valuit, et ostendi quid nos quantum
in nobis est sentiamus, nemini prescribentes
quo minus statuat quod putat unusquisque
prepositus, actus sui racionem domino redditurus,
secundum quod beatus apostolus in epistola sua ad
Romanos scribit et dicit: Unusquisque nostrum pro
se rationem dabit; non ergo nos invicem
iudicemus. Opto te fili karissime semper bene
valere. Incipit de Marciale et Basilide

Cyprianus, Cecilius,

Primus, Policarpus, Nicome
dis, Lucianus, Successus, Se
datus, Fortunatus, Ianuari
us, Secundinus, Pomponius, Honoratus,
Victor, Aurelius, Sattius, Petrus, alius Ia
nuarius, Saturninus, alius Aurelius,
Venantius, Quietus, Rogatianus, Te
nax, Felix, Faustus, Quintus, alius Aurelius

saturninus lucius vincencius libosus ge
minus marcellus iambus adelfius vic
CCXXXVII torinus et paulus / et felici presbitero et ple
bibus consistentibus ad legione et asturice / item alio diacono et plebi meri
te consistentibus fratribus in domino salutem
Cum in unum convenissemus / legimus
litteras vestras fratres dilectissimi / quas ad
nos per felicem et sabinum coepiscopos nostros /
pro fide vestra et integritate / pro dei timore
fecistis / significantes basiliden et mar
cialem libellis idolatrie commaculatos
et nefandorum facinorum consciencia / victos
episcopatum gerere et sacerdocium dei administrare
non oportere / et desiderastis rescribi / ad hec
vobis et iustam pariter ac necessariam solli
citudinem vestram / vel solacio vel auxilio
h nostre sententie sublevari / Sed enim desiderio huic
vestro / non tam nostra consilia / quam divi
na precepta respondent / quibus iam pridem
mandatum voce celesti / et dei lege prescribitur CCXXXVIII
quos et quales oporteat deservire / altari
et sacrificia divina celebrare / In exodo
namque ad moysen deus loquitur / et mo
net dicens / sacerdotes qui accedunt ad
dominum deum / sanctificentur / ne forte derelinquat
illos dominus / Et iterum / cum accedent ministrare
ad altare sancti / non adducent in se delictum
/ ne moriantur / Item in levitico precepit
dominus / homo in quo fuerit macula / et vi
cium / non accedet offerre / dona deo / Que
cum predicta et manifesta sint nobis / precep
tis divinis / necesse est obsequia nostra deser
viant / nec personam in huiusmodi rebus
accipi / aut aliquid cuiquam largiri potest /
humana indulgencia / ubi intercedit / et
legem prescribit divina prescriptio / Neque enim
immemores esse debemus / quod ad iudeos
per ysayam prophetam locutus sit dominus / incre
pans et indignans / quod contemptis divinis
preceptis / humanas doctrinas sequerentur
Populus iste inquit labiis suis hono
rificat me / cor vero eorum longe separa
tum est a me / sine causa autem colunt me /
et mandata et doctrinas hominum do
centes / Quod item dominus in ewangelio
repetit et dicit / Reicitis mandatum dei /
ut tradicionem vestram statuatis / Que an
te oculos habentes / sollicite ac religiose con
siderantes / in ordinacionibus sacerdotum / non
nisi immaculatos et integros antisti
tes / eligere debemus / qui sancte et digne
sacrificia deo offerentes / audiri precibus
possint / quas faciunt / pro plebis dominice / inco
lumitate cum scriptum sit / Deus peccatorem
non audit / sed qui deum coluerit / et voluntatem
eius fecerit / illum audit / Propter quod plena
diligencia / exploracione sincera / eos
oportet ad sacerdocium dei eligi / quos a
deo constet audiri / Nec sibi plebs bla

diatur / quasi immunis esse contagio delicti
possit / cum sacerdote peccatore communicans
et ad iniustum atque illicitum prepositi sui
episcopatum consensum suum accommodans /
quando per moysen prophetam comminetur et
dicat / censura divina / Sacrificia eorum tam
quam panis luctus / omnes qui mandu
cant ea contaminabuntur / docens scilicet
et ostendens / omnes omnino ad peccatum
constringi / quicumque fuerint prophani
et iniusti sacerdotis / sacrificio contami
nati / Quod item in numeris manifes
tari invenimus / quando core et dathan et
abiron / contra aaron sacerdotem sacri
ficandi sibi licenciam vindicaverunt /
Illic quoque per moysen precepit dominus /
ut a beis populus separetur / ne faci
norosis coniunctus / eodem facinore et
ipse perstringatur / Separamini inquit a ta
bernaculis hominum istorum durissimorum /
et nolite tangi ab omnibus que sunt
eis / ne simul pereatis in peccato eorum / Propter
quod plebs obsequens preceptis dominicis / et
deum metuens / a peccatore preposito separare
se debet / nec se sacrilegi sacerdotis sacri
ficiis miscere / quando ipse maxime habeat
potestatem vel eligendi dignos sacerdotes / vel
indignos recusandi / quod et ipsum videmus
de divina auctoritate descendere / ut
sacerdos plebe presente / sub omnium oculis
deligatur / et dignus atque idoneus pu
blico iudicio / ac testimonio / compro
betur / sicut in numeris dominus moysi pre
cepit dicens / Apprehende aaron fratrem
tuum / et eleazar filium eius / et impones
eum in montem / coram omni synagoga
/ et exue aaron stolam eius / et indue
eleazar filium eius / et aaron appositus
moriatur illic / Coram omni synago
ga iubet deus constitui sacerdotem / id est
instruit / et ostendit ordinaciones sa
cerdotales / non nisi sub populi assistentis
consciencia / fieri oportere / ut plebe
presente et vel detegantur malorum crimina
vel bonorum merita predicentur / et sit or
dinacio iusta et legittima / que om
nium suffragio / et iudicio / fuerit exa
minata / Quod postea secundum divina ma
gisteria observatur / in actibus apostolorum
quando de ordinando in locum iude episcopo / pe
trus ad plebem loquitur / Surrexit inquit
petrus in medio discentium / Fuit autem
turba in uno / Nec hoc in episcoporum tantum
et sacerdotum sed in diaconorum ordinaci
onibus observasse / apostolos animadvertimus
de quo in ipsis actis eorum / scriptum est
et convocaverunt inquit illi duodecim
totam plebem discipulorum / et dixerunt
eis quod utique ideo et caute convocata
plebe tota gerebatur / ne quis ad altaris

ministerium vel ad sacerdotalem locum
indignus obreperet. Ordinari enim
non numquam indignos non secundum dei
voluntatem sed secundum humanam presumpti-
onem et hec deo displicere que non
veniant ex legittima et iusta ordinatione
deus ipse manifestat per osee prophetam
dicens Sibimet ipsi regem constitu-
erunt et non per me. Propter quod diligenter de tra-
ditione divina et apostolica observatione
observandum est et tenendum quod apud nos quoque
et fere per provincias universas tenetur
ut ad ordinationes rite celebrandas
ad eam plebem cui prepositus ordinatur episcopi
eiusdem provincie proximi quique con-
veniant et episcopus deligatur plebe presente
que singulorum plenissime novit et unius-
cuiusque actum de eius conversatione perspex-
it. Quod et apud vos factum videmus in sabi-
ni college nostri ordinatione, et de universe
fraternitatis suffragio, et de episcoporum qui in
presentiam convenerant quique de eo ad vos
litteras fecerant de iudicio episcopatus ei
deferretur et manus ei in locum basi-
lidis imponeretur. Nec rescindere or-
dinationem iure perfectam potest quod ba-
silidem post crimina sua detecta et con-
scientie etiam proprie confessione nuda-
ta romam pergens stephanum collegam
nostrum longe positum et geste rei ac
veritatis ignarum fefellit ut exambire
reponi se iniuste in episcopatum de quo
fuerat iure depositus. Hoc eo pertinet
ut basilidis non tam oblita sunt quam cumulata
delicta ut ad superiora peccata eius et fal-
lacie et circumventionis crimen acces-
serit. Neque enim tam culpandus est is cu-
i negligenter obreptum est quam huic
execrandus qui fraudulenter ob-
repsit. Obrepere autem si hominibus
basilides potuit deo non potuit. Cum
C.xxxix scriptum sit Deus non deridetur. Sed nec
marciali potest profuisse fallacia quo-
minus ipse quoque delictis gravibus
involutus episcopatum tenere non debe-
bat, cum apostolus moneat et dicat Episcopum
oportet esse sine crimine quasi dei dispensa-
torem. Quapropter cum sicut scribitis fratres di-
lectissimi et ut felix et sabinus col-
lege nostri adseverant utque alius felix
de cesar augusta fidei cultor ac defen-
sor veritatis litteris suis significat basi-
lides et martialis nefando idolatrie
libello contaminati sint, basilides ad-
huc insuper preter libelli maculam cum
infirmitate decubaret in deum blas-
phemaverit et se blasphemasse con-
fessus sit et episcopatum pro conscientie sue
vulnere sponte deponens agenda
penitentie conversus sit deum deprecans et satis

gratulans si sibi vel laico communicare
contingeret. Martialis quoque preter genti-
lium turpia et lutulenta convivia in col-
legio diu frequentata et filios in eodem
collegio exterarum gentium more apud
prophana sepulcra depositos et alienige-
nis consepultos, actis etiam publice
habitis apud procuratorem ducenarium
obtemperasse se ydolatrie et christum negasse
se contestatus sit. Cumque alia multa
sint et gravia delicta quibus basilides
et marcialis implicati tenentur, frau-
de tales episcopatum sibi usurpare conantur
cum manifestum sit eiusmodi homines nec
ecclesie christi posse preesse nec deo sacrificia of-
ferre debere. Maxime cum iam pridem
nobiscum et cum omnibus omnino episcopis
in toto mundo constitutis etiam cor-
nelius collega noster sacerdos pacificus
ac iustus et martirio quoque dignatione
domini honoratus decreverit eiusmodi ho-
mines ad penitentiam quidem agendam
posse admitti, ab ordinatione autem cleri
et atque sacerdotali honore prohibere.
Nec vos moveat fratres dilectissimi si apud
quosdam in novissimis temporibus
aut lubrica fides nutat aut dei timor
irreligiosus vacillat aut pacifica con-
cordia non perseverat. Prenunciata sunt
hec futura in seculi fine, et domini voce
atque apostolorum contestatione predictum est defi-
ciente iam mundo atque appropinquante an-
tichristo bona quoque deficere, mala vero et ad-
versa proficere. Non sic tamen quamvis
novissimis temporibus in ecclesia dei aut evan-
gelicus vigor cecidit aut christiane virtutis
aut fidei robur elanguit ut non supersit
portio sacerdotum que minime ad has
rerum et fidei naufragia succumbat, sed
fortis et stabilis honorem divine ma-
iestatis et sacerdotalem dignitatem
plena timoris observatione tueatur. Me-
minimus et tenemus succumbentibus licet
et cedentibus ceteris mactatos ante
legem dei vindicasse se fortiter.
Helyam iudeis deficientibus atque a re-
ligione divina recedentibus stetisse
et certasse sublimiter. Danielem nec soli-
tudine regionis aliene nec persecutio-
nis assidue infestatione deterritum frequenter
ac fortiter gloriose dedisse martiria. Tres
item pueros nec annis minimis fractos
contra ignes babillonios fideliter obsti-
tisse et victorem regem in ipsa captivi-
tate vicisse. Viderit vel prevaricatorum
numerus vel proditorum qui nunc in ecclesia
contra ecclesiam surgere et fide pariter et veri-
tate labefacta recesserunt. Permanet
apud plurimos sincera mens et religio
integra et non nisi domino et deo suo anima

anima deuota nec xpianam fidem a
liena pfidia desinit ad ruina sed ma
gis excitat et exaltat ad gl'am secundum
quod beatus aplus hortatur et dicit
CCxl Quid enim si exciderunt a fide quidam
eorum numquid infidelitas illorum fidem
dei euacuabit absit. Est enim deus uerax
omnis autem homo mendax. Si autem omnis
homo mendax est et solus deus uerax
est quid aliud serui et maxime sacerdo
tes dei facere nisi humanos errores et
mendacia relinquamus et precepta do
minica custodientes in dei ueritate per
maneamus. Et si aliqui de collegis
nostris fratres dilectissimi qui deificam dis
ciplinam negligendam putant et cum
basilide et marciale temere communi CCxli
cent conturbare fidem nostram res
ista non debet cum spiritus sanctus in psalmis
talibus comminetur dicens. Tu autem
odisti disciplinam et abiecisti sermones
meos retro et si uidebas furem concur
rebas ei et cum adulteris partem
tuam ponebas. Consortes et participes
ostendit eos alienorum delictorum fieri
qui fuerint delinquentibus copulati. Sed et
hoc idem paulus scribit et dicit Susur
ratores et detractores abhorrentes
deo iniuriosi superbi iactantes sui adin
uentores malorum qui cum iusticiam dei
cognouissent non tamen faciunt mala sed
et consentiunt eis qui hec agunt. Quoniam
qui talia inquit agunt morte sunt
digni. Manifestat et comprobat morte
dignos esse et ad penam uenire non tantum
illos qui mala faciunt sed etiam eos qui
talia agentibus consentiunt qui dum
malis et peccatoribus et penitentiam non a
gentibus illicita communicatione miscentur
nocentium contactibus polluuntur et dum
iunguntur in culpa sic nec in pena separantur
Propter quod integritatis et fidei uestre religiosam
sollicitudinem fratres dilectissimi et laudamus
pariter et probamus et quantum possumus
adhortamur litteris nostris ne uos cum pro
phanis et maculatis sacerdotes sacer
dotibus communicatione sacrilega misce
atis sed integram et sinceram fidei uestre
firmitatem religioso timore seruetis.
Opto uos fratres dilectissimi semper bene ualere

Incipit ad fidum de infantibus baptizandis

p Cyprianus et cetera ceteri
collegae qui in concilio af
fuerunt numero lxvi fido patri
salutem Legimus litteras tuas
frater karissime quibus significasti de uictore
quondam presbytero quod ei antequam penitentiam
egisset et domino deo in quem deliquerit
satisfecisset temere terapius collega
noster immaturo tempore et propera festina
tione pacem dedit. Que res nos sa
tis mouet recessum esse a decreti
nostri auctoritate ut ante legittimum
et plenum tempus satisfactionis et
sine petitu et conscientia plebis nulla
infirmitate urgente ac liberato ap
nos diu consilio satis fuit obiurgare
teraphium collegam nostrum quod temere
hoc fecit instruxisse ne quid tale de
cetero faciat. Pacem tamen quomodocumque
a sacerdote dei semel datam non putaui
mus auferendam ac per hoc uictori
communicationem sibi concessam usur
pare permisimus. Quantum uero ad causam
infantium pertinet quod dixisti intra secundum
uel tercium diem quo nati sunt constitu
tos baptizare non oportere et consi
derandam esse legem circumcisionis
antique ut intra octauum diem eum
qui natus est baptizandum et sanctificandum
non putares longe aliud in con
cilio nostro uisum est. In hoc enim quod tu
putabas esse faciendum nemo consen
sit sed uniuersi potius iudicauimus
nulli homini nato misericordiam dei et graciam
denegandam. Nam cum dominus in euangelio
suo dicat filius hominis non uenit a
nimas hominum perdere sed saluare. Quan
tum in nobis est si fieri potest nulla a
nima perdenda est quid enim ei deest
qui semel in utero dei manibus forma
tus est. Nobis enim atque oculis nostris secundum
secularium dierum cursum accipere CCx[…]
qui nati sunt incrementum uidentur. Ce
terum quecumque a deo fiunt dei factoris ma
iestate et opere perfecta sunt. Hoc denique
apud omnes siue infantes siue maio
res natu una diuini muneris equali
tatem declarat nobis scripture diuine
fides cum elizeus super infantem uidue
filium qui mortuus iacebat ita se deum
precans superstrauit ut capiti caput
et faciei faciem applicaret et superfu
si elisei membra singulis puuli mem
bris et pedes pedibus iungerentur.
Que res si secundum natiuitatis nostre et
corporis qualitatem cogitetur adulto
et prouecto infans non posset adequari
nec cohererere et sufficere non possent
parua membra maioribus sed illic equa
litas diuina et spiritalis exprimitur
quod pares atque equales sint omnes ho
mines quando a deo semel facti sunt
et possit etas nostra in incrementis cor
porum secundum seculum non secundum deum habere
discrimen nisi sit gracia ipsa que et
baptizatis datur pro etate accipien
tium uel minor uel maior tribuitur.
Cum spiritus sanctus non de mensura sed de

pietate atque

pietate atque indulgentia paterna equaliter
omnibus prebeatur. Nam deus ut perso-
nam non accipit, sic nec etates, cum se
omnibus prebeat ad celestis gratie con-
secutionem equalitate librata prebeat prez/
na et quod vestigium infantis in primis partus
sui diebus constituti mundum non esse dixisti, quod
unusquisque nostrum adhuc horreat exosculari,
nec hoc putamus ad celestem gratiam danda
impedimento esse oportere. Scriptum est
enim: omnia munda sunt mundis. Nec aliquis
nostrum id debet horrere, quod deus dignatus
est facere. Nam si adhuc infans a par-
tu novus est, non ita est tamen ut quisquam
illum in gratia danda atque in pace facienda
horrere debeat osculari, cum in osculo infantis
unusquisque nostrum pro sua religione ipsas
adhuc recentes dei manus debeat co-
gitare, quas in homine modo formato et
recens nato quodammodo exosculamur, quando
id quod deus fecit amplectimur. Nam
quod in iudaica circumcisione carnali octa-
vus dies observabatur, sacramentum est in um-
bra atque imagine ante premissum, sub ve-
niente Christo veritate completum. Nam
quia octavus dies id est post sabbatum primus
dies futurus erat quo dominus resurgeret
et nos vivificaret et circumcisionem
nobis spiritalem daret, hic dies octavus
id est post sabbatum primus et dominicus
precessit in imagine, que cessavit super-
veniente postmodum veritate et data
CCxlii. nobis spiritali circumcisione. Propter quod nemi-
nem putamus a gratia consequenda im-
pediendum esse ea lege que iam statu-
ta est, nec spiritalem circumcisionem de-
bere, sed omnem omnino admittendum
esse ad gratiam Christi, cum et Petrus in actibus a-
postolorum loquatur et dicat: dominus michi
dixit neminem hominum communem dicen-
dum et inmundum. Ceterum si homines
impedire aliquid ad consecutionem gratie
posset, magis adultos et provectos et
maiores natu possent impedire pec-
cata graviora. Porro autem si etiam gravissimis
delictoribus et in deum multum ante pec-
cantibus, cum postea crediderint, remis-
sio peccatorum datur et a baptismo atque gratia
nemo prohibetur, quanto magis pro-
hiberi non debet infans, qui recens na-
tus nichil peccavit, nisi quod secundum adam
carnaliter natus contagium mortis an-
tique prima nativitate contraxit, qui ad
remissam peccatorum accipienda hoc ipso
facilius accedit, quod illi remittuntur
non propria sed aliena peccata. Et ideo frater ka-
rissime, hec fuit in concilio nostra sententia, deum
qui omnibus misericors ac benignus
et pius est, neminem per nos debere prohi-
bere. Quod cum circa universos observan-
dum atque retinendum, magis circa infan-
tes ipsos et recens natos observandum
putamus, qui hoc ipso de ope nostra ac di-
vina misericordia plus merentur, quod in primo
statim nativitatis sue ortu ploran-
tes ac flentes nichil aliud faciunt quam
deprecantur. Optamus te frater karissime semper
bene valere. Incipit ad eucratium de istrione

Cyprianus Eucratio
fratri salutem. Pro dilectione
tua et verecundia mutua
consulendum me existimas-
ti frater karissime, quid michi videatur de
histrione quodam, qui apud vos con-
stitutus in eiusdem adhuc artis sue
dedecore perseverat, et magister et doctor
non erudiendorum sed perdendorum puerorum
id quod male didicit ceteris quoque in-
sinuat, an talis debeat communicare
nobiscum. Puto quidem ego nec maies-
tati divine nec evangelice disciplie
congruere, ut pudor et honor ecclesie
tam turpi et infami contagione
fedetur. Nam cum in lege prohibeantur
viri induere muliebrem vestem et
maledicti eiusmodi iudicentur, quanto
maioris est criminis non tantum muliebria
indumenta accipere, sed et gestus quo-
que turpes et molles et muliebres
magisterio impudice artis exprimere. Nec
excuset se quisquam, si a theatro ipse
cessaverit, cum tamen hoc ceteros doceat.
Non potest enim videri cessasse, qui vica-
rios substituit, et qui pro se uno plu-
res succedaneos suggerit, contra institutio-
nem dei erudiens et docens, quemadmo-
dum masculus frangatur in feminam
et sexus arte mutetur, et diabolo di-
vinum plasma maculanti per corrupti
atque enervati corporis delicta placeatur.
Quod si penuriam talis et necessitatem
paupertatis obtendit, potest inter ceteros qui
ecclesie alimentis sustinentur huius quoque
necessitas adiuvari, si tamen contentus
sit frugalioribus sed innocentibus cibis.
Nec putet scelerose esse redimendum ut
a peccatis cesset, quando hoc non nobis sed sibi
prestet. Ceterum quantum vult, inde querat:
qualis questus est, qui de convivio A-
braham et Ysaac et Iacob homines
rapit et male ac perniciose in seculo
saginatos ad eterne famis et sitis sup- CCxliii.
plicia deducit. Et ideo quantum potest
abstrahat eum a pravitate dedecore ad
viam innocentie atque spem vite sue re-
vocet, sit contentus ecclesie sumptibus
parcioribus quidem sed salutaribus. Quod
si illic ecclesia non sufficit ut laboranti-
bus prestet alimenta, poterit se ad nos

transſire/ et hic quod ſibi aduictum atque
ueſtitum neceſſarium fuerit/ accipere/ nec
alios extra eccliam mortalia docere/
ſed ipſe ſalutaria in ecclia diſcere/ opto
te fili kme ſemper bene ualere/ Incipit ciprianus
pp et dauid cartagini conſiſtentibus

Cyprianus papa
et dauid fratribus ſalutem
Quales litteras ad clerum
rome agentem fecerim/
quid que illi michi reſcripſerint/ quid etiam moyſes
et maximus presbiteri et nicoſtratus et ru
finus diaconus/ et ceteri cum eis confeſ
ſores in cuſtodia conſtituti/ eque ad
litteras meas reſcripſerint/ ut ſcire poſſe
tis fratres kmi/ exempla uobis legenda
tranſmiſi/ uos curate/ in quantum po
teſtis/ pro diligencia ueſtra/ ut ſcripta noſtra
et illorum reſcripta fratribus noſtris innoteſ
cant/ Sed et ſi qui de peregrinis epiſcopis colle
ge mei/ uel presbiteri uel diacones/ preſentes
fuerint/ uel ſupuenerint/ hec omnia
de uobis audiant/ Et ſi exempla epla
rum tranſcribere/ et ad ſuos perferre uo
luerint/ facultatem tranſcriptionis acci
piant/ quamuis et ſatyro lectori fratri
noſtro mandauerim/ ut ſingulis deſide
rantibus/ deſcribendi faciat poteſtatem/
ut in eccleſie ſtatu/ quomodo interim com
ponendo ſeruetur ab omnibus una fi
de/ conſenſio. de ceteris uero que agenda
erant/ ſicut et collegis meis plurimis
ſcripſi plenius conſilio communi tractabi
mus quando conuenire in unum permitte
te dno ceperimus/ Opto uos fratres kmi
ac deſiderantiſſimi/ ſemper bene ualere
Incipit epla presbiteris et dyaconibus ro
me conſiſtentibus et cetera re talis

Cyprianus papa
et dauid/ rome conſiſten
tibus fratribus ſalutem//
Cum comperimus fratres kmi/ minus
ſimpliciter et minus fideliter uobis re
nunciari/ que hic a nobis et geſta ſunt
et geruntur/ neceſſarium duxi has ad uos litteras
facere/ quibus uobis actus noſtri et diſ
ciplme et diligencie racio redderetur/ na
ſicut dni mandata inſtruunt/ ſtatim
turbacionis impetu primo/ cum me cla
more uiolento frequenter populus flagi
taſſet/ non tamen meam ſalutem quam
quietem fratrum publicam cogitans
interim ſeceſſi/ ne per uerecundiam prouocata
noſtram ſedicio/ que ceperat plus prouo
caretur. Abſens tamen corpore/ nec
ſpiritu nec monitis meis defui/ quo mi
nus ſecundum dni preceptum fratribus noſtris in
quibus poſſem mea mediocritate
conſulerem/ Et quid egerim/ loquuntur uob
eple/ pro temporibus emiſſe/ in numero tre
decim/ quas ad uos tranſmiſi/ in quibus
nec clero conſilium/ nec confeſſoribus
exhortacio/ nec extorribus/ quando opor
tuit obiurgatio/ nec uniuerſe fraternitati
ad deprecandam dei miſericordiam/ allocucio et
perſuaſio noſtra defuit/ quantum ſecundum legem
fidei et timorem dei dno ſuggerente noſtra
mediocritas potuit eniti/ Poſtea quam
uero et tormenta uenerunt ſiue iam
tortis fratribus noſtris ſiue adhuc/ ut tor
querentur inclusis/ ad corroborandos
et confortandos eos/ noſter ſermo penetra
uit/ Item cum comperiſſem eos/ qui ſac
rilegis contactibus/ manus ſuas atque
ora maculaſſent/ uel nefandis libellis
CCxliiij nichilominus conſcienciam polluiſſent/
exambire ad martires paſſim/ confeſſo
res quoque importuna et graciosa de
precatione corrumpere/ ut ſine diſcrimine
atque examine ſingulorum darentur cotidie
libellorum milia/ contra euangelij legem
litteras feci quibus martires et con
feſſores conſilio meo/ quantum poſſem
ad dnica precepta reuocarem/ Item
presbiteris et diaconibus/ non defuit ſacer
docij uigor/ ut quidam minus diſcipline
memores/ et temeraria feſtinacione
precipites/ qui cum lapſis communicare ia
ceperant/ comprimerentur/ intercedentibus
nobis/ plebi quoque ipſi/ quantum potuimus
animum compoſuimus/ Et ut eccleſiaſtica
diſciplinam ſeruaret/ inſtruximus/ Poſt
modum uero cum quidam de lapſis/ ſiue
ſua ſponte/ ſiue aliquo incitatore/ auda
ci flagitacione prorumperent/ et pacem
ſibi a martiribus et confeſſoribus/ pro
miſſam/ extorquere uiolento impetu
niterentur/ De hoc eciam bis ad clerum
litteras feci/ et legere eis mandaui/ ut ad
illorum uiolenciam/ interim quoque genere
mitiganda/ ſi qui libello a martiribus
accepto/ de ſeculo excederent/ exhomolo
geſi facta/ et manu eis in penitenciam
impoſita/ cum pace ſibi a martiribus
promiſſa/ ad dnm remitterentur/ Nec in hoc
legem dedi/ aut me auctorem temere
conſtitui ſed cum uidetur/ et honor mar
tiribus habendus/ Et eorum/ qui omnia
turbare cupiebant/ impetus comprimen
dus/ et preterea ueſtra ſcripta legiſſem/ que
de hoc ad clerum noſtrum per crementium hyp
po diaconum nuper feceratis/ ut hij
qui poſt lapſum in infirmitate apprehenſi
eſſent/ et penitentes/ communicacionem
deſidarent/ ſubuenire/ ſtandum putaui
cum ueſtra ſententia/ ne actus noſter/ qui adu
natus eſſe/ et conſentire circa omnia
debet/ in aliquo non diſcreparet/ Plac

ceterorum causas/ quamvis libello amaritibus
accepto/ differri mandavi et in integrum
penitentiam reservari ut cum pace a domino nobis
data/ plures prepositi convenire in unum
ceperimus/ communicato et vobiscum consi
lio/ disponere singula et formare pos
simus/ Opto vos fratres karissimi semper bene
valere. Incipit ad presbiteros et diacones
ut his confessoribus qui in carcere sunt
constituti humanitas omnibus prebeatur

CYPRIANUS presbiteris et diaconibus fratribus salutem.
Quamquam sciam vos fratres karissimi
litteris meis frequenter admoni
tos esse/ ut gloriosa voce dominum
confessis/ et in carcere constitutis/ omnis
diligencia prebeatur/ tamen identidem vobis
incubo/ ne quid ad curam desit/ quibus ad
gloriam nichil deest/ Atque utinam loci et
gradus mei condicio permitteret/ ut ipse
nunc presens esse possem/ promptus et libens
sollempni ministerio/ cuncta circa fortissi
mos fratres nostros/ dilectionis obsequia com
plerem/ Sed officium meum/ vestra diligentia
representet/ Faciat quoque omnia que fieri opor
tet/ circa eos quos in talibus meritis fidei
ac virtutis sue illustravit divina dig
natio/ corporibus etiam omnium qui et
si torti non sunt in carcere tamen glorioso exitu
mortis excedunt impertiatur et vigilan
tia et cura propensior. Neque enim virtus
eorum aut honor minor est quo minus ipsi
quoque inter beatos martires adgregentur/
Quod in illis est tolerarunt quicquid tolerare
re pati et prompti fuerant/ qui se tor
mentis et morti sub oculis dei obtulit/
passus est quicquid pati potuit/ non enim
ipse tormentis sed tormenta ipsi defuerunt CCxlv.
sicut scriptum est/ Qui me confessus fuerit co
ram hominibus et ego illum confitebor
coram patre meo dicit dominus/ Confessi sunt
qui toleraverit usque ad finem/ hic salva
bitur dicit dominus/ Toleraverunt et ad finem
usque incorrupta et inmaculata virtu
tum merita pertulerunt/ Et iterum scriptum est
Esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi
coronam vite/ Usque ad mortem fideles
et stabiles et inexpugnabiles perseve
raverunt/ Cum voluntati confessionis/ mors in
carcere et in vinculis accidit/ et mortis
di termino/ consummata martiria/ gloria est de
nique et dies eorum quibus excedunt ad
notate/ ut commemorationes eorum inter
memorias martirum celebrare possimus
Quamquam Tertullus fidelissimus ac de
votissimus frater noster/ qui cetera sollicitudine
et curam suam/ cum fratribus in omni obse
quio operationis impertit/ qui nec illic
circa curam corporum deest scripsit et
scribat ac significet mihi dies/ quibus

in carcere beati fratres nostri ad inmortali
tatem gloriose mortis/ exitu transeunt
/ et celebrentur hic a nobis oblaciones
et sacrificia/ ob commemorationes eorum que
cito vobiscum domino protegente celebra
bimus/ pauperibus quoque ut sepe iam
scripsi/ cura ac diligentia vestra non desit
/ his tamen qui in fide stantes et nobiscum
fortiter militantes castra non dereliquе
runt/ quibus quidem nunc maior a nobis
et dilectio et cura prestanda est/ qui nec pau
pertate abiecti/ nec persecutionis tempes
tate prostrati/ dum domino fideliter serviunt
/ ceteris quoque pauperibus exemplum fidei
prebuerunt/ Opto vos fratres karissimi ac deside
rantissimi/ semper bene valere et nostri
meminisse/ fraternitatem meo nomine salutate
Incipit ad lucium et qui cum eo sunt confessores

CYPRIANUS fratri et collega
lucio et qui
cum eo sunt fratribus omnibus in
domino salutem/ Exultantibus nobis
et letantibus in deo/ quod vos ad con qui vos
gressionem armavit et in prelio victo
res sua dignatione fecit/ supervenerunt
littere tue frater karissime/ quas per herennianum
hyppodiaconum et lucianum et maximum
acolitos misisti nobis/ Quibus lectis re
cepimus in vinculis laxamentum/ in pressura
solacium et in necessitate presidium/ et exci
tati sumus et robustius animati/ ac
si quid amplius fuit penarum/ Nam ante
passionem ante sumus provocati ad gloriam
qui prior nobis ducatum ad confessionem no
minis christi prebuisti/ Nos vero secuti vestigia
confessionis tue/ parem gratiam tecum spe
ramus/ Nam qui prior est in cursu prior
est et ad premium/ Et qui prior occupasti
de quo cepisti in hoc nobis communicas
ti/ demonstracione scilicet individue carita
tis/ qua semper nos dilexisti ut quibus unus
fuit spiritus in eo vinculo pacis/ et precum
tuarum gratia ex una corona confessionis
accessit/ Cum tibi frater karissime/ ad confessionis
coronam retribucio operum habundans mer
cis? qua accipies a domino in die re
munerationis qui et te nobis litteris tuis
representasti/ ut pectus illud tuum candi
dum et beatum quod semper novimus
manifestares/ et secundum latitudinem
eius nobiscum laudes deo diceres/ Non
quantum nos meremur audire/ sed quan
tum tu potes dicere/ Tuis enim vocibus
et que minus in nobis instructa erant
et exornasti et confirmasti/ ad suste CCxlvi.
tacionem earundem passionum/ quas pa
tienter ferimus de premio celesti/ et de co
rona martirii/ et de regno dei ad prophe
tiam qua litteris tuis spiritu sancto plenus
spopondisti/ hoc totum fiet dilectissime

ſi nos orōnibus tuis in mēte habuis
q̄d te facere confido ſicut/et nos utiqꝫ
facimꝰ/Accepimꝰ itaqꝫ frˀ deſidera
tiſſime/id q̄d a quirino et a te ipō mi
ſiſti ſacrificiū/ex omni opere mūdo ſicͤ
noe optulit deo/et delectatus eſt deꝰ
odorem ſuauitatis/et reſpexit in ſa
crificiū eius/ita et in urm̄ reſpiat et
delectaꝛ reddē uob hmꝰ iam boni ope
ris mercedem/Peto aūt ut lr̄as q̄s
ad quirinū fecimus iuſſimitti papias/
Opto te frˀ kmeˀ ſp bn̄ ualere ac deſi
derantiſſīe et nri meminiſſe/Saluta oīs
qui tecum ſunt. Vale. Incipit Epl̄a
felicis iader poliam et eſt talis ꝛcͤ

Cypriano karmo

et dilectiſſimo/felix iader
polianus. una cū coepīs
et omnibus nobcū oranti
bus/aput metallū ſigne
ſem ī dn̄o et̄nam ſalutem/Reſaluta
mus te frˀ kme/p̄ emhianū hyppo
diaconū/et lucianū et maximū frēs
Nos fortes et incolumes adiuuanti
bus orōnibꝰ tuis/a quibus accepimꝰ
oblationis nomīe/quātitatem/una
cū lr̄is quas miſiſti/in quibꝰ digna
tus es/de libris celeſtibꝰ/nos tanquā
filios confortare/Et do patri omīpo
tenti p xp̄m eius gr̄as egimꝰ/et a
gimꝰ/quod ſit confortati/et corrobo
rati ſumꝰ/p tuā allocutionē/petētes
de animi tui candore/ut nos aſſiduis
oracionibus tuis in mente habere
digneris/ut confeſſionē urām et nrām
quā dn̄s in nobis conferre dignatus
eſt ſuppleat/Saluta omēs qui tecū
commorant/Optamꝰ te frˀ kme in
dn̄o bene ualere. iader ſubſcp̄ſi po
lianus legi/dnm̄ meū eutycianū ſa
luta. Epl̄a nemeſiani datiui felicis
et victoris et cetera et eſt talis ꝛcͤ

Cypriano fratri

nemeſianus datiuus
et felix et victor in dn̄o
et̄nam ſalutem. Cum
ſemper magnis ſenſibus/p tēpis
condicione lr̄is tuis locutus es/cyp̄a
ne dilectiſſime quibus aſſidue lectis
et p̄ui corrigunꝛ/et bone fidi homines
corroborantur/Cum eni nō deſinit
tractatibus tuis/ſacm̄eta occultanda
nudare/ſic nos in fide patis creſcē
et de ſclō homīes ad credulitatem
accedere/Nā queciqꝫ bona in mul
tis libris tuis intuliſti/ne ſcīs ipm
te nob deſignaſti/Es eni omnibꝰ ho
minibus in tractatu maior/in ſmōe
facūdior/in conſilio ſapiencior/in ſapiā
ſimplicior/in opibus largior/in abſti
nencia ſanctior/in obſequio humilior
et in actu bono innocencior/Scis et
ipe kme/nrm̄ obtabile uotū eſſe/ꝙ
te in dicamus doctorem et amatore
nrm̄ ad coronam magne cōfeſſiōis
p̄ueniſſe/nam quaſi et bonis et ue
rus doctor/tuiꝰ nos diſcipuli/ſicuti
aput p̄ſidem dicere debemus/ſiꝛ a
put acta proconſulis p̄nūciaſti/et
tuba canens/dī milites celeſtibus ar
mis inſtructos/ad congreſſionis p̄liū
excitaſti/et in acie p̄ma pugna ſpi
tali gladio/diabolum interfeciſti/Ag
mina quoqꝫ fr̄m hinc et inde uer
bis tuis cōpoſuiſti/ut inſidie inimico
undiqꝫ rendenntur/et cadauera ipius
publice hoſtis neruu concīſi calcare
tur/Crede qm̄ nō eſt a centeſimo p
CCxlviij amo mōr tua/innocens anima/que
nec ſcli p̄mos impetus timuit/nec
ire in exiliū recuſauit/nec relinqre
ciuitatem dubitauit/nec in deſerto lo
co morari horruit/Et qm̄ multis do
cumētis confeſſionis dedit ipa mar
tiriū p̄cordixit/Quod eni ad martiā
facienda/exemplo ſuo prouocauit/
et nō tm̄ martirii de ſclō iam exce
dentiū ſolacio eē cepit/ſed et cum
futuris celeſtem amiciciam/copula
uit/Agimꝰ g° tibi nobcū dampna
ti/maximas aput dnm̄ gr̄as cyp̄ae
kme/ꝙ lr̄is tuis laborancia pectora
recreaſti/fuſtibꝰ uulncata mēbra
curaſti/compedibus pedes ligatos
reſoluiſti/ſemitonſis capitibus capil
laturam adequaſti/tenebras carce
ris illuſtraſti/montes metalli in pla
na deduxiſti/naribus q̄ flagrātes flo
res impoſuiſti/et tetrū odorem fumi
diſcuſſiſti/fecit aūt et ꝯſecutū eſt mi
niſterium tuū/et quirini dilectiſſimi
nos q̄d p herenianū hyppodiaco
nū et lucianū et maximū ac ama
tū acolitos diſtribuendū miſiſti/q̄
cūqꝫ neceſſitatibus corpoꝛ defuerāt ex
pedirī/Simꝰ g° orōnibus nr̄is alt
utro/adiutores/et rogemus ſicut ma
daſti ut dnm̄ et xp̄m et angelos in
omnibus nr̄is habeamus fautores.
Optamus te dn̄e fr̄ ſemp bene uale
et nri meminiſſe. Saluta omīs qui
tecū ſūt/omēs nri qui nobiſcū ſunt
te amātes et ſalutantes uide de
ſidant. Epl̄a moiſi et maximi et N.
coſtrati rufini ad ciprianum ꝛ eſt t̄

Cypriano pape moy

ſes et maximꝰ p̄p̄ et ni

costratus et rufinus et ceti/qui cu eis
sunt fres salutem/Inviaos et multi
plures fr dolores nobis constitutis/pp
pntes multor ptotu pene orbem ru
inas/hoc pcipuu nob solaciu supueit
q accepis lris tuis erecti sum9 et do
lentis animi merorib9 fometa suscep
pim9/Vnde intelligere iam possum9
gram diuine prouidencie/forsitan no
ob alia causam/nos diu clausos/vincu
lis carceris reseruare voluisse/nisi ut
instructi et robustius animati/ris
tius/voto promore ad coronam des
tinatam possem9 puenire/Illuxerit
enim nobis lre tue ut in tempestate
quedam serenitas/ut in turbido mari
exoptata tranquillitas/ut in laborib9
requies/ut in periculis et doloribus
sanitas/ut in densissimis tenebris/ca
dida lux/et refulgens/Ita illas animo
sitiente bibim9/et voto esuriente suscepi
mus ut adetamen inimici/ex illis satis
pasti et saginati gaudeam9/Reddet tibi
dominus pro ista tua caritate merce
dem/et huius tam boni opis reputabit
debitam frugem/Non minus enim co
rone mercede condignus est qui hor
tatus e/quam qui et passus est/Non ma
gis minus laude condignus qui fecit
qua qui et docuit/Non magis minus
honorandus est qui dimicat quam qui
adhortatus est/n qui no minquam ma
gis glie cumulus redundat ad eu/qui
instituit quam ad eum qui se docabile
disciplinis subministrauit/hic enim fortas
se hoc qd exercuit/no habuisset n ille do
cuisset/pcepim9 igitur itum dicem9 frater
CCxlviii cypriane/magna gaudia magna sola
cia/magna fomenta/maxime q et
gloriosas martir n dicam mortes s
inmortalitatem/gloriosis et condignis
laudibus prosecutus es/Tales enim ex
cessus/talibus vocibus p sonandi fuerat
ut que referebantur/sic dicerent/qualit
fca sunt/Et tuis lris vidimus gloriosos
illos/potentes prosecuti sumus/Et int
angelos ac potestates dominaciones qz
celestes/constitutos qui contemplati sum9
Sed et dnm aput prem testimoniu
suu illis promissum perhibente audiv9
in is quodammo sensim9 hoc est quo q
et nobis animu indies erigit/et ad co
sequendos gradus/tante dignationis
intendit/Quid enim gloriosius/quid ue
felicius illi homini potest ex diuina
dignacione contingere quam ipso carni
ficias intectu/confiteri dnm et dnm qui
int seuientes seculares potestates/ua
ria et quesita/tormenta/etiam extorto
et cruciato/et excarnificato corpore/

xpm dei filiu et si recedente/sed tamen
libero spu confiteri/quam relicto mdo
celu petisse quam de sctis homib9 int a
gelos stare quam impedimentis omnibus
secularibus ruptis in conspectu dei iam se
liberum sistere/quam celeste regni sine
ulla cunctatione retinere/quam collega
passionis cum xpo/in xpi nomine factum fuisse quam iudicem sui diuina dignatione/iudicem factum fuisse
quam inmaculatam conscientiam/de
confessione nominis reportasse/quam
humanis et sacrilegis legibus/contra fi
dem no obedisse/quam veritatem voce
publica contestatam fuisse/quam ipam
que ab omnibus metuitur moriendo mor
tem subegisse/quam per ipam mortem im
mortalitatem consecutum fuisse/quam
omnibus seuicie instrumentis/excarnifi
catum et extortum ipis tormentis/tor
menta supasse/quam omnibus laniati
corporis doloribus/robore animi lucta
tum fuisse/quam sanguinem suu proflu
entem no horruisse/quam supplicia
sua post fidem amare cepisse/quam
detrimentum uite sue/putare uixisse/Ad
hoc enim plus quasi quadam tuba eua
gelii sui nos excitat dns dicendo/Qui
plus diligit prem aut mrem/quam me
no est me dignus/Et qui no tollit cru
cem suam/et sequitur me/no est me dig
nus/Et iterum/Beati qui psecucionem
passi fuerint pp me/ipor est enim reg
nu celorum/Beati estis/cu uos psecuti
fuerint/et odio habuerit/gaudete et
exultate/sic enim et pphas psecuti sunt/
Et quia an reges et psides stabitis/et
tradet fr frm ad mortem/et pat filiu
Et qui pseueraverit usqz ad finem/hic
saluus erit/Et uincenti dabo sedere
sup thronu meu/sicut et ego uici/et se
di sup thronu meu sicut pris mei/Sz
et aptus/Quis nos separabit a caritate
xpi/pssura/An angustia/an psecucio
an fames an psecucio an fames
an nuditas/an periculu/an gladius
Sicut scriptum est/Quia pp te mortifica
mur tota die estimati sum9/ut oues
occisionis/Sed in his omnibus supam9
pro eo qui nos dilexit/Hec et huius
modi/cu et in evangelio collata p
legim9/et quasi faces quasdam ad
inflamandam fidem diuinis vocibus
subpositas nob senciam9/hostes ve CCxlix
ritatis/iam no tm non p horrescim9/
sed et prouocamus/et inimicos dei/ia
hoc ipo q no cessimus vicimus/et ne
pharias contra veritatem leges/subieci
mus et si no dum nrm sanguinem
fudim9/sed fudisse parati sum9/Nec
hanc dilacionis nre moram dementia
iudicet/que nobis officiat/que glori
impedimentum gloriam facit/q celsa differt/q gloriam

a dei conspectum inhibet. In huiusmodi enim
certamine/ et in huiusmodi ubi decertat
fides prelio/ moram martyres non distu
lisse/ vera dementia est. Pete ergo typa
ne kme/ ut nos gratia sua dominus magis CCl.
ac magis/ in dies singulos quoque libe
rius atque propensius/ et armet et in
illustret/ in viribus potentie firmet ac b.
roboret/ ut quia optimus imperator
milites suos quo usque adhuc in cas
tris carceris exercuit et probavit/ pro
ducat etiam ad propositi certaminis campum/
porrigat nobis arma divina/ illa tela
que nesciunt vinci/ loricam iustitie que num
quam solet rumpi/ clipeum fidei qui nun
quam potest perforari/ Gladium spiritus/
qui non consuevit vulnerari. Cui enim ma
gis ac ut pro nobis petat mandare de
bemus/ quam ... vita glorioso episcopo/ ut hoste
destinate petant auxilium de sacerdote/
Ecce aliud gaudium nostrum quod in officio
episcopatus tui licet interim a fratribus pro
temporis conditione distractus es/ mi
tui non defuisti. Quod literis confessores
frequenter corroborasti/ quod etiam sumptus
necessarios de tuis laboribus iustis prebuis
ti/ quod in omnibus te presentibus quodammodo
prebuisti/ quod in nulla officii tui parte/
quasi aliquid desertor claudicasti. Sed
quod nos ad maiorem leticiam ro
bustius provocavit/ tacere non possu
mus quin in omni vocis nostre testimonio pro
sequamur. Animadvertimus enim te congru
ente censura/ et eos digne obiur
gasse/ qui immemores delictorum suorum/
patem a presbyteris per absenciam suam festi
nata et precipiti cupiditate extorsisset
et illos qui sine respectu evangelii pre
cipientis domini ne margaritas profana fa
cilitate donassent/ cum tam grande
delictum et per totum pene orbem
incredibili vastatione grassatum
non oportuerat nisi ut ipse scribis/ caute
moderateque tractari. Consultis omnibus
episcopis presbyteris et diaconibus confessoribus/ et ipsis
sanctis laicis ut in tuis literis/ et ipse
testaris/ ne dum volumus importune
ruinis subvenire/ alias maiores
ruinas videamur parare/ ubi enim di
di ex eius laudibus consequi posse / patriarcham ora
verit ut aliquem ab inferis mitteret / qui ea que ibi
gererentur / instrueret certificaretque sane veritus ne et ipsi
paterentur eadem / atque scripturas interim sacras ir
ridentes tunc eas admirari incipient cum extra ad
miracionem et honorem nichil emolimenti consequi valeant
Et tamen nichil ille tale egit / quale vos / ipse enim et
si nichil exsuis communicavit lazaro non tamen eos quid
agere vellent prohibuit / aut afflixit / aut repulit ut
modo vos facitis. Neque hunc modo illum crudelitate ac
inhumanitate superatis / verum aliunde quoque. Sunt enim par
ac simile facinus nos nichil quempiam boni facere
volentes et alios facere volentes prohibere. Ita perfecto
simile non est cibum carnem in ceteris denegare et cum qui
prohibent vehementissimam paciatur esuriem ne ab aliis
quidem pasci ac recreari permittere. Itaque duabus ex parti
bus senum illum atque inanem divitem / crudelitate vincis
eius quippe et alios prohibeatis fame restringere / quosque cum ac(ti)
suffocari videatis / tanta ostenditis inmanitatis

nō

nō

paulus et nero coetanei sunt
primum vinctus sub augusto
martirium primum sub nero
rius persecutores recipit
supplicium

nō

nō

Theatra...
... sine...
... vero
... presentia...
... probant ...
...

Martirum...
...

inclita, vt ne alijs quidem opem ferre volentibus
liberum id penes eos fieri liceret. Cuiusmodi scelus aliqui iudei quo
admittere ausi sunt, cum apostolos ne viam salutis homines
docerent vehementer perire vellent. Quos tamen et ipsos
iniquitate transcenderunt. Illi enim cum se penitentiam profite
rentur, innocens venia illa servabat. Vos amicorum
personam quandam atque adumbratam adsuentes yma
ginem, inimicis omnibus deteriora molimini. Verbis illi
atque conuicijs tunc sanctos illos viros afflixerunt, infami
aque et probris affecerunt, magos eos atque seductores
appellantes. Verum illos exinde continuo corripuere cla
des. Vt nulla iam penitus calamitas que posset
eorum casibus ulla ratione comparari. Itaque et primi et soli
ex omni hominum memoria ea passi sunt que nemo memora
bit. Atque horum certissimus prenunciator ipse Christus est
sic dicens: Erit vexatio magna, qualis in initio seculi
non fuit neque post erit. Igitur ea quidem omnia que
illi passi sunt prosequi non huius est temporis. Pauca
tamen ex multis scilicet breviter que necessario dicenda sunt, verbis at
que non meis sed inde hominis qui eam historiam con
scripsit diligenter. Quid ergo ait ille: Cum enarrasset in
censum templi commemoratque illos casus enumerasset ita
intulit: Et templum quidem hoc in statu erat. Corpora
non per civitatem fame occumbebant. Infinita porro ca
debat multitudo atque inenarrabiles contingebant
clades. Nam per unamquamque domum, sicubi ubi
ciborum vestigium ullum forte appareret, bellum inerat
atque adhuc usque se invicem manus conserebant
qui hactenus erant amicissimi, et infelicem anime
alimentum eripiebant. Ne morientibus quidem quod ci
bo indigerent fides habebatur. Set eos quoque qui animam
efflabant latrones perscrutabantur ne quis forte sub vesti
ta morte cibum sinu vel occuluissent. Alij vero fame
hiantes, canum instar rabie furentium spe omni de
stituti ferebantur, amentia precipites atque hostijs in
pingebant ut ebrij, pro desperacione autem et quod aliquid se
pervenire se posse existimarent, in easdem domum una
hora bis terque irrumpebant. Cuncta vero subiciebat denti
bus seva necessitas, et ea que ne sordidissimis qui
dem et mutis animalibus usui fuissent, legentes
manducare sustinebant. Ne cingulis quidem ipsis atque
calciamentis postremo abstinuerunt, sed coria quoque detracta
toria mandebant. Esca autem magna erat feni lateri quod
reliquum invenire poterat. Purgamenta vero cuiusque
rei nonnulli colligentes minimi eorum pondus atti
cis quatuor vendebant. Et quid me necesse fuit
importunitatem in rebus inanimis prosequi. Opus
enim eius enarrare pergo quod neque apud grecos neque
apud barbaros contigisse unquam memoratur, dictu hor
rendum atque incredibile auditu. Atque ego ne vide
rer portenta confingere, calamitosissimum hunc casum
libenter intermissum facerem nisi plurimos eius haberem testes
preterea quod parve simile et plane leve gratiam referrem
si que rebus illa passa est ea verbis supprimerem atque
subducerem historie tenorem. Mulier quedam fuit ex hijs qui
super iordanem incolebant, Maria nomine, patre Ele
azaro, castello bitheo, quod significat interpretatum domus
ysopi, genere et diuicijs insignis. Hec una cum reliqua
multitudine Jerosolima confugerat ac simul obside
batur. Cuius omnem substantiam tyranni diripuerant, quam
secum domum asportaverat atque in oppidum intulerat.
Ceterum reliquias reconditorum omnes et si quid escu
lentum parasset ingressi cottidie satellites diripie
bant. Dira autem atque acerba indignatio subibat

credebat quidam quibus non erat et quidam in dolis [illegible] dicebas [illegible] nas de demone [illegible]

mulierem ac frequentibus convicijs et maledictis omnibus
raptoribus prosequens contra se ipsam magis ir
ritabat. Cum vero nullus eam neque infans neque
ira percitus occideret, ab eosque alijs in nomine labo
raret, essetque iam penitus difficile quicumque re
perire, famesque precordia pervisceret et medulas depasce
ret, famem ipsam vehementius ardens incitaret indig
natio, iracundia simul et necessitate dictante contra
ius naturam ipsam violare proficiscitur. Filiumque arri
piens, erat autem illi parvulus et sugens ubera,
Infelix inquit puer, cuinam te in bello et sedicione
et fame servabo. Nempe enim a romanis et si
vixerimus servitus nos maneat, anticipat autem
servitutem fames, instant seviores utrisque grassa
tores. Perge igitur michi cibus esto, grassato
ribus furiarum teda, omnique mortalium generi fabu
la quod solum iudeorum calamitatibus deest. Atque
hec dicens necat filium, inde quod illum coquens
ipsa dimidium comedit, partem quoque reliquam operiens
servabat. Adsunt continuo grassatores nephandi
odore attracti comminanturque nisi quod paraverat in
conspectum daret eam se statim necaturos. At illa
cum partem illis bonam servasse se diceret, nati reliqui
as aperuit. Cum illos protinus horror ingens cepit
et metum stupor, atque aspectu ipso diriguerant
et velut enci defixi stabant. Tum illa meus
inquit est natus hic carissimus, meusque istud
opus est, edite quod [illegible]. Namque et ipsa
comedi. Nolite fieri neque muliere molliores
neque matre misericordiores. Quod si vos reue
remini hostiamque meam adversamini sicut opus
execratum nos reicere vis, hostiamque meam adversa
mini, ego quidem manducavi quodque reliquum
est michi manebit. Post hec illi quidem tre
mentes exierunt, hanc unam tamen timidiores
eamque solam escam matri concedentes. Tan
ti statim sceleris fama civitas tota repleta est,
eamque cladem adeoque infandum facinus quisque
sibi ante oculos ponebat, ideoque non secus ac si
ipse admisisset exhorrescebat. Hijs autem qui fame
cruciabantur mors vero omnibus expectabatur, eaque
sibi nonnulli concitabant, beatique victores vo
ce dicebant hij qui prius quam huiusmodi facinus
audissent aut vidissent vita excesserant. Nec
mora romanis quoque ea calamitas admunciata
est. Ex hijs autem partim non credebant, nonnulli
vero inspiciebant, plurimi vero immodicum ipsius generis
etiam vehementius accensi sunt. Hec autem atque
hijs multo quoque atrociora illi passi sunt, non
modo quia Christum suffixerunt, sed quia postmodum
apostolos ea loqui prohibebant que ad salutem nostram
pertinerent. Quod profecto beatus paulus illi com
dans, hec eis prenunciavit: Ceterum mala dicens
pervenit enim super ira in finem. Et hec inquid ad
nos. Neque enim illos a fide abducimus, neque a pre
dicacione. Quid enim queso fides conferet emo
lumenti si vita sincera non fuerit et pura. Vnum enim
vos et ista fortasse nescitis quibus nostra fere omnia
et ignota sunt et inaudita. Itaque vobis necessario
Christi sentencias summatim nunciabo, vos autem et
caute et diligenter observate, ut ea ne semper de

custodi [illegible]

no

fide ac dogmatibus disputet proque hiis tamen supplicia
decernat nisi integra fuerit / an vero vitam ipsam
quoque ac mores reprobos castiget aliquis / Cum enim
in monte ascendisset videns innumera circumflu
entem ac se circumstantem multitudinem talia mo[n]i
incipit doctrina cristi
ta edebat / Non omnis qui dicit michi domine domine
intrabit in regnum celorum / sed qui facit voluntatem
patris mei / Item multi dicent michi in illa die domine
domine in nomine tuo prophetauimus / et in nomine tuo de
monia eiecimus / et in tuo nomine virtutes multas
fecimus / Et tunc confitebor illis / Recedite a me qui
operamini iniquitatem / Non noui vos / Cum vero qui au
dit sermones eius / et non facit / similem esse dixit ho
mini fatuo / qui domum suam super arenam construit /
eamque ventis et fluminibus et pluuijs labe
faciendam ac diruendam parat / Item cum
illo in loco coronaret / Sicut inquit piscatores
cum sagena traxerint / malos pisces abiciunt / Ita
erit in illa die / Angelis eos omnes / qui peccauerint
in fornacem iacientibus / De flagiciosis quoque et in
puris hominibus cum loqueretur / aiebat / et illuc abibunt
vbi nec vermis moritur nec ignis extinguitur / Et
rursum Rex inquit fecit nupcias filio suo / et
cum vidisset hominem indutum vestibus sordidis
ait ad eum Amice quomodo huc intrasti non habens ves
tem nupcialem / At ille obmutuit / Tunc dixit
ministris suis / ligatis eius manibus et pedibus eicite
illum in tenebras exterioribus exteriores / impudicis
ista ut dictum est et flagiciosis atque impuris commi
natur etc. De virginibus exclusis. Virgines quoque et
que exclusae ab sponsi thalamo fuerunt propter cru
delitatem atque inanitatem id passe sunt / Alij
rursus eadem ex causa eunt in ignem eternum
qui paratus est dyabulo et angelis eius / De loquen
tibus frustra Et hij quoque qui frustra et sine ca
loquuntur / puniuntur / Ex verbis enim inquit tuis ius
tificaberis / et ex verbis tuis condempnaberis
Ergo ne tibi videntur manifeste / ac sine racione vite
sue tante timide que racionem habere / ei que philosophie
parti / que mores instruit propensius stude
re / Optime equidem id puto / nisi forte Cristum
hec supervacue dixisse velis asserere / atque hijs
plura eciam Neque enim hic omnia inserere in sensu est //
Et nisi vererer librum prolixius extendere / et ex prophe
tis ipsis / atque ex beato paulo / alijsque apostolis ostende
rem profecto / quantum studij in hac parte emenda
de vite / morumque componendorum quam maxime nos
deus ponere voluit / Sed enim hec arbitror posse
sufficere / nec ista nunc omnia / sed eorum vel minimam
partem / Cum enim deus / aliquid dicit et si non id
amplius quam semel dicat / ea fide ac deuocione
suscipiendum est / ac si sepissime dixerit / Quid vero
inquid aliquis hij / qui domi residerent / itaque
suam vitam gerunt / non ea poterunt perfici / que ne
glecta tantos cruciatus pariunt / Vellem equi
dem et ipse neque segnius quam nos / ymmo vero multo
ardencius et frequencius optaui in ciuitatibus va
lere / ut nichil iam opus esset monasterijs / neque
ad heremum fuge / cum quam nunc tantas instaret / Quo
niam vero que super fuerunt infra iam facta sunt /
ipseque ciuitates / in quibus et iudicia et leges
canuntur omni iniquitate et scelere implete sunt / So

fides non sufficit nec doctrina sed bonis moribus est pstend

vita duplex comunis et here mitica

litudo vero philosophie / fructus vberrimos germinat / profec
to non illi in culpa sunt qui hac procella et turbine
se eximere atque subtrahere cupientes educunt / eisque ad
quietis et tranquillitatis portum duces fuerunt / non magis
isti immo a nobis culpari debent / Vnde hij qui
Ciuitates singulas adeo virtuti inuias et inimic
as esse fecerunt / atque ad philosophiam penitus inutiles
Vt qui salui esse cupiunt / non aliter id possunt assequi
quam si solitudines et deserta prosequantur / dic enim q
so te / Si qui noctis medio assumpta face domum
incendisset magnam / ac multitudine hominum refer
tam eos qui intus obdormirent insidijs appetens / vt in
quam dicamus esse malum / atque supplicijs omnibus affi
ciendum / cum ne quem excitaret dormientes et illis edibus
educeret / an eum qui in inicio ignem illum succendisset /
adeoque duram inanitatem et omnibus / et ei quam
eos educeret imposuisset / Quid autem illud Si qui vel
tyranno violenter assili ciuitatem oppressam / siue
alias intestino bello ciuilibusque discordijs ac
sedicionibus languentem intuens hortaretur quos
posset / atque persuaderet relicta ut ciuitate recipere
se admonitum virtutes / nec persuaderet solum / Vnde ad eam
fugam ipse eciam que posset adminicula conferret
/ quem ex hijs insimulares / quemne male de omnibus
mereri dices / Cum ne qui ab hijs turbinibus et tem
pestatibus ad serenissimum ac tranquillissimum por
tum eos homines / qui in medio estu iactarentur ab
duceret / An eos qui naufragia ista paterentur //
Non itaque velim arbitreris meliore in statu nunc res
humanas esse quam ciuitatem tyranno incubatam
/ vnde longe in deteriore / Neque enim homo aliquis
sed demon quidam iniquissimus tamen tyrannus / inma
nis atque atrox cum vniuersis suis copijs ac phala no
ge tota vniuersum simul orbem occupans in humanas
animas grassatur / Deinde inde veluti ex arce qua
dam impia ac scelerata quottidie edicta omni
bus promit / non modo mammona diuites / sine pe
cunias / aut mittens / aut ferens / aut iniquas
tamen exercens cedes / Vnde longe hijs quoque grauiora
atque diuiora iudicia tyrannidis prae se ferens
/ Conuictam enim semel deo humana animam / omnis fa
miliari contubernio seducens / atque flagiciosis in
mundisque satellibus suis illudendam tradens
in primis illorum congressibus substernendam cogit / Cui
postquam eam semel assumpsit / a deo turpiter illi
congreditur tamque contumeliose / quantum credere
par est / nequissimos demones vehementer atque
inanissime perdicione meam atque turpitudine
desidantes / Cunctam enim omnibus vndique inducentes
viciorum que panis obsitam / eisque sordidis consci
sis ac putoris quibus profecto fedior apparet
quasi nuda esset familiarique sibi impudicicia
et omni flagicio / resplendentes ac penitus inficientes
entes illi fedissime omni contumelia illudere non de
sinit / Neque enim vllam satietatem nouerunt in
cesti huius sceleratique concubitus / Verum ut ebrij
faciunt / ut qui cum se multo mero ingurgitauerit
tunc maxime exardescit / ac sciunt pocula precipites

de demonibus immanie et stacieque contra homines

Ita et hij quoque tunc maxime insaniunt, eique et vehementius instant et ferocius insultant, cum illa ad omnem turpitudinem abuti ceperint, compungentes undique atque mordentes, venenaque nequitie sue in illam refundentes, nec prius desinentes quam in suum illa habitum formamque transtulerint vel corpore absoluta viderint. Que ergo violenta dominatio, que captivitas, que vastitas, que servitus, que vera in servitutem abductio, quod bellum, quod naufragium, que fames aut pestis quod horum denique hijs ulla ratione conferri possit quam videatur esse levissimum. Quis ad hec dicam quis tam ferus ac ferox, quis ita brutus atque inhumanus adeo quod sine ullo misericordie ac doloris sensu quam malit huiusmodi animam sic affectam contumeliis sic undique probris lacessitam pro nichilo pendere flagitiosa illa et iniuria insanaque contumelia abducere liberare studere, quam sic destitutam negligere penitus relinquere. Quid si esset ut est profecto inanis animi atque lapidei, ubi nam queso illos statuemus qui preter id quod huiusmodi negligunt, aliud et quidem longe deterius scelus admittunt, eos enim qui parati sunt mederi se periculis constanter obicere, nec renuunt in ipsum fere bellue manus demittere, quin ymo et fetorem omnem atque pericula subire ut absorbitas iam ac devoratas animas ex ipsis demonum faucibus educant, atque violenter extrahant, non tamen non laudant, neque amplectuntur sed impellunt quoque atque perturbant undique. Quid ergo inquid aliquis cuncti ne per qui urbes habitant, hac vite huius periculis iactari ipsisque iam urbibus dimissis atque desolatis ad solitudines confugiendum erit, atque in ipsis moncium verticibus sedes nove collocande, tu quoque ista iubes, ac te legis huius latorem profiteris? Minime id quidem sed contra penitus. Ut enim supra dixi et vellem et vehementer optarem eo nos in statu rerum esse ac pace degere, adeo quod tyrannidem malorum horum omnium destrui ac dissipari, ut non modo eis, qui in civitatibus degunt nulla necessitas incumberet occupandorum, atque inhabitandorum moncium, verum hij quoque qui solitudines incolunt velut fugitivi quidam longo post tempore securi ac tuti pacatis rebus ad civitates suas remeare possent. Sed quid ago vereor iniuriam ne dum illos penitus ac pennibus reddere studeo nequissimorum manibus tradam dumque solitudine et fuga abducere ac revocare cupio per me illi philosophie quietis scilicet tranquillitate excidant. Ceterum si tu michi civitatum multitudines in medium adducas, hijs quoque me putes exoratum iri, atque in eam sententiam traducendum, ut putem deum passurum multitudini, nec passurum in orbem universum dampnacionis ferre sententiam super Christi verbis. Adversus obiectionem tuam stabo. Neque enim tam audax sum tamque nephandus facinus admittes ut etiam adversus eius sentenciam qui nos tunc iudicaturus est assistas. Quid ergo ille inquit, angusta est ianua atque ardua via, que inducit ad vitam et pauci sunt qui inveniunt eam. Sin vero pauci sunt, qui inveniunt eam. Sin vero pauci sunt qui inveniunt eam, profecto longe pauciores erunt qui ad finem eius pervenire possint. Neque enim omnes, qui quoque illam apprehenderunt ad finem et perfecti sunt sed quidem in ipsis statim initiis, nonnulli itineris medio, plurimi vero in ipsum iam fere portum inducti naufragium fecerunt. Rursus autem multos esse ait qui vocati essent paucos qui electi. Cum itaque Christus amplioris quidem pereuntium partem esse asseveret, atque in paucis salutem perfinita dicat, quid tu pugnas adversum me. Prorsus enim idem facis, ac si de noe et diluvio verba nobis facientibus admirareris et an id fieri potuerit ut omnes perierint, duoque tamen vel tres homines effugerint interrogares, hijs tu comminus ora nostra obstruere te posse putes. Proinde ac si tis persuasi non ausum sumus adversus multitudinem ferre sententiam. Sed enim id numquam penitus efficies nec persuadebis ut multitudinem veritati in honore preferamus. Neque enim hijs que tunc contigisse memorantur inferiora ista sunt, verum multo funestiora cola atque sceleraciora, atque eo magis quo gehenne intentantur ignis, et ne sic quidem vicia arcent neque excidunt. Quis enim oro te non fatuum appellat fratrem leve illud videtur. At igni sempiterno facit obnoxium. Quis non intendit impudicis oculis in mulierem. Hoc autem consuetum adulterium plenissimi flagicii deputatur. Is vero qui adulter est qui in gehenna ignis cruciandus sit omnibus profecto constat quis non degredit. At qui istud penitus ex malo est, quod autem a malo est id adeo eterni parat cruciatum. Quis nisi amicis invidit, hoc vero publicanis ipsis et gentibus deteriores facit. Cum autem huiusmodi effugere supplicia eterna non possimus ita omnibus liquet, ut non possit clarius. Quis furorem omnem atque iracundiam ex corde repulit atque abiecit, peracque omnem in se delinquentium remisit, At is qui non dimiserit quod eternis suppliciis addicendus sit nemo qui Christum audierit refragabitur. Quis non servivit mammone. Sed qui eidem servit Christi servitutem penitus abiecit, qui vero Christo servire abnuit salutem suam prorsus abnegavit. Quis occulte nulla in aliquem maledicta iecit. Eos sane qui sunt huiusmodi vetus quoque lex concidi atque interfici iubet. Sed enim in tantis malis tantisque periculis que nos consolacio, quod solacium sustentat ac recreat. Cum omnes veluti ex signo quodam et edicto per viciorum ac flagiciorum omnium abrupta ferimur. Misera plane consolacio et eius que nunc obtinet pestis singulare documentum argumentumque perspicuum, quando quidem id nobis malisque nostris solatium affert, quod ipsum maioris meroris et deploracionis materia esse debuerat. Neque enim multitudo in peccando sociorum omnibus nobis apervis habebit. Quod si autem aliquis ex hijs que modo diximus adductus, ut sibi diffidat ac pene desperet, is paulisper expectet, dum ea que dicimus huius multa diviora sunt et tunc id longe patiencius amplius. Nam si iracundiam diabolicum esse comprobatur, qui in iam ecia exultat, nec punire metuit, quanto tandem am

adversione puniendi censuit. Dei fatuum appellare fratrem gehenne flammas attrahit; quid hii pacientur qui cum probris et contumeliis innumeris etiam nocentem, nullasque iniurias irrogantem affligere non metuunt? Si inimicis enim iniurias irrogantem omni punicione dignum iudicavit, etiam ulcisci pergere, quantos cruciatus promerebitur? Verum hec suo tempore et loco reservabimus, ut enim alia interim obmittam, hoc ipsum quod hec scribere impulit racione vel solum sufficit, presertim cumque obtinens morbi pestem indicaret. Si enim peccata propria negligere quisque etiam sine doloris sensu cottidie peccare, extremus malicie terminus esse pro confesso habetur, ubi tandem istos ponemus, novi huius atque iniquissime ferende legis auctores statuemus, qui maiore constancia atque fiducia fugant ac propulsant conversos ingressos, quam faciunt malicie ac viciorum altari. Eosque multo amplius et violencius oppugnant qui peccata emendare pergunt, quam qui ipsi peccaverunt. Primo vero cum illis non nisi iocunde ac libenter versantur neque eminencius aliquem istos vix unquam lacessant intueri possunt, quodam modo et verbis ipsis et operibus clamantes atque suadentes inherendum esse inter ac terrere, atque ad virtutem nunquam attendendum, quamquidem non modo qui propensius ei operam dant, verum si qui vel liberior eam vacare tueri audeat, eos omnibus incommodis afficiendos censent. Explicit liber primus. Incipit secundus ad gentilem atque ad infidelem patrem et est talis et cetera

Satis quidem et ista esse poterant quibus inferetur stupor ingens atque horror. Et si qui super hiis propheticum illud nunc loquatur: obstupuit celum super hec et exhorruit terra vehemencius. Itemque stupor atque horrenda facta sunt in terra, oportuit et hoc et huiusmodi cuncta prosequi. Verum id longe gravius atque acerbius est, quod non modo alieni quidam et nullo hiis quibus consulitur propinquitatis, nullo familiaritatis nexu coniuncti ita indignantur et fremunt, verum ipsi quoque propinqui ac parentes super hiis irasci didicerunt. Iam et si non sum ignarus, complures esse qui patribus quidem ita affectus facile ignoscendum putant, nec propterea valde admirandum dicunt suffocantes se ac pene disrumpi iracundia, cum videant eos qui neque patres sunt neque amici, neque propinqui, neque ulla penitus alia ex parte necessitudine coniuncti et frequenter ignoti, adversus eos qui philosophari instituunt, hoc ipsum pati, atque ipsis patribus magis angi et dolere, eosque illos hortati sunt et adeuntes preter amorem traduxerunt oppugnare insilare ac maledictis omnibus persequi. Michi vero longe aliena mens est. Eos enim qui nullum paterni affectus privilegium, nullum ius amicicie ac familiaritatis habent, alienis in bonis angi, nichil profecto novum aut insolitum videri debet, partim invidie similis concitatos, partim malicie sue atque viciis peiorum aliorum solacio et excusacioni esse arbitrantes. Miserere quidem id et infelicitatis arbitrantes tu at non qui genuerunt, qui educaverunt, qui diebus singulis natos suos proficere, sibique ipsis et ad virtutem et ad gloriam precellere et cupiunt et optant, qui propterea cuncta et paciuntur et faciunt, eos quadam veluti ebrietate correptos repente mutari, angique ac dolere vehemencius cum abstrahi liberi ad philosophiam abducuntur. Hoc profecto est quod unum omnium ego maxime admiror, quoniam omnia corrupta sint et perdita. Satis firmum et validum argumentum esse dico. Hoc enim prioribus temporibus nunquam contigisse, nemo qui possit dicere ne tu quidem cum late dominaretur error. At hii quidem semel incidebant in gentili et greca civitate, sed quia tyrannus incubat. Neque tamen penitus aliquis ut nunc, sed hii qui arcem occupaverant, nec hii quidem omnes, sed qui horum erat flagiciosissimus. Doctorem irridens iubebat philosophiam tueri atque ad eam hortari desineret. Verum ille tyrannus pre ceteris sevus atrox et qui ad evertendam rempublicam cuncta moliebatur, alienisque in malis acquiescebat et gaudebat, cum sciret nichil eque atque talem missione optimum rei pu[blice] statum posse pervertere id ausus est quod ante illum nemo. At hii et fideles et in bene institutis civitatibus atque ac sub optimis legibus degentes, liberisque suis consultum cupientes, ea de sanctis viris loqui audent, que ne tyrannus quidem de hiis quibus dominari auderet, nec erubescunt. Itaque horum gratia igitur indignandum ac ferendum moleste erat quam aliorum admirandum. Porro et ego illos iniussos faciens, istos qui in primis curam filiorum genuerunt loquar verius, quam curam gerere debuerant, non gerunt. Leniter et summa cum moderacione alloquar, hoc ab illis primum bonam veniam impetratam cupiens uti, ne moleste ferant, non indignentur si quid utile sit quod ne integris expediat illorum liberis nos melius scire dixerimus quam illos ipsos. Neque enim quisque procreavit filium, quid etiam illi conducat docere, cum potest et esse instruendi voluntas honesta non desit quam elicit amor insitus patrum singularis ad filios affectus. Ad id enim edocendum diligentius quod utilius sit neque procreando pater neque amando unquam sufficiet. Nam si istud concederetur, nemo hominum erit preter nosse melius atque conspicacius posset. Quid nam esset filio utilius, sicuti ne in amando quidem filio meo est qui patrem superet vel etiam exequet. Cum ymo ipsi quoque patres ex hiis que studiose agunt hoc ipsum se ignorare confitentur. Cum ad magistros ducunt cum pedagogis instruendos tradunt, cum plurimos consiliarios assumunt, qui quid nam ipse proposito filio arripiendum sit, qui nec dilectus studeus et amice et fideliter consulat. Quod autem est item mirabilius, quando de filiis consultant dum familiari colloquio quid sentit quisque in medium adducit, illi non nunquam sua irritantes aliorum sentenciam ratam esse atque obtinere voluerunt. Ita ne vos quidem succenseant, neque indignentur si quod eorum liberis utile futurum sit, nos illis melius nosse dixerimus. Verum nisi id certa racione constet, tunc accusent, tunc affligant, tunc probris appetant veluti temeraria perditos ac flagiciosos ac nature totius inimicos. Quo nam igitur modo istud manifestum erit, aut qua racione scire certius poterimus, quisnam sit qui quod utile sit plane conspiciat? Si utrorumque sentencias pugnancium in morem in examine iudicii descendere atque congredi

comminus cogamus omnis deficit meditandi facultatem in corruptis integerrimisque iudicibus / Itaque
ipse quidem etiamnunc nostri xpiani exiri ad pugnam
iubet / atque cum illo solum non certare / qui sit eiusmodi
religionis cultor nichilque a nobis requirit amplius
/ Quod enim ad nunc attinet / eos etiam qui foris sunt
iudicare ait beatus paulus / unde quia sepe contin
git ut plurimi ex hys qui ad ocliuz perfectionis / filiis gen
tilibus atque infidelibus patribus sunt quos lex etiamnunc nos
con hiusmodi dimicare non iubeat / sponte tamen ipsi
summaque alacritate adversus istos tum nobis certamen
iudicetur / quo ipsum quidem perdifficile est plurima quod
hec capitula animalis enim homo non percipit ea que sunt
spiritus dei / stulticia quippe illi est / prorsusque idem
facimus ac si aliquem hortari vellemus ut celeste reg
num appeteret qui antea credere an id esset / aut
quid nam esset renuisset / Sed tamen tamen angustiis
coarctatus sim sit quoque adversus istos tum hac michi
certamen iudici vehementer optarem / Nam si ad fide
lem aliquem hic michi sermo instituendus / erit michi
ma copia / bonitasque cause / adiuvabit plurimum
et si eam victorie mee voluptate obstabat / et ob
ruat magnitudo veritudine Suffundor enim vehementer
si adversus illum quoque me pugnare necesse sit / vere
or quod ne hoc certamen tum modo gentilis michi pos
sit obire / Nam in reliquis illum et quidem facile suf
fragante gratia divina capiemus / atque si noluerit ce
non ingratus / cito illum non modo ad amorem huius certamen
cemus / unde adipius quoque doctrine ac religionis de
siderium / aqua vita illa miranti et magis suspicit / Tantum
non abest ut certamen adversus illum subire metuam / Ut cum
id primum durius atque difficilius / mea oratione consti
tuo / tuz domum pugnare aggredi instituam / Fingamus
nempe patrem istiusmodi non modo esse gentilem
sed nobilem quoque / et ultra omnes homines locupletem /
insignem singularique potencia preditum habeat agros plu
rimos / edes permultas / aurique immensa talenta / Sit
patria clarissima patria et regia / illustrissimo genere
/ neque habeat alios liberos / neque habiturum speret
sed huic soli innititur / et ex hoc solo pendeat / Cum
et ipse sit summe spei / eo quod ingenio natura induis
erat ut admirata et admiratus naturale astensium
expectare / prenimque ipsum et splendore et gloria brevi
superaturus / omnibus quod inter comodis longius quod inter
comodis longius ante itur / Tum non in medio tante
spei et expectationis accedat aliquis ad illum / atque
de hac ei philosophia verba faciens persuadeat / spretis ut
illis omnibus / vestemque rusticam induat / et relic
ta urbe ad montem confugiat ibi quod plantet misce
rat rigat / aquas ferat / cetraque in eachore faci
at / opera que et vilia et indigna esse videantur / Incre
dat preterea discalceatus et humi iacens quiescat
/ efficiatque pallidus / gracilis ac macie confectus
decorus ille adolescens / qui tantis antea in deliciis
et honoribus degebat tanteque spei signa prosequebatur
vilius quam etiam servi sui vestiatur / Nam satis multas
accusatoris occasiones dedimus / sat ne adversarium
armavimus / Probeamus illi / alius quoque si sit sa
tis adhuc instructus / non est preter ista que dicta sunt
omnia moneat pater cuncta quod molietur ut dissuade
at filio / atque ab arrepto illum instituto revocet
sed inaniter desudet / utpote cum ille semper petram

collocatus sit / et fluminibus et pluviis et ventis ce
dere non norit / lamentetur et lugeat / atque lacrimas
emittat ut indignationem omnem adversum nos magis
accendat / Circueat inquit merens afflictus sor
didatus / omnesque perhorrens / contra nos huiusmodi accusa
tione commoveat / Filium ego genui et nutrivi / e argumentum p[ro]b[atur]
tatemque omnem meruprius genui / cuncta ea et ge
rens et patiens que ex hac educatione libertorum so
lent accidere / spem de illo optima habui / pedago
gos accersivi et magistros obsecravi / pecunias im
pendi / vigilavi sepissime / curam gerens ingen
tem / ut quam ornatissimus atque eruditissimus
evaderet / ut in nullo maioribus suis esset deterior
ut omnibus appareret illustrior et clarior / expectaba
hunc senectuti mee solacio et adiumento fore / pro
cessuque temporis de uxore splendidissimo quoque matrimo gom acti
nio tractabam / de simplicio de ingratibus et insig
nitate / cogitare ceperam / Cum repente tamquam ful
mine / aut procella ingruens / nescio qua parte irru
ens preciosissimam navem / multisque oneribus refertam
que plurima pelagi spatia confecerat / ac secundis
ventis navigabat / Cum iam ad portum appropinqu
aret / parum ante ipsum ostium submersit / metuique non
modo extreme paupertatis / verum acerbissime mortis
ac perditionis eius capiti / qui ista paucat te
pestas illa scena circumdedit / Sit profecto nisi
me contigit Namque execrabiles illi flagitiosi per querela prima
diti nebulones / dicat enim hec / atque huiusmodi
cetera / nichil illi succensebimus tante spei filium
senectutis mee custodem et auxiliatorem / veluti la
trones quidam immanissimi michi repente sub
ductum in speluncas suas abduxerunt / adeoque illum
suis carminibus excantaverunt ut eligat magis
adversus feras igneum bestias / adversus omnia demum
quod fortiter ac summa constantia persistere quam ad
priorem prosperitatem / priorisque copias remeare / querela ii^a
/ Eiusdemque hys dominus et communis est / illi ipsi qui
hec persuaserunt / melius se quid sit utile scire
atque intueri profitentur / quod nos / deserte iam domus
/ desolati agri / ipsique agricole ac servi luctu ac
merore pleni sunt / Exultant in malis meis
inimici / pudoreque opprimuntur amici / Apud me autem
nulla sanitas obtinet nisi in iocto igne cuncta
sit exurta / edes / agros / armenta boum greges pe
corum / Que enim michi iam hec utilia sunt / cum querela iii^a
non ille adsit cuius usibus parata erant / Captivus
sed abductus atque apud barbaros crudelissimos
servitutem serviens omni morte duriorem atque ace
biorem / Amictu nigro servos omnes operui cunctam
quam familiam et ipsi tamen capita mulierum / choros
institui / iussique amicis atque amarius plangere
quam si mortuum vidissem / Date veniam hoc faci
endi michi / hic michi luctus longe illo ma
ior / durior et miserior / Iam michi fere lux ipsa
molesta est / ipsosque solis radios ingrate suscipio
/ Quotiens enim in mentem venerit / inse
licis illius habitus / totiens villissimis illis rus
ticis inhonestius illum amictum video / atque ad
opera vilioria commissum / quotiens inflexum eius
immobileque propositum / utque nulli cedat con
sidero / uror / disrumpor / distrahor / Nec atque

eiusmodi dicens, prolixa etiam audientium pedibus. Aspergat tunc caput, deturpetque pulvere faciem, canitiem vellat, omnesque presides oret se ut adiuvat ac porrigant manum. Satis puto diligenter excusatorem expressimus atque instruximus ad commovendam auditoribus omnibus vehementer invidiam et ad persuadendum ut eos qui horum causa sint precipua deiectos eximent. Atque nos ideo ad has supremas angustias oratione nostra perducti sumus, ut cum hiis qui ita venerit paratus omnia gratia fuerit superatus, iam nemo nobis obstrepat. Tu enim hiis qui ista omnia que predixi simul habet, convictus fuit atque obmutuerit. Et hiis quoque qui omnia non simul habet, neque enim facile cuncta coacervemus possit, nobis iam de victoria concedat. Hec itaque et ista et hiis plura etiam loquatur. Ego in primis iudices orabo atque obsecrabo ne modo insectentur senis huius, sed hanc primam differant in extremum, cum illum ostenderimus lugentem filium in nullo quidem violatum, nichilque penitus perpessum mali, unum tamen etiam maximis potitum bonis, eisque tam insignibus ut excellentiora non possint reperiri. Hic enim profecto inbeatior et lacrimis dignus iudicandus est, cum nati felicitatem secundosque successus nec conspicatum quidem possit, tamen quoque abest ut ea intueatur ut sit in maximis prefectibus tanquam in summis civis malis lamentetur. Quodnam igitur erit nostre orationis exordium aut unde potissimum inchoabimus? Ab ipsis plane opibus atque pecuniis. Nam et ipse maxime omnium hoc unum lamentatur omnibus omnique comploratione prosecutus est, idque sibi videtur esse acerbissimum, si divites filii perfruant. Ad hac divitiem vite atque proposito dic igitur queso te utrum omnes beatum dicimus atque invidiosum et plane felicissimum eum ne qui siti semper estuat, quique amplius potorem calicem sorbuerit, rursus illo indiget atque semper in hoc perseveret statu; an eum qui superior ea necessitate constitutus sine siti semper durat, nunquamque penitus ulla potationis necessitate constringit? Nonne alius quidem hiis qui gravi febrium ardore cruciantur similimus videtur atque violentissime necessitati addictus, etiam si de fontibus hauriat purissimos atque uberiores latices possit. Alius necessitate profecto libertate liber est, vanaque sanitate sanus, ipsamque naturam excedit humanam. Quid illud? Si quis adamaret mulierem, eique congrederetur fugit, unum maiore post concubitum illam flagraret ardore. Alius nec perstiteret hac infamia liber et nec in sompnis quidem nunquam hoc malo caperetur. Quis vestrum felix et beatissimus videretur? Nonne iste? Quis contra infelix et beatissimus videtur infirmus? Nonne novo hoc amore languet quem nunquam possit prorsus extinguere, quin imo excogitat quoque remedia magis magisque succendi. Totum autem preter ista que dicta sunt et ex ipso morbo suo se beatum dicat nec cui aceret ipse, nec velit ea necessitate liberari, quin eos quoque lamentet et lugeat qui iam ea peste liberati sunt, ut iste nunc facit. Nonne huic quoque

Petitio defensoris tamen filii data iudicibus responso ad satis querela contra patris divicias

inhabilior erit atque infelicior; non tamen quia morbo illo et peste detinetur, verum quia ne ipsum quidem quod langueat novit, propterea nec ipse liberari valet et eos qui iam liberati sint luget. Perducamus igitur hanc orationem ad pecuniarum possessionem, inspiciamusque quis revera inter quos infelix sit. Illius nempe amoribus iste et vehementior et insanie propior est; non ideo tamen quia molestiores habet faces, verum quia ad excogitata quoque solacia insultibus perducat, durioreque compellis atque acrior efficitur. Civitas quippe hii qui et potu et cibo amant, postquam hiis potiti fuerint, satietate finent, quam qui diviciarum insanis amoribus flagrant. Quo contra illos nostra oratione effingere necesse fuit, quia non facile sit neque in promptu illorum documentum; huius autem pestis multa possimus exempla afferre. Nunc queso te ideo lamentaris et luges filium tuum, quia hac tanta vesania tamque desperato morbo liber evasit, quia hoc irremediabili insanoque amore caruit? Quia bello hoc et pugna mansit immunis? At tu illud, numquam ille passus fuisset inquietus, neque plura concupisceret, verum hiis que habet contentus nichil quesisset amplius. Rem quidem dicis impossibilem ipsi, ut ita dixerim, nature contrariam. Verum sit istud quoque. Concedamus fieri potuisse ut ea esset moderatione animi ut hiis que habet nichil vellet addere, nec ullo eiusmodi merore caperetur. Ego sic quoque illum maiori modo in quiete ac voluptate commoraturum docebo. Quid enim? Levius aut tranquillius esse censebimus tantis ne tantarumque rerum curis implicari, eiusmodique custodie ac servituti obnoxium et obstrictum fieri, quotidieque sollicitate metuere ne quid servi familiares peccat? Ait vero hiis curis atque vinclis animo expediri. Nam et si facinas alias non appetat, ut interim id concedamus, nonne multo melius multoque prestantius est iam impositas abicere, quam abicibus ipsis opprimi? Demumque sic ut concessum est maximum bonum dicitur, plurimis non indigere. Animi in se contentum esse necessitate omnium celsior evadere, maioris felicitatis est. Is enim qui neque sitit unquam neque amat — nichil enim me prohibet rursus ad eadem exempla redire — multo profecto beatior, multoque gloriosior esse monstratus est non modo eis semper sitiunt ac semper amant, sed eis quoque qui quodlibet parum id passi sunt, nec quoque cupere satis fecerunt, cum ipse nunquam eiusmodi necessitati se subdiderit. Percunctabor autem te rursus: qui divicijs vult omnes carere, cunctisque eis malis exemi que solent ille parere, licet ergo ne non incredibiliter optares ea pace ac tranquillitate frui, ut non invidia, non calumpnias, non insidias, non curas, non quidquam huiusmodi aliud ab ullo prorsus hominum pateretur aut pati formidaret? Ergo si filium tuum hec omnia habere monstravero, atque longe etiam esse ditiorem quam es tu, ne tandem te lamentis ac suspiriis addiderit amaris conficere, tamque diris gemitibus absumebis. Nempe absolutum eum curis illac malis reliquis que solent opes e vestigio subsequi, ne tu quidem ipse negabis. Id certo nec nos ad te de ea re verba facere necesse est. Studebo autem id magis adstruere, quo nam modo ille dives sit ac te ipso qui tam multa possides longe opulentior. Hoc ego te modo docebo, ostendamque te si illi comparetur

diviciis sola [illegible] difficile est

Dicit de zelus comparatione morbo amoris et potus bello

necessitate diviciarum [illegible]

divites quam mala [illegible] non posse

diviciarum [illegible] omnibus

id pati arbitraris / atque extrema in paupertate degere
Nec modo me celestia bona prosecutum putes / que
nobis post huius excessum vite reddenda sunt / Ceterum
hys que sunt in manibus / que tenent te in eterni
dotebo / Nempe tu tu corpore tamen que possides
dives es / ille vero omnium que sunt in toto orbe terrarum
Cum vero tu minus credis / age te ad illum adducam
ac persuadeas ut de monte descendens magistratus
illic residens ballivum ex hys qui et divites valde
et religiosi sunt mandet / sibi mittat aurum pon
dus centum ipse vis / videbis divitem illum sibi de no
tis alacrius promptius obaudientem quam faciat mi
nistro quivis ex dispensatoribus tuis / Nam hic qui
dem cum aliquid iubetur impendere merens fortassis
demissus id facit / Cum ille autem non impenderet
tunc demum maxime trepidat atque anxius est
ne forte in aliquo offenderit quod sibi michil cuius
modi imperaret / Atque plurimos tibi possem os
tendere non modo ex eis qui excellentiores sunt / verum
ex humilioribus quoque / qui tanta hac potestate sunt
politi / Atque te siquidem nullum tuum sibi credita
male obsumpserit / alium tu habes a quo petas
verum illorum potestate exclusit contra pauper efficieris
At filius tuus nil eiusmodi metuit / Nunc enim te
cum prius in pauperat divicias extendat / imperabit
aliquis sine hys quoque aliquid tale passus fuit
et ad alium se converterit / prius denique deficient fon
tium latices / atque sicabitur quam qui nato tuo ob
temperet imperanti / Ceterum si nobiscum in religione con
cordares / enarrassem tibi profecto multas ac
longas novasque et veteres eiusmodi historias
verum quia te gentilem profiteris / gentiliumque doc
trinis acquiescis / ne hinc quidem exempla deerunt
Audi denique apud platonem quid ad socratem
tem loquatur Crito / Tibi quidem sunt mee pe
cunie / ut equidem reor satis multe / cum non tu
quod mei curam geras quod de re mea tibi abstinen
dum censes / At hij astant suam quisque impendere
parati sunt / Intulit quippe in hoc ipsum pecuniam in
gentem Cumas paratus est Cebes quoque alij item
permulti / Itaque ut antea dicebam / noli ullo horum
metu lacessere tuamque salutem quin tuearis negligere
Neque vero id quod paulo ante in iudicio dicebas
molestiam tibi ullam aut curam pariat / quod scilicet
profectus a nobis non haberes / quatenus te ipso
uteris / quibus ne usui esse posses / Multi enim et
alijs in locis quocumque tu tandem proficiscare
amabunt te atque observabunt plurimum / Cum autem
volueris et in thessaliam pergere sunt michi pleri que
illic hospites qui et te plurimi facient et tutum
esse ab omni iniuria prestabunt / Quid hac suppe
ditatione incidius dici possit / aut gracius
verum quidem ista ut ad hominem seculo obnoxium
sunt dicta / Ceterum si subtilius atque diligentius na
ture opes discutere velimus / tu quidem fortasse
non assequeris intellectu que dicimus / Ea tamen ad
indicem nostro dicenda sunt / tante enim sunt utriusque
opes atque copie / adeoque quod vestre dulciores
atque amemores / ut qui has habuerit / numquam

eas velle possint cum universa terra commutare / ne
si illa quidem aurum fiat cum mari et fluminibus
et montibus / Atque si fieri id posset didicisses
profecto ex ipso experimento / quod non iactantie et
levitatis verba loquimur / Sed maiores quoque illi tu
priores quoque divicias negligerent ac spernerent ut
eas possent adipisci / numquam quod prius istis
illas commutaret / Et quid ego dico commutaret
Ne cum illis quidem has habere vellet / Et certe si
qui vobis / una cum pecunijs utrisque conferret opes
obviis eas supinis manibus susciperet / Ad
ipsi quoque eas divicias et magnas et admira
biles esse confitebimini / Cum isti ne cum suis qui
dem opes vestras habere dignabuntur / Ad rem
esse contemptabilem ac penitus abiectam no
runt / Atque hoc rursus exemplis vestris perspicuum
faciam / Cuium enim pecuniarum Alexandrum diogeni
indatum putas / siquidem ille voluisset acci
pere / Atque noluit / At ille nisibus totis contendebat
cunctaque moliebatur / ut huius virtutibus comparibus ac
cederet / verum ne aliunde quoque et tuam inopiam et
nati tui copias agnoscere / proficiscere ad illum
cuiusque pallium solum quod habet illi auffer / educ
item ex cellula / atque ipsum eius tugurium celeste
ne sic quidem illum indignatione aut dolore ali
quo commotum penitus videbis / verum aget tibi gratias
idque tanto magis / quanto illum adpheriam amplius
impellis / Absit vero si quis vel decem drag
mas tulerit / ingemiscere flere lamentarique non
desinis / Quis igitur dives existimandus est /
quis beatus / hisne qui vel minimis mor
detur / An qui mortalia cuncta simul despicit
Neque id tamen facias quod dixi / verum omni quoque
illum pecunia deserta videbis letum illarem / atque
ita ridentem / at si se ludens puero feriret /
Et si quis vel sola patria et civitali solo exturbet
acerbissima pro pessimis conqueris / neque eam tala
mitate ferre potes / Cum primo ille quippe terre ac
maris quasi dominus ita facile sit que sicut merore et
gemitu transibit ad alia / ut facis tu cum patrias
tuos merendis tamen quam longe et facilius / Nam
tibi et si patria liceret merendis / tam pro aliena quam
nostro merendum est / At vero etiam ille omnem ut
propriam obambulat / cique potum undique largissim
suppetunt / stagna fontes amenes / arbor vero
et olea et virentes herbas / multaque olorum parces
adducti suppeditant / Quamdiu enim id dico contra
ipsam omnem asperam huius in celo civitatem
Cum autem sibi moriendum fuit / letius atque iocun
dius fecit occubitum / quam vos delicias vestras atque
ita modo integris optabat ac peregre quam vos in patria
et lecto erit quia ille est plane vagus fugitivus
palabundus qui urbem incolit et domum habet
/ non qui hys omnibus liber evasit / Neque enim
illum umquam de patria poteris educere / nisi extra
prius universa propuleris / Ita mecum enim loquimur
Neque sic agemus / Nam ut verissima ratione con
stat nunc cum maxime in patriam reducetis / cum

cum terra penitus deduxeris/ Verum ad meridiem ad te
loquentes/ Neque sic agemus tecum qui nichil eis
que videntur amplius nosti/ Neque non mundum eum
poteris ostendere/ donec amictus fuerit virtutibus in
ducentes/ neque fame unquam perimet/ quem diu qui
sit lusus rebus agnouit/ Ceterum hiis omnibus diui
tes capiuntur/ facile atque perturbantur/ Itaque ista quoque
ratione non peccabit/ qui has quidem pauperes ac
prorsus inopes dixerit/ illos vero eciam ad omnem co
piam locupletes/ Nam cui cibus et potus et domus
et requies ubique suppetit/ nec modo in cuiusmodi non
ingemiscit aut meret verum etiam quod vos in rebus
iocundius degit/ requiescit prorsus tu vobis omni
bus diuitibus esse ditiorem qui ista in edibus
vestris tamen invenire potest/ Cruciata nec inopiam
ille unquam lugebit/ Neque autem ista metus facilita
te et copia et voluptate/ tamen dicie iste prestanciores
sunt/ verum ob ipsam hoc quoque/ quia neque capi adversitati
possunt/ neque in paupertate aliquem decidere/ neque
subiecte sunt mestis illis casibus/ neque eius agunt
neque lucidi capiuntur sed admiracionem omnem et laudes
ac famam prestantissimam merentur/ At qui in vos
contraria hiis penitus aspicimus/ Non modo enim vos
non laudant ditiorumque gracia/ verum hac maxima ex
causa et oderunt et execrantur et invident vobis
rursus in eadem semper alacritate propositi/
cogitacionis nostre perseverat/ Quocirca sapiens
quidam admonet dicens/ ne moreris converti ad
dominum/ neque differas de die in diem/ ne forte cum
tu moram trahis/ conteraris atque in tempore
ulcionis pereas/ Nempe si nichil horum quo
que metui esse/ nec sic quidem liberos nostros dif
ferre debemus/ ne tanta detrimenta quanta mox
aperiemus ex dilacione ista paciantur/ Esset enim
profecto incredibilis amencie et fatuitatis
ymo vero summe insanitatis si cum iuvenem opus
adiutorio adversariusque imminet/ tunc illum iu
beremus/ quiete agere mundanisque ministerii
negociis ne capi facilius posset/ cum vero vulneri
bus innumeris confossus iacet nulla que expers
esset integre/ tunc illum ut se erigeret atque arma
ret hortaremur/ iacentem iam et saucium/ atque omnino
debilem/ Ita sane inquies. Tunc enim et lucta le
vior et dimicacio facilior futura est/ iam exstinc
tis voluptatibus Que nam tunc dimicacio/ que
pugna erit cum nullus sit compar/ qui nos provo
cet nullus qui prelio lacesset/ Ita profecto ne
coronis quidem illustrioribus donabimur./ Beatus
enim inquit qui tulit iugum domini ab adolescencia
sua sedebit solitarius et tacebit. Hic plane
hic admiracione multa est dignus/ hic et lau
dari et beatissimus meretur dici/ qui rebelles insa
nosque naturales motus racione frenare perrexerit
atque in ipso impetu tempestatis et turbinis
illesam servaret navem/ Verum nichil inde quo
que contendamus Sit eciam ista dimicacio si

placet. Nempe si esset in potestate nostra certaminis
tempus, forte forsitan senectutem expectare
possemus. Quia vero post omnem vitam nobis dimicandum
est, atque a prima statim etate inchoandum, tu decem
annorum esse tirunculos, atque a prima etate quippe e-
tate eorum omnium que peccavimus rationem reddituri
penas que daturi sumus, quod insinuat pueri illi qui
helizeum irridere ausi sunt, ursis devorandi
permissi merentur. Et intra ex eadem etate iam
nobis in acie est standum, quia dum bellum adversus
nos acrius et grauius imminet, quam tu ratione tem-
pus illud certaminibus statuis. Si enim ipsi diabo-
li potestatis fuerit imperare posses ut atrocius immi-
nere et pugnare desineret, videretur esse
non irrationabilis hec tua admonitio. Nunc vero
dum tu illum et pugnare et ictibus nec grauioribus
pulsare permittas, si michi contra quiescendum statu-
as, primo sponte succumbendum, quid hac iniquitate
et absurditate possit esse deterius? Quis oro ni-
si inimicus belli rabie durius instante pug-
natorem armis exuit, atque ita hostium manibus
traditurus iuvenis est et imbecillis. Nonne eo circo
maiore et cautione et securitate illi opus est?
Quia quidem ut possit consequi summa cura et
diligencia illi opus est, atque hiis qui eius
modi est in tranquillitate semper et quiete firma
degere, non in validis negociis maioribus neque
mediis fluctibus conversari debebit, ubi tumultus
et perturbacio ingens est. Tu vero contra pueris quibus
bellum acrius imminet et per etatem et per imbe-
cillitatem et per imperitiam reique novitatem, eos
quasi iam perfecti bellatores sint reique militaris
peritissimi firmissimisque viribus subnixi, in me-
dium certaminis protrahis, nec permittis ut prius ad
solitudinem profecti vires sibi per exercitacionem
comparent, veluti si quis fortissimum virum et
qui miles hostem fundere possit iubeat, qui
etiam agere bellicas que rebus premeditacionem af-
ferre, cum vero qui et rudis sit et imperitus, nec
pugnam unquam inspicere potuerit, ob hoc ipsum in
media pugna versari debere statuat, diffici-
limeque rei maiora impedimenta proponat. Ad
hoc sciendum illud quoque non licere, post imperi-
um unquam sui ipsius esse dominum, sed e duobus alterum
necesse coniugi aut uxori semper, si ita illa vo-
luit coniungi, vel si continere vere voluit, ea di-
missa adulterii flagitio capi. Quid me pro-
sequi necesse est educandorum liberorum summas ne-
cessitates curasque reliquas rei familiaris? Que
profecto tante sunt ut omnem alacritatem propo-
siti obtundere summaque segnicie ac stuporem
animis effundere sufficiat. Quanto satius omnis
ac melius censeo, cum dum adhuc liber ac sui
dominus est, ab ipso statim etatis inicio armare,
non eorum tamen gratia que dicta sunt, verum eius quoque
in primis quod dicendum est. Cui enim ad finem
vite perfecte hunc dare operam agreditur, in hoc
tempus omne conterere, ut possit ea que in priori

etate admisit peccata diluere, ac tunc quoque illi stu-
dium in hac dumtaxat parte consumetur. Et non sit
quidem sepe minimus illi, quantum satis est temporis
suppetit, sed ex hac vita proficiscitur vulnerum reli-
quias secum ferens. At vero qui a prima statim
etate se exercuit vireisque sibi ad certandum comparare
studuit, non in hoc tempus consumit, nec sedet
curans vulnera, sed ab ipsis iam tirocinii sui ru-
dimentis meretur atque accipit palmas. Et illi
quidem satis optandum videtur eas pugnas omnis
in quibus victus fuerat repetita dimicacione
superare, hic vero ab ipso fere dixerim puericie
aditu et limine tamquam e certaminibus emissus at-
que ad calcem cum suo perpetuo comparans, fudit
hostem victoriasque victoriis iungit, et veluti o-
lympici certaminis victor, a prime etatis flore
per multas ad senectutem proficiscitur, innume-
ris coronis insignitus caput. Quorum igitur in ordine
constituere mavis filium tuum, eorum ne qui ob ingen-
tem fiduciam summeque virtutis conscientiam in ipsos
etiam archangelos defigere obtutus valent, an
eorum qui cum omnibus stant, extremumque ordinem obser-
vant? Extremum enim sortientur penitus, tum quod ipsum
tum demum, tum potuerint cuncta ea impedimenta
procurare que modo memoravi, tum scilicet ne-
que mors inmatura preripuerit, neque postea fue-
rint uxore impliciti, neque tanta negocia subie-
rint ut non possint ad curam spiritus vel certe sufficiens
senectutis tempus eamque summam firmam semper
immobilem que servauerint, tunc quoque vix inter
extrema sortem statuentur. Horum igitur ex numero
vis esse filium tuum, an eorum qui in phalangis
fronte eximia virtute emicant? Et quis unquam
adeo miser et infelix est, qui hec magis optet
filiis suis? Verum consuetudine inquit requirimus
nobiscum eos esse cupimus. Hoc ipsum ego quoque
et cupio et opto, nec minus sane quam vos ipsi, ut
illi ad paternam domum redeant, educacionis
que etiam meliorum vices parentibus referant, quibus
profecto illi dulciores reperire non possent, verum
hoc non modo ab illis exigamus. Quid enim iniquius
est, si ut assequantur studia liberalia longo
illos tempore addiscant? Domum quoque nec acce-
dant, in diebus singuli domo et prandere
illos et dormire iubentes; tu vero non ad huma-
nam disciplinam sed ad philosophiam celestem proficisci
parant, antequam id fiat quod optamus, confestim
retrahere illos instituimus? At hiis quidem
qui per extensum funem currere docent, ut eius
rei peritus fiat, non parvo tempore et domo
et patria se abdicabit. Nos autem eos qui ad ce-
lum evolare discunt domi cum parentibus claudemus?
Et quid hac absurditate possit esse deterius?
Nonne videtis ut etiam cum satis propediant laborum
fructus carpere, agricolae tamen eos nunquam metere
sustineant? Ergo ne nos quidem intempestive

patria arcemus
veraque arte a qua
vulgare ac
mechanicam

liberos nostros, ab deserti commoratione revocemus, verum
studiis celestis discipline in eis solidari permittamus
altisque radicibus arbusta firmari, et sive de-
cem annos, sive etiam viginti intendendi illi sit
in monasterio, non perturbemur, non merore ullo affi-
ciamur. Quanto enim amplius fuerint in scola virtutis
exercitati, tanto ampliores vires adipiscentur.
Verum autem si maius atque ita videtur tempus nullum
certum statuamus, sed ille terminus sit solus qui ad
maturitatem frugem perducat, satos in illis boni
operis fructus, tuncque solum ex deserto redeat.
Sin autem nullomodo, nichil enim ex hac celebri-
tate nostra aliud consequi poterimus nisi ut illi inique
ad immaturitatem pertingant. Qui enim ante tempus
radicis nutrimento destitutus fuerit, is profecto
nec tempore adveniente iam utilis ulla racione
erit. Quod uti ne fiat tollemus interim bono animo
separacionem nec solum illos non urgeamus adredi-
re, verum prohibeamus quoque si voluerint ante
tempus atque immature remeare. Nam si ad summam
virtutem profecerit filius tuus, tunc lucrum erit et
patri et matri et familie et civitati gentibusque
omnino omnibus. Verum vero minus perfectus fuerit ri-
diculus erit contemptus abiectus et sibique ipsi
et aliis noxius. Non igitur tanti illis incommodi
tantique detrimenti causa simus. Nam quociens
procul a nobis liberos dimittimus, tunc demum
illos videre volumus cum ea consecuti fuerint
quorum gratia peregrinati sunt. Cum si antea redierint
non tamen ex peregrinacione ipsa voluptatis capimus
quantum quod frustra et intempestive advenerint
meroris. An non extreme demencie et insipiencie
est non tantum studii ac sollicitudinis in rebus spiritua-
libus ponere, quantum circa temporalia et fluxa
monstravimus. Cum enim illic adeo prope feramus
separacionem a nobis filiorum ut eam extendi cu-
piamus et prolixiorem fieri, dum aliqua ex ea
gigni commoda constanter teneamus, hic interim
animi mollicie frangimur. Ut ex hac pusillani-
mitate nostra summa eorum corrumpamus bona, atque
id cum plurima habeamus solacia, non tamen quod illi se
ad maiora ac digniora contulerint et optato
fine potituri sint. Nichil quoque penitus sit quod eam
spem infirmet aut frangat, verum quia ipse quoque
separacionis modus et proximus sit et facile
possit tollerari. Nam cum illi longinquius pere-
grinati fuerint non eis congredi facile possumus,
quod quoque cum semper contingit, tamen in primis quando
servierimus, hic vero assidue ad illos proficisci
possumus atque ex eorum congressione fructus
uberrimos consequi. Ita ergo faciamus cumque illi
ad nos minime proficisci possunt, ipsi illos adeamus
illis congrediamur, cum eis familiariter loquamur.
Maximum enim emolimentum ex hoc eorum contuber-
nio summamque voluptatem consequemur. Non
enim ex aspectu solum amantissimorum filiorum
exultabimus, verum insigni profectu meliores
facti ita domum remeabimus. Non nunquam vero cum

cum illis etiam una permanebimus eiusdem prope
amore capti. Tunc ergo solum ipsos ad nos vo-
cemus, cum vires similes fuerint adepti atque aliis
etiam prodesse potuerint. Tunc eos revocemus tantum
et non aliter, ut clarissima lux illa omnibus commu-
nis fiat, ut lucerna super candelabrum constituta. Tunc de-
mum tunc apcius inspicietis quorum liberorum vos paren-
tes estis, quorum, de hiis quos modo maxime beatos
dicitis, tunc plane luculenter cognoscetis cum illi eos ho-
mines curaverint, qui morbis gravissimis laborant,
cum vero beneficii communes et conservatores et rectores
predicati fuerint, cum veluti celestes angeli ab ho-
minibus in terra conversati fuerint, cum illos intuebimini
omnes, cum illos atque in illorum nomine se cunctorum ora
converterint, ymmo vos queque nos diximus nichil
tale profecto dictum sinimus quale in ipso experimento
et in rebus ipsis cognoscetis. Ita nobis ut dei leges
facienda erant. Ad officii humanitatis satisfaceret, vel
aliqua excepte cavemus. Non cum liberis nostris timores
intendendi erant cum ad viriles annos pervenisset,
sed cum puericie etatem agerent, moderandi illi
et instituendi formandique fuerant, nec postquam
quod hoc opus habuissent, minis et terroribus. Nunc
vero idem facimus, at si medicus aliquis langwen-
ti egroto nichil dicat, nichilque per quod curari
possit egritudine ostendat, cum vero corruptus fuerit
et perditus atque insanabili morbo comprehensus,
tunc iam innumeras remediorum leges constituat.
Nam reliqui sane legislatores tunc nos instituunt
et monent cum fuerimus perversi. Sed non ita Paulus
facit, verum ab inicio statim atque a prima etate
virtutis magister statuit leges viciis omnem peni-
tus additum adimens. Hec est enim optimi atque rec-
tissimi magisterii norma, non prius viciis dominari
sinere, postque ut illa effugerent inquirere, verum
cuncta facere et universa molliri, ut natura
nostra viciis inviolabilis fiat atque inaccessa.
Quocirca hortor et moneo, ne modo alios, qui hec
voluerint facere non prohibeamus, sed ipsi adiutores
accedamus, atque una gubernatores inter undarum moles
navicule nichil obmittamus. Ut felici illa cursu
auris secundis impulsa naviget. Nempe enim
si hanc sententiam omnes amplectemur aliisque omnibus
posthabitis natos nostros ad virtutem perducere in-
stituerimus atque hoc solum opere precium reliqua
omnia et superflua et ociosa esse arbitrati erimus,
tanta inde nobis bona tanta provenient commo-
da quanta si dicere voluero vereor ne inverecunde
gloriari videar. Porro si quis id verius addis-
cere voluerit ex rebus ipsis, celerius cognoscet in-
genitisque nobis gratias habebit, deoque longe
uberiores, cum viderit celestem in terris conversacionem
germine leto pullulantem, atque inde in futuris bonorum
futurorum spem et resurreccionis fidem etiam apud
ipsos infideles quoque obtinentem. Cum vero quod
ista iactancie verba non sint hinc perspicuum est.
Quociens illis eorum qui ad solitudines se

recepit, vitam exponere incipimus, nichil habent quo refragari possint aut contra obiciant. Ceterum hic tamen rationi initi videntur atque inde contentionis occasionem sumere quod pauci admodum perfectionis evadunt. Nam neque in Civitatibus constituti fructum ferremus legemque aliquam et initium discipline celestis acciperet liberosque nostros ante omnia ad moveremus deo amicos et familiarissimos quos fieri spirituales quoque disciplinas aliarum vite atque alias ante omnes illos doceremus. Iam dictum tristicia cuncta desiluissent in numerisque malis vita nostra caruisset, idque quod de beatitudine future vite dicitur, quod inde aufugit dolor omnis et tristicia et gemitus, hic quoque omnes secuti fuissemus. Etenim si nec pecuniarum amor nec inanis glorie cupido ulla incesseret, non mortem timeremus, non paupertatem, non in iniuriis affici lesione ulla aut dampnum arbitraremur. Sed maxime luctus si non hostiliter prosequi non odisse novissemus, unquam profecto perturbationibus propriis unquam alienis in iniuriis victi essemus, sed angelis ipsis proximum et simillimum esset hominum genus. Et quibus miseriis mortalium ista impleuit? Crimine vero mirum est si tu non credis, quippe qui civitate in hiis tuis divinorum quoque librorum consuetudine et familiaritatem nullam habes. Quod si eos qui solitudines habitant quique divinis libris assueti sunt novisses, agnosceres profecto quod et monachi et ante hos apostoli atque ante illos ipsos veteres iusti diligentissime philosophie huius documenta dederunt. Unum enim ut contendere interim omni abstinentia, concedamus sane secundum aut tercium a summis illis viris fore filium tuum, num ideo privis aut negligendis bonis poterit? Non ad Petri vel Pauli mensuram accedit. Non igitur ideirco illum proximo etiam honore privabimus. Idem enim satis est si ita loqui oportet. Lapidi quidem ipse preciosus lapis non fit, fratri esse perseveret, neque argentum fiat neque aurum. Cur ergo in reliquis rebus non hanc eandem rationem sed penitus contrariam? Nam cum filium tuum ad eloquentie assequendam disciplinam absque dimittis, non statimus illum oratoribus excellentem te visurum speras. Nec tamen ideirco eiusmodi illum studiis deducis; satis enim tibi existimas factum, si quintum etiam vel decimum ab hiis qui in oratoria principes fuerunt fieri contingat. Qui quoque ad regiam militiam filios vestros ascribendos curatis, non ad ipsa penitus prefectorum tribunalia concessiones expectatis, nec tamen ideirco balteum illos solvere iubetis aut ne initio quidem regiam ostendere, sed omnia molimini, uti ne illi unquam regie in memoratione decidat, sufficere existimantes si vel inter mediocres illos numerari perspexeritis cuius honoris gratia illic quidem et si maiora consequi non liceat, ne sit quod desistitis. Unum ut minora consequamini elaboratis, erumpnas quoque subitis atque ista facitis, atque tamen spes nulla constituit, hic at

desidentes atque torpore lacessitis. Cur nisi quod illa quidem vehementer cupitis, horum vero nec summo desiderio tangimini? Cumque istud confiteri erubescatis, figmenta et occasiones excogitatis. Itaque siquidem plane et penitus velletis nichil vobis adhuc assequenda impedimento esse potuissent. Ita enim se res habet. Si quis aliquid ardenter amet, et si non illo aut primus fruatur aut solus vel medio in loco stare patitur atque etiam alii inferiore dum eo quod amat frui tandem ulla ratione possit. Quippe et is qui vino potationique addictus fuit, et si vinum suavissimum accipere non possit, ne id quidem quod deterius fuit unquam contempnet. Rursus qui pecunie vesano amore flagraverit, non solum si quis ei preciosos lapides vel aurum dederit, verum si argentum quoque maximas illi gratias habebit; tanta nempe est concupiscentia violentissima quippe res et que cum quem semel cepit omnia subicere et perpeti qualibet ex re in sua possit addigere. Itaque nisi essent hec verba talia tergiversatio, cooperandum illi fuerat et collaborandum. Neque enim cuius est quoniam aliquid fieri desideret id utique ne fiat impedimento esse, sed ut fiat omnia moliri. Nam et hii qui ad olimpica certamina descendunt, cum perviderint unum ex tanta multitudine victorem fore, laborant tamen atque fatigantur et insidiis atque erumpnis agunt. Et si nichil fere hic aut illic simile esse videatur, non solum dissimilium finem, sed quod tamen sit necesse sibi vero solummodo corona donari. Hic non ea premiorum est ratio ut alius sine coronis alius coronatus abscedat, sed quod tamen alius maiore gloria, clarioreque laude ac preconia, alius minore; omnes tamen beati et illustres sunt. Prorsus vero si vellemus in ipsis statim initiis effingere ac formare liberos nostros atque eis erudiendos tradere qui illos regere et moderari scirent, fieri satis posset ut in primo castrorum starent ordine. Nunquam enim profecto sineret deus tantam devotionem et alacritatem animi tuique studium, sed ad hanc formandam perficiendamque statuam manum quoque suam adiecisset, qua operante possibile non esset quidquam ex hiis que fierent tale, immo contingeret esset impossibile illam non ad summum splendoris culmine et glorie pervenire, si non quod nostre partis muneris est non negligeremus. Nam si mulieres impetrare adeo valuerunt ut educationem liberorum adiutorem sibi et fautorem accederet, longe id magis nos si voluerimus consequi poterimus. Et alias quidem consulto obmitto. Sunt autem permulte, ne liber qui iam claudendus est prolixior fiat. Unam tamen memorabo. Anna quedam fuit hebrea mulier. Hec unum filium cum partu edidisset, nec iam alium esse speraret partituram, hunc cum

vix tandem per multas lacrimas acceperat / erat
enim sterilis videreturque propterea ab emula sua sibi
crebro insultante / ne sit quidem quicquam tale
passa est quale vos veruntamen filium illum genu
isset id solum temporis cum apud se moraturum promi
sit quo lacte nutriri opus habuit. Cum vero non
iam eiusmodi indigeret alimento superstites sta
tim optulit deo / nec iam ut paternam domum re
mitteret oravit / sed semper in dei templo ille mo
rabatur / et rursus si quando illum videre cupivisset
quippe mater non ad se revocabat filium sed
adultum per natum viro ascendebat / illo tamquam reuera
donario deo iam consecrato abstinens. Ideo
vero magnus et strenuus adolescens ipse fac
tus est / ut deum cum ille hebreorum gente ob
effusam late maliciam excitaret / nec iam
illis videretur / nec visionem ullam eis revelaret
rursus eximie virtutis meritis attraxit persua
sitque ea omnia que antea solebat exhibere
prophetiam quoque que diu avolaret restitu
eret. Nec ita tamen modo valuit / cum ad maturam
etatem pervenisset sed etiam cum puer adhuc
esset. Non enim erat inquit visio discernens et
verbum preciosum non erat / cumque isti talia et tanta
essent / illum deus iugiter alloquio familiari dig
nabatur / at pullum frequens sacra edebat / tamen co
ferret emolimenti cum semper que possidemus cona
demur tuerique ut illis placeamus nos extraneos faci
mus non tantum pecuniis et possessionibus sed ipsis
quoque liberis nostris. Nam si hec in terra etiam
facere invenimus multo magis aliquid id certo
longe etiam maiore cum gloria filium recepit. Tunc
enim maxime et verissime filios habemus nostros
cum deo nostro illos tradiderimus / longe quippe
ille eos melius et excellencius quam nos moda
bitur et reget / maiorem quam illorum curam geret /
Nonne id vides in divitum quoque domibus fieri /
Nempe enim ibi eos qui potencia preditos vi
deas domi cum parentibus morantur non usque adeo
illustres et signisque potencia preditos videas /
quos autem a parentibus principes abduxerint suo
que iudicio ac ministerio accommodaverint / curamque
custodie prefecerint / eos videas / et summa
dominorum benivolencia et longe maxima fiduci
a potiri tantumque eos his esse clariores quantum his
dominus excellunt. Si enim autem homines ministeriis et
officiis suis deditos / tanta benivolencia et
benignitate prosequuntur / longe id profecto dignius
et excellencius infinita illa bonitas que deus
est faciet. Permittamus ergo illos ministerio famulari
celesti / non in templum eos modo ducentes ut anna
samuelem sed in ipsum celum cum angelis domino mini
sterio ducendos. Qui enim cum angelis illi ministra
turi sint / qui hanc philosophiam apprehenderint omni
bus profecto liquet. Tunc sane illi non tantum sue
sed vestre quoque maiore cum fiducia glorie felicitatis


conspicient. Nam siquidem parentum gratia nonnulla
consolatione potiti sunt multo id magis filiorum
causa parentes consequentur. Illic enim nature
tantum prerogative erat / hic ius etiam educacionis
accedit / quod natura longe maius et potencius
est. Itaque ego vobis utrumque scripture domine exem
plis firmabo. Ezechiam certe insignem virtu
te et pietate virum / nimis tamen ex virtutum suarum
conscientia fiducie concitum (?) quam ut posset adver
sus imminentes periculum consistere paterne virtutis
gratia se deus servare testatus est. Protegam enim
inquit civitatem istam ut servem eam propter
me / et propter david puerum meum. Paulus item
cum ad thimotheum de parentibus scriberet aiebat /
Cum salva fiat per filiorum generacionem si permanserit
in fide et dilectione et sanctificatione cum casti
tate. Iob quoque sanctissimum virum cum ex virtutibus
reliquis scriptura collaudat / quod fuerit iustus quod
verax / quod religiosus / quod pius / tum ex eo maxime
quod filiorum optime instituendorum habuerat summam
diligenciam. Non enim ea cura verebatur ut cuivis
illis copiosissimum acquireret / non ut humana gloria
verendos et illustres redderet / sed quid ille tandem
requirebat audi quid scriptura dicat. Cumque consu
mati inquit essent dies convivii mittebat
Iob et purificabat eos / consurgensque diluculo
offerebat pro eis sacrificia ad numerum singulorum vi
tulum quoque unum propter peccatis pro animabus eorum / dice
bat enim Iob in corde suo. Ne forte filii mei in
mente sua mala cogitaverint adversus deum
/ Ulla nec iam nobis erit excusacio eiusmodi
scelus admittentibus quom ille qui an
te graciam ante legem fuit qui nullo sacrarum litterarum
magisterio instructus erat tantam filiorum curam
gessitque providencia ut de mentis quoque eorum
et occultis tremeret paveretque delictis. Que
nam vos iam excusabit vos qui cum simus sub
gratia / cum tantis et tam insignibus magistris pa
riter / cum eiusmodi exemplis habundemus
totque monitis erudiamur / non modo quod occultis
et mentibus quoque filiorum peccatis non metuimus / verum
apta quoque et manifesta contempnimus. Nec
ista saltem pernicie contenti si qui eos emendare
voluerint / eos undique reiciamus exagitamus
affligimus. Abraham quoque similiter ut dictum
est cum tota recte facta commendant / cum istud
quoque clarissimum facit. Igitur cum tanta summorum
virorum teneamus exempla parcamus deo ministros ydone
os et probatissimos famulos. Nam si hi qui
vel athletas civitatibus nutriunt vel exercent ad
regis obsequium milites / maximis honoribus
fruuntur quanta nos manent / quot coronas accep
turi sumus / qui tam magnos et eximios viros
dicam verius angelos deo educamus. Omnia
ergo faciamus cunctaque moliamur ut eis insig
nes pietatis opes relinquamus que sole permaneant

nobiscum extendentes que ex vita conmitantur / Neque
hac in vita solum sed in illa et maximo nobis usui
erunt summaque conferent emolimenta / Nam seculi
quidem divicie / neque extendentes e vita conmitantur
et hic non umquam nos deserunt / possessoresque suos
crebro perdiderunt / Iste autem divicie et in vita et
post morte firme stabilesque perdurant / eosque
qui se possederunt tutos inviolatosque servabunt
Ita enim se res habet / ut [..]is qui terrena spiritua
libus prefert et illis decidat / et istis / qui autem
celestium desiderio tenentur / terrenis eciam omnino po
tiantur / Nec ista mea racio est / sed eius qui cunc
ta probitum est domini / Querite inquit enim regnum
celorum / hec omnia apponentur vobis / quid huic
honori par ulla racione esse possit / Curam inquit
gere spiritualium rerum / michi vero tua omnia permitte
ac si pater aliquis indulgentissimus / et domus
curam et familie regimine aliarumque rerum omnium
administracione ipse sibi assumeret / filiumque suum
ut philosophie solum operam daret admoneret / Ita pro
fecto deus quoque parcamus illi / Igitur inquiramus
que celorum regnum sit querite et filios vestros probatissimos
videbimus / et ipsi una cum illorum preclaris actibus /
illustriores erimus bonisque eciam presentibus frue
mur si futura tamen celestiaque diligamus / Ista vobis /
siquidem obtemperare volueritis / maxima pre
mia conferent summaque mercedem / Sin autem reluc
tari atque eis minime parere presumpseritis / maiores
cruciatus / Neque enim ullus iam excusacioni locus
erit / ut tergiversari et colligere figmenta valeatis
aut dicere neminem fuisse a quo ista disceretis
Certe enim ante istam quoque admonicionem hec
omnis excusacio sublata erat / cum habeat natura
ipsa diligentissimum bonorum malorumque iudicium
Conscienciaque ubique proposita sit omnibus / tanta
sunt preterea vite presentis incomoda / et mala
ut eos quoque qui illam vehementer amant
ab ea ad solitudines fugere sufficiant / Igitur
ut dixi eciam si ipsi taceremus omnis excusacio
sublata esset / Nunc vero multo eciam magis contin
get / post istos tam prolixos libros tamquam
longam admonicionem / quia ex rebus ipsis et
que eciam illustrior est quam ex dictis litteris facti
simus / Nempe enim et si domi remorantes
possibile esset non penitus corrumpi / et perire /
sed ut in medio extrema electorum sorte numerari / ne
sic quidem supplicia possemus evadere / cum et hiis
qui ad diligenciorem delectum vite properant / impe
dimento fuissemus / et eos mundanis rebus
obligatos teneamus / qui ad celum evolare cu
piunt / atque in auras vere libertatis emergere / Cum
vero istud possibile non sit / sed omnino perinde
constat / et de extremis periculum imminet / qua
tandem venia qua excusacione habituri
sumus / qui non modo nostrorum peccatorum sed eorum eciam

que post ea filii peccaverunt penas nosmetipsos
acerbissimas attrahimus / Neque enim eos ita puniend(os)
esse existimo pro hiis que delinquerunt ad mun
danos fluctus violentius attracti / ut vos qui
hac invitis illis et renitentibus necessitatem
posuistis / Nam si ei qui unum scandalizat cum
mola in mare precipitari expedit / que tandem
pena quis cruciatus illi satis erit / qui seviciam
tantam et immanitatem in liberos proprios osten
dit / Quocirca moneo atque obtestor velitis esse
philosophorum filiorum patres / Neque enim id dicere debes quod
audio plurimos tergiversantes dicere / Quonam
vero istud est / cum videmus inquiunt eos ad finem
pervenire non posse istud prohibemus / eciam si
hoc aptissime novisses / nec esset ista fallax
coniectura / plurimi quippe ex hiis qui lapsuri pu
tabantur firmiter steterunt / si tu tamen id omnino
presciuisses / nec sic quidem illum instituto retrahere
debueras / Neque enim si que eadem incipiente anti
cipantem satis esset sed ipsum hoc nos in primis con
dempnaret / ut quid enim tu non permisisti illum in
gressus negligenciam ruinam illam contingere / Sed preve
niens alterius peccatum rapuisti / cunctaque in tuum
caput contulisti / Quid ergo ne permittere quidem ut
ea ruina contingeret debebas / Cur enim non omnia
fecisti ut non rueret filius tuus / Itaque ideo maxi
me extrema dampnacione dignus es / quod prestabas illum
ruiturum / qui enim ruinam presciebas non illum deicere
sed manum porrigere debueras / studiumque maximum
ostendere ut is qui ruiturus videbatur fortius
persisteret / Sive ille postea staret firmiter duraret
sive non / Nos enim cuncta pro nostra munera que
qui atque implere convenit / eciam si illi nichil
extrema diligencia et studio fuerant lucrati / Cuius
rei gracia et ut quid ut non iam ad usum nos deus
sentenciam fecit sed ad usum illos / Quod et ipse cum qui
talento accepto nichil operatus fuerat / criminans di
cebat / Oportebat enim inquit te pecuniam meam
deponere / ad nummularios / et ego veniens cum fenore
exegissem illam / Obtemperemus ista monita
edenti / ut cruciatus quoque quos ille comminatus
est effugere possimus / Neque enim sane deum tu ho
minibus videre poteris / qui cordium scrutatur archa
na / et omnia adducit / qui ubique eciam salutem
filiorum nostrorum parentes constituit / Nam si is qui
pecuniam deponere neglexit tanta severitate
punitus est / Quid ille paciatur qui deponere vo
lentibus impedimento fuit / Non solum enim si ad
mundi strepitum filii vestro consilio devoluti fue
rint / sed et si fortiter impetum tulerint / montesque
occupaverint / eadem vobis supplicia sunt con
stituta / Sicut enim qui ad philosophiam hortari perget
sive persuadeat sive non / perfectam consequitur integri
mamque mercedem / omne enim quod erat sui muneris
implevit / Ita et aliquem qui per deum voluntate suscitatum le
serit sive non leserit / eadem dampnacione punitur.

Et hic enim cuncta que potuit fecit / Itaque et si
nichil volueris addicendos ac pervertendos for
tes filiorum animos / hinc tamen iniquissimi conatus
tantas penas dabitis / quantas si id quod cupi
ebatis ex proposito illos decapitassetis / hec igitur uni
versa cogitantes / cunctis cavillacionibus obmis=
sis / tuemini effici nobilissimi filiorum patres tem
plorumque christifidorum fabri pugillum que celestium cunc
tores ungentes exigentes et nichil que comodi
illorum consulentes / ut coronarum quoque participes esse
mereamini / Cum autem vos contenderit / filii quidem
si fuerint effigia virtute proditi / eciam si voluerit
ad hanc provenient patriam sempiternis que gravi
tiis fuerint / vos autem infinitos vobis ipsis
cruciatus congeretis / tunc quidem ea que a nobis
dicta sunt laudabitis / cum ex istis laudibus
nichil comodi consequi poteritis etc. etc. etc.





V

Cod. Jagell. 1210. zawiera dzieła i listy św. Cypryana oznaczone według wydania Hartel'a w Corpus Scriptor. Eccles. Latinor. III. (index.).

Libelli: I, IV — XIV.

Epistulae: 1—7, 9—20, 23—34, 36—40,
43—47, 49, 51, 52, 54—61, 63—67,
69—74, 76—80.
(NB! Epist. 12 i 70 są pisane dwa razy.)

Opera spuria III, VI, VII, IX. —

22/VI 1906

BIBLIO
VNIV.
CRACO

p. 451.

p. 454.

p. 460.

p. 468.
p. 469.

p. 470.

p. 471.

p. 477.

p. 485.

p. 490.

p. 497.

p. 502.

p. 506.

p. 511.

p. 519

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS.

VI

Collatio epistularum Cypriani.

Cod. Jagell. 1210. — S... Cypriani Opera recens. Guil. Hartel. Corpus Scriptor. Ecclesiast. Latinor. III.

p. 451.	Bene ammones donate karissime..... — plectet aures religiosa mulcedo.	=	Hartel p. 3–16. [Ad Donatum.] Lib. I. Ep. 1
p. 454.	Item eiusdem demetrianum (!) Oblatrantem te.... — inmortalitate securus.	=	Hartel p. 351–370. [Ad Demetrianum]. Lib. X.
p. 460.	Desiderasti Fortunate karissime.... — in pace consciencia coronatur.	=	Hartel p. 317–347. [Ad Fortunatum. De exhortatione martyrii.]. Lib. IX.
p. 468.	Cyprianus Moysi et Maximo... Et cunctos	=	Hartel p. 576–579. [Epla. XXXVII.]
p. 469.	Cyprianus presbiteris et diaconibus .... De ordinandis clericis....	=	Hartel p. 579–581. [Epla. XXXVIII.].
p. 470.	Cyprianus martiribus et confessoribus ... Exulto letus	=	Hartel p. 490–495. [Epla. X]
p. 471.	Incipit ad Novacianum (!) etc. Cum moneat dominus et dicat Vos estis sal terre	=	Hartel p. 209–233. [De catholicae Ecclesiae unitate.]. Lib. V.
p. 477.	Incipit de oracione dominica et sequitur et cetera. Ewangelica precepta fratres dilectissimi	=	Hartel p. 267–294. [De dominica oratione] Lib. VII.
p. 485.	Incipit de mortalitate etcetera. Etsi aput plurimos vestrum...	=	Hartel p. 297–314. [De mortalitate]. Lib. VIII.
p. 490.	Incipit epistola de opere et elemosinis. Multa et magna sunt fratres carissimi	=	Hartel p. 373–394. [De opere et eleemosynis.]. Lib. XI.
p. 497.	Incipit de paciencia. De bono paciencie locuturus fratres....	=	Hartel p. 397–415. [De bono patientiae]. Lib. XII.
p. 502.	Incipit de zelo et cetera [et de invidia]. Zelare quod bonum videas...	=	Hartel p. 419–432. [De zelo et livore]. Lib. XIII.
p. 506.	Incipit de disciplina et de habitu coe (?) virginum et cetera.... Disciplina custos spei...	=	Hartel p. 187–205. [De habitu virginum]. Lib. IV.
p. 511.	Incipit de lapsis. Pax ecce dilectissimi fratres....	=	Hartel p. 237–264. [De lapsis.]. Lib. VI.
p. 519.	Epistola ad Cyprianum.... Quamquam bene sibi conscius....	=	Hartel p. 549–556. [Epla. XXX.]

p.
p. 5
p. 5
p. 53
p. 53
p. 5
p. 54
p. 54
p. 550
p. 55
p. 55
p. 556
p. 552
p. 565
p. 564
p. 565

p. 522. Cyprianus Cornelio fratri ... Cognovi-mus frater karissime .... — Hartel p. 691–695. [Epla. LX.].

p. 523. Cyprianus Liberalis .... Cornelio ... Statueramus quidem iam pridem ... — Hartel p. 650–656. [Epla. LVII.].

p. 524. Cyprianus Cornelio ... Legi literas tuas frater karissime quas per Saturum ... — Hartel p. 666–691. [Epla. LVIIII.].

p. 531. Cyprianus Cecilio fratri ... Quam-quam sciencia (!) frater karme eppos ... — Hartel p. 701–717. [Epla. LXIII.].

p. 535. Cyprianus Anthonino ... Accepi literas tuas primas .... — Hartel p. 624–648. [Epla. LV.].

p. 542. Cyprianus Rogaciano et ceteris confessoribus ... Saluto vos omnes ... — Hartel p. 480–484. [Epla. VI.].

p. 543. Incipit epistola de laude marti-rij ... Etsi incongruens est ... — Hartel Append. p. 26–52. [De laude martyrii.]. Opp. spuria III.

p. 549. Cyprianus Moysi et Maximo presbyteris ... Gloriam fidei et virtutis ... — Hartel p. 545–547. [Epla. XXVIII.].

p. 550. Incipit ad clerum de deprecando deo ... Quamquam sciam fratres ... — Hartel, p. 495–502. [Epla. XI.].

p. 552. Incipit ad clerum et plebem de Celerino .... Agnoscenda et amplectenda ... — Hartel p. 581–585. [Epla. XXXIX.].

p. 553. Incipit epistola ad thibaritanos etc. Cogitaveram quidem fratres ... — Hartel p. 656–666. [Epla. LVIII.].

p. 556. Incipit ad martires et confessores .... Gloria quidem vestra ... — Hartel p. 827–833. [Epla. LXXVI.].

p. 558. Cyprianus Iubaiano .... Scripsisti ... — Hartel p. 778–799. [Epla. LXXIII.].

p. 563. Cyprianus Quinto fratri ... Pertulit ad me ... Lucianus conpresbiter ... — Hartel p. 771–774. [Epla. LXXI.]

p. 564. Sequitur epistola de hereticis baptizan-dis .... Cum simul in concilio ... — Hartel p. 766–770. [Epla. LXX.]

p. 565. Incipiunt sentencie episcoporum octuaginta octo. Cum in unum .... — Hartel p. 435–461. [Sententiae episco-porum numero LXXXVII.]. Lib. XIV.

p. 5[illegible]

p. 57[illegible]

p. 57[illegible]
p. 57[illegible]
p. 576[illegible]
p. 57[illegible]
p. 57[illegible]
p. 57[illegible]
p. 57[illegible]
p. 57[illegible]
p. 58[illegible]
p. 58[illegible]

p. 58[illegible]
p. 58[illegible]

p. 58[illegible]
p. 586[illegible]
p. 587[illegible]
[et p. [illegible]
p. 591. [illegible]
p. 594[illegible]
p. 59[illegible]
p. 59[illegible]
p. 59[illegible]

p. 597[illegible]

p. 597[illegible]
p. 59[illegible]

p. 571. Incipit ad Pompeium contra epistolam Stephani.... Quamquam plene ea.... = Hartel p. 799–809. [Epla. LXXIV.].

p. 573. Cyprianus presbiteris, diaconibus.... ... Nunciandum vobis fuit... = Hartel p. 585–586. [Epla. XL.].

p. 574. Cornelius Cypriano... Quantam solicitudinem = Hartel p. 608–612. [Epla. XLIX.]

p. 575. Cyprianus Cornelio... Et cum diligencia... = Hartel p. 616–620. [Epla. LII.]

p. 576. Cyprianus Cornelio... Et religiosam... = Hartel p. 605. [Epla. XLVII.].

p. 576. Cyprianus Cornelio... Quod servis dei... = Hartel p. 599–603. [Epla XLV.]

p. 577. Cyprianus Cornelio... Venerunt ad nos... = Hartel p. 597–599. [Epla. XLIV.]

p. 577. Cyprianus Cornelio... Et egisse nos... = Hartel p. 614–616. [Epla. LI.]

p. 578. Cyprianus Rogaciano... Et iam pridem... = Hartel p. 504–509. [Epla XIII.]

p. 579. Cyprianus plebi... Quamquam fratres... = Hartel p. 590–597. [Epla XLIII.].

p. 581. Cyprianus Epiteto... Graviter et dolenter... = Hartel p. 721–726. [Epla LXV.]

p. 582. Cyprianus presbiteris et diaconibus... Graviter commoti... = Hartel p. 465–467. [Epla. I.].

p. 583. Cyprianus cum collegis Lucio fri. Et nuper... = Hartel p. 695–698. [Epla. LXI.]

p. 584. Cyprianus Maximo et Nicostrato... ... Cum frequenter... = Hartel p. 604–605. [Epla. XLVI.]

p. 584. Cyprianus Florentio... Ego te frater... = Hartel p. 726–734. [Epla. LXVI.].

p. 586. Cyprianus Maximo.... Lectis literis vestris... = Hartel p. 621–624. [Epla. LIV.].

p. 587. Cyprianus Magno ... Pro tua religiosa... = Hartel p. 749–766. [Epla. LXIX.]
[et p. 590. Quesisti etiam fili ... [Epla. LXIX. 12.]

p. 591. Cyprianus, Cecilius... Cum in unum convenissemus = Hartel p. 735–743. [Epla. LXVII.].

p. 594. Cyprianus... Fido... Legimus litteras tuas... = Hartel p. 717– [Epla. LXIV.].

p. 595. Cyprianus Eucratio... Pro dilectione... = Hartel p. 467–469. [Epla. II.].

p. 596. Cyprianus papa et david fratribus... = Hartel p. 565. [Epla. XXXII.]

p. 596. Cyprianus papa et david Rome consisten-tibus fratribus... Quoniam comperimus... = Hartel p. 527.–529 [Epla XX.].

p. 597. Cyprianus presbiteris et diacon... Quamquam sciamus.... = Hartel p. 502–504. [Epla. XII.].

p. 597. Cyprianus Lucio... Exultantibus vobis... = Hartel p. 836–838. [Epla. LXXVIII.]

p. 598. Cypriano Fel. Iader... Resalutamus... = Hartel p. 838–839. [Epla. LXXIX.]

p. 59
p. 59
p. 60
p. 602
p. 602
p. 602
p. 603
p. 605
p. 605.
p. 606.
p. 607.
p. 608
p. 609
p. 610
p. 611.
p. 611.
p. 611.
p. 612.
p. 612.
p. 612
p. 613.
p. 613.
p. 614.
p. 614
p. 615.
p. 616
p. 616
p. 617.
p. 620
p. 623

p. 598. Cypriano Nemesianus... Cum semper magnis... = Hartel p. 834–836. [Epla LXXVII.].
p. 598. Cypriano Moyses et Maximus... Inter varios et multiplices... = Hartel p. 557–564. [Epla. XXXI.].
p. 601. Cyprianus Januario... Cum concilio essemus... = Hartel p. 766–770. [Epla. LXX. vide p. 564.! Ten list 2 rang]
p. 602. Cyprianus presbiteris... Saluto vos fratres... = Hartel p. 484–485. [Epla. VII.].
p. 602. Cyprianus presbiteris... Saluto vos incolumis = Hartel p. 478–79. [Epla. V.].
p. 602. Cyprianus presbiteris... Optaveram quidem = Hartel p. 509–513. [Epla. XIV.].
p. 603. Cyprianus Pomponio... Legimus litteras tuas = Hartel p. 472–478. [Epla. IV.].
p. 605. Cyprianus Fortunato... Scripsistis mihi... = Hartel p. 648–650. [Epla. LVI.].
p. 605. Cyprianus Rogaciano... Graviter et dolenter = Hartel p. 469–472. [Epla. III.].
p. 606. Cyprianus Stephano... Ad quaedam disponenda... = Hartel p. 775–778. [Epla. LXXII.].
p. 607. Cyprianus presbiteris... Quamquam sciam... = Hartel p. 502–504. [Epla. XII. zob. p. 597. (2 rang)].
p. 608. Cyprianus presbiteris... Diu patientiam... = Hartel p. 517–520. [Epla. XVI.].
p. 609. Cyprianus martiribus... Sollicitudo... = Hartel p. 513–516. [Epla. XV.].
p. 610. Cyprianus fratribus in plebe... Ingemiscere... = Hartel p. 521–523. [Epla. XVII.].
p. 611. Cyprianus presbiteris... Miror vos... = Hartel p. 523–524. [Epla. XVIII.].
p. 611. Cyprianus presbiteris... Legi litteras vestras... = Hartel p. 525–26. [Epla. XIX.].
p. 611. Cyprianus presbiteris... Dominus loquitur... = Hartel p. 539–540. [Epla. XXVI.].
p. 612. Cypriano Calidonius... Necessitas temporis... = Hartel p. 536–537. [Epla. XXIV.].
p. 612. Cyprianus Calidonio... Accepimus litteras... = Hartel p. 538. [Epla. XXV.].
p. 612. Cyprianus presbiteris... Cum de excessu... = Hartel p. 488–489. [Epla IX.].
p. 613. Cyprianus presbiteris... Ne quid conscientiam... = Hartel p. 547–548. [Epla. XXIX.].
p. 613. Cyprianus presbiteris... Factis ad vos litteris... = Hartel p. 540–544. [Epla XXVII.].
p. 614. Universi confessores Cypriano.. = Hartel p. 536. [Epla. XXIII.].
p. 614. Cypriano presbiteri... Cum perlegissemus... = Hartel p. 572–575. [Epla. XXXVI.].
p. 615. Adversus lapsos. Dominus noster cuius precepta = Hartel p. 566–568. [Epla. XXXIII.].
p. 616. Cyprianus presbiteris... Integre et cum... = Hartel p. 568–571. [Epla. XXXIV.].
p. 616. Cyprianus Successo... Ut non vobis... = Hartel p. 839–840. [Epla. LXXX.].
p. 617. Adversus Judeos qui non secuti sunt Iesum... = Hartel Append. p. 133–144. [Opp. spuria IX.].
p. 620. Incipit de aleatore... Magna nobis... = Hartel Append. p. 92–104. [Opp. spuria VI.].
p. 623. Incipit de duobus montibus... Probavo... = Hartel Append. p. 104–119. [Opp. spuria VII.].

22/VI 1906 [signature]

VI